Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIORVM

FRATRIS DOMINICI SOTO SEgobienſis, Theologi ordinis Prædicatorum, Cæſareæ Maieſtati quondam à ſacris confeſsionibus, publici apud Salmanticenſes Profeſſoris, In Quartum Sententiarum.

SECVNDVS TOMVS,

Cùm Indice rerum notabilium vtriuſque Tomi copioſiſsimo.

E5Mo II 60 1/16

24393

Cum priuilegio.

SALMANTICÆ,
Excudebat Andreas à Portonarijs, S. C. M. Typographus.
M. D. L X.

Eſta taſſado à tres Marauedis el pliego.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Summa Priuilegij.

PRæsens opus cum priuilegio excusum est: quod regia Maiestas Vallisoleti Anno Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, de consilio Curiæ Autori in decennium concessit. Videlicet, ne quis illud absque eius facultate aut cudat, aut vendat indicta pœna multæ librorum, instrumentorumq; artis, ac decem millium dupondiorum. Die verò vigesim. secunda Februarij eiusdem anni æstimata sunt per eandem Regiam Curiam diplomata singula pretio trium dupondiorum. Nemo igitur sibi rei huius ignorantiam prætexat.

VCVBRATIONES, QVAS IN Quartum Sententiarum meditabar, quibusdam publicis negotijs interpellatus intermiseram: verùm vbi me primum ab illis feriatum reperi, ad opus redij, vt eas tandem, Deo auspice, perficerem. Hæc enim funesta plaga, quam nostra tempestate Hispanum nomẽ accepit, calamum mihi, cunctisque nobis animum conturbauit. At verò eadem nos planè procella docuit, sacrosanctæ Theologiæ studia, plusquàm aliàs vnquam, esse modò nobis necessaria. Nam etsi Sanctum Inquisitorum tribunal, quod, ceu propugnaculũ fidei, tum Apostolica sedes, tum Catholica nostrorũ Regum Maiestas omni autoritate consultissimè semper fouet & munit, ad Hæreticorum audaciam retundendã fidum sit, tutumq; præsidium: tamen cùm oporteat (vt ait Paulus) idest pro mortaliũ ingenio necessum sit hæreses esse: re vera nequeunt, nisi per sacra testimonia, sanctorumque interpretamenta, de corruptis mentibus prorsum conuelli. Sacræ verò paginę legitima sensa, diuorumq; patrum intelligẽtia (quod nunquàm inculcare cessabo) non aliter profectò, quàm sedulo Theologiæ scholasticæ studio erui satis, atq; ad veram lucem perduci valent. Hæretici nanq; in Sacris Biblijs reuoluẽdis non sunt nimiũ negligentes: attamen quia nulla ratiocinatione, nullaq; rerum consequentia, aut Philosophia, quatenus fidei adminiculatur, vtuntur, sed diuino spiritu, quo sunt maximè destituti, omnia intelligenda putumant, atra errorum caligine excæcantur. Atque eam ob rem nusquàm gentium hæreseos patroni vlli prodierunt, qui non primum omnium vniuersam Philosophiæ cognitionem, cum Scholastica Theologia à sua Republica profligarent. Qua vtiq; ratione viam sibi, & ad suos errores sternunt, & ad eorum retractationem occludunt, denique ad suam obstinationem cõmuniunt. Abactis enim à grege canibus (vt ille olim Demosthenes dixit) peruius fit lupis ad ipsum aditus. Sed obijciat nobis fortè quispiam, Theologi sunt, qui hæresum assolent infici labe, suaq; subinde alios contagione inficere. Fateor (si tamen naufragi in fide Theologorum erant nomine digni) quoniã nec in re bellica, nisi miles peccat, neq; in medica, nisi medicus, neque in iure dicundo, nisi qui ius dicit: in summa nemo in arte errat, nisi qui artem exercet: & nemo literas sacras, nisi Theologus profitetur. Tametsi rhodo dæmonem ex omni piscium genere piscarum cernimus. Veruntamen, eo quòd soleant ignaui milites, desertores esse: & ignari medici, interfectores: & indocti Iurisconsulti, iuris peruersores, clarissima hæc Reip. nomina tollenda de medio sunt? Oculus ergo, cum primũ ophthalmia laborat, effodiatur, Oculus ecclesiæ ad dignoscendas, propulsandasq; errorum pestes, Theologia est: quinuerò, & ad euangelicam legem suis concionibus, tum interpretandam, tum persuadẽdam, & ad populi cõscientias suis responsis informandas, suisq; consilijs instruendas, ac demũ suis monitis in sacramento reformandas. Reliquarum scientiarum professores, hæretici esse possunt, hæresibus mederi nõ possunt. Theologi, hæretici esse possunt, sed hæresibus soli mederi possunt. Arrius, & cæteri illius modi pestiferæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

clasſis, Theologi fuêre: tamen niſi Auguſtini, & id genus Theologorũ opera & ſapientia conuicti fuiſſent: quo nam ſe clipeo Catholica protexiſſet eccleſia? Sacros Decretorum Canones illi Sancti Theologi condiderunt. Igitur ſi oculus labem contraxit, illa ardenti collyrio prorſum abradatur: oculus verò qui tam neceſſarius nunc maximè temporis eſt, omni fauore ſeruetur, conſtabiliatur, & honeſtetur. Nam ſi cerebro eruatur, quid reliquum quæſo, quàm fidei excidium, eccleſiæque ruinam ſperare poſsimus? Metus me hæc dicere compulit, quem verſutus Satan incutere noſtratium animis ſatagit. Theologi lapſi ſunt, Theologiæ ſibi quiſque ſtudia caueat. Nouit ille Chriſtiani nominis hoſtis, quanti ſibi ad proſternendam eccleſiam referat, Theologorum, ac perinde religioſorum profeſsiones infamare, ſuaque autoritate nudare. Et ideo quo fœlicius nunc in Hiſpania floreſcere pergebant, eo ſolertius eas contaminare, ac labefactare molitus eſt. Noſtrum præſertim ordinem, ceu arcem primum adortus, qui adeò de Chriſtiana republica fuerat bene meritus, vt fidei vexillum eius inſignibus eſſet illuſtre: vnde fortiorem anſam arripuit inuidiam in nos apud populum concitandi. Chriſtus ergo dominus noſter, cuius intereſt, melius per ſanctiſsimum Vicarium ſuum, perque noſtrum Catholicum Regem, eccleſiæ ſuæ conſultum curet. Nulla enim flammarum vis hæreticorum ſufficiet furorem reſtinguere, niſi terrifico ardente igni, explorandæ orthodoxæ veritatis ſyncerus ferueat zelus, & lux candida Theologiæ eidem illuſtrandæ luceat, ac demum religionum inſtituta, quæ murum vineæ domini, velut antemurale, præſepiunt, nitore ſuo priſco refulgeant. Iſta me ratio dicendi inde diuertit, vbi calamum me reſumpſiſſe dicebam, vt hoc intermiſſum opus abſoluerem. Ad finem ergo illud perduxi: nam ſuis numeris abſoluere, in mea inopi facultate non erat poſitum. Si de volumine æſtimetur, longum iudicabitur. At tam longam rerum, tamque variam ſupellectilem, nequiui & explicationis luce perfundere, & breuitate perſtringere. Sacroſanctæ cenſuram eccleſiæ in toto opere cupio, & iterum atque iterum poſtulo. Deus denique optimus Maximus, ſi quid boni ad eius laudem & gloriam dixi, largitor fuit, ſicubi deliqui, veniam quoque largiatur.

DISTINCTIO VIGESIMAQVARTA DE SACRAMENTO ordinis & eius annexis.

Textus. Cap. j.

EXPEDITO ſermone Sacramẽtorum quinq;, ad ſingulos Chriſtianos pertinẽtium, ſextum locum ſibi vendicat ſacramentum ordinis, quod eccleſiaſticæ Reipublicæ ad procreandos ſpirituales filios neceſſarium eſt. Eſt enim ordo, Sacramentum, quo poteſtas ſpiritualis ſignificatur & traditur in ordine ad Sacroſanctum corpus Chriſti conſecrandum. Quod quidem ſanctum ordinis Sacramentum, qui eccleſiæ ſubtrahunt, hæretici plane ſunt, eius nimirùm pulchritudinẽ & decorem contenebrare molientes, quæ tanquàm regina ſedet à dextris principis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Splendet enim eccleſiæ corpus, vti ait ad Corinth. Paulus, membrorum diuerſitate: vt aliud ſit oculus, aliud auris, aliud verò manus vice, atque aliud fungatur officio pedis. Vnde & ad Epheſ. Alios, inquit, dedit (ſcilicet Chriſtus) apoſtolos, quoſdam prophetas, alios Euangeliſtas, alios paſtores & Doctores in opus miniſterij.

Definitio ordinis.

Pſalm. 44.

1. Corint. 12.

Ad Epheſios. 4.

Cap. ij. ¶ Quocirca iuxta ſeptiformem ſpiritus ſancti gratiam ſeptem ſunt eccleſiaſtici ordines, quorum munera Chriſtus ſeruator noſter per ſemetipſum exercuit, ac ſubinde partim inſtituit, partimq; inſtituenda inſinuauit. Hæc autem, vti in Epiſtola ad Gudifredum autor eſt Iſidorus, ſunt oſtiarius, lector, exorciſta, acolytus, ſeu acoluthus ſubdiaconus, diaconus, presbyter. Oſtiarij cura eſt, claues habere eccleſiæ, & quæ intus ſunt cuſtodire, cymbalo populum conuocare, genus immundum infidelium ingreſſu arcere. Quo vtiq; officio Chriſtus, qui oſtium, inquit, ſum, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, functus eſt, quando flagello de funiculis confecto vendentes & ementes eiecit de templo. Quapropter eiuſmodi ordo in traditiõe clauium & cymbali confertur. ¶ Lectoribus autem incumbit catechumenos prima fidei rudimenta erudire, & veteſtamentum legere. Quorum igitur ordinatio in traditiõe lectionarij conſiſtit. Horum exemplar præbuit Chriſtus, quando in medio ſeniorum librum Eſaiæ aperiens diſtinctè ad intelligẽdum legit. ¶ Exorciſtæ officium eſt energumenos dæmonum expulſione emundare, quibus ideo exorciſmorum liber in ſua ordinatione exhibetur.

Can. Perlectis. 25. diſt.

Oſtiarius.

Ioan. 2.

Lector.

Luca. 4.

Exorciſta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

betur. Quod quidem beneficium Christus præstitit, tum surdo & muto, cui saliua sua delinitis auribus ait: Epheta, quod est, aperire, tũ etiam Magdalenæ atq; alijs, de quibus dæmonia eiecit. ¶ Acoluthus, seu acolytus idẽ græcè quod subsequens huic potissimùm ministerio addicitur: vt subdiacono vinũ & aquam porrigat. Quare licèt & ceroferarij sint, per traditionem tñ vrceolorum ordinantur. Atq; isti ordines quatuor, minores dicũtur.

Marc. 7.

Acolytus.

Cap. iij. ¶ Quinto ascensionis gradu locatur subdiaconus: græcè hypodiaconus, quasi diaconi minister, quippe cui calicem cum materia consecranda subministrat, quẽ ille sacerdoti ministret. Hi autem Mosayca lege Nathinæi dicebantur, vt apud Esdram legitur: quia erant Leuitarum ministri, quibus Leuitis diaconi apud nos rñdent. Debent præterea aquam, bacile & manutergiũ ad lotionẽ presbyteri habere parata: tametsi per susceptionẽ vacui calicis cũ patena character eis imprimatur, vt Synodus nos sancta Florentina admonuit: cum illa forma, Videte cuiusmodi ministerium vobis traditur &c. ¶ Super his sunt diaconi: hoc est, ministri, nam ipsi sunt qui presbytero proximè administrant. Quorũ idcirco figurã Leuitæ olim præferebant, in ministerium sacerdotũ assumpti: adeò vt & leuitarum nomen diaconi modò retineãt. Eorum ergo muneris est materiã consecrandã sacerdotibus porrigere, sed potissimũ, euangelium legere, illudq; per modum catechismi absq; solennitate prædicare. Quapropter tunc diaconus ordinatur, dum librum euangeliorũ sub forma ab episcopo prolata recipit. ¶ Deniq; presbyteri, hoc est, seniores, ob sacramentorum administrationem sacerdotes: vtpote, sacrandantes, appellantur. Quorũ ideo ordinatio tũc perficitur, dum ordinator materiã eis præbens consecrandam, Accipe, inquit, potestatẽ offerre sacrificiũ Deo, missasq; celebrare tam pro viuis, quàm pro defunctis. Congruit aũt vt priùs eius manus oleo benedictionis ad illã muneris sublimitatẽ consecrentur. Et postmodũ per manuũ impositionem, facultas qua remittendi peccata funguntur, designetur.

1. Esd. 2. & lib. 3. cap. 8.

Subdiacon.

Diaconus.

Presbyteri.

Sacerdos.

¶ Ex his cõmemoratis ordinibus sacerdotiũ procul dubio sacramentum est, quod vtiq; citra hæreseos labem inficiari non licet. Quam obrem & characterem imprimit, & gratiam confert. Fuit enim à Christo Dño in vltima cœna, quantũ ad potestatem consecrandi, institutum, & post resurrectionem facultate remittendi peccata, quæ antea fuerat Petro promissa, cumulatũ. Sed & de diaconatu idem sentire congruit: nam vt in Actis apostolorum memorię proditum est, per manus impositionem septem fuerunt diacones ordinati, quorum cùm

Cap. iiij.

Actuũ. 6.

cùm sanctos mores Paulus in prion Epist. ad Timoth. tam anxiè deposcat, citra dubiũ altaris ministerio per sacramentum ex Christi institutione sunt addicti, & in diaconos & subdiaconos diuisi. Igitur tres isti ordines, qui ideirco & maiores dicuntur & sacri, votoq; continentiæ, onericq; diuinũ officium persoluendi obnoxij sunt, inter sacramẽta ecclesiastica referũtur. Reliqui verò quatuor minores, ecclesiæ sancto decreto instituti creduntur. Quare eatenus sacramenta censentur, quod sunt sacramentorum præambula.

Cap. v. ¶ Omnium autem clericorum insigne, corona est, quã Petrum in memoriam spineæ coronæ Domini gestasse, tum Beda in lib. de gestis Anglorum, tum & alij nobiles autores scripto retulerũt. Prima verò tonsura inter ordines propriè non habetur sed est quoddã ordinum rudimentum, vtpote per quod clericus nulli officio ecclesiastico mãcipatur, quo laicus fungi nequeat. Deputatur enim non nisi diuinis laudibus canendis.

Beda.

Prima tonsura.

Cap. vj. ¶ At verò sacerdotũ duo sunt ordines: nempe, eorum, qui simplices sunt presbyteri, & eorum, qui episcopali dignitate fulgent, atq; adeò sacerdotũ apicem obtinent. Nam etsi sacerdotũ munus sit, sacramentorum administratio, tamẽ simplices neq; omnia possunt perficere, vt sacramẽta confirmationis & ordinis, neq; templa, altaria, & vasa consecrare, quæ quidẽ episcoporũ sunt propriæ functiões, atq; adeò, ceu cõsummato sacerdotio pollentes, summi sacerdotes appellantur. Quo fit, vt episcopatus, licèt ordo ea ratione sit, qua altior est dignitatis gradus, non tamẽ sit per se sacramentũ, sed sacerdotalis sacramenti perfectio, cuius character per episcopalem cõsecrationẽ ad alia munera exequẽda protẽditur, quę simplex sacerdos præbere nequiuerat. Atqui discrimen hoc episcopi & presbyteri diuino iure per Christi institutionẽ semper fuit in ecclesia designatũ. Apostolos quippe Christus in Episcopos creauit, vt inter quæstiões veteris & noui testam. August. pro constantissimo ducit, quibus subinde episcopi successerunt: cùm tamẽ presbyteri non nisi septuaginta duorum discipulorum vicem gerant, vt Anacletus papa author est. Tametsi Apostolus Pau. alterutro sæpè nomine vtrunque comprehendat.

Episcopat.

August. capit. 93.

Can. In nouo. 21. dist.

¶ Adhæc & episcopis tum archiepiscopi, tum & superiùs patriarchę præferũtur, & cardinaliũ senatus, vt pulcherrima hęc mẽbrorũ compago in vnum summũ Pontificẽ cõsummetur, qui vice Christi oím sit culmen & caput. Quos quidẽ vniuersos ordines sacrosanctæ ecclesiæ, vt locorum dignitate, sic & indumentorũ varietate & decore meritò decuit esse dignotos.

Cap. vij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISTINCTIONIS vigesimæquartæ, Quæstio prima de substantia Sacramenti ordinis & eius qualitatibus.

SECVNDVS TOmus nostri huius instituti operis: tribus erit partib⁹ distributus. Nã cùm prim⁹ quinq; nobis Sacramẽtorum disputationẽ præstiterit, quæ singulis personis coaptãtur, in hoc præsenti reliqua duo tractãda supersunt, quę nõ singulis membris, sed toti reipublicę & ecclesiæ in cõmune bonum sunt necessaria. Ea verò sunt ordo & matrimoniũ, quorum prius ad procreationẽ filiorum spiritualium attinet, posterius vero ad propagationẽ filiorũ secundùm carnem. Quibus deniq; tertiũ est membrum adhibendũ de statu resurgentiũ. Atqui tractatus Sacramenti ordinis duas occupabit distinctiones, quarum hęc vigesima quarta circa eius substãtiam, partes & qualitates versabitur. Secũda verò de ijs, qui ordinare quiq; ordinari possunt, cõtinebit sermonem. Quocirca distinctionis præsentis duæ erunt quæstiones, prima de substãtia & partibus sacramenti ordinis, & secũda de quibusdam, quæ eidem sunt sacramento connexa.

ARTICVLVS. I.
Vtrùm ordo in ecclesia esse debeat.

IGITVR quæstionis primi articulus primus est, an sit: hoc est, an esse debuerit ordo in ecclesia. Et arguitur id non decere. Primò. Ordo dicit prælationẽ eorum, qui subditos habent: ecclesiam verò id non decet: quia videtur libertati repugnare, qua nos Christus donauit, iuxta verbum Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. ¶ Secundò. Christus Matth. 10. videtur huiusmodi ordines cõdemnare dicens, Principes gentium dominantur eorum, vos autem non sic, sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Et ad Ephes. 2. Apostolus, Inferiores, inquit, inuicem arbitrantes. ¶ In contrarium autem est illud eiusdem apostoli ad Roma. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt: vnde colligitur q̃ in ecclesia, quæ à Deo est, quippe quamipse suo sanguine ædificauit, ordo esse debeat.

Partis negatiua argumẽtum primum.

Secundũ argumẽtum.

Pars affirmatiua.

¶ Primùm omnium hic de nomine ordinis fortasse quispiã hæsitet, cur isti ecclesiæ gradus & magistratus sic appellentur: nam ordinis nomẽ latiùs multò patet ad res vniuersas. Ordo enim autore Augustino 19. de ciuita. cap. 13. est parium disparium q̃; rerum sua cuiq; loca tribuẽs dispositio. Dicuntur nanque & religiosorum ordines, & coniugatorum, atq; virginum. Quin verò in republica ciuili sunt ordines. Vnde Cicero & alij, senatum, ordinem amplissimum appellãt. Erant enim tres ordines: scilicet, senatorius, equestris & plebeius. Et modò in republica est ordo opificum & nobilium, vt comitum, ducum: & in militia ordo peditum & equitum. Quin verò vulgatum dictum est, tum rem publicam bene habere, cùm vnusquisque suum seruat ordinem, vt Homil. 2. super libr. Numer. ait Origenes, vbi hos diuersi generis ordines connumerat. ¶ Ad hoc respondetur, nomen latissimæ significationis sanctos patres per antonomasiã gradibus ministrorum ecclesiæ, accommodasse, vt docerẽt q̃ quanuis ad omnes alios magistratus ciuilis reipublicæ, ad aliosq; virtutũ gradus diffundatur, tamen inter Christianos [illegible] excellentiam ministris ecclesiæ secũdùm diuersas eorum dignitates competeret. Atqui ordo secũdùm proprium significatum relationem & habitudinẽ inter superiores & inferiores significat, vel personas ipsas & status diuersos. Quam ob rem Thomas VValdensis tomo 2. De sacramentis cap. 116. Ordo, inquit, est sacramenta ministrãtium habitudo legitima, cuiq; rationemministerij sui cõueniens. Inde tamen tractum est ad significandum illud sacramẽtum, quo ijdem ministri initiantur, & per gratiam ad ritè administrandum sacramenta consecrantur. ¶ Vnde, vt Petrus Lombardus definit, ordo est signaculum ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato: putà, vt in textu dicebamus est sacramẽtum, quo potestas spiritualis significatur & traditur in ordine ad sacrosanctum corp⁹ Christi consecrandũ. Itaq; signaculum non accipitur pro charactere ordinis, sed pro sacramẽto, quo character imprimitur, qui est potestas illa spiritualis. Quocirca ordo idem est in præsentiarum quod ordinatio. Atque adeò non est tam exacta definitio illa Scoti, q̃ sacramentũ ordinis sit potestas spiritualis: nam potiùs est ordinatio, per quam eadem potestas acquiritur.

Decisio articuli.

Ordo quid.

Origenes.

Solutio tacitæ obiectionis.

Definitio Scoti reprobatur.

Hæretici hoc sacramentũ negant.

¶ Hoc ergo sanctum ordinis sacramentũ de medio tollere conantur hæretici. VVicleff siquidẽ, vt est videre apud VValdensem tomo 2. De sacramen. cap. 7. & 28. sacramẽtum ordinis abnegat, quanuis postmodum idem VValdensis cap. 116. referat eundem concessisse, in primitiua ecclesia fuisse presbyterũ & diaconum, non tamen sacramento sensibili initiatos, sed per internam Christi inspirationem, vt cap. postea 123. cõmemorat. De qua re dist. sequenti nobis resumẽdus est sermo. ¶ Eandem hæresim ab orco suscitauit Lutherus, qui in suo illo pestilenti libro de abrogãda missa priuata, omnes istos ordines ecclesiasticos prosternit, pessundatq; dicens, hierarchiam ecclesiasticã, in qua cõstituitur summus sacerdos, deinde episcopi & sacerdotes, esse similem gentilitiæ constitutioni de sacerdotibus Iouis, Veneris & Saturni. Christianus enim, inquit, populus debet esse omnino simplex, in quo prorsus nulla secta, nulla differentia personarũ, nullus laicus, nullus clericus, nullus monachus esse debet, sed tantùm prædicatores. Ecce monstrificam Luther ecclesiã sine capite & membrorũ varietate. Contra hanc autẽ hæresim satis superq; dist. 13. q. 1. art. [illegible] locuti sumus, ad demonstrandam ecclesię hierarchiã episcopis, presbyterisatq; alijs ministris distinctã, quasi reginam, vt est in [illegible] 44. circundatam varietate à dextris [illegible] edere. ¶ Et ideo nihil est reliquum, q̃ [illegible]d hic posim⁹ adhibere, sed satis est duas conclusiones simpliciter ponere, Prima. Decentissimũ fuit, imò necessariũ, ordines in ecclesia existere. Potissima huius ratio est, q̃ Christus omnia sua opera tam [illegible]turæ q̃ gratiæ ad similitudinẽ virtutis suæ produxit, vt per ipsa eadẽ opera cognosceretur, iuxta verbum apostoli ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur: in Deo autem sicut intus inter personas ordo est originis, vt pater à nullo procedat, & filius à patre, & spiritus sanctus ab vtroq; : ita & in virtute, qua cũcta procreat, ordinis pulchritudo lucet, vt per superna infima gubernet, disponat & administret. Quare in supra cœlestibus spiritibus idem est ordo, vt per superiores inferiores illuminet, præter beatẽ visionem, qua cunẽti essentiam contuentur. Et in operibus naturalibus elementa cœlestibus orbibus subdidit, quorũ terra in infimo loco subsideret, vt omnis inferiorum virtus, vt ait in Metheor. Aristo. à cœlestibus lationibus gubernaretur. Quocirca & omnẽ ciuilem rempublicã lumine naturali docuit, vt caput sibi institueret & digniora mẽbra, per quæ inferior populus institiã reciperet. Barbari ergo sunt & humano noĩe indigni, qui hac ordinis micante luce & pulchritudine ecclesiã Chri, quæ inter mũdi politias optima est, denudare contẽdũt. Sanè cùm nõ solùm in lege veteri Deus summũ sacerdotẽ, ac sub ipso alios, & præterea Leuitas instituerit, qui diuino cultui essent mãcipati: verùm & gentes naturæ radio docuit, nullum, siue Dei veri, siue Deorum cultum sine sacrificijs & sacerdotibus vigere posse. Quapropter Dionysius ecclesiasticã hierarchiam instar cœlestis depinxit, episcopis, presbyteris & diaconib⁹ distributam. ¶ Accedit autem particularis ratio in ecclesia, q̃ cùm sacramenta sint instrumenta passionis Christi, quæ ab ipso virtutẽ habent supranaturalẽ conferendi gratiã, ratio subsequenter postulabat, vt eorum ministri in ordine sanctitatis constituerentur, & quo eadem sacramenta idoneè administrarent, gratia suffunderẽtur. Quam ob rem nisi hæretici priùs virtutem sacramentorũ supranaturalẽ negassent, nunq̃ ordines sacros inficiarentur: sunt enim virtutes sacramentorum & ministrorũ connexæ, sed quia omnia deturbant, indigni sunt cum quibus disputemus. Paulus enim ad Ephes. 4. ordinẽ eundẽ ecclesiæ depingens ait, Christum quosdã dedisse apostolos, quosdã prophetas, alios verò euangelistas, alios autẽ pastores & Doctores. ¶ Sed aiunt Lutherani non nominasse illic sacerdotes, quare ipsos plebanos appellãt pastores ob solum offic[illegible] prædicandi, quos quidem inter eos ciuilis respublica creat. Attamen eorum calumnia eo retunditur, q̃ nomine apostolorũ episcopi, eorũ successores, intelliguntur, & pastorũ appellatione sacerdotes, qui sacramentorum pabulo, quod potissimum est in ecclesia, populũ pascunt: & ideo subiũgit, pastores & Doctores: hoc est, sacramentorũ administratione & verbo doctrinę plebem imbuentes. Quare cùm respublica ciuilis nulla polleat supranaturali potestate, deridiculũ est dicere, q̃ ipsa posit spiritales pastores instituere. Idem ex illo Paul.

Lutherus.

Visę locum.

Psalm. 44.

Prima conclusio.

Ratio conclusionis.

Paulus. Roma. 1.

Ordo in rebus omnib⁹.

Aristo.

Dionysius.

Ratio alia.

Paul. ad Ephes. 4.

Lutheri obiectio.

Dilutio obiectionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paulus. 1.Corint.12. cõfirmatur, vbi ait, q̃ diuisiones gratiarũ sunt, idem aũt spiritus, & diuisiones ministrationũ, idem verò Dñs, & diuisiones operationum, idem aũt Deus, qui operatur omnia in omnib'. Et subnectit analogiã corporis, q̃ sicut in vno corpore multa sunt mẽbra, ita & in vna ecclesia multi sunt ordines.

Paul. 1. ad Timot. 3. Vnde 1. ad Timoth. 3. postq̃ episcopi mores delineauit, quos in cũctis sacerdotibus requirebat, de diaconibus verbũ subiũxit. Ac sub inde ca. 4. Noli, inquit, negligere gratiã, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiã, per impositionem manuũ presbyterij. Et cap. 5. Aduersus presbyterũ, inquit, accusationẽ noli recipere, nisi sub duob' aut tribus testibus. Et infrà. Manus citò nemini imposueris. Et epist. 2. ad eundẽ cap. 1. Admoneo, inquit, te, vt resuscites gratiã Dei, quæ est in te per impositionẽ manuum mearũ. Et ad Timoth. 1.

Ad Timothe. 1. Huius, inquit, causa reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt, corrigas, & cõstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Ac

Act. 14. demũ Act. 14. expressè habetur, q̃ apostoli constituebãt per singulas ciuitates presbyteros. ¶ Canones aũt, immẽsum esset opus, hic oẽs hac de re citare. Satis aũt sit vnus pro omnibus

Canõ Anacleti. Anacleti Papę discipuli beati Petri. In nouo. dist. 21. vbi ait q̃ post Christum Dñm in Petro sacerdotalis cœpit ordo, cui Christ' pontificatũ in ecclesia dedit dicens, Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiã meam. Apostoli nanq;, cum eodẽ pari cõsortio honorem & potestatẽ acceperunt, scilicet apostolicã quorũ loco successerunt episcopi: sed postmodum dñs alios septuaginta duos discipulos elegit, quorũ typum gerũt presbyteri. Cætera loco citato latius disseruimus.

Secunda cõclusio. ¶ Secũda cõclusio. Ordo ecclesiasticus est sa-

Ratio. cramẽtum. Probatur. Sacramentũ, vt dist. 1. dictũ est, nihil aliud est q̃ sacræ rei signũ: hoc est, signum gratię hoĩem sanctificãtis: sed ordo est eiusmodi, nõ enim accipitur, pro ea habitudine & relatiõe, quæ est inter superiores & inferiores: sed pro ipsa ordinatiõe, quæ est sensibile signum spiritũalis potestatis, quæ illic confertur, vt cùm episcopus oblato calice cum hostia ait, Accipe potestatẽ offerendi sacrificiũ &c. Per illa enim verba & traditionẽ materiæ confert potestatẽ: nempe, characterem ad cõsecrandũ, ac subinde, nisi obex obstiterit, gratiã ad ritè & rectè idem obeundũ

Scoti opin. munus. Ex quo fit, gratis Scotũ pręsenti disnegasse hoc esse proprie sacramentum, eo q̃ non est visibile signum, sed solùm, inquit, est sacramentũ accipiendo pro signo inuisibili: nempe, pro charactere. Quòd enim hoc gratis dicatur, patet: nam materia illa, quæ exhibetur ab episcopo, & forma, qua traditur, vt arti. proximo notius fiet, signũ sensibile est potestatis, quæ confertur, & gratiæ. In subsequẽtibus verò de isto effectu gratiæ iterũ dicendum est. Deinde examinãdum an singuli ordines sint sacramenta: atq; adeò vtrùm oẽs simul sint vnum sacramẽtum, & vtrùm omnes sint de iure diuino à Christo instituti.

Corollariũ. Fit ergo ex his consequens, q̃ neq; ordo, qui est inter angelos, sit sacramentum, neq; verò vnctiones, quibus reges vnguntur, vel abbates, quia per illas non confertur potestas supra corpus Christi verũ. De ordinatiõe verò

Solutio argumẽtorũ. episcopi infra fiet sermo. ¶ Ad vtrumque igitur argumentũ in capite propositũ respõdetur, q̃ ordo subiectionis, qua quis vt seruus alteri subditur, libertati repugnat, sed tamen ille non est ecclesiasticus ordo: imò qui in ecclesia præsunt non debẽt dominari tanq̃ dñi seruis, sed tanq̃ subditorũ ministri: non enim potestatẽ habent in bonum propriũ, sed in bonũ Christianę reipublicę. Et hoc est, quod Christus admonebat apostolos. Paulus verò persuadebat, vt licèt prelati sint officio superiores: existiment tamẽ se meritis inferiores.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm in hoc sacramento materia & forma congruè designentur.

QVæritur secũdò de partibus huius sacramenti, q[illegible] constat. Et arguitur q̃ forma eit

Partis negatiuæ argumentũ primum. conueniẽs. Sacrament[illegible] tur ad sanctificationẽ illius, cui applican[illegible] quę quidẽ applicatio fit virtute diuina: ergo debet in forma exprimi eadẽ sanctificatio & virtus, per quam fit, sicut in baptismo cùm dicitur, Ego te baptizo in nomine patris &c. & in confirmatione, Ego te confirmo &c. & in extrema vnctione, Indulgeat tibi Deus &c. in forma verò huius sacramenti dum dicitur, Accipe potestatem &c. nec sanctificatio suscipiẽtis, neq; virtus, qua sanctificatur, exprimitur: ergo non est apta. ¶ Secũdo de materia arguitur. In materia sacramenti de-

Secundũ argumẽtum. bet esse virtus sanctificandi per applicationẽ eius, vt 1. dist. diximus: per ablutionem enim baptismi instrumẽtaliter abluitur anima: vnde Hugo ait, q̃ sacramẽtum est elementum exterius

exteriùs internam sanctitatem significans: sed in illis, quæ traduntur eis, qui ordinibus initiantur, vt in calice cum hostia non consecrata, & in libro Euangeliorum, qui traditur diacono, nulla inest virtus, quę effectum sortiatur sanctitatis internæ: ergo illud non est

Pars affirmatiua. legitima materia. ¶ In contrarium tamen est, quòd omne sacramentum debet constare ex verbis & rebus, & vsus habet vniuersalis ecclesiæ, per huiusmodi verba, & traditionem rerum sacramẽtum hoc administrare.

Prima conclusio. ¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Forma sacramenti ordi-

Florentina synodus. nis optimè exprimitur per verbum imperatiui modi. Conclusio est concilij Florentini in instructione Armenorum, vbi forma sacerdotij ponitur hæc, Accipe potestatẽ offerendi sacrificium in ecclesia pro viuis & mortuis in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et similiter aliorum ordinum formæ, prout

Ratio optima. in Pontificali Romano latè continetur. Ratio autem sumitur ex discrimine inter hæc atque alia sacramenta: nam quia gratia cuiusq; sacramenti ad effectũ eiusdem propriũ refertur, materia & forma debent eundẽ effectum subnotare: effectus autem proprius aliorum sacramentorum, quæ consistunt in vsu, est sanctificare hominem secundùm seipsum inquantũ est priuata persona, quemadmodum de quinq; precedentibus dictum est: vt quia effectus baptismi est abluere animam, eamq; regenerare, fit vt per illam ablutionem & verba, Ego te baptizo, illa regeneratio significetur: Et idem in eucharistia &

Sacramenti huius institutio quò tẽdat. confirmatione, reliquisq; sacramentis ostenditur. Inst[illegible]o autem huius sacramẽti non fuit [illegible] ata ad sanctificationem ho[illegible] Christi [illegible] Psal. [illegible] adhibetur, quatenus est quædam [illegible] persona, sed in ordine ad populum, quà ratione ipse est pars Christianæ Reipublicæ, in qua constituitur minister & persona publica. Et ideo sicut creatio regis alius; cuius; magistratus fit per verb[illegible] imperatorium, Accipe potestatem, tradendo illi sceptrum, vel pileum, vel claues, vel quodpiam aliud insigne reipublicæ: sic dum ordinatur ecclesiæ minister, forma ordinandi esse debet, Accipe potestatem, tradita materia, circa quam vsus eiusdem potestatis versatur. Et quia potestas per vsum eius designatur, optimè dicitur in forma, Accipe potestatem offerendi sacrificium: nam ille est facultatis vsus. Et similiter in cæteris ordinibus, vt suis cuiusque locis videbitur. ¶ Quòd si contra arguas. Imperare est actus habentis autoritatem: sed autoritas effectus sacramẽtalis non est, nisi in Deo, vt distin. 1. dictum est: in ministro nanque non est nisi ministerium: ergo episcopo ordinanti non congruit dicere, Accipe potestatem, sicut Christus dixit, Accipite spiritum sanctum. Respondetur q̃ quanuis in Episcopo non resideat prima autoritas, quia est tantùm Christi minister, habet nihilominus potestatem: hoc est, ordinis character similem illi, quem confert. Differt tamen hoc à reliquis sacramentis, quòd nullum aliorum ad hoc conditum est, vt minister similem facultatem ei, quam habet, conferat suscipienti: sed hoc huic sacramento est peculiare, quòd per ipsum similis potestas ipsi, quæ est in ministro, traducitur in suscipientem, sicut ignis in subiecto similem sui formam producit. Itaq; effectus aliorum sacramentorum est suscipientem per gratiam assimilare Deo, non autem ministro, qui sæpe assolet illa carere: effectus autem huius sacramenti est, vt ordinans per characterem assimilet sibi suscipientem: & ideo congruentissimè dicit, Accipe potestatẽ: videlicet, qua ego polleo. Hoc enim non profert nisi tanquàm Christi minister: sicut in baptismo baptizans ait, Ego te baptizo. ¶ Valentius autem argumẽtum est, quòd cùm inter effectus sacramenti gratia sit præstantior charactere, apparet quòd potiùs forma deberet designare gratiam, quàm characterem: & tamẽ illa facultas, quæ per formã exprimitur, non est nisi character. Huius autem responsum ex ijs, quæ modò dicebamus, colligitur: videlicet, quòd quanuis gratia secundùm se sit excellentior, vtpote per quam suscipiens iustificatur, nihilominus finis huius sacramenti non fuit sanctificare suscipientem, quatenus est persona priuata: nam ad hoc alia sacramẽta sufficiebant, sed dare ei publicam potestatem: & ideo illam potiùs debuit forma explicare. ¶ Aliud hic dubium restat soluendum, vtrùm impositio manuũ sit pars formæ huius sacramenti. Sed huius examen artic. 4. inter tractandum de singulis ordinibus commodiùs fiet. ¶ Quòd autem in præfato concilio additur formæ, In nomine patris & filij & spiritus sancti, non est de essentia eiusdem formæ, sed de decentia. Nam vt dist. 7. articu. 4. dictum est, sola sacramenta baptismi & confirmationis, quia in illis fit professio fidei, inuocationem trinitatis tanquàm de essentia requirunt.

obiectio. *Dilatio.* *Discrimen inter hoc sacramentum & alia.* *Argumẽtũ optimũ.* *Solutio.* *Dubium.* *In nõie patris &c. an sit de essentia formæ.*

¶ Ex his

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda cõclusio. ¶Ex his colligitur de materia, secunda conclusio priori similis. Materia huius sacramẽti est res illa, quæ suscipienti ordines traditur, vt calix cum hostia, vel euangeliorum liber, & vrceoli & claues ecclesiæ, vt in alijs ordinationibus dicturi sumus. Conclusio, veluti præcedens, est assertio eiusdem Florentinæ synodi, cui & ratio hęc suffragatur, quòd materia debet esse formæ coaptata: cùm ergo forma sit imperatoria, Accipe potestatem, applicatio materiæ debet esse traditio vasorum, & instrumentorum, quibus vsus eiusdẽ potestatis designatur. Penitiùs verò eandem rationem speculatus S. Tho. ex eodem principio prioris conclusionis & hanc quoq; elicuit. Enimuerò sacramentorum, quæ in vsu materiæ consistũt, materia debet significare effectum sacramenti extrinsecus aduenire, sicut ablutione baptismi significatur, per illã, adiũcta forma, animam ablui. Secus in sacramento pœnitentiæ, vbi materia sunt intrinseci actus ipsius pœnitentis, qui ideo ab intrinseco ad eius sanctificationem concurrũt. Eiusmodi autem materiarum; quæ forinsecus admouentur, diuersa est ratio. Nam cùm alia sacramenta ordinentur ad sanctificandum suscipientem per gratiam, quæ quidem gratia à Deo ipso deriuatur, & non à gratia, quæ est in ministro: siquidẽ existens in peccato virtute sacramenti, quod confert, sanctificat hominẽ, necesse est vt materia per sui applicationem virtutem habeat sanctificandi, sicut aqua in baptismo per ablutionẽ, & chrisma in cõfirmatione per vnctionem: ad denotandum, quòd minister non sanctificat nisi per virtutem Dei, quæ est in materia. In isto autem quia per se primò non ordinatur nisi ad conferẽdam potestatem, quæ est character, quæ quidem deriuatur à Deo per ministrum habentem similem characterem, tota virtus sacramentalis est in ministro & in forma, quam profert. Quare materia non applicatur sicut habens virtutem, veluti aqua in baptismo, & chrisma in cõfirmatione, sed ad determinandum intentionem ministri, & ad designandam explicandamque facultatem illam, quam elargitur: quare materia potiùs significat vsum potestatis exhibitæ à ministro, quàmipsam potestatem. Idq; deinde luculentiùs cõfirmatur ex diuerso modo applicandi materiam: nam in cæteris sacramentis debet materia tangere suscipientem per modum causæ efficientis, vt abluendo, vngendo &c. vt suscipiens patiatur ab illa: in hoc verò sacramento potiùs suscipiens agit tangendo & accipiendo materiam. ¶Cauendus est hic tamen error, ne quis putet traditionem illam materiæ non concurrere ad vtrùmq; sacramenti effectum: scilicet, gratiã & characterem: imò cõcurrit simul cum forma: quia est pars sacramenti. Sed solùm ait S. Tho. quòd non cõcurrit per modum rei, in qua sit virtus, sed ad determinãdam & designandam potestatẽ, quæ confertur. Quod quidem discrimen inde præterea patescit, quòd materia aliorum sacramentorum, vt chrisma in confirmatione, & oleum in extrema vnctione, & aqua baptismi, dum solenniter fit, benedicuntur & consecrantur, & præ omnibus materia eucharistiæ: materia verò huius sacramenti minimè. ¶Vnum autem hic suboritur dubium, vtrùm materia debeat tangere suscipientem, sicut in reliquis sacramentis, seu potiùs suscipiens debeat eam tangere, cùm ei ab episcopo porrigitur. S. Tho. in præsentiarum refert duas opiniones: arguit enim sic tertio loco. In quolibet sacramento habẽte materiam necessarius est contactus materiæ ad eum, qui suscipit sacramẽtum: sed, vt à quibusdam dicitur, contactus materiarum in hoc sacramento ab eo, qui illud suscipit, non est de necessitate sacramenti, sed eorum porrectio: ergo in hoc sacramẽto nulla reperitur materia. Est tamen litera responsionis mendosissima, & vix intelligibilis: debet ergo hoc pacto vel legi, vel intelligi, quòd sustinendo dictum illud: nempe, illorum opinionem, scilicet contactum non esse necessarium, ratio eius potest ex dictis colligi: videlicet, q̃ cùm in reliquis sacramentis effectus, vt dictum est, qui est gratia, non accipiatur à ministro, qui ea pot̃ carere, sed à materia, necesse est, vt materia tangat suscipientem. In sacramẽto verò ordinis, effectus: nempe, character non suscipitur à materia, sed à ministro habente characterem, vt expositũ est: & ideo porrectio materiæ ab episcopo magis est de essentia sacramẽti, quàm suscipientis contactus. At verò S. Tho. propensius inclinat in alteram opinionem: apparet enim, inquit, q̃ contactus materiæ sit de essentia sacramenti: nam videtur forma ipsa, Accipe potestatem, id exigere. Et confirmatur. Accipere est correlatiuum huius, quod est dare: cùm ergo episcopus det potestatem, & iubeat, vt alter accipiat, videtur necessarium, vt manibus tangat. Fatemur ergo hanc opinionem multò probabiliorem alterā: nam

Ratio cõclusionis.
Ratio Sãcti Thomæ.
Nota.
Materiarũ ratio diuersa.
Diuersus mod' applicandi materiam.
Materia, q̃ applicatur, quid significet.
Traditio materiæ cõcurrit ad vtrũq; sacramẽti effectum.
Discrimen.
An materia debeat tangere suscipientem.
Prima opinio.
Solutio argumenti.
Secunda opinio.
Argumentum.
Sentẽtia autoru.

ra: nam cùm episcopus non tradat potestatem solo verbo, sed offerendo materiam, certè probabilissimum est, q̃ suscipiens debeat eam tangere. Imò Caietanus quodlib. 1. q. 16. duo asseuerat. Primum, q̃ nõ opinatiuè, sed assertiuè dicendum est requiri contactũ. Secundum, q̃ necessariũ est illum contactum simul fieri dum episcopus formam profert, sicut in cæteris sacramentis, in quibus requiritur simul concursus materiæ & formæ. Veruntamen in summa verb. Ordinandi, seipsum videtur retractasse, dicens, non esse necessarium contactum: quia neq; in concilio Florentino, neq; in Pontificali ponitur tanq̃ necessarius. Et re vera non vsq; adeò videtur opinio S. Thomæ necessaria: nam hoc discrimẽ, qd' pro altera opinione attulit inter materiam huius sacramẽti & aliorũ multùm eidem opinionifaciet. Materia siquidem huius sacramẽti non habet virtutem eo modo, quo materia aliorum ad aliquam actionem erga suscipientem: putà, ad abluendum, vngendum &c. Sed solùm ad determinandam intentionem agentis: illa autem determinatio posset significari per id, quod episcopus ostendat præsentem materiam: nempe, calicem & hostiam, vt suscipiens vsum illius potestatis intelligat. Et tunc dicendum esset q̃ materia per ostensionem concurreret ad effectum sacramenti. Item quia in sermonibus familiaribus cùm quis donat equum alteri, alter solo nutu vel verbo potest accipere illum, licet non tangat. Et sic certè nõ videtur omnino necessarius contactus. Quòd si quis cõtrà arguat. Sequeretur ex hoc, q̃ sine oblatione materiæ posset episcopus solo verbo dicere. Accipe potestatem offerendi sacrificiũ &c. Negatur consequentia: nam cùm in omni sacramento sit necessaria materia & forma, nõ sufficit, q̃ Pontifex suam intentionẽ solo verbo patefaciat, sed ostendẽdo præsentem materiam, vt actu intelligatur tunc potestas traduci. Hæc dixerim, non q̃ negare cõtẽderim cõtactum requiri, imò requiri cõpbo: sed ad tollendos eorũ scrupulos, qui arbitrantur nisi tetigerint calicem & simul hostiam nullatenus esse ordinatos. Nam cùm contactus ille nõ sit nisi cerimonia, quomodocunq; tangant sufficit. Imò fortasse licèt non attingant hostiam, sed solum calicẽ tangant, illic censentur totum, quod ibi datur, pertingere: nam sicuti qui tangit calicẽ censetur tangere vinũ, quod est intus, ita & hostiam, quæ est supra patenam. Tametsi non negauerim, quin sit adhibenda diligẽtia contingendi etiam hostiam ad modum in Pontificali Romano præscriptũ. ¶Quod autem Caietanus ait, requiri simul concurrere contactum cum forma, non intelligitur mathematicè, vt non finiatur verborum prolatio antequàm tactus fiat, vt in materia baptismi diximus: sed satis est quòd sint simul more loquẽdi humano. Nã qui dicit, Ego te baptizo, si statim baptizet, simul cẽsetur dicere & facere. Quin verò in præsentiarũ forma multò minus requirit, vt contactus simul fiat: nã ad verificandum illud verbum, accipe, non exigitur ex vi significationis, vt antequàm præcipiens mandatum proferat, alter adimpleat, sed quòd statim accipiat.

¶Ad primum igitur argumentum iam responsum est per discrimen inter hoc sacramentum & reliqua: nempe, q̃ per alia assimilatur suscipiens per gratiam Deo, & ideo necesse est, vt materia ipsorum per applicationem habeat illam virtutem diuinã, quæ explicatur in forma, Ego te baptizo: id est, applico virtutem diuinam. Effectus autem huius est, vt ordinans assimilet sibi suscipiẽtem per virtutem, quæ est in ipso: nempe, per characterem: & ideo est actio vniuoca, qua agẽs assimilat sibi passum. Atque adeò non requiritur, vt forma explicet aliquam virtutẽ, quæ est in materia, sed traditionem virtutis, quę est in ministro per verbum imperandi, Accipe potestatẽ &c. ¶Et per hoc ipsum dilutum restat secundum argumentum.

Caietanus.
Autorũ sententia.
Confirm. 2.
Obiectio.
Dilutio.
Nota omnino.
Nota.
Caieta.
Solutio primi argum.
Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm conuenienter sint in ecclesia septem ordines distincti.

SEries legitima exposcere videbatur, vt post considerationem substantiæ & partium sacramẽti, de eius effectibus diceremus. At quoniã non eadẽ apparet rõ in omnibus ordinibus eosdẽ proferendi effectus, ne sit opus eadẽ pluries resumere, congruẽtius est, vt de ordinũ distinctione & numero premittatur sermo. Arguitur ergo q̃ ordinũ multiplicatio nõ erat decẽs. Virtus eũ quantò maior, tantò minus est multiplicata & ideo nõ est nisi vnicus Deus, vnicus Deiuicarius, ac in republica rex vnus: quasi de causa Aristo. 8. Et hic regiam potestatẽ prætulit omnibus alijs, in quibus plures gubernant ordo

Partũ negatiuæ argumentũ primum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordo autem ea ratione, qua homines constituit in altiori gradu, q̃ sit reliquus populus, dignior est reliquis sacramẽtis quæ non multiplicantur: non enim est nisi vnicus baptismus, vnica confirmatio &c. ergo multò minùs decuit in plures diuidi. ¶ Secundò. Si plures essent ordines, aut diuisio sacramenti ordinis in plures, esset veluti totius in partes integrales, sicut homo diuiditur in caput, manus & pedes: aut totius vniuersalis in partes subiectiuas: scilicet, generis in species, vt animalis in hominem & equum. Si primum dederis, tunc sequitur q̃ sacramentum non verificatur de aliquo in specialis: totũ enim non prædicatur de parte integrali: quia nec caput nec manus est homo: si secũdum admiseris, tunc singuli per se ordines sunt sacramenta, atq; adeo omnes simul sunt septẽ sacramẽta: nam genus pluraliter prædicatur de speciebus simul iũctis: siquidẽ homo & equus sunt plura animalia. Quòd si verũ esset, plura essent quàm septem sacramenta: nam præter hæc sunt sex alia, baptismus, cõfirmatio &c. ¶ Tertio. Estò plures deberent esse ordines, apparet non congruere, vt essent numero septem: nam ordinũ numerus secundũ actiones hierarchicas multiplicandus est: secundũ autem Dionysium de ecclesia. hierach. tres sunt tantùm hierarchiæ actiones: scilicet, purgare, illuminare, & perficere: quare tres dũtaxat ordines distinguit, diaconatus, presbyteratus, & episcopatus. ¶ Quartò ab aduersa parte arguitur, q̃ deberẽt esse plures, scilicet saltem nouem. Virtus, vt modò dicebamus, quò altior est, minùs est multiplicabilis: sed hierarchiæ angelorum, q̃ sublimiores sunt q̃ hierarchiæ ecclesiæ militantis, sunt nouẽ: ergo in ecclesia deberent esse nouẽ. ¶ In cõtrariũ est vsus orthodoxę ecclesiæ, quæ ordines in septem diuidit.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Quintũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

Prima rõ.

¶ Ad quęstionem præsentẽ duabus conclusionibus respondetur. Prima. Congruentissimũ fuit, vt ordines ecclesiastici plures essent, triplici ex causa. Prima fuit, vt pulchritudo diuinæ sapientiæ in ecclesiastico cultu fulgẽtiùs splendesceret. Sapientia enim Dei licẽt in se vna sit maximè, eademque simplicissima, extra se tamen multiiuga effectuum varietate, ꝓmicat, vt patet in orbiũ cœlestium, astrorumq; concinnentissima multitudine, & in elementorũ compositione, & in numerosissima fructuum, animalium, aliarumque rerum copia. Eodem ergo modo ecclesia diuersis gradibus, ordinibus, & hierarchijs diuinã refert sapientiã. Inde enim regina Saba, vt 3. Reg. 10. legitur, admirata est Salomonis sapientiã, q̃ domum Dei tanta ministrorũ varietate extructam decorasset. Et Dauid psalmo. 44. ecclesiam contemplatus est tanquàm reginam à dextris sedentem circundatam varietate. Secunda ratio sumitur ex subuẽtione humanæ infirmitatis. Nequiuerant enim omnia, quæ ad diuinum cultum attinent, per vnum ministrorum genus cõmodè expleri, ob idq; plura adhibita sunt. Quam ob rem & antiquitus, vt Numeri. 11. legitur, Moysi dominus septuaginta senes in adiutorium adhibuit, & Christus in Euangelio septuaginta duos discipulos adiunxit apostolis. Tertia deniq; ratio fuit secundùm Dionysium loco citato, vt multiplicatis ministris diuini cultus, amplior hominibus panderetur via eodem modo proficiendi. ¶ Secunda cõclusio. Septenarius ordinũ numerus fuit congruentissimus, qui sunt, presbyter, diaconus, subdiaconus, acolytus, seu acoluthus, exorcista, lector, & ostiarius. Hanc conclusionẽ negauit V Vitcleff, vt est videre apud V Valdẽsem como. 2. de sacramẽ. cap. n6. dicens, Christũ non instituisse nisi duos ordines: scilicet, apostolorum, qui erant sacerdotes, & septuaginta duorũ discipulorum, Lucæ. 10. qui erãt ficrt diaconi: hoc est, ministri apostolorum. Redarguitur autẽ eius error testimonijs multis sanctorum, quos illic V Valdẽsis in testes accersit. Extat enim inter canones apostolorum cap. 41. & 43. Septenarius iste numerus ministrorum altaris, qui quidem c[illegible]n semper fuit habitus in veneratione, vt autor imperfecti Homil. 53. super Matth. edocet. Et Clemẽs apostolis proximus, imò coætaneus in Epist. 3. ad vniuersos eosdem septem ministros recẽset. Et Anacletus sub id ferè tempo ris etiam Pontifex cap. 2. suorum decretorũ in solennibus diebus diaconos iubet episcopo assistere, & subdiaconos atq; reliquos ministros. Et Ignatius apostolorum quoq; coæuus in quadã epistola ad suos Antiochenos. Saluto, inquit, sanctũ presbyterum vestrum, saluto sanctos diaconos, subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, exorcistas &c. Et Cornelius papa in epist. ad Fabianum Antiochenum eosdem prorsus ordines septem cõmemorat. Atqui & Eusebius lib. 6. historię Ecclesiast. cap. 33. refert epistolam Cornelij, qui fuit ducentis annis a Christo, vbi eosdem septem ordines commemorat. Et Ambrosius super illud ad Ephes. 4. Dedit quosdam apostolos

Regina Saba.

Numer. 11.

Rõ tertia.

Secunda cõclusio.

V Vitcleff.

Error V Vitcleff redarguitur.

Autor imperfecti.

Anacletus.

Ignatius.

Eusebius.

Ambros.

stolos &c. officia istorum ordinũ septem denarrat. Et Hieronymus in prologo epistolæ Pauli ad Thessa. ait illas Apostolum misisse ab Athenis per Titum & Onesimum acolytum. Mittimus Isidorum atq; Rabanum, qui in suis libris de offic. eccles. istorũ septem ordinum & numerũ & rationem satis explicãt. Et idem Isidorus in Epistola ad Ludriterum singulorum ordinum officia describit, & refertur dist. 25. can. Perlectis. Et distin. 23. can. Presbyter, & pluribus subsequẽtibus ex Cõcilio Carthaginensi. 4. de singulorũ septem ordinum promotione amplior fit sermo. Et tandem Hugo lib. 2. de sacrament. par. 3. ca. 5. quem Magist. senten. imitatur, eosdem septẽ ordines quasi per ecclesiam receptissimos enumerat. Est ergo cõclusio nostra catholica qua affirmatur, hos septẽ ordines antiquissimos: nempe, à tempore apostolorũ semper in ecclesia fuisse celebres. Error ergo est dicere septuaginta duos discipulos fuisse diaconos: quippe cum presbyteri fuerint, quos dominus in adiutorium apostolorũ, ac subinde episcoporũ cooptauit: nam de institutione diaconorũ arti. sequenti dicemus. ¶ Rationẽ autem huius numeri sunt qui velint ex adaptatione ad gratias gratis datas venari, quas Apostolus 1. Corint. 12. cõnumerat, dicentes sermonem sapientiæ cõuenire episcopo, qui est aliorum ordinator: ordinare enim, actus sapientiæ est. Sermonem verò scientiæ sacerdoti competere, qui claui scientiæ in sacramento pœnitentiæ vtitur: sed fidem competere diacono, [illegible]legit euangeliũ fidei. Virtutum autem op[illegible]ra tribuunt subdiacono, in quo incipit continentiæ votum, quæ omniũ est virtutum genitrix. Interpretationem sermonum acolyto, qui lumine, quod defert, interpretationem scripturæ significat. Et gratiam sanitatum exorcistæ, qui dæmones expellit. Et genera linguarũ psalmistæ, & prophetiam lectori, & discretionẽ spirituũ ostiario, qui quosdam repellit, & quosdam admittit. ¶ Attamen adaptatio hæc non est apta. Primùm, quia gratiæ gratis datæ secundùm apostolũ non dantur eidem, sed diuersis, & tamẽ ordines eidẽ conferunẽ. Item quia ꝓpatus, vt videbimus, nõ est ordo: neq; verò psalmistæ officiũ. Sed quæ præcipuè aduersus istos ratio pugnat, est, q̃ ordinũ functiões nullis indigent gratijs gratis datis. ¶ Propterea alij aliam rationem comminiscuntur, vt numerum ordinum instar cœlestis hierarchiæ conditum velint. Officia quippe angelorum sunt purgare, illuminare, & perficere. Aiunt igitur, quòd ostiarius purgat exteriùs, arcendo malos ab ingressu ecclesiæ, & admittendo bonos: interiùs verò purgat acolytus; quippe qui lumine cerei, quem defert, expulsionem mentis tenebrarum designat. Exorcista verò vtroq; modo purgat pellendo dæmonem, qui intus & foris conturbat hominem. Sed illuminatio, quæ fit per doctrinã, quantùm ad prophetiam fit per lectores, quantùm ad euangelicam per diaconum, & quãtùm ad apostolicam per subdiaconum. Perfectio autem communis, quæ fit per sacramentum baptismi, pœnitentiæ, extremæ vnctionis & eucharistiæ pertinet ad presbyterum. Alia verò excellentior per confirmationem plebis, & ordinationem sacerdotum, & consecrationem virginum, incumbit episcopis. Ac demum suprema, quæ est episcopos creare, attinet ad Papam, in quo plenitudo residet potestatis. ¶ Ac verò neque speculatio ista, legitima est. Primùm, quia ordines cœlestis hierarchiæ non distinguntur per il[illegible]actiones: nam cuilibet hierarchiæ in suo gradu conueniunt omnes, vt in materia de angelis disputatur. Præterea quia perficere solis episcopis secundùm Dionysium conuenit, eo, quod chrismate in confirmatione & ordinibus vtuntur, quæ quidem sacramenta exuberantem copiam fragrantis gratiæ conferunt, quæ in balsamo designatur. Illuminare autem conuenit presbyteris per alia quatuor sacramenta: nam matrimoniũ nõ competit ad hierarchiam. Sed purgare conuenit diaconibus & alijs inferioribus ordinibus, quatenus plebem ad Eucharistiæ functionẽ præparant. ¶ Ob idque alij ordinum seriem septem donis spiritus sancti assimilare contendunt: vt donum sapientiæ, quod supremum est, sacerdotibus adscribat: illud quippe donum pane vitæ & intellectus homines cibat, quos perinde sacerdo[illegible] eucharistia reficit. Donum verò timoris, quod est infimum, attribuunt ostiario, qui in ingressu ecclesiæ bonos per timorem a malis separat. Ac subinde alia media dona alijs intermedijs ordinibus accommodare pergunt. ¶ Sed re vera neq; ista distributio est germana: nã in quocunq; ordine, qui est sacramentum, septiformis gratia confertur. ¶ Legitima ergo ratio distinctionis ordinum ex ordine & respectu ad sacrosanctam eucharistiam, ad quam oẽs referuntur, sumẽda est. Enimuerò, vt loco citato autor est Dionysius, vt templa & altaris vasa,

Hieronym.

Isidorus.

Hugo.

Cõclusio Catholica.

Ratio septenary numeri.

Ratio aliorum.

Adaptatio non apta.

Purgare.

Illuminare.

Perficere.

Adaptatio probatur nõ legitima.

Perficere.

Illuminare.

Purgare.

Ratio aliorum.

Adaptatio nõ cõgrua.

Ratio legitima distinctionis ordinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vasa, ministrorumq; ornamenta propter dignitatem eucharistiæ cõsecrantur: ita & omnes ministri ratione eiusdem sacramenti initiantur. Vnde quò quisq; istorum ordinum propinquiùs ad eandem eucharistiam accedit, eò præstantior est & sublimior. Quo fit, vt sacerdotum ordo, quorum munus est eucharistiam ipsam consecrare, sit omnium dignissimus. Quapropter dum ordinãtur, tanquam materiã, accipiunt calicem cum vino, & patenam cum pane, vbi, vt forma ipsa significat, potestatem accipiunt consecrandi offerendiq; altaris sacrificium. Reliqui verò ordines hanc virtutem non attingũt, sed omnes sunt in ministeriũ sacerdotis, cui cooperantur, instituti. ¶ Eorum aũt ministeria aut sumuntur in ordine ad eandem eucharistiã, aut in ordine ad populum, qui ad ipsam apparatur. Prior ordo est tripertitus, in quo diaconi sunt supremi: quia sunt sacerdotis proximi cooperatores, & ideo tenẽt Leuitarum locum, qui antiquitus erãt diuino cultui mãcipati, ceu sacerdotum ministri. Ministrant enim ei in suis manibus consecrandam materiam. Et in primitiua ecclesia, quando mos vigebat ministrandi sanguinem populo, diaconus id exequebatur. Quapropter per antonomasiam dicuntur diaconi: id est, ministri: id enim Græcum nomen sonat. Ob idq; Paul. 1. ad Timoth. 3. post mores episcoporũ, quo nomine omnes presbyteros comprehẽdit, subdit, & quibus debent esse virtutibus diaconi imbuti: eò quòd tam propè ad sacra mysteria accedunt. ¶ Perquam tamẽ episcopi ceremoniam ordinatio eorum fiat, & characteris impressio, inter Doctores controuersatur. Scotus nanque dist. præsenti art. 2. ait, propriũ actum diaconi non esse legere euangelium, neque subdiaconi legere epistolam. Vbi insinuat eius ordinationem non consistere in acceptione libri euangeliorum, neq; illic imprimi characterem. Similiter Duran. ead. dist. q. 3. ait non imprimi characterem in traditione libri, sed cùm episcopus manũ ei imponens ait, Accipe spiritum sanctũ ad robur &c. eo q̃ tunc ad ministerium applicat, vt dist. 23. can. Diaconi, decernitur. Probatq; id præterea quia non est vsus vniuersalis ecclesiæ tradere ei librum. Imò ait, in ecclesia Anicienſi, cuius ipse fuit pontifex, non fuisse in more tradere diacono librum, sed ipsum illum statuisse. Ricardus verò ead. dist. art. 4. q. 3. contrarium censet: scilicet, in traditione libri imprimi characterem. Sed litem concilium Florentinum in instructione Armenorum diremit, affirmãs, diaconatum per libri euangeliorum dationem conferri: ob idque tũc character imprimitur, & infunditur gratia. Idque adeò inde confirmatur, quod cap. Presbyter. de sacram. non iterand. manuum impositio asseritur non esse de essentia. Vnde eps̃, sicuti presbytero ait, Accipe potestatem offerẽdi sacrificiũ pro viuis & defunctis: ita ait diacono, Accipe potestatẽ legendi euãgelium pro viuis & defunctis, quę ideo est eius ordinationis forma, qua infundit̃ gratia, & character imprimitur, quod est indiciũ illum esse præcipuũ eius actum. ¶ Quod autẽ in sua ordinatiõe diaconi admonent̃ eorum officiũ esse baptizare & prædicare, in superioribus expositũ reliquimus. Nã dist. 4. ar. 1. secundũ S. Tho. 3. par. q. 67. art. 1. ostendimus baptizare ex proprio officio nõ incũbere nisi sacerdotibus, vt can. Diaconus, dist. 93. ait Gelasius, & can. Constat, de consecra. dist. 4. Isidorus. Diacono em̃, vt nomẽ eius sonat, & vt idẽ Isidorus can. Perlectis, dist. 25. admonet non incũbit nisi sacerdotib̃ assistere & ministrare. In primitiua aũt ecclesia, vbi raritas erat sacerdotũ, ex cõmissione poterant baptizare, vt eod. can. Diaconos, habet̃. Et fortasse cum aliqua catechismorũ & exorcismorũ solennitate. Et tũc quoq; propter eandẽ ministrorum inopiã permittebat̃ eis prædicare, vt Ambros. super. 4. c. ad Ephes. autor est. Verũ tamen ex officio, vt codẽ loco ait S. Tho. nõ cõuenit diacono nisi recitare euãgeliũ & per modũ catechismi articulos fidẽi & decalogũ exponere. Et ita intelligẽdus est Isidorus in dict. can. Perlectis, & Greg. in can. In sancta dist. 92. officiũ prędicandi diacono tribuẽtes: nam ex officio prædicare docendo exponendoq; euangelium solis episcopis incumbit: quia prædicare est perficere, quod officium eporum est, vt Dionysius ca. 5. de eccles. hierar. autor est, quod & nos latiùs dist. 1. q. 5. ar. 6. cõmonstrauim̃. Quare neq; sacerdotibus hoc cõuenit ex officio. Obidq; in eorũ ordinatione hoc illis munus nõ adscribitur. Vnde euidens est argumẽtum multò minùs debere diaconibus attribui: sed solùm catechizare sine solennitate concionis. Et ideo. 16. q. 1. can. Adijcimus, prohibentur alij prædicare q̃ presbyteri. Nam plebanis in sua parœcia id cõceditur, atq; alijs etiam cõmitti põt. Quinuerò & diacones, si sint idonei, facultate suorum prælatorum possunt id muneris quandoq; etiam solenniter exercere.

Sacerdotij ordo omniũ dignissim̃.
Diaconi officium.
Paul. 1. ad Timothæũ. 3.
Doctorũ cõtrouersia.
Scotus.
Concil. Florenti.
Diaconi officium.
Diaconi nõ baptizãt solenniter.
Diacono cõuenit euangelium recitare.
Gregorius.
Can. Adijcimus. 16. quæst. 1.

¶ Post

Subdiaconi officium.

¶ Post diaconum est subdiaconus, græcè hypodiaconus: hoc est, subminister: quia est minister diaconi: offert enim ei nomine populi materiam consecrãdam, quam diaconus de manu eius accipiens porrigit sacerdoti. Quapropter, vti ait Hugo, subdiaconi sunt sicut in veteri lege Nathinæi, qui, vt legitur libr. 1. Esdræ cap. 2. & lib. 3. cap. 8. erant Leuitarum ministri ducenti viginti. Quocirca eis traditur calix vacuus cum patena superposita, & per archidiaconũ traduntur subinde vrceoli cũ vino & aqua, ac bacile cum manutergio: nam ipsius munus est lotionem manuum presbyteri habere paratam, vinumq; & aquã calici infundere. ¶ Hærere tamẽ hic dubius quispiam posset, vtrùm in illa calicis & patenæ traditione, an verò in traditione libri epistolarum subdiaconi ordinatio consistat, per quam & character imprimatur. Nam si exemplũ à diacono duxeris, per traditionẽ libri epistolarũ eadem fieri videtur ordinatio: similiter enim tũc dicit episcopus, Accipe librum epistolarum, & habeto potestatem legendi, &c. Atq; idem de lectoribus & exorcistis dicturi sumus. Atuerò D. Tho. dist. 25. q. 1. art. 1. ad. 2. ait subdiaconum characterem non suscipere nisi dum calicem cum patena recipit. Atq; eiusdem sententiæ autor est loco citato Ricardus, & Paluda. dista presenti, & omnes sanè docentes. Nam eodẽ Florentino cõcilio sic definitum est. Et ideo ad argumentum oppositum respondetur, q̃ quemadmodum ordinatio presbyteri in traditione materiæ consecrandæ consistit: ita & ordinatio cuiusq; ministri in actu eius principali. Est autem ille principalis, qui ministerio eucharistiæ propinquiùs accedit: propinquiùs aũt ei ministrat subdiaconus cùm materiam consecrandam diacono porrigit. Diacono verò non potuit similis materia in eius ordinatione tradi: nam cùm presbytero calix cum vino, & patena cum hostia tradatur, subdiacono verò eadem vasa vacua, modus non restabat medius, quo posset tradi diacono. Quam ob causam & propter euangeliorum dignitatem per eorum traditionem suscipitur diaconatus. ¶ Tertio loco ordinatur acolytus, seu acoluthus: nam vtrunq; nomen rei congruit. Acolytus nanq; græcè idẽ est, quod non prohibitus: id est, qui à sacris nõ cohibetur, sed permittitur ignẽ, aut quid aliud ministrare. Acoluthus verò idẽ quod famulus & ministrãs, vti est pedissequa: nam licèt cum cereo antecedat presbytero procedunt ad altare, ministrat nihilominus postmodũ subdiacono, cui debet ampulas cum vino & aqua offerre. Et ideo quamuis primò acoluthis tradãtur cerei, quia sunt etiam ceroferarij, quasi lumen fidei ad illuminãdam plebem deferentes, post modum tamen traduntur vrceoli vacui. Et in illa traditiõe cum illa forma, Accipe vrceolum ad suggerẽdum vinum & aquam in eucharistiam sanguinis Christi, consistit eorum ordinatio. Et viguit olim vsus, vt archidiaconus tam subdiacono q̃ diacono materiam præberet, & episcopus proferret formam, vt loco citato dist. 25. ait S. Tho. Iam verò in Pontificali Romano scriptum est vt episcopus illam tradat. ¶ Alij verò tres ordines sumuntur ex ordine ad populum, quem ad eucharistiam præparãt. Hæc autem præparatio est immundorum emundatio, vt eucharistiæ suscipiendæ idonei fiãt. Est autem immundorum, vt Dionysius loco citato edocet, triplex ordo, infimus: scilicet, infidelium, credere renuentium, qui ideo omnino sunt à sacris cohibendi, quod quidem munus ostiarijs conuenit, quorum ordo infimus omnium est. Tametsi, vt ait loco citato Hugo lib. 2. par. 3. cap. 6. hoc officium dominus in sua persona susceperit quando flagello ex funiculis facto ementes & vendentes de templo eiecit. Marci. 11. Ad quos ideo ostiarios spectat cymbalum ad conuocandũ populum pulsare, & aperire ecclesiam, cohibereq; infideles ne ad sacra irridenda ingrediãtur. Et ideo traditur eis cymbalum cum clauibus. ¶ Secundum immundorum genus est eorum, qui fidem vtiq; suscipere annuũt, sed nõdum sunt satis instructi, vt catechumeni, quorum emundatio & instructio officiũ est lectoratus: nempe, prima fidei rudimẽta eos docere, præsertim aliquid ex veteri testamẽto, quod est velut inductio ad legem nouam. Quod quidẽ munus dominus vsurpasse videtur, vt illic etiam adnotauit Hugo, quãdo in medio seniorum librum Esaiæ aperiens distinctè ad intelligendum legit. Lucę. 4. Quapropter lectoribus, etiam si non sint subdiaconi, ex officio competit cantare in ecclesia ꝓphetias & lectiones, quæ canunt̃ in hebdomada sancta, & maximè in sabbato. Quare non est necesse vt qui illas canũt sint dalmaticis induti, sed satis eis sunt superpelicia. Quod si quis arguat, psalmistatum eadem ratione debere institui diuersum ordinẽ, negatur consequentia. Psalmi enim pars sunt veteris testamenti: quare psalmistatus non

Dubium.
Solutio argumenti.
Acolytus.
Antiquus mos.
Tres ordines minores.
Ostiarij officium.
Lectorij officium.
Nota.
Obiectio.
Dilutio.

B addit

Universidad de Deusto
Biblioteca

addit rem, sed modum: scilicet, psallere, quod est canere. Lectorum igitur ordinatio consistit in traditione lectionarij & illa forma, Accipite & estote verbi Dei relatores. ¶ Tertium denique genus immundorum est eorum, qui quanuis fidem susceperint, sunt tamen energumeni: hoc est, à dæmonibus obsessi, quos exorcistæ, eosdem dæmones pellendo, emundant, quibus traditur liber, quo scripti sunt exorcismi sub illa forma, Accipite, & habete potestatem imponēdi manum super energumenos. Quod quidem beneficium contulit Christus vt Marci. 7. legitur, quando saliua sua tetigit aures surdi & muti dicens, Epheta, quod est, aperire. Et quando de Magdalena septem eiecit dæmonia. Est enim officium exorcistæ dæmones pellere, ne aures obstruant baptizando, ne audiat fidem, néue linguam alligent ad eandem confitendam. Omnes ergo à minimo connumerando sunt, ostiarius, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus & presbyter.

Ordinatio lectorum.

Exorcistæ officium.

Epilogus.

¶ Ad primum igitur argumentum negatur consequentia: quoniam reliqua sacramenta non sunt instituta, nisi ad recipiendum vnicum effectum sacramenti, hoc autem est collatiuum potestatum ad agendum: & ideo quia sunt diuersæ potestates ministeriales: scilicet, legendi apostolicam doctrinam, vel euangelicam, vel consecrandi, sunt diuersi ordines. ¶ Secundum argumentum præsupponit difficultatis examen, vtrùm singuli ordinum sint sacramenta. De qua art. proximo. Interim tamen suppositá, disputationis gratia, parte affirmatiua saltem quantum ad tres ordines maiores, respōdetur prædictam diuisionem ordinum non esse in partes integrales, sicut diuiditur sacramentum eucharistiæ in consecrationem panis & sanguinis, quæ sunt duæ partes integrales eiusdem conuiuij, & ideo neutra per se est totum sacramentum, sed ambo simul, sicuti nulla pars hominis, sed omnes simul, sunt homo. In præsentiarum nanque non solùm omnes simul, verum & sacerdotium ipsum est sacramētum, & diaconatus & subdiaconatus. At neque est diuisio generis in species: nam tūc, vt argumentum concludit, omnes simul ordines essent plura simpliciter sacramenta. Sed est, inquit S. Tho. diuisio totius potestatiui in suas partes, cuius nōnullum exemplum lucet in anima & eius potentijs: scilicet, intellectu & voluntate, quæ quidem potentiæ dicuntur quodammodo partes animæ, quanuis sint eius accidentia propria. Natura autem huiusmodi diuisionis est, quod totum secundùm completam rationem sit in vno, tamen participatiuè in reliquis: sicut tota virtus secūdùm essentiam est in animo, cuius potentiæ sunt participes. Eodem enim modo tota ratio sacramenti ordinis est in sacerdotio, in reliquis verò ordinibus est quædam participatio, quatenus ad ipsum omnes referuntur. Atque hac ratione non dicuntur simpliciter plura sacramenta, sicut si esset diuisio gēris in species, sed omnes sunt vnum, non tanquàm partes integrales, vt in sacramento eucharistię, sed quia reliqui sunt supremi sacerdotij participationes. ¶ Ex hac autem sententia S. Thomæ Durandus dist. præsenti. q. 2. colligit contra ipsum, reliquos ordines, præter sacerdotium, non esse sacramenta, sed sacramentalia quædā, sicut exorcismi sunt dispositiones quædam ad baptismum, atque adeò per illa nullam cōferri gratiam. Sed certè illatio nulla est, vt art. proximo videbimus. Imò verò ex hoc quòd ratio sacerdotij participatur ab alijs, colligitur, q̄ quidpiā gratiæ in illis conferatur, saltem in diaconatu, & subdiaconatu, vt latiùs illic cōmostrabimus. ¶ Ad tertium respondetur, q̄ Dionysius nō loquebatur illic de ordinibus secundùm quod sunt sacramenta, sed secundùm quod ad hierarchicas actiones attinēt. Et ideo omnes tres actiones attribuit episcopo, licēt episcopatus non sit sacramentum. Nam solus ipse chrismate in confirmatione vtitur, & ordines confert, ad significandum gratiæ copiam, quod est perficere. Illuminare verò & purgare adscribit sacerdotib̄, qui per administrationem baptismi illuminant: nam vnus effectus gratiæ baptismalis est illuminare lumine fidei: & per gratiam pœnitentiæ, & extremæ vnctionis purgant animam, ac demum per eucharistiam pascunt. Id autem, quod est purgare tantùm, adscribit diaconis, quia eis ex officio non incumbit sacramenta administrare, sed populum ad eucharistiam disponere, quod est quoddam purgationis genus. Sed tamen nomine diaconi: hoc est, ministri, omnes inferiores intelligit.

Solutio primi argumēti.

An singuli ordinum sint sacramenta.

S. Thomas.

Durandus contra Sanctū Thom.

Refutatur illatio Duradi.

Solutio tertij.

¶ Et per hoc soluitur aliud argumentum, quod est huiusmodi. Diuersorum ordinum diuersa debent esse officia: sacerdotibus autem competit populum ad eucharistiā per sacramentum pœnitentiæ disponere: eum scilicet, emundando: ergo præter hoc officium

Aliud argumentū.

cium non opus erat alios inferiores ministros ad disponendum populum adhibere. Respondetur quòd populum emundare & disponere contingit dupliciter. Vno modo dispositione remota, vt in minoribus ordinibus explicatum est, Et pariter diaconus & subdiaconus plebem disponunt & præparāt legendo illi doctrinam euangelicam & apostolicam. Sed alia est dispositio & emundatio proxima, qua quis fit idoneus ad suscipiendam illico eucharistiam, quæ est remissio peccatorum. Et hæc per sacramentorum gratiam baptismi & pœnitentiæ incumbit sacerdotibus, quibus competit eucharistiam consecrare & ministrare: nam & in rerum natura eidem agenti, cui conuenit principalem formam ingenerare, subinde cōgruit & proximam dispositionem inducere. ¶ Ad quartum denique respondetur, quòd ordinum hierarchiæ in angelis sumuntur secundùm diuersam eorum naturam, in hominibus verò non nisi secundùm ministeria gratiæ, quę ad vnam cōsecrationem corporis & sanguinis Christi referuntur: & ideo non opus est vtrobique parem esse numerum.

Solutio.

Solutio quarti argumenti.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm omnes ordines sint verè sacramēta, quæ gratiam conferant, & characterem imprimant.

ORdinum distinctione præuisa duplex eorum effectus subsequitur explorandus. Arguitur ergo quòd ordinis effectus non sit gratia gratum faciens. Etenim si ordinatio gratiam conferret maximè vt ordinatus ad ordinum executionem idoneus fieret: sed nemo ad suscipiendos ordines est admittendus antequàm eandem probitatem & idoneitatem habere censeatur, quæquidem probitas non nisi per gratiam obtinetur: ergo illa gratia non confertur per sacramentum ordinis: alioqui causa suum præsupponeret effectum.

Partim negatiua argumētum primum.

¶ Secundò arguitur, quòd non omnis ordo imprimat characterem. Character non imprimitur, nisi vt homo idoneus fiat ad sacramenta vel suscipienda vel conferenda: per characterem autem baptismalem homo fit potens suscipiendi omnia sacramenta, & per characterem sacerdotalem fit idoneus ad omnia conferendum: ergo per reliquos ordines nullus imprimitur.

Secundū argumētum.

¶ Tertiò. Si sacramentum ordinis characterem imprimeret, sequeretur, quòd præsupponeret sacramentum baptismi: quia qui non est Christianus, nullius est sacramenti capax: consequens tamen inde apparet falsum, quòd aliàs si quis non baptizatus, licèt bona fide crederet esse baptizatum, ordinibus initiaretur, nullum characterem susciperet, atque adeo quicquid in executione ordinum vel consecrando vel absoluendo attentaret, cassum esset & vanum: quod quidem graue periculum & nocumentum afferret ecclesiæ. ¶ In contrarium tamen est, quòd ordo, vt dictum est, censetur sacramentum: & omnium sacramentorum proprium est gratiam conferre: atqui cùm omnia sacramenta, quæ characterem non imprimūt, sint iterabilia, si hoc characterem non imprimeret, esset iterabile, quod est falsum.

Tertium argumētum.

Pars affirmatiua.

¶ Huic quæstioni tres aliæ connectuntur, vt sint numero quatuor: scilicet, vtrùm omnis ordo sit iure diuino sacramētum, à Christo institutum, gratiam conferens, & characterem imprimens. Omne enim sacramentum iure diuino, ac perinde ex Christi institutione, id habet, qui solus potuit sacramenta instituere. Atque adeò si est sacramentum, gratiam conferti & si est sacramentum ordinis, characterem imprimit. ¶ Ad quæstionem ergo octo conclusionibus respondetur. Atqui vt à primo omnium fundamento exordiamur, quod citra vllam controuersiam catholicis omnibus est in confesso, prima sit. Ordo sacerdotalis est sacramentum. Enimuerò cùm omnes fateantur ordinem esse sacramentum, & sacerdotalis sit omnium caput & finis, quò omnia referuntur, certum est illum esse propriè & potissimum sacramentum, cui maxime definitio suprà posita adaptatur. Est enim signum rei sacræ: nempe, spiritualis diuinæque potestatis, in quo sacerdos constituitur ad conficiendum corpus Christi verum, qui quidem effectus opus est supranaturale. ¶ Hinc continuò consequitur secunda cōclusio. Sacerdotium est de iure diuino, atque adeò institutione Christi cōstabilitum: quippe qui solus potuit sacramenta instituere. Instituit autem ipsum quantum ad potestatem consecrandi in cœna, vbi tradens proprium corpus & sanguinem consecratum subiunxit.

Decisio articuli.

Prima cōclusio.

Secunda cōclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc facite in meam commemorationem. Potestatem autem priori annexam remittẽdi peccata tradidit Ioan. vlti. dicens, Accipite spiritũ sanctum. Quorum remiseritis peccata &c. quæ omnia copiosiùs dist. 20. exposita sunt. ¶ Subsequitur deinde cõclusio tertia: nempe, quòd per sacramentum sacerdotalis ordinis confertur gratia gratum faciẽs. Etenim cùm Dei opera, vt Deutero. 32. legitur, perfecta sint, cuicunque potentiam tribuit ad aliquid agendum, auxilium subinde speciale fert, vt dignè huiusmodi potestatis munus exequatur. Nam in naturalibus, quibus natura dat potentiam, dat & membra, quæ ad eius vsum sunt necessaria. Animalibus nanq;, quibus potentias tribuit sensitiuas, consequẽtia membra & organa accommodat necessaria. At verò sicut ad dignè & rectè suscipiendum sacramẽta requiritur gratia: ita & ad eadem dispensanda: ergo sicut per baptismum confertur gratia ad dignè reliqua sacramenta suscipiendum, ita per sacramentum sacerdotalis ordinis infunditur gratia gratũ faciens ad sacramenta administranda. ¶ Ex his denique colligitur quarta conclusio: videlicet, quòd per idem ipsum sacramentum imprimitur character. Enimuerò vt dist. 1. q. 4. dictum est, character nihil aliud est, quàm potestas protestandi fidem per susceptionem vel collationem sacramẽtorum: cùm ergo hoc sacramentum sit signaculum potestatis supranaturalis conficiendi eucharistiam, aliaq; sacramenta dispensandi, sit vt per ipsum imprimatur character, qui signũ eiusdem potestatis est: quin vero ipsa potestas, per quem ideo ordinati à reliquo vulgo Christiano præminẽter secernũtur. Et confirmatur cõclusio autoritate concilij Florentini, vbi tria decernitur sacramenta charactẽrem imprimere, quorum vnum est hoc.

Tertia conclusio.

Quarta cõclusio.

Cõci. Florẽ.

¶ Quòd si scisciitando arguas. Nonne satis esset gratia ad sacerdotalem functionem absq; charactere? Respondetur, non satis esse: nam in naturalibus priùs consideratur potentia nuda, quę est animę coæua, vt intellectus & voluntas, & deinde accidentariè adhibentur ei habitus ad ritè & rectè operandum. Pari ergo modo character est potestas ad operandum simpliciter, siue bene siue malè: nam sacerdos extra gratiam verè consecrat, & vera sacramenta administrat: sed gratia facit, vt sit administratio idonea. ¶ Quinta conclusio. Eodem pũcto, quo infunditur gratia, imprimitur character, & quo imprimitur character, infunditur gratia, nisi obex opponatur. Momentum autem illud est, quando sacramentum perficitur: perficitur autẽ quando materia & forma applicantur: videlicet, vbi episcopus calicem tradens & hostiã, ait, Accipe potestatem cõsecrandi &c. Quapropter illo momento vti ait S. Tho. distin. præsenti quęst. 2. art. 3. & doctorum cœtus, vterq; subsequitur effectus. Ex quo fit, vt vnctiones, quæ oleo fiunt in manibus & capite nõ sint sacramentum, sed sacramentalia quædam: quare per illas nec gratia cõfertur, nec character imprimitur. Ridiculum enim esset dicere charactẽrem sacerdotalem in manibus vel in capite, dum consecrantur, imprimi: est enim in intellectu, vt distin. 1. quęst. 4. monstrauimus, vbi est fides, ad cuius protestationem imprimitur.

Argumẽ.

Quinta cõclusio.

Corollariũ.

Character intellectu imprimitur.

¶ Argumẽtum autem nec parùm molestum contra hanc conclusionem est, quòd apparet impositionem manuum cum illis verbis, Accipe potestatem remittẽdi peccata, ad formam, tanquam eius partem pertinere: quoniam character ordinis duplex est potestas: scilicet, consecrandi, & remittendi peccata, quarum prior exprimitur in traditione calicis & hostię: posterior verò in manuum impositione: quocirca apparet illuc vsque nec gratiam infundi, nec charactẽrem imprimi. Et confirmatur, quia Christus, vt modò dicebamus, diuersis temporibus has duas potestates apostolis impartitus est. Et accedit præterea argumentum potissimum, quòd tempore apostolorum non legit & forma alia consecrandi sacerdotes, quàm per manuum impositionem. Vnde Pau. 1. ad Timothæum. 4. Noli, inquit, negligere gratiã, quę data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Et cap. 5. Manus citò nemini imposueris. Et in epistola. 2. cap. 1. Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. ¶ Argumẽta sunt minimè infirma: imò non desunt, quos in talem sententiam cogant: scilicet, quòd vsque ad manuum impositionem non perficitur sacramẽtum. Quin etiam nec S. Tho. loco proximè citato sententiam suam satis declarat. Arguit enim, q̃ non imprimitur character vsq; ad manuum impositionem: propterea quòd tunc dedit Christus apostolis sacerdotalem potestatem dum dixit, Accipite spiritum sanctum, &c. Et respondet nihil aliud, quàm quòd Christus dedit illam potestatem quantũ ad principalem

Argumẽtũ optimũ.

Cõfirmatio argumenti.

Aliud argumẽtum.

Pauli testimonia.

Argumẽtũ S. Thomæ.

Solutio.

principalem actum: scilicet, consecrandi in cœna, & quantum ad secundarium: videlicet, remittendi peccata, Ioan. 20. Et inferiùs dist. proxima quæst. 1. artic. 1. ad primum argumẽtum ait, quòd in impositione manuum non datur character sacerdotalis ordinis, sed gratia, qua ad exequendum ordinem sint idonei. ¶ At verò his non obstantibus respondetur sacramentum perfici in traditione calicis & hostiæ cum forma tradendi potestatem consecrandi, atque adeò & illic charactere sacerdotem insigniri, & gratia donari. Primum, quia hæc est opinio communis, à qua non est temerè recedendum. Secundò, quia Florentina Synodus has duntaxat esse decernit materiam & formam, nulla alius formæ mentione facta. Idemque hic prorsus S. Thom. docet. Tertiò: quia characteri sacerdotali annexa est indiuiduaque potestas remittendi peccata si adsit iurisdictio: cùm ergo tunc homo fiat sacerdos cùm ei traditur potestas consecrandi corpus Christi verum & sanguinẽm, illic imprimitur character, qui est consecrandi potestas, ac subinde remittendi peccata. Alioqui dicendum esset, aut quòd potestas consecrandi non concediturvsque ad manuum impositionem, quod est contra veritatem formæ, Accipe potestatem offerendi, &c. quæ pro eodem instanti debet esse vera: aut quòd priùs imprimitur character vnus ad consecrandum, & postea alter ad remittendum peccata: quod esset ad euitandam Charibdim, in Scyllam incidere. Est enim præter omnium opinionem duos characteres ad illas duas facultates fingere. Scio posse quempiam opinari characterem priùs impressum applicari extendique post ad munus absoluendi, sicuti sacerdotalem characterem dicturi sumus extendi, dum cõsecratur episcopus, ad conferenda sacramenta confirmationis & ordinis. Attamen similitudo non est legitima: quoniam episcopus suscipit potestatem illa cõferendi sacramenta, quam non habebat dum erat simplex sacerdos: quod in præsentiarum dici non potest de potestate absoluendi. Alioqui fieret consequens, quòd si tradita priori consecrandi potestate moreretur episcopus, nec esset alius qui posset manus postmodum imponere, ordinatus ille non esset simpliciter sacerdos, atque adeò neque (quamuis haberet iurisdictionem) posset subditos à peccatis absoluere. Paluda. distin. 25. quæst. 1. concedit, quòd posset absoluere ex commissione, non tamen ex propria potestate. Sed nescio quo fundamento hoc posit fuleiri: nam certè si non habet potestatem ordinis ad absoluendum, per nullam commissionem id posset facere. Adde quòd, vt capit. Presbyter, de sacramen. non iteran. definitur, manuum impositio non est de essentia sacramenti, sicuti neq; in subdiacono: quare licèt omittatur, non est iterandum sacramentum, sed postmodũ illa ceremonia supplenda. Atqui D. Thomas hanc impræsentiarum insinuat sententiam. Dicens enim quòd Christus in cœna tradidit potestatem sacerdotalẽ quo ad principalem actum, sensit quòd tunc qui ordinatur, simpliciter fit sacerdos, atque adeò vtramque potestatem suscipit. Nam vt postremum adhibeamus argumentum, Christus per potestatis excellentiam potuit illas facultates diuisim apostolis tradere, quod re vera eius ministris episcopis non est concessum. Quod autem D. Thom. ait, priùs characterem imprimi, & postmodum gratiam conferri, intelligere non valeo. Neque suspicor quòd in summa si hucusque peruenisset, illud affirmasset: nam gratia non infunditur sacramentalis nisi dum applicatur materia & forma sacramenti, vbi character imprimitur. Præsertim quòd tam est necessaria ad idoneè cõsecrandum, quàm ad dignè absoluendum. Quòd si quis dixerit, in traditione materiæ consecrandæ conferri vnum gradum gratiæ, & in impositione alterum, (vt quidam de sumptione corporis & de sumptione sanguinis opinantur) redarguitur primò illam opinionem de gratia in sumptione sanguinis non esse tam probabilem, quàm quòd vnus tantùm, idemq; in sumptione corporis conferatur. Et secundò non esse simile: quoniam sumptio sanguinis verè est sacramentum, esseque adeò quanuis sumptio corporis non præcessisset: & tamen impositio manuum nullum est per se sacramentum. Adde quòd similiter imposita manu diacono ait episcopus, Accipe spiritum sanctum, &c. & tamen illic nemo censet infundi gratiam. ¶ Ad argumentum ergo supra factum respondetur, quòd per manuum impositionem & illam formam, Accipe potestatem remittendi peccata, nulla traditur noua potestas, sed explicatur illa, quę priùs collata fuerat. Nam quia simul non potuit decenter vtraq; forma coniungi, & decebat Christi verba referre, institutum est, vt seorsum proferrentur. Sed tamen

Dilutio argumenti.

Rõ prima.

Rõ secũda.

Rõ tertia.

Nota.

Similitudo non legitima.

Illatio.

Paluda.

Manuũ impositio non est de essentia.

D. Thom.

Postremum argumẽtũ.

D. Tho.

Sentẽtia auctoris.

Opinio quorundam.

Redarguit.

Secũda rõ.

Solutio argumenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men secunda forma referēda est ad illud momentum, quo prima fuerat prolata. Neq; verò ad essentiam sacramēti necessaria est, sed tamē est de necessitate præcepti. ¶ Ad aliud, quo argutum est, apostolos per manuum impositionem ordinasse presbyteros, respondetur, ꝙ licèt certum sit manuum impositione fuisse vsos, non solùm in ordinatiōe presbyterorum, verùm & diaconorum, tamen neq; ambigere licet, quin formā, qua ecclesia vtitur, per traditionē eorundē apostolorū didicerit, qui à Christo eādem edocti fuere. Qua propter illa manuū impositio non erat sacramentum, sed sacramentale quoddā, sicut & hæc, quæ modò ecclesię in more est, vt ait in præsentiarum S. Tho. Simile enim argumentum fit de cōfirmatione: nam & tunc, vt Actuum 8. & 19. legitur, manus apostoli imponebant, & tamen sacramenti materia nō est nisi chrismatio. ¶ Hinc fit, solam traditionem calicis & hostiæ esse de essentia sacramēti: impositio verò manuū episcopi, & vnctio manuum sacerdotis non sunt de essentia, sed de precepto. Et ideo licèt absq; illis imprimeretur character, nihilominus si omittant, supplenda sunt postmodum. Esset enim, vt ait Sylvest. verb. Irregularitas. q. 12. peccatū mortale ministrare in ordine suscepto antequam illud suppleretur, quanuis non inde cōtraheretur irregularitas. Intelligitur aūt quando illud omissum res est præcipua, vt impositio manuū & vnctio, vt cap. 1. & fi. de sacramen. non iteran. secus si esset res parui momenti, vt si quis forsan canonē cum episcopo non legerit, licèt peccauerit, non tū necessariū est suppleri: quia neq; est res magni momenti, neq; episcopus illud omisit, sed ordinatus.

Ad aliud argumētū.

Manuū impositio qd.

¶ His de sacerdotio constitutis dubiū de alijs ordinibus emergit, an oēs sint verè sacramenta. Vbi septem ordines in tres gradus distinguere oportet, quorum primus sit sacerdotium, & in secundo collocētur diaconatus & subdiaconatus, qui sunt etiam ordines sacri: & in tertio quatuor minores, qui nō censentur pari ratione sacri. Vnde vt D. Tho. dist. præsenti. q. 1. art. 2. refert, tres fuerunt opiniones. Vna scilicet quorundam, qui dixerūt in solo sacerdotio characterem imprimi, atque adeò solum esse propriè sacramentū ordinis. Atq; hanc opinionem, ceu probabiliorē sustinet Durandus ead. distin. q. 2. Sed alij dixerunt oēs solosq; tres ordines sacros imprimere characterem, ac perinde esse sacramenta. Quorū opinio veritati propiùs accedit. Tertij dixerunt omnes septem ordines verè esse sacramenta, characterē imprimentia. Et hæc fuisse videtur sententia in hac dist. Magistri sententiarum, quam proinde pleriq; eius interpretes complexi sunt, vt S. Tho. D. Bonauentura, Ricardus, & complures alij. Quanuis Magister pugnantia dixisse videatur, dicens ꝙ subdiaconatum & reliquos ordines post tempora apostolorū ecclesia instituit: & tamen ꝙ omnes conferunt gratiam, vt vera sacramenta, & characterem imprimunt: nam ecclesia non potest instituere sacramētum. ¶ Atqui rationes Durandi adeò profectò non sunt despicabiles, vt plurimū habere videātur energiæ. Arguit enim sic primò. Quando plures actiones ad vnum referūtur spiritualem effectum, quarum non nisi vna eundem effectum attingit, reliquæ nō videntur sacramenta, sed sacramētalia: nam sacramenta ab spirituali supranaturaliq; effectu rationem sacramenti sortiuntur. Exemplum est in baptismo, vbi catechismi & exorcismi ad deletionem peccati referūtur: sed quia illum effectum solus baptismus attingit, reliquæ actiones non sunt sacramenta, sed sacramentalia quædam. Ordines aūt omnes gratia eucharistię consecrādæ & remittendi peccata instituti sunt: cùm ergo illos spirituales effectus solus sacerdotalis ordo attingat, fit consequens, vt reliqui non sint sacramenta. Secūdò. Sacramēta, & potissimùm quæ characterem imprimunt, non sunt instituta nisi ad aliquem supranaturalem effectum vel cōferendum vel suscipiendum, vt in baptismo imprimitur character ad reliqua sacramēta suscipiēda, & in ordine ad conferēda: sed per solum ordinē sacerdotalē tribuitur potestas conferendi sacramenta: nam diaconus, qui est aliorum ministrorum supremus, non habet ex officio sacramenta consecrare vel administrare: ergo ad functiones ministrorum sub sacerdote nullo opus est sacramēto, quo ministri gratiam & characterem suscipiant, tanq̄ supranaturalem potestatem suscipientes. Porrò argumentum non est parùm vrgens. Tertiò. Per sacramenta accipitur potestas ad simpliciter aliquid suscipiendum vel administrandum: itaq; sine illa potestate si illud attentaretur suscipi vel administrari, totum esset cassum & irritum: etenim per baptismū sic accipitur potestas suscipiendi alia sacramēta, vt si quis ante ipsum aliqua attentaret suscipere, nihil susciperet: & per sacerdotium sic fit consecrandi facultas, vt si absq; illo

An oēs ordines sint sacramenta.

S. Thomas.

Prima opinio.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

Magister sentent.

Primum argumentum Durandi.

Exemplū.

Secundū argumentum Durandi.

Tertium argumentum Durandi.

illo quis consecrare præsumeret, nihil faceret: sed tamen ordines inferiores nō sunt huiusmodi: nam diaconus per suum ordinem solùm accipit potestatem ritè legendi euangelium, non tamen simpliciter legendi: nam si quis sine suscepto diaconatus ordine illud solenniter caneret, quanquam peccaret, nihilominus vera esset lectio. Et quartò, vt supra diximus, accedit argumentum, quod ex cōcessione S. Thomæ sumitur, vbi ait, quòd sacramentum ordinis secūdùm completam rationem est in sacerdotio, in alijs autem est quædam participatio ipsius. Vnde collectio fieri videtur, nō opus esse tot characteribus. ¶ Præterea, vt eidem opinioni nos quoq; patrocinemur, arguitur sic. Si aliquis ordinum sub sacerdotio esset sacramentum, maximè diaconatus, propterea quòd in actis apostolorum & apud Paulum mentio fit crebrò huius ordinis: attamen hoc non inde satis colligitur: nam diaconi nomen nihil aliud sonat quàm ministrum, & tempore apostolorū apparet diaconos non fuisse nisi pauperum ministerio addictos, iuxta illud Actuum. 6. Nō est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis: quare constituti sunt septem viri boni testimonij, qui illi sint muneri mancipati, quorum Stephanus fuit primicerius. Atque his accedit maximè argumentum, ꝙ materia & forma in ordinandis diaconibus & subdiaconibus per traditionem libri nō videtur à Christo instituta, nec tempore apostolorū in more fuisse, sed sola manuum impositio, vt apparet Actuum. 6. quia tunc non erant libri euangeliorum, aut epistolarum. ¶ Re vera qui opinionem Durandi sustinere vellet, non esset magna reprehensione dignus. Nihilominus non est tam facilè à communi antiquorum opinione deflectendum: esset enim nōnulla temeritatis nota. Ob idq; subiungitur sexta conclusio. Diaconatus & subdiaconatus sunt verè iure diuino sacramenta, characteris subinde & gratię efficacia. Probatur, de diacono primùm, antiquissimi autoritate Dionysij, qui de diaconibus ceu de altaris ministris identidem meminit. Et, quod vrgētiùs mouet, Pau. 1. ad Timoth. 3. depicta suis moribus eorum imagine (quo noīe omnes presbyteros comprehēdit) de diaconibus extemplò subiūgit dicēs, Diaconos similiter oportet esse pudicos, nō bilingues, non vino deditos, nō turpe lucrū sectantes, habentes mysteriū fidei in cōscientia pura: vbi illos ceu altaris ministros egregijs virtutib⁹ præditos requirit. Ex quo sub sequitur, ꝙ vero sacramento initiari debent, vbi gratia ad id muneris perfundātur, ac sub inde characterе exornentur. Id quod præcipuè Actuum 6. confirmatur, nam apostoli septem illis diaconibus in suo conspectu constitutis orantes manus imposuerunt, quod erat sacramenti signum. Quare ad munus altaris instituti sunt. Atq; inde in more habet ecclesia manus imponere diaconis, & nō hypodiaconis. ¶ Et quanuis de subdiaconibus non adeò habeatur in antiquis memoria expressa, tamen nomine diaconorum re vera intelligunt: tum quia vt ait D. Thomas, cùm in primitiua ecclesia nō esset tanta ministrorum copia, diaconi persæpè & euangelium & epistolas legebant, vt modò crebrò propter inopiam fieri assolet: tum etiam quòd cùm diaconus idem sit, quod minister, nominis amplitudine intelligitur & subdiaconus. Accedit ecclesiæ autoritas & vsus, quæ subdiaconatum connumerat inter ordines sacros, quos ad recitanda soluendaque diuina officia compellit, qui ceu ministri adeò altari mancipantur, & (quod vehementer vrget) à laicorum statu separantur, vt sint matrimonio contrahendo prohibiti: & ideo Dalmatica & manipulo vtuntur. ¶ Septima conclusio. Reliquos quatuor ordines minores absq; erroris periculo sustineri potest nō esse propriè sacramenta, quibus vel gratia infundatur, vel imprimatur character. Hanc opinionem insinuat Magister sentent. dicens, hos ordines fuisse institutos ab ecclesia. Quin verò de subdiaconatu idem censere videt. Quā subinde opinionem Caietanus in illa quæst. de ritu suscipiēdi ordines, in additio. ad 3. partem approbat. De subdiaconatu verò, vt modò ostendebamus, alia est ratio. Sed de alijs quatuor ordinibus minoribus probatur conclusio: quoniā de illis in ecclesiæ primordijs non ita expressè reperitur mētio facta, neq; illi ministri eis officijs dedicantur, quæ ad dignitatem consecrandi eucharistiam attinēt, sed ad disponendum populum. Atq; adeò licèt in peccato vsum suorū ordinū exerceāt, nullatenus peccare censentur: quare neque opus est, vt gratiam ad id muneris suscipiāt, ac perinde nec characterem. Quod inde præsertim confirmatur, quòd à seculari cœtu nō eatenus abdicantur, quin absque vlla dispensatione possint matrimonia contrahere. Et quod vrgentissimè mouet, ad nullas obligantur horas recitandas, vt subdiaconi, neq; vero

Quartū argumentū.

Autoris argumē. in fauorem Durandi.

Secundū argumentū.

Sentētia autoris.

Sexta conclusio.

Ratio ꝑ diacono.

Paul. 1. ad Timoth. 3.

Actuū. 6.

Nota.

De subdiacono.

Alia ratio.

Septima cōclusio.

Magist. sententia.

Caieta.

Ratio cōclusionis.

Nota.

Alia ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò ad canticum gradum, quod nonnulli absque vllo fundamento fingunt. Neque arbitror profectò, q̃ si D. Tho. ad hunc locum in summa peruenisset, in contraria perstitisset opinione, quam in Quarto, vulgus secutus, tenuit. Et confirmatur per id conclusio, quòd subdiaconatꝰ & ordines superiores dicuntur sacri, inferiores verò non sacri: nam etsi S. Tho. respondeat omnes secundùm se esse sacros: quia omnia sunt sacramenta: sed superiores dici sacros ratione materiæ sacræ, circa quam exercentur: gratior tamen solutio est, quòd superiores dicuntur sacri: quia verè sunt sacramẽta, reliqui verò non nisi sacramentalia quædam. Atq; hac de causa, vt inferiùs visuri sumus, simplex presbyter potest ex commissione minores ordines conferre, non tamen maiores. ¶ Et per hoc soluitur argumentum Bonauenturæ, quo sic arguit. Illi ordines minores nõ sunt iterabiles: ergo imprimunt characterem. Consequentia quippe hęc nulla est, sed si sic argueretur. Sacramentum hoc non est iterabile: ergo imprimit characterem. Concedimus nanque illos quidem esse verè ordines, non tamẽ propriè sacramenta ordinis, sed sacramẽtalia ad sacramentum disponentia: & ideo non sunt iterabiles, non quia sacramẽta sunt, sed quia per quandam consecrationem celebrantur, vt consecrationes altaris, & vasorum, ac ornamentorum, quæ eidem sunt deputata. ¶ Et eodem modo soluuntur argumenta Paludani asseuerantis omnesistos ordines esse verè sacramenta. Arguit enim contra Durandum, quòd si non essent sacramenta, sed sacramentalia, non deberent diuersis temporibus conferri, sed simul omnia cum presbyteratu, sicut exorcismi & catechismi in baptismo. Item sequeretur, quòd si quãdo presbyter ordinatur, error contingeret, vt sacramentum esset nullum, postmodum quando iteraretur, deberent iterari omnia. Respondetur, inquam, eiusmodi ordines non esse sacramentalia instar omnino exorcismorum & catechismorum, sed sunt consecrationes & dedicationes ministrorum ad aliqua officia: quare & longè ante presbyteratum conferri possunt, & nunquàm sunt iterandi. ¶ Argumẽta verò Durandi quatenus probant, quatuor ordines non esse sacramenta, admittuntur, sed quatenus contendunt diaconatum, & subdiaconatum à sacramentorum ratione excludere, non necessariò concludunt. Et ideo ad primum respondetur, quòd etsi illi ordines ad eucharistiam consecrandam referantur, quem quidem effectum solus presbyteratus attingit, non tamen inde subsequitur, non esse sacramenta: quia non sunt sicut exorcismi, sed consecrationes & dedicationes ad certa officia. Et quanquam illa officia legendi Euangelium vel epistolam, etiam si non ordinatus exequeretur, re vera essent lectiones: nihilominus ad eadem officia cum idoneitate exercendum & dignitate ordinantur per sacramentum ministri. Quare non opus est, vt per quodlibet sacramentum accipiatur potestas ad simpliciter agendum, sed ad dignè agendum. ¶ Et ad autoritatem S. Thomæ dicentis, quòd sacramentum ordinis totum secundùm completam rationem est in sacerdotio, in alijs verò secundùm participationem, respõdetur, non esse sensum, quòd gratia & character solùm sit in sacerdote, sed q̃ gratia & characteres aliorum sint participationes eorũdem effectuum, qui sunt in sacerdotio. Non quòd eadem grãtia diuidatur, vt vna pars sit in sacerdote, & alia in diacono, sed quòd gratiæ inferiorum referũtur ad ministerium superioris, iuxta illud Numero. 11. vbi dominus dixit Moysi, vt septuaginta viros congregaret, qui ei essent auxiliares, & subdit, Auferam de spiritu tuo, & tradam eis, vt sustentent tecum onus populi. Non enim intellexit quòd partem spiritus, quem Moysi aspirauerat, esset ei adempturus, sed quòd similem alijs spiritum traderet, licèt nõ tam egregiũ. ¶ Ad aliud verò, quod nõ fecimus, iam responsum est, diaconos non solùm in ministerium mensarum secularium, verùm etiam sacri altaris fuisse institutos. Et quanuis in initio statim non essent libri epistolarum & euangeliorum, nihilominus tradebat eis potestas ad legẽdum & fortè scripta charta. Et ita apostoli docuerũt ecclesiam, vt sub vtraque forma & materia illam traderet. ¶ Duo autem restant argumenta soluenda. Primum, quòd cùm omnia sacramenta ex institutione Christi habeant efficaciam: & sacramentum ordinis quantum ad omnes eius partes non inueniatur à Christo institutum, non est sacramentum. ¶ Secundum. Si in diaconatu & subdiaconatu confertur gratia, consequitur vt quotiescunque solenniter suis ordinibus funguntur legendo euangelium vel epistolam extra gratiam peccent mortaliter, quod creditu durum censetur. ¶ Ad primum autẽ respondetur, quod presbyteratum, iam dictum est, à Christo fuisse in cœna institutum, atqui & diaconatũ post quam apostoli expressam de illo fecerũt mẽtionem, certum est ex institutione Christi id habuisse, licèt non ille, sed ipsi ordinem promulgauerint, vt de extrema vnctione dictũ est. Subdiaconos verò & alios inferiores ministros ait impręsentiarum senten. Magister ecclesiam pro tempore instituisse. At verò de subdiaconatu, si est, vt diximus, verum sacramentum, non est ambigẽdum quin apostoli ex Christi institutiõe illum susceperint dimidentes diaconum: hoc est, ministrum in duos. Sed minores ordines credẽdum est ecclesiam postmodũ instituisse: & hoc est nouum argumentum non esse sacramenta, sed sacramentalia. ¶ Ad secundũ dist. 1. q. 5. art. 6. diximus, nõnullos ita sustinere, quòd sit peccatum mortale diacono & subdiacono solenniter altari in peccato ministrare. Sed re vera oppositum est valde probabile, & forsan probabilius: quia ad concludendum peccatum mortale habendus est respectus ad obiectum & materiam operis. Quod ex S. Thoma 3. par. quæst. 64. art. 6. ad. 1. si bene intelligatur, colligitur. Non enim constituit regulam, quòd quando minister est consecratus per gratiam ad aliquam actionem, tunc exercendo illam extra gratiam peccet mortaliter, sed quando est dedicatus ad aliquã actionem, quæ in se ipsa habet sanctificationem, qualia sunt sacramenta. Vbi duntaxat sentit, quòd administrare sacramenta in peccato mortali, sit peccatum. Et ita est intelligendus illic Caietanus, si est auscultandus. Vnde cùm legere euangeliũ vel epistolam non sit actio habẽs in se sanctitatẽ: quia non est administrare sacramentum, per quod populus sanctificetur, fit vt quanuis illi ministri gratiam ad id muneris susceperint, non inde eliciatur peccare mortaliter. Satis enim est q̃ sit veniale. In minoribus aũt ordinibus, quia functiones illæ multò sunt minoris momenti: non est gratia necessaria, & ideò eorũ administratio extra gratiã nullum est peccatũ. ¶ Ad pedem tandem istorum subnectitur octaua cõclusio. Ordines ecclesiastici sunt peculiaria sacramenta legis euangelicæ. Nã etsi apud Ethnicos in lege naturæ fuerint Pontifices & sacerdotes suorum Deorum, nunquam tamen erant propriè sacerdotes: nam vbi idola colebantur, non erat vera, sed falsa religio. Et licubi verus colebatur Deus, nõ tamen illi sacerdotes per sua sacrificia conferebant gratiam: quia neque illa, vt distin. 1. dictum est, erant sacramenta. Atqui in lege veteri erant quidem, vt illic diximus, verè sacramenta, non tamen eius muneris efficacia, cuius nostra: quia non conferebant gratiam. Ob idque sacerdotes illi nullo initiabantur sacramẽto ordinis, quo gratiam characterémue reciperent: quia cùm neque ipsi per sua sacrificia animam per gratiam emundarent, nulla pollebant potestate, quæ verè esset spiritualis. Erant autem figura & vmbra nostrorum ordinum prognostica. ¶ Ad primum igitur argumentum ex capitalibus respondetur, quòd ante susceptionẽ ordinum requiritur illa gratia in suscipiente, quæ toti plebi est communis, qua scilicet homo sit iustus: sed per sacramentum ordinis confertur gradus excellentior, quo sacerdos alijs emineat. ¶ Ad secundum verò respondetur, quòd licèt solus sacerdos habeat administrare sacramẽta, diaconus nihilominus & subdiaconus, quia ei administrant, suis quoque characteribus indigent. ¶ Ad tertium tandem respondetur, vt expressè docemur cap. Veniens, de presby. non baptiza. quòd absque baptismo, qui ianua est sacramentorum, nullius est homo sacramenti capax. Atque adeò si quis inuentus fuerit ante baptismum ordinatus, baptizandus est, & iterum omnibus ordinibus initiandus. Et hoc ipsum hic D. Tho. fatetur. Addit tamen quòd licèt eiusmodi sacerdos non baptizatus nec conficere possit sacramentum, nec absoluere in foro pœnitentiali, & si in Episcopum promoueatur, & ordinare alios attentauerit, verum sacramentum non conferat: tamen piè, inquit, credi potest, quòd quantum ad vltimos effectus sacramẽtorũ summus sacerdos Deus suppleret defectum, neque permitteret hoc ita latẽre (scilicet, nõ esse baptizatum,) vt periculum ecclesiæ imminneret. ¶ Hoc autem, quod de sũpplemento Dei hic adhibet S. Tho. supra dist. 5. art. 2. generaliter tractauimus de omnibus casibus, quibus doctores nonnulli Deum supplere sacramentorũ defectũ opinantur. Est enim res ex quadã potiùs piorum existimatione orta, q̃ ex legis vllius certitudine. Nam vel ex euangelio, vel ex vllo loco sacræ paginæ elici nequit vllus modus obtinendę augẽdæue gratiæ Dei, quàm vel per sacramentum, vel per contritionem, aut alium actum meritorium. Quare si sacerdos non verè absoluit, & pœnitens non est contritus, credere q̃ tunc Deus supplebit

Cõfirmatio conclusiõis.
Solutio S. Thomæ.
Solutio optimã autoris.
Solutio argumen. Bonauenturæ.
Nota.
Ordines minores quare non iterabiles.
Solutio argumentorũ Paludani.
Aliud argumentũ.
Solutio.
Argumẽta Durãdi diluuntur.
Ad S. Thomam.
Numero. 11.
Autoritas argumento satisfit.
Primum argumentũ.
Secundũ argumentũ.
Solutio primi.

Magist. sentent. opinio.
Minores ordines ecclesia instituit.
Solutio secũdi argumẽ.
S. Tho. opinio.
Nota.
Caietanus.
Octaua conclusio.
Sacerdotes legis naturæ.
Sacerdotes legis veteris.
Solutio primi argumẽ.
Solutio secũdi.
Solutio tertij.
S. Tho.
Quod Deus suppleat sacramẽtorũ defectũ.
Nota.
Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plebit defectum, & conferet gratiam, cùm sit omnino præter legem, nullum habet fundamentum. Quocirca non dubito quin S. Tho. in summa nunquã tale verbum dixisset. Est enim dicere, quòd Deus peccatorem sine sacramẽto & cõtritione iustificat, quod esset manifestarius error. ¶Alia est aliorum magis lepida responsio, quòd quando quis attritus accedit ad sacramentum, si minister, vel non est sacerdos, vel nõ habet rectam intentionem conferendi sacramentum, tunc Deus specialiùs opitulabitur attrito, vt eius actus obiectum mutet, vt qui erat dolor propter pœnas inferni, fiat vera contritio: scilicet, dolor propter Deum. Est enim somniũ absq; vllo prorsus fundamento. Deus si quidem semper est promptus concurrere ad veram contritionem: sed si pœnitens priùs illo auxilio non vtitur, figmentum est dicere, q̃ solùm defect° ministri sit in causa, vt vel pœnitens eodem auxilio moueatur, vel Deus specialiùs concurrat. De alio denique dicto S. Thomæ: scilicet, quòd Deus non permittet diu latẽre errorem illum, vt qui nõ est verẽ sacerdos permittatur sacramenta administrare, nulla est lex certa, quòd id non permittet: alia enim maiora mala permittit.

Responsio lepida.

Autoris ratio.

Dictum S. Thomæ.

¶Quòd si interroges, vtrùm sacramentum ordinis præsupponat characterem confirmationis, respondetur, illum non præsupponere de necessitate, sed de cõgruitate. Quapropter sine confirmatione esset verum sacramẽtum ordinis: nihilominus nonnullum peccatum esset si quis scienter non cõfirmatus ordinaretur, etiam in episcopo, si eum ordinaret, quanuis nulla ratio cogat, vt credatur esse mortale. ¶Vtrùm verò character superioris ordinis inferiores præsupponat, titulus de clerico per saltum promoto respondet, quãtum ad necessitatem negatiuè: mãdatur em illic, vt ille, qui sine suscepto ordine diaconatus in sacerdotem est ordinatus, non iterum ordinem sacerdotalem suscipiat: quia sacramentum fuit validum. Sed ordinetur in diaconum. Imo, vt ait S. Thom. in primitiua ecclesia multi, antequam reliquos susciperent ordines, sacramento sacerdotali initiabantur: quia sunt per se potestates distinctę, quarum sacerdotalis reliquas omnes includit. Quocirca sacerdos, licèt alios ordines non susceperit, potest omnium functionem exercere. Sed institutum ecclesiæ fuit, vt gradatim ordines susciperentur, neque liceret superiores absque inferioribus conferre.

Ordinibus initiand° an esse debeat cõfirmatus.

An character superior inferiorem supponat.

Nota de sacerdote per saltum promoto.

DISTINCTIONIS vigesimæquartæ, Quæstio secunda.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm clerici omnes ordinati debeant coronæ tonsura insigniri.

QVæstio secunda mouetur de ijs, quæ sunt ordinibus annexa: nẽpe, de corona & episcopatu & vestibus sacris. Arguitur ergo q̃ corona clericis non congruat: nã Hierem. 49. attonsi sub his verbis maledicunt, Dispergam in omnẽ ventũ eos, qui in comã attonsi sunt: ministris aũt ecclesiæ potiùs bũdictio congruit, q̃ maledictio. ¶Secundò arguit. Si coronę vllũ esset fundamẽtum, maximè illud Nazaræorũ, quod dist. præsenti adducit Magist. sentẽt. Nazaræi aũt, vt Numer. 6. legitur, non attondebant in mysteriũ altaris, sed ex voto, quo Deo consecrabãtur, etiã si non essent Leuitæ: ergo inde nullũ deducit argumentũ tõsuræ clericorũ. ¶Tertiò. Si tonsura cunctis clericis conueniret, consequeretur, q̃ oẽs clerici, eo ipso q̃ tondentur, renunciarent tẽporalibus bonis, quod & ipsa detonsio significat, & versiculus psalmi, quem dum tondentur proferunt, Dñs pars hereditatis meæ: super quo ait Hieronymus, q̃ dñs cum istis tẽporalibus pars fieri dedignatur: non aũt omnes abdicationem bonorum faciũt, sed retinere possunt patrimonia & alia bona. ¶Quartò deniq; arguit. Si tõsura insigne esset clericorũ, sequeret, q̃ etiã prima tõsura esset ꝓpriè ordo: est em corporale signũ ab ecclesia ministris altaris institutũ, per quod cleric° in altiori gradu constituit q̃ sit laicus: quapropter à solo ep̃o prima fit tõsura: cõsequens aũt est falsum, alioqui plures essent ordines q̃ septem. ¶In contrarium aũt est q̃ corona regalem dignitatem significat, & vt ait Grego. seruire Deo regnare est: cùm ergo clerici peculiari quodam excellẽtiori q; modo seruitio Dei adscribantur, insigne hoc coronæ eis meritò adaptatur.

Partis negatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumẽtum.

Tertium argumẽtum.

Quartũ argumẽtum.

Pars affirmatiua.

¶Clericorum tonsuram VViteleff, vt est videre apud VValdens. Tomo. 5. de sacramẽ. sub

Hæreticorũ error.

sub titu. 9. cap. 80. abominabatur, quem Lutherani secuti subsannando appellant catholicos clericos rasos & tonsos. Idemq̃ VVitcleff eosdem appellat Cæsareos, nõ quòd cæsariem detondeant, vt nonnulli arbitrantur, sed à Cæsare Constãtino, vt idẽ refert VValdensis in initio eiusdem tomi veritate. 7. & tomo 2. cap. 120. Inde nanq; quòd pientissimus ille imperator ecclesiam ditauit, clericatumque honoribus extulit, ac perinde hæreticos contra sacerdotes obgannientes extirpare curauit, in inuidiam eorundem clericorum hæretici appellabãt eos Cæsareos, quasi ab illo Cæsare procreatos.

Primæ conclusio.

¶Ad quæstionẽ ergo duabus cõclusionibus rñdetur. Prima contra hęreticos hæc asserit. Optimũ est & clericis dignum insigne, detõsa corona. Probatur primò antiquitatis dignitate. Petrus enim apostolus eadẽ fertur insignitus in memoriã spineæ coronæ, quã Christi crucifixores eius capiti imposuerũt. Quare præcipua causa huius ritus, non fuit illa, quam à Nazaræis antiquæ legis Magister sentent. adfert, sed hæc, quòd cùm hostes Christi ad ignominiam & dedecus eum coronauerint, religiosissimum duxerunt apostoli idem insigne ad suum ipsorum decus, & gloriam Christi vsurpare. Quo fit, vt corona non sit pars illa in vertice rasa, sed capillorum circulus, qui capiti circunstat. Ob id em & capitis vertex supernè abraditur, & capilli infernè in circulum attondentur, vt in medio dum coronę capilli restent. Vnde priscus clericorum mos non fuit capillum in vertice radere, & demissam comam habere: nam tunc capilli non haberent effigiẽ coronæ, sed tondebantur eodem prorsum modo, super aures, quo nunc religiosi. Atqui de hac tonsura, vt illo citato cap. 80. VValdensis commorat, schismata in primæua ecclesia obortа fuêre. Refert enim Beda lib. 5. de gestis Anglorum Colfridum abbatem, illius controuersiæ meminisse, qui post multa subdit, nullam magis sequẽdam nobis amplectẽdamq; iure tonsuram ea, quam in capite suo gestabat Petrus apostolus. Et inferiùs. Neque verò, inquit, ob id demum coronam attondemur, quòd Petrus ita attonsus est, sed quia Petrus in memoriam Dominicæ passionis attonsus est. Et subditur. Sicut enim omnis ecclesia, quia per mortem sui viuificatoris facta est, signum sanctæ crucis in fronte portare consueuit: ita oportet eos, qui monachi vocatum, vel gradum clericatus habentes altioribus se continentiæ frenis adstringunt, coronam in capite gestare. Et rem prosecutus venerabilis Beda tonsuram, inquit, quam Magum ferunt habuisse Simonem, quis rogo fidelium non statim cum ipsa magia detestetur? Radebat enim ille anteriorem partem capitis super frontem, sed vbi ad ceruicẽ declinabat, tonsuram faciebat strictiorem, vt ab apostolis discriminaretur. Contra quã ritus peruersitatem Anitius Papa can. Prohibete. 23. dist. prohibet ne clerici, aduersus Apostolum, comam nutriant. Reprehendit enim 1. Corinth. 11. viros, qui comam nutriunt. Et subiungit Papa. Sed desuper caput in modũ spheræ radant. Extat & in concilio Toletano 4. sub Isidoro cap. 41. coronę decretũ hoc verborum tenore. Omnes clerici & lectores, sicut Leuitæ & sacerdotes detonso superiùs toto capite, inferiùs solã circuli coronã relinquant. Attẽde quemadmodum capillorum circulus coronæ nomine denotatur. Quare subditur. Non sicut hucusque in Galetię partibus facere lectores videntur, qui prolixis, vt laici, comis in solo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispanijs hucusque hæreticorum fuit. Hæc ibi. Idemque narrando confirmat Rabanus libr. de institutio. clerico. ca. 3. Et Hierony. in quadam breui epistola ad Augustinum. Dominum meum, inquit Allipium, & dominum meum Euodium vt meo nomine salutes, precor coronam tuam. Et idem Aug. ad Proculianum. Honorant, inquit, nos vestri, honorant vos nostri. Per coronam nostram nos adiurant vestri, per coronam vestram vos adiurant nostri. Ac deniq; Hugo. lib. 2. de sacramen. par. 3. cap. 5. Primum, inquit, signaculũ clerici corona est. Corona ergo res est antiqua à temporibus vsq; apostolorum. Vnde Dionysius lib. de ecclesia. hierar. cap. 6. par. 2. ait, quòd episcopus dum quẽlibet sacris initiat, consignans eum crucis signo tondet. Inde ergo seruatus est mos, vt episcopus eum, quem prima tonsura donat, in apice capitis tondeat. Vbi Linconiensis: signat, inquit, crinium detonsio omnium materialium ab amore decisionem, quæ variè formantur, vt clericus intellectu puro ad Deum pertingat, & eius simplicitate formetur. Et Cassiodorus super illud psalmi 39. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. Non frustra, inquit, in cõparatione delictorum capilli adducti sunt: nam in veteri testamento sacerdotes ipsa similitudine radebantur, vt tali emunda tione

Ratio præcipua coronæ clericalis.

Beda de gestis Anglorum.

Beda. Simonis Magi tonsura.

Anitius papa.

Conci. Tole.

Rabanus.

Hierony.

August.

Hugo.

Corona res antiqua.

Cassiodor°.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione purgati carnis vitia deposuisse videren tur. ¶Vt ergo ex his tandem rationes cōclu sionis eliciamus, ex quintuplici mysterio cōgruitas coronæ colligit. Primo ex memoria Dominicæ coronæ. Secundo, quia corona, vt diximus, regiam dignitatē designat, quæ ecclesiæ ministris competit, vt Hiero. ait. n. q. 1. can. duo sunt. Quòd enim Petrus apostolus generaliter Christianos omnes appellat genus electum, regale sacerdotium, per antonomasiam clericis congruit. Tertio, ratione figuræ, quæ cùm sit circularis, imaginem perfectionis præsefert, quam altaris administri adipiscuntur & profitentur. Quarto deniq; ratione detractionis capillorum ex parte superiori per rasuram, ne clericorū mens temporalibus occupatiōibus oppressa à diuinorum contemplatione prępediatur: & ex parte inferiori per tonsuram, ne eorū sensus temporalibus obuoluātur. Qua vtiq; ratione de tonsio illa, super aures fieri debet, ne sensum auditus opperiāt. Adhiberi quoq; potest & quinta causa: quia decet clericatus ordinē à reliquo vulgo illo publico signaculo discerni. ¶Per hoc soluitur obiectio, quā obmoliri quis posset. Si capillorū abscisio superfluorū abiectionem significat, oēs prorsus pili debe rent abradi. Respōdetur, inquam, ꝙ cùm plures aliæ causæ concurrāt, necesse est sic circūcidi, vt coronæ figura appareat. ¶Ex his tandem colligitur tonsurā omnibus clericis, licèt non in eadem amplitudine cōpetere. Atque hinc nominis etymologia ducitur: nam clerus Græcè, vt 7. etymologiarū ait Isidorus, & refertur dist. 21. can. Cleros, & ab Innocentio cap. Cùm secundùm Apostolum. de præbend. idem est quod sors latinè: & clerici caducis rebus posthabitis Dei hæreditatē singulari quadam præeminētia sortiti sunt. Vnde clerus idem est, quod sors Dei, seu cui Dei sors est, & vt est in prænominato versiculo psalmi, pars hæreditatis. Quo etiam nomine allusio fit ad electionem Matthiæ apostoli, quæ sorte facta est. ¶Sed nihilominus, vt supra allegatus Beda autor est, vniuersi religiosi, qui choro addicuntur, licèt nullis sint ordinibus initiati, tamen propter seculi renunciationē eadem coronæ tonsura consignantur. Reliqui verò conuersi, qui alijs monasterij seruitijs mancipantur, licèt propter eandē renūciationem tondeantur, non tamen in modū coronæ, eò ꝙ non vitæ contemplatiuæ, quæ per verticis rasurā designatur, sed actiuæ vacare debent. ¶Præfixę tamen conclusioni secunda, eius moderatrix adhibetur. Clericorū tonsura hoc est pillorū abrasio & circūcisio non est de sacramēti essentia, imò qui intonsus ordinaretur, etiam in presbyterum, verū sacramentum susciperet. Nam sacramētum ordinis, vt dictum est, in collatione materiæ cum prolatione formæ perficitur: quare reliqua ceremonialia sunt & sacramentalia. At verò tam episcopus, qui ordines intonso conferret, q̄ iple, qui ordines susciperet, grauiter peccaret, vt bene in præsentiarum ait Ricardus. Et, vt arbitror, in sacris ordinibus: nēpe, subdiaconatu & superioribus esset peccatū mortale. Grauius enim esset ordines sacros sine rasura suscipere, quàm post susceptos comam nutrire. Non dico, sine prima tonsura, sed absq; vlla capillorū tonsura. Et nihilominus dist. 23. & de vita & honesta. clerico. multis capitibus clerici prohibentur comam nutrire. Quin verò vtrobiq; Gregorius capit. Si quis, ait, ꝙ si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Intelligitur autē, vt bene ait Glossa, non ꝙ ipso facto sit excōicatus, sed ꝙ si præmonitus inobediens perstiterit, excōicetur. ¶Rursus hmōi censuræ intelligēdæ sunt eos tantùm clericos ferire, qui priuilegio gaudēt clericali: nam clerici primæ tonsurę velin minoribus ordinibus, tenendo nō esse propriè sacramenta, si nullum habeant ecclesiasticum beneficium, & voluerint publicè in statu seculari, clericatui repugnante, viuere, non tenentur apertam habere coronam, imò peius facerent si illam aperirent: nam in contemptū ordinis cederet. Quare dum admoniti priuilegijs clericatus renunciant, tunc nec tenentur, nec debent eam ferre, vt patet cap. Contingit. 2. de sent. excom. Et multò minus tenentur clerici coniugati, si eisdē voluerint priuilegijs abdicari, vt in titul. de clericis coniugatis sancitur. Si verò voluerint priuilegijs gaudere, tonderi tenētur. Quare si tertio admoniti, vt in dict. cap. Contingit, decernitur, nōluerint corona & habitu clericatū profiteri, immunitatis efficiūtur extorres. Et arbitror nullam consuetudinem in contrarium valere: nam reges & principes semper reclamant, admonentq; suos ministros ne priuilegiū immunitatis eis seruēt, qui habitu clericali nō sunt induti. Quod quidē, idque in Hispania præsertim seruandū esset, vbi in more est secularibus, nobilibus, & militibus, absque vllo proposito ascendendi ad ordines sacros, sed solo animo consulendi sibi in suis digladiationibus & criminibus & foro se

Congruitas coronæ. *Prima rō.* *Secūda rō.* *Tertia rō.* *Rō quarta.* *Rō quinta.* *Obiectio.* *Dilutio.* *Monachi.* *Monachi laici.* *Secunda cōclusio.* *Qui intonsus ordinatur grauiter peccat.* *Cap. si quis. quō sit intelligendum.* *Qui clerici lipriuilegia potiunt excōicātur si coronam aperuerint.* *Clerici coniugati an tenēcātur aperire coronā.* *Consuetudo non valet.* *Nota attentè.*

foro se seculari subducendi, primam tonsuram suscipere: qui quidem abusus non esset ferendus, sed iure & ordine emendandus. ¶Quo fit, vt bigami: quoniam eisdem priuilegijs non fruuntur, non solùm non teneantur, imò nec licitè possint clericali tonsura insigniti incedere, vt distin. 84. cauetur, can. Si quis clericus, & de bigamis, cap. Altercatiōis. ¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd dominus per Prophetam dispersionem eis comminatur, qui in religionem idolorum sese etiam detondebant, veluti Iudæi ob religionem veram. ¶Ad secundū respondetur, quòd in veteri lege, non erat verum sacramentum ordinis, sed imperfecta quędam eius imago & figura, & ideo illa Nazaræorum religio non vigebat duntaxat inter Leuitas & templi ministros, sed in omni populo. Quare neque abrasio fiebat in modum coronæ: quia nec illic erat tanta contēplatio, nec repręsentatio coronæ Christi, sed omnes capilli radebantur ad significandum temporalium contemptum. ¶Ad tertium respondetur, quòd clerici per capillorum abiectionem non censentur omnino propria patrimonia & temporalia bona à se abdicare: quia non repugnant diuino cultui, sed anxium affectum & solicitudinē eorum deponere: & hoc profitentur dicentes, Dominus pars hæreditatis meæ. Debent enim in hoc, præsertim sacerdotes, & qui sunt in sacris, plebi præeminere. Tametsi iā rarissimi sint qui hanc religionem profiteātur, id quod in comis, q̄ꝝ longiores q̄ religiosi nutriunt, præseferunt. ¶Vtrùm etiam per contrarium liceat eos sacris ordinibus initiare, & potissimùm sacerdotio, qui nullam prorsus habēt substantiam vnde viuant, dist. sequēti disputabimus. ¶Ad quartum non desunt qui censeant primam tonsuram esse propriè ordinē, in quibus est Maior distin. 24. qō. 1. vbi adijciens, etiam episcopatum esse ordinem, nouem ordines connumerat. Cui subscripsit EKius in quadam homilia de ordinib⁹. Sed bene fatetur Maior paruis rationibus fuisse motum: quia nullius sunt momenti. Cùm enim tam celebris sit sanctorum & ecclesiæ traditio, septem tantùm esse ordines, effigies quædam temeritatis est asserere primā tonsuram esse ordinem, aut episcopatū, de quo statim dicturi sumus. Prima ergo tonsura, vt D. Tho. in præsentiarum, & D. Bonauentura, & Ricardus & omnes fatentur, non est ordo, sed quędam ad sacros ordines dispositio, quasi media inter laicos & ecclesię ministros. Veluti in religione nouitius, & in Christianismo catechumenus, qui nondum suscepit characterē. Et ratio est, quòd huiusmodi clerici non sunt in diuino cultu ad aliqua officia destinati, quæ non possint seculares præstare, sed ad solas diuinas laudes decantādas: quare ad hoc nō exigitur specialis aliqua potestas. In cuius signum ad conferendam primam tonsuram non expectatur missæ celebratio, sed quacūq; hora confertur. Et quod maximum est argumentum, dum prima corona quis tondetur, nulla fit mentio vllius potestatis. Adducit autem pro se Maior verbum Innocentij cap. Cùm contingat, de ætate & qualita. scilicet, Per primam tonsuram iuxta formam ecclesię datam clericalis ordo confertur. At verò illic ordo non vsurpatur pro sacramēto, sed pro dispositione, qua primus fit ad ordines introitus. Colligito ergo ex supradictis, quòd tres tātùm ordines, qui peculiariter dicuntur sacri, sunt verè sacramenta: quatuor verò minores ordines quanquam non sint sacramenta, & ideo propriè non dicantur sacri, sunt tamen sic sacramentalia, vt potestates illic ad certas functiones conferantur, atq; adeo propriè dicuntur ordines. At prima tonsura hac ratione non est ordo, sed quædam præparatio ad reliquos ordines. Neq; verò est essentialis dispositio, vt sine prima tonsura alij ordines collati nō valeant, sed pertinet ad rei congruentiam. ¶Vnde ad argumentum quartum respondetur consequentia perempta: prima enim tonsura nō est potestatis spiritualis signum ad aliquid, quod laici facere nequeāt, sed quędam ad id particularis deputatio, quæ ideo fieri debet per episcopum. Quocirca & si huiusmodi clericus sit in statu altiori quàm laicus, tamen (vt verba referamus S. Thomæ) non habet ampliorem potestatis gradum.

Bigami. *Solutio primi argumēti.* *Solutio secūdi argumēti.* *Solutio tertij argumēti.* *An qui nō habent vnde vicitēt, ordinari possint.* *Solutio quarti argumēti.* *EKius.* *Prima tonsura non est ordo.* *Ratio.* *Argumentū optimū.* *Capit. Cùm cōtingat, de æta. & qualitat.* *Tres ordines sacri sūt sacramenta.* *Nota.* *Solutio quarti argumēti.*

ARTICVLVS. II.

Vtrùm supra sacerdotalem ordinem altior sit episcopalis potestas.

POst primam tonsuram, quæ est omnibus clericis communis, & per se reliquis inferior, sequitur de episcopali dignitate disquirere, vtrùm sit sacerdotali sublimior. Et arguitur à parte negatiua. Veritas debet respon-

Partis negatiuæ argumētum primum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpondere figuræ: ſacerdotium autem Aaron fuit ſacerdotij euangelici vmbra, quo vtique ſacerdote nullus erat in illa lege ſuperior: ergo neque in eccleſia vlla eſt dignitas ſacerdotali eminentior. ¶ Secundò. Dignitas miniſtrorum dignitatem functionum inſequitur: functio autem ſacerdotalis eſt verũ corpus & ſanguinem Chriſti conficere, quo vtique myſterio nullum eſt in eccleſia excellentius: ergo neque vlla eſt altior dignitas.

Secundũ argumẽtum.

¶ In contrarium tamen eſt, quòd illa poteſtas & dignitas eſt præeminentior, quæ cæteris paribus ad plura ſe extendit: ſed epiſcopatus ſecundùm Dionyſium 5. cap. eccleſiaſti. hierarch. extendit ſe ad plura: quia ſacerdoti tantùm incumbit illuminare per adminiſtrationem baptiſmi, & purgare per pœnitentiam & euchariſtiam: epiſcopo autem ſuper hæc incumbit etiam perficere chriſmate confirmando, & alios miniſtros ordinando & prædicãdo: ergo eſt excellentior poteſtas.

Pars affirmatiua.

Dionyſius.

¶ Duo ſunt ſenſus præſentis quæſtionis. Vnus vtrùm re vera vllum ſit diſcrimen inter epiſcopum & ſimplicem ſacerdotem aliquo iure, ſiue diuino ſiue humano. Alter verò vtrùm hoc diſtrimen ſit de iure diuino. Et ideo quæſtioni duabus concluſionibus fiet ſatis. Enimuerò de priori ſenſu nemo orthodoxorum ambigit, ſed hæretici ſunt, qui huiuſmodi diſcrimen inficiari pergunt, quorũ fuit VVitcleff, vt eſt cernere apud VValden. tomo 2. de ſacramẽt. cap. 117. & tomo 1. de ſacramentalibus lib. 2. cap. 60. vbi ait, nullum eſſe prorſus diſcrimen, ſed promiſcuè omnes ſacerdotes eſſe epiſcopos, atq; adeò quemlibet poſſe confirmare & ordinare, habereq; plenam iuriſdictionem in ſua parœcia. Eundem errorem ſequuntur Lutherani, imò nequiorem: quia omnes, quos ciuilis reſpublica creat paſtores, cenſent eſſe preſbyteros & epiſcopos. At verò cùm Lutheranis ſuperuacaneum eſt diſputare: quia nec veros ſacerdotes habent, cùm verum ſacramentum euchariſtiæ non agnoſcant, neque veros epiſcopos: quia neque confirmationem neque ordinationem admittunt. Probat autem ſuam perfidiam VVitcleff primùm ex apoſtolo. 1. ad Timothæum. 3. vbi dicens epiſcopum oportere eſſe irreprehenſibilem &c. omnes preſbyteros comprehendit. Et è conuerſo ad Titum. 1. in illis verbis. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt conſtituas per ciuitates preſbyteros, nomine preſbyterorum epiſcopos intelligit. Secundò, id

VVitcleff.

Lutherus.

Ratio VVitcleff.

præſertim confirmat autoritate D. Hieronymi ſuper eundem locum ad Titum, & refertur can. Olim, diſtinct. 95. Olim enim, inquit, idem erat preſbyter qui & epiſcopus.

Hieronymi autoritas.

¶ Contra hanc tamen hæreſim ſtatuitur prima concluſio. Quicquid ſit de iure diuino, tamen certiſsimum eſt, ſaltem apoſtolorum traditione diſcrimen eſſe inter epiſcopos & ſimplices preſbyteros. Id quod Hieronymus adeò non inficiatur, vt planè affirmet eodem etiam citato loco. Subdit enim. Antequam diaboli inſtinctu ſtudia vel ſchiſmata in religione fierent, & diceretur in populis, Ego ſum Pauli, ego ſum Apollo, ego autem Cæphæ, communi preſbyterorum conſilio eccleſia gubernabatur. Poſtquam autem vnuſquiſq; eos, quos baptizauerat, ſuos eſſe putabat, & non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, vt vnus de preſbyteris ſuperponeretur omnibus, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Ecce Hieronymum affirmantem inſtituto apoſtolorum præfectos eſſe preſbyteris epiſcopos. Vnde ſuper Eſaiam libr. 2. idem Sanctus Pater, Inter ſenes, inquit, & principes hoc diſcrimen fuiſſe reor in veteri populo, quod nunc eſt inter preſbyteros & epiſcopos. Fuit ergo vafricies VVitcleff reſcindere vnam partem proſe verborum Hieronymi, Olim idem erat preſbyter qui & Epiſcopus, atque alteram diſſimulare, vbi adiecit, Toto deinde orbe decretũ eſt, vt vnus de preſbyteris ſuperponeretur omnib⁹. Manifeſtaria ergo hæreſis eſt eccleſiaſticam hierarchiam Epiſcoporum & preſbyterorum diſtinctione fundatiſsimam & ſpecioſiſsimã confundere, dicendo nullum eſſe inter epiſcopos & ſimplices clericos diſcrimen. Eodem enim commento & ſupremam pontificis Maximi poteſtatem abnegant, atque adeò ſchiſmatum ſemina ferunt, quæ Hieronymus ibidem ait per epiſcoporum electiones fuiſſe deleta. Igitur aduerſus hæreticos ſatis hæc ſint. Auguſtinus nanq; lib. de hæreſibus hæreſi. 53. Aerium quendam, commemorat, qui cùm preſbyter eſſet, doluiſſe fertur, q̃ non potuerit eſſe epiſcopus: quam ob rem, in Arrianorum hæreſim lapſus propriũ adhibuit dogma, quòd preſbyter ab epiſcopo nulla differentia deberet diſcerni. Et ſimile ait loco citato cap. 60. VValdenſis VVitcleffo vſu veniſſe: quia epiſcopatum, quẽ ambierat, obtinere nequiuit. ¶ Alius verò ſenſus multò nobis propter Hieronymum maiorẽ obijcit ſcrupulum, vtrùm ſemper iure diuino fuerit

Prima concluſio.

Hieronymi verba.

Idem Hieronymus.

Vafricies VVitcleff.

Hæreſis manifeſtaria.

Auguſt.

Alter ſenſus quãtũ.

no fuerit inter epiſcopos & ſimplices preſbyteros diſcrimen, ita vt hoc præfecturæ genus, non ab apoſtolis ad ſedanda ſchiſmata fuerit inuentum, ſed ex inſtitutione Chriſti ſemper obſeruandum. Verba enim Hieronymi vehementer mouent illam eius fuiſſe opinionem, quòd non ſemper fuerit idem diſcrimen, atque adeò non eſſe de iure diuino, ſed ex traditione apoſtolorum poſt aliquantulum temporis inſtitutum.

Secunda cõcluſio.

¶ Nihilominus ſubiungitur ſecunda concluſio. Diſcrimen hoc & præeminentiam inter epiſcopos & ſimplices preſbyteros non ex ſola traditione apoſtolorum ſuſcepit eccleſia, ſed iure diuino ex inſtitutione Chriſti. Hæc eſt ſententia S. Thomæ. 2. 2. q. 184. art. 6. omniumq; ſanctorum patrum, & doctorũ, vt Turre Cremata libr. 1. de Summa eccleſiæ cap. 69. ait. Et eſt expreſſa ſententia Dionyſij, apoſtolorum diſcipuli capi. 5. De eccleſia. hierar. vbi ponit tres ordines hierarchicos, vt ſunt purgantium tantùm: nempe, diaconorum, quibus conuenit catechumenos catechizare: & illuminantium: ſcilicet, preſbyterorum adminiſtrantium baptiſmum, pœnitentiam, & euchariſtiam: & perficientium: ſcilicet, epiſcoporum, quibus conuenit confirmare & ordinare & prædicare: & cùm iſtę functiões ſint de iure diuino, palam edocet eoſdem gradus eodem fuiſſe iure diſtinctos. Hoc autem arti. 4. apertius fiet, vbi Petrum à Chriſto fuiſſe inſtitutũ caput eccleſiæ mõſtrabimus. Etenim quo iure vnus eſt, qui in eccleſia apicem tenet, eodem condecuit, vt ſingulæ vrbes & diœceſes proprios haberẽt antiſtites, qui rempublicam tam preſbyterorum quàm ſecularium adminiſtrarent, vt à capite per maiora membra ad minora influxus chariſmatũ deſcenderet. Sic enim in corpore naturali per maiores arterias in minores venas alimenta diſpenſantur. Sed præter ea, vrgentiſsimum argumẽtum eſt hoc. Multa epiſcopi facere poſſunt, ad quæ preſbyterorum facultas nõ pertingit: ita vt ſi preſbyteri ſimplices id attentarent, nihil re vera facerent: idq; præcipuè in ſacramentis: ergo illa diſtinctio eſt de iure diuino. Probatur antecedens, nam vt ait Euſebius papa can. Manus, de conſecra. diſt. 5. epiſcopi poſſunt confirmare: ſi tamen preſbyteri, ſaltem ſine licentia id attẽtarent, totũ eſſet irritum & vanum, & inter eccleſiaſtica ſacramenta non reputaretur. Idemque mos, ait papa, tempore apoſtolorum erat celebris. Et eadem ratione ſi ſimplex ſacerdos conferret maiores ordines, nullum perficeretur ſacramentum. Et idem eſt de conſecratione chriſmatis & templorum, &c. Eccleſia verò non poteſt ſic poteſtatem ſacramentorum variare: ergo illa deſcendit de iure diuino. Non enim poteſt eccleſia facere, vt qui non eſt ſacerdos conſecret, aut abſoluat. Et quanuis poſſit, ſacerdotem prohibere ne conſecret, non tamen poteſt facere, vt eius conſecratio non ſit valida. Si ergo ſacerdotes de iure diuino poſſent omnia perficere quæ Epiſcopi, nequiret eccleſia facere, vt ſacramenta confirmationis & ordinis per ipſos adminiſtrata non eſſent valida: nam iſta pertinent ad poteſtatem ordinis, ſicut conſecrare: huiuſmodi ergo poteſtas de iure diuino competit epiſcopis, & nõ ſimplicibus preſbyteris. Quinimò & de iuriſdictione arguitur. Si quilibet ſacerdos plebanus tam plenam haberet lege diuina iuriſdictionem in ſua parœcia, quàm epiſcopi, iniuria eis irrogaretur ab eccleſia, ſi prohiberet ne excommunicandi ius aliaq; iudicia tam plenè exercerent quàm epiſcopi: in hoc autem non ſolùm nulla eis fit iniuria, imò optimus lucet ordo: ergo à iure diuino inſtitutũ eſt. Haud enim credendus eſt Chriſtus in re tanti momenti non per ſe eccleſiæ ſuę conſuluiſſe. Eſt ergo de iure diuino diſcrimen inter epiſcopum & ſimplicem preſbyterum, tam quantum ad poteſtatem iuriſdictionis in iure dicundo, quàm ſecundùm poteſtatem ordinis in adminiſtrationibus quorundam ſacramẽtorum. Itaque, vt diſcriminis punctum attingamus, non differt epiſcopus à preſbyteris ſolo merito & electione, vt locis citatis VVitcleff opinatus refertur: Aiebat enim ille hæreticus, quòd epiſcopus non eſt niſi quem propter merita preſbyteri eligunt. Neque ob id ſolùm erat olim epiſcopus quòd erat preſbyterorũ antiquiſsimus, ſed inſtituebatur conſecratione & manuum impoſitione, quanuis ſortè non tam longo ceremoniarum ritu, quàm modo. Id quod ex dictis Pauli ad Titum & ad Timothæum palam fit: nam apoſtoli per impoſitionem manuũ epiſcopos creabãt. Et de vnctione, qua epiſcopi chriſmate vnguntur, meminit Clemens Papa apoſtolorũ coæuus in Epiſt. 3. ad vniuerſos, dicens. Omnis põtifex ſacro chriſmate perunctus & in ciuitate cõſtitutus, ſcripturis ſacris eruditus, charus & pretioſus hominibus oppidò eſſe debet. Et illius vnctiõis

S. Thom.

Dionyſius.

Argumentum de iuriſdictione.

Vrgentiſsimum argu.

Euſebius papa.

Punctũ diſcriminis.

figuram

Universidad de Deusto
Biblioteca

figuram in Aaron & summis sacerdotibus præcessisse, qui similiter vngebantur.

Argumentum Durandi. ¶ Vnum tamen argumẽtum obuiare nobis apparet, quod dist. præsenti. q. 5. facit Durandus. In euangelio nullibi leguntur episcopi seorsum à presbyteris ordinati: ergo discrimen non est de iure diuino. Probatur antecedens, Christus nunq; ordinasset apostolos episcopos anteq; eos sacerdotes fecisset: fecit tamen eos sacerdotes in cœna, quibus & potestatem remittẽdi peccata post resurrectionem cõtulit dicens, Quorum remiseritis peccata &c. postmodum verò non legitur eis superiorem episcoporũ dignitatem contulisse: ergo presbyter & episcopus iure diuino non differunt. *Solutio prima.* Respondetur primò, multa, vt ait Ioan. fecisse Christum, quæ euangelistæ scripto non demãdarunt. *Solutio secũda.* Secundò, q̃ Christus per potestatem excellentiæ prætermisso ordine, qui nũc seruatur, potuit apostolos cùm eos ad apostolatum assumpsit, eپos creasse quantum ad eorum peculiares functiones, licèt postmodum virtutem consecrandi & absoluendi contulerit. Certo enim certius est, si ue ante sacerdotium, siue postea apostolos fuisse in episcopos à Chrõ institutos, quãdoquidem summa eis ecclesiæ gubernatio incũbebat: apostolis autem episcopi successerũt. *Apostoli à Christo creati episcopi.* *August.* Augustinus enim in lib. de qõnibus noui & veteris testamen. cap. 97. Nemo, inquit, ignorat episcopos saluatorem ecclesijs instituisse. Ipse enim priùs q̃ in cœlos ascenderet, imponens manum apostolis ordinauit eos episcopos. Hoc apostolus sancto spiritui deputat cùm dicit, Attendite vobis & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcoposregere ecclesiam domini Iesu. *Anacletus.* Et Anacletus papa, Petri discipulus in epist. citata de patriarchis & primatibus & reliquis eپis, quę referf can. In nouo. 21. distin. Et Isidorus in synodo aiunt apostolis successisse eپos, & septuaginta duobus discipulis simplices presbyteros, vbi discrimen inter presbyteros & episcopos in iure diuino fundatũ docent. *Beda.* Et Beda lib. 3. super Lucam cap. 15. Sicut duodecim, inquit, apostolos formam episcoporum exhibere simul & demõstrare nemo est qui dubitet, sic & septuaginta duos figuram presbyterorũ gessisse sciendum est: tametsi primis ecclesię temporib⁹, vt apostolica scriptura testis est, vtriq; presbyteri, & vtriq; vocabãtur episcopi: quorum vnum scientiæ maturitatẽ, aliud industriam curæ pastoralis significat. Sunt ergo iure diuino eپi à presbyteris prælatiõe distincti. Vnde apostolus ad Ephes. 4. postq̃ dixit q̃ Christus quosdam dedit apostolos, quosdã pphetas &c. ad denotandũ reliquos presbyteros subiunxit, Alios pastores & doctores &c. ¶ Superest autẽ ad obiecta rũdere: nempe, non solùm ad Hieronymum, sed & ad apostolũ Paulũ: nam. 1. ad Timoth. 4. nomine eپorum omnes presbyteros intelligit. Recensitis enim moribus, quibus episcopum instruit dicens, Oportet episcopũ irreprehensibilem esse, &c. nulla presbyterorũ interiecta mentione ad diacones cõmigrat, quos ait debere esse pudicos, non bilingues &c. Presbyteros ergo vniuersos, appellauit eپos, Et ad Philippenses. 1. Paulus & Timothæus omnib⁹ sanctis, qui sunt Philippis cũ episcopis & diaconibus gratia vobis & pax: si autem presbyterorum medius esset ordo, illos nos prẽtersisset. Et ad Titum. 1. admonet Titũ, vt per ciuitates presbyteros constituat eپos illo nomine intelligit. Et. 1. ad Timoth. 5. dicens, q̃ qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni sunt, eپos quoq; significat. Et Actuũ 20. presbyteris Ephesi loquens (nam in vna ciuitate non erant plures eپi) Attendite vobis, inquit, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit eپos: presbyteros quoq; designat licet, interprete Augustino, precipuè eپos. ¶ Ad hæc loco citato S. Tho. 2. 2. q. 184. art. 6. ad. 1. breuiter respondet, q̃ de episcopo & presbytero vno modo loqui possumus quantum ad nomen: quoniam olim omnes promiscuè vocabantur & episcopi & presbyteri. Nam presbyteri, vt Aug. 19. de ciuit. inquit, idem est græcè, quod Latinè seniores, quod quidem nomẽ aptissimè congruit episcopis: & eپus idem est græcè, quod superintendẽs seu vigilans, quæ etiã appellatio presbyteris accõmodatur. Siquidem vnusquisq;, cui animarum cura incumbit, etiam si parœcialis sit, debet super gregẽ vigilare. Sed re vera inter ipsos presbyteros erat in diœcesi vnus iuxta Christi institutũ præpositus, qui erat episcopus. Quare licèt honoris gratia omnes presbyteri dicerentur episcopi, & ne eپi superbirent, etiam dicebãtur presbyteri, nihilominus in re erat distinctio. ¶ Et quidem solutio hæc ad respondendum Apostolo efficacissima est: quippe qui nusquam significat neq; innuit re non fuisse dignitates distinctas, sed dũtaxat promiscuo nomine appellari. Itaq; Paul. non dignitatẽ, sed sola nomina ait eپis & reliquis presbyteris fuisse cõmunia. Vnde Chrisost. Homi. 11. super eandem epistolam ad Timoth. ob id dicit Apostolũ illic substituisse presbyteros: quòd non multùm differũt ab episcopis, sed sola inthronizatione episcopi super reliquos presbyteros ascenderunt. *Aymo.* Et illic Aymo, Omnis enim episcopus presbyter est, sed tamen non omnis presbyter episcopus est. ¶ Attamen profectò *Verba Hieronymi.* verba Hieronymi nõ satis hoc responso diluuntur: haud enim solùm ait q̃ presbyter & episcopus eodem nomine vocabantur, sed q̃ idem omnino erãt, neq; aliud habebat episcopus q̃ presbyter. Et subdit q̃ communi presbyterorũ consilio tunc ecclesiæ gubernabantur. Sed postmodũ toto orbe decretũ est, vt vnus superponeretur. Non ait, solùm decretum fuisse, vt diuersis nominibus appellarentur, sed vt re vera distinguerentur, vbi insinuat antea nullatenus discriminatos. Et ad rem præsertim subiunxit, q̃ episcopi nouerint se magis cõsuetudine q̃ dispensationis Dominicæ veritate presbyteris esse maiores. Ecquid apertius? Et in epistola *Hieronym⁹* ad Euandriũ, quæ à Gratiano citatur dist. 23. can. Legimus, eandem prorsus sniam sequitur, autumãs tempore apostolorum non nomine tantùm, sed re eundem fuisse episcopũ, qui erat presbyter. Quare *Scotus.* Scotus in 4. dist. 7. hanc censet fuisse opinionẽ Hieronymi, quã *Durandus.* & probabilem iudicat. Et Durãdus dist. 24. q. 5. non dubitat quin Hieronymus fuerit huius *Sentẽtia autorũ.* sentẽtiæ, tametsi in eam ipse non subscribat. Et vt ego ingenuè fatear, porrò arbitror Hieronymum in ea fuisse opinione, q̃ primitus de iure diuino nullum erat discrimen. Nihilominus licèt hoc quispiã de Hieronymo suspicatus fuerit, non ideo, salua egregia autoritate, quæ sacro Doctori debetur, negare debet, quin discrimen hoc fuerit de iure diuino. *Nota.* Hieronymus nanq; ad contundenda episcoporum supercilia, illam ebibit doctrinã, quã tamen non probat. Neq; ex verbis Apostoli colligi potest, sed hoc tantùm q̃ nomina essent promiscua, & communia. Et idem *Ambrosio satisfit.* est respondendũ Ambrosio, qui super 4. ca. epistolæ ad Ephes. idem ferè cum Hieronymo sentiens ait, q̃ primi presbyteri episcopi appellabantur, vt primo recedente sequens ei succederet. Quare apud Aegyptũ, inquit, presbyteri consignant: hoc est, confirmant, si non sit presens episcopus. Falsum enim est vnquam fuisse presbyterum sine noua consecratione episcopum. Quocirca si Aegyptij illum ritum seruant, errore tenentur.

¶ Ad primum igitur argumentum in cõtrarium respondetur, q̃ quanuis in veteri lege non essent omnino episcopi & presbyteri sicut in noua: quia non conferebant gratiam, nec aliquo sacramento initiabantur, tamẽ in Aaron præcessit nostrorum sacerdotum figura, quatenus sacrificia, sicuti cæteri sacerdotes, offerebat, & præterea episcopi vmbra: nam fuit pontifex maximus, cui aliqua congruebant singulariter tum indumenta, tum etiam & munera, vt introire semel in anno in sancta sanctorum, quæ quidem reliquis sacerdotibus non licebant. Hoc autem euãgelicum discrimen à Christo exordiũ sumpsit, qui omniũ ecclesiasticorum officiorũ exemplar extitit. Gerunt ergo eius typum simplices presbyteri quantum ad ministeria, quæ ipse compleuit, vt cõficere corpus & sanguinem suum: episcopi verò quantum ad illam potestatẽ, qua ministros in ecclesia instituit, in qua quandam habuit eminentiam. ¶ Ad secundum autem respõdetur, q̃ quanuis nullum sit altius munus in ecclesia q̃ corpus & sanguinem Christi consecrare, in quo episcopi presbyteris non antecellunt, nihilominus cùm & hoc illis competat, præcellunt in alijs functionibus, vt ordinare sacerdotes, qui cõsecrare possint, & altare, vasa, & indumẽta ad confectionẽ eiusdem sacramẽti benedicere.

Solutio primi argum. *Sacerdotũ figura.* *Episcoporũ figura.* *Solutio secũdi argumẽ.*

ARTICVLVS. III.

Vtrùm Episcopatus sit ordo.

EX quæstione proximè decisa exurgit altera, vtrùm episcopatus sit ordo. Etenim si sit sacramento sacerdotij præstantior, consequens apparet, vt sit ipse sacramentum: nam sacramento nihil videtur præstantius, nisi sit aliud sacramentũ: *Part is affirmatiuæ argumentũ.* præsertim cùm loco citato Dionysius episcopatum, presbyteratum & diaconatũ tres ordines appellet. ¶ In contrarium autem est, q̃ si episcopatus esset ordo, plures essent q̃ septem, contrà quàm vsus habet ecclesiæ. *Part negatiua.*

¶ Sunt qui huius quęstionis partem affirmatiuã tueantur, quibus, vt supra diximus, Maioris & Ekius adhærent. Alij verò arbitrãtur quæstionem nominalem esse potiùs q̃ realẽ, vtrùm scilicet sit appellandus ordo, necne. *Decisio articuli.* At verò profectò ad quæstionem cõmodiùs cum D. Thoma, sub distinctione, vnica conclusione respondetur. *Conclusio.* Nomen ordinis vsurpari vno modo pro eo propriè consue- *Nomen ordinis.*

Universidad de Deusto Biblioteca

uit, quod est sacramentum ordinis, & altero modo, vt est nomen officij), dignitatis & gradus. Sit ergo conclusio. Episcopatus non est sacramentum ordinis, est tamen ordo: hoc est, dignitas & gradus altior sacerdotio, cui eminentiora officia sunt annexa. Secunda hæc pars artic. præcedenti satis demonstrata est, vbi discrimen ostensum est inter presbyteros & episcopos, qui sunt reliquis dignitate, gradu & officio superiores. Prima verò: scilicet, quòd episcopatus non sit per se sacramentum, probatur primò: quia contrarium asserentes sine causa aduersantur communi opinioni & ecclesiæ vsui, quo non celebrantur nisi septem ordines. Secundò & potissimùm. Ordines omnes ad sacrosanctum eucharistiæ sacramentum referuntur, & in ordine ad ipsum distinguuntur: episcopatus autem neque est ordo ministrandi sacerdoti in eucharistia: quia est altior, neque verò quantum ad potestatem consecrandi est ei superior: quia sacerdotum quisque æqualem potestatem habet, & quantum ad substantiam sacramenti independentem ab episcopo: nã quicunq; sacerdos per se potest consecrare: ergo non est sacramentum, tametsi quantũ ad accidentarias ceremonias depẽdeat sacerdos ab episcopo, qui habet vasa & vestes consecrare. Tertiò. Si episcopatus esset per se sacramentum superius sacerdotio, sequeretur quòd nouum characterem imprimeret: consequens tamen est falsum: nam tunc subsequeretur quòd si quisquam antequam fieret sacerdos consecraretur in episcopum, eundẽ episcopalẽ characterem cum gratia gratum faciente susciperet: siquidem in susceptione sacramentorum non est essentialis ordo, vt superius ab inferioribus pẽdeat: potest enim fieri diaconus qui non erat subdiaconus, & presbyter ille, qui non erat diaconus, vt patet per titulum de clerico per saltum promoto: consequens tamen est falsum: quoniam si episcopus antequam fieret sacerdos consecraretur, nihil fieret. Quin verò quartò arguitur. Si in consecratione episcopi imprimeretur character, esset profectò superior charactere sacerdotis, atque adeò potestatem includeret consecrandi, veluti character diaconi characterem subdiaconi includit, ex quo fieret consequens, vt non alio opus fuisset præcedenti ordine sacerdotali. Accedit quintò, ꝙ sacramentum ordinis in sabbatis quatuor temporum conferuntur: episcopus verò non nisi diebus Dominicis consecratur.

Conclusio.

Probatur secunda pars conclusiõis.

Probat̃ prima pars.

Secundũ argumentum

Tertium argumẽtum.

Quartũ argumentũ.

Quintũ argumentũ.

In summa, in tota episcopi cõsecratione nulla apparet forma & materia sacramenti, siue vnctiones siue traditionem baculi & impositionẽ mitræ & alia omnia speculeris. ¶ Eandem conclusionem affirmare videtur VValdensis loco citato libr. 2. de sacramentalibus, vbi ait quòd in episcopo duo consistunt, potestas & ordo. Ordo quidẽ episcopo in parte cum cæteris sacerdotibus communis est, sed episcopus in culmine eorum consistit: & ita non tam alius ordo est, quàm alius gradus in eodem ordine. Et Augu. in quæstio. veter. & noui testamenti capit. 101. explicando verbum Apostoli ad Timoth. quomodo promiscuo nomine appellauerit presbyteros & episcopos, concludit. Quid est enim episcopus nisi primus presbyter: hoc est, summus sacerdos?

VValdẽsis.

August.

¶ Et per hoc ad argumentum in cõtrarium respondetur: non enim si dignitas & gradus est superior, subinde fit consequens vt sit nouum sacramentum: alioqui eadem ratione archiepiscopatus & papatus essent noua sacramẽta. At verò Dionysius ac subinde alij, vbi non est disputatio de sacramento, illum gradum & dignitatem episcopalem appellant ordinem, & meritò: nam gradus & dignitas superior, respectu inferiorum significantissimè ordo dicitur.

Solutio contrarij argumenti.

¶ Alia verò sunt argumenta, quibus fautores aduersę opinionis contẽdere possunt episcopatum esse sacramẽtum. Secundò igitur arguitur. Episcopus reliquis presbyteris nõ solùm iurisdictionis amplitudine antecellit, verùm & ordinis potestate: nam potest, vt dictum est, sacramentum confirmationis & ordinum administrare, qui non sunt actus solius iurisdictionis: aliàs posset vicario suo ea committere, sicut alia iurisdictionis officia, sed pertinent ad potestatem ordinis: quare nisi episcopus sit consecratus non potest illa exequi. Tunc sic arguitur. Sacramentum ordinis nihil aliud esse videtur, quàm signũ potestatis vel ministrãdi sacerdoti in eucharistia, vt diaconatus & subdiaconatus, vel ad ministrandi sacramenta: sed per consecrationem episcopi confertur ei potestas administrandi sacramẽta, quæ non potest simplex sacerdos: ergo illa eius cõsecratio est singulare sacramentum imprimens characterẽ. Tertiò arguitur ex eodem fundamento, quo supra nos vsi sumus. Diaconatus & subdiaconatus propterea sunt sacramenta, quod immediatè ordinantur ad eucharistiam: putà, ad sum-

Argumẽta cõtraria opinioni.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

ad sumministrandum sacerdoti: sed functiones episcopi, vt ministros ordinare, vasa & vestes consecrare, referuntur ad sacramentum eucharistiæ consecrãdum: ergo episcopatus est sacramentum. ¶ Quartò. (Quod est omnium maximum) arguitur. Sacramentũ est gratiæ signum & causa suscipientem ad sua officia exercenda sanctificantis: sed epũs ad ea, quæ super sacerdotẽ dispensat, altiori gradu sanctitatis indiget, cùm amplior illi administratio ecclesiæ incũbat: ergo per suã consecrationẽ recẽtem grãm recipit, atq; adeò illa est sacramentum. ¶ Ad secundũ argumentum S. Tho. loco citato præsenti dist. rñdet, ꝙ licèt episcopo detur aliqua potestas nõ solum iurisdictionis, sed etiam ordinis supra illam, quã habet simplex sacerdos, nihilominus illa non habet rationẽ noui characteris: quia oĩs character ordinis ad sacramentũ eucharistiæ ordinatur: episcopat⁹ verò nõ tam ordinari dicitur ad illud sacramẽtum, q̃ eius facultatem præsupponere. Et ideo licèt diaconatus, quia per se põt esse diaconus, anteq̃ sit presbyter, characterẽ per se imprimat, tamen epãtus, quia non est via ad sacerdotiũ, sed illud præsupponit, illudq; perficit, nõ imprimit characterẽ nouum, sed ipse idem character sacerdotalis, dum sacerdos in epm consecratur, fit extensior & amplior: extẽditur, inquam ad aliqua munera exequenda, quæ antea nequiuerat. ¶ Et per hoc respondetur ad tertium. Negatur enim epãtum propriè ad sacramentũ eucharistię ordinari: quia nõ ordinatur ad sacerdotium, sed est eius perfectio: epũs enim non est nisi quidam cõsummatus, & vt ait Augu. primus sacerdos, qui simpliciter omnia sacramenta conferre valet, & vasa consecrare &c. Tametsi illa ratione dicatur ordinari ad eucharistiã, quod epũs cõfert sacerdotiũ, quæ est potestas illam consecrandi. Hic aũt ordo non est proximus & immediatus ad eucharistiã, ceu diaconi & subdiaconi sacrificio ministrantiũ, sed remotus ad conferendam potestatem consecrandi. ¶ Ad quartum argumentũ. Posset quispiam dicere, ꝙ sicut character sacerdotalis extenditur in epo: ita & gratia per eius consecrationem augetur. Attamen hoc veritati non cõsonat: quoniã gratia non augetur, nisi nouus producatur intẽsionis gradus, qui si virtute operis producatur, necesse est illud opus esse sacramentum, veluti gratia baptismalis augetur per confirmationẽ: cùm ergo cõsecratio epi non sit sacramentũ, fit vt nec gratiam ad

Quartũ argumẽtum.

Solutio. 5. Thomæ ad secundũ argumẽtum.

Epãtus non imprimit characterem.

Solutio tertij argumẽ.

Solutio quarti argumẽ.

augeat. Notandũ ergo ꝙ gratia in sacramento ordinis non confertur ad illa officia exercenda, quæ spectant ad iurisdictionem & gubernationẽ, sed ad illa, quæ ad potestatẽ ordinis attinent: hoc enim sonat gratia sacramẽti ordinis, quæ ideo annexa est characteri, nisi opponatur obex. Alioqui dicendum esset copiosiorẽ gratiam conferri Archiepo dum consecratur, quia ampliore fulget iurisdictione, ac longè ampliorẽ summo Pontifici, cui amplissima competit gubernatio. Gratia verò, quæ ad potestatem characteris ordinis attinet, completè per sacramentum ordinis sacerdotalis confertur ad omnia administranda sacramenta, quæ quocũq; tempore sacerdos administrare debuerit. Et ideo licèt dum consecratur in episcopũ, extendatur eius potestas ad alia tradenda sacramẽta: scilicet, cõfirmationem, & ordinem, non tamẽ indiget noua gratia sacramentali, tametsi per morũ meritorumque augmentum debeat conniti, vt cumulatiori prouehatur.

Gratia in hoc sacramento ad q̃ conferatur.

Gratia completè in sacerdotio cõfertur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm supra Episcopos sit aliquis superior ordo in ecclesia.

POst hæc quæritur de Archiepiscopis & alijs Pontificibus vsq; ad summum. Et arguitur nullũ esse ordinem in ecclesia episcopatu superiorẽ. Episcopus enim nihil aliud est, q̃ consummatus & summus sacerdos, secundùm illud Ambrosij super epistolam ad Ephes. capit. 4. In epo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est: hæc ille: potest em̃ omnia sacramenta simpliciter dispensare, in quo summa ratio potestatis ordinis cõsistit: ergo episcopatũ nul⁹ est superior ordo: quapropter Romanus pontifex non aliud se q̃ episcopum Romanum nominat, ac subinde epm totius orbis. ¶ Secundò arguitur. Superior potestas per inferiorẽ non confertur, neq; æqualis per æqualẽ: quia vt ad Hebræ. 7. ait Paul. sine vlla cõtradictione quod minus est, à maiori benedicitur: quare simplex sacerdos neq; episcopum ordinat, neq; alium simplicem sacerdotẽ, sed epũ sacerdotem: episcopus aũt quemcunq; alium potest promouere & cõsecrare, etiam Pontificẽ maximũ: nam Hostiensis epũ consecrat Papam: ergo epãtu nullus est excelsior ordo. ¶ In contra-

Partis negatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pars affirmatiua.

rium autem est autoritas Isidori.dist.21.can. Cleros, vbi pluribus episcopis Archiepiscopus præficiẽ: & super archiepiscopos est patriarcha, vt 80.dist.can. Vrbes, definitur.

1.

Prima conclusio.

¶Ad quæstionem præsentem tribus conclusionibus respondetur. Prima. Inter epos & Summum Pontificẽ interstant alij ordines per gradus ascendentes. Sunt enim primùm

Archiepi.

archiepiscopi: hoc est, principales epi, vt canonib⁹ citatis asseritur, & vsu ecclesiæ obseruatur, qui pluribus episcopis præficiuntur, atq; adeò pallio super humeris insigniũtur, quod episcopis non conceditur, can. Quoniam quidam, dist.100. Quapropter Metro-

Metropolitanus.

politanus idem est quod archiepiscopus, solo nomine differens: ob certam enim ciuitatum mensuram, quibus debet præsidere, sic appellatur, vt eod.can. Cleros, & can. Scito-

Patriarcha

te.6.q.3. legitur. Archiepiscopis præponitur patriarcha, quod græcum nomen, idem sonat latinè, quod principalis pater. Patriarchę autem sunt post summũ Pontificem dignitate & autoritate primi. 80.dist. can. Vrbes,

Primat.

& can. Diffinimus. Quare patriarchæ & primates solo nomine differunt, vt ibidem legitur. Fueruntque instituti instar protoflaminum, qui fueruntinter gentiles sacerdotum primores, vt eod.can. habetur, & Magist. sentent. affirmat. Non autem sic est intelligendum, ꝙ illa ratione ecclesia hos ordines instituerit, sed quòd cùm religio Iudæorum non fuisset per diuersa regna & prouincias diffusa, sicuti gentilium ritus, sed erat in vna gente conclusa, apparet varietas ordinum in lege euangelica quantùm ad eius effusionem, potiùs gentilitatis imaginẽ referre, quàm Iudaisini: cæterùm quantùm ad rei veritatẽ nõ fuerunt ijdem ordines instituti nisi propter decorum ecclesiæ & necessitatem. ¶Et qui-

Quatuor patriarchæ in primitiua ecclesia.

dem prope apostolorũ ætatem quatuor ecclesiæ patriarcharũ honore sub Romana Sede insignitæ sunt: nempe, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana, vt eod.can. Diffinimus, refertur: nam in gratiam Cõstantini Cæsaris Constã-

Patriarcha noui orbis.

tinopolis dicta est noua Roma. 22. dist. can. Constantinopolitanę. Iam verò plures sunt, vt in Hispania patriarcha noui orbis: nam vt ait Annicetus Papa can. Nulli. dist.99. dum gens aliqua ad fidem cõuertitur, potest præ multitudine Primas ibidem constitui. ¶Se-

Secunda cõclusio.

cunda conclusio. Isti ordines nec sacramẽta sunt ordinis, neq; potestate ordinis differũt, sed sola iurisdictionis amplitudine. Primam partẽ iam supra monstrauimus: nã si epatus non est per se sacramentũ, multò minus vel archiepatus vel papatus. Imò qui autumant epatum esse sacramentum, non aliud nouũ agnoscunt in papa. Quod aũt non differant potestate ordinis inde constat, ꝙ nullũ sacramentũ potest papa administrare, quod non posit & quicunq; epus. Templa, etiam, altaria, vestes, vasa & virgines possunt omnes epi sicuti papa consecrare & benedicere, atque adeò consecrare epos & Archiepiscopos, & ipsum papam. Quapropter si qui in papam eligitur, eps erat, non denuò cõsecratur in papam: quia Papa non est nisi summus epus.

Prima pars conclusionis probatur.

Secũda pars conclusionis.

Notã.

¶Ex his ergo argumentorum solutio colligitur. Ad primũ enim conceditur, episcopatũ quantùm ad potestatem ordinis esse summã ecclesiæ dignitatem. Differunt ergo prędicti ordines solo iurisdictionis ambitu & latitudine. Dicũtur, inquã, ordines diuersi ꝓpter gradus dignitatis diuersos. ¶Et simili modo ad secundum respondetur. ꝙ potestas epi excellit potestatẽ sacerdotis, quasi potestas altioris generis, & ideo non quicquid põt eps, potest simplex sacerdos. Non autem eadem epalis dignitas à superiorib⁹ excellitur tanq; à potestatibus celsioris generis, & ideo quicquid potest papa pertinens ad potestatẽ ordinis potest, quicunq; episcopus. Sed potest ratione iurisdictionis eligere & confirmare episcopos, quod alij episcopi non valent.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

¶De ordine verò Cardinalium est dubium vtrùm sit per se ordo ab his connumeratis iure diuino distinctus. Etenim Cardinalis de Turre Cremata lib.1.de summa ecclesiæ cap. 80. affirmat ordinem esse iure diuino cæteris ecclesiæ sublimiorẽ. In cuius confirmationẽ nescio quam distinctionẽ in apostolis cõminiscitur. Ait siquidẽ primùm in illis considerandum, ꝙ ante ascensionẽ Christi principaliter ei astiterunt, iuxta illud Lucæ.22. Vos estis, qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Deinde & post eius ascensum assistebant Petro tanq; eius vicario administrationem papalis ministerij gerenti. Sed tertiò cõsiderantur, vt à Petro separati ab inuicemq; adeò in diuersas regiones distributi ad prędicandũ, iuxta illud, Euntes in mundũ vniuersum prædicate euangeliũ omni creaturę. Ait ergo ꝙ quantùm ad primam & secundã conseruationem Cardinales Pontifici maximo assistentes repræsentant apostolorũ statum. Sed quantum ad tertiam episcopi successerunt apostolis. Vnde infert primò, ꝙ apostoli priùs

Ordo Cardinalium.

Turre Cremata.

Lucæ.22.

Adaptatio distinctionis.

Corollariũ.

fuerunt Cardinales q̃ episcopi: nam priùs fuerunt Christi consiliarij, q̃ pastores & prædicatores instituti, atq; adeò priùs fuerunt Cardinales orbis, quàm episcopi vrbiũ. ¶At verò licèt placuerit viro alioqui doctissimo ordini suo nimium indulgere & fauere, certè cõmentatio hæc non nititur solido fundamento: & ideo subiungitur tertia huius articuli conclusio. Cardinalium ordo non censetur iure diuino institutus tanq̃ à presbyteris & episcopis distinctus, sed est iure pontificio introductus. Prior pars probatur, quia in sacra pagina non habet firmius fundamentum, q̃ illud Turre Crematæ, quod quidẽ est infirmissimum. Sed dicti sunt Cardinales: id est, principales, siue episcopi sint, siue presbyteri, siue diaconi, siue subdiaconi, imò & acolyti: eo ꝙ Romæ residentes summo Pontifici assidentes, quasi ecclesię cardines. In qua sub inde merito splẽdorem habent, tum quia in summo eius consistorio considẽt, tum præsertim quia electio summi pontificis ad eos de iure spectat, vt patet per decretum Nicolai papæ secundi in sexta synodo can. In nomine dñi.23.dist. ¶De antiquitate verò eiusmodi cardinalatus non satis constat quanta fuerit. Quod enim Hieronymus fertur Cardinalis fuisse, nondum est ab ecclesiasticis vel historicis vel doctoribus satis exploratũ. Sũt verò qui censeant eundẽ ordinem antiquissimum: nam in concilio Lateranensi sub Gregorio secũdo Anno Dñi, DCCXXIIII. post episcopos subscripserũt presbyteri Romani. At cùm non sint appellati cardinales, sed fuerint episcopis posthabiti, non est certum an de cardinalibus, quales sunt modò, id sit intelligendum. Alij autumant iam tunc tẽpore Syluestri hunc fuisse ordinem constitutum: nam in Romana Synodo ait, ꝙ presbyter cardinalis nisi quadraginta quatuor testibus non dãnabitur. 2.q.5.can. Præsul. Et post ea, A subdiacono, inquit, vsq; ad lectorẽ omnes subditi esse debent diacono cardinali. 93. dist.can. A subdiacono. At verò nescio vtrùm nomẽ cardinalis in hoc significato illic vsurpauerit, an verò pro eo simpliciter, quod est principalis: vt presbyter cardinalis idem sit quod archipresbyter, & diaconus cardinalis, idem quod archidiaconus: pluris enim Papa æstimat illic episcopum, quem nisi in septuaginta duobus testibus damnari non permittit, quàm presbyterum cardinalem, quem in quadraginta quatuor condemnandũ censet. Qua vtiq; ratione & Archiepiscopus potest

Tertia conclusio.

Cardinales quare sic dicti.

Cardinaliũ antiquitas.

Tpe Syluestri an cardinales fuerit cardinales.

episcopus cardinalis appellari: idest, principalis, quò alludit Gregorius, qui.7.q.1.can. Pastoralis, appellat Ioannem Squillitanæ ecclesiæ episcopum cardinalem. Et certè neq; in concilio Niceno, neq; in Synodis Constantinopolitanis vsq; ad sextam sub Nicolao secũdo inuenitur hoc nomen. Tametsi canone illo, In noïe domini, qui à quingentis hinc annis conditus est, cardinales sint appellati, nõ tanquam res noua, sed tanquã res longè vetustior. Quare Cardinalium ordo antiquior est multò quàm nonnulli censent. Hoc autẽ alius fuerit loci pressiùs disputare.

¶Huiusmodi autem episcoporum & archiepiscoporum ordinibus vestes, ornatus gratia adaptauit ecclesia, quæ eorum dignitatem illustrarent, idoneitatemque designarent, quæ in eis requiritur ad tractandum diuina. Horum verò indumentorum quædam sunt episcopis, sacerdotibus eiusq; ministris communia, quę sunt sex: scilicet, amictus, & talaris vestis alba linea, cingulum, manipulum, stola, casula. De quorum significatione dist.13. q.2. art.4. fusè dictum est. Præter hęc autem epis adhibentur nouem propria, vt vestiũ numerus numero functionum respõdeat. Conuenit enim epis propriè supra sacerdotũ munera populũ confirmare, clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, Synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa consecrare, sacram paginam prædicando interpretari, ac demũ ius dicere. Primum igitur eorum ornamentum sunt caligæ, quibus gressuum rectitudo designatur. Secundũ sandalia, quæ pedes contegunt, ad significandã pulchritudinẽ pedum, vti est apud Esaiam, annunciantium & prædicantium pacem, annunciantium bonum, & prædicantium salutem. Hæc autẽ sandalia, vt Hugo lib.2. de sacram.par.5.capi.14. autor est, subtus habent integras soleas, ad admonendum episcopos ne terrena affectibus tangãt, sed despiciant: superne verò locis quibusdam aperiuntur, alijsq; conteguntur, ad significãdum mysteria fidei non omnibus esse propalanda, sed quibusdam, iuxta illud, Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Tertium est succinctorium, quo stola ligatur cum alba sacerdotali, in signum amoris honestatis, quo candor vestis ad lumbos succingitur. Quartum est tunica serica talaris, significans virtutum, & potissimùm honestatis, perseuerantiam: nam & castissimus Ioseph talari tunica vsum fuisse scribitur: demissio

Eporum & sacerdotum vestes.

Eporũ nonẽ indumenta propria. Eorumq; functiones nouem.

Primum ornamẽtum.

Secundum.

Sandalia.

Tertium.

Quartum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quintum. *Sextum.*

missio enim vsq; ad talos, perseuerantiã vsq; ad vitæ extremitatẽ designat. Quintum est dalmatica, largitatem operũ misericordiæ repræsentans. Sexto loco traditur ei baculꝰ pastoralis vncus, vt illa curuitate vagas & errantes oues colligat, stipite autẽ infirmos sustentet, sed extremitatis cuspide segnes & desides ad opera virtutis stimulet. Quo vtiq; Papa propter plenitudinem potestatis non vtitur. Carmen ergo sic eꝑos admonet. Collige,

Septimum.

sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta. Septimum traditur ei quasi ecclesiæ sponso anulus benedictus, qui est sacramentũ fidei, qua ecclesia desponsatur Christo, ipseq; subinde eꝑs eidem ecclesiæ.

Octauum.

Octauum ornamentũ est mitra duo habens cornua, quę scientiã vtriusque testamenti referunt, qua vtiq; velut galea salutis, vt ait Paulus, cõmunitus episcopꝰ hostibus veritatis terribilis apparere debet.

Nonum.

Nonum deniq; sunt chirothecæ, quibus manus operiuntur, ad significandum prudentiam & splendorẽ operũ, iuxta illud Matth. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Ac demum vt velut Iacob hædorum pelliculis manus contectus benedictionem paternam accepit, sic episcopus sacrosanctam hostiam altaris offerens, diuinam benedictionem impetrare merea-

Pallium archiepiscopi.

tur. ¶ Super hæc archiepiscopo cõfertur pallium propter honoris augmentũ, vt 100. dist. can. Prisca, & can. Rationis, quod habet torquis effigiem. Quo insigni aureo egregiè certantes olim donari solebant. Quapropter eo Romanus Pontifex in missarum solẽnijs semper & vbiq; vtitur propter plenitudinẽ potestatis, quæ in pallio significatur. Archiepiscopus verò non nisi in sua ecclesia & suffraganeis & quibusdam solennibus diebus. cap. Ad honorẽ, extra de autor. & vsu pallij. ¶ Aduersus hæc autem forsan quis obijciat ritum Mosaycæ legis: nam eꝑatus euangelici

Põtificis maximi antiquæ legis ornamenta.

figuram preferebat tũc Pontifex maximus, & tamen alijs ornamentis induebatur q̃ noster episcopus. Etenim vt Leuit. 28. legitur, & Iosephus lib. 3. de antiquitatibus cap. 11. interpretatur, decem ornabatur vestibꝰ, quatuor scilicet, quæ cunctis sacerdotibus erant communes. Istæ erant fœminalia linea, & tunica

Primum argumentũ.

de byssо, & baltheus: idest, cingulum, & tiara siue mitra de byssо superne acuta. Atqui cùm fœminalia sacerdotem castitatis admonerent, quam euangelici præillis, seruare tenentur, illis deberent modo similiter vti. Præterea sacerdotium noui testamẽti dignius est q̃ illud veteris: ergo deberẽt omnes, sicut illi, mitras in signum dignitatis gestare. ¶ Ad primum loco citato respondet Hugo, q̃ illis nõ indicebatur continentia, nisi illo tẽpore, quo templo ministrabant: nam erant coniugati: & ideo tunc fœmoralibus succingebant. Nostri verò perpetuæ castitatis cultores, non indigent illo habitu, dum ad altare accedunt. Sed loco illorum calciat se episcopus noster sandalia. Ad secundum respõdetur, q̃ mitra sacerdotum non erat dignitatis insigne, sed vt ait Hierony. erat sicut quoddam galerũ. Cidaris autem, quam pontifex maximus illi superponebat, erat indicium dignitatis, cui ideo mitra nostrorũ eꝑorum successit. ¶ Vestes aũt summi sacerdotis erant propriæ sex aliæ: scilicet poderis, quæ erat vestis byssina vsq; ad pedes, quo etiam talari indumẽto vtitur noster episcopus. Deinde tunica hyacinthina cui in eꝑo respondet dalmatica. Nam quia in eꝑo, qui alios ministros creat, origo eorum, existit, dalmatica diaconi & subdiaconi vtitur subtus casulam, sacerdos verò minimè. Item gestabat superhumerale, cuius loco eꝑs vtitur stola: nam illud humeris impositum onus euangelij, interprete Beda, vt modò stola, significabat. Quartò præferebat & in pectore rationale, cuius locum refert pallium archiepiscopi. Quintò gerebat & cidarim: hoc est, mitram byssinã, veluti & nostri eꝑi. Ac deniq; in fronte laminã, vbi Dei nomen scriptum erat tetragrãmaton, pro qua noster pontifex gerit crucẽ, vt lib. de officio missæ ait Innocẽtius. Sunt qui adããt ephot, pro quo eꝑi vtuntur amictu, tametsi alij autument non aliud fuisse q̃ superhumerale.

Secundũ argumentũ.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

Vestes summi sacerdotis.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm in culmine omnium ordinum sit iure diuino vnus summus pontifex.



Consequitur hic tandẽ, vt de primatu Summi Pontificis supremus adhibeatur articulus. Arguitur enim à parte negatiua. Si vnus esset huiusmodi summus Pontifex, id maximè esset: quia Christus aliquid vni præ cæteris apostolis singularis dignitatis tribuerit, vt Petro apostolo, Matth. 16. Quodcũ que solueris &c. Sed ipsum Matth. 18. cõcessisse legitur cunctis apostolis, Amen dico vobis, quæ-

Partis negatiuæ argumentum.

bis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, &c. & apostolis episcopi successerũt: ergo præter eꝑos nullus est qui iure diuino apicem ecclesiæ teneat. ¶ In contrarium tamen stat autoritas Constantinopolitani concilij, vbi legitur. Veneramur secundùm scripturas & canonum definitiones sanctissimum antiquæ Romæ episcopũ primũ esse & maximum episcoporũ, & post ipsum Constantinopolis episcopum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶ Quæstio hæc inter orthodoxos nulla est, quippe qui affirmatiuã veritatem ceu catholicam venerantur. Quare qui eam abnegant meritissimò vt hæretici & schismatici habentur. De qua multi nobiles autores tum antiqui, tum etiam iuniores luculenter disputarunt, quorum sunt Caietanus inter sua opuscula, & EKius in suo opere, quod de hac re non minùs egregium q̃ amplum ædidit. At quoniam S. Tho. & reliqui hoc loco eam tractant, non debuit à nobis intacta præteriri.

Caietanus. *EKius.*

Conclusio.

Respõdetur ergo vnica affirmatiua eademq; catholica conclusione. Vniuersis ecclesiæ ordinibus supereminet dignitas Pontificis maximi, qui apicem totius ecclesiæ obtinet. Ratio cùm primis est, quam art. 2. insinuabam. Instituit enim Christus ecclesiam instar monarchiæ, quæ optimum est omnium regimi num: in monarchia verò omnes ordines cõsummantur in vnum culmen, quod sit particularium omniũ vniuersale: nam vt 1. Ethic. author est Philosophus, in omnibus virtutibus & actibus secundùm ordinem finium sumitur & artificũ præminẽtia: arti enim frænifactiuæ imperat equestris, & ei, quæ est extruendarum nauium, imperat ars nauigãdi: eadem ergo similitudine in ecclesiastica republica pareæciarum plebani subduntur episcopo ciuitatis, eꝑi verò plures vni archiepiscopo, ac demũ vniuersalis ecclesia vni summo Pontifici, qui est Christi vicariꝰ. Id quod præterea inde confirmatur, q̃ Christus ecclesiam exemplo optimę politiæ fundauit: optima autem, vt 2. Polit. autor est Philosophus, est regalis, cui vnus præest. Quod exemplo apum Hierony. can. In apibus 7. q. 1. demonstrauit. ¶ Eadẽ catholica veritas præclaro testimonio Christi confirmatur, Matth. 16. vbi Petrum fundamentum instituit ecclesiæ, dicens ei, Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiã meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & Quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis, & quodcũq; ligaueris, erit ligatum. Sed quanuis alij hunc locum locupletissimè edisserant, quorũ est EKius lib. 3. de primatu pontificis, non erit superuacaneũ hic nos tantisper immorari. Sũt enim qui verbum illud, Super hanc petram, non ad Petrum referant, sed vel ad Christũ ipsum, qui est lapis angularis totius ecclesiastici ædificij, de quo 1. Corinth. 3. ait Pau. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præterq̃ quod positum est, quod est Christus Iesus: vel ad ipsam confessionem Petri, Tu es Christus filius Dei viui, quæ prima est petra: hoc est, articulus, cui fides nostra subnititur. Quorũ vtramq; expositionẽ Augustinus alibꝰ locis sequitur. Alij item, Tibi dabo claues regni cœlorũ, non Petro singulariter dictum autumant, sed vel toti apostolorũ collegio, vel ecclesiæ in cõmuni. Porrò aũt euangelico contextu attentiùs inspecto ad Petrũ singulariter totũ pertinere constat. Enimuerò non sine mysterio interrogante Christo apostolos, Quem dicunt homines esse filiũ hominis? Omnes responderũt, Alij Ioannem Baptistam, alij Eliam &c. Sed rursus sciscitãti, Vos autem quem me esse dicitis? Non omnes, sed singulariter Petrus respõdisse fertur, Tu es Christus filius Dei viui, quasi cõfessio illa ipsius esset propria: nam aliorũ corda, in quibus latebat fides, quomodo ipse Petrus habere potuisset comperta? Præsertim q̃ inter illos erat Iudas, qui fidem nondum ebiberat. Vnde cùm postmodũ idem Petrus, non satis cunctorum pectora exploratus omniũ nomine fidem confiteretur, dicens, Nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus, respondit Iesus, Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolꝰ est? Quasi dixisset, nõ satis omniũ pectora inspexeris, vt p oĩbus respondeas. Quocirca Leo papa in sermone. 3. de passione Dñica, Vnus inquit, de toto mũdo eligitur Petrus, qui cunctis ecclesię patribus prępona. Et causam subdẽs ait, Omnes apostolos, quid de se opinent hoĩes, Christus interrogat, & tandiu rũdentiũ cõis est sermo, quandiu humanæ intelligẽtiæ explicatur ambiguitas (scilicet alij Ioannẽ &c.) At vbi quid sensus habeat discipulorũ exigitur, primus est in dñi confessiõe, qui primus est in apostolica dignitate & potestate. Confessio ergo Petri, sua ipsius fuit singularis, Id quod & ex subiunctis verbis firmius cõfirmatur. Nam ei singulariter rũdit Christus dicẽs, Beatus es Simon Bariona: id est, filius Ioãnis: quia caro & sanguis: hoc est, pater iste tuus carnalis, non reuelauit tibi, sed pater meus,

Ratio cõclusionis.

Aristo.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

EKius.

Super hanc petram.

Augusti. Tibi dabo claues &c.

Leo papa.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui in cœlis est. Vbi opponẽdo patrẽ suũ patri Petri reuelationẽ edocet esse illi peculiariter factã priusquã cæteris apostolis: ob idq; adeò eum singulariter beatũ appellat. Quæ quidẽ sntia est Clemẽtis papæ in epist.1. ad Iacobũ fratrem dñi, vbi Petrũ fundamentũ fidei à Christo positũ esse cõmonstrat, cuius ideo ore cognominatus est Petrus: nã & primùm, inquit, Petro Deus pater filium reuelauit, cui & Christus cõferenter beatitudinem contulit. ¶ Sed age & de noĩe ipso Petri rem apertiùs pãdamus. Quid em̃ in causa esse potuit, vt nullum aliorũ, sed Simonẽ solũ, Petrũ nũcupauerit, nisi vt de petra fidei, quã ore ꝓtulerat, nomẽ duceret, quo deinceps appellaret? Quã quidem noĩs mutationẽ ei prædixerat Ioan.1. Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod quidẽ nõ est nomẽ græcum, vt κεφαλὴ: hoc est, caput, sed (vt ait in interpretatione Hebraicorũ nominũ Hieronymus) Syrum, idẽ sonãs quod solidũ: hoc est, stabilis & immobilis petra. Ob idque subdit euangelista, quòd interpretãt Petrus, acsi petra masculini generis esset. Fatemur ergo ingenuè confessionẽ illam, Tu es Christus, primã esse fidei petram: nam nisi quis Christũ primùm agnouerit esse Deum, qui mẽtiri nequit, neutiq; quæ ipse nos docuit, firma fide tenebit. Qui aũt illud semel fundamentũ supposuerit, cuncta subinde credet per ipsum reuelata. Verũtamen nõ dixit, super hãc petrã ædificabo fidẽ meã (quanq̃ & hoc sit verissimum) sed ecclesiã, hoc est politiam & rempublicã meam, quæ prælatorũ administratione gubernatur: atq; super vno summo prælato fundari debet. Fuit ergo legitimus sensus, Eo ꝓ tu cõfessus me es filiũ Dei, atq; adeò primã petrã & fundamentũ, vt verè sum, ecclesiæ, quam fabricare pergo, ego te vicissim Petrũ (.i. petrã) instituo, qui vice mea petra eiusdẽ sis & fundamẽtum in terris. Atq; hoc signãt collusio illa verborũ & concẽtus, Tu es Christus. & Tu es Petrus. Vnde quod sibi per naturã cõpetit, id Christus per grãm tribuit Petro. Quapropter dum ait, Tu es Petrus, & super hanc petrã, &c. demõstratio pronoĩs nõ refertur ad confessionem Petri: scilicet, Tu es Christus, aliãs non opus erat inserere, Tu es Petrus. sed refertur ad ipsum Petrũ, Acsi dixisset, tu es petra & super hanc petram, &c. Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eã (scilicet ecclesiã) super te fundatã. Et sicut ego habeo clauẽ Dauid, qui occlusos cœlos aperturus modò sum, eorũdem cœlorũ ego tibi claues concredã, vt quicquid tu vice mea solueris super terram, sit solutũ & in cœlo, & quicquid ligaueris, ligatum. Atq; huius sntiæ sunt quotquot præcesserunt patrũ, qui eiusdem fuerũt ecclesiæ columina. Origenes homilia.5. super Exod. Magno illi, inquit, ecclesiæ fundamento, petræq; solidissimæ, super quam Christus fundauit ecclesiã suam, vide quid dicatur, Modicæ fidei quare dubitasti? Et in epistola ad Iubaianum Cyprianus, Super Petrum, inquit, Christus ædificauit ecclesiam suam, vnde vnitatis haberet originẽ. Et Hieronymus super eundẽ locũ Matth. Quid est, inquit, quod ait Chrus, Et ego dico tibi? Quia tu mihi dixisti, Tu es Christus filiꝰ Dei viui, & ego dico tibi, non sermone cassò, nec nullũ opus habente, sed dico tibi, quia meũ dixisse, fecisse est: quia tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. Sicut ipse lumen apostolis donauit, vt mũdi lumẽ appellarentur, cæteraq; ex dño sortiti sunt vocabula: ita & Simoni, qui credebat in Christum, Petri largitꝰ est nomẽ; ac secũdùm metaphorã petræ rectè dicitur ei, Ædificabo ecclesiã meam super te. Idem Ambrosius in sermone de natali Petri & Pauli, & in sermone de fide Petri, & in multis alijs locis. ¶ Atqui Augustinus ipse, licẽt eius ingeniũ fuerit cuncta variaq; adeo euangelij sensa explorare, vt lectoribus optionẽ relinqueret, & ideo quandoq; petrã ibi pro Chro, quandoq; pro fide accipiat, nihilominus tandẽ in eam se recipit sntiam, vt referatur ad Petrũ, vt in sermone de cathedra Petri, & expressiùs serõne.26. de sanctis, Audistis, inquit, frequẽter ipsum Petrũ à dño petram nuncupatũ, sicut ait, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. Si ergo Petrus petra est, super quã ædificatur ecclesia, rectè pedes sanat, &c. Extãt & decreta plurima, tũ conciliorũ, tum & Pontificũ, quale est illud citatum Leonis, & aliud Anacleti can. In nouo, dist.21. In nouo, inquit, testamẽto post Christũ dñm à Petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primo pontificatus in ecclesia datus est, dicente dño ad eũ, Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã. ¶ Sed & ille alius locus Ioannis vlti. nihilo minorẽ habet energiã ad id cõstituendũ. Haud em̃ temerè Christus Petrũ interrogauit, Diligis me plus his? sed quia aliquid ei præ alijs singulare cõmittere volebat: nempe, Chriani orbis gubernaculũ: ob id em̃ præmisit eius examẽ, an dignior reliquis esset. Quo præmisso subiũxit, Quia diligis me

Clemẽs papa. *Petri nomẽ.* *Origenes.* *Cyprianus.* *Hieronym.* *Ambros.* *August.* *Legitimus sensus.* *Decreta ꝓtilium.* *Locus Ioan. vlti.*

gis me plus his, pasce oues meas: hoc est (interpreteillic Chrysostomo) præpositus & caput esto fratrũ vt ipsi te in loco meo assumẽtes vbiq; terrarũ te in throno tuo sedentem prædicent, & confirmẽt. Qua vtiq; de causa & fidem ecclesiæ, propriã Petri appellat Lucæ.22. vbi eũ à reliquis secernẽs ait, Ego rogabo pro te vt non deficiat fides tua, tu aũt aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos. Et ea propter Matthæus & Marcus inter referendum apostolorũ numerũ à Petro incipiunt, quanuis, vt patet Ioan.1. non ille fuerit priùs vocatus, sed Andreas. Neq; simpliciter eũ nominant, sed dicendo, Primus Simon, qui dicitur Petrus, acsi dicant, qui est capitis dignitate primus. Accedit ꝓ in cõcilio Niceno & alijs antiquis, summus est Romano pontifici delatus honos. Et beatus Cyrillus eps Alexãdrinus inter sua decreta, Vt membra, inquit, maneamus in capite nostro apostolico throno Romanorum pontificum, à quo nẽm est quærere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes præoĩbus: quoniã ipsius solius est, reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere & ligare loco illiꝰ, qui ipsum ædificauit, & nulli alij, quod suũ est plenũ, sed ipsi soli dedit: cui oẽs iure diuino caput inclinãt, & primates mũdi tanq̃ ipsi Dño Iesu Christo obediũt. Idemq; Anacletus can. In sanẽta. dist.22. ¶ Igitur ad argumentũ in capite obiectũ rñdetur, ꝓ quãuis oĩbus apostolis, quinuerò in ipsis oĩbus sacerdotibus cõiter data sit potestas ligandi & soluendi. ñ vt deriuationis ordo quidã designaretur, primò promissa est Petro. Vnde Leo papa in sermone illo citato de passione post verba, quæ supra retulimus, Magnũ, inquit, & mirabile huic viro, dilectissimi, cõfortium potẽtiæ suæ diuina tribuit dignatio, & si quid cõmune cũ eo ceteris voluit esse principibus, nunq̃ nisi per istũ dedit, quicquid cæteris nõ negauit. ¶ Ex his planè fit cõsequẽs, in facultate ecclesiæ nõ esse positũ sic gubernationẽ Christianæ reipublicę mutare, vt nõ esset Papa, sed diœceses per eps, Archieps & patriarchas gubernarentur: quoniam Papã Christus diuino iure sibi subrogauit vicarium, quẽ ideo de medio tollere ecclesia non valet, sed tenetur illum ceu caput suũ colere. ¶ Quod si cõtra arguas. Si ecclesia eũ nõ eligeret, nullus esset Papa: posset aũt ecclesia ꝓ bono pacis, aut alia bona causa, nullũ creare: ergo hoc est in sua positũ facultate. Rñdetur cõcessa maiori: nam electio papæ ad ecclesiã pertinet, & ideò nisi ea ipm̃ legitimè creasset, nullus esset, sicut nullus esset eps nec presbyter, nisi eius autoritate ordinibus initiatus. Attamẽ ecclesia nullo iure posset ab electiõe Põtificis abstinere, & ideo spiritus sanctus eã nõ permittet in talẽ erroris foueam collabi. ¶ Quòd si percõteris vtrùm posset saltẽ duos, aut tres Romanos põtifices eligere, quorũ alter occidẽtali ecclesiæ, alter verò oriẽtali præsideret. Haud em̃ defuerunt, quibus hoc probabile sit iudicatũ. Vt si inter romanã & Cõstantinopolitanã ecclesias disidiũ oboriret, quod aliter pacari non posset, q̃ singulis earum singulos concedẽdo põtifices. Apparet enim nil diuini iuris tali instituto aduersari: quia vterq; esset Christi vicarius alteri minimẽ subditus. Atqui si totus orbis orthodoxam fidẽ suscepisset, adeò nõ apparet incongruũ, vt videri cuiq̃ posset congruentissimũ vnũ vni Hemisphetio atq; alterũ alteri præficiendũ. Nihilominus rñdetur hmõi opinionẽ eo vsq; esse errorẽ, vt sit etiã hæresis: quoniã Christus vnicã monarchiã instituit, cui vnum sui vicarium prętulit, sicut ipse vnicus est rex regni cœlorũ, quẽ ideo constituit esse summum caput, cui vniuersalis ecclesia parẽret. Repugnat aũt duos esse, & vtrũque summũ. ¶ Sed forsan morosus & importunus sic nos redarguat. Quamuis cõstet Christũ dñm personã Petri suo sibi loco substituisse pastorem, non tã indẽ palam colligitur instituisse, vt eius successores apicẽ illũ semper tenerẽt. Rñdetur tamen, ꝓ verba ipsa, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & Tibi dabo claues &c. & pasce oues meas, palàm demonstrãt illa rõne ecclesiã vsq; ad postremũ diem orbis duraturam fundasse, vt Petri successores perinde ac Petrus ipse vice Christi fungerentur, atq; adeò vnusquisq; eorũ summũ in ecclesia fastigiũ teneret. Potest tamen suos legatos ad diuersas ecclesias delegare cũ plenitudine potestatis, vt sæpe assolet, nõ tamen supremam à se potest abdicare potestatem, quin illos valeat amouere, & causas, si ab illis appellaretur, cognoscere.

¶ Vtrùm autem culmen hoc summæ dignitatis iure diuino in ecclesia Romana consistat, ita vt episcopus Romanus & Summus Pontifex sint diuino nexu coniunẽti, nõ est tam certum quàm nonnulli arbitrantur. Porrò Caietanus cap.3. apologiæ de primatu papæ adeò hoc pro constanti habet, vt censeat iure diuino electionem Põtificis maximi ad clericos Romanos spectare, sicuti & eligere

Anacletus Solutio argumenti. *Leo papa.* *An ecclesia posset facere, vt non esset Papa.* *Obiectio.* *Dilutio.* *An duo possint Pontifices præesse ecclesiæ.* *Solutio dubij.* *Redarguitio.* *Dilutio.* *Legati papæ.* *An papa debeat esse eps Romæ.* *Caietanus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Historia petri. suum episcopũ. Idq; per illã historiam confirmat, quę narrat, q̃ cùm Petrus carceribus absolutus ab vrbe exiret, obuius ei Christus dixit, Vado Romam iterum crucifigi: quam vtiq; historiã Innoc. cap. per venerabilẽ. Qui filij sint legitimi. ad idẽ propositũ allegauit.

Caietanus. Indè enĩ colligit, Caie. mandatũ fuisse Petro diuinitꝰ, vt vrbẽ reuersus illic vitã finiret, atq; adeò morte sua summũ orbis ep̃atum sibi cõmissum stabiliret esse ep̃atum Romanũ. Ita q̃ ep̃atus orbis & ep̃atus vrbis non sunt duo coniuncti, sed ep̃atus vrbis in ep̃atum orbis fuerit erectus. Hæc aũt subtiliter quidẽ dicta

Sentẽtia autoris. sunt, in quibꝰ amplectẽdis nihil fortè subest periculi. Attamen primùm historia illa, quã

Egesyppus. Ambros. Egesyppus libr. 3. de excidio Hierosolymitano, & Ambros. lib. 5. epistolo. refert, non tanta pollet autoritate, vt rei tanti momẽti solidũ sit fundamentũ. Quare nec Inno. vt sacrã re-

Solutio secũda. fert. Præterea quãuis historia infirma nõ esset, collectio tã non est satis firma. Nam etsi inde vtrunq; colligat, voluntatẽ Christi dñi fuisse, vt apostolus Romã suo sanguine rubri caret: tenuissima tã est rerũ consequentia, vt subinde voluerit sedem Romanã sic esse sedẽ Põtificis summi, vt nulla rõne ecclesia posset illas seiũgere. ¶ Duo ergo ad quæstionẽ dicẽda videnť. Primum, rẽ esse impẽdio decẽtissi-

Primum dictum. mã, vt Romana sedes, Petri sanguine decorata, sit sedes successorũ Petri. Id quod hactenꝰ omniũ conciliorũ sanctionibus, & pontificũ decretis, qui hucusq; præcesserũt, confirmať. Et hoc est quod Inno. voluit docere. Sed hac

Secundũ dictum. non obstãte veritate, nulla profectò ex euangelio, phibitio planè colligit, quominꝰ posset ecclesiæ cõstitutione fieri, vt eps orbis sedẽ suã ab vrbe demutaret. Imò vt nullã sibi particularẽ ecclesiã applicaret, cuius diceret antistes, sed esset vniuersalis mundi ep̃us, cui oẽs particulares subijcerenť. Primùm, quia in

Ratio. 1. hoc more exemplũ apostolorũ referret, qui in quãtum apostolij, ep̃i fuerũt vniuersales totius mũdi, quamuis re vera fuerint in orbẽ nutu spũs sanẽti dispersi. Secũdò, quia cùm Pe-

Ratio. 2. trus quãdo institutus fuit à Chr̃o vniuersalis ecclesiæ caput, nulli fuerit particulari addictus, nulla ratio cõuincit, vt per eius mortem fuerit iure diuino adstrictus ecclesiæ Romanæ. Quapropter sicut ipse Antiochię septem annis sedit, & postmodũ se Romam cõtulit, ita vnus quilibet suorũ successorũ, nullo vetante diuino iure, videť posse sedem mutare. Hæc autem sic à me dicta sint, vt tã semper Romanis pedibus meũ submittam caput.

DISTINCTIO vigesimaquinta de ordinantibus & ordinatis & eorum exemptione.

HIVIVS autem sacrameti minister omnis soluſque episcopus censetur. Sunt etenim qui pontificia dignitate fungũtur, veluti publici administratores politiæ ecclesiasticæ, quibus de priuatis ministris ac ministerijs disponere incumbit. Et cùm autore super Ioan. Augustino sacramentorũ administri non sua propria, sed Christi facultate illa dispensent (nam ea fuit facta Baptistæ reuelatio. Super quem videris spiritum descendentem &c. ipse est qui baptizat) consequens fit, vt quacũq; fuerint episcopi criminis labe, etiam hæresis, intincti, & quomodocunque ab ecclesia fuerint præcisi, veram & solidam sacramenti substantiã conferant: tametsi suscipientes, qui id vel non ignorant, vel nosse tenentur, gratiam sacramenti minimè suscipiant. Quæ quidem veritas confessio est eiusdem Augustini lib. 2. contra epistolam Parmeniani, quæ refertur can. Quod quidam. 1. qõ. 1. ac perinde Gregorij dist. 68. can. Si cut semel. Nihilominus qui per simoniam hoc sacramẽto initiantur irregu

Textus Cap. j.

Tract. 5.

Capi. 3.

irregulares iure sunt, atq; vsu ordinis suspensi, vt Leo Papa can. Gratia, & Gregorius can. Quicũq; ead. cau. &. q. admonitum curarunt.

Cap. ij. ¶ Qua verò parte res ad suscipiẽtes spectat, fœmineus sexus huic suscipiendo sacramento sic est ineptus, vt etiã si id fœminæ attentent, nullum suscipiant: est enim sacramentum hoc prælationis, quæ fœminas suopte sexu nõ decet. Vt enim

1. Corint. 11. Christus, autore Paulo, caput est viri, ita & vir mulieris. Vsus autem rationis non est de eius necessitate: at quia maiores ordines votum habent annexum, illos ante rationis lucem suscipere, meritò ecclesia vetat. Quocirca qui illos tunc susciperet, nullo colligaretur voto. De ęta te verò ordinandorum in concilio Viennensi sub Clemente pontifice cap. Generalem eodem titul. sancitum est.

Cap. iij. ¶ Arcentur quoq; ecclesiæ cohibitione, vt absque dispensatione hoc

Cap. vt filij. de fil. presbyter. sacramẽto non fruantur, primùm illi, qui nõ sunt legitimo matrimonio nati. Mox qui insigni corporis vitio fœdati sunt, aut membro mu

Distin. 14. per totam. tilati. Deinde & serui. Ac demum ab eodẽ sacramẽto repellitur, tum bigamus, tum & homicida & mẽbri mutilator, vt titulo de homicidio cauetur. Polygamia nanque significationi sacramenti desponsationis Christi & ecclesiæ contraria est, & homicidium eius dignitati repugnat. Præter hæc demum alia sunt impedimenta, à diuersis delictis emanantia, quæ homines à regula excipiunt & excludũt, quam Ecclesia ad ordines promouendis prescripsit. Vnde irregularitatis nomina sortiuntur. De quibus sacri canones ac decretales nos admonent. Hæc autem omnia impedimenta non quidem substantiã sacramenti auersantur, sed sunt præceptis aduersa.

¶ Ad hęc & morum integritas, & Cap. iiij. iusta scientiæ copia, vnicuilibet ordini accommoda, necessaria est, vt Gregorius in Pastorali docuit. Idq; illo Leuitico testimonio confirmauit. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offerat panem coram dño. Quin verò Paulus ipse ad Timoth. pulcherrimam *1. ad Timotheum. 3.* morum honestatem ab illis requirit, qui vel ad presbyterorum ordinem, vel ad diaconorum asciscuntur. Iustam verò lineam hæretici hac de re iniquè transcendunt dicentes, lætalem quamuis labem clericum de suo ordine deijcere. Sed satis pestilentem eorum errorem testimonium illud citatum Ioannis, interprete ibidem Augustino, condemnat. Super quem videris spiritum descendẽtem &c. ipse est, qui baptizat. Colligitur enim inde gratiam non à ministro, sed à Christo pendere, quam ipse per sacramentum infundit: & ideo ministri vitiositas, dũ modo charactere sit insignitus, neq; sacramẽti substãtiæ obstat

Universidad de Deusto Biblioteca

obstat, neque verò effectui gratiæ.

Cap.v. ¶Omnes igitur, qui ordinũ sacramentis illustrati sunt, ad ecclesiasticam rem publicam pertinent, quæ vtique potestas est & facultas à ciuili distincta, illiq; adeò superior: si quidem Petrus vniuersalis pastor beneficio Christi institutus fuit totius eius familiæ. Quam ob rem Pontifex maximus, licèt non absolutè, vt ciuilis potentatus vniuersalis sit rex regnorum omnium temporalium, tamen in ordine ad spiritualem ecclesię administrationem, ea fungitur in omnes reges & regna facultate, vt posit bonis omnium temporalibus vti, cunctosq; principes ac reges, etiam vsque ad eorum priuationem, cogere. Qua vtique ratione meritò censetur vtriusq; gladij potentia pollere: hãc enim potestatẽ & Chrs assumpsit, & nisi vicario suo commisisset, nõ satis ecclesiæ consultum curasset.

Cap. vj. ¶Quocirca ecclesię ministri in suis rebus & causis ecclesiasticis & spiritualibus eo ipso diuino iure, quo ecclesiastica potestas instituta est, cẽsentur à ciuili potestate exempti. Sed & quòd eorum personæ in alijs criminibus & causis secularibus sint à foris secularibus liberæ, quàm maximè est eidẽ diuino iuri consentaneum. Imò vero quanuis ius diuinum de re hac non esset expressum, in summo pontifice ea est diuina potestas, vt valeat clericorũ ordinem, & vniuersa eorum bona à ciuilibus iudicijs, tributis & exactionibus prorsum excipere, iuxta tenorem sacrorum canonum, quibus.ii.quæst.i. & alibi frequenter res hæc sancitur.

DISTINCTIONIS vigesimæquintæ, Quæstio prima, de ordinantibus & ordinandis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm omnis, solusque Episcopus sit huius sacramenti minister.

Onstituto ordinis sacramento cum suis annexis, subsequitur de eius causa efficiente & suscipiente, ac de ecclesiæ potestate & libertate dicere. Hæc ergo distinctio duas cupit quæstiones. Arguitur igitur, quòd non solus episcopus posit ordinare. Ordinantis proprium munus est materiã tradere ordinato, & manus ei imponere: viget autem ecclesiarum multarum vsus, vt archidiaconus materiam subdiacono, acolyto, & inferioribus tradat: item sacerdotes omnes adstantes manus post episcopum presbytero, qui ordinatur, imponãt (distinct.23. can. Presbyter). Ergo nõ solus episcopus minister est conferendi ordines. ¶Secundò. Ea quæ sunt ordinis nõ possunt alteri committi, quàm eis, quibus ex officio incumbit: sed ex commissione papæ presbyteri cardinales minores ordines conferunt, imò põt hoc simplicibus presbyteris committi: ergo non solus episcopus potest ordinare. ¶Tertiò arguitur, quòd non omnes episcopi ordinare valeant. Hæreticinanq;, episcopi quidẽ sunt, quod verò ordinare nequeant, videtur affirmare Inno. in can. Arrianos. 1.q.1. vbi ait, Arrianorum clericos non esse suscipiendos tanquam habentes sacerdotij aut alius ministerij dignitatem: quia solum eorum baptisma ratum esse permittitur, quod in nomine patris

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

tris, & filij & spũs sancti perficitur. ¶Quartò. Episcopus, qui per simoniam sacros ordines diuenderet, videtur nullum perficere sacramentum: nam qui sacramentum contra eius naturam dispensare contendit, nullum perficit, vt si ecclesiæ intentioni contraueniret: natura autem & institutũ sacramenti est gratiam conferre: vendere autẽ est non gratis dare, quod gratiæ opponitur: ergo ille intentioni Dei contrarius est, atq; adeò eius sacramentum non exhibet. ¶In contrariũ autem: scilicet, q̃ solus episcopus sit huius sacramenti minister, est q̃ sacramentum ordinis excellentius est cõfirmatione: sed confirmare, vt dist.7. conclusum est, soli episcopi valẽt: ergo & ordinare illis solis cõpetit. Quod autem omnis episcopus ordinare posit, inde patet, quòd etiam hæretici baptizare valent: ergo & ordinare.

Quartũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶Quæstio hæc de ministro huius sacramenti, quoniam dist.1.q.5. abundè de ministris sacramentorum in genere discussa est, fastidiũ nũc generaret si pcolinciùs diduceretur. Sub compendio ergo quatuor cõclusionibus respondetur. Prima. Solus episcopus ex officio est huius sacramenti minister. Probatur ratione optima S. Thomæ. Episcopi dignitas est in ecclesiastica republica id, quod politica: id est, ciuilis & publica potestas in republica seculari respectu inferiorum artium & artificum: ad publicam autem ciuitatis potestatem, vt.1. Ethico. autor est Philosophus, spectat commune bonum dispensare, atque adeò de ar ;bus & magistratibus reipublicæ disponere: hoc est, instituere quam quisque debeat artem exercere, & quem administrare magistratũ: ergo episcopi munus est vnũ quemq; in diuinis ministerijs collocare. Quã ob rem eius functio est, populum confirmare: eo q̃ per illud sacramentũ Christianus instituitur Christi miles ad protegendã fidem, virginesq; benedicere, quæ imaginem præferunt ecclesiæ Christo desponsatæ, cuius scilicet ecclesię cura ipsi potissimùm incũbit: & fortiori ratione ei congruit eiusdem ecclesiæ ministros sacris ordinibus initiare, templaq; subinde, vasa & vestes, quibus vtũtur, benedicere: instar secularis principis, qui publica officia & magistratus inter ciues distribuit.

Prima conclusio.

Ratio cõclusionis.

Aristo.

¶Quòd si quis arguat. Plus est corpus & sanguinem Christi conficere, q̃ ordines cõferre: sed simplex presbyter põt prius: ergo & posterius. Negatur consequentia: fallax em est regula, vt quicunq; põt maius, posit minus, qũ illud minus præsupponit potestatẽ maiorũ. Potestas em ordinandi præsupponit potestatem consecrãdi, & quidpiã super addit.

Obiectio.

¶De hęreticis aũt & ab ecclesia dicisis fuerũt opiniones tres errantiũ autorũ. Prima dicentiũ hæreticos, quandiu ab ecclesia tolerant, posse cõferre ordines, non tũ possũt sunt præcisi: id est, publica sua condẽnati & excõicati. Alij verò dixerunt, q̃ etiã si sint abscisi, dũ tũ ante labem hæreseos fuerint ab ecclesia legitimè promoti, post eandẽ labem, si sua fungantur dignitate, ordinati ab eis verum sacramentũ obtinent. Si tũ non ab ecclesia legitimè, sed ab hæreticis fuerint promoti, & sacramentũ ordinis administrare tentent, nullum præbent. ¶Aduersus has tũ contrarias opiniones statuitur secũda huius articuli cõclusio. Hæretici quicunq;, etiam præcisi, quãuis nõ ab ecclesia priùs legitimè, sed ab hęreticis fuerint promoti, verũ ordinis sacramentũ, si id attentent, vtiq; conferũt: tametsi iure sint ab ecclesia prohibiti, & ideo dum conferũt, mortaliter peccẽt. Postrema hęc pars certũ est apud oẽs, scilicet q̃ peccent. Ambæ tũ priores probant. Nam, vt Aug. tract.5. super Ioan. ait, sacramentorũ ministri non sua propria potestate, sed facultate Christi sacramẽta cõferunt, iuxta illud Ioanni Baptistæ reuelatum, Super quẽ videris spũm descendentẽ, &c. ipse est qui baptizat: ergo in ministro essentialis qualitas est, vt intentionẽ habeat cõferendi id, quod Christus, ac perinde ecclesia intẽdit, atq; adeò formã legitimã & materiã obseruet: probitas autẽ morum, ac subinde persistentia in fide, non est nisi accidentaria, quæ ideo virtutẽ principalis agẽtis impedire non valet, si suscipiens sit dispositus, vt habetur de can. Non nocet. 1.q.1. & can. Baptisin9, de cõsecr. dist.4. atq; alijs quos in illa nostra. q.art.5. alleganimus. Quòd si quis diuersam excogitet esse rõnem inter baptismũ & sacramentũ ordinis, vt can. Quod quidam. 1.q.1.§. Opponũ aũt. insinuatur: scilicet, q̃ apud hæreticos manet ius baptizãdi, non tamen conferendi ordines, Augustinum consulat lib.2. contra epistõ. Parmeniani. cap.13. & refertur eod. can. Quod quidã, vbi docet, nullam esse cãm, vt qui baptisina inter hęreticos retinet, ius dãdi amiserit vel baptisina, vel ordinis sacramentũ. Vtrũq; enim, inquit, tam baptisma, quàm sacer ordo sacramentũ est, & ideo neutrum, quanuis ab hæreticis suscipiatur, iterare licet in ecclesia catholica. Et infra. Quia sicut baptisina in eis, ita mansit ordinatio

Prima opinio.

Secunda cõclusio.

Probatur postrema pars.

Ioann.1.

An sit differentia inter hoc sacramentum & baptismum.

August.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natio integra. Et inferiùs. Sicut in baptismo, est ius, quod per eos dari possit: sic in ordinatione ius dandi est, vtrunq; quidem ad perniciem suam: quia peccant dando. Aliud est enim, inquit, habere, aliud perniciosè habere, aliud salubriter habere. Atque idem lib. 2. de vnico baptismo repetit. Et Grego. dist. 68. can. Sicut semel. Quod dicitis, vt ordinatus ab hæretico iterum ordinetur, valde ridiculo sum est. Accedit ratio manifesta: nam potestas, quæ per consecrationem suscipitur, nullo accidenti euentu deleri potest, aut tolli, sicut neq; ipsa consecratio: quia nec consecrationes altaris & ornamentorũ delebiles sunt: vbi autem potestas permanet, vsus etiam, q̃q̃ illicitus sit, suum sortitur effectum: nam vt supra dictum est, character dicit nudam potentiam ad operandum, gratia verò est habitus ad rectè operandum: episcopus ergo, q̃q̃ sit extra gratiam, sacramenta administrare potest, quanuis perniciosè. ¶ Sed arguat forsan quispiam contra. Episcopus, vt dictum est, characterem non suscipit: ergo nec indelebilem potestatẽ. Respondetur autem, quòd etsi non recipiat nouum, extenditur tamen in eo sacerdotalis character ad noua sacramẽta dispensanda, atque adeò suscipit indelebilem potestatem. ¶ Alia verò secunda opinio, quæ aiebat, quòd qui ordines ante hæresim susceperunt, retinent in hæresi potestatem ordinandi, non tamen si illos ab hæreticis susceperint, sibi ipsi non constat, sed pugnãtia dicit. Nam si ordines, quos quis in ecclesia catholica suscepit, postea in hæresi retinet, consequitur, vt qui ab ipso eodem hæretico fuerint ordinati, veros quoq; suscipiant ordines, atq; adeò ipsi alios subinde ordinare queant. ¶ Tertia opinio in aliud peccabat extremum: nempe, q; hæretici non solùm verum sacramentum ordinis conferunt & characterem, verùm supremum etiam effectum gratiæ. Contra quos subiungitur tertia conclusio, quæ sit quarta, eademq; verissima, opinio. Illi, qui ab hæreticis ordinantur, gratiam non suscipiunt: quia cùm illis interdicta sit sacramentorum administratio, fit vt qui illis se se ordinandos submittunt, eorum sint participes criminis, atque adeò obicem gratiæ opponant. Quapropter sicut illi perniciosè conferunt, ita & hi perniciosè suscipiunt, atque adeò sic charactere sacramentali insigniuntur, vt tamen eius gratia frustrentur. ¶ Quod autem de sacramentis hæreticorũ, dictum est, id de sacramentis quomodocunq; ab ecclesia præcisorum est intelligendũ. Quicunq; enim verè episcoporum, quanuis excõicatus sit, vel suspensus, vel irregularis, vel degradatus, vel schismaticus, vel apostata, si ordines administrare attentet, vera sacramenta perhibet. Et eadem ratione si baptizat, confirmat, cõsecrat, vel extremam vnctionẽ administrat. Secus autem de sacramento pœnitentiæ: nam ad alia conferenda sacramenta, vt verè sint sacramenta, sufficit potestas ordinis per indelebilem characterẽ, sed ad absoluendum requiritur præterea iurisdictio. Quocirca qui iurisdictione orbatus est, aut ab eius vsu suspensus, neminẽ absoluereiure valet, neque absolutio tenet. ¶ Hic tamen decreti Constantiensis concilij meminisse oportet, cuius tenore euitare non tenemur nisi nominatim excõmunicatos (in quibus comprehenduntur hæretici) & præterea manifestarios clericorum percussores, vt distinct. 22. dictum est. Quòd si hæretici vera sacramenta conferunt, multò id minus impedit aliorum quorumcunque morum corruptio, vt Augu. tract. 5. super Ioann. qui refertur can. Baptismus. de consecra. dist. 4. autor est. Non enim, inquit, timeo adulterum, non ebriosum &c. quia columbam attendo, per quam mihi dicitur. Hic (scilicet Christus) est qui baptizat. Imò verò & istorum sacramentum gratiam conferre potest: quia ab illis suscipere non est peccatum, sicut ab hæreticis. ¶ Quarta demum fuerit hic constituta conclusio. Quanuis eps per simoniacã sacramẽti venditionẽ ordines contulerit, &c: alius similiter receperit, nihilominus verum est sacramentum: tametsi recipiens si aut simoniam fecerit, aut nouerit, lumine gratiæ non infundatur. Cõclusio liquidò ex superioribus consequitur: nam illic omnia, quæ sunt de essentia sacramenti conueniunt: scilicet, materia, forma & intentio, tam suscipiẽtis quàm conferentis: ob idq; neutrius iniquitas, vt quæ ad essentiam sacramenti accidentaria est, potest eius substantiam & characterem impedire, sed solam gratiam. Adde quòd infidelitas & apostasia grauiora sunt crimina, q̃ simonia: si ergo illa non obstant: quominus verũ sit sacramẽtum, fit vt nec simonia. Attamen qui per simoniam ordinibus initiantur, irregulares iure Pontificio fiunt, atq; adeo à suorum ordinum vsu suspenduntur, vt cauetur decreto Leonis, can. Gratia. & can. Quicunque, qui est Gregorij, & can. Si quis episcopus, qui est concilij Calcedonensis. 1. q. 1.

Gregor. — Ratio. — Obiectio. — Dilutio. — Secũda opinio. — Tertia opinio. — Tertia conclusio. — Concilij Constantiensis. — Augustin. — Quarta conclusio. — Simoniaci ordinati regulares sunt.

¶ Ad pri-

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd quanuis quibusdam ecclesijs in more habeatur, vt archidiaconus materiam vel subdiacono, vel inferioribꝰ ordinatis præbeat, nihilominus episcopus est, qui formã profert, & sacramentum perficit. Præsertim cùm hæc consuetudo secundùm Pontificale Romanum iam modò non perseueret. Impositio verò manuum, quæ fit ab alijs presbyteris, non est sacramentum. ¶ Ad secundum respondetur, quòd etsi sacramentum ordinis conferre episcopis ex propria facultate incumbat, nihilominus papa ex plenitudine potestatis potest illam functionem delegare, quippe cùm ad eucharistiam ordinẽ immediatum non habeant. Quam ob rem, vt dist. 17. dictum est, potest & sacramentum confirmationis simplici presbytero committere, & eadem ratione, vt minores conferat ordines, non tamen vt exhibeat maiores. scilicet, sacros ordines, qui ad eucharistiam proximè referuntur. Vnde bonum sumitur argumentum, minores ordines non esse sacramenta. Episcopus verò nullam huiusmodi commissionem facere valet. ¶ Abbatibus autem iam est facultas iure concessa, vt minores ordines administrent, dist. 19. can. Quoniam, & de ætate & qualit. cap. Cùm contingat: quanuis illic non fiat mẽtio nisi de ostiariatu. Sed tñ presbyteri cardinales id faciunt ex consuetudine, quæ est legis interpres. Atqui Hostien. super eod. cap. Cùm contingat, censet primam tonsuram posse à presbytero parochiali conferri, cui Panor. cap. Quanto, de consuetudi. adstipulat. Vsus tamen ecclesiæ reclamat: & ideo non est tenendum. Potest id tamen presbyter ex commissione papæ, sicuti ordines minores dare. ¶ Ad tertiũ verò respondetur, Innocẽtium id duntaxat intelligere, quòd ordinati ab hæreticis non suscipiunt ordinum dignitatem, quantũ ad eorum executionem: quia prohibiti sunt sacramenta administrare. Et hoc est quod inferiùs dicit, episcopos hæreticos non dare ordines secundùm plenitudinem, id est, debitè cum gratia. Idemq; ait can. Si perfectionem, eod. cau. & quæst. quia sicut ipsi plenitudinẽ spiritus sancti perdiderunt, ne possint administrare sacramenta, ita neq; illam plenitudinem ordinatis impertiunt. At quia non sunt prohibiti baptizare in extrema necessitate, possunt conferre plenitudinem baptismi: scilicet, gratiam. Et hoc est, quod ait Papa, solum baptisma illis concedi. Simili interpretatione ad alia testimonia respondendum, quę Magist. sentent. distinct. 25. refert, & Gratianus. 1. q. 1. Vt est illud Gregorij can. Superue niente, vbi hæreticorum sacramenta appellat perfida & sacrilega. Et illud Cypriani canon. Si quis inquit, vbi ait, quæcunq; faciũt hæretici carnalia esse, & inania, & sacrilega. Quanuis Cyprianus in hoc nimius fuerit: quippe qui illa hæresi quandoq; sorduerit, vt baptizati ab hæreticis essent rebaptizandi. Et illud Hieronymi in Aegæum prophetam, & refertur ibidem can. Si hic populus, & can. Illi offerũt, vbi ait, omnia, quæ ab hæreticis fiunt, in conspectu Dei esse contaminata & polluta. Atq; illud Leonis papæ can. Manifestũ, quo ait in Alexandrina sede propter hæresim omne cœlestium sacramentorum lumen extinctum, & chrismatis sanctificationem, atque alia mysteria esse subtracta. Hisce, inquam, omnibus atque his similibus hoc tantùm admonemur, quòd hæreticorum sacramenta quantùm ad gratiæ fructum sunt inania, Deoque ingrata, quia culpæ sordibus maculata & polluta: non tamen negantur esse vera sacramẽta. ¶ Eodem tenore respondetur ad quartum: videlicet, quòd & si qui contra sacramenti naturam sacramentum tentaret perficere, nihil faceret, vt si intentionem ecclesiæ non haberet, aut legitimam materiam & formam nõ applicaret: tamen qui huiusmodi substantiam seruans effectui sacramenti contrarius est, nihilominus sacramẽtum confert, sed sine gratia. ¶ Labes autem simoniæ solùm est obex gratiæ, non tamẽ characteris. Attamen quia qui per simoniam ordinates suscipiunt, vsu eorum interdicti sunt, perinde de illis quandoq; loquuntur canones, acsi non essent ordinati. Et sic intelligẽdum est illud Gregorij can. Quicunque. 1. q. 1. Quicunque studet pretij dationem sacrum ordinem suscipere, sacerdos non est, sed inaniter tantummodò dici concupiscit. Et inferiùs: Quicunq; sacros ordines emunt aut vendunt, sacerdotes esse non possunt. Sensus enim est, quòd qui alios ordines simoniacè suscepit, irregularis fit, vt non possit fieri sacerdos. Qui verò sacerdotium per huiusmodi nequitiam suscepit, dicitur non esse sacerdos, quia prohibitus est, vt sacerdotem se gerere. Et eodem sensu intelligitur illud can. Si quis Episcopus, Qui per simoniam ordinatus est, nihil ex hac ordinatione proficiat, sed sit alienus à dignitate: hoc est, ab eius vsu. Similiter can.

Solutio secũdi argumẽ. — Abbatesne queunt ordines minores conferre. — Prima tõsura an possit à parocchiano conferri. — Solutio tertij argumẽ. — Gregor. — Cypria. — Hieronym. — Leo papa. — Solutio quarti argumẽ. — Simonia. — Gregor.

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui per pecuniam, ex octaua synodo, alienus à sacerdotio iubetur esse. Eodem modo intelliguntur reliqui canones, vbi simoniacè ordinati pronunciantur dignitate carere.

Simoniæ materia. ¶Occasione huius particulæ simoniæ, quæ in sacris ordinibus accidere potest, Sententiarum interpretes totam hic concitat simoniæ materiam, cui profectò ineptè & præter ordinem hic datur locus. Est enim materia non ordinum, sed iustitiæ, de qua S. Tho. 2.2. q.100. copiosè disputat, & nos longè lateque lib. 9. De Iusti. & Iure pro captu nostro diximus, vbi q.8. arti.1. quæ ad hanc ordinum simoniam spectant, scripta reliquimus.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm fœmineus sexus sacramenti ordinis sit capax.

VBsequitur sermo de subiecto ordinum: nempe, de qualitate & ætate ordine præficiendorũ, vt titulus habet decretaliũ: qui scilicet sint, quos ordinare liceat ac deceat. Vbi adnotandum est, impedimenta, quæ ordinandis obstant, quædam esse naturalia, ratione quorum personæ dicuntur ordinum incapaces, vt sexus fœmineus & hermaphroditus in talem sexum inclinans, & monstrũ, quod sine legitimis membris ad obeunda ordinum ministeria nasceretur, & perpetuò amentes. Alia sunt impedimenta, quæ irregularitates dicuntur: & sunt illa, quæ ex facto aut defectu accidunt. Vnde Irregularitas est canonicum Impedimentum ex facto seu defectu prouenienes ad ordines sacros, vel suscipiendos vel exercendos. Et dicuntur irregularitates: quia homines à regula excipiunt, quam in ordinibus suscipiendis ecclesia præscripsit. Itaq; irregularitas capacitatem naturalem supponit: quare mulier siue bigama sit siue homicida, nõ est irregularis: quippe quę vt non est ordinis capax, ita nec irregularitatis. Ex quo fit non omne impedimentum ordinum esse irregularitatem: nam excommunicati & suspensi ordines nec suscipere nec exercere valent, & tamen non ideo irregulares sunt: quia illud impedimẽtum non in ipsis per modum habitus inest, sed est ecclesiæ prohibitio in tẽpus, quo cessante homo fit habilis: sed si excommunicatus celebret, tũc fit irregularis ratione delicti. Subsequitur secundò, irregularitatem non diuino aut naturali iure, sed solo Pontificio esse impedimentum, vt Innocentius. capi. Nisi cum pridem, de renunciatio. adnotauit, & Sylvest. verb. Irregularitas. q.28. Quocirca illegitimè natus, quanquam habeat impedimentum naturæ, irregularis nihilominus dicitur: quia iure diuino & naturali capax est, nisi ecclesia eum à regula exciperet. Itaque inter incapacem & irregularem hoc est discrimen, quòd incapaces diuino naturalique iure inepti vel ad ordines sunt, vel ad eorũ vsum, vt in subsequentibus luculentiùs explicabitur: irregulares verò iure sunt canonico excepti & exclusi. Quapropter qui cum aliqua deformitate nascitur vel in oculo vel in naso, perinde est irregularis ac si casu ei accideret: quia non diuino, sed ecclesiastico iure vicium reputatur. Irregularitas autem in tria membra diuiditur. Contrahitur enim aut ratione defectus, aut ratione sacramẽti, aut ratione delicti. Defectus, vt tam incapacitates: hoc est, naturales ineptitudines, quàm irregularitates comprehendamus, sunt sex: scilicet, sexus, rationis, libertatis, ætatis, corporis & animæ. Defectus nanque religionis: videlicet, defectus baptismi, quo suscipitur Christianismus, nõ particularis defectus ad hoc sacramentũ, sed ad omnia alia suscipienda existit: & ideo hic cum alijs non connumeratur. Ex parte verò sacramenti: nempe, quia dignitati aut significationi eius obstant, sunt tres irregularitates: putà, bigamia, homicidium & mutilatio mẽbri. De his ergo octo defectibus & irregularitatibus articuli isti duo tractant. In quorum calce irregularitates ratiõe delicti summariè appendentur. ¶Qualitates igitur eorũ, qui huic sacramento ineptì sunt, partim ad naturam spectant, partim ad conditionem fortunæ, & partim ad morum & scientiæ dignitatem. Arguitur ergo, quòd fœmineus sexus non sit ab ordinibus sacris arcendus. Ordinum potestas non corpori, sed animæ inest: in anima verò nulla est sexuum discrepãtia: ergo etiam fœminæ sunt ordinibus suscipiẽdis idoneæ. ¶Secundò. Donum prophetiæ & prælationis officiũ, præstãtiora esse videntur ordinibus sacris: prophetiæ autẽ donum mulieribus concessum est, vt 4. Reg. legitur, & Delbora, vt Iudic. 4. refertur, iudex fuit in Israel: ergo & mulier ad ordinum gradũ assumi potest. ¶Tertiò. Si sexus fœmineus suscipiendis ordinibus incongruens esset, multò magis puerilis ætas, cui rationis lumen nondum

Impedimenta ordinandorum.
Irregularitates.
Irregularitatis finitio.
Irregularitas vnde.
Fœmina nõ dicitur irregularis.
Nota.
Irregularitas iure diuino.
Illegitimè natus.
Incapacis & irregularis discrimen.
Nota.
Irregularitas triplex.
Defectus sex.
Defectus baptismi.
Ex parte sacramenti tres.
Partis negatiuæ argumentũ primum.
Secundũ argumentũ.
Tertium argumentũ.

dum affulsit: defectus aũt ætatis non obstat, vt extra de clerico per saltum promoto sancitur. ¶In contrarium tamen est ꝑ. 1. ad Timoth. 2. Apostolus, mulierem docere in ecclesia non permittit nec dominari in virum: vn de colligitur, ꝙ neq; ad ordinis sacramentũ, quod eminentiam super viros significat, sit admittenda.

Pars affirmatiua.

¶Pro solutione quęstionis notandum est in suscipiente sacramenta quædam esse de necessitate requisita, quibus deficientibus non solùm res sacramenti: hoc est, gratia, verùm nec sacramentum suscipitur. Quædam verò etsi non sint de necessitate sacramẽti, sunt tamen de necessitate præcepti, quæ ideo si desint, recipitur quidem sacramentum, non tũ res sacramenti. ¶Ad quæstionem ergo quatuor conclusionibus rñdetur. Prima. Sexus virilis est de iure diuino de necessitate, nõ solùm præcepti, sed etiã sacramenti. Ita vt quãuis mulier ordinẽ suscipere præsumeret, nullus esset, siue ex ordinibus sacris, qui sunt sacramẽta, siue ex minoribus. Quemadmodũ de extrema vnctione diximus, quam si quis in sanitate susciperet, nullum esset sacramẽtum. Probatur conclusio ratione potissima, quæ ex Christi institutione sumitur: quippe qui neq; in cœna, dùm potestatẽ exhibuit consecrãdi, neq; Ioan. vlti. dum facultatẽ cõtulit absoluẽdi, fœminã vllam, sed solos viros ordinauit, quãuis sacratissima eius mater omnium esset dignissima. Et solos viros fecit ẽpos: nempe, apostolos. Ratio autẽ fuit congruentissima: nam qui sacris initiatur, in præeminenti gradu constituitur, quo alijs præsit: sexus autem fœmineus lege naturæ subditus est virili, quamquidem legem Deus initio statim, quo virum & fœminam cõdidit, expressit dicẽs Gen. 3. sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: quarenõ decuit fœminam ad vllos ordines suscipiendos admittere. Et ideo si fœmina ordinari tentaret: quia sacramentum est signum rei sacræ: & hoc sacramẽtum est signum consecrationis ad gradus præeminentiam, esset signum falsum, atq; adeò nullũ esset sacramẽtum, vt de quadam Papa refertur, quæ reperta fuit mulier. Quare inter hoc sacramẽtum & reliqua omnia nõ intercedit similitudo, vt si reliqua sint vtriq; sexui cõmunia, sit etiam & istud. Secundò, quia pulchritudinem ecclesiasticæ hierarchiæ maximè sexus fœmineus dedecebat. Etenim sicut teste Apostolo. 1. Corint. 11. Christus caput est viri, ita & vir caput mulieris: quia non vir ex fœmina primò, sed fœmina ex viro sumpta est: in cuius signum mulier velamẽ gestare debet super caput suum, cui ideo turpe est tonderi, aut decaluari: vir autem potest caput detegere, & tonderi: & cùm tonsura, vt dictum est, sit clericorum insigne, meritò à clericatu sunt fœminæ exclusæ. Tertiò quia ordines ecclesiastici inter alia officia ad docẽdum sunt instituti: mulier autem, ait loco supra citato Apostolus, in silentio discat cum omni subiectione, docere aũt mulieri non permitto. Quartò, quia qui ordines suscipit, eo ipso habilis fit, vt fieri possit episcopus, quiquidem est ecclesiæ spõsus: mulierem autem non decet sponsum esse ecclesiæ, Christum repræsentantem. Atq; hac de causa non solùm maiorũ ordinũ non est capax, verùm neq; minorum, nec primę tonsuræ, quanuis non sint sacramẽta: quia sunt sacramẽtorum ordinis præambula. Et re vera lumen ipsum naturæ prima facie absurditatem offert in fœmina, vt ad consecrãdum & ad confessiones audiẽdas promoueretur: nam etsi aliquæ sint prudentes, sexus tamen ipse quandam rationis inopiam, & animi leuitatẽ præ se fert, atq; adeo dedecus ad munia ecclesiastica obeunda. Vnde cap. Noua, de pœnit. & remissio. tanq̃ execrabile cõdemnatur, quòd abbatissę moniales ꝓprias benedicant, & ipsarum confessiones in criminibus audiant, aut ꝙ etiam legentes euangelium publicè prædicare præsumant. Quocirca can. Sacratas dist. 23. vasa sacra, & sacratas pallas contingere, & incẽsum circa altare deferre etiam sanctimoniales prohibentur.

Decisio articuli.
Prima conclusio.
Ratio conclusionis.
Ratio congruentissima.
Ratio secũda.
Paul. 1. Corinth. 11.
Irregularitas iure diuino.
Illegitimè natus.
Incapacis & irregularis discrimen.
Nota.
Irregularitas triplex.
Defectus sex.
Defectus baptismi.
Ex parte sacramenti tres.
Partis negatiuæ argumentũ primum.
Secundũ argumentũ.
Tertium argumentũ.
Rõ tertia.
Rõ quarta.
Ratio naturalis.
Cap. Noua.

Quòd si quis canonem obijciat, Diaconissam. 27. q. 1. vbi Diaconissę ante quadragesimum annum ordinari inhibentur: & dist. 32. can. Mulieres, fit mentio de mulieribus, quæ apud Græcos erant presbyteræ, qua occasione Cataphrygæ illo tenebãtur errore, vt mulieres ad sacros ordines admitterent. Respondetur, Diaconissas appellari illas sanctimoniales, quæ inter cæteras aliquà forsan benedictione erant lectionibus homiliarũ & euãgeliorum destinatæ in choro: nam diaconissa nihil aliud est quã ministra. Et similiter presbyteræ erant matronę viduæ: nam presbyter, vt diximus, idem est quod senior, quæ forsan apud Græcos eligebantur, vt curam haberent aliquam de rebus ecclesiæ. Sed prędicto can. cauetur, ne tanquã ordinatæ constituantur. ¶Hinc fit hermaphroditum non licere ordinibus initiari, quousq; constiterit

Obiectio.
Dilutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quisnam sexus in ipso præualeat, tum quia monstrum est, tum quia anceps, vt possit fœmineus sexus in eo præualescere. Si autē præualuerit virilis, tunc vir est censendus. l. Quæritur. ff. de statu hominum: atq; adeò huic sacramento idoneus tunc erit. ¶ Vnde ad primum argumentum respōdetur, quòd quanuis character in anima imprimatur, tamen quia non imprimitur nisi per sacramentum, quod debet esse eminentię signum, non imprimitur nisi in anima, quæ est corpori virilis sexus coniuncta. ¶ Et per hoc respondetur ad secundum, quòd cùm prophetia non sit sacramētum, sed Dei donum, potest quidem mulieribus conferri. Delbora autē præfuit in temporalibus.

Solutio primi argum.

Solutio secūdi argumē.

¶ De pueris autem ante vsum rationis Durandus distin. præsenti quæst. 2. sustinet, nullos ordines posse suscipere. Opinatur quippe vsum rationis esse de necessitate in suscipiente, non solùm præcepti, verùm & sacramēti ordinis: itaque si quisquàm illud priùs reciperet, nullum putat esse sacramentum. Et ratio eius prima est, quòd absurdum videtur, vt infans ante vsum rationis possit vel sacerdos fieri vel episcopus. Secūdò, quia ad susceptionem, inquit, cuiuslibet sacramenti requiritur intentio suscipientis vel propria, vel interpretatiua ex consensu parentum: infans verò propriam habere non valet: interpretatiuam autem habere ex consensu parentis non potest, nisi in ijs, quæ sunt de necessitate salutis, qualis est baptismus: cùm ergo sacramentum ordinis non sit de necessitate salutis, non videtur sufficere consensus parentum. Et confirmatur, quia baptismus ad deletionē originalis culpæ institutus est, quam non propria voluntate, sed peccato primorum parentum contrahimus, & idcirco ad baptismum sufficit voluntas parentum: quæ quidem ratio in sacramento ordinis non reperitur. ¶ In contrarium autem statuitur conclusiō, quæ sit huius articuli secunda. Ad suscipiendos minores ordines nō requiritur, vt puer annos discretionis attigerit: imò vsus rationis nec est de necessitate sacramenti, neque verò expresse de necessitate precepti, quemadmodum impræsentiarū ait S. Thomas. sed solum de honestate: quæ habet quandam præcepti rationem ne sine necessitate id fiat. Prima pars definita est, in titulo de clerico per saltum promoto, vbi ille, qui ordines minores ante annos discretionis suscepit, censetur non iterum eisdem initiandus, sed ad diaconatum promouendus. Et ad illud capitulum Durandus non respondet, eò fortasse, quòd non censuit esse sacramenta, quod nos supra similiter concessimus. Secunda verò probatur, quia tanta posset ingruere necessitas, quæ primitiuæ ecclesiæ in vsu erat, vt posset puer nondum rationis lumen ingressus minores ordines suscipere. Tertia demum pars, quòd sit contra honestatem & decentiam admonetur can. Pueri. 1. quæstio. 1. Pueri ad sacros ordines nullatenus admittantur: tametsi illic forsan sacri ordines non nominentur, nisi maiores. Veruntamen cùm etiam per minores homo adscribatur diuinis officijs, nō decet ante rationis lucem quempiam illis insigniri: nisi adsit necessitas. At verò iam non est in vsu vllam admittere necessitatem, vt ante vsum rationis alicui huiusmodi ordines conferantur.

An pueri ante vsum ratiōis possint sacris initiari.

Rō prima.

Rō secūda.

Rō tertia.

Prima pars

Secūda pars conclusionis.

Tertia pars

¶ Tertia conclusio. Vsus rationis ad maiores suscipiendos ordines, quanuis non sit de necessitate sacramenti, est tamen de necessitate præcepti ecclesiæ: quare illi tunc collati verè erunt sacramenta, tamen conferens mortaliter peccabit. Sententia est Ricardi distinct. præsenti, artic. 4. quæst. 2. & Bonauenturæ, qui ait esse opinionē S. Tho. dist. præsenti. Vbi prioris partis rationē hac subdit. Sunt enim, inquit, quædam sacramenta, quę actum suscipientis requirunt, vt pœnitentia, vbi requiritur contritio & accusatio: & matrimonium, vbi requiritur consensus: & ista non possunt ante vsum rationis suscipi: illa verò, quæ characterem imprimunt, nullum requirunt actum in suscipiente: quoniā virtutes infusę, sicut character, quę sunt potentię supranaturales, sunt priores suis actibus: eo quòd non gignuntur ex actibus, sed ipsos gignūt: tametsi virtutes acquisitę sint actibus posteriores, quippe ex quibus generantur: prius autem suapte natura esse potest sine posteriore: ergo nil vetat quominus ordines, etiam maiores, quę sunt sacramenta, per quę character imprimitur, conferantur puero ante vsum rationis. Secundò arguitur: quia confirmatio etiam si ante vsum rationis conferatur, est verum sacramētum, vt distinct. 7. diximus: imò eucharistia solebat olim in aliquibus ecclesijs infantib⁹ tanquàm verum sacramentum porrigi. Præceptum autem ecclesię id propterea prohibet, quòd huiuscemodi ordinibus votum est castitatis annexum, quod nemo ante vsum rationis

Tertia conclusio.

Ratio Sāti Thomæ.

Rō secūda.

Ratio prohibitionis.

Ordinatus ante vsum rationis an teneatur voto castitatis

D. Tho.

Sentētia autoris.

Paluda.

emittere potest: ob idque ordinans iniuriam instituto ecclesię facit. ¶ Quòd si rogesvtrùm huiusmodi ordinatus teneatur seruare castitatis votum. Ricardus loco citato perplexè respondet, ait quippe secūdùm aliquos continentiam non esse annexam ordinibus, nisi sponte susceptis: sed secundùm alios esse annexam. Diuus verò Thomas nihil ad hoc respondet, ob id fortasse, quòd rem ceu claram reliquerit. Et ideo non est credendum eiusmodi ordinatum teneri voto castitatis, vt bene ait Paludanus distinctione præsenti quæstio. 3. licèt verum sacramentum susceperit, sed potest matrimoniū contrahere: quoniam votum natura sua requirit consensum. Secus de baptismo: nam quia est sacramentum professionis fidei, iure diuino paruulus baptizatus tenetur post modum seruare fidem. Addiderim tamen, quòd nisi aduenienteвsu rationis in votum ille castitatis consenserit, ab vsu ordinum debet manere suspensus, maximè verò qui matrimonium contraxerit, propter indecentiam.

¶ Ad tertium igitur argumentum eorum, quæ in initio huius articuli proposita sunt, respondetur non esse parem rationem, vt quemadmodum defectus sexus, sic & defectus ætatis impediat sacramentum ordinis. Et ad primum argumentum Durandi conceditur indecentissimum esse infanti ordines maiores conferre, non solùm propter præceptum ecclesiæ ad votum annexum spectans: verùm & propter ordinum dignitatem: quarè vtraque ratione esset peccatum, at nihilominus esset sacramentum. Episcopus autem, quippe cui populus committitur, nemo creari potest, nisi consentiens, atque adeò post rationis vsum: quia episcopus dum constituitur, fit sponsus ecclesiæ, cuius cura nemini, nisi consentienti, concredi potest. Quanquam si re vera ante vsum rationis consecraretur, extensionem sacerdotalis characteris modo exposito susciperet, non tamen animarum curam, donec consentiret. Quinimò neque presbytero eadem ratione potest animarum cura, nisi post vsum rationis consentienti imponi. Vnde de prebendis capit. Si tibi absenti, libro sexto. censetur, quod si absenti beneficium conferatur, quousque ratum habeat, ius illi non adquiritur. ¶ Ad secundum eiusdem Durandi argumentum, negatur, quòd ad susceptionem sacramenti ordinis, quantùm ad substantiam sacramenti, consensus exigatur, vel formalis suscipientis, vel interpretatiuus parentum, sed quemadmodum si renuentibus parentibus puer baptizaretur, sacramentum teneret, quia sufficit intentio ecclesiæ: ita si postquam baptizatus est, ordinaretur: quanquam vtrumque, vt distinctione præsenti, quæst. 3. bene ait Paludanus, iniustè fieret, si parentes reclamarent. Neque quidpiam valet Durandi discrimen, quòd quia baptismus est de necessitate salutis & contra originale peccatum, sufficiat consensus interpretatiuus ecclesiæ, non tamen in sacramento ordinis: nam postquam vtrobique character imprimitur, vtrobique sufficit vt suscipiens ipse non renitatur. ¶ Contra hanc verò conclusionem quis forsan obijciat, inde consequi, perpetuò amentes posse quoque ordinari: quos tamen supra diximus esse iure diuino incapaces. Respondetur autem, quòd licèt quispiam discrimen meditari forsitan possit inter pueros ante vsum rationis, & perpetuò amentes, re vera tamen nullum est quantum ad substantiam sacramenti: sed si quis mente captus ordinaretur, ordinem susciperet, sicuti baptismum, si baptizaretur. Quod autem diximus, iure diuino esse incapacem, intelleximus quantum ad vsum. Quapropter peccatum esset mortale, idemque grauissimum sacrilegium, talem hominem in ludibrium sacramenti ordinare, quippe qui perpetuò esset vsu cariturus. Quod pueris ante vsum rationis non accidit.

Solutio tertij argumē.

Diluit primum argumentū Durandi.

Eīus creari debet cōsentiens.

Solutio argum. 2. Durandi.

Discrimen Durādi nullum.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Hinc autem emergit alia ambiguitas, vtrùm in adulto requiratur consensus ad hoc suscipiendum sacramentum. Ad quod respondetur, quòd quis potest ordinari vel vi, vel metu. Si per vim renitens cogatur, certum est sacramentum non suscipere, sicut nec reciperet baptismum, vt patet cap. Maiores, de baptismo & eius effectu. Si verò per metum, qualiscunqūe ille sit, consentiens ordinetur, verum suscipit sacramentum, & eius characterem: imò & gratiam, si alium obicem nō opponat: quia cùm illic re vera sit consensus, nihil eorum deest, quæ ad substantiam sacramenti exiguntur. Sed quantum ad voti vinculum castitatis distinguendum est: nam si metus non fuerit cadens in constantem virum, constat eiusmodi ordinatum illo voto ligari. Si verò fuerit illorum metuum, qui cadere in virū constantem assolent, tunc in dubium reuoca-

An ad lō requiratur consensus.

Ordinatus per vim.

Ordinatus per metum.

De voto castitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, vtrùm voti obligationem annullet. De qua re libr. septimo. De Iustitia & Iure. quæstione. 2. articulo. 1. copiosiùs disputauimus. Non enim desunt Iurisconsulti, qui aiunt, votum in foro conscientiæ apud Deum valere, non tamen in foro ecclesiæ. Nam si ecclesia, inquiunt, eiusmodi vota irrita habet, vt capit. Perlatum. De ijs quæ vi metu ve cau. fiunt, est, quia vbi eiusmodi metus intercedit, præsumit nullum subesse consensum, & est opinio Panormitani in capit. Cùm locum, de sponsalibus. & Syluestri verb. Metus. §. octauo. Quapropter idem Syluester in præsenti proposito verb. Ordo. 4. §. primo. recitans alios tenentes simpliciter eiusmodi votum non tenere, moderatur ipse opinionem, dicens, quòd si qui cõiugatus est per huiusmodi metum promouetur, non tenetur continere, imò potest licitè vxore vti. Si tamen sit vxore solutus, constringitur voto. Et probat per can. De Iudæis. distinctione. 45. vbi qui per huiusmodi metum sunt baptizati, iubentur in religione Christiana viuere. Et est sententia Hostien. At verò contraria sententia, quam loco citato sustinuimus, semper est nobis probatior: videlicet, in nullo foro huiusmodi votum tenere, vt distinctione. 29. quæst. 1. articu. 3. iteratò monstrabimus. Neque est idem de baptismo: quia baptismus non est tam propriè votum, quàm professio religionis, quæ non requirit alium consensum, quàm ecclesiæ, vt patet in infante dum baptizatur: & ideo ex mera natura sacramenti enascitur obligatio Christianæ religionis. Et revera si qui non est coniugatus teneretur in illo casu voto, vt Syluester concedit, pariter, si esset coniugatus, non posset petere debitum, quod ipse non admittit: & ideo eius discrimen non est legitimum.

Iurisconsultorũ opinio.

Sententia auctoris.

Discrimen Syluest. nullum.

¶ Quò autem ad rem de ætate ordinandorum redeamus, adijcitur hic conclusio quarta. Quanuis iure diuino ad substantiam sacramenti nulla sit ætas distincta, nihilominus iure pontificio eiusmodi ætates decretæ sunt, & præfinitæ. Et iure quidem antiquo longiora ætatis tempora exigebantur, vt patet distinctione. 77. & 78. per plures Canones: nam vt habetur capit. In singulis dicta dist. 77. Ab infantia: hoc est, à primo septennio poterat quisque nomen ecclesiasticis ministerijs dare: hoc est, primam tonsuram accipere. Sed tres minores ordines non vsque ad annum duodecimum, neque acolytatum vsque ad quartum decimum. Subdiaconus verò nemo quinquagenarius minor viginti annis completis fieri, vt patet ex sexta Synodo can. Subdiaconus. Neque diaconus ante vigesimum quintum, quod fuit decretum concilij Carthaginensis, can. Placuit. Neque verò presbyteratum obtinere minor triginta annis, vt tota distinctio. 78. decernitur. Postmodum verò in Concilio Viennensi sub Clemente quinto huiusmodi tempora decurtata sunt & in breuiora redacta, vt patet in Clement. Generalem. De ætate & qualit. libro sexto. videlicet, vt non modò prima tonsura, verùm & omnes minores ordines à septẽnio statim suscipi possint, tametsi hoc non in textu, sed in glossa notatum est. Ad subdiaconatus verò ordinem promoueri potest, cùm primùm decimum octauum annum fuerit ingressus, & ad diaconatum postquam inchoauerit vigesimum: & ad presbyteratum, dum attigerit vigesimum quintum. Sed ad episcopatum requiritur trigesimus annus, veluti canon. Episcopus. eadem distinctione. 77. sancitum est, & capit. Cùm in cunctis. de electione. libro sexto.

Quarta conclusio.

Ordinandorũ ætas de iure antiquo.

Ætas ordinandorũ iure nouiori.

¶ Ex quo fit, vt ordines citra prædictas ætates aut conferre, aut suscipere crimen sit mortale: quippe cùm in re grauì transgressio sit ecclesiasticæ præceptionis. Vnde eiusmodi ordinator per annum à collatione clericalis tonsuræ ob huiusmodi culpam suspenditur, can. Nullus. de ætate & qualita. lib. 6. Qui verò ante easdem ætates ordinis sacramentum suscipit, verum characterem & sacramentum suscipit, etiam presbyteratus, non tamen ordinum executionem, imò ipso iure est ab eiusmodi executione suspensus quousque legitimam ætatem attigerit. capit. Vel non est, de temporib. ordinand. Atque adeò quoties quis vel subdiaconus, vel diaconus solenniter priùs suis fuerit ordinibus functus, mortaliter delinquit, & multò magis presbyter si celebrauerit: quiquidem celebrans fit irregularis, vt notatur capitulis Sanè, &, Cum quidam, Consultationi, de temporibus ordinand. Tametsi illic mentio non fiat nisi de ijs, qui ordinantur extra quatuor tempora ab ecclesia statuta. Sed iam per extrauagantem. Cùm ex sacramento, Pij secundi, & per regulas Cancellariæ statutum est, vt eiusmodi presbyter fiat irregularis, vt ait Syluester, verb. Irregularitas. §. 10.

Tpa ordinũ suscipiendo præfixa præuenire peccatũ est mortale.

Pœna ordines ante legitimã ætatẽ suscipientium.

Celebrãs ante ætatẽ legitimã fit regularis.

Extrauag. Pij. 2.

ARTI-

ARTICVLVS. III.

Vtrùm præter defectum vsus rationis, sint alij, qui ordinibus suscipiendis obstent.

NON solùm rationis defectus: verùm & alia sunt suscipiendis ordinibus obstacula, tam naturæ & fortunæ, quàm etiam criminis. Arguitur ergo, quòd illegitimè nati non debeant ab ordinis sacramento arceri: quia, vt Ezechielis. 18. habetur, filius non debet iniquitatem patris portare: quam tamen contraheret, si qui illegitimus est, ab ordinibus suscipiendis abigeretur. ¶ Secundò arguitur, quòd nec membrorum labes nec mutilatio vllum sit ordinibus suscipiendis impedimẽtum quantùm ad substantiam sacramenti. Defectus discretionis non obstat, vt à nobis iam supra dictum est: ergo nec membrorum vitium, quod est minus, dum modò ea membra nõ desint, quæ ad executionem sunt necessaria. ¶ Tertiò arguitur, quòd nec seruitus huic sacramento impedimento esse debeat: quoniam corporalis subiectio spirituali prælationi non repugnat: in seruo autem non est subiectio nisi corporalis: ergo ordinum dignitati non est contraria. ¶ Quartò arguitur, quòd propter homicidium nullus sit ab ordinibus repellendus: nam propter actum virtutis nemo debet cuipari, atq; adeò nec inhabilis reddi ad quamuis obeundam dignitatem: sed quandocũq; iudex aut miles vel virtute iustitiæ vel fortitudinis homicidium facit, actus virtutis est: ergo illi non debet ordinum honos denegari. ¶ In contrarium autem est ecclesiæ vsus, quę has omnes maculas ordinibus suscipiendis obstare censet.

Pars negatiua argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Quartũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶ Ad hanc quæstionem iuxta numerum argumentorum quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Legitima natiuitas, licèt non sit de necessitate sacramenti, est tamen de necessitate præcepti: quare si illegitimè natus ordines absque præuia dispensatione suscipiat, sacramentum quidem verè suscipit, est tamen mortale peccatum tam ipsi, quàm conferenti, nisi per ignorantiam excusentur. Quare natiuitas illegitima, irregularitas quædam, vt supra diximus, est: quia non est impedimẽtum iure diuino, sed pontificio, idemque ad defectum corporis attinens. Et est audienda conclusio generaliter de quibuscunque, qui non ex legitimo matrimonio fuerint progeniti, siue ex adulterio, siue simplici fornicatione nati sint, & multò magis si ex sacrilego concubitu clerici concepti, vt habetur capit. Vt filij, & capit. Nimis, de filijs presbyter. & capit. Is qui. eodem titu. libro sexto. & capit. Consuluit, de seruis non ordinandis. Et ratio præcepti est, quòd cùm ordinati in quadam dignitate præ alijs constituantur, condecet vt sint honestate clari: qui autem ex sordido concubitu gignuntur, sordes contrahunt, & generis obscuritatem. Accedit & alia causa in detestationem paterni criminis, cuius assolent filij imitatores esse. Et addit Ricardus præsenti distinctione, quòd plurimùm esse solent malè morigerati, eo quòd à parentibus non ita solicitè, atque legitimi, educantur. Quare si ordinentur, ab ordinũ sunt executione suspensi. Potest tamen episcopus cum huiusmodi personis, quantum ad minores ordines, dispensare, sed quantum ad maiores, non nisi summus Pontifex, vt in allegato capit. Is qui, libro sexto. decernitur. Et tantò esse debet difficilior dispensatio, quantò turpior fuerit eorum origo. Ex quo colligitur, vt ad episcopatum obeundum fortiori ratione sint illegitimè nati inhabiles, vt patet capit. Cùm in cunctis, de electione. Qui verò religionem profitentur, licèt sint illegitimi, possunt absque alia dispensatione, ordinibus promoueri, vt distinctione. 56. canone. Presbyter, habetur. Quanuis verba canonis non insinuent cum eis esse dispensatum, sed quòd sit cum illis facilè dispensandum. Attamen in allegato capit. Vt filij, de filijs presbyter. apertiùs asseritur, quòd si monachi fiant, ordinari possint. Et idem ait loco citato Ricardus secundùm glossam capit. Nimis, eodem titulo. Prælationem tamen absque dispensatione obtinere nequeunt, vt eodem capit. Vt filij, subiungitur. At verò mos nunc in religionibus seruatur, siue iure communi, siue consuetudine vel priuilegio fuerit obtentus, vt per professionem omnis irregularitas, quantùm ad ordinis susceptionem, aboleatur, præter illam, quæ vel ex homicidio voluntario, vel ex bigamia contrahitur: non autem quantùm ad prælationem.

Prima conclusio.

Cõclusio generaliter intelligenda.

Ratio. 1. præcepti.

Rõ secũda.

Ratio. 3. Ricardi.

Episcop. dispensat.

Illegitimi nequeũt eli gi epi.

Per ingressum religionis tollitur irregularitas.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio primi argum. ¶ Vnde ad primum argumentum respondetur, quòd irregularitas non est pœna iniquitatis, & ideo illegitimus non contrahit iniquitatem patris, contrahit tamen quidpiam turpitudinis & sordium, quod suscipiendos ordines impedit. Quare Deuteronomij. 23. *Deutero.23.* Manzer: hoc est, de scorto natus in ecclesiâ Dei vsque in decimam generationem, ingredi prohibebatur. ¶ Quòd si arguas. *Obiectio.* Potius deberet homini proprium vitium, quàm alienum officere: fornicator autem à clericatu non abigitur: ergo neque ex fornicatione natus esset abigendus. Respondetur, ad *Diluti.* maiorem, quòd quantùm ad mores plus officit propria culpa, illa tamen per contritionem deleri potest: sed quantùm ad claritudinem & dignitatem plus officit vitium naturæ, quod de illegitimo conceptu deriuatur.

Secunda cõclusio. ¶ Secunda conclusio. Corpore vitiatus ordinum promotioni ineptus est. Ratio huius conclusionis est altera duarum, vel quia vitium membri fœditatem aliquam ad suscipiendam potestatem ordinis oculis offert, *Rõ duplex.* quia dignitatem deturpat, vel quia ineptũ reddit clericum ad ordinum vsum. Prioris generis sunt amputatio nasi, vel insignis macula in oculo, quæ horrorem aspicientibus obijciat. Posterioris verò, vt si digitis careat, *Deformitates.* quibus hostiam frangere impeditur, aut si sit adeò tremulus, vt calicem absque periculo effusionis eleuare nequeat. Huiusmodi autem membrorum vitium aut mutilatio non obstat substantiæ sacramenti, quominus verè suscipiatur, sed est contra præceptum ecclesiæ, sicut dictum est de puero ante vsum rationis. Confirmatur conclusio exemplo veteris legis: iubebatur etenim Leuitici. 22. vt quodcunque animal offerretur Deo, om- *Deutero.23.* ni careret macula, Et Deuterono. 23. non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis ecclesiam domini. Atqui vitiũ propter fœditatem, quandã habet irregularitatis rationem, quia sola est ecclesiæ prohibitio. Sed quando est membri mutilatio ad vsum necessaria, iure diuino & naturali facit hominem incapacem. Et hoc quoq; impedimentum, sicut natiuitas illegitima, pertinet ad defectum corporis. De hac re extat titulus de corpore vitiatis. vbi capit. Presbytero, ait *Pars digiti.* Papa, quòd qui partẽ digiti amiserat: quia non erat tanta, vt vsui sacramenti obstaret, poterat fieri presbyter. Et can. Cùm de tua, idem censetur de illo, qui maculam habebat in oculo, qui iudicio prælati commissus fuit, vt perpenderet quanta esset eiusmodi macula.

¶ De eunuchis autem & sectis extat decretum Niceni Concilij, Si quis à medicis, & *Eunuchi.* concilium sub Martino, Si quis pro ægritudine. distinctione. 55. quòd si quis à medicis sanitatis gratia fuerit sectus, non fiat ideo ad sacros ordines inhabilis. Si verò sanus se castrauerit, etiam si id ad reprimendam con- *Qui se castrauit.* cupiscentiam fecerit, irregularis fit ad clericatus officium, quod si iam tunc susceperit, fit à ministerio prohibitus. Tametsi dum id ignorans fecerit credens se obsequiũ præstare Deo, faciliùs fit cum illo dispensandum, vt capit. Significauit, eodem titulo, ait Clemens. De beato verò Marco, qui legitur *D. Marcus.* sibi pollicem consultò abscidisse humilitatis gratia, & tamen postea ad Alexandrinam sedem assumptus fuit, respondendum, quòd vel non totum pollicem, sed partem abscidit, vel Diuus Petrus tunc pontifex cum eo dispensauit. ¶ Ad secundum igitur argumentum iam responsum est, non sufficere homi- *Solutio secũdi argumẽ.* nem aptum esse ad vsum ordinum, verùm & ad dignitatem & decorem, qui in clericatu requiritur.

¶ Tertia conclusio. Seruitus licèt substan- *Tertia conclusio.* tiam sacramenti non tollat: impedit tamen ex præcepto ecclesiæ, adeò vt tam ordinans quàm ordinatus, nisi inuincibili ignorantia protegantur, grauiter peccent. Et est irregu- *Ratio cõclusionis.* laritas ex defectu libertatis proueniens. Ratio conclusionis est, quòd licèt libertas non sit de substantia sacramenti, sicut neque integritas membrorum, est tamen ad ordinum ministerium & vsum necessaria. Etenim cùm per ordinis susceptionem, homo diuinis officijs mancipetur, debet esse sui iuris, vt liberè possit seruicio ecclesiæ vacare: seruus autem quia non est sui iuris, sed heri sui, non potest se ecclesiæ ministerio adscribere: quando quidem dare quod suum non est nequeat, nisi herus voluerit eum manumittere, aut facultatem ei facere. Conclusio est quę distinctione quinquagesimaquarta. per totam sancitur & extra per totum titulum. de seruis non ordinandis.

¶ Et per hæc solutum restat argumentum *Solutio tertij argumẽ.* tertium: concludit nanque seruitutis conditionem potestati ordinum & substãtiæ non obstare quominus sit sacramentum, obstare tamen vsui. Quod si contra priorem partem obijcias, quòd cùm sexus fœmineus *Obiectio.* plus

plus habeat libertatis, quàm seruitus, & nihilominus sit ordinibus suscipiẽdis ineptus, *Diluti.* adeò vt sacramentum sit nullum, tantum erit obstaculi in seruitute. Negatur consequentia: quoniam sexus fœmineus suapte natura includit subiectionem, quæ obstat formæ sacramenti præeminentiam ex eius natura significanti: in seruo verò non est nisi legalis subiectio. Præterea ex secũdo membro responsi arguitur contra primum. Va- *Argumẽt.* na est potestas, quæ perpetuo caret vsu: si ergo seruitus ordinum ministerio fungi nequit, nullum est sacramentum. Ad hoc re- *Solutio.* spondet tota ferè distinct. 54. Decretorum, si enim seruus sciente neque contradicente *Nota distinctionem.* hero ordinatur, eo ipso fit ingenuus, vt habetur illic, can. Si seruus sciente. Si verò domino nesciente Episcopus sciens eum esse seruum, ordinauerit, tenetur duplo precio hero satisfacere, vt seruus libertate donetur: quemadmodum in dicto capit. Si seruus nesciente, deciditur. Et à fortiori si dominus contradixerit. Idemque adeò iudicium est de præsentante & de ordinante, vt ibidem *Præsentans & ordinãs seruum.* ait Gelasius Papa can. Ex antiquis. Quod si tam domino quàm præsentante & episcopo ordinante inscijs, seruus se ingesserit, si habuerit peculium, tenetur se redimere: sin minùs à seruitute non eripitur, vt habetur ca non. Frequens, eadem distinctione. 54. Quare nisi per heri facultatem non potest ordinum ministerio vacare. Imò si est fugitiuus, & callidè se ordinibus initiandũ insinuaui., sperans inde libertatem consequi, deponendus est, vt habetur capit. De seruorum, de seruis non ordinandis. Neque verò licet ordinibus insignito, saltem sacris, se se in seruitutem tradere, esset enim contra ordinum dignitatem, nisi aliqua insignis pietas intercesserit, vt de Paulino Nolanæ episcopo refert libro tertio dialogorum capit. 1. Gregorius, qui se se, vt subditos redimeret, tyrannis *Obligati ad ratiocinia.* vendidit. ¶ Quod autem de seruitute dicitur, & de illis etiam intelligitur, qui ratiocinijs sunt obnoxij, vt concilio Aurelianensi cautum est, De obligatis ad ratiocinia ordinand. vel non. capit. Vnico. Attamen non *Rõ optima.* est eadem prorsus ratio: nam huiusmodi homines, liberi simpliciter sunt, sed quia ecclesia eorum ordinatione infamatur, non sunt ordinandi, si tamen ordinentur nihil obstat, quominus possint sua officia administrare, nisi ecclesia propter insignem infamiam id eis interdixerit.

¶ Quarta conclusio. Homicidium voluntarium & membri mutilatio etsi substantiæ *Quarta conclusio.* sacramenti non obstet, si suscipiatur, vetat tamen suscipiendum ex ecclesiæ præcepto. Prior pars manifesta est, quoniam homicidium non tollit significationem sacramenti, in qua eius substantia consistit. Secunda verò ratio est, quòd omnes ordines ad sa- *Ratio conclusionis.* crosanctum eucharistiæ sacramentum referuntur, quod est sacramentum pacis, sanguinis Christi effusione confirmatæ, cui quidem paci homicidium & mutilatio è diametro opponuntur, imò facto eorum qui Christum crucifixerunt assimilantur. Quapropter condecens maximè fuit, vt ecclesia homicidas & mutilatores ab ordinibus sacris arceret, atque inhabiles decreto suo redderet, quod est esse irregulares. Atque eam ob rem irregularitas hæc non ad primum genus trium supra positorum spectat, vt scilicet nascatur ex defectu, sed ad secundum: quia oritur ex ratione sacramenti, cuius dignitati opponitur. Conclusionem hanc titulus de homicidio voluntario cõstituit. Ob idque ratio huius irregularitatis non emergit ex ratione delicti: sed quia dignitati sacramenti aduersatur. Sicuti bigamia eius significationi contraria est, quæ ideo irregularitas etiam ratione sacramenti sumitur, de qua distinctione. 27. quæst. 3. artic. 1. habendus est sermo. Quapropter non solùm iniquum homicidium, quod contra ius priuata autoritate perpetratur: verùm & legitimum, dum modò sit spontaneum & post baptismum commissum, irregularitatem inducit, can. Aliquantos. distinctione quinquagesimaprima. Qua ratione quartum argumentum supra factum solutum restat. Vt *Solutio quarti argumẽ.* si iudex aut miles Reipublicæ hostes interimat, aut mutilet: mutilatio enim ad partiale, vt fertur, homicidiũ reducitur: quia cùm anima omnia membra viuificet, in membro aliqua pars vitæ demitur. Debet autem vt irregularitas contrahatur, factum subsequi: *Irregularitas non contrahitur nisi actu hõ interficiat.* nam licèt quis sagitta animo occidendi hominem, aut fuste ipsum aut gladio percusserit, si non sequatur mors, quia non est homicida, non est irregularis. Et quia mors non est nisi viuentis, qui fœtum in vtero ante aduentum animæ extinxerit, irregularitatem non contrahit, quanuis peccet mortaliter, & quantum ad peccatum reputetur homicida, sicuti & qui impedit ne mulier concipiat, capitu. Si aliquis. de homicidio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atqui non modò qui alteri, sed & qui sibi membrum, aut membri partem notabilem amputat, irregularis fit, vt qui digitum vel digiti partem detrũcauerit. Neq; solùm qui per se vel occidit, vel mutilauit, verùm etiam qui in causa fuit: vel cõsilio vel ope adiuuit, irregularitatem incurrit, vt habetur de clericis pugnantibus in duello capit. secundo. & de homicid. capit. Sicut dignum. Quare & omnes ministri iustitiæ, etiam notarij, efficiuntur irregulares. Nec refert an occisio sit Christiani, vel infidelis, vt eodem titulo. capit. Petitio, declaratur. Debet autem homicidium esse voluntarium, & non casuale: dicitur enim casuale, quod occidens non intendebat, sed casu fecit: quemadmodum, si quis inter venandum adhibita circunspecta diligentia iaculum eiecerit, quo hominem imprudens interfecerit. De hac autem re totus fermè titulus de homicidio voluntario loquitur. Sed quia nos latissimè libro quinto, De Iustitia & Iure. quæstione prima. articu. 9. de eadem re disseruimus, nihil præterea hic duximus adhibendum. Illic enim habes hoc potissimùm expositum, quando laicus vel clericus dicatur dare operam rei illicitæ, vt homicidium, quod aliàs diceretur casuale, dicatur voluntarium. Hinc fit effusionem sanguinis citra homicidium vel mutilationem per se non inducere irregularitatem, quoniam pœnæ non sunt ampliandæ, sed restringendæ, capit. Odia. & capit. In pœnis. De regulis iuris libro sexto. & Canones non loquuntur nisi de homicidio vel membri mutilatione. Tametsi clericis interdicta sint negotia, vbi periculum esse potest effusionis sanguinis, vt patet per totum titulum, Ne clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant. qui si illis se immiscuerint, officio sunt priuandi, vt patet capit. Clericis, & capit. Sententiam sanguinis, eodem titulo.

Ministri in iustitia sunt irregulares

Quando qs dicatur dare operã rei illicitæ.

¶ Ex his igitur irregularitates, siue quæ ex defectu naturæ, aut fortunæ, aut corporis, siue quæ ratione sacramenti accidunt, satis tibi exploratæ relinquuntur. Aliæ quàm plures sunt, quæ ratione delicti cõtingunt, quas apud Summistas non tam ordine dispositas, quàm absque ordine coaceruatas inuenies. Et notandum primum omnium, q̃ subsequentes omnes irregularitates hoc modo intelliguntur esse impedimentum ordinum, quod si irregularis ordinatur, ordinem quidem suscipit & characterem, peccat tamen grauiter contra ecclesiæ præceptum. Quare gratiam non suscipit, manetque subinde suspensus, atque adeò quoties in ordinibus administrat, grauissimè peccat. Sunt autem huiusmodi delicta in triplici differentia: nam alia ordinationẽ præcedunt, & alia in ordinatione committuntur, atq; alia post ordinationem. Delicta si quidem quæ ante ordinationem hominem faciunt irregularem, sunt quatuor singularia. Primum, si quis apostatauit à fide: nam si erat ordinatus, fit irregularis quo ad vsum, capit. Iulianus. vndecima quæstione tertia, & si laicus, fit irregularis quo ad susceptionem, capit. Presbyteros. distinctione quinquagesima. De quo Innocentius capit. primo. de apostatis. Secundũ, rebaptizatio, vt si quis bis scienter quenquam baptizauit, aut baptizatus est. De baptizante est textus in capit. Eos quos, & de rebaptizatis, can. Qui bis, De consecratio. distinctione quarta. Quos quidem Canones cum alijs supra distinctione tertia. artic. 9. expositos reliquimus. Iterantes autem alia sacrament., etiam characterem imprimentia, quanuis sit sacramentum cõfirmationis, nullam irregularitatem incurrunt, quicquid alij contra comminiscantur. Quoniam irregularitas propter anabaptistas hæreticos decreta est, qui baptizatos ab hæreticis iterum baptizabant, aut baptizatos ante rationis vsum post annos discretionis rursum in iniuriam prioris baptismi, quasi non sufficeret, baptizabant. Tertium, vt si quis religiosus gratia audiendi leges, aut physicam: id est, artem medican.?, monasterium exierit, nisi infra duos menses fuerit reuersus. ca. Super speculam, ne clerici vel monachi. capit. Ad aures, de ætate & qualitate. Quartum, si quis in eo ordine administrat, quem non habet, capit. primo, & secundo. De clerico non ordinato ministrante. Quod intelligitur, si sit administratio in ordine sacro: nam in quatuor minoribus laicum administrare, non est irregularitatis causa. In maioribus autem, quanuis merè laicus sit, illam incurrit, vt bene contra quosdam ait Syluester verb. Irregularitas. §. 12. Item requiritur, vt seriò & solenniter administret. Aliud generale ponitur, quando quis enorme delictum commisit. distinctione vigesimaquinta, can. Primum, de quo Innocent. capit. Ex tenore, de temporibus ordinandorum. Syluester verb. Irregularitas. quæstione decimaquarta.

Irregularitates ratione delicti.

Ante ordinationem.

Primum.

Secundum.

Nota.

Tertium.

Quartum.

¶ In ordi-

In ordinatione.

Ex parte ordinati.

¶ In ordinatione committuntur alia delicta, quibus irregularitas contrahitur. Primò simpliciter ex parte ordinati, vt si excommunicatus excommunicatione maiori ordines sacros susceperit, cap. primo. de eo qui furtiuè ordines suscepit. & capit. Cùm illorum. De sententia excommunicationis libro sexto. Non quòd excommunicatio, sed quòd delictum suscipiendi tunc ordines, sit irregularitas. Et aliqui volunt, quòd etiam suscipiens ordines minores in excommunicatione maiori efficiatur irregularis, vt ait Syluester verbo, Irregularitas. quæstione decima tertia. Sed nescio quid veritatis habeat. Deinde delictum committitur in ordine ad episcopum ordinantem, vt si quis ordinetur ab episcopo, qui episcopatui renunciauit, non solùm loco & diœcesi, sed etiam dignitati, capit. primo. De ordinato ab episcopo &c. Secus si tãtum loco, nõ autem dignitati renuntiauit, Quod intellige, si maiores ordines ab eo suscepit, secus si minores ex licẽtia proprij episcopi. Item si ab episcopo excommunicato contra tenorem concilij Constantiensis ordinetur. Scilicet qui excõmunicatus est nominatim, aut propter manifestam manuum iniectionem in clericum can. Gratia, & can. Statuimus. 1. quæstione prima. Et quæstione septima. can. Daibertum. Et idem est si ordinetur ab hæreticis vel schismaticis: nam omnes censentur nominatim excommunicati. ¶ Tertiò, post susceptos ordines alia multa committuntur delicta, quæ secum irregularitatem adferunt. Primum. Si suspensus ab vsu ordinum, in illis ministrauerit, fit irregularis. Etenim secundùm antiquos Canones, vt ait Glossa super capit. Cùm medicinalis, De sententia excommunicationis libro sexto. nõ nisi ille, qui excommunicatus maiori excommunicatione, in sacris ordinibus administrabat, efficiebatur irregularis, sed tamen Innocentius quartus eadem Decretali, eandem censuram ad omnes suspensos extendit. Igitur, vt hinc exordiamur, si quis ab alieno episcopo citra licentiam proprij ordinetur, ordinatio illa rata non habetur, sed irrita, vt can. Episcopum. 9. quæstione secunda. Irrita, inquam, non quòd ordinatio non valeat, nam character imprimitur, sed tamen ordinatus suspensus est ab vsu ordinum, quos recepit, quousque episcopus proprius eum recipiat. Episcopus enim potest eis facultatem facere administrandi, vt can. Lugdunensis. eadem. cau. & quæstio. Ordinator verò per annum à collatione ordinum ipso facto est suspensus. Et subditi horum suspensorum possunt tunc absque eorum licentia ab eorum vicinis episcopis ordinari, can. Eos qui, de temporibus ordinandorum libro sexto. Suspensio tamen illa non est irregularitas: quia non est impedimentum aliorum suscipiendorum ordinum, sed peccabit suspensus mortaliter, si in susceptis absque licentia proprij prælati administrauerit. Aiunt verò nonnulli, quòd tunc administrando non efficietur irregularis: quia hoc nõ est expressum in iure. Et ita tenet Syluester verb. Irregularitas. quæst. 9. Et fortasse hoc verum est: quia ordinari sine licẽtia proprij Episcopi, non censetur propriè papalis suspensio, sed solùm inhibitio, ne ille administret sine licentia sui prælati. Sed est nihilominus per eundem prælatum suspendendus illa suspensione, quam si transgressus fuerit, efficiatur irregularis. Quæ quidem tunc irregularitas per solam Papæ dispensationẽ tollitur, vt notauit Glossa super eodem capit. Eos qui. Et est text. expressus, in cap. Quod translationem, extra eodem titulo. Nam qui simpliciter est suspensus, administrans fit irregularis per Decretalem citatam, Cùm medicinalis. Alius suspensionis casus est, quando quisvna die ordines minores & subdiaconatum recipit, capit. Cùm H. de eo, qui furtiuè ordines suscepit. Vel si duos simul susceperit sacros ordines, capit. fina. eodem titulo. In primo enim casu ordinatus ille suspenditur, ne in superiori ordine, sed tantùm in minoribus administret. In secundo verò, in nullo potest: quia ambo sunt sacri. Veruntamen de ambobus distinguendum est. Etenim si ordinandi non fuerant sub anathematis sententia præmoniti, ne illos simul ordines susciperent, tunc cùm huiusmodi ordinatis vtroque casu, si aliquam religionem ingrediantur, poterit Abbas dispensare. Ex quo fit, quod etiam si non ingrediantur, poterit episcopus eandem facere dispensationem. Si verò sub tali sententia fuerant prohibiti, tunc solus Papa poterit dispensare: quia excõicatione maiori irretiti ordines susceperunt: qui ideo si sine dispensatione administrent, efficiuntur irregulares. Et idem est de eo, qui furtiuè contra prohibitionem episcopi etiam sub anathematis sententia absque eius facultate & examine ordines susceperit, vt eodem titulo capit. primo, habetur.

Suspẽsus ab officio.

Nota.

Episcop⁹ dispensat.

An sit irregularitas.

Suscipiẽs eodem die duos ordines.

Primus casus.

Secundus.

Episcopi dispensatio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertius casus. ¶ Tertius suspensionis casus eos tangit, qui per saltum promouentur, can. Solicitudo. distinctione quinquagesimasecunda. Quare si illi sic promoti in ordine superiori administrauerint, quicquid alij dicant, efficiuntur irregulares, vt bene ait Sylueſter verb. Irregularitas. quæstione vndecima. quia omnis simpliciter suspensus administrans saltem in sacris ordinibus, vt bis iam diximus, eo ipso fit irregularis, per citatum cap. Cùm medicinalis, de sententia excommunicationis libr. sexto. ¶ Quartus subsequitur suspensionis casus de illis, qui extra tempora legitima ordinantur. distinctione. 75. capit. fina. & de temporibus ordinandorum. cap. Sanè, & capit. vltimo. Et antiquitus huiusmodi non erant suspensi, sed suspendendi, vt capi. Literas, & capit. Cum quidam, eodem titul. Iam verò iure nouo sunt ipso facto suspensi, & si celebrent, fiunt irregulares à solo Papa absoluendi. Et possunt ipso iure beneficijs priuari per extrauagan. Pij secundi, quæ incipit, Cùm ex sacramento, confirmatam per regulas Chancellariæ Innocentij octaui. & Alexandri sexti. & per alia iura, quæ notauit Sylueſter verb. Irregularitas. quæstione decima. ¶ Quintus casus est, si suspensus, excommunicatus vel interdictus ingerat se diuinis officijs celebrando vel administrando in aliquo ordine, saltim maiore, solenniter, vt notatur capit. de clerico excommunicato ministrante. & cap. fina. de excessi. prælato. Isti enim non solùm sunt suspensi, sed irregulares, quia iam officia prohibita exercent. Quare solus Papa potest cum illis dispensare. cap. primo. de re iudicata. libro sexto. Ait verò Sylueſter verb. Irregularitas. quæstione duodecima. quòd etiam si administret in minoribus eandem irregularitatem incurrit. Sed tamen id non facilè crediderim: nam qui non facit nisi ea, quæ merus laicus potest facere: vt cantare, Requiem æternam, aut aliquem psalmum, non efficitur irregularis, vt habetur capit. Tanta, eodem titulo. libro sexto. Officia verò minorum ordinum etiam laicus exercere potest. Dixerim solenniter, cũ vestibus illi ordini deputatis. ¶ Circa omnes has irregularitates hoc est animaduertendum, quòd cùm vniuersę, vt dictũ est, non nisi ex iure Pontificio oriantur, super omnibus potest summus Pontifex dispensare, nisi quando ius diuinũ attigerint. Cum illo enim, qui truncus est manibus aut mutus, dispensari non posset, vt presbyter sieret. ¶ Adhæc matrimonium contractum inter irregularitates propriè non connumeratur, quia nec delictum est, nec defectus, sed potest largo modo dici irregularitas, seu potiùs incapacitas ratione status: quia coniugatus nequit ad sacros ordines promoueri, idque, vt reor, diuino iure prohibente, vt libro septimo, De Iustitia, & Iure, quæstione sexta. diffusè dissertum curauimus. Nec sufficit vxoris licentia, nisi approbatam religionem fuerit professa, vel diuortium inter eos fuerit celebratum, vt distinctione trigesimaquinta, dicturi sumus. Quare qui vxore relicta in seculo ordines sacros susceperit, perpetuò erit suspensus quousque ipsa vel vita fuerit perfuncta, vel religionem professa: imò esset tanquàm de hæresi suspectus in iudicium deferendus. Hoc præsertim tempore, quo Lutherani coniugatos arbitrantur esse diaconos & sacerdotes & episcopos. Quanuis illi nullum, quod verum sit ordinis sacramentum, agnoscant. Alij sunt casus, quos non opus est hic persequi: hi enim sunt, in quibus potissimum potest esse difficultas. Cæteros Summistæ in verbo, Irregularitas multiplicant.

Quintus casus. *Sylueſt.* *Sentẽtia auctoris.* *Matrimonium.*

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm ad ordinum susceptionem morum honestas & scientia requiratur.

POST illas ordinandorum qualitates, quæ ad mores non attinent, sequitur, vt de eorum probitate & sciẽtia dicamus, an sit etiam necessaria. Et arguitur à parte negatiua. Per ordinis sacramentum instituitur homo sacramẽtorum minister: sed sacramenta administrare tam mali possunt, quàm boni, & Christus ipse mulierem peccatricem & infamem, vt legitur Lucæ septimo. à suo ministerio non repulit: ergo probitas vitæ non est necessaria. ¶ Secundò præterea arguitur, quòd nec requiratur in ipso scientia scripturæ sacræ: quia multi absque eius prorsus cognitione ad sacerdotium promouentur, & in vitis patrum multi simplices referuntur monachi ad sacerdotium promoti, qui tamen erant sanctissimæ vitæ. ¶ Tertiò arguitur. Si probati mores, ad ordinum susceptionem essent necessarij, quo melioribus quis esset imbutus, eo esset ad id munus magis idoneus. Cùm ergo paupertas sit opus consilij, quantò quis esset indigentior, tantò deberet faciliùs ad ordines assumi: consequens tamen est contra ritum & consuetudinem ecclesię, quæ non permittit quemquam sacris initiari, nisi vel titulum habeat sacerdotij, vel patrimonium, quo se possit alere.

Partis negatiua argumentũ primum. *Secundũ argumentũ.* *Tertium argumentũ.*

Quartũ argumẽtum. ¶ Quartò arguitur. Si dignitas aliqua esset in suscipiente necessaria, sequeretur, quòd Episcopi indignos promouentes, grauiter peccarent: consequens tamen inde apparet falsum, quòd alioqui deberent solertissimum examen facere morum & scientiæ ordinandorum, quod certè non faciunt: potissimùm quòd, cùm multis ministris & auxiliaribus indigeant, si non possunt in tanta copia idoneos inuenire, excusari quodam modo videantur.

Quintũ argumẽtum. ¶ Quintò denique arguitur. Si probitas vitæ ad ordines esset requisita, sequeretur, ꝙ qui susceptis ordinibus in peccato mortali vteretur: mortaliter peccaret: consequens tamen videtur falsum: nam aliàs qui sacramenta ab illo susciperet, eiusdem esset peccati particeps, quod videtur durum. ¶ In cõtrarium est exemplum antiqui testamenti: dicitur enim Leuitici. 21. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculas, non offerat panem coram Domino: maculæ autem nomine, vt ait glossa, omne vitium intelligitur, quo altaris administri impinguntur.

Pars affirmatiua. ¶ Inter desiderata artic. 2. propositos, postremus erat ad animam pertinens, qui ad scientiam spectat & mores, de quo præsens articulus instituitur.

Prima conclusio. ¶ Ad quæstionem ergo tribus conclusionibus respondetur. Prima. Quanuis morum integritas non sit de essentia sacramenti, est tamen præcepto diuino maximè necessaria. Nam etsi non eodem gradu, quo apostoli, eorumque successores episcopi, sunt tamen omnes clerici, & potissimùm sacerdotes lumen ecclesiæ, & sal terræ, vt Christus, ait Matthæi. 5. Atqui cùm ordinentur, vt eodem sint gradu, quo possint esse pastores, debent in charitate Dei esse progressi, vt Petri nonnullum exemplum referant, quem Christus non antea vicarium suum instituit, quàm tertiò interrogaret, an se plus cæteris diligeret, Ioannis vlti. Nam bonus pastor, vt ait, Ioannis. 3. animam suam debet ponere pro ouibus suis, quod certè nisi charitate proiectus perficere non potest. Quocirca Paulus 1. ad Timothæum tertio episcopum (quo nomine presbyteros omnes comprehendit) plurimo virtutum ornatu decoratum desiderat, & à diaconibus non qualemcunq; morum probitatem requirit. Vnde tertio capit. Cœlestis hierarchiæ, ait Dionysius, quòd vt subtiliores & clariores essentiæ (nempe cœlestia sydera) repletæ influxu solarium splendorum, lumen in eis superemineẽs ad similitudinem solis in alia corpora inuehunt: sic in ordine diuino nemini audendum est alijs ducem esse, nisi secundùm omnem habitum suum factus sit Dei firmissimus, & Deo simillimus. Cùm ergo qui sacris initiantur ordinibus, duces se aliorum esse profiteantur, necessum est eis, vt diuino sint lumine imbuti, ac perinde Deo simillimi. Facere autem homines simillimos Deo officium est charitatis: nam, vt ait Ioannes. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Vnde ad Colossenses. 3. Paulus. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: charitas autem sanctis moribus colitur: hæc est ergo prima ordinandorum qualitas. Quocirca Gregorius in prima parte. Pastoralis, & refertur distinctione. 49. can. Hinc etenim, vitæ integritatem, quæ in sacerdotibus est necessaria, citato illo testimonio veteris legis confirmat. Qui habuerit maculam, non offeret panem Deo, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, &c. vbi in corporis vitijs spirituales labes depinguntur, quæ hominem sacris ordinibus indignum reddunt. Et D. Hieronymus. 8. quæstione. 1. can. Qualis, ait, quòd presbyteri & diacones debent summa diligentia prouidere, vt cunctum populum, cui præsident, conuersatione, sciẽtia, ac sermone præeant. Imò & qui sunt in minoribus ordinibus id etiam debent curare. Vehementer enim, inquit, ecclesiam Dei destruit, meliores esse laicos, quàm clericos. Operosum autem esset nimis, canones recensere, qui de vita & honestate clericorum loquuntur, quos Gratianus à distinctio. 25. vsque ad. 50. & 81. compilauit. Sed super omnes consulendus est in libro de sacerdotali dignitate Chrysostomus, qui sacerdotes, docet tanto morum interuallo debere reliquo populo antecellere, quanto brutis ouibus rationalem pastorem: imò ceu cœlestes angelos debere inter homines viuere.

Dionysius. *Paulus.* *Gregorius.* *Hieronymus.* *Chrysostomus.*

Tractant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tractant enim, tum reliqua sacramenta, tum præsertim sanctissimum corporis & sanguinis Christi, quod angelis tangere non est indultum.

Hæretici. ¶At verò hæretici fucato religionis prætextu adeò hanc veritatem extollunt, vt in foueam falsitatis corruant. Enimuerò VVitcleff, vt est videre apud VValdensem secundo Tomo. de sacrament. capit. 3. & 4. & subsequentibus. Et capit. 144. & 145. aiebat sanctitatem ministrorum ecclesiæ esse necessariam, non solùm de præcepto, sed tanquam de essentia sacramenti: ita vt non susceptio sacramenti, sed meritum vitæ in gradu ecclesiastico hominem suscipiat. Quapropter aiebat quòd nec malus homo dum sacris initiari contendit, vllum suscipit sacramẽtum, neque sacerdos, dum est in peccato sacramenta eucharistiæ conficit, aut alia verè administrat. Quem errorem secutus est Armachanus libro. 11. capit. 4. falsò dogmatizans, per quodcunque peccatum mortale amitti omnem potestatem nõ solùm spiritualem, sed etiam ciuilem. Et ideo inferebat loco citato capit. 145. VVitcleff, quòd nisi qui habuerit sanctitatem Petri, non fungitur eius clauibus. ¶ Contra hunc autem errorem statuitur secunda conclusio. Quamuis honestas vitæ sit in sacerdotibus & alijs ministris: scilicet, diacono & subdiacono necessaria necessitate præcepti, non tamen est de necessitate & essentia sacramenti, neque ad eorum vsum. Imò licèt quis in peccato ad susceptionem ordinum accedat, si modò intentionem habeat suscipiendi sacramẽtum, quanuis gratiæ beneficio fruatur, nihilominus verum suscipit sacramentum. Et pari ratione si postea in peccato sacramenta administret, vera confert: conclusio satis articu. 1. confirmata est per illud testimonium Aug. tract. 5. super illud Ioannis. 1. Super quem videris spiritum descendentem, &c. Sacramenta quippe sunt instrumenta Christi, quibus ipse operatur, & ideo nullatenus ex sanctitate & iustitia ministri pendẽt. Gratia enim tanquam à proprio autore non à ministro, sed à Christo ipso, in quo est gratiæ plenitudo, confertur. Cui ideo suscipiens sacramentum per gratiam assimilatur: minister autem non confert gratiam, nisi conferendo sacramentum, quod quidem per characterem cõfert, licèt gratia careat. Quare perinde malus ac bonus verè baptizat, & consecrat & absoluit, & ordinat: imo & gratiam confert si suscipiens obice gratiæ nõ obstet. Et quanuis eundem opponat obicem, verum potest absque gratia suscipere sacramẽtum, tam ordinis, quàm alia. At verò quoniã hanc veritatem supra distinctione. 1. quæstione. 5. quàmplurimis sanctorum autoritatibus constabiliuimus, non opus est nos hic amplius morosos esse. Congessit huius nõnulla testimonia Gratianus. 1. quæst. 1. ex Hieronymo can. Sicut Christus. & ex Augustino can. Intra catholicam, & can. Omnia sacramenta, & can. Vt euidenter. ¶Et quando contra istos hæreticos nullum aliud extaret argumentum, hoc vnum pro omnibus satis esset, quod secundùm ipsos nihil certi in sacramentorum effectibus haberemus, sed omnia versarentur in ambiguo. Nam eùm nemo sciat an minister, à quo sacramenta suscipit, in gratia sit, non fieret certior sacramentum suscepisse, quàm si ab vno quolibet laico susciperet.

Error Armachani.

Secunda cõclusio.

Aug. trac. 15. sup Ioan.

Argumẽtũ cõtra hæreticos.

¶Vnum autem testimonium videtur in superficie huic veritati aduersari ex opere imperfecto Homilia. 45. & refertur distinct. 40. can. Multi. Multi enim, inquit, sacerdotes, & pauci sacerdotes, multi nomine, & pauci opere. Non omnis sacerdos est sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos. Vbi insinuatur, quòd qui non est sanctus, non est sacerdos, & quòd omnis sanctus, etiam laicus, sit sacerdos. Sed probè Sanctus Thomas impræsentiarum respondet, allusionem illic fieri ad ethimologiam nominis sacerdotis: est enim sacerdos idem, quod sacra dans: Et ideo quicunque etiam laicus sanctus, quatenus sacra sua merita amicis communicat, dicitur generali nomine sacerdos, iuxta illud Apocalypsis. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Sed tamen sacerdotes sacramentorum ministri, quia non operantur in sua virtute, sed Dei, absque sanctitate possunt sacerdotio fungi impertientes gratiam de plenitudine Christi.

obiectio Chrysost.

Diluitur Thomas.

Apocal. 5.

¶Dubium ergo ex his emergit. Vtrùm quicunque sacris ordinibus in peccato initiatur, mortaliter delinquat, ac perinde sacerdos ille, quiin peccato sacramenta administrat. Hæc autem ambiguitas per ea, quæ dicta sunt, facilè diluitur. Enumerò quicunque sustinuerit, omnes septem ordines esse sacramenta gratiam conferentia, dicere subinde cogitur, quòd quodcunque illorum quisque suscipiat in peccato mortali, peccat mortaliter, eo quòd opponit obicem gratię.

An quicũ tiatur in peccato mortaliter peccet.

Dubij solutio.

Si autem

Si autem non sint sacramenta, nisi tres ordines sacri, vt à nobis supra dictum est, quanuis quispiam alios quatuor ordines minores existens in peccato suscipiat, non peccat mortaliter. Administrare verò sacramenta in peccato mortali, mortale est, eo quòd & presbyter ad eorum idoneam administrationem gratiam suscipit, & administratio ipsa sacramenti est actio sanctificans. De functione autem ordinis diaconatus & subdiaconatus supra moderatiùs locuti sumus. Nãetsi eiusmodi ministri per gratiam ad suam functionem sanctificentur, tamen quia ipsæ functiones non sunt sanctificatrices, durum esset, ad peccatum mortale illos adigere, qui extra gratiam illas exercent.

Administrare sacramẽta in peccato est mortale.

Quæstio præsens. ¶At verò quod artic. præsenti de idoneitate eorum, qui sacris sunt ordinibus initiandi, definitur, non est generalis illa dispositio, quæ in suscipiente quodcunque sacramentum requiritur, ne sacramentalis gratia obicem inueniat, est enim illa quædam actualis præparatio. Sed definitio præsens ad morum habitus attinet. Enimuerò quoniam per sacramentum ordinis homo non solùm gratiam suscipit, sed ad sublimiorem statum conscendit, requiritur in eo morum honestas, & virtutum claritas, vt testimonia præcedentia testantur: nempe, vt sit prudens, vt ait Paul. ornatus, pudicus &c. Quapropter ad aliorum sacramentorum susceptionem nullum prærequiritur examen vitæ, sicuti ad ordinum susceptionem. Debet enim, vt loco citato ad Timothæũ. ait Paul. presbyter & diaconus testimonium habere ab ijs, quæ foris sunt. ¶ Tertia conclusio. Præter morum compositionem requiritur in suscipiente ordines scientia & prudentia, quanta sit suo ministerio sufficiens. Probatur, quia cùm facultas operandi sit propter vsum, nemini illa permitti debet & concredi, nisi qui ea vti sciuerit: scientia enim est quæ opus dirigit. Hinc fit, quòd ad minores ordines suscipiendos satis sit, vt ordinandus legere saltem sciat, & commodè pronunciare: quia eorum munus non est, sacram scripturam intelligere. Ad sacros verò ordines exigitur, vt diaconus, & subdiaconus latinè sciat: nempe, vt quæ legit, intelligat: quanuis mysteria non adeò Theologicè calleat. Ad presbyteratum autem aliquanta scripturæ intelligentia exigitur. Sunt enim duæ presbyteri functiones, vna præcipua supra corpus Christi verum, at que altera secundaria supra corpus Christi mysticum. Prima conuenit in vniuersum omnibus sacerdotibus, secunda verò non nisi plebanis. Igitur quando quispiam ad solùm priorem actum presbyter ordinatur, vt vsu venit inter religiosos, qui animarum curam non habent, non requiritur alia scientia, quàm vt mysterium sacramenti intelligat. Indignè enim profectò presbyter diuina illa mysteria tractat, quorum sensum & gustum non percipit, neque illum sine aliqua mysteriorũ cognitione habere, aut percipere potest.

Tertia conclusio.

Ratio conclusionis.

Diaconi & subdiaconi scientia.

Duæ presbyteri functiones.

¶ Et per hoc responsum putato ad secundum argumentum. Illi enim sancti hæremitæ & alij simplices sacerdotes: quia se prorsus ab animarum cura sequestrabant, non multa indigebãt scripturarum scientia. Qui verò paroeciæ in pastorem præficitur, debet, vt idoneus habeatur, ea scire, quæ plebi sunt cognitu necessaria: nempe, illa quæ sunt de necessitate salutis. Vt videlicet docere suos subditos sciat fidei articulos, & decalogum, & ordinaria peccata, quæ ei per confessionem deteguntur, & vt pœnitentibus salutaria cõsilia præstare valeat. Etenim vt Malachiæ. 2. legitur, debet populus de ore sacerdotis legem requirere. Non tamen tenentur eiusmodi presbyteri eo vsque esse Theologi, aut Iurisconsulti, vt ardua vel sacræ scripturæ, vel sacrorum canonum penetrent: huiusmodi nanque scientia Episcopis, qui sunt maiores sacerdotes, incumbit. Et pari modo admonitio illa. 1. Petri. 3. intelligenda est, vt scilicet parati simus semper ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea, quæ in nobis est spe: longè enim altiùs & perfectiùs tenetur rationem fidei reddere Episcopus, quàm plebanus presbyter. Presbyteris nanque satis est, vt arduas causas ad peritiores referant, quos quid eis agendum sit, consulant. ¶ Ad primum igitur argumentum iam responsum est, illud concludere, in peccato mortali verum sacramentum, tum recipi, tum etiam administrari: tametsi tam recipere illo modo, quàm administrare, sit peccatum mortale. Neque est par ratio de ministerio corporali, quod Christo in sua persona impendebatur, ac de ministerio spirituali. Etenim quia Christus ceu peccatorum medicus, venerat non renuebat sed amplectebatur peccatores ad se aduentantes. Qui verò in spiritualibus sacramentis ministrat, mediatorem agit inter Deum & ho-

Malach. 2.

1. Petri. 3.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& homines, vt per suum ministerium gratiam Deus populo impertiatur. Et ideo dignè eiusmodi ministerium, nisi ab eo, qui est in gratia, non exhibetur. Quanquam & peccatores ad Christum properantes, & potissimùm Magdalena, iam tunc digito Dei attacti accedebant. ¶Adtertium respondetur, quòd si fieri modò posset, vt sacerdotes ea sanctitate pollerent, qua Diuus Nicolaus, aut alij id genus sancti patres, & populus eo charitatis igne flagraret, quo primitiui Christiani, congrueret fortasse, vt sacerdotes essent pauperes: tamen cùm modò fieri nequeat, vt in tanta clericorum multitudine ea reperiatur sanctimonia, necesse est, vt clerus aliquem honestatis habeat splendorem in victu & vestitu. Imò & aliqua sint clericis præmia decreta, quibus ad literarum studia alliciantur. Ob idque è re ecclesiæ est, vt nemo ad sacros ordines assumatur absque titulo beneficij, aut patrimonij, ne alia incommoda clericatui indigna accidant: nempe, vt tam immodicus sit sacerdotum numerus, vt nequeant nisi mendicitate viuere. Qua vtique ratione vsu iam venit, vt contra gradus dignitatem sacrificiorum eleemosinæ augeantur. Imò vt antistites sacerdotibus interdicant vili precio sacrificia offerre, quod non potest non in magnum scandalum cedere. Nam præterquam quòd promissa, non precium, sed eleemosina sit eroganda, quæ, vt nomen ipsum sonat, libera esse debet, cur non poterit sacerdos etiam gratis pro amico sacrum facere, sicut & aliud beneficium ei impendere? Quòd si gratis, cur non & pro quacunque parua eleemosina? Certè si Augustinus talia mandata audijsset, non potuisset non execrari. Est enim mandatum (si vllibi est) iniquum, atque iniquius si sententiam excommunicationis habeat annexam. Quare nullus sacerdotum ei parêre tenetur. Satis enim esset admonere populum, vt in victum sacerdotum largiores pro sacrificijs erogaret eleemosinas. Sed dicunt episcopi. Nequeunt sacerdotes minori subsidio sustentari. Hi vellem tria responsa adnotarêt. Primum: quòd decimæ, sacerdotia, & beneficia in alimentum sacerdotum sufficiunt, quare si illi, qui fructus deuorant, residerent, quæcunque eleemosinæ sufficerent, sed quia eiusmodi beneficia absque vlla residentia perinde ac propria patrimonia possident, ac subinde ecclesias proprio patrimonio, quod sacerdotum stipendium erat, expoliant, in causa sunt, vt mercenarij mendicatis eleemosinis cogantur viuere, & omnium literarum ignari seruicio ecclesiarum deputentur, quarum fructibus alij impinguantur, qui cùm non laborant, nec manducare, vt ait Apostolus, deberent. Secundum est, quòd episcopi iure prohibiti sunt quenquam ad sacros ordines admittere, nisi beneficium habeat, vel patrimonium, quo sustentari possit. Huius autem prohibitionis nullam ferè rationem habent. Quare cùm sua sit culpa, qui mendicos ordinant, pergunt onus imponere populo, qui illos, acsi decimas non soluerent, insuper alant. Sed accipe tertium, cum absque vllo ferè examine & delectu quoslibet ad clericatus ordines suscipiant, fecerũt iam presbyteratum merum officium de pane lucrando. Quocirca non pro deuotione ordinis, sed vt ociosiùs in clericatu, quàm in alijs opificijs viuant, ordinantur. Qua ratione numerus pauperum sacerdotum, adeò creuit, vt ecclesiæ nullum adferant decorem, sed populo multum oneris. ¶Ad quartum respondetur, concesso, mortale esse episcopo peccatum eos ordinare, qui prorsus indigni sunt. Conqueritur enim Christus in Euangelio Matthæi. 24. dicens. Quis putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? Episcopus ergo, qui nomine Dei indignos constituit in ecclesia, Deo cùm primis infidelis est, atque adeò iniurius ecclesiæ: quippe cuius decus & honor per indignos ministros multùm denigratur, multumque subinde detrimenti huiusmodi homines, non per ostium, sed aliunde intrantes, ecclesiæ adferunt: cùm tamen ordinandorum dignitas non sit de iure tantùm positiuo, vt ætas & monogamia, sed (vt monstratum est) de iure diuino. At verò huius calamitatis remedium fermè iam desperatum est. ¶Ad quintum denique respondetur, concesso peccatum esse mortale sacramenta in peccato administrare. De recipientibus autem ab indignis sacerdotibus, & præsertim à præcisis, latè diximus distinctione. 1. quæst. 5. arti. 6. & latiùs distinct. 22. quæstio. 1. artic. 4. quibus in locis constitutionem Concilij Constantiensis explicuimus.

Solutio tertij argumẽ.

Ecclesiæ decoris ĩterest ne vllus ordinetur citra bẽficiũ, aut cõgrues patrimoniũ

Contra eos qui phibẽt ne sacerdotes minori pcio sacra pagant.

Episcoporũ obiectio.

Primum responsum.

Nota.

Secundum Nota.

Tertium Nota.

Solutio quarti argumẽti.

Episcopus indignos ordinãs grauissime peccat.

Ordinandorũ dignitas de iure diuino non est.

Sacramẽta a indignis cõferuntur.

QVAE-

QVAESTIO SEcunda, De potestate ecclesiastica & exemptione clericorum.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm potestas ecclesiastica sit hac ratione suprema, vt ciuilis ab ea, tanquam eius delegata, pendeat.

Peræpreciũ duximus in calce huius materię ordinum de potestate ecclesiastica respectu ciuilis quæstionẽ adhibere, in duos articulos distinctam. Quorũ primus sit, vtrùm potęstas ecclesiastica sit hac ratiõe suprema, vt ciuilis ab illa tanq̃ eius delegata dependeat. Arguitur enim à parte affirmatiua. Christus ecclesiam ceu optimam rempublicam instituit: optima verò ea respublica est, quę instar regni vnico summo capite gubernatur, vt. 3. Politi. autor est Philosophus: summũ verò caput esse non põt in ecclesia, nisi potestas ciuilis sit prorsus ecclesiasticæ subiecta, vt Papa sit dominus omnium tam temporalium q̃ spũalium. Alioqui duo essent capita, quod 12. Meta. idem reprobat Philosophus. Et confirmatur ex illo ad Roma. 12. & 1. Corint. 12. vbi Paulus ait, Christianos omnes esse vnum corpus ex diuersis mẽbris constans: vnius nanque corporis, ne sit monstrũ, vnicũ debet esse caput. Quod exẽplo apum Hieronymus declarat can. In apibus. 7. q. 1. ¶Secundò arguitur. Christus illã potestatem suo vicario reliquit, quã ipse habuit: ipse autem etiam in quantũ homo non solùm fuit Dominus regni cœlorum in spiritualibus, verùm etiam rex temporalium: ait quippe Ioan. vlt. Mihi data est omnis potestas in cœlo & in terra: quare in Apocalipsi cap. 18. pronunciatur Rex regum, & Dominus dominantium. ¶Tertiò id è iure canonico colligitur: nam à quocunq; iudice seculari in quacunque causa potest ad sedem apostolicam appellari. 11. quæst. 1. can. Quicunq; litem: & potest Papa deponere reges: nam Zacharias Papa Regem Francorum tanq̃ re gno inutilem deposuit. 15. quęst. 6. can. Alius, & Innocentius Fredericum, dist. 96. can. Duo sunt. ¶In contrarium autem est autoritas Pelagij Papæ eod. citato can. Duo sunt, vbi ait, Duo sunt, Imperator Auguste, quibus hic regitur mundus, autoritas sacra Pontificum, & regalis potestas.

Partiũ negatiuæ argumẽtum primum.

Secũdũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

¶De hac lite, vt lib. 2. ca. 113. ait Turre Cremata, duæ sunt è diametro distantes opiniones, inter quas media est tanq̃ catholica constituenda. Sunt etenim qui eo studio, & (vt putant) religionis zelo, extollere contẽdunt dignitatem apostolicam, vt arbitrentur Romanum Pontificem summum iudicem tam in temporalibus, q̃ spiritualibus, atq; adeò ad ipsum pertinere reges ac principes seculares instituere, qui ideo sunt sicut eius vicarij delegati. Hanc opinionem ebibit Augustinus de Anchona in tract. de potesta. ecclesi. quẽ Syluester verb. Papa. §. 2. secutus est. Cuius etiam patronus fuit Panormitanus, atque alij iurisperitorum complures. Alij in alterum extremũ collapsi omnem prorsus temporalem potestatem summo Pontifici detrahũt, imò in temporalibus ciuili omnino potestati subijciunt, neq; vllam clericorũ exemptionem iure diuino permittunt. De qua hæresi sequenti artic. copiosiùs dicturi sumus. ¶Ad quæstionem ergo præsentem quinque conclusionibus respõdetur. Prima. Potestas ecclesiastica & ciuilis sunt duæ distinctæ. Assertio est Pelagij citato can. Duo sunt. Atqa materia hæc ad ius diuinum attinet, ex testimonijs scripturæ sacræ est colligenda. Nam quia (vt bona venia dixerim) interpretibus sacrorum canonũ non datum est de iure diuino & naturali ad amussim tractare, nil mirum si impræsentiarum hallucinẽtur. Canones enim sacri, qui hac de re loquuntur, per sacram scripturã ex qua collecti sunt, veniũt elucidandi. Probatur ergo conclusio. Potentiæ & artes, vt 2. Ethi. autor est Philosophus, per actiones differũt, & actiones per obiecta & fines, quò actiones diriguntur: sed in corpore mystico Christiano sunt duo fines, vn° naturalis, quò ciuilis administratio tendit: nempe, pax & tranquillitas reipublicæ: & alter supranaturalis, qui in diuino cõspectu posidetur, quem vti ait Paulus, neq; oculus vidit, neq; auris audiuit: ergo sunt potestates diuersæ ad illos consequendos. Ratio est Hugonis par. 2. de sacrament. vbi ait, q̃ cùm duę sint vitæ, vna terrena & altera spiritualis, vt vtraq; in iustitia seruetur, & vtilitas proueniat,

Decisio articuli.

Prima opinio.

August. de Anchona. Syluester.

Secũda opinio.

Prima conclusio.

Ratio cõclusionis.

Rõ secũda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niat, necessaria est duplex potestas ad cõseruationem iustitiæ: vna, quæ præsit terrenis ad gubernandam ciuilem vitam, atq; altera, quæ præsit spiritualibus ad componendam vitam spiritualem. Eadem autem veritas secundò probatur. Potestas ecclesiastica est facultas clauiũ regni cœlorũ, vt patet Matth. 16. & 18. ac perinde remissionis peccatorũ, vt habetur Ioan. 20. & insuper potestas consecrandi corpus Christi verum & sanguinem: hæc autem facultas non est potestati ciuili concessa: duæ sunt ergo potestates. Tertiò, quia ad promouendos homines ad huiusmodi fines diuersæ sunt leges, respectu, scilicet tẽporalis finis leges prorsus humanæ & ciuiles, sed respectu supranaturalis adhibita etiam sunt supranaturalia mandata sacramẽtorum: item & diuersi sunt gladij: scilicet, diuersa supplicia: nam supplicia ciuilia gladio temporali: nempe, corporis morte consummantur, neque vlterius protenduntur: potestas autem ecclesiastica gladio insuper spirituali vtitur: videlicet, excõmunicatione, atq; alijs censuris. Quartò denique. Potestas spiritualis ad animas proximè refertur, cui & diuinas leges scrutari & consulere incumbit, & circa diuinum cultum versatur, atq; adeò pontifices & sacerdotes instituit, quæ quidẽ munera regibus non competũt, sed iura imperatorum tractare, creare prætores atque alios magistratus: sunt ergo hierarchię diuersæ, atq; adeò diuersæ potestates. Adde ꝙ nõ solùm in lege Mosayca, verũ & in lege naturæ diuersi erãt sacerdotes ab alijs magistratibus, penes quos summa religionis ac diuini cultus posita erat. Nam vt dist. 1. q. 2. mõstrauimus, in omni lege fuit semper aliqua reuelatio fidei supranaturalis necessaria, quę cultum Dei necessarium monstrabat. Quin verò & in statu naturæ integræ istæ duæ potestates floruissent, tametsi illic nulla fuissent sacramenta necessaria. At non est præsentis loci fusiùs hoc diducere. ¶ Sed arguat quis forsan in contrarium. Finis ciuilis reipublicę est, vt eodem loco autor est Aristo. bonos facere ciues, ac bene institutos: bonus aũt non est, nisi qui Dei fuerit amicus, quęquidem amicitia sufficit ad vitam æternam: vnde colligitur iura ciuilia sufficere ad consecutionẽ vitæ æternæ. Et confirmãt ex illo Matth. 22. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata, vbi sermo fiebat de mandatis naturę, Non occides, Non furtum facies, &c. quod si verũ habet, non plures, sed vnus est finis ciuilis & ecclesiasticæ potestatis, atque adeò vna potestas. Atqui hinc hæretici huius tempestatis colligunt penes Reges & ciuilem rempublicam spiritualem potestatem vnà cum ciuili sitam esse. Quæ quidem hęresis, vt est inter omnes nuperrima nunq̃ vsq; ad nostra secula audita, ita est pestilentissima. ¶ Rñdetur, ergo ꝙ etsi mandata iuris naturalis & ciuilis ad consecutionẽ æternæ fœlicitatis referantur, non tamen sunt ad illum assequendum sufficientia: nam vbi ait Aristoteles, principis propositũ esse facere ciues bonos, de bonitate duntaxat morali loquebatur: officia verò moralia non sufficiunt ad amicitiam Dei sine charitate infusa, sine qua scilicet nullus dicitur aut est bonus, neque vllum opus bonũ. Quare supra legem naturalem & ciuilem requiritur cùm primis auxilium speciale Dei, & sacramentorum leges, quæ sunt supranaturales: nam nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest intrare in regnum Dei: & nisi manducaueritis, inquit, carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hæc ergo potestas excelsior est ciuili, quam Christus dominus suo cùm primis vicario ac per ipsum ecclesię concredidit. ¶ Quòd si rursus scisciteris, nunquid Deus per vnicam potestatẽ, perq; vnicum caput poterat ambas comprehendere, vt scilicet rex (quemadmodũ apud Anglos nuper opinatum est) vniuersa tam ad diuinum cultum, q̃ ad ciuilem rempublicam spectantia administraret, vel Papa solus vtrũq; faceret? Respondetur de potestate absoluta Dei nihil nos disputare, tamen quia, vt Sapient. 7. legitur, disponit omnia suauiter: & sapientiæ, vt Metaphysic. ait Aristo. est omnia secundùm suos fines dispositè & appositè ordinare, & gubernare, non fuit condecẽs tã diuersa officia vni soli potestati cõmittere: sunt enim ecclesiastica & ciuilis administrationes perq̃ variæ: quippe quarum vna per magistratus seculares, qui vxores habẽt & liberos, administratur: altera verò non est, nisi viris ab onere vxorioliberis, cõsentanea: nam vt ait. 1. Corint. 7. Apostolus, qui vxorẽ habet, quærit quomodo placeat vxori, & qui absque vxore sunt, quomodo placeant Deo. Si ergo eadem potestas penes eundem esset supremum gubernatorem, nõ possent non omnia esse confusa, atq; adeò multis periculis subiecta. Quare fuit vtiq; necessarium vt rebus tam diuersis diuersa capita decerneretur, & esset ecclesia sicut regina à dextris princi-

Rõ secũda. *Rõ tertia.* *Rõ quarta.* *Rõ quinta.* *Obiectio.* *Matth. 22.* *Dilutio.* *Obiectio.* *Dilutio.* *Sapient. 7.* *1. Corint. 7.*

principis sedens circumamicta varietate, & corpus Christi mysticum, vt. 1. Corinth. 10. ait Paulus, ex varijs membris compactum. ¶ Secunda cõclusio. Potestas spiritualis præstantior est ciuili. Conclusionem hanc nomina per se ipsa declarant, vt capit. Solitæ. de maior. & obedien. autor est Innocentius. Reprehendit enim illic Pontifex Constantinopolitanum Imperatorem, qui propter illud testimonium. 1. Petri. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam, &c. opinabatur regiam potestatem cæteris præcellere. Reprehendit, inquam, obijciens, illic Apostolum solùm significare præcellentiam Regum in temporalibus respectu ducum & aliorum, qui ab illis illa recipiunt. Sed nihilominus Pontifex in spiritualibus antecellit, quæ tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori. Itaq; sicut anima corporis est viuificatrix, & spũs corporis dux: ita & spiritualis potestas debet temporalibꝰ præeminere. Cui & aliã similitudinẽ aptissimam subiecit, quòd Deus põtificalem & regalem autoritates instituit veluti duo luminaria magna: nempe, solem & lunam: sicut enim sol præest diei, ita & Pontifex spiritualibus: & sicut luna præest nocti, ita & rex tẽporalibus, quę noctis imaginem præferunt. Adde ꝙ sicut luna à sole, ita & ab spirituali potestate ciuilis recipit lumen: nam sic rex temporalia regere debet, & gubernare, vt spirituali religõni subseruiant. ¶ Secundò id probatur ex fine vtriusque potestatis: nam vt. 1. Ethic. autor est Philosophus, qualis est ordo inter fines, talis est inter facultates & artes, quæ illos habent propositos fines. Ob id enim equestris ars præstantior est frenifactiua, & nautica superior arte extruendarum nauium, quòd fines illarũ sunt finibus istarum superiores: & ideo equestris præcipit frænifactiuæ qualiter debeat frenum fabrefacere, & nautica nauium factiuæ qualiter debeat nauim conficere: cùm ergo finis spiritualis potestatis sit, vt diximus, sempiterna beatitudo, & finis potestatis secularis sit tranquillus status reipublicæ, qui ad illam supernam beatitudinem refertur, fit vt ecclesiastica potestas sublimior sit. ¶ Exemplo id præterea confirmatur Pauli ad Hebræ. 7. vbi probat, quod sacerdos Melchisedech superior, fuit quàm secularis Abraham, propterea quòd vt legitur Genes. 14. Melchisedech Abrahamum benedixit, & sine dubio maior, inquit, est qui benedixit, q̃ qui benedicitur. ¶ Tertia conclusio. Excellentia potestatis ecclesiasticæ respectu ciuilis nõ est huius rationis, vt papa sit dominus totius orbis in temporalibus. Non loquimur de peculiari regno, si Pontifex Maximus earum vrbiũ & prouinciarum, quarum habet in temporalibus supremum dominium, verè sit rex temporalis, cum in illis nullum in terris superiorem agnoscat. Hoc enim adeò non inficiamur, vt fateamur, ad eius munimẽ & splẽdorem pertinere. Sed de vniuersali regno orbis, aut totius, aut Christiani. Conclusio hęc ex prima consequit: nam si Papa esset supremus dominus omnium, non essent duæ potestates, sed vna: tunc enim sicat antistites omnes subduntur Pontifici summo, & duces regi, eadem ratione & forma reges subderentur Pontifici maximo, ab illoque prorsus eodem modo pendẽrent: quare sicut tota potestas ecclesiastica est vna, & tota ciuilis vna, pari modo tunc ambæ simul essent vna. ¶ Quò autem conclusio hæc & subsequẽtes per primum earum fundamentum elucescant, adnotandum est, non aliam Christum suo vicario reliquisse potestatem, quam ipse in quantum homo, orbisque redemptor accepit: nullum tamen regnum temporale assumpsit, sed illud rerum temporalium præcisum dominiũ, quod ad finem redemptionis erat necessarium. Dixerim, in quantum homo: nam quatenus Deus erat, vniuersis mortalibus nedũ Christianis, confessissimũ est & receptissimum, iure creationis absolutum esse orbis dominum & regem. Domini enim, vt est in psalmo, est terra & plenitudo eius, & vt legitur Sapientiæ. 8. per ipsum reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Quare Ioan. Faber, qui super legem Cunctos populos. C. de summa trinitate. adstruere contendit Christum fuisse Regem, quia erat Deus, nihil ad rem attulit. Disputamus enim de ipso, qua ratione homo erat. Atqui in quantum homo poterat quidem, si voluisset, vniuersale dominium orbis etiã seculare accipere. Sed tamen, quod nos asserimus, est, non accepisse eiusmodi dominiũ & regnum, sed solùm spirituale, & de temporalibus quantum ad illud erat necessarium. Est enim spirituale regnũ illud, quod supra diximus habere pro fine proximo vitã æternam: & temporale illud, quod circa pacificũ Reipublicæ statum versatur. Probatur ergo primò

Secunda cõclusio. *Innocen.* *1. Petri. 2.* *Similitudo optima.* *Rõ secũda.* *Tertia conclusio.* *Ratio cõclusionis.* *Fundamentum conclusionum.* *Sapient. 8.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Rō prima conclusiois. primò conclusio. In toto euangelio nulla fit mentio regni Christi temporalis: igitur vanum est, ne dicam temerarium, illud asserere quoniam rem tanti momēti, si vera esset, nunq; euangelistæ siluissent: solùm autē meminerunt de spirituali, quod appellatur regnum cœlorum. Quare prothema prædicationis præcursoris Ioannis ac subinde Christi fuit Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cœlorū, & Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cœlorum. Atq; id genus plura. ¶ Se

Matth. 4.

Rō secūda. cundò id plana ratione confirmatur: Christus, qui cùm Deus esset, vt ait Dauid, bonorum nostrorum non egebat, humanitatem nostram sola ea ratione & fine induit, vt nostram redemptionem perficeret: hac enim ratione, & fidē nobis prædicauit, & leges instituit, & Apostolos, ac Pontifices creauit, qui nostri essent pastores, vt ad illā nos beatitudinem perducerēt: hæc enim est regni cœlorum facultas: ergo cùm Christus nihil superfluum assumpserit, & potestas temporalis regni, quàm latè & absolutè patet in regibus secularibus, ad illum finem non fuerit illi necessaria, consequens fit, vt neutiquam illam assumpserit. ¶ Sed aiunt patroni contra

obiectio.

riæ sententiæ, potestatem regiam totius orbis Christum propter suam eximiam excel-

Dilutio.

lentiam & dignitatē vsurpasse. Veruntamē in contrarium stat ratio, quod hoc minimè ad eandem eius excellentiā pertinebat. Quę etenim rogo honoris accessio fieret Christo, cùm per se ipse Deus esset, & inquantum homo rex etiam regni cœlorum, si temporalia dominia & regna: hoc est, eorum potestatē assumpsisset? Profectò nulla. Quin verò longè altiùs eius maiestas inde commendatur, quòd præterid, quod ad suum ipsius munus erat necessarium, totum mundum despectui habuit: nam in paupertate vixit, & humiles abiectosq; in apostolos elegit, & contra mūdi gloriam & pompam semper prædicauit: paupertatemq;, humilitatem & mundi abrenunciationem, tum docuit, tum & laudibus extulit. Quæ quidem vita post lapsum Adæ optima est, & paucioribus periculis peruia. Vnde Pau. ad Philippen. 3. Hæc omnia tanquam stercora arbitratur. ¶ Tertiò arguitur.

Rō tertia.

Nunq; Christus munere hoc regię potestatis functus est, imò semper se ab hmōi vsu subtraxit, quod contrarię opinionis fautores fatentur, qm̄ diffiteri nequeunt: nam vt ipse de

Ioan. 3.

se ait Ioan. 3. Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et quando adultera illa ei delata fuit, cuius causam iudicaret, nullam sententiam, vt iudex tulit, qua illam vel condemnaret vel absolueret, sed tantùm ius naturale ac diuinum explicuit, Qui sine peccato est vestrùm, primū in eam lapidem mittat, Et quando numisma census illi oblatum fuit, noluit se iudicē exhibere, deberetur ne Cæsari tributum nec ne, sed illud eorum iudicio reliquit: ius duntaxat naturale & diuinū commendans, vt si quid Cæsari deberetur, ei solueretur, sicut & Deo quod suum est. Et quando alij eum conuenerunt, vt inter ipsos iudex sedēret, munus illud detrectauit dicēs, Quis me constituit iudicem inter vos? igitur si nunq; regis munere functus fuit, fit vt neq; talem potestatem assumpserit: nam superuacanea est & vana potestas, quæ nunq; reducetur in actum. Oculus enim vel auditus nullā dignitatem homini adiungeret, nisi propter vsum. Quare si Christus nunq; illa potestate erat vsurus, nulla ei inde accrescebat dignitas. Addde quòd cùm potentia per actus innotescat, si euangelium nos docet nullū habuisse vel vsum vel splendorem regiæ potestatis, absq; fundamento asseritur illā assumpsisse. Nam si propter suam dignitatem illā accepisset, debuisset illam per vsum hominibus propallare. Id quod ab eius proposito tantùm abfuit, vt quando eum turbæ in regem eligere adornabāt, se se eorum conatui subduxerit. Futile ergo cōmentum est lepida illa quorūdam cogitatio dicēt: tiū in Christo fuisse potentiam regiam, non aūt vsum. ¶ Quarto etiamnum euidentiùs arguitur. Christus, vt euāgelico testimonio docemur, non fuit nisi rex Iudæorū: rex autem Iudæorum non erat futurus rex temporalium bonorū, sed spiritualis sempiternæq; hæreditatis: ergo non fuit rex in tēporalibus, vt sunt seculares reges. Hoc planè confirmatur ex illo Ioan. 18. vbi cùm de hoc ipsum coram Pilato accussassent, quòd regem se fecisset, interrogatus à præside an rex esset, scisciitatus est vicissim eum vtrùm à se ipso id diceret, an vero alij id dixissent de illo: acsi quæreret, de quonā regno id intelligeret: de illo ne secularī quo Romani & cęteri gentiū regnāt, an de alio altiori? Et cùm Pilatus rūdisset, non à se, sed relatione gentis Iudaicæ id dixisse: concedens Christus illum ipsum se esse regem quē illi, expectabant adiecit, regnum suum non esse de hoc mundo: hoc est, illius generis, cuius sunt

Matth. 18.

Quartū argumētum.

Luca. 12.

Ioan. 18.

ius sunt regna tēporalia & caduca. Quapropter præses mysterium illud non intelligēs, eum ab obiecto crimine absoluit. Et postmodum quasi spiritu prophetico epitaphiū illud cruci affixit, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. ¶ Quòd si prisca prophetarū vaticinia consulamus, id palàm manifestant. Ait enim ipse per prophetā psalmo. 2. Ego autē constitutus sum rex ab eo (hoc est, à Deo) super Sion montē sanctum eius (nempe, super ecclesiam) prædicās præceptū eius. Ecce regnū eius in sola fidei prædicatione constitisse regni cœlestis. Cui & ipse Matth. 28. consonat, vbi ait, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos &c. vbi potestatem non aliam sibi datam affirmat, quàm quæ ad regnum cœleste pertinebat. Et Hieremiæ. 23. Ecce dies venient, dicit dñs, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiēs erit. In diebus illis saluabitur Iuda: hoc est, solùm erit rex ad saluandū Iuda. Et Esaiæ. 9. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud amodò in sempiternum. Sic enim ait Dauid de sua prole psalmo. 144. Regnum tuum, regnū omnium seculorum: quia non finitur vt seculare per elapsum mortalis vitæ, sed absq; interpollatiōe durat in æternū. Atqui hoc ipsum exposuit angelus ad Mariam dicens, Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. ¶ Quod aūt alij fingunt fuisse regē iure paterno: quia Ioseph descēdit à Dauide p Salomonē, & beata virgo per Nathā, nihil ad rem. Primò, quia illud non erat regnum nisi peculiare illius prouinciæ: loquimur autem de regno vniuersali totius orbis. Deinde q̄ regnū illud temporale Dauidis in Sedechia prorsus extinctum fuit iuxta prophetiam Hieremię. 22. vt 4. Reg. 24. scriptum est. Vnde Ambrosius lib. 3. super Lucam ait, q̄ licēt Christus rex à Ieconia descēderit, cui cōminatum est per prophetā, neminē suæ sobolis futurum regem, nulla tū (inquit) est cōtradictio: quia nō regnauit seculari honore, neq; sedit in sede Ieconiæ, sed in sede Dauid. Imò licēt Ieconias sederit in sede Dauid, non tū in eadē, qua Christus: quippe qui regnum habuit æternum, quale neq; Dauid ipse habuit. ¶ Postremò deniq; eadem veritas omnium sanctorū patrū testimonio confirmatur, quibus res fuit semper indubitata, non aliud Christum assumpsisse regnum, quàm spirituale cœlorū. Vnde Aug. libr. 83. quæst. 61. & vbilibet de hac re, disserit, nō ait nisi q̄ Iesus Chrs fuerit rex noster, eo q̄ nobis pugnādi & vincēdi monstrauit exemplū, cuius ducatu ab Aegypto liberamur, & in cœlestē Hierusalē, tanq̄ in terrā promissiōis, introducimur. ¶ Quòd si quispiā nobis D. Tho. obiecerit opusculo. 20. lib. 3. cap. 3. vbi contrariam nonnullis apparet docuisse opinionem, rūdetur q̄ nemini eum attente inspicienti talis fuisse opinionis apparebit. Id em tantùm illic cōstituit, q̄ Christus fuerit monarcha totius vniuersi. Id quod ex illo psalmo. 8. dedu xit. Omnia subiecisti sub pedibus eius: & ex illo Malachię, Ab ortu solis vsq; ad occasum magnū est nomen eius. Hæc aūt testimonia solùm de regno suo cœlesti intelligunt, cuius respectu oīa sunt illi subiecta. Quod ipse S. Tho. fatetur subdens, dñium illud, & regnū Christi ad salutē animæ ordinari, & ad spūalia bona, licēt à tēporalibus, inquit, nō excludatur eo modo, quo ad spūalia ordinantur. Non ergo affirmat fuisse regem in tēporalibus nisi præcisē in ordine ad spūalia. Et ita sunt intelligenda postrema eius verba in. 2. sententiarū. ¶ Burgensis verò additione 3. super primū cap. Matth. contrariā cōminiscit opinionē: nempe, fuisse regē in temporalib⁹. Tamet si fateatur ex prophetarum vaticinijs minimè colligi: quippe qui non nisi regnum æternum illi adscribūt. Sed ait, q̄ quia Iudæi expectabant eum fore regē etiam temporalem, ordinauit Deus vt eandē quoq; Chrs haberet dignitatē. Est aūt coniectura hæc adeò tenuis, vt potiùs nostram confirmet suam. Existimatio em̄ illa Iudæorum falsa erat & erronea: nam præter testimonia citata habebant illud clarū Zachariæ, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, quo docebātur absq; regia pompa venturū. Non ergo decuit, vt propter illum errorē Christus regnum assumeret temporale.

Testimonia prophetarū Psalm. 2.

Christus an fuerit rex iure paterno.

Hierem. 23.

Esaiæ. 9.

Psal. 144.

Hierem. 22.

Sanctorūte stimonia.

August.

obiectio.

Dilutio.

Psalm. 8.

S. Tho.

Burgensis.

Burgēsis cōiectura leuis.

Zachariæ.

¶ Boni consulat lector si hoc veritatis fundamentum tam multis cōfirmauerim. Ex quo iam ad confirmationē tertiæ cōclusionis pōsitæ reuertamur. Enimuerò quāuis Christus regnum temporale simpliciter assumpsisset, non tamen inde fieret protinus consequens, vt parem potestatem suo vicario commisisset: nam dicere possemus illud ad potestatem eius excellentiæ attinuisse, vt sacramenta instituere, & absque illis gratiam conferre, quod munus papæ nō commisit. At cùm neq; ipse huiusmodi regiam potestatem as-

Cōfirmatio tertiæ cōclusionis.

Universidad de Deusto Biblioteca

sumpserit, planissimum est, neque illam suo contulisse vicario. ¶Sed præterea eadem ex illo veritas elucescit, quod Christus ait Matthæi.20.& Lucæ.22. Scitis, quia principes gentium dominantur eorũ, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos: non ita erit inter vos. Sed qui maior est inter vos (nempe Petrus, qui futurus erat ecclesiæ caput) fit sicut minister vester. Filius enim hominis non venit ministrari, sed ministrare, & aiam suam dare in redemptionem pro multis. Quem locum Bernardus libr. 2. de consideratione ad Eugenium inducẽs ait. Nam quid tibi aliud dimisit Apostolus? Quod autem, inquit, habeo, hoc tibi do. Quid illud? vnum scio, non est aurum nec argentum. Esto vt alia quacunque ratione hoc tibi vendices, sed non Apostolico iure: nec enim ille tibi dare quod non habuit, potuit: quod habuit dedit, solicitudinem (vt dixit) super ecclesiam. Nunquid dominationem mundi? Ipsum audi. Nec dominantes, inquit, in clero, sed forma facti gregis. Et ne fortè putes sola humilitate dictum, non etiam in veritate, vox domini in euangelio est, Principes gentium dominantur, &c. Planè apostolis interdicitur dominatus. Quomodo tu & tibi vsurpare audes aut dominans apostolatum, aut apostolus dominatum? planè ab alterutro prohiberis. Si vtrumq; simul habere voles, perdes vtrumque, alioqui non te exceptum illorum numero putes. Ipsi regnauerunt, & nõ ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Forma apostolica hæc est. Dominatio interdicitur, indicitur ministratio. Et infra, Exi in agrum, ager mundus est: exi, non tanquã dominus, sed tanquã villicus. Hæc ille. Non potuit Christus, Bernardo interprete, luculentiùs hoc temporale dominiũ ab Apostolis abalienare. Quare figmentum est dicere Papam habere potentiam huius dominij absq; vsu. Multò enim efficaciùs de illo, quàm de Christo arguitur, frustraneã esse potentiam, quæ non potest reduci ad actũ. ¶Item. Si talem potentiam haberet, posset etiam Papa citra iniuriam principum iurisdictionem vsurpare, atq; reges, etiã extra causas fidei amouere, & instituere: quod certè sanctissimi pontifices, quicquid assentatores eius affirmauerint, nunquã attentare audebunt. Agnoscit enim Innoc. citato can. Duo sunt, duas esse potestates distinctas imperatoris & papæ. Neq; aliam tribuit Papæ super reges quàm pastoris, vt illos posit excommunica

Alia cõfirmatio. *Lucæ.22.* *Bernar. lib. 2. de cõsideratione ad Eugenium.* *Osea.8.* *Argumentum.* *Aliud argumẽtum.* *Innocen.*

re, & causa fidei amouere. Et can. Si imperator, ait, imperatorem priuilegia habere suæ potestatis, quæ administrãdis legibus publicis diuinitus cõsecutus est. Et cap. Per venerabilẽ, qui filij sint legitimi, ingenuè fatetur, se non habere potestatẽ in temporalibus super regem Franciæ. Et quicquid alij somnient, id de omnibus regibus intelligit. Et can. Cùm ad verum, Nicolaus expressè ait, ꝙ nec imperator iura pontificatus vnq; arripuit, nec põtifex nomen imperatorium vsurpauit: quoniam mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus actibus proprijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit. ¶Hæc præterea patẽtiùs confirmant. Administratiões reipublicæ ecclesiasticæ & ciuilis adeò sunt diuersę, vt ecclesiastica per negotia secularia maximè impediat: quapropter omnia canonica iura clericalẽ ordinẽ, ne se negotijs secularibus implicet, instãter admonent. Quã ob rem iustissimũ fuit, vt à re vxoria essent alienissimi: nã, vt ait Pau. qui vxores habent, quęrunt quõ placeant vxori. Quaviq; de causa eod. can. Nicolaus ait, ꝙ sicut imperator nõ debet se diuinis negotijs immiscere, ita nec papa, Deo militans, secularibus negotijs implicari, ne non diuinis rebus, sed seculaibus præsidere videatur. ¶Sed vt patentiora etiã nũ hęc fiant, rursus arguitur. Potestas tã ciuilis q̃ ecclesiastica diuinitus est instituta: nõ est em̃ potestas, vt ad Rom.3. ait Apostolus, nisi à Deo: quæ aũt sunt, à Deo ordinata sunt: & ideo qui potestati resistit, siue ciuili, siue ecclesiasticæ, ordinationi Dei resistit. Diuersimodè tamen Deus sapienter eas disposuit: ciuilem enim potestatem per ius naturæ, cuius ipse autor est, vnicuiq; Reipublicæ concessit, vt libro.4. de iusti. & iure quæst.4. arti.1. copiosè monstrauimus: cuicunq; enim reipublicæ sua ipsius gubernatio competit, veluti rebus vniuersis sua ipsarum conseruatio: videlicet, vt se vel optimatum potentia, vel populari regat, aut regali: quare suapte sponte in principem omne suum imperium & potestatem transtulit, vt l. Quod principi, de constitutio. principum. ff. legitur. Ecclesiasticam verò potestatem Christus per se suo vicario contulit: Regia ergo potestas à Deo per rempublicam deriuatur: in quo sensu illud Sapient.8. intelligitur, Per me reges regnant, & legũ conditores iusta decernunt: sed potestas ecclesiastica & euãgelica à Christo est Petro collata: non ergo aut Petro aut eius successoribus secularia regnorum domi

Nicolaus. *Cõfirmatio* *Aliud argumẽtum.* *Sapient. 8.*

nia sim-

nia simpliciter commissa sunt. ¶Ad hæc deinde manifestè arguitur. Lex fidei legem naturæ non destruit, sed perficit: lege autem naturæ, & gentium, quæ ab æterna Dei lege deriuantur, ante aduentum Christi dominabãtur reges: vnde Daniel.2. legitur, Deum cœli imperium & regnum Nabuchodonosor tradidisse: & Pilato respondit Christus, Nullam in me haberes potestatem, nisi tibi data esset desuper: regna ergo Christus non mutauit: vnde eodem loco ad Roma. Apostolus vniuersim de potentatibus etiam infidelium loquens, Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit: quibus & tributa præstare admonet: &.1. Petr.2. iubet Christianis vniuersis Petrus, vt subiecti sint omni humanæ creaturæ propter Dominum, siue regi, inquit, tanquàm præcellenti. Et infra. Serui subditi estote in omni timore dominis nõ solùm bonis & modestis, sed etiam discolis: vnde colligitur, quòd etiam infidelibus regibus, quandiu absq; periculo fidei & iniuria saluatoris regnant, parêre debeant Christiani: multò ergo liberiùs Christianorum reges per se suis funguntur potentatibus indepenденter à Papa, quandiu nullam fidei iniuriã irrogant. ¶Est ergo merum cõmentum sic Papam dominum constituere ordinariũ regnorum temporaliũ, & regum, vti est supremus iudex rerum prælatorũq; ecclesiæ, aut sicut sæcularis rex suorũ est ducum, & comitum & aliorum magnatũ iudex. Quare neque omnes iurisprudentes illa intinẽti sunt opinione. Nam Ioan. Andr. Hugo, atq; alij nobiscum sentiunt. Neq; Sylueſter cõtrariæ debuisset adhærere sententiæ, cùm D. Thomas (cuius ille discipulum agit) quanuis fuerit sedis apostolicæ studiosissim⁹ protector, nullibi tale commentum reliquerit. ¶Ea propter minori etiã probabilitatis argumẽto adstruunt præfati patroni illius opinionis, donationem factam Sylueſtro à Constantino (si qua fuit) vel à Philippo Cæsare, nõ fuisse donationem, sed restitutionem. Quinuerò viceversa Sylueſtrum bono pacis oriẽtale imperium Constãtino donasse. Item quod Papa, si non vtitur administratione bonorum temporalium in toto orbe Christiano, non est defectu potestatis, qua re vera pollet, sed propter confirmandam cum filijs suis tranquillitatem & pacem. Nil ergo mirum si alij cordatiores, ceu nugamenta hæc respuant. Si enim simpliciter & absolutè ius haberet omnium temporaliũ, citra iniuriam posset

Aliud argumẽtũ. *Daniel.2.* *Nota.* *Opinionalia.*

habere vsum, quod nemo illorũ fateri audet. ¶Quarta conclusio. Non solùm Papa non est dominus temporalium regnorum, imò nec sic superior, vt reges posit instituere: dicere enim quispiam fortè posset, ꝙ quanuis non sit dominus simpliciter temporaliũ regnorum, põt tamẽ via ordinaria reges vbiq; instituere, sicut instituit episcopos, licèt non sit Episcopatuum simpliciter dũs, vel sicut rex instituit duces & magnates, quanuis nõ sit illorum patrimoniorum simpliciter dominus: contrarium aũt asserit hæc nostra cõclusio. Quare neq; põt inter reges via ordinaria citra causas fidei, iudicare sicut inter ecclesiæ præsules, vel sicut inter duces. Nisi fortè eorum dissidia in detrimentũ fidei, aut in religionis perniciem vergerẽt: tunc em̃ optimè posset, non tantum per viam correctiõis fraternæ, vt cap. Nouit, de iudic. ait Innocentius, verum & coactiuo iudicio. Hæc ex superiori colligitur: quoniam vtraq; potestatum per se est sufficiens, & diuersimodè diuinitꝯ instituta, ita vt regum quisq; in regno suo sit in tẽporalibus supremus iudex, à sua republica creatus. Quocirca eodem capi. idẽ Pontifex protestatur se non intromittere ad vsurpandum iudicium regium. Et Alexãder 3. cap. Causam in 2. qui filij sint legitimi, fatetur non ad ecclesiam de possessionibus iudicium pertinere, sed ad regem. ¶Ex ijs deniq; fit consequens, ꝙ quanuis rex in tyrãnidem proruperet, citra iniuriam fidei, non Pontifici, sed reipublicę incumberet illum regno depellere. ¶In summa, vt cuncta complectamur, in Papa nulla est potestas merè temporalis, vt in regibus, præterquam in terris sibi secularitèr subditis. Id quod Caietanus fidus eius sedis defensor, in apologia de potestate Papæ cap.6. adstruxit. Et ratio est, quia huiusmodi potestas merè temporalis nõ est ad regimen ecclesiæ necessaria.

¶Ad horum tamen tum maiorem claritatẽ, tum & firmitatem adhibetur quinta eadẽq; catholica conclusio contra eorum hæresim, qui omnem abdicãt Pontifici temporalem potestatem. Potestas quæcunq; ciuilis ea tenus est ecclesiasticę subiecta in ordine ad spiritualia, vt Papa posit per suam spiritualem potestatem, quoties ratio fidei & religionis exegerit, non solùm ecclesiasticarum censurarum fulminib⁹ aduersus reges agere eosq; cogere: verùm & cunctos Christianos principes temporalibus bonis priuare, & vsque ad eorum depositionẽ procedere. Dixerim, per

Quarta cõclusio. *Cõclusio ex superiori colligitur.* *Regem tyrannum reipublica expellit.* *Caieta.* *Ratio.* *Quinta conclusio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

suam potestatem spiritualem: quià potestas Pontificis, quatenus Pōtifex est, non est merè temporalis, sed temporali vtitur, vt spiritualis ministra. Atqui conclusio hæc non est eadem, quæ fuit secunda: illa quippe id duntaxat asserebat, quòd ecclesiastica fit superior. Vnde forsan quispiam id duntaxat colligeret, quòd tenetur princeps secularis suas leges & acta fini spirituali admetiri, & obedire pontifici in censuris spiritualibus. Hæc autem asserit præterea, quòd pōt Papa vti bonis temporalibus ad suum ipsius finē, & spirituale propositū & per temporales pœnas principes coercere. Ad cuius elucidationem notandum, quòd potestas ecclesiastica non solùm est præstantior ciuili, eo quòd eius finis, qui est æterna beatitudo, est perfectior & sublimior fœlicitate ciuili: sed ea insuper ratione quòd fœlicitas ciuilis non est satis in se perfecta, atque adeò per se est ordinata & relata ad cœlestem beatitudinem. Volo dicere, non esse ceu duas respublicas omnino distinctas & diuersas, quarum nulla pendet ex altera, quales sunt Gallorum & Hispanorum, vel quales erant Romana & Atheniensis: nam ex his quanuis vna esset præstātior & perfectior altera, tñ neutra tenebatur alteri inseruire. Non sic inquā, conferendæ sunt potestates spiritualis & ciuilis: sed ciuilis quæcunque sit, refertur ad spiritualem, quæ vnica est omnium Christianorum, eo quòd humana fœlicitas per se est ad diuinam ordinata. Neq; sunt vt duæ artes prorsum diuersæ: scilicet, vt ferraria & lignaria, sed sicuti ars armorum fabrifactiua ordinatur ad militarem, & nauium structoria ad artem nauigandi: quarum inferior tenetur arma & naues taliter fabricare, vt non deuient à fine artis superioris, atque adeò vt ait. 1. Ethico. Philosophus, superior artifex præcipit inferioribus qualiter debeant operari: quia ipse est iudex inferiorum artium. Pari enim modo ciuilis respublica ad spiritualem refertur: ambæ enim simul in vnum corpus mysticum compinguntur, quod ex ambabus constat, vt ad Roma. 12. & 1. Corin. 12. luculenter declarat Paulus: in vno autem corpore omnia membra debent ad vnum caput referri, non autem spiritualia ad temporalia ordinātur, quæ minùs perfecta sunt: ergo è diuerso temporalia debent spiritualiùm iudicio subesse. Vnde idem Apostolus. 1. Corinthios secundo. Comparando temporalem facultatem ad spiritualem ait, quòd animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, sed spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Neque verò obstat quod supra diximus: scilicet, regem in temporalibus supremam habere potestatem, quia cū hoc stat sic subordinatam esse spirituali, vt ab illa deuiare non debeat. ¶ Hoc ergo subiecto fundamento arguitur sic. Ad debitum regimen, & administrationem Reipublicæ spiritualis necessarium est, vt secularis omnis potestas illi obtemperet: ergo & necessaria subinde est in præsidente spirituali facultas vtendi temporalibus, quatenus ad eius finem sunt necessaria, atq; adeò cogendi principes dum oportuerit, etiam vsque ad eorum depositionem, tanquam membrorum, quæ iam tunc sunt putrida & pestifera. Christus autem non defuit in ijs, quæ suæ ecclesiæ erant operæ pretium: ergo eiusmodi temporalem potestatem ad spiritualem relatam tum ipse in se assumpsit, tum subinde vicario suo concredidit. ¶ Secundò ad eandem veritatem arguitur. Pontifex maximus, pastor summus atq; vniuersalis à Christo constitutus est totius Christiani gregis: pastoris autem officium est errantes oues cuiuscunque sint ordinis & dignitatis in viam reuocare, & quacunque ratione compellere: ergo per illam pastoralem potestatem potest, dum opus illi fuerit, temporalibus vti. Atq; hac se ratione aduersus Imperatorem Constantinopolitanum coarmauit Innocentius in capit. Solitæ, de maior. & obedi. ad illum coercendum. Nobis enim, inquit, in beato Petro sunt oues Christi commissæ nullo discrimine inter has & illas interiecto: & quod ad Petrum Christus dixit, in ipso ad eius successores dixit, Quodcunque ligaueris super terram, &c. nihil excipiens. Atqui in eodem sensu intelligendus est Nicolaus Pontifex can. Omnes. 22. distinctione, vbi ait, quòd Christus beato Petro æternæ vitæ claui gero terreni simul & cœlestis imperij iura commisit. Per iura enim terreni imperij intellexit potestatem terrenam bonorum & principum temporalium, non absolutè, vt falsò putant supra citati autores, sed in ordine ad spiritualia. Et sic intelligēda est Glossa, vt veritati sit consentanea, quæ inde illic colligit, Papam habere vtrumque gladium: quia deponere potest reges, vt. 15. quæstione. 6. can. Alius & 96. distinctione, can. Duo sunt. Et eodem moderamine audiendus est textus Bonifacij in Extrauag. Vnam sanctam,

Potestas pōtificis nō est merè temporalis.

Potestas ecclesiastica pōtantior ciuili.

Ciuilis respublica spirituali subseruit.

Paul. Ro. 12.

Paul. 1. Corinth. 12.

Argumentum.

Secundū argumentū.

Innoc. capit. Solitæ.

Nicolaus pōtifex.

Glossa in Oēs. 22. dist.

ctam, de maiorit. & obedien. vbi ait, in potestate Romani Pontificis duos esse gladios, spiritualem: scilicet, & temporalem. Tametsi dum hunc sensum illo verbo apostolorum adscribit. Lucæ. 22. Ecce duo gladij hic, non intelligit talem sensum facere articulum fidei: nam fortasse illic Christus dum dixit, Qui non habet gladium, emat illum, non aliud significare voluit, quàm calamitatem, quæ illis imminebat. Quare Petrus, qui de gladio materiali illud intelligens, auriculam Malchi amputauit, culpatus fuit. Nihilominus probè etiam ad propositum adaptatur. Quare nunquam nisi causa fidei regna per pontificem mutata sunt: hac enim de causa Stephanus Papa transtulit imperium à Græcis ad Germanos, vt patet, capit. Venerabilem, de electione. & capit. Licet, de foro competenti. Et Innocentius. 4. Regi Portugalliæ regni administrationem interdixit, vt in capit. Grandi, de supplenda negligentia prælatorum, libro sexto. ¶ Oportet autem discrimen inter hanc & duas præcedentes conclusiones exemplis aperire. Quanuis enim rex alijs iniuriarum generibus, citra periculum fidei, regni gubernacula administret, nihil ad Papam, nisi per viam correctionis fraternæ. Si verò, vt verbi gratia dicamus, aut leges in detrimentum fidei rex Christianus conderet: scilicet, sacramentis vel quomodolibet religioni Christianæ aduersas. Aut si Papa conciliū indiceret, quod rex contr. ius & fas impediret, aut si hæreticis, infidelibusve fidem nostram oppugnantibus, aut schismaticis suppetias iret, aut aliam quanuis perniciem vel sedi apostolicæ vel ecclesiæ obmoliretur, tunc Papa posset nō solùm spirituali, verùm etiam temporali gladio aduersus eum agere. ¶ Sed arguis primò contra, Nonne satis esset, gladio spirituali: nempe, anathematis aliarumque censurarum fulmina in illos iaculare: videtur enim non alia habere arma: nam vt Paulus. 1. Corinth. 10. ait, Arma militiæ nostræ non carnalia, sed spiritualia sunt. Respondetur quòd non satisfuisset ecclesiæ cōsultum, nisi rebus eius per potentatus seculares afflictis, dum arma spiritualia non sufficiunt, temporali quoq; gladio posset illos vrgēre: quia tunc non haberet vim prorsus coerciuam, qualis est illi necessaria. ¶ Sed rursus quis forsan scisciterur, vtrùm in eiusmodi euentibus posset Papa illicò, prætermisso spirituali gladio temporalem eximere: videtur enim posse, quia vtrumque habet ex æquo. Respondetur id nec decēre, nec licēre, nisi præsentaneum esset in mora periculum: quoniam via ordinaria Pontificis est pastorale baculum: gladius verò secularis est extra ordinarius. Debet autem via ordinaria antecedere, neque gladio vti temporali nisi ingruente exigenteque necessitate: videlicet, dum vires spirituales expertus, cognoscit illas non esse ad rem satis. Imò verò nisi esset in terris proprijs, quarum est temporalis dominus, ad illas defendendum, in reliquis non condecet Papam per se bella gerere, sed quādo vnus princeps est ecclesiæ, aut fidei rebellis & iniurius, alteri debet principi armorum negotium exhibere. Eatenus enim verum est quod ait Paulus, arma militiæ Christianæ non esse carnalia. Quanuis legitimus sensus sit de bellis, quæ quisque aduersus dæmones, & propriam carnem sustinet.

¶ Quia verò diximus, leges, quæ fidei essent noxiæ, posse Papam abrogare, intelligēdum est quando apertam afferrent pestem. Nam illa lex principum, vt testamētum nisi quinque testibus confirmatum non valeat, non prorsus verbo scripturæ sacræ Matthæi. 18. & Ioannis. 8. contradicit, In ore duorum vel trium stat omne verbum: illud nanque intelligitur vbi synceritas humani generis efloreret: quoniam vbi adeò est corrupta humana fides, nil illi verbo repugnat, plures exigere testes: quia lex illa euangelica illud non vetat. Idem, lex, quæ in deceptione intra dimidiam iusti precij non permittit actionem, vt leg. 2. C. de rescind. venditio, & capit. Cùm dilecti, & capit. Cùm causam. de emptione, & venditione. non est iustitiæ contraria: quia non absoluit deceptum in foro conscientiæ, sed solùm intendit sopire lites. At verò si rex legem ferret, vt possessor malæ fidei præscriberet, illa esset tum contra conscientiam, tum plurium fraudum dolorumque nutrix: quæ ideo esset per pontificem abroganda: sicuti meritò abrogata legitur, capit. Vigilanti, & capit. fina. de præscriptionibus. Atque idem de alijs id genus, quas conderet pestilentes.

¶ Primi ergo argumenti solutio ex superioribus facile colligitur. Potestas enim ciuilis & ecclesiastica duæ sunt distinctæ, vt dictum est: Christus autem solam ecclesiasticam instituit sub vno capite vniuersi orbis: ciuilem verò à iure diuino & naturali deriuatam reliquit,

Extrauag. Vnā sanctā de maio. & obed.

Luca. 22.

Obiectio.

Dilutio.

Exempla.

Leges fidei noxias pōt papa abrogare.

Nota.

Nota oīno.

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto Biblioteca

liquit, vt vnicuique regno suum esset caput: sed voluit ciuilem sic subordinatam esse ecclesiasticæ, vt eius iura non aduersarentur fidei, & legi, quam ipse prædicauit: atque hac ratione Pōtifex est vnicum caput omnium Christianorum regum. Et ille est sensus Pauli dicentis, omnes Christianos esse vnum corpus Christi mysticum. Nam de infidelibus nihil amplius ad papam spectat, quàm fidei concionatores ad ipsos mittere, qui eis more & ordine legitimo fidem persuadeāt. Sed de hoc nihil ad locum præsentem: neque de imperatore, an sit vnus totius orbis: quod, libro quarto, De iustitia & iure. copiose tracta uimus. ¶ Ad secundum verò satis respondsum est, Christum non assumpsisse regnum nisi spirituale, & de temporalibus quantum ad illud erat necessarium. Et hoc est, quod citata testimonia sacra docent. ¶ Ad tertium denique respondetur, quòd canon ille, Quicunque litem. 11. quæstione prima, abrogatus est, vt bene ait Glossa, quod multis decretis probat, vt capit. Si duobus, de appellationibus. & 2. quæstione sexta. can. Non ita, ac pluribus alijs. Est enim ille textus non sacra determinatio ecclesiæ, sed Theodosij imperatoris, qui voluit se erga sedem Apostolicam pientissimum exhibere. Iam ergo nūc temporis in causis ciuilibus nulla est appellandi necessitas ad ecclesiam. ¶ Quòd si arguas, Omnium peccatorum Papam esse iudicem: respondetur, hoc esse verum in foro spirituali, sed in foro exteriori non nisi causarum ecclesiasticarum: ciuiles autem per iura ciuilia sunt iudicandæ, nisi dum inter reges iuribus omnibus ciuilibus consultis conueniri non posset: tunc enim Papa per viam correctionis fraternæ posset se in medium inducere, iuxta tenorem capit. Nouit, extra, de iudicijs.

Solutio secūdi argumē.

Solutio tertij argumē.

Obiectio.

Dilutio.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm clerici sint à potestate ciuili exempti.

Vperiori articulo adnectitur disputatio de exemptione clericorum: apparet enim neque in suis esse personis, neque verò in suis bonis exemptos. Primùm, quia si expediret illos ea libertate donari, Christus in euangelio id admonuisset: & tamen nullus est in Euangelio apertus locus, quo eximantur. ¶ Secundò arguitur. Clerici quanuis sint sacrorum ministerio addicti, nihilominus sunt veri ciues: ergo tenentur legibus Reipublicæ, quatenus ecclesiasticis officijs non obstant, obtemperare: & eadem ratione onera eiusdem Reipublicæ, vbi bonum publicum id exegerit, sustinere: ergo neque in personis, neque in bonis sunt exempti. ¶ In contrarium est, quòd potestas spiritualis, vt dictum est, ciuili est superior: ergo per se est sufficiens, neque ciuili subiecta, atque adeò est exempta.

Partū negatiua argumētum primum.

Secundū argumētū.

Pars affirmatiua.

¶ De hac quæstione partim cum hæreticis nobis est, & partim inter catholicos non satis conuenit. Ad quam ideo quæstionem sex conclusionibus respondetur. Prima sit generalis aduersus hæreticos. Negare clericos esse vllo iure vlloque pacto exemptos à potestate ciuili, est error condemnatus, tum contra Ioannem VViteleff in concilio Constantiensi, tum etiam contra Marsilium de Padua, & Ioannem de Landino per Extrauagantes Ioannis. 22. Quiquidem quatuor errores sustinebant: primum scilicet, quòd cùm Christus soluit tributum, hoc non fecit liberalitate & condescensione, sed necessitate coactus. Secundum quòd ad imperatorem spectat corrigere Papam & instituere. Tertium, quòd vnus sacerdos maiorem habeat autoritatem quàm alius, ab imperatore emanauit, & sicut illam autoritatem contulit, potest tollere. Hi, inquam, errores locis citatis damnati sunt, &. 11. quæstione prima per totam, & capit. Non minus, de immunitate ecclesiarum. & capit. Quanquam. de censibus, libro sexto. & multis alijs canonibus, quos operosum esset percensere. Solum ergo est nobis explorandum, quo nam iure eiusmodi exemptio nitatur. ¶ Secunda conclusio. Aliquam esse iure diuino clericorum exemptionem à potestate ciuili, constantissimum est: nempe in creandis Episcopis, & sacerdotibus, & indistribuēdis diœcesibus & parœcijs, & in litibus inde emergentibus, atque in id genus alijs. Probatur. Potestas ecclesiastica, vt superiori artic. præfati sumus, est non solùm à ciuili distincta, verùm & ea superior: ergo saltem in causis, quæ merè ecclesiasticæ sunt, nihil à ciuili pendet, atque adeò nullatenus hac ratione ciuili subijcitur. Secundò arguitur. Potestas ciuilis, vt illic itidem dicebamus, à sola republica originem trahit, seu potius, à Deo per

Decisio ariculi.

Prima conclusio.

Error Vviteleff condemnatus.

Primus error.

Secundus.

Tertius.

Secunda conclusio.

Ratio conclusionis.

Secundū argumētū.

per rempublicam: potestas verò ecclesiastica est à Christo immediatè Petro collata dum dixit Matthæi. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, Quodcunque ligaueris super terram, &c. & Ioannis vlti. Pasce oues meas: ergo potestas ecclesiastica quantùm ad suas proprias causas nullatenus à ciuili deriuata est, atque adeò neque illi subordinatur. Imò verò è conuerso, vt Innocentius in cap. Nouit, de iudicijs. ait, in spiritualibus Papa est supremus pastor non solùm clericorum verùm & omnium secularium, nemine excepto. Quare seculares principes cohibiti sunt iure diuino de illis causis iudicare, sed ab ecclesia sunt iudicandi, iuxta verbum Pauli. 1. Corinth. secundo. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, spiritualis autem iudicat omnia. Ob idque apostoli sola Christi autoritate, nulla à principibus secularibus expectata, munere apostolico fungebantur. Quo fit, vt si modò principes, aut alij inferiores magnates potestate fungantur præsentandi Episcopos vel alios sacerdotes ad sacerdotia ecclesiastica, totum habeant ex indulto & priuilegio ecclesiæ. Quanquam vti, ait Caietanus in Apologia de potestate Papæ. capit. 27. non sit principibus neganda illa tyrannidi resistendi potestas, quam iure naturali & gentium habent, etiam in rebus ecclesiasticis. Etenim si (quod absit) summus Pontifex, vel episcopi ecclesiastica bona manifesta tyrannide dissiparent, & sacerdotia in perniciem ecclesiæ prouiderent, possent principes possessiones prohibere, & ecclesiæ ipsi contra huiusmodi pestem adiutrices manus porrigere. His tamen euentibus exceptis conclusio est verissima. Et confirmatur tertiò ex verbis & facto Magni Constantini in synodo Nicena, quam historiam Rufinus libro decimo ecclesiasticæ historię capit. secundo. refert. Et Gratianus can, Continua, vndecima quæstione. 1. citat: nempe, quòd cùm Episcopi ei libellos causarum obtulissent, quę inter ipsos agitabantur, respondit, Deus vos constituit sacerdotes, quibus & potestatem dedit de nobis quoq; iudicandi: & ideo nos à vobis rectè iudicamur: vos autem iudicari ab hominibus non potestis. Quęquidem verba quanuis (quia non sunt nisi Cæsaris) non habeant diuinam autoritatem, est tamen vero simillimum instructum à Sylucstro & alijs sanctis patribus illa protulisse. Accedit & capit. Quanquam, de censibus. libr. 6. vbi habetur, q̃ ecclesiæ ecclesiasticæq̃; personæ, & res ipsarum non solùm iure humano, sed diuino sunt ab exactionibus secularium personarum immunes: quanuis hoc infra exponamus. Et distinctiōe. 96. can. Si imperator, ait Papa, quòd si imperator catholicus est, filius est, non præsul ecclesiæ, discere ei conuenit, non docere. ¶ Tertia conclusio. Quod res, & bona clericorum sint à potestate ciuili libera, non planè constat ex iure diuino. Nam imprimis, quod Glossa prædicti capit. Quanquam, & Gratianus can. Tributum. 23. quæstione octaua. ex Genesi. 47. in illius confirmationē adfert, videlicet Ioseph omnem terram Pharaoni præter terram sacerdotum subiecisse, ad confirmandum ius diuinum non ita multum confert: nam sacerdotes Aegyptij non erant propriè sacerdotes, vt nostri, quia neque vera ministrabant gratiæ sacramenta: imò neque verum Deum colebant: quare solo iure gentium erant exempti. Tametsi in lege naturæ, vbi veri Dei cultus vigebat, radius ille fidei tunc reuelatæ admonebat sacerdotes institui. Ius ergo diuinum hoc ex Euangelio est perpendendum. ¶ Est autem ad hoc propositum adduci solitus locus ille Matthæi. 17. vbi cùm didrachma à Christo fuisset exactum, ait Petro, Reges gentium à quibus accipiunt tributum vel censum, à filijs suis, an ab alienis? Et respōdit ille: Ab alienis: vnde intulit Christus, Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamū, & eum piscem, qui primus, &c. Hinc ergo colligi solet Christum clericorum libertatem, etiam quoad tributa, pronūciasse. At verò Diuus Thomas. 2. sententiarum distinctione. 44. quæstione secunda. artic. secundo & illic Bonauentura, atque alij Theologi, non interpretantur illum locum, nisi de ipsa persona Christi & de sua familia, eo quòd non solùm erat filius Dei, verùm & in quantum Messias & verus Rex regni cœlorum, erat liber ab omni censu. Quo vtiq; priuilegio diuino iure soli illi gaudent, qui apostolicam vitam secuti statum paupertatis elegerunt. Quapropter super illud ad Romanos. 13. Ideo & tributa præstatis (scilicet principibus) inquit, A solutione tributorum clericos esse exemptos, priuilegio principum, quod naturalem æquitatem habet. In cuius confirmationem citat allegatam historiam Ioseph, qui terram sacerdotum liberā Pharaoni reliquit: quamquidem non addu-

Matth. 16.

Ioann. vlt.

Innoten.

Paul. 1. Corinth. 2.

Principum aliqui sunt patroni ecclesiæ ex priuilegio Pontificum.

Nota casū.

Ratio tertia conclusionis.

Constantini Cæsaris verba.

Tertia conclusio.

Glossa cap. Quāquam.

Autoris ratio.

Matth. 17.

Loci Matthæi declaratio.

S. Tho. super illud ad Roma. 13.

Historia Ioseph.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit tanquam testimonium diuiniiuris, quod Canonistæ faciunt, sed alludit ad naturalem æquitatem: quia scilicet clerici diuinis vacantes laborem principum compensant, qui ad ministrationi ciuilis Reipublicæ insudant.

Quarta conclusio. ¶ Quarta conclusio. Personæ ecclesiasticæ neque iure diuino neque humano sunt omnino à legibus ciuilibus exemptæ. Probatur, Clerici non obstante clericatu sunt ciues Reipublicæ, & eius membra: sed respublica ciuilis nõ gubernatur, nisi legibus principum: ergo quatenus prædictæ leges ad pacem & tranquillitatem Reipublicę spectant, clerici tenentur eis parêre. Alioqui clerici Hispani non magis tenerentur legibus Hispanis obtemperare, quàm Gallicis, quod est falsum. Enimuerò si rex pretia frumenti, aut olei, aut quarumcunque rerum lege moderetur, clerici cariùs vendentes mortaliter delinquunt, & ad restitutionem, sicuti laici tenentur. Et idem est de multis alijs legibus. Tametsi à pœnis iuris, quæ sunt corporales, sint excepti. Non enim clerici propter homicidia vel furta suspenduntur.

Ratio cõclusionis.

Clerici vendentes frumentũ contrapragmaticam peccant.

¶ Sed dubium est, vtrùm transgressores legum ciuilium sint ab ipsis principibus & iudicibus secularibus iudicandi & puniendi. Et ideo adhibetur quinta conclusio. Quod personæ ecclesiasticæ non sint ad seculare iudicium deferendæ, sed sint ab huiusmodi iudicijs exempte non expresè constat esse de iure diuino: licèt maior sit æquitas ꝙ personæ eximantur, quàm quòd earum bona secularia. Imò quòd personæ eximantur est iuri naturali & diuino maximè consentaneum. Probatur conclusionis prior pars, quia in euangelio nullum tale testimonium reperitur expressum. Et ideo adduci illud Psalmi.104. consueuit, Nolite tangere Christos meos. Veruntamen verbum illud in sensu literali non adaptatur solis clericis Euangelicis: nam & reges sunt vncti, quod Christorum nomen sonat. Et peculiariter videtur illic Psalmista de prophetis loqui, & de omnibus patriarchis. Neque aliud volebat Deus illic explicare, quàm quòd nulla suis ministris irrogaretur iniuria: esset enim atrocior, quàm quæ priuatis personis impingitur. Quare licèt posit ad clericos applicari, non tamen est in sensu literali testimonium diuinum exemptionis illorum, quandoquidem nulla illic fiebat mentio de administratione iustitiæ. ¶ Secunda verò pars probatur. Cùm iure diuino sint ecclesiæ ministri constituti, eidem iuri proximum esse videtur, vt nequeant à iudicibus secularibus euocari: nam per id maximum obijceretur illis impedimentum, ne idoneè possent ministerijs ecclesiasticis vacare: nemo enim potest duobus dominis seruire. Qua de causa ait Paulus. 2. ad Timothæum secundo. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Secundò, quia cùm in causis ecclesiasticis, vt dictum est, iure diuino sint à foro seculari immunes, contingere sæpe posset, vt simul cum illis causæ etiam seculares concurrerent: quare cùm tunc ad diuersa tribunalia euocarentur, perplexi essent cui nã iudicum deberent esse audientes. Adde tertiò, quòd non esset decorum, vt ministri ecclesiæ, qui pastores sunt secularium, etiam iudicum & regum, tanquam rei coram ipsis sisterentur. ¶ Imò verò quartum argumentum etiam vrget, quòd cùm potestas ciuilis & ecclesiastica sint omnino distinctæ, vt supra diximus, necesse est, vt quemadmodum vtraq; suos habet ministros, ita vtriusque ministri habeant suos distinctos præpositos: absurda enim esset nimiùm confusio si Episcopi, qui principes in spiritualibus habent iudicare, ab ipsis in secularibus vicissim iudicarentur: plurimum enim inde ecclesiastica autoritas tum obscuritatis tum detrimenti contraheret. Qua vtique de causa Apostolus. 1. Corinth. 6. Christianos interdictos curauit, ne apud Ethnicos causas suas tractarent. Audet enim, inquit, aliquis vestrûm habens negotium contra alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Tametsi ad Roma. 12. admoneat, vt sint suis potestatibus subiecti. Quare non negat, quin si Christianus conueniretur corã principe ethnico, cui erat subiectus, compareat, sed admonet vt lites euitent, ne actores sint coram ethnicis. Atque hanc conclusionem verba illa Magni Constantini Cæsaris in supra citato, capit. Continua. 11. quæstione prima, multùm corroborant, quibus sacerdotes Deos appellat, à suo tribunali exemptos. ¶ Sexta conclusio. Quanuis clerici neque in suis personis neque in suis bonis essent iure diuino liberi, nihilominus Papa potuit, etiam inconsultis principibus, & debuit eos ab eorum exactionibus & foro excipere: cui quidem exemptioni principes contrauenire nequeunt, nisi ad vim vi re pellendam, sicubi fortè eiusmodi priuilegia in tyrannidem vergerẽt. Probatur. Potestas ecclesia-

Paul. 2. ad Timoth. 2.

Rõ secũda.

Rõ tertia.

Rõ quarta.

Paul. 1. Corint. 6.

Sexta cõclusio.

Rõ secũdæ partis conclusionis.

Ratio cõclusionis. ecclesiastica, vt diximus, est per se sufficiens, à ciuili independens: ergo potest per se condere leges, quæ suæ administrationi sunt, vel necessariæ, vel congruentes: exemptio autẽ clericorum non solùm est congruens, verùm certè moraliter loquendo ad debitam ecclesiæ administrationem necessaria: ergo illos potuit & debuit eximere. Quod enim quantùm ad personas fuerit necessaria, iam probatum est. Sed quãtum ad bona etiam probatur illa superiori ratione S. Thomæ: nam cùm tributa & vectigalia regibus ad suam ipsorum sustentationem pro laboribus, quos in administratione Reipublicæ perferunt, exoluãtur, & clerici non minores operas rei ecclesiasticæ impendant, æqua fit recompensatio, vt alia tributa ab eis non exigantur. Atque hæc conclusio fundamentum est canonum, vt. 11. quæst. 1. & aliorum, quibus clerici eximuntur. ¶ Per hæc ergo exponendũ est & temperandum verbum Bonifacij cap. Quanquam, de censibus in. 6. nempe, quòd personæ ecclesiasticæ cum suis bonis sint iure diuino exemptæ, vt intelligatur primùm in rebus & causis ecclesiasticis: mox quantũ ad personas est maximè iuri diuino consonum. Cęterùm quantùm ad bona secularia, quòd Papa per potestatem, quam diuinitus suscepit, potuit & debuit clericos eximere. Fuit enim priscum, vt ait Vrbanus can. Tributum. 23. quæst. 8. quòd clerici de bonis, nõ quidẽ ecclesiasticis, sed secularibus, quæ possidebant, tributa soluerent, sed postea omnia fuerunt exempta, præter illa, quæ per negotiationem acquirerent, vt præfatum cap. Quanquam, affirmat. ¶ Iam verò in eiusmodi priuilegijs ecclesiasticis & exemptionibus obseruandis plurimùm potestas ecclesiastica obnubilatur. Cui rei causam negligentia prælatorũ suggessit, qui iusto remissius clericorum crimina vlciscuntur. Sed tamen ex altera parte prætores etiam nonnunquã exorbitant: nam licèt clerici aliquam vim Reipublicæ ciuili videantur obijcere, rex est qui debet suæ reipublicæ cõsulere, admonẽdo summum Pontificem, vt remedium adhibeat. Verbi gratia. Si clerici primæ tonsuræ impunè sanguinem passim fundunt, & cædes faciunt, deberet ad sanctam sedem recurri. Et quando Papa nollet prouidere, posset rex se se protegere. Sed tamen prætoribus, quandiu leges durant, nefas est eas non seruare. Præsertim quòd quanuis rex potestatem habeat vim repellẽdi, non tamen semper liquidò constat, an in facti contingentia, vis verè illa sit, quæ vis iudicatur. Et in re dubia ecclesia est iudex. At de ijs quæ ad cõcursum duorum magnorum luminarium spectant hæc pauca sufficiant: oportet enim seruum plura scire quàm loqui.

Bona clericorum exẽpta.

Vl. q. 1. per totam.

Bonifacius cap. Quanquam. de cẽsibus in. 6.

Vrbanus.

Nota.

Negligẽtia prælatorũ.

Prætorum cecitatum.

DISTINCTIO

vigesima sexta, De sacramenti coniugij institutione & veritate.

QVEMADMODũ ordinis sacramentum procreãdis Dei filijs secũdùm spiritũ idoneum est, ita & matrimoniũ propagando generi nostro necessariũ. Est enim non qualecunq; inuentum: nempe, aut iure gentium, aut ciuili positum, sed vinculum natura magistra, eiusque parente Deo præcipiente institutum: ante peccatum quidem in officium, post verò in remedium. Legitur enim in Genesi, quòd Adæ priùs de terra plasmato Euam, quam de eius latere Deus efformauit, in adiutorium adiunxit. Ob idque spiritu Dei illẽ afflatus, Hoc nũc os, inquit, ex ossibus meis, & caro de carne mea, Quam ob rem relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quibus Deus & mandatum adiecit di-

Textus. Capit. j.

Genes. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

cit dicens, Crescite, & multiplicamini. Vbi Aug. super Gen. Non video, inquit, ad quod aliud adiutorium mulier data sit viro, si generãdi causa substrahatur. Sed quia cõcupiscentia, quæ ante peccatum rationi prorsus obediens fuisset, post lapsum exorbitare à recto cœpit, idem ipsum matrimonij vinculũ in remedium permansit, vt genitricem naturam à culpa exciperet. Vtriusque enim sexus infirmitas (vt ibidem subdit Aug.) propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honestate nuptiarũ, vt quod sanis posset esse in officiũ, sit ægrotis in remedium.

August.

August.

Cap. ij. ¶Illud autem coniugale præceptũ, tanquam naturæ necessarium, suũ etiam semper vigorem retinet, vt quoties humanũ genus fuerit periclitatum, nuptiarum beneficio reparetur. At verò vbi generis propagatio abundat, quia Dei prouidentia est, vt non desint, qui rei vxoriæ operas impendant, præceptio hæc minimè castitatis virginitatisq; votum auersatur: imò singulis liberũ est sancta hæc consilia sequi, iuxta verbũ Pauli, Volo omnes vos esse sicut me ipsum, sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Dico non nuptis & viduis, bonũ est illis si sic permãserint, sicut & ego.

1. Corint. 7.

Cap. iij. ¶Meritissimò ergo hæresis damnati sunt Tatiani & Encratitę, & quicunq; Marcionem & Manichęum secuti coniugalem torum, ceu rem illicitam & absurdam, repudiabãt, contra decretum Pauli, Virgo non peccat si nubat. Hoc enim cæco errore, vt natura nostra, quam Deus bonam condidit, absumeretur & periret, contendebant. Quos ideo spiritu prophetico Paulus ad Timoth. vituperabat, & vt ab illis caueremus, admonebat. In nouissimis enim, inquit, temporibus quidam discedent à fide in spiritu dæmoniorum prohibentium nubere, & iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit. Adeò ergo verum est coniugum torum nõ esse prohibitum, vt Dei ope valeat ad meritum apud ipsum.

1. Corint. 7.

1. ad Timoth. 4.

¶Hoc autem cõiugij fœdus, quod ab orbe cõdito originem duxerat, Christus in lege gratiæ in sacramẽtum instituit, vt cõiuges sacramentali gratia sanctificaret. Hanc enim vt induceret religionẽ nuptijs conuiua interesse perrexit. Nempe, vt aqua in vinum conuersa illam designaret gratiam, per quam id, quod erat in officium, vbi amor coniugum solis caducis rebus innixus frigere solet & languere, virtutem nouam & vim ad procreãdos Dei filios acquireret. Vnde interrogantibus Pharisæis, an liceret vxorem dimittere, vetus institutum nouo mandato confirmauit. Ait enim, Non legistis, quia qui fecit hominem à principio masculum & fœminam fecit eos? Et dixit, Propter hoc

Cap. iij.

Ioann. 2.

Matth. 19.

hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: iam enim non sunt duo, sed vna caro. Quos ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Cap. v. ¶Signum ergo mysterium q̃ hoc sacramentum est duplicis significatus: quippe quod & desponsationem Christi cum ecclesia extrinsecus designat, & gratiã, quam continet, & intus confert. Vnde Apostolus Sacramentum hoc, inquit, magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia. Quapropter tum coniugum dilectio amorem, quo Christus ecclesiam ad mortẽ usq; dilexit, repræsentat: tum & commistio sexuum, vnionem, qua nostram sibi copulauit naturam. Quocirca Paulus. Vir, inquit, caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ. Et infra. Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam, & semet ipsum tradidit pro ea. Ad hunc ergo conglutinãdum amorem hoc gratiæ sacramentum instituit, quæ de eius latere, vnde ecclesia, sicut Eua de costa Adæ educta est, promanauit.

Ad Ephesios. 5.

Ad Ephesios. 5.

Cap. vj. ¶At verò quanuis finis matrimonij propagatio sit generis nostri per generationem, tamen consummatio carnalis copulæ non est de eius essentia: quippe quæ solo spõtaneo contractu constat.

DISTINCTIONIS vigesimæ sextæ, Quæstio prima de Sacramẽto coniugij quatenus est in officium.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm matrimonium sit hominibus naturale.

Postremum deniq; Sacramentorum est matrimoniũ, vt quod minimum q̃ reliqua spiritualitatis habet. Sortitur aũt amplissimã disputationis supellectilem: quæ ideo materia per distinctiones non pauciores, quã decẽ & septẽ decurret. Est aũt tractatus tripertitus, in quinq; em̃ distinctiõibus vsq; ad trigesimã protendit sermo de eiꝰ causis, quibus innitur & perficitur: nẽpe, de consensu & eius qualitatibꝰ & cõditionibus. In tribus subsequentibus vsq; ad trigesimã tertiam de bonis coniugij, quibus res vxoria excusat ac de legibus, quæ ad eius vsum attinẽt. Ac demũ in nouẽ vltimis vsq; ad quadragesimã secundã de impedimẽtis, quibus cõiugiũ vel, ne fiat cohibet, vel etiã celebratũ diri mitur. ¶Igitur vt ad præsentẽ distinctionẽ descendamus, quãuis sacramẽta, oĩa sint sacramẽta fidei, quę supra naturale donum est, tũ quædã sic sunt solius fidei, vt oĩno sint supra naturalia, vt baptismus, cõfirmatio, eucharistia &c. Alia verò sunt, quę admixtũ quidpiã habent naturę, vt pœnitẽtia, quã de male factis natura docet: qua vtiq; rõne diximꝰ esse virtutẽ, cui natura præter lẽnẽ fidei & institutionẽ sacramenti inclinationẽ tribuit. Pari ergo modo cõiugiũ habet quod sit tũ officiũ naturæ, tũ sacramentũ. Et ideo licẽt initialis quęstio in cęteris sacramẽtis sit de eorũ rõne sacramẽtali, tũ sicuti in materia pœnitẽtię disputatũ est, priùs de ipsa sub rõne virtutis, & deinde sub rõne sacramẽti: ita præsens distinctio duas exigit qõnes: vnã de officio, atq; alterã de sacramẽto matrimonij. ¶Quærit ergo primùm, an matrimoniũ sit hoibus naturale. Et arguit à parte negatiua. Ius naturale, vt inst. eod. tit. & ff. de iust. & iu. habetur, est quod natura oĩa aĩalia docuit: in cuius exemplum

Tractatus tripertitus.

Nota.

Parte negatiua argumentũ primum.

Universidad de Deusto Biblioteca

plũ subdit, maris & fœminæ cõiunctio, quæ fit generationis causa: in brutis aũt animantibus non est coniunctio maris determinatè ad hanc fœminã, instar matrimonij, sed promiscuus temerariusq; concubitus: ergo matrimoniũ, quod est vinculũ inter certas personas indissolubile, non est de iure naturæ: quãdoquidẽ concubitu vago, vt patet in fornicationibus, posset humanũ genus propagari. ¶ Secundò arguitur. Ad id natura propensiùs inclinat, quo amplior charitas & amicitia custodiri põt: sed si mulieres essent viris omnibus communes, & viri vicissim mulieribus, qui promiscuè generarent, vt Socrates, referente 2. Polit. Aristotele, rempublicã instituebat, amplior esset & protensior amicitia: quandoquidẽ non esset distinctio inter meum & tuũ, quæ pronoĩa amicitias dissoluunt, sed vnusquisq; seniorũ quemcunq; iuuenũ appellaret filium, & iuuenes oẽs maiores, patres: vnde dist. 1. can. Ius naturale, cõis omniũ possessio, & omniũ vna libertas asseritur esse naturalis iuris: ergo appropriatio vxoris per matrimoniũ non est de iure naturæ. ¶ Tertiò. Ius naturale, vt eod. can. autor est Isidorus, omniũ est nationũ cõmune: sed vt. 1. lib. de inuentione testatur Cicero, homines in principio sylueſtres erant, neque nuptias celebrabãt legitimas, neq; certos quisquam inspiciebat libros: ergo matrimonia non sunt iure naturæ instituta. ¶ In contrario autem est illud Aristotelis. 8. Ethic. Homo magis naturaliter est animal coniugale, quàm politicũ: est autem, vt ibi docetur, politicum & ciuile: ergo & coniugale, atq; adeò coniugium est iuris naturæ.

Secundũ argumentũ.

Socratica respublica.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶ Naturalis ordo exposcere hic videbatur, vt à noĩe & definitione matrimonij exordium sumeremus. Attamen ob prædictã causam: quia scilicet & officiũ est, & sacramentũ, ex istis prius expositis conditionibus commodiùs deinde põt tam nomẽ elici, q̃ definitio. Preterq̃ q̃ Sentẽt. Magist. interpretes in seq. dist. hæc ponũt, quorũ ordinũ inuertere nolumus. Vtrùm verò matrimoniũ sit licitum, quod hæretici negant, art. 3. inter agendũ de officio cõiugali contra ipsos constituet. Nũc aũt ad naturã matrimonij expendendã eius causam exploramus: videlicet, vtrũ sit à natura inditũ. Neq; verò interrogamus: vtrùm coitio maris & fœminæ causa generationis sit naturalis: quoniam neq; hoc in dubium euocari potest, eo quòd affectus instinctusq; naturæ in rebus caducis & corruptioni obnoxijs, sit per generationem speciem propagare. Sed quod hic disputatur est, vtrùm inter animalia hoc sit hominibus peculiare, & suapte natura inditum, vt ad illud officiũ destinati mas & fœmina nodo indissolubili cõiungantur. Hoc enim, vt dist. sequenti patebit, matrimonij noĩe intelligimus. ¶ Ad quã vtique quæstionem sub distinctione duabus conclusionibus respondetur. Naturale enim dupliciter dicit, vno modo prout distinguit cõtra liberum, quod scilicet ex principijs naturæ quadã necessitate prouenit, vt igni moueri sursum, & graui deorsum. ¶ Atque isto pacto palàm est matrimoniũ non esse naturale, quæ sit hic prima cõclusio: Si quidẽ libere aliqui mortalium matrimonio copulãtur, à quo alij abstinent. Alio modo aliquid dicitur naturale, quia ad id natura inclinat & instigat, tametsi per liberum arbitriũ complea tur: quemadmodum cibum sumere, & virtutum officia exercere, ad quod rationalis natura stimulat, naturalia censentur. ¶ Sit ergo secunda conclusio. Matrimoniũ hoc modo est naturale, vt distinguitur contra ius humanũ & gentiũ: non enim est quoddã inuentũ ex hominum condicto, sicuti tributorum leges, aut aliæ ciuiles, nec sicut possessionũ diuisio iure gentium introducta, sed res ex naturæ instinctu profecta. Probat. Prima causarum, vt Aristoteles. 2 Physico. sapienter docuit, ex qua naturæ opera perpenduntur, est finis, eo q̃ Deus & natura quicquid agũt, in finem aliquem referunt: non enim, vt Democritus aiebat, molares dentes obtusi sunt, & anteriores acuti, aut planta pedum plana, ratione materiæ, sed certè ratione finis: quia id aptæ manducationi & ambulationi cõgrue bat. Neque pluit temerè, sed ad procreanda terrę nascentia, quibus opus est pluuia: vnde quia in Aegypto nõ pluit diuina naturaliq; prouidentia, Nilus sua redundantia terrã irrigat. Quavtique ratione Albertus Magnus in libr. de animalibus Plinij Dioscoridisque opinionem refellit dicentium, viperam nonnullasq; serpentes partu disrumpi. Est quippe fabula, quoniam cùm natura intendat effectus suos ad perfectum perducere, & conceptio sit propter partum, fit vt quibus dedit concipiendi, dederit & pariendi facultatem. Finis autem concubitus maris & fœminæ inter homines, non est prolem in hoc tantùm edere, vt sit, & viuat, sed vt debita nutritione & educatione ad perfectum secũdùm corpus & animam perducatur. Vnde, vt eod.

Decisio articuli.

An matrimoniũ sit licitum.

Naturale dupliciter dicitur.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Ratio conclusionis.

Democritus.

Albertus Magnus.

Fili à parentibus tria suscipiunt beneficia.

vt eod. loco præmisit Philosophus, filij à parentibus tria suscipiunt maximè beneficia: nempè, esse, ali, & educari. Finis autem hic & intentio naturæ nequiret modo debito obtineri, nisi singulariter vir & vxor arctissimo nexu copulati vicarias operas ad proles nutriendas & educandas sibi præstarent. In aliquibus enim necessarium est opus vxoris, & in alijs mariti: quibus ideo si liberum esset societatem dissoluere, nequiret proli bene esse consultum: est ergo matrimoniũ de iure naturæ. Secundò id probatur alia eiusdem Aristotelis ratione. Homines hoc etiam brutis animantibus præstant, quòd illa consortio maris & fœminæ non egent, nisi solius procreatiõis causa: homines verò nõ solùm propter illam, sed & eorum gratia, quæ ad vitam conferunt: habent enim officia diuersa: vxori nanque illa congruunt officia, quæ domi exercentur, vt nere, & res domesticas curare: viris autem ea incumbunt, quæ foris exercẽtur, vt victum procurare, & publica gerere negotia. Vnde concluditur, quòd cùm homo quatenus pars est domus, sit coniugalis, & quatenus pars ciuitatis, sit politicus, quãto domus prior est & ad vitam magis necessaria quàm ciuitas, & procreatio filiorũ animalibus communior, tanto magis sit natura sua coniugale animal quàm politicũ. Eadem deinde conclusio autoritate diuina confirmatur. Vbi enim Deus primùm homines plasmauit, marem cõdidit & fœminam, qui essent duo in carne vna. Imò quanuis sacra nos pagina id non docuisset, ratio ipsa naturalis ostẽderet, matrimonium esse de iure naturæ. Quin verò marem Deus & fœminam non aliter copulauit, quàm docendo quid nam ius postularet naturæ. Quapropter vt arctius doceret interesse vinculum matrimonij inter homines, quàm societatẽ inter bruta, & si in singulis brutorum speciebus marem & seorsum fœmellam cõdiderit, tamen in specie humana vnicum priùs hominẽ de terra plasmauit, ex cuius latere sociam eius fœminam eduxit: non quidem de pedibus, vt esset serua, nec de capite, vt esset domina, sed de latere, vt esset par naturæ cõsors: nempe, vt doceret quanta inter eos, non solùm corporum, verùm & animorum necessitudo esset intercessura, quantoque subinde amore deberent cõglutinari. Quò fit vt summus amicitiæ nexus, qui inter homines esse debet, sit coniugalis viri & vxoris. Hoc enim ad monitum Adam nobis, imò per ipsum Deus esse voluit illis verbis, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hoc est, quæcunq; alia naturæ vincula huic posthabebit. Vnde Pau. quod quæst. sequẽ. latiùs differendum est, ad Ephes. 5. permulta inculcatione exagerat quàm debeat vir vxorem diligere: nempe, sicut Christus ecclesiam. Propositum ergo, quod præcipuè in matrimonio contrahendo condecens est, eò tendere debet, vt nõ propter temporaria caducaque bona, qualia sunt vel dotis amplitudo, vel habitudo formæ, sed propter virtutum honestatem celebretur: alioqui in medio nuptiarum conuiuio vinum: hoc est, cõiugalis lætitia, deficiet.

Secunda ratio ex Aristotele.

Tertia ratio conclusionis.

Nota hominis creationem.

Vxor ducenda non propter bona temporalia, sed propter honestatem.

¶ Ad primum igitur argumentum optimè Diuus Thomas per distinctionem respõdet. Naturale enim est id, ad quod natura inclinat: est autem in homine considerare & naturam generis, quod est, animal, & naturam speciei, quam habet ratione differentiæ, quæ est, rationalis. Genus autem, quia non reperitur nisi contractum per diuersas differẽtias, non nisi secundùm illas inclinat. Brutis verò animantibus nulla est necessaria cõiunctio, nisi solùm generationis causa: & ideo simpliciter in omnibus requiritur, vt coeant in actu generationis. Ob idque in illis speciebus, in quibus proles solo subsidio fœmellæ nutritur, nulla alia societas maris est necessaria. Sed vbi subsidiũ maris etiam requiritur (vt in quibusdam auium speciebus) aliquanto protensior inuenitur societas ad nutriẽdam prolem in paruum tempus, quo tempore par maris & fœminæ simul conuiuit. In hominibus autem, quia nõ solùm nutritio prolis quantum ad corpus, verùm & educatio quantum ad animam, & maris & fœminæ fauore & opera in longum tempus indiget, non solùm coitio ad generandum, naturalis est, verùm & indissolubile consortium, quæ est matrimoniũ. Vnde in prædicta lege tanquam exemplum naturalis iuris non modò ponit coniunctio maris & fœminæ, quæ brutis etiam cõis est, sed liberorum successio, & puerorũ educatio, quę naturalẽ finem matrimonij explicant. Quòd si quis morosus redarguat, fornicationem ad procreandas proles sufficere, imò & sæpè ad educandas: respondetur, ad generationem sufficere, sed tã quod ad educationem quandoq; sit satis, est accidentarium. Et prgterea habent homines cunctis

Solutio primi argum.

Necessaria indissolubilis societas in hoĩbus.

Obiectio.

Dilutio.

Universidad de Deusto Biblioteca

cunctis animantibus secundam conditionē, quatenus sunt animalia politica, quòd propter mutuas operas, quibus in re domestica & politica inuicem se mas & fœmina iuuāt, perpetua egent societate. ¶Ad secundum respondetur, illam Socraticam rempublicam meritò Aristotelem multis nominibus repudiasse. In statu enim naturæ integræ, quādo omnibus cura fuisset communia curare, con gruēs erat illa in communi rerum possessio. Corruptæ verò naturæ, in qua vnusquisque non quærit nisi quæ sua sunt, optimum fuit ius gentium, quo fuerūt dominia diuisa. Vnde licèt meum & tuum nunc lites foueant, illis tamen exclusis multò peius haberet rerū gubernatio. At quicqd sit de alijs bonis, quę ad rem præsentem non attinent, tamē communis vxorum liberorumq; possessio tam absurdam præ se fert deformitatem, vt neq; in statu naturæ integræ locū habuisset. Multò enim minor amicitia per illam promiscuā possessionē firmaretur, quàm nunc est: quoniam, vti ait Philosophus, licèt omnes complexim possent se appellare patres, & filios, & fratres, nemo tamen singulariter aut diuisim suum cognosceret liberum, ac patrem, quod etiam in statu innocentiæ fœdū esset: nam & tunc ius paternum & vxoriū viguisset. Et præterea in statu naturæ corruptæ in numera essent incesta inter patres & filios, fratres & sorores, multaque impia bella & rixæ inter huiusmodi incertos cognatos. Superuacaneum autem est omnia recensere in commoda, quæ eiusmodi rempublicam consequerentur. ¶Ad tertium deniq; respondetur, meritò Ciceronem ibidem nationes illas cum bestijs contulisse: quippe quæ victu ferino vitam propagabant, & bestiarum more vagantes nihil ratione animi, sed viribus corporis omnia administrabant, & ideo nec nuptias legitimas, nec certos liberos inspicie bant. Quare ex illa corrupta natura nullum sumitur contra nostram veritatem argumētum, nec vult sentire Tullius, quòd in toto orbe illa esset corruptio, sed in aliquo fortè angulo. Nam vt historia sacra & aliæ profanæ tradunt, nullum fuit tempus, quo nō fuerit aliqua matrimonij ratio cognita.

Solutio secū di argumē.

Meum & tuum.

Aristote.

Solutio tertij argumē.

Cicero.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm matrimonium semper fuerit maneatq; adhuc sub præcepto.

Habemus ergo matrimonium rem esse naturalem, cōsequitur aūt, vt perseruetur, an ille instinctus naturæ vim habuerit præcepti, vel saltem sit rei huius diuinum mandatum positum, quod etiam nūc permaneat. Et arguitur à parte affirmatiua. Verbum illud Gen.1. Crescite, & multiplicamini, formā præ se fert præcepti, quod nullibi legitur reuocatū, imò per Christum Matth.19. apparet confirmatū, vbi ait, Quos Deus coniunxit, homo non separet: ergo etiam nunc perseuerat. ¶Secundò. Præcepta naturæ irreuocabilia sunt quandiu ratio eadem iuris permanet: persistit autem eadē ratio multiplicandæ speciei, sicut conseruandi indiuidui: ergo sicut præceptū naturale alimenti ad conseruādum indiuiduum permanet, ita & mandatum coniugij ad propagandam speciem. ¶In contrarium existere illud videtur. 1. Corinth. 7. Qui non iungit matrimonio virginem suam meliùs facit (scilicet, quàm qui iungit) consilium autem nullum est validum contra pręceptum, alioqui illud non esset pręmio dignum: ergo nūc videtur præceptum matrimonij non vigere.

Partis affirmatiua argumentū primum.

Secundū argumentū.

Pars negatiua.

¶Quæstio præsens nonnullas habet partes: scilicet, vtrùm hoc sacramentum fuerit diuinitus institutum, & quando, & an sub præcepto, & vtrùm præceptum fuerit naturale, & vtrùm nunc duret. Ad horum autem intellectum supponēdum est, matrimonium institutum esse & in officium: scilicet, ad procreādas proles, & in remedium concupiscentiæ, & præterea sub ratione sacramenti. Est ergo prima conclusio. Matrimonium institutum fuit duntaxat in officium in statu innocentiæ ante peccatum. Post lapsum verò hominis illico institutio perstitit nō solùm in officium, verùm etiam in remedium. Doctrina est Augustini lib.9. super Gen. ad literā ca.7. Et Hugonis lib.2. de sacramentis par.11. Vbi ait Aug. Vtriusq; sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis rectè excipitur honestate nuptiarum. Quæquidē verba Magister distinctione præsenti retulit, vbi nonnulli pro, excipitur, substituunt, excusatur, non intelligētes vim verbi: nam excipi à culpa, idem est quod à culpa, quæ esset in actu, per matrimoniū, excusari. Vnde subdit, Vt quod sanis posit esse in officium, fit ægrotis in remedium. At verò nondum satis inter Scholasticos constat, vtrùm à Deo immediatè, &

Decisio cuius.

Primā cōclusio.

Institutio huius sacramenti qñ.

Scotus.

S. Tho. & cōis opinio.

Ratio cōclusionis.

Augu. 14. de ciui. dei.

Creatio illa non fuit institutio sacramenti.

Instigatio illa non fuit institutio sacramenti.

Matrimoniū statim post peccatū cœpit prodesse in remedium.

Gene. 9.

Scotus, & Ricardus.

Sentētia autoris.

Appēdix.

Argumentum contra conclu.

tè, & quibus verbis fuerit institutum. Magister quippe senten. distinct. præsenti insinuare videtur, illic fuisse institutum dum dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Quam ob rem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Quem modum sequi videtur Scotus, dicens, quòd indissolubilem obligationem instituit Deus per illa verba Adæ, Propter hāc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. At Bonauentura sustinēs institutum fuisse à Deo immediatè: quia illa verba non fuerunt Dei, ait, institutum fuisse per instinctum internum ipsius Dei instigātis Adam, vt illa verba proferret. Ricardus autem distin. præsenti art. 1. q. 3. ait, q̄ facto instituit illud, cùm Euam ex costa Adæ produxit, sed verbo benedixit dicens, Crescite & multiplicamini. ¶Nihilominus S. Tho. hic & quæst. sequenti artic. 2. & communis opinio, quæ etiam est Magistri, si sanè inspiciatur, aiunt illo verbo Gen. 1. Crescite & multiplicamini, fuisse à Deo tū institutū, tum etiam præceptum. Nam etsi postmodum capit. 2. modus referatur eductionis Euæ de costa viri, id tamen per recapitulationem (vt aiunt) sitmam quando dixit, Crescite, iam ambo erant producti. ¶Probatur conclusio. Matrimonium est ad procreandam speciem ita necessarium, vt ad cōseruationem indiuidui alimenta, nisi quòd magis est vnicuiq; necessaria conseruatio sui indiuidui, q̄ conseruatio speciei: ergo sicut præceptum naturale est, vt homo ad suam ipsius conseruationem alimentum sumat, ita est illi præceptum conseruandæ speciei: illud autem non alibi expressius habetur, q̄ in illis verbis, Crescite & multiplicamini: institutione autem nulla alia opus erat, q̄ ipsa præceptione: sic enim eucharistiam instituit, Hoc facite in meam commemorationem: ergo illic fuit simul tum institutum, tum etiam iussum. ¶Secundò id probatur. Cùm matrimonium non fuerit institutum nisi propter finem propagandæ speciei: & illic illum finem Deus expresserit: illic certè sacramentum tum instituit, tum simul præcepit: ob idq; sub forma benedictiōis eādem institutionē & pręceptionem expressit: nam Deum nobis benedicere, bōfacere est: quare quæcunque rerum procreatio benedictio Dei cēsetur. ¶Est præterea doctrina hæc Augustini. 14. de ciuita. Dei capit. 22. vbi ait, Nos nullo modo dubitamus secundùm benedictionem Dei, Crescite & multiplicamini, & replete terram, donum esse (hoc est, institutionem) nuptiarū, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit, creando masculum & fœminam. Non q̄ creatio illa fuerit institutio sacramenti, vt Ricardus censet, sed q̄ fuerint creati, vt connubio copularentur. Et subdit, Adam autem Deo instigāte institutionem matrimonij specificauit, & explicuit. Non q̄ illa instigatio fuisset institutio, vt Bonauentura intellexit, sed q̄ instigauit, vt institutionem Dei explicaret dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Quam ob rem relinquet homo, &c. Non enim opus habebat Deus institutionē per verba Adæ facere: sanè cùm longè esset decentius, vt suis ipse verbis illud instituēret. Sed illis verbis Adam explicuit institutionē, quam Deus facturus erat dicens, Crescite, & multiplicamini: apparet enim q̄ verba Adæ antecesserint verbis Dei. ¶In secundo verò membro cōclusionis diximus illico post peccatum cœpisse matrimonium prodesse in remedium, Diximus id, inquam ad eis obuiandum, qui suspicari possent non fuisse positū in remedium vsque post diluuium, quando eadem verba Gen. 9. Deus repetijt, Crescite, & multiplicamini. Nam remedium illico debet occurrere dum morbus illo opus habet. Quare dum Adam primò genuit, iam vsus est matrimonio in remedium, quia ante peccauerat. Quocirca loco citato Scotus & Ricardus aiūt institutū fuisse in remediū, cùm Deus dixit Euę. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris: & viro, Quia audisti vocē vxoris tuæ, &c. Attamen verba illa nullam videntur præferre imaginem instituendi matrimonij, sed maledicendi eius conceptus & partus. Dicēdum ergo illud ipsum præceptū antea, natura integra, fuisse positum, vt cuicunq; statui pro eius ratione seruiret: scilicet, ante peccatum, vbi nulla erat concupiscētia, in officium, & pòst, etiam in remediū. Hinc fit consequens post diluuium non esse positum aliud præceptum q̄ priùs, sed illud repetitum & cōfirmatum per modum etiam benedictionis propter necessitatem, quæ tunc ingruebat sicut priùs procreandi humanum genus, quod aquis fuerat submersum. Attamen tanquam verum sacramentum non potuit institui nisi à Christo in lege euangelica, de quo. q. proxima adhibēdus est sermo. ¶Contra hanc autem conclusionem est argumentum, quo inquiramus oportet an illud præceptum fuerit naturæ: arguitur enim

Universidad de Deusto Biblioteca

sic. Instinctus ipse naturalis & delectatio illi adiuncta per se sufficiens erat ad propagationem nostri generis: redundabat ergo præceptum Dei. Et confirmatur. De alimento sumendo non videtur aliquod extitisse præceptum: nam illud Gen. 2. Præcepit ei dicens, Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, nõ videtur in priori membro vim habere præcepti, sed permissionis, ac si dixisset, Præcipio tibi, vt licèt ex omnibus alijs comedas, de hoc tamen ne comedas. Scotus dist. præsenti nõ vult admittere, matrimonij præceptum esse omnino naturale: quia non admittit esse naturale nisi sit vel principium practicum per se notum, vel conclusio euidenter ex illo collecta. Et tamen coniunctio matrimonij per indissolubile vinculum, neque est principiũ per se notum, neque conclusio inde euidenter illata: nam licèt sit euidens, procreationẽ speciei esse bonam: vidit enim Deus omnia, quæ fecit, & erant valde bona, non tamẽ euidenter colligitur ad id necessarium esse matrimonium, cùm quicunque sufficiat concubitus. De hac autem re hoc verum est, quod Scotus affirmat: nempe, non esse ius naturæ tanquam principium per se notum, aut tanquam euidentem conclusionem. Nihilominus non est negandum, quin simpliciter sit de iure naturæ: nam vt in Posterio. & 1. Ethi. autor est Philosophus, sunt in scientijs euidentiæ gradus diuersi, quorum summus est in mathematicis, sed nihilominus nõ est negandum scientias etiam naturales & morales esse scientias, licèt non tanta cum euidentia concludant. Cùm ergo lex matrimonij sit cognitio quædam, sat est vt dicatur ius naturæ, quod ex principijs naturæ per se notis efficaci consecutione inferat. Sic scilicet probabili, vt viri eam sapiẽtes inficiari nequeãt. Et sanè hoc pacto ex fine nutriẽdæ procreãdæque prolis matrimonij nodus indissolubilis elicitur. ¶ Atq; eam ob rem cùm duplex sit ius diuinum: nempe, positiuum, quod naturæ superponitur, vt sunt sacramentorum mandata & fidei, aliud verò diuinum naturale: præceptum matrimonij non est prioris, sed posterioris generis: Deus enim non supra naturam, sed tanquam naturæ autor & parens illud posuit, Crescite, &c. tanquam vim instinctumque naturæ explicans. Quocirca licèt Deus ipse præceptum illud nõ expressisset, natura nos ipsa obligaret. Tale etiam fuit & illud, Dominamini piscibus maris: nam iure naturæ, per Deum conditæ, homo, quia rationalis est, suique adeò suarumque actionum dominus, dominium subinde aliarum rerum obtinet. ¶ Vnde ad prius argumentum modò factum respondetur, ꝙ quanuis instinctus naturæ sufficeret, vt homines non deficerẽt, qui liberos procrearẽt, nihilominus posset accidere, vt ingruente generationis necessitate peruersitas hominum nollet generationi vacare, & ideo fuit necessarium præceptum. ¶ Ad secundum eodem pacto respondetur: nempe, simile extare naturæ præceptum alimenta sumendi, quatenus fuerint seruandæ vitæ necessaria. Itaque quãuis Deus id non expressisset, natura nos ipsa compelleret sub reatu culpæ, quæ aliqui in Deum, naturæ autorem committeretur. Et ideo non est necesse dicere illud prius membrum, Ex omni ligno paradisi comede, esse præceptum, sed permissionem: quia non tenerentur tunc homines vniuersos fructus gustare: ob idque nota vniuersalis permissionẽ solùm sonat. Nihilominus illa permissio fuit signum præcepti sustentandi vitam per esum aliorum fructuum.

¶ De alio membro quæstionis, vtrùm scilicet nunc præceptum illud permaneat, Bonaventura distinctione præsenti arti. 1. quæst. 3. dicit, quòd cessante necessitate multiplicandi humani generis, cessauit & hoc præceptũ. Alij aiunt cessasse quando Christus laudauit cœlibatum eorum, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, Matthæi 19. ¶ Nihilominus hic adhibetur secundã conclusio. Præceptum illud semper ab orbe cõdito durat, durabitq; vsque in finem sub eodem tenore & vigore. Et est conclusio Sancti Thomæ distinctione præsenti quæst. 2. art. 2. ad. 1. cui ideo falsò à quibusdam contraria sententia imponitur. Probatur, primò argumentis duobus in fronte quæstionis factis. Deinde, quia hoc est præceptum iuris naturæ ad propagandam speciem: posset autem nunc etiã necessitas generationis accidere: ergo semper manet præceptum. Nam non est dicendum, quòd quando ingrueret necessitas, tũc præceptum exurgeret, & quando illa cessaret, tunc præceptũ sopiretur. Enimuerò præceptum succurrendi per eleemosinam extrema patienti, non exurgit tunc nouum quando illa necessitas occurrit, sed semper manet tanquam præceptum affirmatiuum, cuius natura est, vt obliget semper, sed nõ prosemper. ¶ Ad huius autem maiorem explicationem

Argumẽti cõfirmatio. *Nota.* *Scotus.* *Scotus.* *Aristo.* *Ius diuinũ duplex.* *Solutio primi argum.* *Solutio secũdi argumẽti.* *Ex omni ligno paradisi comedes.* *An et nũc præceptũ matrimonij maneat.* *Secunda conclusio.* *Conclusio Thomæ.* *Ratio diuersitatis.* *Præceptum eleemosinæ.*

nem notandum, præceptorum vim ex eorũ fine esse perpendendam: necessitas autẽ naturalis dupliciter homines inclinat, vno modo ad finem cuiusque particularem, vt conseruatio indiuidui, & huiusmodi necessitas obligat singulos ad sumendum cibum, non semper, sed quando & vbi oportet: alia verò est necessitas non singulis, sed toti reipublicæ incumbens, & hæc non obligat singulos, sed rempublicam in communi, atque adeò principes, qui eius sunt administratores, vt necessitas agriculturæ, ædificatoriæ, atque aliarum artium: non enim singuli tenenẽ esse agricultores, aut ædificatores, aut milites &c. sed vnusquisque suapte sponte vnamquamlibet sequitur artem. Sed si fortè contingeret, vt aliqua earum artium esset artificibus destituta, tunc princeps compellere posset eos, qui essent necessarij: pari ergo modo lex matrimonij non singulos, sed collectim rempublicam obligat. Vnde in initio cõditi orbis, quia Adam erat tota respublica, illi posita est lex, qua quidem filios suos cogere etiam poterat, vt cõnubia inter se cõciliarent, quousq; iusta esset generis facta propagatio. Et pari lege Noe, suos filios & nepotes potuit compellere. Quando verò illa necessitas non ingruit, prouidentia Dei est, naturaèque instinctus & voluptas sufficit, vt nõ desint qui absque coactione rei vxoriæ operam impendant. ¶ Hinc colligitur, præceptum matrimonij, licèt semper duret in republica, nullatenus consilio castitatis esse aduersum. Vtrùm vero in omni ætate ab orbe condito virginitas fuerit laudabilis disputabimus distin. 30. quæstione. 2. ¶ Sub lege autem euangelica, quando iuxta consilium Christi, vti ait, Paulus, virginitas celebratur, dubium est, vtrùm si aliqua natio eo vsque vel peste vel alia calamitate deuastaretur, atque ad eam hominum raritatem esset peruentum, vt periculũ imminneret, ne genus humanum deperiret, possent cogi etiam sacerdotes & religiosi & sanctimoniales connubia celebrare. Respondetur, quòd eos, qui non se voto astrinxissent, posset deberetque rex cogere. De monachis autem Palud. dist. præsenti. q. 3. quosdam refert dicentes, ꝙ etiam tunc non tenerentur, nec possent ad id cogi: quia credi tũc posset numerum electorum esse completũ, ac perinde finem mundi adesse. At verò opinio hæc non est tam vero similis, q̃ sua cõtraria: quoniam quando sit cessatio mundi futura, non est in cognitione humana positũ: horam quippe illam nemo scit, nec filius hominis. Et ideo nisi specialis reuelatio affulgẽret, ius naturale & cõmune seruandum esset. Ob idque si casus (qui non videtur possibilis) eueniret, etiã illi, qui se voto castitatis obstrinxerant, ad matrimonia tenerentur: quia votum semper includit conditionem illam, nisi ius naturæ conseruandi humanum genus obstet.

¶ Per hæc argumenta in capite quæstionis proposita, soluta restant. Concedimus enim cum S. Thoma præceptum matrimonij non esse reuocatum, sed obligare rempublicam, vt expositũ est. Cum quo tã stat vt vnus quilibet singulatim posit castitatẽ vouere. ¶ Et eodem modo soluitur argumentũ secũdum.

Republica ædificibus destituta cogi pũt, qui necessary principi videbũtur. *Noe.* *Matrimonij præceptum cõsilio castitatis non aduersatur.* *Dubium.* *Solutio dubij.* *Palud.* *Sententia autoris.* *Nota.* *Solutio primi argum.* *Solutio secũdi.*

ARTICVLVS. III.

Vtrùm vsus matrimonij: hoc est, maritalis complexus, sit licitus, atq; adeò esse possit meritorius.

QVM potentia sit propter actũ, atq; adeò matrimoniũ propter vsum: & matrimonium, vt dictum est, natura naturęq; autor Deus instituerit, compertum inde fit coniugum cõuersationem & generationis actum licitum esse. At verò, vt hæreticis respondeamus, tertius hic adhibetur articulus. Arguitur ergo congressum illum coniugalem non esse licitum. Quicquid rationis vsum corrũpit, quæ omnium virtutũ fons & origo existit, illicitum est & vitiosum: exuberantia verò sensualitatis, quæ in coitu ebulit, eiusmodi vsum absorbet, adeò vt. 7. Ethi. Philosophus asseruerit, impossibile esse hominem illo tũc articulo, aliquid intelligere: ergo ille actus est illicitus. Qua de causa Exodi. 19. præcipiebatur populo. qui Deum erat visurus, ne vxoribus se tunc commiscẽrent. Et August. 2. lib. Soliloquiorum ait, nihil sic deijcere animã ab arce virtutis suæ, sicut contactum illũ corporum, sine quo vxor haberi non potest. Et Hieronymus super Matthæum, quod refertur. 32. quæstione. 2. can. Connubia, ait tempore concubitus præsentiam spiritus sancti non dari, etiam si propheta videatur, qui officio generationis obsequitur. ¶ Secundò. Illud quod secundùm se est turpe, fieri nequit honestè: sed officium coniugale habet concupiscentiam cum turpitudine coniunctam:

Partis negatiuæ argumentũ primum. *Hieronym.* *Secundũ argumentũ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertium argumentũ. ergo nunquam fieri potest honestè. ¶Tertiò arguit, quòd huiusmodi actus esse nequeat meritorius. Ait enim Chrysostomus super Matthæum cap.19. Matrimonium & si vtentibus se pœnam non inferat, mercedem tamen non præstat: meritum autem non est nisi respectu mercedis: vnde Magister sentent. ait, quòd coniugium non meretur palmam: ergo non est meritorius. ¶Quartò. Id quod sine peccato veniali fieri nequit, esse non valet meritorium: sed actus matrimonialis semper habet adiunctam venialẽ culpam: quia non potest esse sine motu sensualitatis, cuius primus etiam motus est saltem venialis: ergo officium illud non potest esse meritoriũ. ¶In contrarium autem est verbum Apostoli.1.Corinth.7. Virgo non peccat si nubat. ¶De hac re nulla inter catholicos est controuersia, imò hæreticorum dogma adeò fuit absurdum, & humanis conceptibus dissonum, vt ipsum suam proderet falsitatem. August.lib.de hæresib.capit.35. Tatianos & Encratitas facit illius hæresis autores, ꝙ actus coniugalis, atq; adeò nuptiæ in illum vsum non sint licitæ, sed permissæ ad vitãdas alias peiores absurditates, iuxta verbũ Pauli, Propter fornicationem vnusquisq; suam habeat vxorem: melius enim est nubere, quàm vri. Hierony. verò lib.1. contra Iouinianũ, Marcionem & Manichæum Tatiano antiquiores, inuentores eiusdem erroris refert. Et Tertullianus aduersus Marcionem de eodem error eum reuincit. Atqui Guido Carmelita Armenis etiam eũdem adscribit: quippe qui aiebant, quòd si primi parentes nostri non peccassent, nunquã ad generandũ coijssent, sed aliter genus nostrum multiplicaretur: scilicet, per creationem singulorũ hominum. Sed propter peccatũ, aiebant, mutatã fuisse propagationis formã per generationẽ. Qua vtiq; ratione appellati sunt Adamiani. Eorũ hæresim refert lib. de bono coniugali Augu. cap.2. quam reprobat. Occasionem errandi inde nacti sunt, quòd primus parens obscœnum motũ non nisi post peccatũ sensit. Hãc phrenesim suscitauit postmodum tempore Innocẽtij tertij Almaricus quidam Parisiensis doctor. Atque hic error est, quem idem summus Pontifex cap. Damnamus, de summa trinita. & fide catholi. insinuat dicens, Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici, cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina nõ tam hæretica, quàm insana sit censenda. ¶Cõtra hos ergo vesanos errores duæ statuuntur orthodoxę conclusiones. Prima. Negare complexum cõiugalem licitum esse fuisseq; necessarium in statu naturæ integrę, est non modò impietas aduersus scripturam sacram, verùm & stupida dementia aduersus naturæ lumen. Probatur primùm ex verbo domini Gen.2. Non est bonum, hominẽ esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, In quem locum August.lib.9. super Gen. ad literam cap.7. Non, inquit, video ad quod aliud adiutorium mulier facta sit viro, si generandi causa subtrahitur. Imò verò dominus ipse Matth.19. & Marci. 10. interrogantibus Pharisæis, an liceret vxorem dimittere, Non legistis, inquit, quia qui fecit hominẽ ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna, vbi indissolubilem matrimonij nexum illic constitutum fuisse declarat. Et clarum est, illa verba ante peccatũ fuisse prolata. Quare in statu innocentiæ eadẽ fuisset generatio. Item, dicere quòd præter Adam alij essent creandi homines, est contra illud Ecclesiasti.8. Qui viuit in æternum creauit omnia simul, quasi dixisset, nõ alia ampliùs creaturus, præter animas rationales, quæ de materia per generationem educi nequeunt. Præterea, natura per peccatum in officijs naturalibus non est mutata, vt pater in nutritione, & in alijs: ergo si nunc species nostra, veluti aliæ vniuersorum animalĩã, per commistionem masculi & fœminæ propagãtur, manifestum est hoc esse naturale opus, atq; adeò simile in statu naturæ integræ fuisset. ¶Deinde contra alios hæreticos dicentes, illicitam nunc esse generationem, fit argumentum, quòd Deus creauit naturam nostram tum in suis naturalibus bonã, tum & ad suã fœlicitatem aptam: eius ergo multiplicatio non solùm naturæ maximè cõsonat, verùm & Dei propositum implet, qui eam ad reparandas angelorum ruinas cõdidit. Quinimò quanuis angeli non cecidissent, eam in illum finem creasset. At verò stultum est aduersus hanc stultitiam pluribus agere. Multa de hoc tum Hierony. tum etiã Augustinus adnotarunt. Et extant decreta plurima Pontificum & conciliorum, vt apud Leonem in epistola ad Termilum cap.7. & in cõcilio Bracarensi & Toletano.1. atq; alijs multis. Imò fuit error adeò à naturæ ingenio abhorrens, vt Paulus ad exagerandam hæreticorum ab

Quartũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Hæreticorũ error.

Hierony.

Tertullian⁹

Guido Carmelita.

Armenorum error.

Almaricus hæreticus.

Prima conclusio.

Ratio cõclusionis.

Augustinus

Matth. 19.

Armenorũ error confutatur.

Aliud argumentum.

Argumentum contra alios hæreticos.

Hieronymus

Paul. 1. ad Timoth.

Paul. 1. ad Timoth. 4. surditatem hanc spiritu prophetico prędixerit. 1. ad Timoth. 4. Spiritus enim, inquit, manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus (vel illa vocat nouissima tempora, vel fortè rursum eadem hæresis repullulascet) quidã discedent à fide in spiritu dæmoniorum prohibentium nubere, & iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit. Vide quomodo duo officia naturæ coiunxit ab hęreticis reprobata: scilicet, cibos sumere ad cõseruationem indiuidui, & nuptias celebrare ad conseruationem speciei. Quocirca sicut cibatio modo & mensura temperata actus virtutis est, ita & generatio. Ex quo fit præfatas hæreses nullùm potuisse habere fundamentum præter Manichæorum blasphemiam, dicentium corpoream naturam non à bono, sed à nequam Deo dimanasse. Aduersus quã non vacat hic modò disputãdi locus. Eandem veritatem Apostolus. 1. ad Corinth. 7. edocet vbi ita virginitatem & carnis abstinentiã profuso iam nunc sati: humano genere matrimonio præfert, vt tamen illud non condemnet, sed prorsus approbet, admonẽs vt vnusquisque suam vxorem habeat, ne se defraudent. ¶Secunda conclusio. Actus coniugalis potest esse apud Deum meritorius gratiæ. Probatur primò, quia est actus obedientiæ, iuxta illud Genes.1. Crescite & multiplicamini: ergo si non alia vicietur praua circunstantia, & fiat extra charitatem, erit moraliter bonus, sicut vbi & quando oportet, comedere ad cõseruandam vitam: & si fiat ex charitate, erit simpliciter virtus, atque adeò apud Deum gratus & meritorius. Imò verò non solùm est obedientiæ officium, sed etiã iustitiæ, si fiat ad reddendum coniugi debitum, iuxta verbum Pauli, Vxori vir debitũ reddat. Et insuper esse potest virtus religionis, si fiat ad procreandos liberos in cultum Dei. Neque verò oportet, vt actu coniuges istos fines dum congrediuntur, meditentur, sed satis est virtualis relatio, vt pote si nullam apponant malam circunstantiã. Nam actus ipse de se refertur in bonum honestũ, vt sit moraliter bonus, & si fiat ex charitate, vt sit meritorius. ¶Quòd si quis inde inferre contendat, consulendum esse, vt crebrò coniuges amplexus illos frequentent, quandoquidem sunt meritorij, negatur consequentia. Nam ita sunt bona officia, vt tamen nõ sint optima. Stat enim bonum esse aliquãdo comedere, & sanctiꝰ abstinere. Eodẽ modo ait Paulus, quòd licèt bonum sit, vt non se defraudent, nihilominus melius est, vt communi consensu aliquãdo abstineant orationis gratia. Et eadem ratione propter alios honestos fines. Præterquam quòd ad probitatem moralis actus oportet, vt suis sit appendicibus & circũstantijs circumseptus: & vna circunstantiarum est quantitas & modus: & ideo si frequẽtia modum exuperet, vt conseruationi indiuidui noceat, virtutis lineam transgredietur.

Secunda cõclusio.

Ratio cõclusionis.

Actus coniugalis obedientiæ & iustitiæ virtus.

Virtus religionis.

Obiectio.

Dilutio.

Paulus.

¶Adiunxit hic tamen Sanctus Thom. quæstione.1.artic.4. tria alia, quibus asserit posse peccatum actui coniugali accidere. Primus casus est, si fieret ociosè: hoc est, absque vllo fine formali vel virtuali: quod quidem omni actioni generale est. Nam vt ipse.1.2. q.18. artic.9. demõstrat, nullus datur actus indifferens in indiuiduo: quia si fiat absque vllo fine, est ociosus & malus, atque adeò venialis culpa. Secundus casus est, si coniux sola libidine moueatur, tamen infra bona matrimonij. Itaque vir accedit ad vxorem ob solã Venerem, sic tamen affectus, vt non accederet ad aliam. Et est opinio Magistri dicentis, ꝙ coniugium est permissio de minoribus bonis: coitus verò coniugum, qui fit causa incõtinentiæ, est de minoribus malis. Et Magistrum sequuntur ferè doctores. Inferiùs tamen distinct.30. emunctiùs venit hoc examinandum: nempe, vtrùm præcisè gratia cuitandæ fornicatiõis liceat propria vxore vti. Cuius pars affirmatiua fortasse probabilior est, vt videbimus, quàm altera. Tertium dictum est, quòd si coniux libidine extra bona matrimonij efferatur, vt scilicet cum quacunque muliere id facere proponeret, esset peccatum mortale. Quæ quidem assertio sanè intellecta, vera est: non enim dicit, quòd accessus ipse ad vxorem sit mortalis, sed propositum accedendi ad alienam: nempe hoc, Etiam si hæc non esset mea, accederem ad illam, quod quidem specimen fornicationis induit.

S. Thomas.

Primus casus.

Secũdus casus.

Opinio Magistri sent.

Tertius casus.

Assertiõis intellectus.

¶Ad primum igitur argumentum respondetur per distinctionem maioris. Redundantia nanque passionis, quæ tollit non modo rationis vsum, sed rationis ordinem, illa quidem est peccatum: quia est peruersio rationis. Illa tamen, quæ tollit rationis vsum, non tamen ordinem, non est peccatum, alioqui somnus esset peccatum. Delectatio ergo cõractus maritalis licèt in paruum tempus rationem eclipset, ne altiori rei vacare possit, tamen non tollit rationis ordinem: imò ra-

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto Biblioteca

tio generationis exposcit, vt ob illum finem tantillo illo temporis rationē ad aliam rem homo non applicet. Nam & esus ciborū, & quandoq; medicinæ, ferè eundē habent effectum. Vnde licèt actus fornicatoris & actus coniugalis sint eiusdem naturæ ad tollendū rationis vsum, non tamē in genere moris ad tollendum rationis ordinē: & ideo prior est peccatum, posterior verò non item. Qui autem vult orationi, vt ait Paulus, & alijs studijs vacare, vel vxorem non ducat, vel de eius consensu abstineat in tempus. ¶ Sed & hoc rursus ratio flagitat, ne in illo actu coniux nimiam procuret fruitionem, id quod Pau. loco citato admonet dicens. Qui nubunt, sint tanquam non nubentes. Non em vult vt nubentes ab illo actu prorsus abstineāt, sed cōsulit, vt studeant sic eum exercere, ac si non exercerent: quemadmodū subdit, Qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam non vtentes. ¶ Ad secundum respondetur, turpitudinem, alteram esse culpę, atq; alteram pœnæ. Prior quidem semper est peccatum, posterior verò non vtiq;. Turpitudo autem coniugalis officij non est culpæ, sed pœnæ ex peccato primorum parentū prouenientis: propterea q̄ membra corporis & sensualitas non obediunt rationi ad nutum, vt scilicet non moueantur, nisi quando ratio iusserit, quod fieret in statu naturæ integræ. ¶ Quòd si rursus arguas. Si actus huiuscemodi genere suo licitus prorsus est, quidnam opus habet excusari? Et tamen, vt infra videbimus, multa bona adferuntur matrimonium excusantia. Respondetur, illa opera ex merito excusari, quæ vllam præ se ferunt effigiem mali, quorum vtiq; aliqua in partē, aliqua verò in totum excusantur. Et quia actus cōiugalis continet ex vna parte concupiscentiæ turpitudinem modo exposito, excusatur in totum, vt infra videbimus. ¶ Ad tertium respondetur, quòd radix meriti quantùm ad præmium substantiale est charitas: accedit autem ei aliqua etiam merendi ratio ex difficultate: quia virtus, vt ait Aristoteles, circa difficile versatur. Et hanc mercedem, ait Chrysostomus, non sic accedere huic virtuti, sicuti alijs difficilibus: quia delectatio illa tollit difficultatem laboris, tametsi non tollat difficultatem ponendi medium inter extrema, in quo ratio virtutis consistit. Quinuerò & nonnūquam est difficultas laboris, vt in viro, qui languore & debilitate laboraret, & nihilominus generationis gratia rei vxoriæ insisteret. Atq; hoc pacto intelligendus est Magister vbi ait, coniugium non mereri palmam: quia non est difficile sicut virginitas. ¶ Ad quartū deniq; negatur minor. Motus enim primus concupiscentiæ nō est peccatum veniale, nisi quando est de aliquo delectabili præter rationis ordinē, velut motus primus fornicationis. Id quod à legitimo vsu coniugij alienum est.

Nimia fruitio coniugibus vitanda.

Solutio secūdi argumē.

Argumēt.

Dilutio.

Solutio tertij argumē.

Aristo.

Chrysosto.

Solutio quarti argumē.

QVAESTIO SECUNDA de matrimonio secundùm rationem sacramenti.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm matrimonium sit sacramentum nouæ legis.

Otissima ratio matrimonij, præterq̄ q̄ est in officium & in remedium, est esse sacramētum. Sed nihilominus à parte opposita arguitur. Omne sacramētū nouæ legis constat ex materia & forma: matrimonij autem neq; vlla est forma: quia benedictio sacerdotis in nuptijs non est de essentia matrimonij: neque vero vlla est materia: quia nulla est illic materia sensibilis: & tamen Hugo ait, quòd sacramentum est materiale elementum: ergo matrimonium non est inter sacramēta. ¶ Secundò arguitur. Omne sacramentum nouæ legis efficit quod figurat: matrimonium autem figurat coniunctionem Christi cum ecclesia, quam tū non efficit: ergo non est sacramentum. ¶ Tertiò. In omni sacramēto distinguuntur tria: scilicet, id quod est sacramentum tantùm: putà, signum sensibile, & id quod est res tantùm, vt gratia: & aliquid quod sit res & sacramentum simul, quod non potest in matrimonio signari, cùm non imprimat characterem ergo non est sacramentum. ¶ In contrarium est verbum Pauli ad Ephesios. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autē dico in Christo & ecclesia.

Partingentiæ argumentū primum.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Pars affirmatiua.

¶ Quæstio inter catholicos quàm facillima est. Non autem defuerunt hæretici sacramē tum

Decisio articuli.

tum hoc abnegantes. Cuius erroris autores, vt ait Guido Carmelita, fuerunt Armeni. Et nostris temporibus patroni sunt Lutherani, qui negant vlla ratione sacramentum esse: quia nunquam fuit, inquiunt, institutum in signum cuiuspiam gratiæ, atque adeò neq; illam confert. Hunc enim effectū omnibus sacramentis subtrahunt. ¶ Igitur cùm omne sacramentum nouæ legis gratiam conferat, duo sunt impræsentiarū examināda. Primū scilicet, vtrùm matrimonium sit sacramentum, accipiendo nomen generaliter: idest, signum & mysterium alicuius sanctitatis, siue illam conferat, siue non conferat, quod quidem nomen est commune tam sacramentis veteris legis, quàm nouæ. Et secundum, an gratiam conferat. Vtrunq; enim Lutherani negant. De hoc autem secundo membro articulus nos tertius erudiet. ¶ Sed ad primū, quod hic disputatur, vnica conclusione respondetur. Matrimonium est sacramentum ecclesiæ. Probatur. Nomine sacramenti, vt distin. 1. prædiximus, intelligitur mysterium aliquod sanctitatis, nouæ legis, quam sacramenta vetera significabant futuram, nostra verò significant præsentem: sed matrimonium est huiusmodi: ergo est sacramentum. Minorem docuit nos loco proximè citato Paulus admonens, vt subiecti inuicem Christiani sint in timore Christi. Mulieres enim, inquit, viris suis subditæ sint sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ. Ecce mysteriū, quòd coniunctio mulieris cum viro, qui sunt quasi membrum & caput, sit signum cōiunctionis ecclesiæ cum Christo, sub quo quasi sub capite suo viuit. Et quia ex hac coniunctiōe pullulat mutuus amor, subinfert. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Quocirca dilectio viri & vxoris signum est etiam dilectionis Christi & ecclesiæ. Vnde sicut Christus diligit ecclesiam, veluti caput suum proprium corpus: ita & viri sicut propria corpora debent vxores diligere. Imò qui vxorem, inquit, diligit, seipsum diligit. Vide quanta cum exaggeratione & emphasi commēdat vnionem viri & vxoris ceu sacramentum vnionis Christi & ecclesiæ. Quocirca omnes, inquit, membra sumus Christi de carne eius & de ossibus eius, alludens ad Euam, quæ de ossibus Adæ fuit fabricata. Atque adeò subdit verba Adæ, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Ex his ergo catholicam veritatem concludit dicēs, Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia: vbi duas coniunctiones, si consideratè perspexeris, tam in cōiugibus, quàm in Christo designauit Apostolus. Sunt enim coniuges vnum vnitate naturæ: quia duo in carne vna, per commistionem copulæ. Ac subinde vnum vnitate charitatis: quia debent se ambo mutuò, sicut vterq; seipsum, diligere. Quarum prior vnio significat vnitatem naturæ Christi & ecclesiæ: quia nostram naturam induit. Et posterior significat item charitatem Christi, qui se pro ecclesia morti exposuit. ¶ Duplici verò cauillo abigere conatur Lutherus Paulinum hunc sensum. Primo, quòd Apostolus græcè scribens non dixit sacramentum, sed mysterium. Attamen hoc futile est: quoniā idem est mysterium & sacramentum, vt in fronte primæ distinctionis præmonstrauimus. Quare interpretes Latini vtroq; nomine promiscuè vtuntur. Secundo sensum præuaricatur dicens, Paulum non affirmasse de matrimonio, quòd sit sacramentum aut mysterium, sed de coniunctione Christi & ecclesiæ: illam enim, inquit, appellat sacramētum sanctificationis per fidem. At verò præuaricatio hæc ex verbis ipsis Pauli falsitatis conuincitur. Nam cùm coniunctionem tam naturæ quàm amoris viri & vxoris, ita multis verbis conferat cum coniunctione & amore Christi & ecclesiæ, palam demonstrat arctissimam illam communionem viri & vxoris esse signū desponsationis & amplexus Christi & ecclesiæ, in quo consistit ratio sacramēti. Quocirca potuisset optimè Caiet. illā adnotaciunculā excusare, quā adiecit in expositione huius Paulini loci: nēpe, q̄ ex illo verbo, sacramentum hoc magnum est, non colligitur matrimonium esse sacramentū: quia non dixit, nisi mysterium. Nam re vera idē est mysterium & sacramentum, si modo decollatione gratiæ non contendamus. Leo enim Papa in Epistola. 11. ad Constantinopolitanos in hoc sensu adduxit hoc verbū: nempe, quòd ab exordio generis humani prænūciatus est Christus per coniugium primorum parentum, dicente Apostolo, sacramentum hoc magnum est. Et concilium Florentinum hoc Pauli testimonio probat, matrimonium esse sacramentum. Et Ambrosius super eundem locum, Mysterij, inquit, sacramentum grande in vnitate viri & fœminæ esse

Hæreticorū error.

Conclusio.

Ratio cōclusionis.

Probatio minoris.

Mysterium matrimonij.

Cōmēdatio vnionis coniugum.

Duplex cauillum Lutheri.

Refutat error Lutheri.

Secundi error Lutheri.

Caietanus.

Universidad de Deusto Biblioteca

næ esse significat. Ac demum Magister sententiarum, eodem ipso testimonio eandem confirmat veritatē. Quin verò expresè ibidem Augustinus, Non tantùm, inquit, fœcunditas, cuius fructus in prole est: neq; tantùm pudicitia, cuius vinculum est fides, verùm etiam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus, Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam. ¶ Hæc verò cauenda est hic fallacia, nequis verbis Pauli seducatur arbitratus voluisse dicere, illo tunc temporis articulo, quo dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. illam eius coniunctionem cum Eua fuisse sacramentum, sicuti est modò: tunc enim, quia nullum vigebat peccatum, nullo opus erat sacramento. Sensus ergo Apostoli est, quòd tunc fuit sacramentum: hoc est, mysterium & figura futuræ vnionis Christi & ecclesiæ, sed postquam ex latere eius in cruce emanauerunt noua sacramenta, ac subinde ecclesia quasi de eius costa, sicuti Eua ex Adam plasmata fuit, idem ipsum coniugale vinculum vim obtinuit sacramenti. ¶ Secundò eadem veritas confirmatur. Sacramentum nouæ legis est signum alicuius occulti remedij contra aliquod peccatum: sed matrimonium est huiusmodi: nam cùm propagatio humani generis, quod ad æternam beatitudinē creatum est, & per Christum recreatum, fuerit ad illum finem necessaria, quæ quidem sine concupiscentia carnis fieri non potest, decentissimum fuit, vt matrimonium in remedium illius concupiscentiæ institueretur.

Paulini loci sensus.

Germanus sensus Apostoli.

Secunda cōfirmatio.

¶ Quod si arguas. Alia sunt peccata grauiora, contra quæ nullum est institutum sacramentum: ergo nec debuit contra concupiscentiam. Respondetur, quòd concupiscentia, quia est vitium totius naturæ, idque homini quasi natiuum, indigebat præ alijs remedio, potissimùm in re tā necessaria, quàm est nostri generis propagatio. Sed de hoc latiùs articulo.3. ¶ Veritas præterea hæc: nempe, quòd matrimonium sit sacramentum, multis est canonibus constituta. Primùm capit. Ad abolendam, de hæretic. damnantur qui aliter quàm ecclesia Romana de septem sacramentis ecclesiæ senserint, inter quæ numeratur matrimonium. Et in concilio Constantiensi sessione. 15. de hoc inter alios errore condemnatus fuit Ioannes Hus, quòd septem sacramenta ecclesiæ inficiabatur. Ac subinde in Concilio Florentino & hoc quoque in ordine sacramentorum collocatum est. Quapropter, quicquid sit de collatione gratiæ, de quo statim dicturi sumus, manifestaria hæresis est, negare hoc esse sacramentum ecclesiæ nouæ legis perinde ac reliqua sex. Atq; adeò semper inter sacramēta nouæ legis fuit cultū. Et ideo Erasmus consultiùs fecisset hoc non reuocare in dubiū, qui in antidoto epistolæ Hieronymi ad Gerontiam ait. Haud scio an ætate Hieronymi ecclesia matrimoniū inter sacramenta numerauerit. Neq; Dionysius, inquit, lib.3. ecclesia. hierar. inter alia sacramenta mentionē huius facit. Cùm enim tum Hieronymus contra Iouinianum, tum Augustinus tam latè de fidelium matrimonio disputauerint, proculdubio erat sacramentum, fuitque semper ex institutione Christi.

Matrimonium est sacramēntum.

Concil. Constantiense.

Obiectio.

Erasmus.

¶ Ad primū igitur argumentū rñdetur cum D. Tho. Durandus quippe in.4. dist.1. q.3. fateri renuit propriè in matrimonio materiā & formam distingui posse: nam dicere, vt Paludanus cōminiscitur ead. dist. q. 4. ꝙ materia sint ipsi cōtrahentes, nō est consentaneū: propterea ꝙ materia debet esse pars sacramenti: & tn̄ contrahētes non sunt pars eius, sed subiectū. Item neq; dicere, ꝙ materia sint interni consensus, forma verò extera verba, rationi consonat: qm̄ tam materia q̄ forma debent esse res sensibiles. Si ergo dicat, ꝙ verba aut nutus alterius sint forma, Contradarguit Durādus, Primò, quia materia solet dici res, sicut ablutio baptismi, forma verò verba: è rebus em̄ & verbis sacramēta perficiunt: in matrimonio verò non distinguunt materia & forma vt res & verba: quia in vtroque contrahentiū sunt tantùm verba vel nutus. Secūdò, quia illa verba ex ęquo se habēt in vtroq;: quare nō possunt discerni, vt præcedentia sint materia, & sequentia forma. Hoc præter alia argumēto mouet Durand. vt nō satis planè affirmet matrimonium esse sacramentū nouę legis. De hoc aūt art.3. aduersus eū acturi sumus. Interim tū rñdetur, contrahentiū verba, aut nutus, qui eorū loco substituuntur, esse materiā & formā, vt dist.1. q.1. art.6. latiùs dissertum à nobis est. Neq; refert præcedētia ne sint, an subsequētia, vt illa sint materia, hæc vero forma, vt Ricard. dist. pūti art.4. q.2. autumat. Sed siue vir priùs consensum exprimat, siue vxor, amborū verba sunt sibi inuicē materia & forma: nā vtriusq; verba per verba alterius informantur, vimque obtinent significandi, colligandique conugalem

Solutio primi argumēti Durandi.

Paludanus.

Argumentum primum Durandi.

Secunda argumentum Durandi.

Autoris solutio.

galem nodum. Quocirca quando D. Thomas superiùs distin.1. articu.3. ad quintum, dixit, formam in matrimonio esse verba exprimētia consensum, & iterum benedictiones ab ecclesia institutas, nō intelligit ex æquo, sed quòd verba exprimētia consensum sunt forma essentialis, benedictio verò accidentaria ad solennitatem pertinēs, vt expresè hic ait. Verba enim, inquit, quibus matrimonialis consensus exprimitur, sunt forma huius sacramenti, non autem benedictio sacerdotis, quæ est quoddam sacramentale. Et statim in solutione secundi confert hoc sacramentum cum sacramento pœnitentiæ dicens, quòd quia vtrumque per actum eius perficitur, qui sacramento vtitur, non est in istis alia materia pręter actus suscipiētis. Id quod distinctione.14. quæstione prima, artic.1. latiùs expresserat. Respondetur ergo ad Durandum, quando dicimus materiam esse rē, non accipi sic strictè, vt res distinguatur à verbo, sed vtriusquè verba possunt esse materia respectu verborum alterius, siue præcedant siue sequantur. ¶ Non autem desunt qui arbitrentur verba sacerdotis, dum nuptiæ solenniter contrahuntur, esse formam essentialem. Sed de hoc artic.3. Ad illud autem Dionysij respondetur, quòd non fuit eius mens omnia sacramenta percensere, sed illa, quæ ad actus hierarchicos attinent, qualia sunt quinque, & ideo vti de pœnitentia, ita & de matrimonio subticuit. ¶ Ad secundum respondetur, quòd hoc sacramentum significat & aliquid exteriùs, quod est desponsatio Christi cum ecclesia, & aliquid interiùs, quod est gratia, & hæc est res contenta. Sacramentum autem non debet efficere id quod exteriùs significat, sed rem contentam. At verò Magister sententiarum, vt hic ait Sanctus Thomas, quia erat illius opinionis, quòd in hoc sacramento nulla esset res contenta, non asserunt per ipsum significari nisi rem exteram: scilicet, desponsationem Christi & ecclesiæ. ¶ Ad tertium respondetur, quòd sacramentum tantùm impræsentiarum sunt actus & consensus contrahentium exteriùs significati. Res autem & sacramentum est vnio & nexus maritalis, qui ex illis actibus resultat. Sed res tantùm contenta est gratia.

D. Thomas.

Benedictiones ecclesiæ an sint forma.

Nota.

Diluitur argumen. Durandi.

Ad illud Dionysij.

Solutio secūdi argumē.

Magist. sententi.

Solutio tertij argumē.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm matrimonium fuerit in noua lege in sacramentum institutum.

ARticulo proximo hic ad eius expositionem adnectitur de eius institutiōe, quatenus sacramentum est. Et arguitur, quòd non fuerit in noua lege institutum, atque adeò quòd non sit sacramentum nouæ legis. Vnum sacramentum pluribus institutionibus non indiget: matrimonium autem, vt quæstione superiori dictum est, fuit institutum ante peccatum, & post peccatū in lege naturæ: ergo non fuit institutum à Christo. ¶ Secundò. Non apparet in euangelio locus vbi de nouo fuerit institutum: nam Matthæi.19. antiquam institutionem retulit Christus dicens, Non legistis, quia ab initio qui fecit hominem, masculum & fœminam fecit illos? ¶ In contrarium est, quòd omnia sacramenta habent virtutem à passione Christi, atque adeò ipso autore instituta sunt.

Partis negatiuæ argumentū primum.

Secundū argumentū.

Pars affirmatiua.

¶ Quæstio est facilis, ad quam tribus conclusionibus respōdetur. Prima. Matrimonium fuit in officium institutum ante peccatum. Matrimonium enim, vt prædictum est, naturali instinctu & præcepto est hominibus inditum: Deus autem & natura in bonum semper sua opera refert, & secundùm illum bonum finem eadem opera admetitur: tria autem sunt bona in matrimonio, quorum primum & naturæ inclinationi proximum est procreatio humani generis, quod quidem & ante peccatum erat necessarium: & ideo in hoc officium illicò condito homine institutum est matrimonium. ¶ Secundum bonum est remedium contra peccatum, & de hoc subiungitur secunda conclusio. Illico post hominis lapsum māsit idem matrimonium remedium contra concupiscētiam, vt quæstione præcedenti articulo.2. latè expositum est. Et ideo quantùm ad hæc duo tantùm bōificia vigorē habuit in lege naturæ. Et præterea sub lege Moysi aliqua huic sacramento adiūcta fuit personarum determinatio. Nam quanuis lex naturæ iuberet, vt matrimonij fœdus indissolubile esset, quodquidem vbicunq; naturæ lumen emicabat, seruabatur, & sicubi dirimebatur, vt viuēte priore coniuge alter alias nuptias iniret, hoc erat ꝓpterea ꝙ eiusmodi lumē cōtenebrescēret. Nihilominus ꝙvna nō nisi vni viro nuberet, & matrimonia in certis cōsanguinitatis gradibus non permtterentur, non fuit ita liquidum, & ideo lex Mosayca de huiusmodi per sona-

Prima conclusio.

Tria bona matrimonij.

Secunda cōclusio.

Lege naturæ nex° matrimonij indissolubilis.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſonarum cautione nonnulla adhibuit mãdata. Quanuis viris vxorum multitudo nõ fuerit vſquequaq; interdicta, vt diſt. 33. diſputabimus. ¶ Tertiũ munus matrimonij eſt myſterium deſpõſationis Chriſti cum eccleſia indicare, atq; adeò, tanq; eiuſdem redemptoris inſtrumentum, gratiam ad idoneum eius vſum infundere. Et de hoc ſubditur tertia cõcluſio. Sacramentum matrimonij, qua ratione eſt ſacramentum, in noua lege à Chriſto inſtitutum eſt. Et ratio eſt huic cum reliquis ſacramentis cõmunis: quoniam omnia ſacramenta, eo q̃ inſtrumẽta ſunt paſsionis Chriſti, ab ipſo fuerunt inſtituta. At verò quantùm ad alia commoda, quæ ex hoc cõiugali fœdere in rempublicam pullulant, quale eſt mutuum obſequium, & vicaria officia coniugum, quibus eorum amicitia colitur, iure etiam gentium & ciuili nonnullæ adhibenẽ leges quibus nuptiarũ cõciliatio decoratur, & conſtabilitur, vt de dotibus. Nam reipublicæ intereſt dotes mulieribus cõſeruari, ad ſobolem procreandam, & replẽdam liberis ciuitatem. l. 1. ff. ſolu. matri. Et de libero bonorum vſu, qui competit viro, de ſucceſsiõe vxoris in partem bonorum, & de legatis, & iure hæreditatis, &c. Vnde inter leges ciuiles extat titulus de ſponſalibus. ff. & de iure dotium atq; alij. ¶ Ex quo fit conſequẽs hoc peculiare eſſe huic ſacramento, q̃ cùm reliqua in noua lege tanq; res prorſus nouæ & ante illã nunq; auditæ fuerint inſtituta, hoc, cùm res vetus fuerit, nouam rationem ſacramenti per Chriſti inſtitutionem acquiſiuit. Primitus enim Chriſtus hac fortè de cauſa, ſi coniectari licet, nuptias ſua præſentia honeſtare voluit: & primo, quod in mundo edidit, miraculo inſignire, vt illic facto ipſo inſinuaret, illud, quod antea ſolùm erat officiũ & remediũ, per ſuam legem celebrandũ fore vt ſacramentum. Præſcius, inquam, illucuſq; nuptiarum vinum: hoc eſt, amicitiam, gaudium & guſtum plurimum defeciſſe: quia ſine gratia Dei omnis humana neceſsitudo veluti aqua friget & languet: iuit conuerſum aquam in vinum, quo futura gratia ſacramenti deſignata fuit. Vbi & coniuges vniuerſos admonitos curauit, ne matrimonialia fœdera in bonis caducis: hoc eſt, in amplis dotibus, aut alijs formis & cauſis fundarent, quæ facilè dilabuntur, ſed in ſola virtute, quæ perpetuæ lætitiæ & amicitiæ coniugalis cuſtos eſt. Deinde verò, vt Matthæi. 19. legitur, à Phariſæis rogatus, liceret ne hominibus vxorem quacunque de cauſa dimittere? quæ quidem interrogatio indicabat lumen naturæ, quo indiſſolubilis cõiugalis nexus admonetur, obſcuratum illis iam tunc fuiſſe, contrarium eos docuit, non quidem denuò naturam matrimonij inſtituens, ſed oſtendens ab orbe condito à Deo naturæ conditore fuiſſe inſtitutam. Et ideo, Non legiſtis, inquit, quia qui fecit hominem à principio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit: hoc eſt, Adamum inſtigauit, vt diceret, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro: hoc eſt, indiuiſibilis. Non autem hæc Chriſti euangelica inſtitutio ſolùm fuit (vt quidam volunt) declaratio naturalis iuris, ſed inſuper confirmatio. Quare ſubdit, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: quaſi diceret, Hanc, quam Deus coniunctionem ſanxit, ego, quatenus orbis redemptor, nouo iure & præcepto meo confirmo, Quoquidem loco id, quod antea erat in officium & remedium, fecit eſſe ſacramentum, vt per ſuam deinceps paſsionem vim nouam diuinæ conferendæ gratiæ obtineret. Nam licèt illuc vſque ſic fuiſſet in remedium, vt maritalis concupiſcentia non eſſet peccatum, imò poſſet eſſe meritum, non tamen ſingularem habebat ad id muneris fauorem diuinæ gratiæ.

Tertia concluſio. *Ratio.* *Iure gentiũ & ciuili leges adhibitæ circa matrimoniũ.* *Quos Deus coniunxit.* *Nota.* *Chriſtꝰ quare nuptijs interfuerit.* *Vinum nuptiarum.* *Nota.* *Matth. 19.*

¶ Per hæc ergo argumentis rñſum eſt. Concedimus em̃ ad primum, nullũ ſacramentũ, quatenus ſacramentũ eſt, plurium egere inſtitutionũ, ſed tamen hoc, quia nõ eſt ſolùm ſacramentũ, ſed etiam naturæ officiũ, decuit vt poſtquam ſub vna ratione priùs fuerat inſtitutum, denuò fieret ſacramentum, in locis euangelicis modò deſignatis. Per quæ ſecundo argumento ſatisfactum eſt. *Solutio argumẽtorũ.*

ARTICVLVS. III.

Vtrùm matrimonium gratiam conferat.

NON ſatis concluditur matrimonium eſſe ſacramentũ nouæ legis, quouſq; oſtendatur conferre gratiã, quod noſtrorum ſacramentorum priuilegium eſt. Arguitur ergo à parte negatiua. Omne ſacramentum, quod gratiam confert, per materiam ſuam & formam eam infundit: materia autem & forma ſacramenti huius ſunt actus contrahentium: diceretur verò quòd *Partis negatiua argumẽtum primum.*

quòd noſtra propria opera ſint cauſa gratię hæreſis eſt Pelagiana contra Paulum: nam ſi ex operibus, iam non eſſet gratia: ergo matrimonium gratiam nõ confert. Et augetur dubium de matrimonio, quod inter abſentes conciliatur, aut per epiſtolam aut per internuncium, non enim videtur quomodo gratiam conferat, cùm vſu venire poſsit, vt dum poſterior cõſentit, prior dormiat. ¶ Secundò arguitur. Si gratiam conferret, maximè contra concupiſcentiam: at per matrimonium concupiſcentia potiùs inflammatur, quâm extinguatur, ſicut ignis alio appoſito igne. Vnde Philoſophus. 3. Ethic. Concupiſcentia, inquit, voluptatum inſatiabilis eſt, & ſua ipſius ratione tanq; ſui ſimili augetur: ergo matrimonium non eſt remedium concupiſcentiæ. ¶ Tertiò. Si tale remedium gratia præſtaret, cùm concupiſcentia omnibus ſit mortalibus cõmune malum, ſalubre cõſilium cunctis eſſet matrimonium: quod eſt contra conſilium Pauli. 1. Corin. 7. ergo non eſt remediũ concupiſcẽtiæ. ¶ Quarto arguitur. Si ſacramentũ matrimonij conferret gratiam, hoc eſſet fidelibus baptizatis: nam baptiſmus eſt ianua omnium ſacramẽtorum: hoc aũt apparet falſum: quia vt cap. Gaudemus, de diuortijs, decernitur, ſacramẽtum cõiugij apud fideles & infideles exiſtit, iuxta verbum Pauli. 1. Corinth. 7. Si quis frater vxorẽ habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum eo, non illam dimittat. ¶ In cõtrarium aũt eſt, quod matrimonium eſt per Chriſtum inſtitutum tanq; remedium, iuxta verbum Auguſtini lib. 9. ſuper Gen. ad literã cap. 7. Matrimonium, quod ſanis eſt ad officium, ægrotis eſt ad remedium: Chriſti autẽ remedia aduerſus peccata non ſunt niſi per gratiam: ergo matrimoniũ confert gratiam. ¶ De hac quæſtione, vt hæreticos prætereamus, qui effectum gratiæ in ſacramentis nõ agnoſcunt, etiam inter catholicos controuertitur. Durandus nanq; diſt. præſenti. q. 3. quãuis affirmet matrimonium eſſe hac ratione ſacramentũ, q̃ eſt ſignum, vt ad Epheſ. 5. ait Paulus, deſponſationis Chriſti & eccleſię, ait tñ citra periculum hæreſis licitum eſſe opinari non eſſe ſacramentum gratiam conferens, atq; adeò non eſſe ſacramentum vniuocè, vt ait, cum alijs ſacramẽtis nouę legis. Quãquidẽ opinionẽ, ceu probabiliorẽ ſuſtinet. Non tñ aliter ꝓbat, q̃ quia ex interpretib⁹ ſacrorũ Canonũ nõnulli ſic opinati ſunt, vt Gaufredus in ſumma ſub titulo de ſacramentis non iterandis, & Hoſtien. ſub eodem titu. & Bernar. in apparatu extra de ſimonia ſuper cap. Cũ in eccleſiæ corpore. Et eſt prẽterea Gloſſa. 32. q. 2. can. Honorantur. Et ratio omnium iſtorum eſt, quia pro matrimonio cõtrahendo poteſt pecunia in dotem paſciſci, vt eod. can. permittitur. Et extra de conditio. appoſitis cap. De illis. Ait verò Durandus ſe nõ determinare, an iſtorum opinio ſuæque allegationes veræ vel falſæ ſint, ſed hoc ſolum accipere vt verum, q̃ cùm iura canonica nouerint, neque eorum ſcripta reprobentur, non ſit eorum opinio, vt erronea cenſenda. Adiungit aliud fulcimentum ex Magiſtro ſenten. in. 4. diſt. 2. vbi ait, quòd quædam ſacramenta ſunt remedium contra peccatum, & gratiam adiutricem conferũt, vt baptiſmus: alia in remedium tantùm ſunt, vt coniugiũ, alia gratia & virtute nos fulciunt, vt euchariſtia & ordo. At verò S. Tho. tres hic opiniones refert. Vnam negantium omnino in matrimonio vllam ſuffundi gratiam. Aliam dicentium, quòd confert gratiam in ordine ad receſſum à malo: putà, ad excuſandũ actum peccati, non tamen ad auxiliandum in bonum. Quibus reprobatis ſubiũgit tanquam probabilius, quòd ſimpliciter confert grãm. ¶ Duabus ergo concluſionibus ad quæſtionem rñdetur. Prima. Matrimoniũ, ſicut cætera ſacramenta eccleſiæ, gratiã confert. Hæc eſt opinio cõis theologorũ: videlicet, S. Tho. Scoti, Bonauenturæ, Ricardi & aliorũ diſtin. præſenti. Et probatur. Matrimoniũ ab eccleſia inter ſacramenta nouæ legis cõnumerat, vt diſt. 1. referebamus: ſacramentũ aũt nouæ legis, vt ead. diſt. mõſtrauimus, grãm cõfert. Id quod conciliũ Florentinũ expreſsè decernit, Et eſt ſnia Auguſtini ſuper Pſal. 73 dicentis, q̃ vetera ſacramenta promittebant tantùm & ſignificabãt, hæc verò dant ſalutem, Vnde conciliũ intulit, q̃ noſtra ſacramẽta in hoc ab illis differũt, atq; abundant q̃ illa gratiam ſignificabant, non autẽ conferebant: ergo matrimoniũ confert grãm. Atq; hinc colligitur, q̃ Magiſter ſentent. non fuerit ſibi cõſtans, ſanè qui cùm diſtin. 1. hoc ipſum diſcrimen inter illa & noſtra vſque adeò agnouerit, vt ſacramentum ſic diffinierit, quòd ſit ſignum inuiſibilis gratiæ, cuius imaginem gerit, & cauſa exiſtit. Poſtmodum diſtinctione ſecunda, ſeptem ſacramenta eccleſiæ confeſſus, coniugium, quod illis adnumerat, ait, in remedium tantùm fuiſſe inſtitutum. Tametſi fortaſſe, non ſimpliciter gratiam huic

Secundũ argumentũ. *Tertium argumentũ.* *Quartũ argumentũ.* *Pars affirmatiua.* *Deciſio articuli.* *Durandus.* *Paul. ad Epheſ. 5.* *Probatio opinionis.* *Durandus.* *Magiſt. ſentent.* *S. Tho.* *Prima opinio.* *Secũda opinio.* *Tertia opinio vera.* *Prima concluſio.* *Ratio cõcluſionis.* *Magiſt. ſentent.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Opinio Magist. sent. huic ſacramento ſubduxerit, ſed illam ſecundam opinionem, quam hic refert San. Thomas fortè inſinuauit, quòd gratia matrimonij non ſit niſi in remedium ad recedendũ â malo, gratia verò aliorum ſacramentorũ ſit adiutrix ad promouendũ bonum. Attamen *Refutatio moderatio.* neq; moderatio hæc veritati conſonat, tum ꝙ cùm gratia auxilium Dei ſit, nulla eſt, quę non in vtramq; partem iuſtitiæ ſufficiat: tũ etiam quia hac ratione nullatenus matrimonium in noua lege illi præſtaret, quod ſub lege naturæ decurrebat: quoniam matrimonium eatenus fuit ſemper in remedium, vt coniugalis torus nullam impingeret culpæ maculam, imò poſſet meritum accumulare. Chriſtus aũt illud denuo in remedium eiuſdem concupiſcentię confirmauit, vt Apoſtolus. 1. Corinth. 7. admonet dicẽs. Propter fornicationem vnuſquiſq; ſuam vxorẽ habeat, quæ debitum viro reddat, & vir vxori: & infra. Ijs, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere, &c. Et. 1. ad Theſſalonic. 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum vas ſuum poſsidêre in ſanctificatione & honore, ad matrimoniũ alludens, quo hęc ſancta & honorifica poſſeſsio coniugũ perficitur: ergo certum eſt Chriſtum nouam vim matrimonio ad id adiunxiſſe, quæ eſſe non cenſetur alia, q̃ gratia, qualis eſt in cæteris ſacramentis. Et ideo S. Tho. in expoſitione literæ diſtinctionis. 2. aliter expoſuiſſe videtur *S. Tho. expoſitio.* Magiſtrum: ſcilicet, ꝙ non aliud ſenſerit, q̃ quòd principalis finis matrimonij fuerit in remedium, non tamen negauerit ad illum finem conferre gratiam. Citat enim Magiſter diſtin. præſenti illud inter alia Auguſtini in lib. de bono coniugali cap. 18. In nuptijs plus valet ſanctitas ſacramenti, q̃ fœcunditas ventris. Non autem ſanctitatem appellaſſet, niſi ſacramentalem gratiam. Re vera qui negat matrimonium conferre gratiam, in virtute negat eſſe ſacramentum nouæ legis. Et idcirco Durandus negans conferre gratiã, ſimul *Durandus.* in priori æditione, vt impræſentiarum refert Capreolus, negauit eſſe ſimpliciter ſacramẽtum nouæ legis: ſed in poſteriori æditione, quia de hac hæreſi malè audiebat, vt periculum ſibi caueret, conceſsit quidem eſſe ſacramentum, ſed tamen negando conferre gratiam, ſi id ſimpliciter negaſſet, aſſerendo̅que ſubinde non eſſe cum alijs nouæ legis vniuocum, parùm ſibi cauiſſet. Et ideò ſolùm dixit, non cenſeri hæreticum. Fallitur tũ, hoc *Durãd. ſolitur.* ceu probabile ſuſtinendo. Nam ſi non diceretur ſacramentum, niſi ob id duntaxat ꝙ ſignificat vnionem Chriſti & eccleſiæ, illã profectò rationem ab initio cõditi orbis habuit: de illo enim matrimonio primorum parentum ait Paulus fuiſſe magnum ſacramẽtum: hoc eſt, myſterium Chriſti & eccleſiæ, quia illud ſignificabat: tamen aſſerentes eſſe ſacramentũ eccleſiæ, quidpiam ei noui attribuũt. ¶ Et confirmatur hoc planè, quia ſicut Eua tunc è coſta Adæ educta fuit in officium matrimonij: ita & de latere Chriſti in cruce educta eſt eccleſia, vt per ſacramẽtum matrimonij Chriſtiani filij procrearentur, qui eius colerent religionẽ, atq; adeò in ſpirituales Dei filios adoptarentur: ergo matrimonium gratiam ex eodem latere promanãtem, veluti reliqua ſacramẽta confert. Quocirca non concludimus nos, vt cenſet Durandus, ex hoc ſolùm eſſe ſacramentum, ꝙ ſit remedium contra peccatũ: nam hoc antea habebat, ſed inde ꝙ eſt à Chriſto inſtitutum, vt idoneè coniugale officium exerceretur, veluti ſacramentum ordinis, vt idoneè ſacerdos ſacramenta adminiſtret. ¶ Hæc autẽ ſacramẽtalis gratia cõtra trinam concupiſcentię peruerſitatẽ, vt ait Bonauentura, fert opem. Concupiſcẽtia nanq; nec numerum perſonarum moderaẽ: quia impudicus quancunq; promiſcuè optat, neq; commoditatem, ſed delectationem procurat. Ac demum ſatiatus fœminas faſtidit. Gratia verò ſacramentalis adminiculatur, vt vir ſua ſit contentus, & vxor ſuo, vt in officiũ debitum coniugio vtantur, neque vbi opus fuerit ob ſatietatem à debito reddẽdo abhorreant. Guillielmus Pariſienſis in materia matrimonij, cap. illo, vbi tractat de eius virtute, plurimũ energiæ ei tribuit aduerſus concupiſcentiam. Tametſi malitia poſsit huic gratiæ præualere. ¶ Quod ſi ſciſciteris quando nam eiuſmodi gratiam conferat, reſpondetur, ꝙ tunc, dum conſenſus de præſenti amborum coniugum ſimul concurrunt, vt paulò inferiùs repetet. ¶ Si verò quis interroget, vtrùm eum gradum hæc veritas obtineat, vt ſit habenda tanquam catholica, eiuſque negatio tanquam hæretica, profectò vtrinq; ſunt anguſtiæ. Nihilominus adhibetur ſecunda concluſio. Quanuis hoc non ſit in ſacris biblijs vel in ſacris concilijs expreſſum, tamen ægrè defenſari poſſet nõ eſſe erroneum, imò hæreticum id negare, ſaltem eſt temerarium & valde periculoſum. Vtimur hoc moderamine,

Gratia matrimonij. *Gratia ſacramẽtalis effectus.* *Guillielmus Pariſienſis.* *Notã.* *Secunda concluſio.*

mine, eo quòd Canoniſtæ opinantes matrimonium non conferre gratiam, non ſunt de hoc condemnati, nec Durandus eorum patronus. Imò verò Diuus Thomas, Bonauentura, Scotus & reliqui ſolùm aiunt, partẽ affirmatiuam eſſe probabiliorem. Sed ex altera parte extat capit. Ad abolendam, de hæ- *Capit. Ad abolẽdam.* reticis, anathematis mucrone eos confodiens, qui de ſeptem ſacramẽtis aliter quàm eccleſia Romana ſenſerint. Et in concilio Flo- *Conci. Florẽtinum.* rentino illud, iuxta verbum Auguſtini, conſtitutum eſt diſcrimen inter vetera & noua, quòd illa ſignificabant tantùm ſalutem & gratiam, noſtra verò dant illam, virtutemque conferendi in ſe continent. Profectò *Sentẽtia autoris.* adeò vrget argumentũ, vt ſi Sanctus Thomas & antiqui patres hoc conciliũ ætate attigiſſent, non tantùm aſſeruiſſent, vt reor, eſſe hoc probabile, verùm & eſſe catholicũ. Nam negare illud concilium non fuiſſe legi- *Conci. Florẽtinũ legitimè congregatum.* timè congregatum, non eſſet tutum: quandoquidem celeberrima illa in eo fuerit celebrata conciliatio Armenorum cum eccleſia Romana. Imò verò Canoniſtæ, vt arbitror, ſuam opinionem recantaſſent. Præterquam quòd miror Durandum tantam autoritatẽ eis de hac re præter ſuum morẽ detuliſſe. Primùm, cùm hoc ad ius diuinum ſpectet, cuius ipſi nõ ſunt adeò docti fidiq; interpretes. Secundò, quòd manifeſtum eſt non maiorem habere in hac parte autoritatem, quàm ratio ab eis allata illis arrogat: & tamen rationem illorum, qualem eſt nullius eſſe vigoris. *Canoniſtarum fundamentum.* Omnium enim vnum hoc fundamẽtum eſt, quòd pro matrimonio confertur pecunia: & tamen debuiſſent attendere ſacramentum matrimonij propterea quòd conferat gratiam, rationem non exuere contractus ciuilis: & ideo nil vetat, quominus iſta ratione pecunia poſsit inter contrahentes interuenire victus cauſa, ſicut in emptione & venditione, & alijs contractibus: licèt illa non detur pro matrimonio, quatenus res eſt ſacra. Igitur ſic illi, qui concilium Florentinum ante- *Qui gratiã matrimonio negant ſuſpectiſunt.* ceſſerunt, non ſunt hæreſis damnandi, vt iam ſint vehementer ſuſpecti qui gratiã matrimonio negauerint. Præſertim quòd illa negata debent dicere nõ eſſe propriè & ſimpliciter ſacramentum. Adde quòd Lutherani etiam de hoc ſiniſtrè audiunt, quòd huiuſmodi gratiam in hoc ſacramento diffitentur. Quocirca autores, qui contra eos ſcripſerunt, vt Roffenſis & Eckius, & concilia Pariſijs & Coloniæ congregata tanquam erro-

Lutherani.

rem eum vituperant. Et ſi œcumenica Synodus Tridenti fuiſſet progreſſa, id ipſum definiſſet: nam ſic erat patribus in animo.

De primo argumẽto. ¶ Circa materiam verò primi argumenti capitalis poſsit quiſpiam fortè comminiſci actus contrahentium: nempe, expreſſos conſenſus non eſſe materiam & formam ſufficientes ad conferendam gratiam, ſed formã neceſſariam, per quam confertur, eſſe verba miniſtri: nempe, ſacerdotis, qui amborũ celebrat coniunctionem. Cuius magnum argu- *Primum argumentũ.* mentum ex verbis concilij Florentini duci poſſet, quibus aſſeritur omnia ſacramẽta tribus perfici: videlicet, rebus tanquàm materia, verbis tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi quod facit eccleſia. Inde enim ſunt, qui colligant præter contrahentes neceſſarium eſſe ſacerdotem miniſtrum, cuius verba ſint forma neceſſaria ſacramenti. Id quod reliquorum omnium ſacramentorum exemplo confirmatur. Accedit quòd actio- *Secundũ argumentũ.* nes ſacramentorum, vt diſtinctione. 1. in fronte expoſitum reliquimus, ſunt actus religionis, quibus profitemur diuinitus ſanctificari: actus verò religionis abſque miniſtri benedictione non reperitur, quiquidem miniſter, vt arguit Durandus debet eſſe ſacerdos, niſi vbi ſacramentum tantæ neceſsitatis eſt, vt eadem laicum permittat miniſtrum, vt in baptiſmo. Tertiò arguitur, quòd cùm matri- *Tertium argumentũ.* monium, quod erat tantùm in officium, inſtitutum ſit in ſacramentum, decentiſsimũ fuit nouum illi miniſtrum, nouamque formam neceſſariã adſcribere: verba enim contrahentium non videntur vim habere niſi contractus cuiuſdam & pacti, ſicut in emptione & venditione: neque habent præſcriptam formam, nam & nutus ſatis ſunt. Concedẽdum ergo ſecundũ iſtos eſſet nunquam *Appẽdix.* per matrimonium conferri gratiam quando priuatim, & clanculùm abſq; miniſtro contrahitur, niſi ſacerdos cum ſua forma interuenerit. Atqui Sanctus Thom. 4. lib. contra gentes capit. 78. ait, quòd matrimonium in quantum ad bonũ eccleſiæ ordinatur, oportet ꝙ ſubiaceat regimini eccleſiæ: ea aũt quæ populo per miniſtros eccleſiæ diſpenſantur, ſacramenta dicuntur. Vbi inſinuat matrimonium non eſſe ſacramentum, niſi qñ per miniſtrum eccleſiæ diſpenſatur. Et Guillielmus Pariſienſis eapi. citato de matrimonio, ait ꝙ forſitan matrimoniũ, dũmodo nuptialis benedictio non contemnatur, ſacramẽtum eſt, ſed vir

Universidad de Deusto Biblioteca

sed virtutē sacramenti talem non habet, nec veri nominis est sacramentum, nisi sicut diximus. Hæc ille. Vbi insinuat absq; benedictione sacerdotis non esse verum sacramentum. ¶ Hanc autem opinionem, quia singularis esset, nullū arbitror habuisse hactenus assertorem, sed disputatorem: nam præterq; quòd nemo eorum, qui hucusq; scripserunt, eius meminerit, non apparet quemadmodū sit sustētabilis. In primis enim de benedictione nuptiarum, qua in ecclesia sponsi solenniter benedicuntur, affirmari nequit, quòd sit forma necessaria. Nam S. Thom. & vniuersi, nemine excepto, fatentur impræsentiarum non esse de essentia, sed de solennitate sacramenti: quippe quod iam antea per consensus de præsenti fuerit confirmatum. Id ergo sustinere quis fortè contendat, de forma ministri, dum sponsalia de præsenti (quæ matrimonium sunt) publicè in forma ecclesiæ celebrantur: tunc etenim ad interrogationē sacerdotis vterq; coniugum respondet se alterum in coniugem accipere, & sacerdos addere solet, Ego igitur vos coniūgo in nomine patris, &c. ¶ Quod autem hæc non sit necessaria forma, demōstratur: quia si esset necessaria, procul dubio ecclesia illam expressisset tanquam necessariò vbique seruandā: & tamē nullibi inter sacros canones talis extat forma: cùm tamē sæpissimè de hoc sacramento fiat mentio: & potissimùm capit. Licet, de sponsa duorum, exprimitur forma solennis exprimentium consensus, Ego te accipio in meam, & Ego te accipio in meum: licèt neque hæc, vt Glossa bene ait, sit necessaria: si ergo & forma sacerdotis esset necessariò adhibenda, eius illic certè facta fuisset mētio. Sed & concilium ipsum Florentinum, quod recitata opinio sibi suffragari censet, ei maximè refragatur: nam licèt priùs in genere ministrum omnium sacramentorū nominauerit, tamē dum in specie ad matrimonium descendit (vnde potissimum debet argumentum peti) solùm ait quòd causa efficiens matrimonij regulariter est mutuus cōsensus per verba de præsenti expressus. Vbi cùm in reliquis omnibus expressè materiā explicuerit & formam, si qua esset matrimonij alia, præter verba cōtrahentium, necessaria forma, ambigere non licet, quominus illam expressisset. Cùm ergo de illa nihil meminerit, manifestè colligitur non aliam posuisse, quàm contrahentium verba. Nominauit autem illa, non formam, sed causam efficientem: quia compertissimum habebat Synodus easdem causas efficientes, quibus sacramentum perficitur, rationem habere materiæ & formæ, quæ sunt necessariæ: sed quia non habebant illam imaginem extrinsecarum materiæ & formæ, quæ est in cæteris sacramentis, appellauit eas causas efficientes, sicut actus pœnitētis appellauerat quasi materiam, non quòd non sint verè materia, sed quia nō sunt extrinseca, vt in cæteris. ¶ Præterea. Forma sacramētorum, quæ à sacerdote apponitur, significat effectum sacramenti, vt patet in baptismo, Ego te baptizo &c. & in cæteris: effectus autem matrimonij est coniunctio coniugum: hanc autem consensus ipsi expressi contrahentium satis significant: verba ergo ipsa contrahentium sunt sibi mutuò pro materia & forma. Quæquidē, expressa sententia est Hugonis lib. 2. de sacramentis par. 11. cap. 5. vbi interrogatus, quādo coniugium esse incipiat, respondet, quòd ex quo consensus inter masculum & fœminam factus fuerit, ex eo statim coniugiū est. Quare licèt sacerdos adijciat, Ego vos coniungo, forma illa non potest accipi in sensu, quem sonat, quasi per illam coniunganē, sanè cùm illi per suos consensus fuerint coniuncti, sicuti tempore antiquo antequam matrimoniū esset sacramentum, sed in hoc sensu, Ego approbo, vel benedico coniunctionem vestrā. ¶ Et confirmat hoc maximè, Opinio illa nō negat, quia nec negare potest, absq; forma sacerdotis coniungi coniuges per suos consensus, atq; adeò matrimonium fieri tunc indissolubile, sed ait, non esse sacramētum. Arguitur ergo sic contrà. Ergo quādo sacerdos ait, Ego vos cōiungo, non applicat cōiunctrices causas: nā illas contrahentes ipsi sibi inuicem applicant, Ego te accipio, &c. ergo sacerdos non verè eos coniungit, quippe qui iam sunt coniuncti: ergo nec tunc facit sacramentum coniugij: nam idem est facere sacramentum coniugij, & facere coniugium, sicut idē est facere seu administrare sacramentum baptismi, & ministrare baptismum, & sic in cæteris: quare nec sacerdos est agens, sed ipsi cōtrahentes sunt sibi mutuò agentes & recipiētes. Quocirca forma illa sacerdotis non est de essentia, imò neque est vniuersalis in ecclesia, sed alij dicūt, Ego vos sponso, & sacramentū cōfirmo, & alij, Quos deus cōiunxit, homo non separet, atq; alij aliter. ¶ Arguitē demum. Excludere omnia clādestina matrimonia, quibus sacerdos non interest, à ratione sa-

Opinio singularis.

Bēdictio nuptialis solū est de solennitate.

Verba sacerdotis an sint forma.

Primum argumentū.

Concil. Florenti.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Hugo lib. de sacram.

Forma de uersa.

Quartū argumentū.

ne sacramenti, cùm nullo ecclesiastico iure id expressum sit. imò neque hactenus ab aliquo sanctorum assertum, temerariū est. Et certè cùm clandestina matrimonia sint iure prohibita, vt patet eodem tit. si illa nō essent sacramenta, ab ecclesia quidē fuisset admonitum. Accedit quòd tunc non solùm iure pontificio, sed & diuino essent interdicta, tāquam non habētia legitimam formam, nec gratiam conferentia: & tamen solo pontificum iure inhibentur, & propter solam inobedientiam & excommunicationem ecclesiæ non conferunt gratiam. Imò verò si non essent sacramenta, deberent postea solenniter iterari, vt ratificatis consensibus forma sacramenti accederet: quod tamen non fit. Accedit & Sanctus Thomas distinct. 28. artic. 3. vbi secundo loco arguens, quòd cùm in cæteris sacramētis requiratur ecclesiasticus minister, idem videtur in matrimonio necessarius, negat consequentiam: quoniam in cæteris, vt in pœnitētia actus nostri licèt sint de essentia, tamen non sufficiunt ad inducendum effectum sacramenti, scilicet, absolutionem à peccatis sine sacerdote: sed in matrimonio actus nostri sunt sufficientes causæ proximi effectus, scilicet, colligatiōis: & ideo benedictio sacerdotis non est necessaria. Vbi insinuat, quod quia actus nostri sunt causa coniunctionis, in qua consistit substātia matrimonij, sunt subinde causa gratiæ absq; sacerdotis munere. Sed non opus est pluribus. ¶ Respondetur ergo ad argumentum cum Sancto Thoma, quæ omnium est vniuersalis responsio, vt artic. 1. expositum est, quòd actus illi contrahentium: nempe, verba exprimentia consensum, eo quod directè faciunt nexum, qui est sacramētum matrimonij, non quidem tanq; meri actus humani, vt aiebant Pelagiani, sed ex institutione Christi conferunt gratiam, quæ ideo tunc conferitur dum amborū consensus coeunt: nempe, in illo momento, quo posterior cōsensus accedit priori. Neque alia expectatur forma. Quo fit, vt vbi sponsalia de futuro præcesserint, illo post articulo, quo amplexu maritali se se per copulam commiscent, sacramentalis gratia conferatur: quia tunc consensus perficiuntur. Ex quo secundò subsequitur, q̄ quando dicitur per matrimonium conferri gratiam, intelligitur per causas, quibus fit matrimonium: nempe, per cōsensus, quibus fit obligatio & vinculum, quod est matrimonium. ¶ Vnde ad argumētum primum contrariæ partis respondetur, quòd concilium ipsum, quod prædixerat, in omni sacramento requiri ministrum, & materiam & formā, se in matrimonio explicuit docens, mutuos consensus per verba de præsenti qua ratione causa sunt efficiens matrimonij, materiam esse & formam, atque adeò non esse alium necessarium ministrum præter ipsos contrahentes, qui materiam applicant & formam. Cùm enim Christus hoc instituens sacramētum nihil aliud fecerit, quàm antiquum fœdus sanctificare, neque nouam materiam neque formam instituit, sed eosdem actus voluit esse ad hæc officia destinatos & sanctos. ¶ Et per hoc ad aliud de religione respondetur, quòd actus ipsi, qui antea non erant nisi legitima quēdā pactio & merus cōtractus, iam nunc in lege euangelica sunt verè actus religionis, veluti materia & forma in baptismo, licèt per laicū applicenē. Tametsi benedictiones ecclesiæ, quibus sponsi in nuptiali missa consecrantur, eiusdem religionis sint maximum documentum. Atque hoc pacto Guillielmus Parisiensis est intelligendus: palam enim est eum non loqui de verbis sacerdotis dum sponsalia fiunt de præsenti, sed de benedictionibus, quibus in templo spōsi benedicuntur: nam fortasse suo tempore matrimonia non celebrabantur nisi illo temporis articulo. Constat autem communi omnium consensu illas non esse de essentia, sed eas commendauit doctor ille ita fieri in testimonium religionis Christianæ, vt si contemnātur, maneat matrimonium quodam modo sine solennitate imperfectum, nihilominus verum sacramentū. Atq; id ipsum sentit loco citato S. Tho. probat enim esse sacramentum: quia regimini ecclesiæ subditur, vt materia eius determinetur non cōstare inter cōsanguineos, & bēdictio per ministros ecclesiæ nubentibus adhibeatur. Et ideo ait hoc sacramentum dispensari per ministros ecclesiæ. ¶ De matrimonio autem inter absentes aut per epistolam aut per internūcium maior offertur dubitādi occasio: sed hæc disputatio distinct. sequenti suum habet locum. ¶ Ad secundū principale argumentū respondetur, q̄ quanuis concupiscentia absolutè cōsiderata, quo magis exercetur, eò ardētiùs feruescat, tū dum eius necessarius vsus rationis ordini per matrimoniū subijcitur, illā reprimit, quatenus illæ actiōes habitus, qui aliàs essent vitiosi, studiosos generant. Matrimoniū ergo cōcupiscentiæ medet tā ex parte actus,

Quinta rō.

Sexta rō.

Septima rō.

Solutio secūdi argumē.

Benedictiones ecclesiæ.

Guillelmus Parisiensis.

S. Tho.

Matrimoniū inter absentes an sit sacramētū.

Secundi arguē. solutio.

Solutio tertij argumē.

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ex parte actus.

te actus, q̃ ex parte ipsius concupiscẽtiæ. Ex parte quidem actus ea rõne qua est legitimũ vinculum in officium naturæ per bona sibi annexa. Et hoc dupliciter. Vno modo quia facit actum licitum ratione generatiõis, qui, si esset concubitus vagus, esset illicitus. Secũdò quia cùm per ipsum homo concupiscentiæ satisfaciat, cohibetur ab alijs turpibus cõgressibus & immunditijs, iuxta verbum Pauli, Melius est nubere, quàm vri. Sed tamẽ ex parte concupiscentiæ secundùm se opẽ fert coniugium quatenus est sacramentũ: quippe quod per gratiam, quatenus est ex natura gratiæ, concupiscentiam in sua radice extinguit & eneruat ad actus illicitos. ¶ Ad tertium autem, quo inferebatur consilium esse omnibus matrimonia contrahere, negatur consequẽtia. Nam alia sunt salubriora remedia, vt carnem ieiunijs & vigilijs macerare, cõtẽplationi & orationi vacare, quæ opera esse debent virginum, & eorum, qui in cœlibatu viuunt. Ob idq; Paulus cõsulebat, vt omnes essent sicut ipse, si tamen possent: nã vt Christus Matth. 19. apostolis dicentibus, Non expedit nubere, dixit, Non omnes capiunt verbum istud: scilicet, consilium non nubendi, sed quibus datum est: & ideo qui potest capere, capiat. ¶ Ad quartũ argumentũ Adria. in materia de matrimonio quæst. 1. sub dubio respondit, vtrùm matrimonium infidelium sit sacramentum nouæ legis. Tametsi gratiam illis eo non infundãt, quòd obicem opponunt. Ac perinde sub iudice relinquit vtrùm fidelibus non baptizatis: nempe, catechumenis, gratiam conferat, pro eo quod in cap. Veniens, de presbytero non baptizato, quasi arguendo ait Innocentius quòd videatur sacramentum matrimonij, eucharistię & ordinum absq; baptismo suscipi posse. At verò non est cur huiusmodi dubitatione, quæ nulla est, conturbemur. Enimuerò si nomen sacramenti accipiatur pro legitimo vinculo in officiũ & pro mysterio, quo significatur vnio Christi & ecclesiæ, liquidum est matrimonium infidelium esse sacramẽtum: quia hac ratione ab orbe condito fuit institutum. Et hoc est quod prædicto capit. Gaudemus, definitur. Hanc enim ob causam docet Apostolus vxorem infidelem posse cum marito ad fidem conuerso manẽre, si fiat citra periculum fidei. Si verò nomen accipiatur pro sacramento nouæ legis conferẽte gratiam, certissimum est matrimonium infidelium non esse sacramentum. Neq; cõtrarium affirmat in dicto cap, Veniens, Innocẽtius. Primùm, quia solùm disputando ait, baptismum non esse fundamentum omnium sacramentorũ. Et forsan accipit sacramentum matrimonij vt est duntaxat vinculum in officium. Quare concludendo diffinit cum concilio apud compendium cap. Si quis presbyter, eodem titu. vt clericus non baptizatus, iterum susceptio baptismo de integro ordinetur: nã absq; baptismo, qui est ianua sacramentorum, nullum suscipitur sacramẽtum nouæ legis. Quapropter licèt catechumenus, qui per fidẽ sacramenti formatam est iam membrũ Christi, matrimonium contrahat, tamen non suscipit sacramentalem gratiam: quia neque illud est sacramentum: sicut neque esset sacramentũ si ordinaretur, aut cõfiteretur. ¶ Sed hoc forsan dubitabit curiosus lector, vtrùm si baptizatus contraheret cum muliere non baptizata, quæ esset catechumena, esset verum sacramẽtum nouæ legis. Apparet enim non esse, quia aliàs esset claudicans ex altera parte. Attamen nulla apparet absurditas si dicatur esse sacramentum ex parte viri, qui est aptum subiectum, non tamen ex parte fœminæ, quæ est ineptum.

Ex parte cõcupiscẽtiæ.

Tertij argumẽt. dilutio.

Matth. 19.

Quarti argu. dilutio.

Ca. Veniẽs.

Innocẽtius.

Dubium.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm commistio sexuum per copulam sit de essentia & integritate matrimonij.

TAndem, vt perfectio matrimonij innotescat, quæritur, vtrùm actualis commistio coniugum sit de eius essentia. Et arguitur à parte affirmatiua. Primò ex vnionis natura. Dictum est in eius institutione, Erunt duo in carne vna, quod non fit nisi in maritali complexu. ¶ Secũdò ex fine: est ẽ tam in officium generandi, quàm in remedium: & tamen neutrum coniuges assequũtur, nisi per carnis commistionem. ¶ Tertiò ex significatione: significat enim cõiunctionẽ Christi & ecclesiæ in vnitate naturæ: hæc autem non designatur, nisi per corporũ copulationem in actu. ¶ In contrarium autem est, quòd inter primos parentes ante lapsum fuit verum matrimoniũ, quando tamen nulla fuit copula consummata: quia iam tũc dictum fuit, Erunt duo in carne vna, & Crescite & multiplicamini.

Partiũ ratione arguẽtiũ pro mum.

Secũda argumẽtũ.

Tertium argumẽtũ.

Pro ẽtia.

¶ Circa

¶ Circa hanc quæstionem in eo fuit errore VVitcleff, vt crederet ante coniugum carnalem copulam matrimonium non esse solidũ nec firmum, quemadmodũ Thomas VValdensis tomo. 2. de sacrament. capit. 130. refert. Quin verò & Gratianus. 27. quæst. 2. can. Institutũ. §. Potest & aliter, & can. Sic quippe. §. Ex his, ex quibusdam sanctorum autoritatibus id ipsum sibi videtur elicere. Hæc tamen assertio non tantùm falsa opinio, sed error censenda est. ¶ Ad quęstionem ergo distinctione præmissa per duas conclusiones facilè respondetur. In matrimonio enim, sicuti & in qualibet re naturali, duplex integritas, & perfectio consideratur. Vna quæ consistit in essentia rei & definitionis cõplemento. Atq; hæc dicitur perfectio prima ipsius substantiæ & speciei, veluti est ignis, licèt in vacuo positus non calefaceret. Altera verò est perfectio, quæ attenditur penes operationem, & illa est perfectio secunda, per quam res suum assequitur finem. ¶ Prior ergo conclusio sit. Matrimonium per mutuũ consensum de præsenti conciliatum, est integrum & perfectũ integritate prima & essentiali. ¶ Posterior autẽ. Matrimonium nõ est perfectum in perfectione secunda quousq; cõmistio carnalis copulæ accedat. Hæc per se manifesta est, sed prior, in qua est difficultas, probatur. Matrimonium, vt habetur cap. Illud, de præsumptio. & citatur à Gratiano in fronte. 2. quæstionis, causa. 27. vbi hæc materia compilatur, est maris & fœminæ coniunctio indiuidũ. ãm vitæ cõsuetudinem retinẽs: quare essentialis natura matrimonij est nodus & vinculum, quo personæ sibi se mutuò tradunt: tunc enim contrahere dicuntur matrimonium, quia tunc cõtractus celebratur: hoc autem fit dum amborum consensus de præsenti concurrunt: ergo tunc matrimoniũ in sua substantia perficitur. Idq; inde secundò confirmatur, q̃ cùm vsus & operatio rei non sit de eius essentia, fit vt ante copulæ cõsummationem sit legitimũ matrimonium. ¶ Tertiò arguitur, quia aliàs matrimoniũ sterilium, & senum non esset verum matrimonium: quoniam cõiugalis copula non refertur, nisi ad prolis generationem: consequens tamen est falsum. ¶ Quartò. Internus finis sacramenti est homines per gratiam sanctificare: sed tunc, vt prædictum est, dum cõsensus amborum interueniunt, gratia sacramẽtalis confertur: ergo tunc fit sacramentum. Atq; hinc distin. sequenti quæst. 1. artic. 3. collectũ

Matrimonij duplex integritas & ẽfectio.

Prior cõclusio.

Posterior cõclusio.

Ratio prioris cõclusio.

Rõ secũda.

Rõ tertia.

Rõ quarta.

ri sumus, consensum in carnalem copulam non esse ad essentiã matrimonij necessariũ. ¶ Quintò veritas hæc catholica multis canonibus ead. causa & quæst. comprobatur. Ait enim can. Matrimonium, Chrysostomus super Matth. Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. Et alludit ad illud Pauli. 1. Corinth. 7. Præcipio nõ ego, sed dominus, vxorem â viro non discedere, quòd si discesserit. manẽre innuptã: vbi docet, separationẽ tori non dissoluere matrimonium. Hinc ergo euidens sumitur argumentum. Si enim post copulam separatio tori non dissoluit matrimonium, fit vt etiam si ante copulam, vt vacent orationi, vt ait Pau. constituerent perpetuò abstinẽre, nihilominus esset verum matrimonium. Vnde in lib. de bono cõiugali cap. 18. August. In nuptijs, inquit, plus valet sanctitas sacramẽti, quàm fœcunditas ventris, vbi ante coniugalem congressum matrimoniũ nominat. Cui consonat Nicolaus papa can. Sufficiat, ead. cau. & quæst. vbi ait solum cõsensum matrimonium facere, vt sint veri cõiuges. ¶ Præterea id patet, quia inter Ioseph & Deiparam virginem fuit verum matrimonium, vt dist. 30. quæst. 2. videbimus, idemq; docet August. lib. 1. de nuptijs & concupiscẽtia capit. 9. & refertur can. Beata Maria, ead. cau. & quæst. iuxta verbum angeli Matth. 1. Noli timere accipere Mariam cõiugem tuã. Vnde infert, quod cõiux vocatur ex prima fide desponsationis, quam concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus. Quo verbo condemnatur erroris glossa Gratiani locis citatis vbi ait, coniuges consuetudine scripturæ non appellari nisi spe futurorũ: quia scilicet in animo habent coniungi carnali cõmercio. Esset enim hæresis dicere, quòd beata Maria & Ioseph in proposito habuerint illam carnalem copulam, cùm priùs illud diuinæ voluntati commiserint, & postea voto continentiæ confirmauerint. Sed de hoc virginis matrimonio inferiùs. Vnde Ambros. lib. de virginibus, & citatur can. Cum initiatur, Defloratio, inquit, virginitatis non facit matrimonium, sed pactio cõiugij. Quod profectò pessimè Gratianus can. Sic quippe, interpretatur dicens, quòd cõiugalis pactio facit, vt mulier in defloratione suæ virginitatis nubere viro dicatur: imò antea per consensum verè nubit, fitq; verè coniux. Id ipsum Isidorus lib. 9. Etymologiarum censet, vt ibidem can. Omnis res. ¶ Falsus autem fuit Gratianus, primùm non distinguens secundùm

Cõfirmatio ex sacris canonibus.

Paul. 1. Corinth. 7.

August.

Nicolaus.

Verũ matrimoniũ inter Ioseph, & beatam virginem.

Glossa Gratiani.

Ambros.

Gratianus reprehẽdit.

Isidorus.

Universidad de Deusto Biblioteca

philosophiam inter perfectionem essentialem, quæ consistit in natura rei, & accidentariam, quę ad eius attinet operationem. Deinde quia inter citandos Doctores sacros non satis eorum sensus penetrauit. In primis enim canon ille, Non est dubium illam mulierem nõ pertinere ad matrimonium, cum qua commistio sexus non docetur fuisse, nescio an in Augustino reperiatur, quãuis Magister etiam, ceu illius ipsum citet. Hugo nãque lib.2.de sacrament.part.11.illum non tribuit Augustino. Cuiuscunq; tamen ille fuerit, non facit illum sensum, in quo Gratianus illum citat, cùm sæpissimè Augustinus docuerit, matrimonium ante carnalem copulam esse verum sacramentum. Et ideo vel intelligitur, vt ait Diuus Thomas, quòd non est perfectum perfectione accidentali secundùm operationem. Vel quantum conijcio, commistio non accipitur illic pro copula & congressu carnali, sed pro vinculo, quod per mutuum consensum innodatur, vt à ratione matrimonij non excludatur matrimonium non consummatum, sed concubinatus. Hic enim est legitimus sensus Leonis can. proximo, Cùm societas, secundùm expositionem Hugonis in summa sententiarum tracta.7. capit.6. quod Gratianus animaduertere debuisset. Extat enim ille textus in epistola eius 70. capit.5. vbi tractat discrimen inter veram vxorem & concubinam, & inter verum & falsum hęredem, vbi citat historiam de Sara & Agar, quam adducit Paul. ad Galat.4. At verò Agar, licèt dicatur Gen.25. concubina: non tamen taliter, vt non fuerit vxor, sed quia erat ancilla, vt infra dist.33.q.1.art.2. pleniùs explicabitur: & ideo nec eius filius fuit legitimus hæres: ob idq; præcepit Deus Abrahæ dicens, Eijce ancillam & filium eius, Gen.21. Ex his ergo concludit Pontifex dicens, quòd cùm præter commistionem sexuum: nempe, per matrimonialem consensum, non habeant in se nuptiæ coniunctionis Christi & ecclesiæ sacramentum, non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse nuptiale mysterium: vbi non est legendum, nuptiale ministerium, sed mysteriũ: hoc est, nuptiale sacramentum. Insinuat enim illic Pontifex, quòd solerent pacta turpia inter concubinarios interuenire perpetua instar matrimonij: & hæc sunt, quæ illic condemnat. Hugo verò loco citato idem exponens ait, quòd vbi copula carnalis non interuenit, non est integra significatio desponsationis Christi cum nostra humana natura, quam induit, nihilominus est verum cõiugium, verumque sacramentum significans eandem vnionem Christi per amorem. Et inde illud desumpsit Innocentius cap. Debitum, de bigamis non ordinan. Verum est tamen quòd Origenes, vt refertur can. Inuenta, beatã virginem non vult simpliciter appellari vxorẽ Ioseph. Neque Hieronymus, vt refertur can. Genuit, neq; Gregorius can. Sic quippe, appellant illas veras nuptias: quia nuptiarum nomen coaptari non censent nisi carnali copulæ, sed tamen non negant quin citra illam sit verum sacramentum. ¶ Atque hac de causa matrimonium per consensus firmatum dicitur ratum, attamen nisi adueniente copula, non est consummatum. Et ea propter illud per ingressum religionis alterutrius coniugum dirimitur, hoc verò minimè, nisi per mortem, id quod inferius examinaturi sumus distinct. proxima.

¶ Ad primum igitur principale argumentũ respondetur, quòd Adam verbis illis, Erunt duo in carne vna, naturam sacramenti secũdùm vtramque perfectionẽ explicuit. ¶ Ad secundum autem respõdetur, quòd finis rei non est de eius essentia: & ideo quanuis matrimonium non nisi per copulam finem assequatur prolis, nihilominus antea est verum sacramentum. Præterquàm quòd & alterum assequitur finem, qui est cohabitatio & mutua coniugum obsequia, vt in de bono coniugali ait Augustinus. Remedium autem contra concupiscentiam est duplex, alterum in habitu & proxima potẽtia: & hoc præstatur per gratiam ante copulam, vt scilicet idoneo affectu coniuges dum libuerit possint se amplecti. Alterum autem est in actu & in vsu, per quem homo satisfaciendo concupiscentiæ ab alia cauet turpitudine. Sed hoc non est de essentia. ¶ Ad tertium denique respondetur, duplicem esse in matrimonio significationem Christi & ecclesiæ. Vnam scilicet per affectum, & vnionem charitatis, quemadmodum admonet Paul. vt coniux coniugem, sicut Christus ecclesiam, diligat. Et hæc essentialiter in mutuo consensu cõsistit, qui est ante copulam. Sed alia est significatio per commistionem carnalem, per quam significatur vnio hipostatica Christi cum nostra natura. Atqui hęc pertinet ad secundam perfectionem, quæ non est de essentia.

Hugo. *Intellectus can. Nõ est dubiũ. 27. quæst.2.* *Leo.* *Paul. ad Galat.4.* *Hugonis interpretatio.* *Innocent.* *Origenes.* *Hieronym. Gregorius.* *Matrimonium ratum.* *Solutio primi argumẽti.* *Solutio secũdi argumẽti.* *Remedium contra concupiscẽtiam duplex.* *Solutio tertij argumẽti.*

DISTIN-

DISTINCTIO vigesima septima, De matrimonij essentia, deque sponsalibus & bigamia.

Textus. Capit.j.

Aeterùm quò huius sacramenti naturã penitiùs speculemur, matrimonium dicitur quasi matris munium. Primùm enim fœtus in vtero, & deinceps tenera proles materno subsidio potiùs fouetur, quàm paterno, à quo ideo, vt Gregor.9. autor est, matrimonij contractus nomen sortitur. Deinde verò paterna potitur hæreditate, quæ ob id patrimoniũ nuncupatur. Sed nuptiæ dicũtur à nubendo, quod proprium est fœminæ, sicuti vxorem ducere, propriũ viri. At verò coniugium ab vtroq; denominatur, quorum est vinculum. Matrimonium ergo, vt Alex. 3. ait, est viri mulierisq; maritalis cõiunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

Capi. fin. de conuer. infideli. *Capi. illud, de præsumptio.*

Cap. ij. ¶ Hoc igitur matrimonij fœdus & nexus (vt de eius causa dicamus) solo cõtrahentiũ mutuoq; consensu de præsenti cõnectitur, verbis autnutibus expresso: alioqui esse nequit mutuus. Est enim nuptialis cõtractus, non quidẽ simplex donatio aut traditio, sed permutatio, Do, vt des, quæ ideo suapte natura deposcit, vt vtrique contrahentium mutua eorum voluntas innotescat. Vnde Nicolaus Papa, cõsensus, inquit, contrahentium sufficit, quo deficiente nihil fit. Id quod inter Armenorũ instructiones Florentina Synodus decernendo repetijt. Nam præterquã quòd omnibus sacramentis generale est, vt intentio suscipiẽtis in adultis requiratur, hoc huic, quatenus contractus existit perpetui vinculi, est quodammodo peculiare. Quod enim quis non eligit, nec optat, id profectò, vt ait Sanctus ille Pontifex, minimè diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit: atq; adeò matrimonium nisi animi assensione confirmaretur, perpetuò durare nequiret, neque verò procreandis prolibus satis esset aliter consultum.

Can. Sufficiat.27.q.2. *Concil. Floren.* *Can. Præsens.20.q.3.*

¶ Consensus autẽ huiusmodi non est necessarium, vt in carnalem copulam formaliter feratur, quandoquidem illa essentiam matrimonij non ingreditur, sed satis est vt sit in perpetuam indiuiduamque consuetudinem & consortium, in quo, vt idem ait Nicolaus, essentia matrimonij consistit: vbi in virtute facultas illa implicatur, quam sibi inuicem cõiuges suorum corporum faciunt in rem vxoriam. Quod in matrimonio beatæ Virginis, de quo inferiùs recurret sermo, perspectum est. Vnde Chrysostomus, Matrimonium non facit

Cap. iij. *Can. Sufficiat.*

Universidad de Deusto Biblioteca

cit coitus, sed voluntas: & Ambrosius. Cùm initiatur cõiugium, coniugij nomen nascitur: nam defloratio virginitatis non facit matrimonium, sed pactio coniugalis.

Can. Cùm initiat. ibidem.

Cap. iiij. ¶ Atqui pręfatus iste consensus nõ est necesse vt eodem temporis articulo ab ambobus proferatur: quippe cùm nihil obstet, quin per literas & internuncios matrimonialia fœdera conciliẽtur. Quocirca cùm Christus matrimonium simpliciter in sacramentum erexit, fas non videtur, vllum, quod verè sit matrimonium, quanuis inter absentes, à ratione sacramenti excipere.

Cap. v. ¶ Vinculum huius sacramentalis cõtractus adeò est, postquàm per copulam consummatum fuerit, diuino naturaliq; iure firmum & solidum: vt, nisi per mortem, sicut ad Roma. ait Paulus, sit prorsus indissolubile. Illud verò quod ratũ, minimè tamen cõsummatum fuerit, per religiõis professionẽ eodem diuino iure distrahitur, quo religionis status tanquam auctioris charitatis vinculũ institutus est, vt per August. 33. q. 5. perq; Alexandrum, de cõuer. cõiug. & per Nicolai, aliorumq; Pontificũ decreta. 27. quęst. 2. definitum est. Nam tunc, eodem interprete Nicolao, quos Deus cõiunxit, non homo, sed Deus ipse sancto suo flamine separat. Quapropter ei, qui in seculo permanet, (quo vtique inuito alter potuit statum fœlicioris frugis optare) liberũ est aliud inire coniugium. Attamẽ cùm per susceptionem sacrorũ ordinum matrimonium nõ dirimatur, vt Ioannes. 22. in sua extrauagãti decreuit, nequit vir post matrimoniũ ratum, nisi de cõsensu vxoris, illis initiari. Imò neque antequã religionem fuerit professa, nisi sexagenariam ætatem attigerit.

Roma. 7.

Can. Quod Deo placet. Cap. ex publico.

Can. Scripsit. 27. q. 2.

Antique de vota.

¶ Hinc fit, vt sponsaliorum consensum, quæ mutuam in futurũ spõsionem designant, matrimonium non contrahatur, etiam si sponsionis fides iureiurando fuerit stabilita, vt nos Alexander Papa docuit, nisi vbi fuerit carnalis copula affectu maritali subsẽcuta. Quæquidem tunc copula perfecti consensus interpres est, vt Gregorius nonus suo nos commonuit decreto. ¶ Adhæc & de bigamis hoc adhibendũ, quòd quanuis polygamiã Lamech primus sub lege naturę introduxerit, lexq; subinde Mosayca vsu & more admiserit, tamẽ cùm ante euangelicam legem nullum fuerit verum ordinis sacramẽtum, sub ipsa primùm irregularitas est ei adnexa, eademq; non iure diuino, sed Pontificio, quo omnis irregularitas inuenta est. Admonitionem enim Pauli, vt episcopus: hoc est, oĩs sacerdos, sit vnius vxoris vir, non ceu Apostolus quasi ius diuinũ promulgans fecit, sed ceu pastor & antistes ecclesię. Quã igitur ob rem, vbi causa occurrerit legitima, in facultate summi Pontificis est super omnem irregularitatem dispensare, vt decreto Martini dist. 34. docti sumus. Quinuerò & ad minores ordines suscipiendos eadem quoq; in episcopis viget dispensandi facultas.

Cap. VI.

Capi. Duplis, de sponsalib.

Capi. Inter fidẽ de sponsalib.

Cap. VII.

Genesis.

1. ad Timoth.

Can. lector. dist. 34.

DISTINCTIONIS vigesimæ septimæ, Quæstio prima de matrimonij definitione & causa.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm definitio, qua matrimonium describi solet, sit idonea.

Matrimonij definitio.

TRES quæstiones præsens distinctio desiderat, quæ sunt de matrimonio, de spõsalibus, & de bigamia. Videtur ergo matrimoniũ non rectè sic definiri, vt in capi. Illud, de præsumptio. & apud Petrum Lombardum præsenti dist. definitur, vt sit, viri mulieris; maritalis cõiunctio individuã vitæ consuetudinẽ retinens. Et arguitur primò de noĩe. Denominatio à digniori parte sumenda est: sed pater pręstantior est matre: ergo non matrimonium, sed patrimoniũ dicendum esset. ¶ Secũdò arguitur de genere. Coniunctio est nomen relationis: coniugiũ aũt non ponitur in gẽre relationis: quia est vinculũ, & vinculũ est causa cõiunctionis: nã est funiculus, quo res colligant: ergo matrimoniũ non est cõiunctio. ¶ Tertiò arguit q; nõ sit maritalis cõiunctio. Enimuerò mariti ratio per matrimoniũ definitur: est em̃ maritus vir mulieri matrimonio cõiunctus: ergo maritale nomen non est in definitione ponendũ, aliàs daretur in definitione circulus. ¶ In contrariũ est autoritas tum Iurisconsultorum in prædicto capit. tum maximè theologorum distinctione præsenti.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶ In hoc sacramẽto, vt ait D. Tho. tria est cõsiderare: scilicet, essentiã, quę est cõiunctio & nexus: atq; hac ratiõe dicitur coniugiũ. Deinde eãm, quæ est desponsatio: & hac de causa dicunt nuptię à nubendo. Præterea effectus, qui est proles, & inde sortitur nomen matrimonij. Sed vt vice versa hæc apertiora fiant, etymologia matrimonij multiplex accumulatur. Dicitur enim matrimoniũ, matris munium: quia prolem munit, vel matrem muniens: quia & vicissim proles est matris munimen: vel matrem monens: scilicet, ne virũ deserat. Sed tamen quę ad rem pertinet, hæc duntaxat est interpretatio, vt sit matris munimen: quia mater prolem munit. Ad alendam nanq; educandamq; prolem vterq; cõiugum suas operas confert, diuersimodè tamen. Qui enim generat est pater, sed tã nec generatio nec conceptio dicitur munimen, sed officium quod proli iam genitæ impenditur. Primũ autem munimentũ est matris, quæ priùs in vtero, & deinde vberibus filiũ nutrit, & alia infantilia officia ei præstat. Postea verò adulta prole sequitur munimentum patris non solùm educationis, sed prouisionis bonorum, in quibus proles succedat. Et ideo matrimonialis contractus à munimine matris tanquã à priori & magis necessario sortitus est nomen, vt capi. Ex literis de conuersione infidelium ait Greg. Sed hæreditas appellata est patrimonium. Quanuis & altera ratio eidem nomini suffragat. Cùm em̃ pater sit causa efficiens generandi, & mater quasi materialis, nõ tam pater adiutoriũ est matris, q̃ mater patris. Vnde priùs productus fuit Adam, deinde adiuncta est ei fœmina quasi eius adiutoriũ, vt Gen. 2. legit. Itaq; non vir propter vxorẽ, sed vxor propter virum producta est. Quapropter pater dicitur adiungere sibi matrimoniũ: hoc est, adiutoriũ matris, & matrimonio sibi copulare vxorem: sed mulier non dicitur adiũgere sibi patrimonio virum. ¶ Nuptiæ verò à nubẽdo dicũtur: est enim nubere propriũ fœminæ, cui anteq̃ tradat viro caput obnubitur: hoc est, velatur: nubere enim est quasi nube tegere, in signum obedientiæ, quã debet viro. Inde enim & nuptiæ dictæ q̃ pudoris gratia se puellæ obnuberent, vt ait Ambros. can. Nec illud. 30. q. 5. Quapropter velamẽ, quod sponsæ caput tegit, non nisi humeris spõsi imponitur: quippe qui onera matrimonialia sustinere debet. Et Pau. 1. Cor. 11. vitio dat mulieri caput non velare. Præterea velat caput spõsæ in signũ verecundiæ & pudoris, quẽ præ se fert officium illud cõiugale, quo mulier vi ro ser-

Matrimonij etymon.

Altera rũ.

Genesis. 2.

Nuptiæ vnde.

Velaminis ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

ro seruit. Id quod Rebbecca, vt legitur Gen. 23. documento monstrauit: quippe quæ viso Isaac pallio se opperuit. Quocirca nuptiæ, vt sancti patres canonibus, pximè citatis aiũt, non adipiscuntur hoc nomen vsq; ad traditionẽ, qua vxor traditur viro, ad consummãdam copulam. Et ideo nomen hoc conuenit vinculo matrimonij à suo effectu. Atque hac ratione negant inter Mariam & Ioseph celebratas fuisse nuptias. Propriè ergo mulier est quæ nubit viro, sicut proprium est viri vxorem ducere, nisi fortè figuratè dicat, vir nubere vxori: qui tam mollis est vt sit vxori subditus. Sed vt ad definitionẽ descẽdamus præ notare oportet pro qua re nomẽ coniugij & matrimonij supponat. Est em̃ hic quinq; cõsiderare: scilicet, consensus internos, & cõtractus exteriores: videlicet, verba, & obligationem seu vinculũ inde resultans, & facultatẽ, quã vterq; alteri facit sui, & carnalẽ copulã. Matrimoniũ aũt seu coniugium non suppo nit pro interiori consensu, qui non est sensibilis: quippe cũ omne sacramentũ debeat esse sensibile. Neq; pro contractu externo: scilicet, pro verbis, quibus consensus exprimũtur: qm̃ consensus interni per verba exteriora expresi non sunt matrimoniũ aut coniugium, sed causa ipsius. Neq; facultas, quam vir haberet in mulierem ad concubitũ sufficeret ad matrimoniũ. Si enim Deus facultatẽ faceret alicui licitè vtendi aliqua muliere, non ideo esset matrimonium: neq; si faceret vtriq; mutuã facultatẽ ad illum actum, sed requiritur mutua, perpetuaq; cõiunctio ad indiuiduã vitam peragendã, in omnibus officijs tam ad procreandas proles, q̃ ad mutua alia obsequia domestica. Quare nomen coniugij & matrimonij supponit pro vinculo, nexu, & obligatione mutua, quæ ex mutuo consensu exteriùs expresso, ad cõem vitam enascitur. Quocirca cùm matrimoniũ dicit vinculum, non accipitur nomẽ causaliter, vt aiunt pro re, quæ coniuges copulat & vinculat, illi enim sunt consensus, sed formaliter pro nodo, qui per tales cõsensus fit. ¶ Ex his ergo colligitur cõclusio, qua ad quæstionem rñdetur. Definitio matrimonij, à doctoribus assignata, est optima. Cùm enim res per suas causas debeat definiri, illa, quę datur per causam formalẽ, & finalẽ, primatum obtinet: talis aũt est hęc, Matrimoniũ est viri mulierisq; cõiunctio maritalis indiuiduã perpetuamq; vitæ consuetudinẽ retinens: ergo hæc est optima. Probat̃ minor. Causa em̃ formalis idẽ est quod species, quę cõstat ex genere & differentia: genus aũt matrimonij est q̃ sit, formalis cõiunctio, quod significantius nomen est, q̃ obligatio: qm̃ quanuis non se obligarẽt per mutuos consensus, sed Deus illos coniungeret, vt inferiùs explicabimus, quia traderet vnum alteri, & alterum alteri in perpetuam societatem, esset matrimonium: nisi dixeris, quòd etiam tunc esset obligatio, licèt non per consensus. Differentia autem, quæ constituit speciẽ, est q̃ sit maritalis: nam si esset aliud genus pactionis aut contractus, quo se mutuò masculus & fœmina obligarent, vt sibi inuicem seruirent: scilicet, propter pretiũ, vel aliam ob causam, non esset matrimoniũ. Et quanuis idẽ ferè sit, aptiùs tñ dicitur, viri & mulieris, q̃ maris & fœminæ: nam mas & fœmina remotius genus significant: quippe quod & inter bruta reperitur: vir aũt & mulier non nisi inter hoĩes. Pudet aũt adnotare, inter personas eiusdẽ sexus non posse matrimoniũ contrahi. l. Cum vir nubit. C. ad legẽ Iuliam de adulter. Id quod de nefando Nerone scribit Sueto. qui virũ duxit in matrimonium. Quod aũt Magister sentẽ. adducit. Inter legitimas personas (quodquidẽ, vt creberrimè solet, ex Hugone lib. 2. de sacram. par. II. capi. 4. desumpsit) quãuis ad maiorẽ expressionẽ subiecti fuerit adiectũ, non tñ erat vsq; adeò necessariũ: qm̃ maritalis cõiunctio id satis exprimebat: inter personas quippe illegitimas nulla intercedit maritalis coniunctio. Adiectio aũt alia, indiuiduã vitæ consuetudinem retinens, explicatio fuit causę finalis: ad hanc enim consuetudinẽ eiusmodi coniunctio refertur. Quòd si arguas, non semper cõiuges eorundẽ esse morum, rñdetur, satis esse in officijs cõiugalibus cõuenire, & inter Christianos neutrũ fidei repugnare. Quare inter fidelẽ & infidelẽ non permittit̃, vt matrimonium contrahat̃, nisi antea fuerit contractũ, vt C. de Iudæis, l. Ne quis. De hoc aũt latiùs dist. 39. Sed præter has causas etiã verbũ, retinens, explicat proximũ effectum matrimonij: scilicet, perpetuũ vinculũ & indissolubilẽ nexum: hoc enim impræsentiarũ sonat retinere, quod perpetuò tenere. ¶ Quòd si quis arguat. Res, & potissimùm cõtractus per cõtrarias causas colligatur, & dissoluit̃, vt si mutuo consensu celebrata fuerit emptio & vẽditio, vtroq; cõsentiente põt quod factũ est, infectũ reddi. §. fi. inst. quib. mod. tollit. obliga. ergo sic erit in matrimonio. Negatur consequentia: qm̃ cõtractus matrimonialis, vt suprà

Coniugium & matrimoniũ pro qua re supponunt.

Genus.

Differtia.

Viri & mulieris.

Inter legitimas personas.

Indiuiduã vit. consuetudinem retinens. Obiectio.

Retinens.

An mutuo cõsensu matrimonium distrahi.

Coniugium & matrimo.

Conclusio.

Ratio cõclusionis.

Minor probatur.

prà diximus, nõ est merè ciuilis à solo depẽdens humano consensu in fieri & conseruari, sed à lege quoque diuina. Vnde licèt conciliatio matrimonij ex mutuo consensu contrahentium pendeat: lege tamẽ diuina, qua institutum est sacramentum, fit illico indissolubile, vt per contrarias voluntates dissolui nequeat. Vnde Aug. can. Solet. 32. q. 2. si quis, inquit, aliquam sibi ad tẽpus habuerit, adulter est. ¶ Hugo verò lib. 2. de sacramen. par. II. cap. 4. dicens, coniugium esse cõsensum masculi & fœminæ &c. orationem vsurpauit in sensu causali: puta quòd coniugium sit coniunctio per cõsensum facta. Sicuti & alia definitio, quæ solet per solum effectum & finẽ designari, debet similiter interpretari. Aiunt enim quidam, quòd matrimonium est consortium communis vitæ & cõmunicatio diuini & humani iuris. ff. de ritu nuptia. l. 1. intelligitur nanq; vt sit vinculum & obligatio ad huiusmodi consortium, quę quidem obligatio sit diuino: humanoq; iure firmata ad differentiam aliorum contractuum, qui solo ciuili iure confœderantur.

Hugonis definitio.

Alia definitio.

¶ Ad primum igitur argumẽtum iam respõsum est, quòd licèt pater sit præstantior matre, tamen mater prius magisq; necessarium muniminẽ confert proli, à quo ideo inditum est matrimonio nomen. ¶ Ad secundum autem negatur, matrimonium nõ collocari in genere relationis. Accipitur enim vinculum non efficienter pro consensu, qui facit vinculum, sed formaliter pro ligamine, quod ex cõsensu nascitur, quod quidem est relatio rationis, vt benẽ ait Scotus dist. 26. permanens per modum habitus perpetuò. Nam si vinculum accipiatur pro causa: hoc est, pro consensibus, quibus fit colligatio, res est momẽtanea & transitoria. Relatio autem rationis nihil aliud est, quàm mutuus respectus vnius ad alterum, qui ex vtriusq; voluntate pullulat. Quare non opus est esse rem realiter distinctam à subiecto. ¶ Ad tertium deniq; respondetur, non inconuenire, vt priora, quæ non sunt nominata, per aliqua, quæ sunt posteriora simpliciter, nobis autem priora & notiora, definiãtur. Maritus autem est quid posterius simpliciter, quàm matrimonium: nam per matrimonium fit maritus. Nobis autem est prius & notius: & ideo matrimonium definitur per maritum à posteriori, sicut maritus per matrimonium à priori. Neque iste est vitiosus circulus: definitur enim qualitas à philosopho, quòd sit res, qua quales dicimur, & quale est, quod qualitate afficitur.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm consensus mutuus sit sufficiens causa matrimonij.

AD pleniorem intellectum substantiæ matrimonij, quæritur de eius causa, an sit mutuus cõsensus. Et arguitur à parte negatiua. Sacramenta non sunt à voluntate humana: consensus autem emanant ab illa: ergo isti non sunt illius causa. ¶ Secundò arguitur, quòd non sit sufficiens causa. Alioqui enim sequeretur, quòd sicut consensus de præsenti expressus sufficit ad matrimonium de præsenti: ita consensus de futuro sufficeret ad matrimonium de futuro: nam sicut voluntas præsens se habet ad præsens, ita & futura ad futurum: consequẽs autem est falsum: quia isti consensus, Accipiam te in meam, & Accipiam te in meum, per se non faciunt matrimonium in futurũ. ¶ Tertiò. Si consensus esset causa matrimonij, tũc vel eius obiectũ includeret carnalẽ copulam: & hoc non: quia vt distinctione præcedenti quæst. 2. conclusum est, carnalis copula non est de essentia matrimonij, alioqui inter sacram virginem & suum coniugẽ nõ intercessisset verum coniugium, quod, vt distinct. 30. quæst. 2. latiùs patebit, falsum est: vel sufficeret consensus in indiuiduam vitæ consuetudinem sine respectu ad copulam: quod autem hoc non sufficiat inde apparet, q̃ alioqui illis, qui voto se virginitatis obligarunt, fas esset vera matrimonia contrahere, imò & fratribus inter se: quoniam seclusa copula reliqua omnis cohabitatio est illis licita: consequens tamen est contra Hieronymum, qui refertur. 27. distinct. Vouentibus enim inquit, virginitatem non solùm nubere, sed etiam velle, damnabile est. ¶ In contrarium autem: scilicet, quòd consensus de præsenti sit causa sufficiens matrimonij, est decretum Nicolai papæ can. Sufficiat. 27. q. 2. vbi ait, sufficere consensum, qui solus si defuerit, cætera frustrantur. ¶ Ad præsentem quæstionem quatuor conclusionibus respõdetur. Prima. Consensus hominum, si de potentia Dei absoluta loquamur, nulli sunt ad matrimonium necessarij. Probatur, primò per causam physicam. Consensus sunt ma-

Partũ negatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Hierony.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

Rõ prima.

Universidad de Deusto Biblioteca

trimonij efficiens causa: Deus autem potest cuiuscũq; efficientis causæ vicem se solo supplere: potest enim absq; sole illuminare, & sine alimento animalia sustentare, quemadmodum sine vlla causa (præter se) efficiente mundum de nihilo condidit: ergo potest matrimonium inter duos absq; eorum consensibus perficere. Secundò probatur morali ratione. Deus est absolutus dominus non solùm nostrorum bonorum, verùm & nostrorum etiam corporum & vitæ: ergo sicut potest bona vnius ipso inuito alteri tradere: quin verò & principes diuina autoritate sibi collata id facere possunt: ita potest mulieris facultatem viro facere, & virum in potestatem mulieris tradere, ipsis etiam inuitis, non solùm in officium generandi, verùm etiam ad perpetuam vitæ consuetudinem, quod ad rationẽ matrimonij satis est. Essentia enim matrimonij, vt dictum est, cõsistit, vt sint vir & fœmina ad perpetua obsequia addicti & deuincti, quod re vera arbitrio Dei ipsis renuentibus fieri potest. Tertiò. Ambigere non licet, quin Deus maiorẽ habeat in hominem potestatem, q̃ homo in seipsum: homines autem suis proprijs voluntatibus se inuicem possunt matrimoniali pacto colligare: ergo Deus, qui dominus est naturæ, atq; adeo voluntatis nostræ id potest absq; humana voluntate efficere. ¶At quia cauillare quis rem posset dicens, q̃ talis coniunctio non haberet tunc matrimonij rationem: quippequæ secum intrinsecus adfert, vt ex mutuo consensu nascatur, arguitur sic. Sola causarum varietas non tollit in effectu eandem naturam: calor enim soliseiusdẽ speciei est cum calore ignis: quare ille nonnunq̃ ignem generat: & Adam à solo Deo productus, & reliqua animalia, eiusdem speciei fuerunt cum illis, quæ per generationem proferuntur: cùm ergo essentia matrimonij sit indissolubile vinculum, quo cõiuges obsequio mutuò tenentur sibi morem gerere, à quacũque id causa fiat, erit verum matrimoniũ: potissimùm si à solo Deo rerum conditore & domino fiat. Certè non est cur conclusio in dubium reuocetur. ¶Hoc autem in litẽ euocari potest, vtrùm re vera id aliquando Deus fecerit, vt absq; humano cõsensu matrimonio aliquos cõiunxerit. Legitur em̃ Oseæ. 1. q̃ Deus illi præceperit dicens, Vade, sume tibi vxorem fornicationis, & fac tibi filios fornicationis, &c. Respõdetur bifariam id Deũ valuisse prophetæ præcipere. Vno modo faciendo illi facultatem, vt posset vti muliere. Et tunc licèt neuter illo vsu peccaret, non tamen esset matrimonium: quia non esset mutua & perpetua copulatio ad omnia obsequia. Atque hoc certè videtur sonare verba, Fac tibi filios fornicationis, vt esset pręsagiũ, q̃ fornicatura esset terra. Secundò, q̃ ipsis inuitis illam mutuam & perpetuam cõiunctionem efficeret, & tũc certè esset matrimoniũ, de quo loquimur. Sed re vera non est credibile, Deum, qui omnia suauiter disponit, fecisse, imò in illorum animos induxit, vt in matrimonium consentirent. Sed dicti sunt filij fornicationis propter turpitudinem, qua priùs mater sordebat. ¶Perplexius autẽ dubium exurgit ex historia primorum parentum, inter quos apparet matrimonium intercessisse, non ex eorum consensu, sed Dei iussu, eo modo, quo conclusio nostra loquitur. Quoniam si ipsi more communi matrimonium consentiẽtes consœderassent, historia id retulisset: & tamen non refert, nisi q̃ educta Eua de costa soporati viri expergefactus ipse dixit. Hoc nunc̃ os ex ossibus meis &c. Id quod vt supra ex Augustino retulim°, spiritu prophetico locutus est. Ergo videtur matrimonium illud solo Dei iussu perfectũ. Atque hoc inde satis probabiliter confirmatur, q̃ non aliter videntur sibi inuicem obligati, q̃ illa Dei iusione, Crescite & multiplicamini, quæ certè absq; aliquo eorum cõsensu ad vinculum sufficiebat. Et tertiò id corroboratur ex verbo Christi Matth. 19. vbi coniugalem nexum primorum parentum referens, de alio modo illius contrahendi nõ meminit, sed solùm dixit, Quos Deus coniũxit, homo nõ separet, insinuans non aliter q̃ per Deum esse coniunctos. ¶Veruntamen quãuis hoc probabilitate non careat, ratio tamẽ suauissimæ prouidentiæ Dei multò probabilius esse docet, quòd dùm illis præcepit, vt genus suum propagarent, tunc eis inspirauit, vt in matrimonium consentirent, & ista ratione ait Christus, Deum eos coniunxisse. Potestatem ergo hic diuinam de eius potentia absoluta constituimus, qua absq; humanis consensibus copulare homines matrimonio valet. Quod autem ea vsus fuerit potestate, fortasse citra temeritatem non liceret adstruere.

¶Sed hoc tamen rursus in disputationem posset produci, vtrùm eandem prorsus facultatem Deus Christianæ Reipublicæ vel ecclesiasticæ vel ciuili contulerit, vt dum expediret inuitas dissentientesque personas in matrimonium cogeret. Nam quòd id facere valuerit nemo sapientum absolutæ eius omnipotentiæ denegaret. Quod autem eam tribuerit, arguitur. Dedit enim potestatem Reipublicæ & principibus, vt ciues ad contractus compelleret, quos prorsus abhorrent, vt ad vendendum frumenta tempore necessitatis, & ad alios, qui eorum bona & nõnunquam honores etiam & vitam attingunt: nam põt rex cõpellere ciues ad militandum in bello cum mortis periculo quãdo id Reipublicæ expediens est: sed vsu quoq; venire põt, vt reipublicæ expediat, propter bonum fidei catholicę vel pacis, vt rex vel alius nobilis hanc vel illam illustrem matrimonio sibi adiungat: ergo è re Christiana fuit, vt talem facultatem Christus ecclesiæ reliquerit cogendi tunc homines: quod si expediens fuit, credibile est fecisse. Responsio aũt quòd non est par ratio de matrimonio & alijs contractibus, eo quòd matrimonium est vinculum indissolubile, & ideo requirit partium consensus, non est sufficiẽs: nam & princeps alios cogit ad indissolubiles contractus: quare in casu, quo hic communi bono expediret, videtur ratio probare, ecclesiam, cui incũbit cura Reipublicæ, ad id posse compellere. ¶Secundò arguitur. Deus dominium, quod habet non modò nostrarum rerum, verùm & nostræ vitæ, videtur per ius naturæ Reipublicæ contulisse: ait enim. 2. Politic. Philosophus, ciues potiùs esse Reipublicæ q̃ suos ipsorum, veluti membra totius sunt corporis, cui seruire tenentur: ergo eadem ratione habet respublica hanc in suos ciues facultatem cogendi ad matrimonia. ¶Tertium argumẽtum ex ijs, quæ inferiòs dicturi sumus, compertius fiet. Videtur enim ecclesia hac autoritate pollere, & sæpe vti: nam vbi duo sibi se per verba de futuro desponsarunt: si copula se postea commiscuerint, coguntur ab ecclesia in matrimonio perseuerare, neq; admittitur exceptio reclamantium, quòd non consenserint. Item vbi quis sub conditione impossibili cõsensit in matrimonium, licèt consensus suapte natura nõ videatur legitimus, nihilominus iudicio ecclesię ad matrimoniũ restringitur, vt patet cap. Si conditiones. de conditio. appositis: hæc autem non videtur ecclesia facere posse, nisi haberet autoritatẽ compellendi ad matrimonia inuitas etiã personas. ¶Quartò arguitur. Status religionis præstantior est statu coniugatorum, atque adeò ibi tanta exigitur libertas: & tamen ecclesia videtur ad religionẽ compellere: nam siquis vltra annum habitum indutus in claustro perstiterit, licèt alium cõsensum non habuerit, ad professionem constringitur: ergo potest eadem ad matrimonium fieri compulsio. ¶Ob hæc fortasse argumenta posset quis nouorum inuentor, neq; omnino absque apparentia, hãc tutari partem: veruntamen plus temeritatis, quàm probabilitatis suboleret. Et ideo subiungitur secunda conclusio. Deus eiusmodi facultatem Reipublicæ non tribuit, vt posit absq; consensu contrahentium connubia firmare. Nam præter hoc quòd matrimonio rationem sacramenti adiunxit, cæterum expediẽtissimum fuit, vt illud sic relinqueret quemadmodum per ius naturæ ipsum instituit: ius autem naturæ res omnes ad suum finem admetitur: finis verò matrimonij id quàm maximè exposcit, vt coniuges libentissimè in suã societatem conueniant: nam nisi sibi inuicem perplaceant, non possunt indiuiduam vitam perpetuò viuere: esse autem sibi inuicem grati nequeunt, nisi sua sponte consentiant: quod enim quis non eligit, nec optat (vt. 20. quæstione. 3. can. Præsens, ait Nicolaus Papa) profectò non diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit: qua vtiq; ratione neque ad religionem illic iubet pontifex vllum esse cogendum. Quocirca qui compulsi contraherent, non possent proles suas, qui finis est matrimonij, prouidenter nutrire & educare. Quòd si quis arguat, eadem ratione consequi, Deum id facere non posse: negatur consequentia: quoniã Deus quos coniungeret, posset per suam inspirationem ad mutuum amorem allicere.

¶Et per hoc ad primum argumentum responsum putato: nempe non fuisse expediens facultatem hanc Reipublicæ esse commissam: quoniam licèt sæpe conduceret, vt personæ illustres matrimonio copularẽtur: quod tamen Reipublicę potissimùm cõfert, est, vt cõiuges amore mutuo conglutinent. Quare cõmodum hoc nõ est propter quodcunq; aliud violandũ. Et hoc est inter hunc atq; alios cõtractus discrimen: nam alij cùm non referant ad cõem conuictum, licèt non sint vltronei, nihil periculi adferunt. ¶Ad secundam autem respondetur, eatenus rẽpublicam habere dominium in ciues, vt tamen eis debeat libertatem, quam ius naturæ docet, seruare: docet autem id maximè ratione

Rõ secũda.
Rõ tertia.
Argumentum.
An aliquãdo Deus aliquos citra ipsorũ consensum matrimonio sociauerit.
Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.
Sentẽtia autoris.
Aliud argumẽtũ ex historia adãdũ.
Solutio.
Secundũ argumentũ.
Rõ secũda.
Rõ tertia.
Tertium argumentũ.
Sentẽtia autoris.
Confirmatio.
Nota.
Dubium.
Quartũ argumentũ.
Rõ prima.
Nicolaus.
Obiectio.
Dilutio.
Solutio primi argum.
Solutio secũdũ argum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Solutio tertij argumẽ. iam dicta vt liberè matrimonia contrahantur. Membra verò tertij argumenti suis locis dissoluentur. Si enim dum spõsalibus de futuro accedit copula, ecclesia ad matrimonium cogit, est, quia præsumit affectu maritali fuisse complexos. Conditionem autem impossibilem pro non adiecta ducit: & ideo iudicat fuisse absolutũ cõsensum. Si tã re vera cõsensus nõ præfuit, ecclesia facere neqt, vt verè sit matrimoniũ. Et pari modo rñdetur ad quartũ, q̃ in eo, qui vltra annũ duraui in religione, ecclesia interpretat habuisse in virtute consensum postq̃ sciens & prudẽs permansit: ob idq; eũ censet professum tacitũ. ¶ Vtrùm verò parẽtes possint inuitos filios matrimonio copulare, in calce dist. 29. vi debimus. ¶ Tertia ex his colligitur cõclusio. Ad matrimoniũ requirit mutuus de pñti cõsensus cõtrahentiũ in indiuiduã perpetuãq; vitam tanquã necessaria causa, ex qua indissolubile vinculũ nascitur. Probatur. Bona vnius non pñt in alterius potestatẽ trãsire, nisi vel cogentelege, vel accedẽte ipsius dñi cõsensu. Vnde l. Consensu. ff. de actio. & oblig. cõsensu fiunt obligationes in emptionibus, venditiõibus &c. & Inst. de rer. diui. §. Per traditionẽ. & ff. de acqui. rerũ domi. l. Quarõne, §. Literæ. Nihil est tam cõueniens naturali æquitati, q̃ voluntatẽ dñi volẽtis rem suam in alium transferre, ratam haberi: sed per matrimoniũ mulier tradit potestatẽ sui viro, & vir potestatẽ sui mulieri: nam, vt ait Apostolus 1. Cor. 7. mulier sui corporis potestatẽ nõ habet, sed vir: & similiter vir sui corporis potestatẽ non habet, sed mulier: &, vt prima conclusiõe ostensum est, nulla lege pñt hoies ad id cõpelli: ergo necessarius est mutuus ambo rũ consensus. ¶ Veritas est non solùm apud Theologos, verùm & vtroq; iure celebratissima, vt can. citato Nicolai, Sufficiat. 27. q. 2. & cap. Tuas de spõsa duo. & cap. Cùm locũ, & Cùm apud, de sponsa. & l. Nuptiæ. ff. de ritu nuptiarũ. quãuis illic insinuet requiri cõsensus etiã parentũ: sed hoc intelligit de honestate, non tã tanq̃ de essentia. Est etiã decretum cõcilij Florẽtini in instructionibus Armenorũ, vbi decernit, regulariter mutuũ cõsensum per verba de præsenti esse cãm efficientẽ matrimonij. Sed addit, regulariter, propter spõsalia de futuro, quæ, vt infra dicemus, sufficiũt accedente copula. Quod verò dictũ est, requiri cõsensum in perpetuã consuetudinẽ: hoc est, indissolubilẽ, art. præcedenti declarauimus. ¶ Quarta cõclusio de obiecto consensus sit. Non requiritur consensus formalis & expressus in carnalẽ copulam, sed satis est illam implicitè & in virtute in illo cõsensu cõtineri. Istam conclusionẽ Magister sent. dist. seq. posuit, sed tamẽ iste est eius proprius locus, neque articulum exigit distinctum: quoniam dist. præcedenti quæst. 2. art. 4. satis est contra VVitcleff demõstrata: nempe, q̃ carnalis copula non sit de essentia matrimonij. Inde enim planè fit consequens, non requiri cõsensum formalẽ, & expressum in eandem copulam. Et est conclusio Hugonis lib. 2. de sacrament. par. 11. & in tract. beatæ Virginis, & Augustini. can. Beata Maria. & Chrysost. can. Matrimonium. 27. q. 2. vbi ait, Matrimonium non facit coitus sed volũtas. Quodqui dem verbum in ff. inter regulas iuris. l. Nuptias, relatum est. Et ratio est plana: quia substantia matrimonij, vt loco citato dictũ est, & Nicolaus papa can. Sufficiat, docet, consistit in traditione mutua propriorum corporum & animorũ, qua scilicet vnus alteri potestatem sui facit, tum in reliquis obsequijs rei familiari annexis, tum etiam implicitè in illo vsu & commertio carnali, ad quod matrimoniũ ordinatur, iuxta verbum Pauli. 1. Corinth. 7. Mulier non habet potestatẽ sui corporis, sed vir. Quare substantia matrimonij exprimitur in illa forma, Accipio te in meã, & trado me in tuum, & vice versa. Quæ ideo substantia in hoc consistit, vt vterq; coniugum potestatẽ habeat & ius vtẽdi altero ad illum finem, & sine alterius consensu neutri abstinere liceat, neque cum aliego commisceri. In hoc aũt consensu non exprimitur formaliter cõsensus in copulam, sed tantùm implicitè, si alius voluerit. Quo fit huiusmodi consensum matrimonij perfectæ virginitati aut corporis aut mentis minimè repugnare. Nam licèt quis tradat potestatem sui corporis alteri, si tamen scit alterum illius potestate nunq̃ vsurum, nihil firmo proposito virginitatis contrarium admittit. Et ita dicẽdum restat dist. 30. q. 2. de beata virgine: erat enim certa de Ioseph, quòd nunquam esset ab ea debitum exacturus.

Solutio quarti argumẽ. *Tertia conclusio.* *Ratio cõclusionis.* *Paul. 1. Corint. 7.* *Probat cõclusio iure.* *Cõcilium Florent.* *Quarta cõclusio.* *Magist. sent.* *Nota.* *Hugo.* *Ratio.* *Substantia matrimonij.* *Cõsensus in copulam implicite.*

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd licèt princeps causa sacramentorum sit diuina virtus, quæ in eis operatur salutem, nihilominus causæ instrumentales sunt nonnũquam nostræ actiones per diuinam institutionem ad gratiam concurrentes, vt sunt contritiones pœnitentium, & contrahentium consensus. ¶ Quòd si quis rursus

Solutio primi argumẽ.

Obiectio. rursus arguat. Vnius rei vnica debet esse causa: matrimonium aũt est vnum: ergo non requiruntur duo consensus. Rñdetur, q̃ licèt cõsensus sint plures ex parte consentientiũ, est tamen vnus ex parte obiecti: quia ambo in eandẽ rem & vinculũ consentiunt. ¶ Ad secundum negatur cõsequentia: nam licèt verba tam de præsenti, q̃ de futuro in præsenti tẽpore proferantur, non tã eandem vim habent: siquidem verba de pręsenti pro tempore, quo proferuntur, vinculum perficiunt: tamen per verba de futuro tunc cùm proferuntur, matrimoniũ minimè cõtrahitur: quippe quod in rei traditione cõsistit, sed solùm verba illa gignũt obligationem promissoriam: & ideo non sufficiũt matrimonium cõpingere, sed duntaxat obligant ad contrahendum in futurum. Hoc aũt quæst. sequẽ. quæ est de sponsalibus, apertiùs fiet. ¶ Ad tertium argumentum per quartam conclusionem satis responsum est. Includit enim coniugalis consensus copulam implicitè, non tamen est id necessarium explicitè. Et ideo non repugnat perfectę virginitati: attamen repugnaret voto emisso virginitatis: nam vouentibus virginitatem non solùm nefas est in copulam carnalem consentire, verùm & potestatẽ sui corporis in eum vsum alteri tradere: quia tunc ponit in alterius volũtate id facere, quod voto repugnat. Quocirca Deipara virgo, vt August. can. citato, Beata Maria, ait, & distin. 30. quæst. 2. explicabitur, ante contractum matrimonium non emisit absolutum votũ virginitatis, sed pòst ambo coniuges communi consensu illud susceperunt.

Dilutio. *Solutio secũdi argumẽ.* *Nota.* *Solutio tertij argumẽ.* *Votum beatissimæ virginis.*

ARTICVLVS. III.

Vtrùm consensus matrimonialis sufficiat internus, an verò requiratur, vt sit exteris verbis expressus.

Voniam cõsensus & internus est, & per verba exprimi põt, quæritur vtrùm hæc expressio sit ad matrimoniũ necessaria. Et arguitur à parte negatiua. Votum tantam inducit obligationem apud Deum, quantam matrimonialis contractus apud homines: votum autem nulla indiget forinseca expresiõe, sed sola mente fieri potest: ergo neque cõsensus matrimonialis eandem requirit expresionem. ¶ Secundò. Si verba exprimentia internum consensum essent requisita, sequeretur q̃ illa sine intrinseco consensu non sufficerent: consequens tamen inde apparet falsum, q̃ fraus & dolus nemini, vt iura cauent, suffragantur: & tamẽ si verba sine interiori cõsensu non sufficerẽt, fraus illa proferenti suffragaretur: ergo consensus non requiritur expressus. ¶ In contrium autem est autoritas Alexandri cap. Licèt, de sponsa duorum.

Parte negatiua argumentũ primum. *Secundũ argumentũ.* *Pars affirmatiua.*

¶ Circa istam quęstionẽ VVitcleff, vt refert VValdensis tomo. 2. de sacramẽ. cap. 32. & 33. ait sufficere internos consensus contrahentium: quia Deus, qui videt corda, illos potest approbare consensus. Et videtur Panormit. eandem tenuisse opinionẽ super verbo, Sufficit, cap. Cùm locum, de sponsalib. Quin verò & Innocentius ipse cap. Tuæ fraternitati. eod. titu. verba quædam perplexa de hac re protulit dicens, matrimonium in veritate cõtrahi per legitimum viri & mulieris consensum: sed quãtum ad ecclesiam necessaria esse verba consensum exprimentia de præsenti. Et potest apparenter idem confirmari: nam si cõtractus exterior per verba vel nutus esset necessarius, id præsertim quia omne sacramentum debet esse signum sensibile: hæc tamen ratio minimè videtur cogere, eo q̃ circa matrimoniũ nihil Christus super iure naturæ mutauit, præterq̃ q̃ gratiam conferret: si ergo iure naturæ sine verbis matrimonium erat solidum, nihil obstat quominus etiã sit sub lege euangelica. Dicere autem, q̃ vt constet ecclesiæ, requiruntur verba, nihil ad rẽ: quia aliud est matrimonium in se esse firmũ & legitimum, atque aliud esse notum: modò autem non quærimus de via, per quã debet innotescere, sed de ratione, per quam fit validum. ¶ Veruntamen his non obstãtibus sit prima conclusio. Non sufficiunt interni consensus etiam de pręsenti, nisi exteriùs per verba itidem de pręsenti vel nutus exprimãtur. Conclusio est vniuersalis omnium Theologorum in præsenti dist. nempe, Magistri sentent. S. Thomæ, Bonauẽturæ, Scoti, Ricardi & cæterorum: imò, vno excepto hæretico VVitcleff, arbitror neq; Panormitanũ, neq; alium quempiã Canonistarum, si sanè intelligatur, eandem negare: quia neq; potest, vt dist. 1. q. 1. artic. 4. dicebamus. Et ratio est plana. Matrimoniũ nanq; nõ est simplex donatio, sed mutuus contractus, do, vt des: & ideo non sufficit simplex cõsensus, vt oĩbus est in confesso, sed mutuus: scilicet, Consentio si cõsentis, aut quia consentis: hmõi autẽ consensus na-

An soli cõsensus interni efficiant matrimonium. *Innocent.* *Ratio parũ vrgens.* *Nota.* *Prima cõclusio.* *Cõmunis cõclusio.* *Ratio cõclusionis.*

Universidad de Deusto Biblioteca

sus natura sua requirit, vt vicissim vtriq; con
stet alterum consentire, aliàs non consentit
Hugo. quia alter consentit. Vnde Hugo in summa
Sententiarum tract.7.cap.6. Eos, inquit, qui
coniunguntur, sic oportet consentire, vt inui
cē se spontaneè recipiant. Quo alludens Gra
tianus.29.q.1. Consensus, inquit, est, duorum
sensus in idem: id est, simul cum alio sensus.
Alexan. Id quod ipsissimus Alexād.cap. Licet, de spō
sa duorum, egregiè docuit dicēs, oportere vt
vterq; in suo mutuo cōsensu verbis cōsuetis
expressè alterū recipiat. Et cōfirmatur, quia
Chrs, vt diximus, matrimonio quatenꝰ erat
de iure naturæ nihil detraxit: iure aūt natu
ræ est cōtractus quidā veluti emptio & vēdi
tio, & reliqui, qui absq; mutuo cōsensu atq;
adeò expresso vigorē non habēt. Ex quo fit,
noīe cōsensus non intelligi voluntatē, qua qs
vult cōtrahere, sed quod verè per consensum
cōtrahat. Aliud em est, volo facere, atq; aliud
verè facio. Atq; hinc sumitur nouū argumen
tū, q̄ nō sufficit internus cōsensus, sed requi
ritur locutio de pnti saltē per nutus, capio te.
Vnde fit, q̄ licēt Deus viro reuelaret, mulierē
velle illū accipere, & eidem mulieri viri volun
tatē patefaceret, non sufficeret ad matrimo
Postremum argumētū. niū. ¶ Postremò tandē arguit. Si cōsensus in
terior sine externa expressione sufficeret, se
queretur, q̄ qn duo loco distātes cōsentiunt
in matrimoniū, & mittūt sibi inuicē nuncios
vel literas, antequā eas alteruter reciperet, es
set verū matrimoniū: quia præcesserunt con
sensus: cōsequens tn est falsum: qm quousq;
vtriq; de alterius voluntate constet, non est
mutuus cōsensus. Quando ergo pōtifices &
doctores dicunt, solū consensum sufficere, ne
cesse est, vt intelligāt cōsensum mutuū. Qua
propter non excludunt, quin sint necessaria
verba, signa vel nutus, quibꝰ fiat mutuus, sed
excludūt à necessitate sacramēti alia circun
Panormit. stantia, quæ ibidē Panormi. se se exponendo
percenset: nēpe, q̄ non requirit consensus pa
rentū, aut carnalis copula, aut cōsensus in co
pulā, vt patet in beata virgine, neq; bndictio
ecclesiæ: imò neq; certa verborū forma, sed
sat est qūocunq; alterutrūm suos consensus
exprimāt. Innocētius verò nihil aliud dicere
Expositio. Tuæ fraternitati. d spō salibus. voluit, q̄ q̄ quomodocūq; cōstaret cōsensus
internos esse mutuos, id sufficeret, vt si men
taliter sibi possent loqui tanq̄ angeli: sed tn
quia id de lege fieri nequit, requirunt signa
exteriora tanq̄ necessaria, vt consensus sint
mutui. Et ideo, pbē dixit, matrimoniū in ve
ritate cōtrahi per legitimū consensum: mu-

Verba an sint de essentia matrimonij.

tuū scilicet. Quod aūt adiecit, necessaria esse
verba quantū ad ecclesiā, intellexit de verbis
expressis, vt distinguntur à nutibus: scilicet,
Ego te accipio in meam, &c. hæc enim in eo,
qui loqui pōt, licēt non sint de essentia sacra
Innocētij sensus. menti, requirūtur tn in foro ecclesiæ ad ob
uiandū litibus. Et q̄ is fuerit eius sensus, sub
iuncta eius verba declarant: scilicet, Nam fur
di & muti possunt contrahere matrimoniū
per cōsensum mutuū sine verbis: scilicet, per
nutus. ¶ Secunda conclusio. Sicut consensus
Secunda conclusio. interni sine externis verbis vel nutibus non
sufficiunt, ita neq; ē diuerso verba sine inter
Innocent. no consensu. Conclusio est eiusdē Innocētij
eod.cap.citato, Tuæ fraternitati, ait quippe
in puero ante legitimā ætatē verba non suffi
cere, quia nec legitimum consensum habere
pōt. Et cap. statim Tua nos, ad eundē casum
Verba sine consensu interno nihil sunt. rndens ait, q̄ quæcunq; verba interuenerint,
si propositū & consensus matrimonij nō sit
in animo, nihil fit: quia, vt dictum est, volun
tas est, quæ matrimoniū facit. Et ff. de pact.
l.1. Vlpianus, Stipulatio, inquit, quæ verbis
Ratio conclusionis. fit, nisi habeat consensum, nulla est. ¶ Atqui
hoc confirmatur ratione etiā gnāli sacramen
torum, quæ quidē nulla sunt si intentio mini
stri & suscipiētis, si sit adultus, defuerit: in ma
trimonio aūt contrahentes, vt diximus, sunt
tum suscipientes, tum etiam ministri.
An in re lentibus quæ sint necessaria. ¶ Ex huiusmodi aūt conclusionibus nonnul
læ emergunt dubitandi occasiones. Et pri
mùm circa primam ambigit, vtrùm vbi qui
cōtrahunt verba proferre audireque valent,
sufficiant nutus vel signa. Videtur em Inno.
in dicto capit. Tuæ fraternitati, id negare. Et
sic ait glossa ibidē, In his, qui loqui possunt
non contrahitur sine verbis, per quæ expri
matur consensus. At verò proculdubio suffi
Sententia contrarij. ciunt nutus, etiam si verba possint proferri,
vt ipse idem Pontifex eodem loco docet. Si
enim verba essent de essentia connubij, neu
tiquam nutibus cōtrahi posset. Cùm aūt illic
papa dicat in mutis nutus sufficere, palā asse
rit verba non esse de essentia. Quod em quis
loqui possit, aut mutus sit, essentiā sacramen
ti non variat. Quò fit, vt essentiæ sacramen
ti quocunque casu nutus sufficiant, sed æqui
tas est, vt vbi est possibile, verba exprimantur,
Copula sequēs sponsalia de futuro, ex eis deprehēdit. ad certitudinem ecclesiastici fori. Vbi au
tem sponsalia de futuro præcesserunt, adue
niens copula sufficit, vt ecclesiæ decreto san
citum est, quod est euidens argumentū ver
ba non esse de essentia. ¶ Vtrùm autem loco
nutus sufficiat taciturnitas puellæ, dum alij

pro ea

Magist. senten. pro ea pudore suffusa affirmant eam consen
tire. Magister sentē. dist.29. (quod ex Hugo
ne desumpsit in summa sententiarū tract.7.
c.6.) ait sufficere cōsensum patris, quod Pan
dectarū testimonio adstruit alludens ad.l.In
spōsalibus.ff. eod.tit. vbi habetur, filiam pa
Sententia cōmunis. tri cōsentire, nisi euidēter dissentiat. De hac
ergo ambiguitate hoc cūctis in cōfesso est, q̄
si alius in prēsentia spōsæ pro ea affirmando
respōdeat, & ipsa non cōtradicat, illam taci
Paludanus. turnitatem sufficere, quasi cōsensus indiciū.
In litem aūt hoc vocat Paluda. dist. præsenti,
q.2.art.3. vtrùm quicūq; respōdeat, sufficiat,
licēt sit extraneus, an verò solū sufficiat quā
do pater vel mater pro illa respōdent, vel tu
tor. Et tenet nō sufficere nisi sit aliquis paren
tum vel tutor. Nam quanuis vna regula iuris
sit, q̄ qui tacet cōsentire videtur, alia tamen
cōtinuò subsequitur, Is qui tacet nō fatetur,
sed nec vtiq; negare videtur. Quapropter si
lentium per se nō est assensionis sufficiēs in
dicium: quare tūc solùm sufficit quando qui
L. sed quæ patru. affirmat ius habet in sponsum vel sponsam.
Vnde.l.Sed quæ patris, eod.tit. exēplum de
solo patre ponitur: nempe, q̄ puella, quæ pa
tris volūtati non repugnat, cōsentire intelli
Sentētia autoris sub distinctione. gitur. Idq; habetur iure canonico de despon
latione impube.c.vnico.§.Porrò.lib 6. ¶ Præ
sens autem ambiguitas per distinctionē dis
soluitur. In foro enim consciētiæ si adsit ve
rus contrahētium consensus, quicunq; alius
Infere exteriori. pro spōso vel sponsa respōdeat, ipsis tacenti
bus & non contradicentibus, valet matrimo
nium. Sed nihilominus in foro ecclesiæ non
haberetur pro rato, nisi pater vel mater, vel
tutor esset ille, qui respōderet. Et ideo in foro
consciētiæ explorāda aliunde esset cōtrahen
tium volūtas. Nam etiam si pater pro filia re
Sententia contrarij. spōdeat, suspicio suboriri potest, an ipsa eius
metu siluerit, neq; reclamare sit ausa. Si autē
per alias coniecturas cōstiterit, ei cordi fuisse
nuptias, sed præ verecundia tacuisse, quiuis
An vtiusq; tacitur. quæ consensus simul tē pore concurrere debēt. alius pro ea responderit, sufficit in conscien
tia. ¶ At verò circa eandem primā conclusio
nem, adiunctā tertiæ superioris articuli dubi
taf, vtrùm necessariū sit amborū cōsensus si
mul tpe concurrere & explicari, an verò nul
lum tēporis interuallū impediat inter vnius
consensum & alterius: nam in cæteris sacra
mētis necessum est, materiam & formam si
mul concurrere: cùm ergo supra cōstitutum
sit consensum vnius esse formam respectu al
terius, apparet concursus huiusmodi eodem
tempore necessarius. ¶ Nihilominus respon-

detur, nō ita esse. Christus em, vt sæpenume
ro dictū est, contractum matrimonij, quate
nus erat de iure naturæ, non mutauit, sed ex
ornauit per gratiam. In lege autem naturæ
instar reliquorum contractuum poterāt con
ciliari nuptiæ vno hodie consentiētes, & cras
altero vel postridie, imò verò longiori tpe in
tercedēte per literas vel per internunciū: er
go & nūc tpis eodem pacto pnt cōtrahi. Nec
de hoc vllus est catholicꝰ, qui ambigat. ¶ Sed
alia hinc nascitur ambiguitas, an nullum sci
licet tēporis interuallum obstet, vt si quis ho
die consensit, & alter post septēnium vel de
cēnium, fit matrimonium. Vsu enim venire
potest, vt eorum cōiugum, qui ante decen
nium matrimonio de facto iuncti sunt, alte
ri nūc primò iuris impedimētum innotescat,
aut quia vir cū consanguinea vxoris rem ha
buerat, aut quia cōpertum ei modo sit esse
cōsanguineos in gradu prohibito. Quæritur
ergo vtrùm tunc satis sit, vt ille inscia vxore
dispēsationem procuret, & deinceps consen
tiat, sufficiatq; primus cōsensus vxoris an ve
rò requiratur, vt vxor denuò consentiat. At
Solutio duū hoc dist.29.q.2.latiùs respōdebitur. Vbi em *bij.*
cōsensus ferūtur in materiam illegitimam,
nullius prorsus sunt momēti: & ideo non suf
ficit, vt dispēsatio perueniat, nisi post ipsam
noui consensus vtrinq; accedant. Si verò ma
teria sit legitima, satis est si vnus hodie cōsen
tiat, & alter post aliquod tēpus, vt cùm matri
monium per nūcium aut literas cōtrahitur,
dummodò cōsensus prioris cōiugis nō sit re
cisus, sed in virtute maneat. Quod quidē in
huiusmodi interuallis obseruandum est. Si
enim quis modò in matrimoniū per literas
cōsentit, & pereuntibus postea literis negō
tiū intercipitur, & ferè obliuioni traditur, &
post septēnium vel decēnium alter cōsentit,
certè non esset matrimoniū tutum, nisi prio
ris consensu integrato: quia iam videtur eius
virtus exoleuisse. ¶ At verò quāuis nemini in
dubiū venerit, quin matrimoniū per literas
vel procuratorē fit verū, idq; adeò indissolu
bile, de hoc tn controuertitur, vtrùm verè sit
sacramētum gratiam conferēs. Nam præter
Durandum dist.26. q.3. Caietanus quoq; in
quēstione speciali ad tertiam partem adiecta
negat esse sacramētum. Cuius ratio duplex
est. Prima, q̄ nullum sacramētum suscipitur
per procuratorem: quia cùm sit passio perso
nalis, requirit actionē personæ præsentis, cu
ius ministerio gratia cōferatur, vt in cæteris
sacramētis liquidum est. Idq; adeò confirma

tur,

Dubij solutio.

Si vnus hodie alter verò cras consentiat.

An longo tempore lapso possit alter consentire.

Matrimonium p procuratorē initū an sit sacramētum.

Pars negatiua.

Ratio prima.

Universidad de Deusto Biblioteca

tur, quòd ſicut ſacramentum matrimonij in contractu conſiſtit, ita & ſacramentum pœnitentiæ in actu iudiciali: ſed abſolutio ſacramentalis non impenditur niſi præſenti: nemo enim poteſt per procuratorem cõfiteri, vt diſt. 18. q. 2. ar. 6. moſtratũ eſt: ergo nec matrimonium per procuratores eſt ſacramentum. Secundò id probatur, quia ſi ſacramentum eſſet, conſequens inde fieret, vt ſæpè dormientibus, nullaq; eis applicita tunc actione gratia conferretur: nempe, dum procuratores vtrinq; miſsi conuenirent, quod non videtur intelligibile: imò ſequeretur quòd quoties illi, qui procuratorem miſerunt, in peccato dormitum irent, nouam culpã committerent, opponentes obicem gratiæ ſacramenti, quod inopinabile videtur. ¶ Nõ prorſus diffiteor opinionem hãc eſſe vtcũq; probabilem: quippe cuius argumenta non ſunt prorſus deſpicabilia. Veruntamen adeò contraria videtur probabilior, vt eã crediderim omnino amplectendam. Et ratio, quæ vrgere videtur, eſt, quòd cùm Chriſtus matrimonium ſimpliciter & abſq; vlla exceptione inſtituerit eſſe ſacramentum, nonnihil temeritatis offert, id quod ſit verè matrimonium, à ratione ſacramenti excipere, potiſsimũ cùm illud ratione & virtute nouæ legis ſit indiſſolubile. Item quia gratia, quæ in matrimonio confertur, eſt propter idoneum eius vſum: hic autem finis tam neceſſarius eſt matrimonio per procuratorem contracto, quàm reliquis. Adde, quòd ſi hoc matrimonium non eſſet ſacramentum, profectò eccleſia non deberet illud permittere. Fingere autem quòd requiritur ad gratiæ collationem, vt ſponſi poſt modum in conſcientia iteratos conſenſus ratificent, certè gratis aſſeritur: quoniam conſenſus priores ſufficientes erant. Quare dum per procuratores conſenſus concurrũt, tunc matrimoniũ fit indiſſolubile. Tametſi ad tollendos ſcrupulos, ne fortè fuerint conſenſus interrupti, laudabile ſit, vt in præſentia poſtea eoſdem ratificent. ¶ Vnde ad primam obiectionem reſpõdetur, hoc eſſe huic ſacramento ſingulare, quòd cùm ſit naturalis ciuiliſq; contractus, in ſua permaneat natura ratione ſacramenti nihil obſtante. Atq; adeò cùm materia eius & forma non ſint niſi actus contrahentium, poteſt in eorum abſentia celebrari, dum prædicti conſenſus per procuratores coeũt. Quodquidem reliquis ſacramentis non accidit. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd cùm pueris ante vſum rationis & amentibus gratia baptiſmatis infundatur, & dormientes, vt plurimorum ſert opinio, martyrio coronentur, non eſt miraculo tribuendum quòd dormientes gratiã etiam ſacramenti huius perfundantur. Nam etſi tunc ipſis nihil extrinſecus applicetur, quia hoc ſacramentum non habet formam & materiam extrinſecas, coeunt tunc tamen eorum conſenſus per procuratores, qui ſe habent, vt materia & forma. Neq; verò abſurdum eſt conſequens illud concedere, quòd nouum committunt peccatum, ſi dum veriſimiliter coniectantur conuenturos mutuos conſenſus, obicem culpæ gratiæ opponunt. Secus verò dum neuter ſcit prorſus qũ alter eſt conſenſurus. ¶ Veruntamẽ ex ſecunda concluſione, qua dictũ eſt, externa verba abſq; interno conſenſu non ſufficere, graue perplexumq; dubiũ emergit, quod multas moleſtias in hac materia faceſsit. Etenim ſi conſenſus amborum requiritur, nemo eſſe poteſt tutus, an verum matrimonium contraxerit: quia neuter habet conſenſum ſui coniugis exploratum. Ad hoc autem primum reſpondetur, quòd nemini poteſt ſuum matrimonium eſſe euidens, ſed ſola pars negatiua, quando ipſe non conſenſit. Cæterùm in his, quæ moralia ſunt, non exigitur euidentia, ſed ſufficit humana coniectura, ſicut in reliquis ſacramentis. Quãdo enim verba ablutionis audimus, aut conſecrationis, aut abſolutionis à miniſtro proferri, ſat eſt vt certiores de eius intentione efficiamur certitudine, quæ ſufficit in ſacramentis. Pariter per verba, quibus coniuges conſenſus explicant, ſatis vterq; fit de matrimonio certus. ¶ Attamen quia ſæpenumero in dubium & ſuſpicionem venire res poteſt, ſolertiùs de huiuſmodi euentibus diſquirendum eſt: vbi quæ ſubſequuntur documẽta obſeruanda ſunt. Primum enim diſtinguendum eſt de foro exteriori eccleſiæ, & de interiori conſcientiæ. Dum enim coniugum aut alter, aut vterq; conſenſiſſe in matrimonium negat, quod verbis contraxit: ſi verba legitimè probantur, tunc eccleſia in fauorem matrimonij ſententiam profert illud habens pro rato. Idq; facit quotieſcunq; dubium in æquilibrio pendet, licèt nonnunquam in foro conſcientiæ nullum fuerit. Si verò probatur vel error vel metus, vt diſtinct. 29. & 30. videbitur, irritum illud ducit. ¶ At verò in foro conſcientiæ res eſt maiori periculo obnoxia. Creberrimè nanq; ex parte

Rõ ſecũda. *Sentẽtia auctoris.* *Pars affirmatiua.* *Rõ prima.* *Rõ ſecũda.* *Rõ tertia.* *Nota.* *Solutio primi argum.* *Solutio ſecũdi argumẽ.* *Dubium.* *Solutio primæ.* *In morib. hui. modi. gitur euidẽtia.* *Primum cumentum.* *In foro conſcientiæ.*

ex parte virorum fallaciæ nectũtur, ſanè qui, vt ſua libidine potiantur, miſeras puellas ſeducunt. Quapropter dum poſtmodum ſe cõſenſiſſe negant, eas relinquunt perplexas crederene ipſis debeant. Ex parte quoq; fœminarum (quanuis non ſimili cauſa viros decipere ſoleant) tamen cùm facilè conſentire conſueuerint, poſtmodum parentum metu perculſæ dicta retractant. Et è contrario metu etiam parentum dicunt ſe quandoq; conſentire, cùm tamen non conſentiant, quare vtroq; modo poſtea dicentes ſe non conſenſiſſe, ancipites viros reddũt. Ex his ergo aliiſque ſimilibus caſibus dubia inter coniuges, an legitimum fuerit matrimonium, ſuboriri conſueuerunt, quæ conſcientias exurunt. In hoc eũ foro rem tractamus. ¶ Tũc ergo primum omnium conſiderandum eſt, vtrũm dubium illud aliqua morali probabilitate nitatur, an verò ſit tenuis ſcrupulus. Etenim dum leuis ſcrupulus eſt, conſilium eſto, idẽq; certiſsimum, vt qui eum habet, deponat, vt bene ait Scotus diſtin. 30. & omnes. Imò expreſſè habetur cap. Inquiſitioni, de ſententia excõmunicatio. Sed eſt pretereain preſentiarum animaduertendum, quòd dubium tũc dicitur, quando homo nec aſſentit nec diſſentit, ſed anceps pendet animo. Dum verò aſſentitur, iam non dicitur dubius, ſed cum formidine opinari. At quanuis minus ſit periculum in re dubia, quàm in opinionis aſſenſu, potiùs tamen perpendenda eſt cauſa dubij vel aſſenſus, quàm aſſenſus ipſe. Nã quanuis qui aſſentiat, ſi aſſenſus nullas habeat probabiles coniecturas, ſed ex animi infirmitate naſcatur, deponendus eſt, aliàs qui fecerit contra ipſum, facit contra conſcientiam. Et vice verſa, quãuis quis non ſit niſi dubius abſq; aſſenſu, ſi tamen habet cauſas aſſentiendi, quibus conſultò renititur, non poteſt citra periculum officium coniugale exercẽre. ¶ Quo ergo gradatim ad hæc reſpondeamus, ſit prima propoſitio. Quotieſcunq; de vno matrimonio certitudo habetur moralis, fuiſſe legitimum, nullo modo ei, qui certus eſt, licet citra mortale crimen ad alias tranſire nuptias, vel debitum primo cõiugi petenti denegare, vel vllo pacto contra illam certitudinem agere. Certitudo moralis eſt, quæ de bonis coniecturis ad arbitrium ſapientum colligitur. Eiuſmodi autem coniecturæ ex diuerſis qualitatibus penſandæ ſunt. Si puella multò inferioris ſortis credit iuueni nobili & longè altioris conditionis aſſerenti ſe illam ducere, qui poſtmodum ea potitus negat habuiſſe conſenſum, & eſt vir probatæ vitæ, aliamque ducit, danda illi fides eſt. Præſertim ſi illico id negat. Et tunc pòt puella alteri nubere. Eodẽ modo ſi puella quę cõſentire ſe dixerat, conſenſiſſe negat, veriſimilibus cõiecturis metũ patris probãs, ſi eſt fœmina aliãs bonis moribꝰ imbuta, & alteri viro copulatur, tunc tutò poteſt vir prior alteram ſibi matrimonio ſociare. Si tamen cõiecturæ præteriti cõſenſus ſint vehementes: quia ſcilicet non ſunt ſorte adeò diſpares, neq; eſt tam veriſimilis metus, & talibus verbis & modo vir conſenſit, vt ipſa arbitrio ſapientum non poſsit non credere illum conſenſiſſe, preſertim ſi poſt notabile tẽpus, vt ait Ricar. diſt. 19. art. 1. q. 3. id negat, re vera vxor, quãuis id iurãdo ipſe neget, & ad alias tranſeat nuptias, nõ debet illi adhibere fidẽ: quia, vt habetur cap. Per tuas, de probatio. Nimis indignum eſt, vt quod ſua quiſq; voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare. Quo circa nec poteſt ipſa alteri nubere: quòd ſi nubat, matrimonium nullum eſt, ſed prorſus deſerendum, quanuis pluribus ſit iam liberis fœcundum: non obſtantibus quacũq; ſeditione & ſcandalo. Deſerendum, inquam, quoad torum: quoniam neq; poteſt illa debitum petere, neq; verò reddere, ſed mortem potiùs debet ſuſtinere quàm reddat. Licèt poſsit manere ſeparato toro tanquam ſocia, dũmodo nullũ ingruat cõgreſſus periculũ. Concluſio certè nemini debet eſſe dubia: nã ſi talis certitudo eſt moralis: non licet illam deponere, & multò minùs cõtra eam facere. Quare qui ad aliud ſe matrimonium tranſferret, committeret ſecundùm ſuam conſciẽtiam, eandemq; legitimam, adulterij crimen, quod nequis committat, potiùs illi mors eſt oppetenda. ¶ Hæc quippe certiſsima ſunt. Idemq; de viro pari iure reſpectu mulieris iudicandũ. Dubium autem emergit dum auctoritate eccleſiæ in foro exteriori ſecundũ allegata & probata matrimonium ſecundũ pronunciatur legitimũ. Ad hoc autem diſt. proxima, vbi de clandeſtino matrimonio ſubſequetur ſermo reſpondebitur. Et pariter ad illud, an fœmina in tali caſu poſsit ingredi religionẽ, etiam ſi prius matrimoniũ fuerit conſummatũ. ¶ Secũda propoſitio. Quãuis quis non habeat eiuſmodi certitudinẽ de primo matrimonio, ſit tamẽ ad arbitrium ſapientũ dubius, ita q̃ adhibita diligẽtia ad explorãdã verita-

Vide diſtinctionem. *Tenuis ſcrupulus deponendum.* *Nota.* *Certitudo moralis.* *Coniecturæ variæ.* *Aliud exẽplum.* *Ricard.* *Cõcluſio certa.* *Idem de vire iudiciũ.* *Dubium.* *Alterũ dubium.* *Secũda propoſitio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

veritatem sint pares vtrinq; coniecturæ, nequit ad secundas transire nuptias. Non vtiq; tantum esset crimen contra dubium tunc agere, q̃ contra certitudinem. Attamen tunc etiam peccaret contra conscientiam, quam secundùm rationem habet, atq; adeò deponere non tenetur. Et confirmatur hoc, quia postquam matrimonium contractum est, vterq; habet in alterum possessionem: quare neutri fas est propter suum dubium alterum possessione sua spoliare. ¶ Dubium tamen est postquam coniuges vicariam habẽt in se possessionem, & tunc vel ambo vel alter incipit de matrimonio dubitare. Vt si vxor bona fide credens primum matrimoniũ non esse legitimum, quia vir dixit non cõsensisse, aut esse consanguineos, ad secundas nuptias euolauit, quibus celebratis ambigere probabiliter vel opinari incipit primum matrimonium legitimum fuisse, atque adeò secundum non esse solidum. Aut dubitare incipit secundum maritum esse sibi sanguine coniunctũ: aut si fortè bona fide credẽs priorem maritum fuisse defunctũ, nupsit alteri, sed iam ex auditu dubitare incipit an viuat, vtrũ tũc possit petere exigereq; debitũ. ¶ Ad huiusmodi euentus postmodum. 32. distin. vbi tractabitur de reddendo debitum, & 37. vbi disputabitur de ea, quæ viuẽte viro mortuum credens, alteri nupsit, iterum est nobis redeundum. Vt autem interim aliquid dicamus, Adrianus in. 4. quest. de prescriptione, arbitratur coniugi de matrimonio hæsitanti neutiquam licere debitum aut reddere aut petere. Cuius fundamentum est, quòd cẽset nemini rem, quam dubitat esse suam, posse sibi vendicare, & eadem ratione nec si eam possideat, posse retinere: & ideo coniux ille dubius periculo se fornicationis, inquit, exponit tam reddendo quàm petendo. At verò de reddendo contrarium habetur in allegato cap. Inquisitioni, de senten. excom. & in cap. Dominus, de secũd. nuptijs. Habetur enim, quòd si dubitatio sit leuis, qui dubitat, consilio pastoris scrupulum deponat. Si verò est talis dubitatio, quam relinquere aut non potest, aut non debet, tũc reddat, sed nõ petat. Neque euasio Adriani vllius est pòderis: scilicet, quòd loquuntur capitula in solo foro exteriori, quo cogitur eiusmodi coniux alteri cohabitare, non tamen debet in opus cõsentire. Nulla, inquam, est euasio: quoniã capitula postquam admonent, quòd si est leuis suspicio, deponatur, manifestè loquũtur in foro interiori ad sedandas conscientias. Item arguitur contra fundamentum Adriani. Cùm enim conditio possidentis, vt est in iure, melior sit quàm non possidentis, quanuis quidubius est, an res, quã alius possidet, sit sua, nequeat illam autoritate priuata surripere, tamẽ si in eius possessionẽ bona fide ingressus est, quanuis deinceps dubitet æquali probabilitate ad vtramq; partem rem esse suam, non tamen tenetur eam deferere, sed potest retinere, quousq; iudicio publico à se euincatur. Eam ergo ob rem cùm vir vxoris corpus bona fide possideat, non potest ipsa propter suum dubium negare illi petenti debitum. ¶ Imò verò vt lib. 4. de iustitia & iure quæst. 5. arti. 4. disputabamus, secundũ membrum eorundem capitulorum: scilicet, quòd non possit petere, durum est, nisi moderamine mitigetur. Si enim facta sufficienti indagine idem coniux anceps manet, quia res nequit satis explorari, durissimum est dicere, quòd non possit etiam petere, propter rationem modò factam: quia postquam habet possessionem, non tenetur propter dubiũ, in quo sine culpa sua est, nec deponere potest, manẽre ligatus, vt non possit vti coniuge sua. Præsertim si ambo coniuges essent dubij: Tunc enim citra suam culpam essent sua libertate priuati, vt petere neuter posset. Item cùm, vt nuperrimè dicebamus, dum quis est dubius dubitatione morali de matrimonio, quod contraxit, non valeat ad alias nuptias transire, cogeretur citra suã culpam cœlibem vitam transigere: quod nõ est credibile canones sanxisse. Et ideo capitula illa sic sunt moderanda, vt quandiu coniux est prudenter de matrimonio dubius, reddat quidem debitum propter ius, quod alter habet in ipsum, non tamen petat quousque explorandæ veritati diligentiam adhibeat. Si tamen illa satis adhibita dubietatem sibi nõ potest abstergere, crediderim (sub peritiorũ censura) quòd non interdicitur quominus etiam petat, postquam possessionem habet. Per hæc & dictum Scoti distin. 30. quæst. 1. temperandum est, quo ait, quòd quãdo coniux non potest tollere conscientiam, quam habet, an alter verè consenserit, mortaliter peccat reddendo debitum, quia fornicatur, Similiter & non reddendo, & à fortiori à matrimonio recedẽdo exponit se periculo peccati mortalis: vbi videtur miserum coniugẽ in perplexitatem inextricabilem conijcere, quod re vera nefas est. Nam solùm vbi quis

Dubium. *Adrianus.* *Cap. Dñs.* *Euasio Adriani.* *Argumentum contra fundamentum Adriani.* *Sententia Scoti.* *Modus cap. Dñs.* *Dictum Scoti corrigitur.*

habet

habet conscientiam erroneam peccat agẽdo contra & pro, non tamẽ est perplexus, quia tenetur illam deponere. Sed tamen impræsentiarum facta sufficienti indagine tenetur homo inclinare in possessionem. Quare marito neganti consensisse, in eam potiùs partem inclinandum est, quòd mentitur, si vxor credere non conuincatur. Quocirca tunc nõ est perplexa, sed debet reddere, & põt petere debitum. Quòd si arguas. Illa facit contra dubium: ergo peccat. Respõdetur ad antecedens, dubium esse duplex: scilicet, speculatiuum & practicum. Et quidem agere contra dubium speculatiuum non est peccatũ, sed agere contra practicum. Dubitat autem illa speculatiuè, an ille sit suus, sed nõ inde sequitur, quòd dubiter reddendum esse debitum aut petẽdum, quod est dubium practicum. Imò per possessionem fit certa, quod vtrũq; põt. ¶ Alia verò ex his enascitur ambiguitas, dum quis mala fide: dubitans scilicet probabili dubio priores nuptias fuisse legitimas, transit ad secũdas, vtrùm scilicet secũdæ sint dirimendæ. Apparet enim esse obseruandas & priores antiquandas: nam postq̃ alter cõiux bona fide contraxit, videtur nõ esse propter dubium alterius suo iure expoliandus. At verò multò probabilius est esse secundas irritãdas: nam cùm mala fides nemini suffragetur, illud secundum matrimonium altera parte claudicat, & ideo ex neutra est firmũ. Et confirmatur, quia cæteris paribus prior possessio præualet, atque adeò in re dubia prius matrimonium. ¶ Alia præcipua ambiguitas circa eandem secundam conclusionem ijs adnectitur, vtrùm quando quis fallacibus verbis asserit se habere consensum, quem verè non habet, teneatur alteri fidem seruare & matrimoniũ contrahere. In primis hic non loquimur de illa fallacia, qua virginem deflorauit: nam inde maior obligatio exurgit, vt habet, extra de adulterijs. capit. 1. & 2. si modò illam seduxerit, aut vi oppresserit. Sed etiam si non fuerit virgo propter solam deceptionem, quia verbis consensit. Scotus distin. 30. quæst. 1. respõdet eiusmodi fallacem hominem teneri matrimonium perficere. Quem sequitur Adrianus, & doctores in vniuersum. Dicendum ergo primùm, quòd si intus non fuit cõsensus. & ille transit ad secundas nuptias, illæ sunt legitimæ: quia priores nullæ fuerãt. Quare tũc non potest implere promissum. Si verò res est integra: quia nõdum se ad alias nuptias, transtulit, tenetur stare in conscientia priori contractui, & adhibere consensum, quem fallaciter significauit, vt ait S. Thomas dist. 28. art. 2. ad 4. Nam licèt illic loquatur de virgine, quã quis sibi per verba de futuro despon sauit, nihilominus & si non sit virgo, tenetur ipse verba sua solida facere, velut iin quibuscunq; alijs contractibus, & promissis, in quibus interuenit, do, vt des. Imò verò quanuis ille secundum inierit coniugium, ecclesia iudicabit in fauorem prioris quassato secũdo, licèt in conscientia secundum teneat. Præsertim vbi quis affirmans se puellam in matrimonium ducere, cui ipsa se se sub illa fide cognoscendam permittit, certè licèt tunc non consenserit, tenetur postea sub pœna grauis peccati mortalis consentire, & illam ducere. Et ideo ait ibidem D. Thom. quòd si ille secundam duxit vxorem, tenetur prouidere priori de nuptijs. Facit autem duas exceptiones, quas omnes doctores admittũt: scilicet, si sponsus sit multò melioris conditionis, vel si ex verbis eius & bonis coniecturis facilè poterat deprehendi fallacia. Quæquidem exceptiones intelliguntur tam antequam ille celebret secũdas nuptias, quàm post celebratas. Cùm enim mulier longè inferioris sortis credit nobili, nimis est credula, & licèt non esset nobilis, dum facilè poterat intelligere illum non consentire: ei imputanda est leuitatis culpa. Et ideo alter non solùm non tenetur eam ducere, imò fortè neq; in integrum eam dotare si fuit nimiùm leuis, sed arbitrio prudentum compensare illi, etiam si fuerit virgo, pensato ex vna parte damno, & ex altera, q̃ ipsa censet sua sponte voluisse decipi. ¶ Ad primum igitur argumentum respõdetur, quòd in voto non est aliqua corporalis & ciuilis obligatio, sicut in matrimonio, sed tantùm spiritualis inter hominem & Deum, qui intuetur corda: & ideo votum verborũ vocalium non eget, sicuti ꝛ matrimoniũ. ¶ Ad secundum conceditur consequentia: scilicet, q̃ ad matrimonium nulla verba sufficiunt si ne consensu, vt expositũ est. Negatur tamẽ inde consequi fraudem fallaci suffragari. Est enim illic considerare & defectum cõsensus, & verborum dolum. Et quidem defectus cõsensus per se propriè non videtur dolus, sed quatenus falsis verbis vestitur. Et ideo licèt quodammodo dicatur homini suffragari in foro conscientiæ: quia propter illum defectũ in rei veritate nullum est matrimonium, nõ tamen simpliciter suffragatur: quia est pecca

Dubiũ duplex. *Dubium.* *Dubij solutio.* *Aliud dubium.* *Scotus.* *Autoris distinctio.* *Dictum S. Thomæ.* *Exceptio dili.* *Exceptionũ intellectus.* *Nota.* *Solutio primi argum.* *Solutio secũdi argumẽ.* *Defectus cõsensus nõ vidẽtur dolus.*

H tum

Universidad de Deusto Biblioteca

tum atq; adeò ſupplicio dignum apud Deũ, Nec ſuffragatur in foro eccleſiæ, quæ illam exceptionem non admittit, ſed pronunciat fuiſſe conſenſum. Verborum autẽ dolus nec patrocinatur in foro pœnitẽtiæ apud Deũ, neque in foro eccleſiæ: quia in vtroq; puniẽ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm matrimonio conſummato liceat vtriq; coniugum altero inuito ad religionem tranſire.

Partis negatiuæ argumẽtũ primum.

QVæritur tandem de vi obligationis & vinculi matrimonij, vtrùm ſit tanta, vt neutiquam cõiugatis liceat ad ſanctiora religionis vota tranſcendere. Et arguiẽ à parte affirmatiua. Lex diuina plus debet ſpirituali frugi fauere, q̃ humana: ſed Iuſtinian⁹ Auguſtus facultatẽ facit vtriq; cõiugum ſine vlla exceptione vel conſummati vel non cõſummati matrimonij, vt poſsit ad meliorẽ vitam migrare, & ſub caſtitate viuere: ergo & lex diuina hoc fortiori ratiõe permittit. ¶ Secundò arguitur. Si conſummato matrimonio non liceret alteri coniugũ altero inuito religionẽ optare, ſequereẽ, q̃ neq; ante conſummationẽ id liceret: q̃m carnalis copula, vt ſupra dictũ eſt, non eſt de eſſentia matrimonij, atq; adeò ante ipſam per cõſenſum fit verum ſacramentũ, quod quidem natura ſua eſt vinculum indiſſolubile, vt ſuprà diximus: cõſequens aũt eſſe falſum oſtendit eccleſiæ conſuetudo, quæ boni cõſulit ſi ante conſummationẽ matrimonij coniugatus meliorẽ frugem religionis eligat. ¶ Tertiò arguitur. Si ante conſummationẽ copulæ marito liceret vel vxori religionem altero inuito profiteri, ſequeretur, q̃ alter qui in ſeculo maneret, deberet inuitus perpetuã caſtitatẽ ſeruare, quod nulla vel lex vel ratio permittere videtur: quod autẽ ſequatur inde apparet, q̃ matrimoniale vinculũ eſt ſimpliciter indiſſolubile. Item quia ſi eſſet ſolubile, hoc maximè eſſet per cõſenſum ipſorũ: attamẽ, licet poſt conſummationẽ ambo cõſentientes religionẽ profiteant, vinculũ ſemper manet: imò & dum altero cõſentiente alter profitetur: ergo multò minus vnius tantùm conſenſus altero renuẽte põt matrimoniũ diſſoluere. ¶ In contrariũ aũt: ſcilicet, q̃ cõſummato matrimonio neutri liceat altero inuito religionem ingredi, patet ex illo Pau. 1. Cor. 7. vbi prohibet, ne cõiux altero inuito etiã orationis cauſa à reddendo debito abſtineat.

Secundũ argumẽtum.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶ Cauſæ dirimendi matrimonij plures ſunt, quæ ad præſentem articulum non attinent. Nunc enim vſq; ad diſtin. 30. de his, per quæ cõſtituitur, diſputatur, & poſtmodum diſt. 34. & ſequentibus ſubijciendæ ſunt cauſæ, quibus dirimitur. Inſeritur hic tũ articulus præſens ad conferendum in dignitate matrimonium cum religione. Ad quam ideo quæſtiunculã per tres concluſiones reſpõdetur. Matrimoniũ enim, vt ex ſuperioribus colligitur, duplex eſt: ſcilicet, ratum duntaxat: nẽpe, per conſenſus de preſenti ante carnale cõmercium, & conſummatũ: ſcilicet, poſtq̃ eadem acceſsit copulatio. Et refert pluriũm ſcire quando dicatur conſummatum. Haud enim oſcula, aut pudendi tactus, aut ſeminatio extra legitimũ vas ſufficit, quantũcunq; alia præpoſtera & nefandiſsima interueniret. Seminatio aũt quæcunq; intra vas ſufficit ad conſummãdum, etiam citra ruptionẽ virginei clauſtri: nam vſu venire põt, vt citra rupturam ſemen colletur. Conatus verò ad rumpendum & ſeminandũ, vbi neutrum illorum ſit, ad matrimonij conſummationem non ſufficit, quanuis ſi fœmina ſeminat dubium eſſe poſsit, an ſufficiat. Crediderim tũ id ipſum non ſufficere, licèt virginitatis florem illa tunc amittat: quoniam conſummatio vtrãq; perſonã reſpicit, vt illa aliquid patiatur, & ipſe aliquid agat: & tũ ille tunc nihil ad conſummationem peregit. ¶ Hoc aũt perplexũ dubium eſt, vtrùm ſi ille clauſtrũ aperuerit, tũ ſeminare conatus id non potuerit, ad conſummationẽ ſufficiat, ſiue ipſa ſeminet, ſiue non: ſiquidẽ ſeminatio fœminæ non eſt de eſſentia. Et profectò magnũ argumentum eſt, illud ſufficere ſiue illa virgo fuerit, ſiue ab altero priùs cognita, poſtquã illetum quantũ potuit fecit, tum etiã & vas penetrauit alioqui inter ſenes & ſteriles nunq̃ poſſet matrimoniũ cõſummari. Solutio huius inde ducenda eſt, q̃ de frigidis diſt. 34. dicturi ſumus: frigidi em ſunt, qui ſeminare nequeunt, quãuis clauſtrũ aperiant: & ideo frigiditas matrimoniũ dirimit, quia cõſummari non põt. Senes verò & ſteriles ſeminãt quidem, licèt non generẽt: & ideo matrimoniũ cõſummãt. Inde ergo colligiẽ, vt ſeminatio viri intra vas neceſſaria ſit ad matrimoniũ, q̃ quidẽ etiam intus abſq; clauſtri reſeratione fieri põt. Atq; id inferiùs. q. 2. art. 4. teſtimonijs iuris interpretũ confirmabimus: nã eiuſmodi

Decisio articuli.

Matrimoniũ duplex.

Conſummatũ quãdo dicatur.

Conatus & copulã non conſummat matrimonium.

Dubium.

Dubium.

modi ſeminatio requiritur, vt ſponſalia per copulam vim obtineãt matrimonij. ¶ Sit ergo prima cõcluſio. Ante matrimonij cõſummationem vtriq; coniugũ altero inuito licitum eſt ad religionem conuolare. Hæc concluſio vtrinq; à quibuſdã impugnatur: nam ſupra citatus VVitcleff, qui negat matrimonium ante carnalẽ copulam eſſe ſolidũ: conſequenter ait, hunc non eſſe propriè tranſitum à matrimonio ad religionẽ. De hoc tamen errore diſt. præcedenti diximus, & diſt. ſequenti &. 30. rediturus eſt ſermo. Alij verò religionis ficti & iniqui patroni contra hanc etiam veritatem per alterum extremum obmurmurant. Quorum eſt Eraſmus ſuper primam epiſtolam ad Cor. 7. vbi iniquo ferre videtur animo, q̃ ob profeſsionẽ inſtituti humani (vt eius verbis vtamur) & ob mutatũ palliũ legitimus ſponſus ſua fraudeẽ ſponſa. Aduerſus ergo hos ambos errores ſtatuitur hæc veritas, q̃ etſi ante cõſummationẽ copulæ legitimũ ſit matrimoniũ, nihilominus legitimè inde fieri põt ad religionẽ aſcẽſus. Cõcluſio eſt multis canonibus cõſtituta, vt capublico. &. 27. q. 2. ex Euſebio can. Deſponſatã, & ex Gregorio can. Decreta, & ex Nicolao, can. Scripſit, & multis alijs. At ne cui videantur canones iſti inconſulti, probaẽ etiã ratione. Status religiõis, vt Pau. 1. Cor. 7. apertè docet, perfectior eſt ſtatu cõiugali: id aũt, quod perfectius eſt, nõ debet per minus perfectũ impediri: ergo vtriq; coniugũ ſi citra alterius iniuriã fieri põt, integrũ eſt ad religionẽ ſe ſe cõferre. Quod aũt ante copulã relicto coniugi non fiat tam atrox iniuria, quæ per lucrũ religiõis non repenſeẽ, probatur. Illa iniuria vel irrogareẽ fini matrimonij, qui eſt prolis procreatio, aut deſertæ ſponſæ: non quidem proli: quia nullus præceſsit cõiugalis cõgreſſus, neq; verò ſponſæ: quia cùm maneat integra, nil decoris aut honoris inter Chriſtianos amiſit, quominus poſsit alterũ ſibi adſciſcere cõiugẽ. Item vt lib. 2. de ſacra par. 11. autor eſt venerabilis Hugo, cõiunctio maris & fœminæ per mutuũ conſenſum ſignificat coniunctionẽ Chriſti & eccleſiæ per grãm & charitatẽ: coniunctio aũt per carnalem copulã ſignificat Chri cõiunctionẽ per aſſumptionẽ humanitatis: quare prior, realis & ſpũalis eſt, poſterior verò carnalis. Spiritualis aũt deſpõſatio inter hoies nihil vetat quominus poſsit in illã cõmutari, q̃ ſingularis eſt & egregia hois ad Deum, iuxta verbũ Pau. 2. Cor. 11. Deſpondi em vos vni viro virginẽ caſtam exhibere Chriſto, quod licèt de Chriſtiana religione vniuerſim aſſertũ ſit, tũ gradu quodã peculiari de religionibus, quæ ſunt in conſilio, intelligitur. Et confirmaẽ per analogiam minimè ineptam. Sicut enim carnalis cõiunctio per copulã morte corporali dirimiẽ, ita & coniunctio ſpiritualis, quæ mutuo ſit conſenſu per mortẽ ſpiritualẽ, qualis eſt religio. Confirmaẽ eadẽ veritas vſu & more pluriũ ſanctorũ, qui celebratis nuptijs ante torum voto ſe ſe caſtitatis addixerunt. Id quod & de Ioanne Euangeliſta celebri hiſtoria refertur, vt eſt in præfatione operum Ioannis, ſiue Auguſtini, ſiue Hieronymi fuerit, q̃ virginem illũ Chriſtus de media nuptiarũ ſolẽnitate ad apoſtolatũ aſſumpſit. Nã ratio, quã alij obijciunt: videlicet, nõ eſſe credibile, nuptias, quas Chriſtus ſua præſentia honeſtauit, extemplo dirimeret, à nobis potiùs pugnat. Eſt em rationi conſentaneũ credere, vt quibus nuptijs interfuit, eaſdẽ per trãſitum ſponſi ad vberiorẽ frugem decoraret, inſtar matrimonij ſuæ intemeratæ matris, quã virginẽ virgini cõmendauit. Alia exempla extant can. Scripſit. 27. q. 2. de Machario & Alexio. ¶ Ad illud ergo diuinũ præceptũ, Quos Deus cõiunxit, homo non ſeparet, Alexã. 3. cap. Ex publico, rñdet, q̃ intelligaẽ de matrimonio conſummato, eo q̃ per copulã fiunt duo in carne vna. Sed tũ quãuis ad propoſitum, quo Papa loquitur de tranſitu ad religionẽ ſufficiens ſit ſolutio, non tũ omnino ſnĩæ Chriſti germana eſt, vt paulo inferiùs videbim⁹. q. 3. q̃m nec matrimoniũ ratũ põt homo, ſed ſolus Deus ſeparare. Obidq; legitima expoſitio eſt, altera Nicolai Papæ citato can. Scripſit. 27. q. 2. ſcilicet, q̃ in trãſitu ad religionẽ coniuges non homo, ſed Deus ipſe interna inſpiratione ſeparat diuino iure, quo religio tanq̃ ſpirituale cõnubiũ Dei inſtituta eſt. ¶ Quòd ſi arguas. Per conſenſum matrimonialẽ vterq; alteri poteſtatẽ ſui corporis facit in vſum carnalis copulæ: ergo perindẽ eſt tũc indiuiſibile matrimonium, vt poſtea. Rñdetur, quod etſi priùs iam ſint ſibi inuicẽ poteſtate traditi per expreſſum conſenſum volũtatis, iure tũ ipſo diuino & naturali ſubintelligiẽ conditio, niſi inter ea alter frugem ſanctioris vitæ ſibi optare voluerit: per carnalẽ verò copulã vſu ipſo & facto cõpleẽ corporis traditio, per quã vterq; poſſeſsionẽ corporalẽ poteſtatis ſibi traditæ ingreditur. ¶ Secunda cõcluſio. Poſt matrimonij cõſummationem

Prima concluſio.

VVitcleff.

Eraſmus.

Concluſio in reprobat.

Ratio cõcluſionis.

Ante copulam relicto coniugi nõ fit iniuria.

Hugo.

Cõfirmatio rationis.

De Ioanne Euãgeliſta.

Ratio.

Argumentum.

Secunda cõcluſio.

Universidad de Deusto Biblioteca

tionem neutri coniugũ iam integrũ est & liberũ altero inuito religionẽ optare. Eadem cõclusio in eisdẽ canonibus cautè subdit. Et ratio est: quia nullus põt Deo rem alienã per votũ dicare, qm̃ nemo, nisi quod suũ est, alteri obligare valet: per consummationẽ aũt copulæ vterq; se in alterius possessionẽ cõfert, iuxta verbum Pauli, Vir potestatẽ sui corporis nõ habet, sed mulier &c. ergo iã inde neuter põt sine alterius assensione se Deo mãcipare. Secũdò, quia per tale votum fini matrimonij: hoc est, educãdæ proli iniuria irrogaretur. Neq; refert per copulã illam generatio tunc fiat, aut secus, quia hoc est accidentarium: nam per se cõmercium illud eũ finẽ habet. Fieretque adeò & alteri cõiugi iniuria, si post illud tori cõmerciũ desereret. Possunt tm̃ cõmuni cõsensu quoad torũ separari, vt statim patebit. ¶ Huic cõclusioni appẽdix est, matrimoniũ cõsummatũ, per solũ temporalem obitum alterius coniugũ dissolui, iuxta verbũ Pauli ad Rom. 7. Quę sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi (scilicet cõnubij) si autẽ mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Et subdit, Vt nõ sit adultera si fuerit cũ alio viro. Idq; ipsum sonant verba Christi, Quos Deus cõiunxit, homo nõ separet: nempe, quousq; Deus eos per mortẽ disiungat. ¶ Tertia cõclusio. In euentu, quo alter iuxta tenorẽ primę cõclusionis religionẽ profitetur, alter liberè põt alium sibi coniugẽ copulare. Conclusio est Alexandri in nuper citato cap. Verum. Etenim sicut matrimoniũ per copulã consummatũ morte temporali, iuxta citatã sn̄iam Pauli sic dissoluit, vt mulier eitra adulterij labem possit alteri nubere, ita & matrimoniũ non cõsummatũ, quod, vt diximus, spũale est, morte spũali distrahitur, qualis est religionis professio.

Rõ prima. *Rõ secũda.* *Matrimoniũ cõsummatum sola morte dissoluitur.* *Tertia cõclusio.* *Ratio.*

¶ Ad primum argumentũ D. Tho. impręsentiarũ & Ricardus atq; alij iuxta verbũ Gregorij can. Sunt qdã. & can. Agathoſſa. 27. q. 2. rñdent, Cæsarem in lege illa ciuili solùm habuisse rationẽ matrimonij quatenus est in officiũ, & ideo permisit vt etiã consummato matrimonio, vt Glossa ibidem habet, posset vterq; ad altiora vota trãsire: quia quatenus est in officiũ non est tam indiuisibile: quãdo quidẽ antiquitus per diuortiũ dirimebat, & modò per baptismũ alterius. Sed lex diuina contemplat illud quatenus sacramentũ, quã ob rem decernit esse indissolubile. Nihilominus cùm eadẽ lex in illa particula nõ meminerit de matrimonio cõsummato: nihil obstare videt, quin possit glossari de solo non cõsummato. Vel forsan de cõsummato vtroque cõiuge consentiẽte. Tametsi Gregor. in can. Sunt qui. 27. q. 2. ad priorẽ expositionẽ alludat dicẽs, q licet lex humana cõiugia dissolui religionis gratia permittat, non tm̃ diuina. ¶ Secundũ argumentũ iam solutũ est: nã quanq̃ ante consummationẽ sit verum sacramentũ & indissolubile per hoies, est tm̃ Dei instinctu solubile: quia integrũ est spõsis fœliciora vota eligere. ¶ Ad tertium rñdetur, q cõsensus vel alterius vel vtriusq; cõiugis per se non sufficit ad dissoluendũ matrimoniũ, sed cõmigratio ad altiorẽ statũ & optio melioris frugis: nam vt art. 1. diximus, indissolubilitas & perpetuitas iure diuino indita est matrimonio, quæ ideo ex voluntate contrahentiũ non pẽdet. ¶ Alia verò argumẽta maioris momẽti aduersus singulas præfixarum conclusionũ se se offerũt. Et primũ oĩum aduersus primã, qua dictũ est, post matrimoniũ ratũ posse coniugẽ altero inuito religionem profiteri, arguere quispiã extẽplò posset, inferendo super idẽ matrimoniũ ratũ non cõsummatũ posse Romanũ Pontificẽ dispẽsare, vt illo distracto vterque posit alias inire nuptias. Nã cùm voti solẽnitas, vt cã. 1. de voto li. 6. ait Bonifaciꝰ, ex ecclesiæ statuto sit inuẽta, sit, vt qua rõne potuit Pontifex illo statuto matrimoniũ ratũ ingrediẽtis religionẽ dirimere, posit & sine ipsiꝰ religiõis ingressu. Opinio est Iurisconsultorũ: nẽpe, Ioã. Andreæ in nouellis, & Panor. & Hostiẽ. cap. Ex publico, de cõuersi. cõiuga. (vbi ex Glossa id ipsum opinat) aliorũq;, quos Sylueſter verb. Diuortiũ. q. 4. refert. Quãuis ipse in eorũ opinione non videat persistere. Theologorũ verò vniuersalis sn̄ia est in cõtrariũ, vno excepto Caieta. quodlib. 19. quæstionũ. q. 13. sed latiùs in opuscu. 27. quęstio. 25. vbi gratis quidem & tenuissimis rõnibus subnixus à theologa professione defecit. Nam Canonistę, vt sæpè (salua eorũ autoritate) diximus, nõ sunt iuris naturalis aut diuini, quibus hęc veritas nitit, legitimi interpretes. Potissimùm cùm sancti patres sacræ pagĩnæ scrutatores nunq̃ tale fuerint suspicati. Caietanus verò cõplures cõgeminat metaphysicas distinctiões, ad quas oẽs molestũ esset rñdere. Sed vt summatim eas cõplectamur, ait primò, matrimoniũ considerari posse, aut in quantũ officiũ & remediũ, aut inquantũ sacramẽtum. Si priori rõne, notũ, inquit, est & certũ non esse indissolubile: quandoquidẽ rationẽ illam ante orbem

Solutio primi argum. *Gregorius.* *Solutio secũdi argumẽti.* *Solutio tertij argumẽti.* *Obiectio.* *An Romanus Pont. possit dispẽsare per matrimonio rato.* *Iurisconsultorũ opinio.* *Caietanus opinio.* *Caietanus.*

bem redemptum habebat, & tamen per conuersionem vnius coniugis ad fidem distrahitur. Si verò consideretur inquantum sacramentum, tunc vel consideratur tanquam signum effectus, quem confert, atque hac ratione clarum est, non esse indissolubile: quoniam effectus ille non est aliquid indelebile: putã, character, sed sola delebilis gratia. Quare altero coniugum defuncto est iterabile. Si verò consideretur inquantum signum vnionis Christi & ecclesiæ, tunc neque illa ratione est indissolubile: primò, quia illa coniunctio non est perfecta, atque adeò nec significans perfectam coniunctionem Christi & ecclesiæ, alioqui qui vxorem post ratum matrimonium ante consummationem relinqueret ratione diuortij, aut quia ipsa religionem profitetur, esset bigamus, quod est falsum, vt patet cap. Debitum, de bigam. Et hac ratione fatetur se esse coniunctum. Præterea, quia dist. præsenti. q. 1. art. 3. quæstiũ. 2. ait D. Tho. per matrimonium ratum solùm significari coniunctionem Christi ad animam per gratiam, quæ est amissibilis, & ideo dissolui per ingressum religionis, sed per consummatum significari vnionẽ eiusdem Redemptoris ad humanitatem, cuius partes nunquam dimisit: & ideo tunc fieri matrimonium omnino indissolubile. Atq; eam ob rem dixerat in fine præcedentis distinctionis, q matrimoniũ ante carnalem copulam non est omnino integrum & perfectum. Et Leo Papa. 27. q. 2. can. Cùm societas, ait, q pręter cõmistionem sexuum societas nuptiarum non habet in se coniunctionis Christi & ecclesiæ sacramentum. Ecce quibus conuictus est Caietanus dicere, matrimoniũ ratum per dispẽsationem Pontificis posse dissolui. Addit & historias, quas refert diuus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in 3. parte tit. 1. cap. 21. §. 3. circa finem. de Martino 5 & Eugenio 4. qui dispensasse feruntur super matrimonio rato. ¶ His tamen nihil obstantibus, re vera opinio hæc quanuis aliquibus sustentabilis appareat, mihi tũ, vt tenuitatem [illegible] mei fatear, salua semper ecclesiæ cen[illegible]ra, nullam probabilitatis effigiẽ repræsentat. Et primùm, vt status litis, in quo Caietanus hallucinatus videtur, aperiatur, nõ dubitamus, quin matrimoniũ ratum nondum consummatũ sit dirimibile, negamus tamẽ aliter dirimi posse, q diuino iure Deo ipso dispensante. Nam cùm ipse autor fuerit & matrimonij & fidei & religiõis: causa fidei, quæ finis est omnium legum, dispensat super matrimonio etiam cõsummato infideliũ, quando alter conuertitur ad fidem, & causa status perfectioris religionis super ratum. Id quod duntaxat rationes Caietani comprobant: ipse verò contendit, q sit etiam solubile per dispensationem Pontificis, quod re vera nullatenus facit probabile. ¶ Vnde id ipsum, quod tanquã sibi exploratissimum supponit: nẽpe, q si matrimoniũ consideretur quatenus est in officium & remedium sit dissolubile, nisi distinctionis condimẽto temperetur, falsum est. Imò verò statim ab ipsa eius institutione in Adam matrimonium per consensus legitimos ratum fuit iure diuino & naturali indissolubile, nisi deo ipso dispensante. Id enim significãt verba illa Adæ, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Propter hanc relinquet homo patrem & matrẽ & adhærebit vxori suę, Et erunt duo in carne vna: quæ quidẽ verba in statu innocentiæ ante consummationem matrimonij prolata sunt. Et confirmatur id planè, quia Christus Matth. 19. vt ex pfesso matrimonij vinculum indissolubile ostenderet, ad illa verba Adæ causam retulit: ex quibus conclusit, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Ex quo fit consequens, verbum hoc de matrimonio rato ante consummationem intelligi. ¶ Rursus id inde confirmatur, q Iudæi interrogantes, an possent dimittere vxores quacunque ex causa, non loquebantur solùm de consummato, sed indiscrimina tim etiam de rato. De quo respondit, quos Deus coniunxit homo non separet. At quia in hoc punctũ controuersiæ consistit, id exactiùs examinemus, iuris em̃ interpretes inde suam hauserunt opinionem, q capi. Ex publico, de conuersio. coniuga. ait Alexander, verbũ illud Christi intelligi solùm de cõsummato matrimonio. In cuius fauorẽ ait Caietanus, q Deus non protulit eadẽ verba, nisi post illa Adæ, Et erunt duo in carne vna: & tamẽ non fiunt vna caro, nisi per copulam. ¶ Contra hoc tm̃ est enidens argumentũ, q vinculum ipsum per mutuum cõsensum colligatum suapte natura ordinatur ad copulã: & ideo per illum mutuũ consensum, tanquã per integrã causam, tradunt sibi inuicẽ coniuges mutuam suorũ corporum potestatẽ, atq; ex illo tẽporis momento verum esse incipit illud Pauli, Vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor, neq; vxor sui, sed vir. Quapropter cùm primùm coniux in mora fuerit optãdi religionẽ tenetur sub reatu peccati

S. Tho. *Leo Papa.* *Historia.* *Autoris opinio.* *Status litis.* *Solutio.1.* *Alia cõfirmatio.* *Argumentum.*

Universidad de Deusto Biblioteca

cati mortalis cõiugi petenti debitũ redderet ergo sñia Christi, Quos Deus coniunxit, homo nõ separet, statim post ratũ matrimoniũ verũ obtinet. ¶ Deinde & hoc maximè vrget argumentũ, ꝙ carnalis copula, vt paulò ante dicebamus, non est de essentia matrimonij, sed est accidẽtaria perfectio ad cõsequendũ finẽ: ergo tota substãtia & matrimonij vis cõsistit in mutuis illis cõsensib⁹: atq; adeò cùm vinculũ matrimonij sit suapte natura indissolubile, naturã illã & nexum ex cõsensibus ipsis sortitur, quibus alterutrũ cõiuges potestatẽ suorum sibi corporũ faciunt. Mirabile enim est, ꝙ cùm inter matrimoniũ ratum, & matrimoniũ consummatũ non sit discrimẽ nisi accidentariũ, ratum natura sua sit dissolubile, & consummatũ natura itidem sua indissolubile: cùm tamen vbi discrimen nõ est nisi accidẽtarium, natura sit eadẽ. ¶ Alexander ergo, quia solùm loquebat de trãsitu ad religionem, qui post consummatũ matrimoniũ non licet inuito altero coniuge, non curauit legitimã expositionẽ verbis Chrĩ subscribere, sed illam, quæ sibi sufficiebat. Legitima verò est, quã ex Nicolao Pontifice supra retulimus, can. Scripsit, ꝙ tunc nõ homo, sed Deus ipse coniuges separat. ¶ Ac perinde ad aliud (quod Caietanus minimè inspexit) rñdetur, ꝙ cùm alter infideliũ coniugũ fidẽ suscipit, dirimit matrimoniũ per Dei dispensationẽ, nã si ambo conuertant, dirimi nõ pot. Natura nanq; matrimonij, quæ ipsum facit indirimibile, semper est subiecta dispensationi Dei, qui sic ipsum instituit, vt rõne fidei dirimeret & rursum ante cõsummationẽ ascensum nõ cohiberet ad religionem, quem ipse quoq; vt perfectiorẽ statum condidit. ¶ Sed obijciet forsan cõtraria opinio, ꝙ cùm Papa dispẽsat, tunc nõ homo, sed Deus cõiuges separat, qñquidẽ Papa autoritate Dei fungit. Hæc aũt obiectio principiũ petit: ob idq; nullius est roboris. De hoc em̃ cõtrouersamur, an talis fuerit Papæ cõmissa facultas. Quod em̃ ipsi aiũt, matrimoniũ cõsummatũ natura ipsa esse indissolubile, id ipsum nos ostẽdimus rato etiã cõpetere. Quare cùm Chrs ait, homo nõ separet, Pontificẽ etiã ipm exclusit quasi talẽ ptãtẽ ei nõ cõmitteret: quia sup iure diuino & naturali, quale illa verba signãt Papa minimè dispẽsat. Id em̃ ipsum illi cõcedũt de cõsummato: & tm̃ inter ratũ & cõsummatũ nequeũt tm̃ discriminis ostẽdere, vt nõ codẽ modo intelligat de rato. ¶ Autoritas verò Martini & Eugenij, si ita verũ est, ꝙ similẽ

Aliud argumentũ.

Alexãder.

Interpretatio legitĩa.

Obiectio.

Dilutio.

Pontifex nequit dispensare.

Ad historiam.

dispensationẽ fecerũt, nullatenus tanẽ ecclesiæ determinatio mouet: quia factũ Pontificũ non facit fidei articulũ, sed opinionẽ Canonistarũ sunt secuti. Et tm̃ alij Pontifices nõ legunt talẽ fecisse dispensationẽ, cùm tm̃ credibile sit, creberrimè oblatos fuisse dispẽsandi casus. Imò Adrianus. 6. vir, tum vtriusq; iuris peritissimus, tum & rei theologicæ nõ infimè doctus, cùm ab illo hmõi dispensatio fuisset postulata, oblataq; fautrix sñia Caietani, demiratus est, virum theologũ hoc sibi in animũ inducere potuisse: & ideo improbis precibus succũbens rñdit, se dare quod posset, sed tm̃ credere nihil posse. ¶ At quo tãdem illã opinionẽ exulceremus, si matrimoniũ ratũ non esset natura sua indissolubile, ꝓsectò non solùm Papa, sed etiã eps dispẽsare super eo posset: nã quicquid pot Papa in hmõi dispẽsatiõibus, pot eps, nisi sit prohibitus. Quin verò nihil mirarer, si quispiã inferret, ꝙ etiã citra dispensationẽ possent se cõiuges separare. Nam si verbũ illud, Quos Deus cõiunxit &c. non intelligat de matrimonio rato, vnde rogo cõuincitur, arctiorẽ nexum esse in matrimonio rato, q̃ in sponsalibus de futuro? Et ideo saltẽ si de facto separarent, & alia matrimonia consummarent, teneret factum. ¶ In summa, si hæc dispensatio semel vsu admitteretur, frequentissimi essent qui eam procurarẽt: & sic cõtractus matrimonij adeò esset languidus, vt vix vllius esset roboris. Id quod experientia nos docuit, nã plurimi hac opinione Caietani coarmati Apostolicã sedẽ super tali dispẽsatione pulsarũt, qui tm̃ repulsam meritissimò passi sunt. Absit ergo vt hæc opinio, his maximè temporibus, audiat, qñ hæretici tam multis de causis putant matrimoniũ dirimendũ. Caietanus vtinam nunquam de hac re Erasmũ legisset, vt dist. 36. iterũ adnotabimus, qui eadẽ facilitate dixit, matrimoniũ fornicationis causa nõ modò quo ad torum separari, verùm & quo ad vinculum disrumpi.

Adrian.

Argumentum Erasm.

¶ Ad primũ igitur, quod nos in capite obiecimus, argumentũ rñdetur, ꝙ etsi ceremonia solẽnis voti ex statuto ecclesiæ, vt ait Pontifex, sit inuenta: tm̃ ex natura rei sit illic traditio, qua homo in cõpabiũ spirituale Dei mãcipatur, vt dist. 38. o2. iterum dicturi sumus. Quocirca dissolutio matrimonij rati per ingressum religionis nõ fit iure Pontificio, sed diuino, quia fit transitus ad fœliciorẽ statũ. Quare citra ingressum religionis ingressum nõ est in potestate Põtificis eiusmodi matrimoniũ

Solutio primi argumẽti.

discin-

Solutio argumentorũ Caietani.

discindere. ¶ Ad alia argumenta Caietani, scilicet, ꝙ in quãtùm matrimoniũ ratũ est sacramentũ, non est indissolubile, iam rñsum est, primùm, ꝙ causam indissolubilitatis matrimonij rati non in hoc potissimùm fundat, ꝙ sit sacramentũ nouæ legis, sed in iure naturæ & diuino ab eius exordio. Nihilominus etiã in quantũ est sacramentũ, licèt sit solubile per ingressum religionis, non tm̃ aliter. Et ad hoc propositũ ait S. Tho. ꝙ nõ significat vnionem Christi cum humanitate, quę vnio est indissolubilis, sed cum anima per gratiã, quæ est amissibilis. Et rursum ꝙ non est integrum & perfectũ. Non ꝙ ei deficiat integritas vlla aut perfectio essentialis, sed solùm accidentalis & carnalis, quã ratione per conge minationem matrimonij rati, aut per vnum matrimoniũ ratum & alterũ cõsummatum non fit homo bigamus: quia irregularitas bigamiæ respicit copulam. Hoc tm̃ solùm inde sequitur, ꝙ sit dirimibile per aliud connubiũ spirituale, quod est causa fœlicioris gratię: nõ tamẽ vllatenus sequitur, ꝙ sit alia via dirimibile. Aliud verò Leonis dictum in can. Cùm societas, si id ponderis haberet, quod Caietanus putat, multò plus cõcluderet, q̃ ipse vellet. Habetur enim illic, ꝙ præter commistionem sexuum, mulier non pertinet ad matrimonium. Sequeretur ergo inde, ꝙ matrimonium ratum non esset matrimonium. Ergo vel intelligitur, ꝙ præter copulam nõ est matrimonium perfectum perfectione accidẽtali: vel aliter, vt dist. præcedenti quæst. 2. art. 4. dicebamus. Est interpretandum.

Can. Cùm societas.

Contra primam conclusionem.

¶ Præterea contra eandem primam conclusionem arguitur. Si potest cõiugatus ante copulam ad religionem transmeare, subsequit ꝙ possit similiter sacris ordinibus citra religionem initiari: nam cùm votum sit illis castitatis annexũ, est etiam ille status matrimonio perfectior. Vel saltem poterit ad episcopatũ inuita vxore conscendere: nam vt est in iure, Si vinco vincentem te à fortiori vincam te. Status autẽ religionis vincit statum matrimonij: cùm ergo ẽpatus, vt libr. 10. de iusti. & iure, dicebamus religionẽ perfectiõe superet, fit vt fortiori rõne possit cõiugatus fieri eps. Ad hoc rñdetur consequẽtia perẽpta. Haud enim licèt sine licentia vxoris sacros ordines suscipere, vt vtroq; can. Vxoratus, de cõuer. coniug. cauetur, neq; ad ẽpatum promoueri, vt ibidem cap. Sanè, habetur. Nam cùm prædicta capit. inter matrimonium non distinguant, siue ratum sit, siue consummatũ, veritatem continẽt etiam in non consummato, vt bene ait Durãd. dist. pñti. q. 2. & Palu. q. 3. Quanuis Hostiensis in sua summa contrariũ insinuet. Et ratio est plana: quia nequaquam coniugato licet altero inuito statum mutare, nisi qñ per talem mutationem matrimonium dirimitur, vt qui manet in seculo possit aliud contrahere. Per susceptionem aũt ordinis vel episcopatus non dirimitur matrimonium: vt expressa determinatio est Ioan. 22. in Extrauag. Antiquæ concertationi, sub titulo de voto: quia illa non est mors spiritualis: neq; enim vouent paupertatẽ aut obedientiam eo modo, quo religiosi: & votum continentiæ annexum non est de essentia sacerdotij. Põt em̃ Papa dispẽsare, vt sacerdotes vxores habeant, vt Græci. Et tm̃ si dispensaret cũ sacerdote in virtute continentiæ, non posset ille cum alia contrahere, sed deberet cũ priori cohabitare, quod est signũ, matrimonium per susceptionẽ ordinum non dissolui, atque adeò neminẽ posse inuita vxore ordinari. Alioqui compulsa illa esset perpetuæ castitati addici. Imò verò, vt in prædictis cap. legitur, non sufficit simplex cõsensus vxoris, vt habetur cap. Ex parte in. 1. de cõuer. cõiuga. sed requiritur, vt cõtinentiã ipsa etiã voueat: quinimo si nõ sit ætate ꝓuecta: nempe, sexagenaria, requirit vt religionẽ profiteat: scilicet, vt matrimoniũ dirimatur. Si verò fuerit sexagenaria, satis est, vt simplex votum cõtinentiæ faciat, per quod iuri suo petendi debitũ abrenunciat. Quod si non fecerit, & maritus ordinetur, põt illum in consortiũ coniugale repetere: ille aũt manet ordinatus, sed irregularis.

Durandus.

Hostien.

Ratio.

Matrimonium per susceptionẽ ordinũ nõ dissolutur.

Solutio argumenti.

¶ Et per hæc soluit argumẽtum supra factũ: quia votũ continẽtiæ non perinde est de essentia ordinis, sicut de essentia religionis. Et ẽpatus quanuis sit altior q̃ religio, eo ꝙ ẽpus profitet se perfectionem habere, ad quã religiosus ascẽdit, non tm̃ est eiusdẽ generis, quia non est mors spiritualis. Q: iòd si arguas secũdùm opinionẽ supra citatã, ꝙ Ioannes vocatus est de nuptijs ad apostolatũ: & tm̃ epi succedunt apostolis. Rñdetur, ꝙ preterq̃ ꝙ Christus potuit, quod voluit facere, apostoli fuerunt religiosi, in quo ordine epi nõ succedũt illis, sed in eo ꝙ sunt pastores. Potest tm̃ vt bene ait Palu. coniugatus eligi in ẽpm, dum tm̃ ante votũ continentiæ vxoris nõ confirmet: quia semper in electione subintelligit consensus vxoris. Nisi forsan ante matrimonij consummationẽ religionẽ profiteatur, vnde in ẽpatum resumatur. ¶ Hinc fit neutrũ coniu-

Paluda. opinio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cuique ante copulam nõ pōt ad religionẽ nõ approbata trãsire.

gum antè copulã posse transire ad religionẽ, nisi sit approbata, cuius votum solẽne impediat dirimatq; matrimoniũ. Quare non satis est, vt spōsa fiat beata nñi ordinis, nec sufficit coniugatũ fieri militem in religiõe militari, nec sufficisset anteq̃ cum illis dispensatũ esset, vt vxores haberent. Nã certè per talẽ habitũ militarẽ non dirimitur matrimoniũ. Secus de eorũ clericis & mõnialibus, qui viuũt in claustro. ¶ Quocirca, si mea modò sit audienda opinio, per ingressum religionis diui Ioannis (loquor de militibus) affirmare non auderẽ dirimi matrimoniũ ratum, aut posse coniugatũ inuita vxore illã religionẽ, profiteri, vt de sacerdotio dictũ est. Nã etsi cũ illis hactenus super nuptijs dispensatũ non fuerit, arbitror tñ, sub aliorũ cẽsura, posse cũ illis salua eorũ religione sicut cũ cæteris dispensari, licèt nõ esset ita honestũ & cõdecens. ¶ Præter hæc quæ dicta sunt obseruanda est iuris præscriptio in præallegato cap. Ex publico: etenim ne nimiã spōsi licentiã vsurparẽt renuendi debitũ soluere, causantes q̃ habẽt in animo religionẽ ingredi, præscriptum eis est duorũ mensiũ spatiũ, quo posit vterq; de illa religiõe deliberare: & præterea, vt ait Sãct. Tho. vt præparentẽ, quæ ad nuptiarũ solennitatẽ necessaria sunt: & tertiò ne vilem habeat maritus datam, quã nõ suspirauit spōsus dilatã. Sic enim emendãda est litera canonis, Institutum. 27. q. 2. qui est Augustini lib. 4. confessionũ. Quo spacio trãsacto neuter pōt differre debitũ reddere petẽti. ¶ At verò si infra tale bimestre tẽpus habitũ induat, tunc dubitat, vtrùm tẽpus pfessionis debeat abbreuiari, ne qui manet in seculo tãdiu expectet. Bernardus enim in apparatu super cap. Statuimus, de regularib. absolutè tenet fore abbreuiandũ. Glossa verò super can. Despōsatã. 27. q. 2. distinguit, q̃ si cõiux ingressus est de cõsensu alterius, expectãdus est annus. Si verò cõtra eius volũtatẽ, tũc est tẽpus abbreuiandũ. Sed multò certior, imò certissima est opinio Durandi & Paludani, & Hostiẽsis in summa, q̃ etiã si ingrediat altero inuito non est cõpellendus renuntiare iuri suo, quo sibi cõceditur annus probationis. Nã si iure ei licet habitũ induere, illũ cum priuilegijs iuris induit. Præsertim cùm annus pbationis etiã in fauorẽ monasterij sit cõcessus. Quare qui manet in seculo totũ annũ expectare tenet: quia ante alterius pfessionẽ ad alias nuptias migrare nõ pōt. ¶ Quid aũt iuris si spōsus infra illud tẽpus bimestre vi sponsam cõpresse

Per ingressum religionis D. Ioannis cruce signatorum.

Inducia duorũ mensium spōsæ concedunt.

Triplex rõ.

spōsa vi oppressa ab spõ-

rit renuentẽ, quæ dicebat se velle religiosam fieri, num post illã violentã consummationẽ copulę semper sit puellæ integrũ & licitũ de sideriũ religiõis explere. Apparet em̃ licitũ ei semper manere: quia cõtra suã voluntatẽ nõ potuit per vim suo priuari iure. Ad hoc non desunt, qui rñdeant, sponsum nullã iniuriã inferre sponsæ dũ vi debitũ extorquet ab illa, eo q̃ ipsa per cõsensum de pãti fecit ei illã facultatem petẽdi. Alij per aliud extremum aiunt iniuriosam violentiã puellæ inferri, cui ideo ius etiã permanet transeundi ad religionem. Media verò incedit veritas: est em̃ peccatũ mortale ante duos menses sponsam affirmantẽ in animo habere religionẽ, comprimere: qm̃ licèt consenserit in copulã, semper tñ consensus intelligebat cum bñficio iuris, quo sibi concedunt induciæ bimestres ad religionẽ. Nihilominus etiã illo pacto consummata copula religionẽ ingredi nequit altero inuito: qm̃ matrimoniũ ratiõe cõsummationis fit natura sua simpliciter indissolubile: & ideo q̃ per vim vel sponte consummet, accidens est, quod naturã mutare non pōt. Ipsi ergo puellæ imputet, quæ nõ sibi satis cauit. Neque mirũ si quis absq; sua culpa ius amittat ingrediendi religionẽ, vt si aliã infirmitatem incurreret, qua fieret ad id inhabilis.

¶ Circa secundã cõclusionẽ de matrimonio cõsummato oriunt̃ etiã nonnulla dubia. Arguit̃ enim q̃ nec per mortẽ temporalẽ dissoluatur. Nã si defunctus maritus vitæ restitueretur, vt Lazarus, apparet priori vxori tunc restituendũ, iuxta verbũ Pauli ad Hebræ. 11. Acceperũt mulieres de resurrectiõe mortuos suos. Rñdetur absq; dubio matrimoniũ per mortẽ dissolui, vt citatus Paulus ad Rom. 7. autor est: quia matrimoniũ contractus tẽporalis est: oĩa aũt temporalia vincula per mortẽ dissoluunt̃. Mulierũ aũt nomen in autoritate inducta nõ accipit̃ pro vxoribus accipiẽtibus maritos, sed pro quibuscunq; recipiẽtibus filios, aut alios sibi cognatos & charos, vt de Sunamite, & alijs libr. 3. & 4. Reg. legit̃, quibus Elias & Elisæus filios suscitarũt. Quare nulla est quorundam glossa dicentium, q̃ dùm mortuus post breue tẽpus suscitatur, non est illa propriè æstimanda mors, & ideo non dissoluit̃ matrimoniũ. Imò quæcũq; separatio animę à corpore sufficit ad illud dissoluẽdum. ¶ At verò citra mortẽ nullatenus dirimi pōt quoad substantiã & vinculũ, quãtumcunq; post consummationẽ cõiuges castitatẽ vouerant, & alter vel ambo religionem ingre-

Circa secundam conclusionem.

Solutio.

Nota.

Matrimoniũ cõsummatũ quoad vinculũ dissoluitur.

ingrediantur: eo quòd suapte natura & diuino iure consummatum matrimonium simpliciter est indissolubile. Veruntamen separatio ex vtriusq; cõsensu fieri potest quoad torum, vt ait Augu. can. Quod Deo placet. 33. quæst. 5. Et Gregor. can. Sunt qui, & in. 8. Synodo, Si quis cõiugatus. 27. quæstione. 2. Tametsi can. Si vir & vxor, caueatur ne id vllatenus sine episcopi cõscientia fiat. Quanuis illud non sit de essentia: quia vota sine eius licentia tenerent. Id quod ius ipsum diuinum permisit, vt. 1. Corinth. 7. docet Paulus dicẽs, Nolite fraudare adinuicem nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterũ reuertimini, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Inde enim cõsequitur, quòd vbi incontinentiam non timent, possunt ambo in votum continentiæ consentire. ¶ Id autem fieri bifariam potest. Vno modo, vt separato toro maneant in seculo. Enimuerò, vt libr. 7. de iusti. & iure. q. 3. artic. 1. diximus, quando vnus tantùm votũ continentię de consensu alterius fecit, potest alter qui facultatem dedit, illam reuocare, vt ait August. can. Manifestum. 33. quęst. 5. Imò durãte etiam voto tenetur petenti debitum reddere, licèt petere nequeat. At verò vbi ambo eodem cõsensu idem votum castitatis emiserint, iuri ambo renunciarunt exigendi debitum, atq; adeò neuter potest petere aut reddere sine dispensatione voti. ¶ Potest pręterea & secũdo modo id fieri per ingressum religionis amborum aut alterius coniugum. Si enim ambo communi consensu religionẽ profitentur, nemini dubium quin professio teneat, neque est in illorum potestate reuocare votum. ¶ Potest & vnus solus de alterius consensu intrare altero in seculo remanente, vt habetur can. Agathosa. 27. q. 2. Sed tunc consideratior habenda est cautela secũdùm iura, & de illo, qui in seculo remanet, distinguendum. Nam si est mulier ætate provecta: nempe, sexagenaria (& idem est de viro) quæ in periculo castitatis iam non versatur, satis est si in seculo continentiam voueat. Si verò est iunior ætate, cui idcirco idem periculũ timendũ est, non sufficit simplex eius votum, vt alter religionẽ intret, sed ambo tenentur religionem profiteri, vt ex eodem can. Agathosa, colligitur, & expressè habetur capi. Cùm sis, de cõuersi. coniug. & cap. Ex parte abbatis, ibidẽ. ¶ Quòd si contra arguas. Quando vterq; votum simplex continentiæ fecit, iuri renunciauit petendi debitum, nec potest illud reuocare: ergo licèt ipsa iuuenis maneat in seculo, potest ipse religionẽ ingredi. Negatur consequentia: quoniam periclitante altero de pudicitia, consilium est, vt super dicto simplici voto dispensetur ab episcopo, Atque hac de causa non permittitur fieri solenne in vno, nisi fiat in vtroque. Vnde glo. prædicti can. Agathosa: scilicet, quòd sufficit consensus vxoris, licèt expressè non voueat nec intret religionem, vt maritus posit ingredi, quia tunc ipsa cõpelletur intrare, certè non est tuta, nec habetur in practica, sed prædictis canonibus aduersatur. Nam licèt in can. ab illa glossa citato, Qui vxorem. 33. quæst. 5. præcipiatur, vt qui vxorem suam velare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur, præsumitur tamen, quòd qui id permiserat iura sciret, quibus compellebatur intrare, alioqui posset excipere dicens, quòd putaret se posse manere in seculo. Et iste est casus capit. Ex parte abbatis, de conuersio. coniuga. vbi maritus compulsus est redire ad vxorem, licèt ipsa consensisset. Et ideo neuter est admittẽdus ad religionem, nisi vterq; intret. ¶ Casus autem capit. Veniens, de conuersio. coniugat. diuersus est. Fecerat quippe maritus professionem consentiente vxore manente in seculo. Sed quia illa postmodũ fornicata fuit, non fuit maritus compulsus exire, nec ipsa intrare: quoniam fornicationis causa poterat fieri diuortiũ. Si verò vnus de alterius cõsensu manentis in seculo intret religionem propter ignorantiam, vt in casu citati capit. Ex parte, tunc ipsa mortua non potest ad secundas nuptias transire, sed tenetur ad monasterium reuerti, vt eod. cap. habetur: quia votum fecerat de cõsensu vxoris, solùm per illam reuocabile. Attamen qui contra voluntatem vxoris votum fecit castitatis solenne in religione credens id posse, tenetur ad vxorem redire: neque verò illa mortua compellitur ad monasterium reuerti: quia votũ non fuit solidum religionis. Non tamen potest ad alias trãsineare nuptias: quia votum quatenus in sua erat potestate consolidauit: scilicet, non petendi debitum. Definitio est cap. Quidam, eod. tit. ¶ Quod hic de separatione tori post consummatã copulam per ingressum religionis de consensu alterius dictũ est, id per susceptionẽ ordinũ aut episcopatus intelligendũ etiã venit. Vxore enim castitatẽ vouente si est sexagenaria, vel religionem ingressa, si est iunior, potest vir citra religionẽ

Sed ambo communi consensu religionem profiteri.

Opinio quorundam.

Opinio aliorum.

Sententia veritatis.

Nota.

Bifariam coniuges pōt vouere continentiam.

Ratio.

Circa secundam conclusionem.

Secũdus modus.

Nota.

Iuris cautela.

Nota.

Casus Veniẽs.

Glossa. can. Agathosa.

Nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

sacros ordines suscipere, & eps fieri. Id quod de Diuo Hilario Pictauiensi epo legitur, qui cum eps esset vxorem habebat & filiam. Definitio est cap. Sanè, de conuersio. cõiugato.

Propter fornicationẽ separatur torum. ¶Præter hos casus absq; cõsensu alterius põt separatio fieri quoad torũ fornicationis grã, vt dist. 36. videbit. Tũc em̃ facto diuortio, quãuis fornicationis reus maneat in seculo, põt alter innocẽs religionẽ ingredi. Cuius exemplũ legit in Paulo simplice. Imò si vxor fornicata est, põt vir ad sacros ordines extra religionẽ, pmoueri: qm̃ solutus est vinculo reddendi debitũ, nisi fornicariæ pepercerit. Collige ergo tres casus, quibus matrimoniũ soluitur. Quoad substantiã nanq; non nisi ante copulã dirimitur, idq; etiã altero inuito, non tm̃ nisi per ingressum religionis. Cõsummati verò separatio fit quoad torũ, non tm̃ nisi per cõsensum alterius, aut fornicationis grã. Ex quo fit, q licèt ante copulã discrimẽ sit inter ingressum religionis, & susceptionem ordinum, tamen consummata copula, quocunque euentu vir potest religionẽ ingredi, põt etiã sacros ordines suscipere. Quod ante nos Paluda. dist. præsenti. q. 3. probè concessit.

QVAESTIO SECUNDA de sponsalibus.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm sponsalia conuenienter dicantur futurarum nuptiarum promissio.

Voniam definitũ est cõsensum, matrimonio necessariũ, esse de presenti, vt opposita iuxta se posita clariùs innotescant, queritur de sponsalibus quem nam habeant effectum. Et arguit priùs de nomine, quòd sponsalia non sint futurarũ nuptiarũ promissio, vt ait Nicolaus Papa can. Nostrates. 30. qõ. 5. Sponsus nanq;, vt nomẽ sonat, ab sponsalib⁹ dicit: ait verò Isidorus lib. 9. etymologiarum. cap. vlt. q sponsus nõ dicit quia pmittit, sed quia sponsores dat: ergo sponsalia non sunt idẽ quod pmissio. ¶Secũdò. Si sponsalia essent pmissio, sequeret q in foro ecclesiæ cõpellẽdi essent sponsi ad matrimoniũ: nã promissio obligationẽ parit: & tm̃ ecclesia sponsos nõ cõpellit, vt patet cap. Præterea, de spõsalib. ergo spõsalia nõ sunt promissio. ¶Tertiò. Nullus dicit spõsus nisi ab spõsalibus: vocatur aũt sponsus nõ solùm qui cõtraxit per verba de futuro, sed etiã qui cõtraxit per verba de pnti, vbi realis interuenit datio & acceptio: ergo spõsalia nõ sunt promissio. ¶In cõtrariũ est autoritas iuris, vt allegata Nicolai, & l. spõsalia. ff. eo. ti. vbi habet, q spõsalia sunt mẽtio & repromissio futurarũ nuptiarũ.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secũdũ argumentũ.

Tertium.

Sponsalia vnde.

¶Sponsalia, vt nomen ipsum sonat, ab spondendo dicuntur: spondere autem est sponte pmittere: quod ideo nomẽ cõnubio, quod liberrimũ esse debet, dignè coaptat. Quapropter Vlpianus eod. tit. l. 2. spõsalia, inquit, dicta sunt ab spondẽdo: nã moris fuit veteribus stipulari & spõdere sibi vxores futuras. Vnde, vt Florẽtinus subdit, spõsi spõsæq; appellatio nata est. Hũc aũt ritũ Gellius lib. 4. c. 4. ex Seruio Sulpitio libr. de dotibus refert. Nã qui vxorẽ ducturus erat à parente vel tutore puellæ stipulabat: hoc est, postulabat eã sibi in vxorẽ, pmitti: spondebatq; adeò illã se ducturũ, spõsoresq; promissę fidei dabat & fideiussores: fortè de seruãda dote: quia tũc lex illa & cõsuetudo vigebat, quę postmodũ reuocata est in Codice, Ne fideiussores dotiũ dentur, ne scilicet vir vxori fideiussorẽ dotis exhibeat: licèt vxor pro dote, quã marito pmittit, talẽ fideiussorẽ dare permittat, vt l. Cùm dotis. ff. de iure dotiũ. Quod si pater illã promittebat, cõtractus illi vtrinq; mutui sponsalia dicebant. Atq; adeò qui puellã spõdebat, dicebatur sponsor, vt pater. Puella verò, quæ pmittebat & spondebatur, dicebat sponsa. Vnde apud Terentiũ, Aliam pater ei desponderat natam Chremetis. Sponsus verò nõ ea ratione dicit, quia pmissus, sed quia ei fit pmissio: vel quia, vt ait Isidorus, sponsores dat, vt sponsus idẽ sit, quod spõsoribus stipatus. At verò non solùm pater dicit spondere filiã sed & ipsa se etiam spõdet, & iuuenis eã dicit despõdere sibi. ¶Est aũt considerate animaduertendũ, vt ait impræsentiarũ S. Tho. art. 1. solu. ad. 6. q cùm duo in matrimonio cõsiderentur: scilicet, coniunctio matrimonialis, & vsus ipse, dupliciter dicunt sponsi. Vno modo rõne futuri coniugij: quia scilicet tantùm sponsalia contraxerunt. Et isti sunt simpliciter sponsi, quia non sunt verè coniuges: cõiuges enim sunt verè coniugati per coniugium de præsenti. Quare in rigore spõsi & cõiuges opponunt. Sed aliter dicũtur sponsi, ipsi etiã coniuges per verba de præsenti ante copulã. Sponsi scilicet, respectu futuræ copulæ, quã sibi

Vlpianus.

Gellius.

S. Tho.

Spõsi citer dicũtur.

sibi inuicẽ implicitè spopõderũt. Qua pacto beata virgo fuit verè coniux Iosephi. Quod quidẽ adnotatu est necessariũ ad intellectum plurimorũ canonum, qui noie sponsi & spõsæ diuersimodè vtunt. ¶Tres ergo dignoscendi sunt gradus impræsentiarũ. Primus, cùm spõsalia tantùm de futuro fuerint cõtracta, quod nõ sufficit, vt dicant coniuges. De qua desponsatione loquit can. Si quis sponsam. 27. q. 2. vbi habetur, q si quis spõsam filij sui oppresserit, filius aliam accipiat. Quod nõ liceret si fuisset sponsa de pnti. Et can. Quidã despõsauit. ibidẽ, vbi illa, quã quidam sibi desponsauerat, oppressa à fratre spõsi, non prohibetur quin posit alteri viro nubere. Secũdus gradus est, qm̃ interueniunt cõsensus per verba de præsenti: & illi dicunt sponsi respectu futuræ copulæ, & nihilominus veri cõiuges. Et sic accipitur despõsatio ab Isidoro & Augustino can. Coniuges, & can. Coniux. 27. q. 2. vbi habetur, q cõiux verius appellatur à prima despõsationis fide, quãuis ignoret concubitus. Et can. Qui desponsatã, quo ait Gregorius, Qui desponsatã puellã proximi sui acceperit in coniugiũ, anathema sit. Vbi subditur moris esse diuinæ legis sponsas (scilicet per verba de præsenti) appellare cõiuges, vt in Euangelio, Noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam. Et Deutero. 21. Si quis desponsatam hoĩs puellam oppresserit moriat, quia vxorẽ proximi sui violauit. Tertius gradus est, dùm res vxoria per copulã consummat. Quod quidẽ matrimoniũ, vt diximus, non põt, nisi amborum cõsensu quoad torũ dissolui. Et tunc maximè mulier dicitur vxor. Qua ratione Origenes can. Inuenta. 27. q. 2. noluit admittere, vt beata Maria diceretur vxor Ioseph. Vnde verbũ Gratiani can. Decreta, vbi intulit, inter spõsum & sponsam cõiugiũ non esse: quia sponsa sine cõsensu spõsi põt intrare religionẽ, coniux verò non nisi de consensu cõiugis, non est verũ, nisi sit sermo de sponsis per verba de futuro. Nã inter sponsos per verba de pnti est verũ coniugiũ, & tm̃ vterq; ante copulam sine alterius consensu põt religionem intrare. Quare verbum illic Gregorij, Decreta legalia desponsatã si conuerti voluerit nullo consuetuerũt damno mulctare, etiam de desponsata per verba de præsenti, licèt iam tunc dicatur coniux, intelligitur. Antea tamen quàm fuerit matrimonium consummatum.

Tres gradẽ ad matrimonium.

Primus.

Secũdus gradus.

Tertius gradus.

Gratianus.

Gregor.

Primã conclusio.

¶His ergo præmissis ad quæstionẽ tribus cõclusionibus rndetur. Prima. Sponsalia sunt mutuæ promissiones viri & fœminæ de contrahendo matrimonio. Probatur per etymologiã iam expositã. Quapropter veluti matrimonium non perficitur nisi per mutuũ vtriusq; consensum, ita neq; spõsalia vim obtinent, nisi per mutuã vtriusq; partis pmissionẽ. Nam consensus, qui de præsenti faciũt matrimonium, de futuro faciunt sponsalia. Quocirca si ipsa tantũ polliceatur viro se nuptuã, aut si vir duntaxat polliceatur Mariã ducere, quousq; ambæ inuicẽ promissiones coeant, non sunt sponsalia. ¶In cõtrarium tm̃ arguitur. Simplex promissio, qm̃ iusta est, & honesta, vim obtinet obligãdi: ergo dum iuuenis pollicetur Mariã ducere, & ipsa promissum acceptat iam ille tenetur seruare promissum, etiã si non ipsa statim se se illi spondeat, sed tempus deliberãdi accipiat: ex quo subsequi videt sponsalia non esse mutuã promissionẽ. Ad hoc rndetur concesso antecedẽti negando hanc vltimam consequentiã. Cõceditur, inquã, illam promissionẽ esse obligatoriam, non quidẽ in vi sponsaliorũ quousq; reciproca promissio alterius partis accedat, sed in vi simplicis pmisionis. Quare non est illa obligatio tanti valoris, quanti sunt sponsalia. Nam si altera pars diu deliberationem prolatet censetur alterius promissionẽ contemnere. ¶Secũda cõclusio. Spõsalia neutiq; sufficiunt ad matrimoniũ contrahendũ, nisi nouus consensus de præsenti accedat vel formalis, vel virtualis per consummationẽ copulæ affectu maritali. Probatur, qm̃ matrimoniũ est vera & realis traditio, qua se sibi mutuò coniuges dedunt: promissio aũt non est traditio: aliud em̃ est nuptias polliceri, atque aliud nubere. ¶Quòd si contra arguas. Sicut præsens se habet ad præsens, ita futurũ ad futurũ: ergo sicut consensus de pnti facit matrimoniũ de præsenti, ita cõsensus de futuro facit de futuro. Rndetur, argumentũ amplibologia laborare. Si em̃ antecedẽs in hoc sensu vsurpetur: scilicet, q sicut consensus de præsenti facit tunc temporis matrimoniũ, ita cõsensus de futuro facit illud in tempore futuro, negatur quidem: quia consensus de futuro non est realis traditio, sed promissio. Si autem sumatur in hoc sensu, q sicut consensus de præsenti facit matrimoniũ in præsenti, ita & consensus de futuro parit obligationem contrahendi illud in futurum, concedatur, sed nihil contra conclusionẽ. Et est sic intelligenda conclusio hæc, q licèt consensus interni sint de præsenti, si tamen illos non sibi in-

Ratio.

Secunda cõclusio.

Ratio.

Obiectio.

Dilutio.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſibi inuicem per verba de præſenti explicēt, ſed tantùm per verba promiſſoria de futuro, non fit matrimoniū. ¶Quòd ſi ſcitciteris, Quis nam ergo effectus eſt ſponſaliorū? Reſpondetur, eſſe obligationē, quæ inde naſcitur ad contrahendū poſtea, niſi legitima interceſſerit cauſa dirimēdi, vt arti. vlt. patebit. ¶Hinc ſequit q̄ ſponſalia non ſunt de eſſentia matrimonij: quia abſq; illis præcedētibus pōt illico matrimoniū cōtrahi per verba de pñti. Sunt tñ non prorſus impertinētia, imò ſæpe cōducentia: præſertim cùm ſub cōditione fiunt: quia non pñt conditiones dotiū vel aliarū rerum ita facilè cōuenire: eo quòd iſte cōtractus eſt omniū ciuiliū grauiſsimꝰ, vtpote, quo homo de tota vita diſponit. Et erant olim maximè in more, qñ banna erāt in vſu, quæ quidē poſt ſponſalia fiebant ad explorandū ſi qua eſſent matrimonij impedimēta. Iam verò non ſunt in tanta celebritate. Et quemadmodū matrimonia, ſic & ſponſalia, imò fortiori ratione pñt inter abſentes per procuratores vel literas fieri. l. vlti. ff. eod. tit. imò & inter ſolos parētes iuuenū tractari, & cōcludi, vt arti. proximo videbimus. ¶Eſt tñ circa hanc concluſionē oculatiſsimè diſcernendū inter verborū vim, vtrùm nudam habeant ſignificationē de futuro, an verò virtutem præſentis. Si em̄ dicant, Accipiā te, manifeſtū eſt verbū futuri. Sed ſi dicant, Habebo te in meā, & te in meum, aut Tenebo te, vel reputabo te p̄ mea, & tractabo te ſicut meā, aut quid ſimile, verbū ambiguū eſt. Nam facere ſenſum pōt, ex nunc, & ſic æquipollet verbo de præſenti: qm̄ q̄ vir habeat fœminā pro ſua, fieri legitimè nequit, niſi conſenſus antecedat: quare ſi ex nūc vel poſthac habiturus eſt eam pro ſua, ſignū eſt iam nunc cōſentire de præſenti. Et idem erit ſi dicāt, Eris poſthac, ſeu ex nūc meus, & eris mea. Secus ſi dicat, Eſto mea vxor, aut meus vir: quoniā hoc futurū eſt imperatiui, quaſi rogātis aut petentis conſenſum. Et ideo non denotat in choationem ex illo articulo, vt cùm teſtator ait, Hæres meus eſto, non intelligit niſi poſt ſuam mortē. ¶Eadem ferè amphibologia latet ſub verbo, volo, vt ſi quis dicat, Volo te eſſe vxorem meam: & ipſa, volo te eſſe virum meum. Sunt enim qui negant ſatis eſſe ad matrimonium contrahendum. Attamen quia, volo, equiuocū eſt, ſi idem valeat quod conſentio, & voluntatē: id eſt, aſſenſum præbeo, matrimoniū eſt: ſecus ſi idem ſit quod cupio vel deſidero. Si aūt dicant, Volo tecū

Nota.

Nota verborū vim.

Verb. Volo.

contrahere, & ille reſpondeat, Et ego tecum, non ſatis eſt ad matrimoniū: quia velle contrahere, non eſt cōtrahere. Quocirca in eiuſmodi verborum nubilo vtendum eſt regula Hilarij in cap. Intelligentia, de verbo. ſignifi. vbi ait, Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicēdi: quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. Eſt enim pēſanda in primis materia ſubiecta, vtrùm ſcilicet tunc de ſponſalibus, an verò de matrimonio de præſenti ageretur. Et ſecūdum hoc interpretanda ſunt verba. Præterea, vt Alexā. tertius cap. Exliteris in. 1. de ſponſalib. admonet, inſpiciendū eſt iudici in ſimilibus dubijs ſi matrimonium contracturi ad id ſint idonei ſciētia & ætate. Quo cognito ſi alter non intelexit quod alter propoſuit, ad cōmunem verbi intelligentiā recurratur, & cogatur vterq; verba prolata in eo ſenſu retinere, quem ſolent rectè intelligentibus generare. Hæc ibi. Et eſt cæteris paribus ſentētia in fauorem illius ferenda, qui ſimpliciter loquebatur, contra alterum, qui fraudem nectere videbat, in foro quidem exteriori: nam in foro conſciētiæ, vbi nullus interfuerit conſenſus, de præſenti nullum exiſtit matrimonium. ¶Tertia concluſio. Sponſalia fieri poſſunt aut abſolutè, aut ſub conditione. Abſolutè quidē quatuor modis, vt ait impræſentiarū S. Tho. ſcilicet, aut nuda promiſsione, vt Accipiam te in meum, aut meam, aut Promitto te accipere, Secundò per anuli ſubarrationē, vt can. Si quis vxorē, ait Greg. & can. Si quis deſpōſauerit, Iulianus Papa. 27. q. 2. Quanq̄ illic nō fiat mentio de ſponſalibus de futuro, ſed de vero coniugio de præſenti: nam ſubditur, q̄ illam ſic anulo ſubarratā defuncto ſponſo, etiam ante carnalē copulā, nemo de conſanguineis ob publicam honeſtatē poſſit accipere in vxorem: & tñ ſi ſolùm eſſent ſponſalia de futuro, vt infra diſtin. 41. dicemus, liceret. Tertiò per arrarum dationē, vt cap. fi. de deſpon. impub. Hæc autem anuli inſigne, & arrarū donatio, ſi nulla præceſſerint verba, non ſunt ſufficiētia deſponſationis documēta, ſed ſolùm ex preſumptione: quia poſſunt alia de cauſa conferri: nam & in emptione & venditione ſolet intercedere arra, & propter turpes amores donari anulus. Quare ſi verba de præſenti præceſſerunt, ſunt confirmatio veri matrimonij: ſi aūt de futuro, ſunt ſpōſaliorum inſignia. Quartò contrahunt ſponſalia ſub forma iuramenti. Quibus & quintus adlubet modus, quando impuberes ante legiti-

Hilarius.

Alexā.

Nota.

Tertia concluſio.

Primum.

Secundum.

Iulianus pa.

Tertium.

Nota.

Quartum.

Quintum.

legitimam ætatem contrahunt per verba de præſenti, quæ quidē ob defectum ætatis non æſtimantur niſi ſponſalia. ¶De conditionibus autē appoſitis ſuperſedendū modò vſq; ad diſt. 29. q. 2. quia poſſunt apponi tam verbis de futuro, q̄ verbis de pręſenti: & ideo illic de vtriſque copioſiùs habendus eſt ſermo.

Solutio primi argum.

¶Per hæc argumēta propoſita ſoluta reſtāt. Ad primū enim negatur, q̄ ſponſus dicat ab ſponſalibus: ſcilicet, à promiſsionibus, quia p̄miſsus eſt, vt ſponſa, ſed ab ſponſorū: hoc eſt, fideiuſſorū datione, quibus confirmātur ſponſalia, quæ ſunt promiſsio. ¶Ad ſecundū rñdetur, q̄ etſi ſponſalia promiſsionē includant, ac ſubinde obligationē, nihilominus in foro exteriori non compellūtur ſponſi contra ſuam voluntatē contrahere propter damna, quæ afferre ſolent ſpōſalia coacta, vt cap. citato Præterea, decernit Innocētius. Vtrùm verò dum ſponſalia iureiurando confirmantur, ſint ab ead. eccleſia ſponſi ad matrimonium cogendi, illicò arti. 3. videbimus. ¶Tertium etiā ſolutū eſt, vbi declarauimus nomē ſpōſi etiam coniugi cōpetere ante copulam.

Solutio secūdi argumē.

Solutio tertij argumē.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm ſeptennium tempus ſit contrahendis Sponſalibus neceſſarium.

DE tempore & ætate ad matrimoniū contrahendū requiſita. d. 35. art. 5. dicturi ſumus, de tempore aūt ſponſaliorū legitimo arguit, q̄ non ſit ſeptennium. Cōtractus, qui per alios fieri pōt, non requiritin eis, ad quos pertinet, diſcretionis vſum: ſed ſpōſalia fieri per parentes poſſunt vtroq; impuberū ignorāte. c. 1. de deſpōſa. impube. ergo in illis non requirit rationis vſus. ¶Secundò. Spōſalia ad matrimoniū ordinātur: ſed ad matrimoniū contrahēdum non idem vtriq; præſcribitur tēpus, vt loco citato videbimus, imò minus puellæ, q̄ puero: ergo idē deberet in ſpōſalibus obſeruari. ¶Tertiò. Si qui prope ętatem legitimā pubertatis paulò ante matrimoniū contrahant, pro valido habēt: ergo pari iure ſi paulò ante ſeptennium ſponſalia fiant, valebunt. ¶In contrariū eſt decretum cap. Literas, cap. Acceſsit. cap. Ad diſſoluendum, extra. de deſponſa. impuber. & cap. Vnico, eod. tit. lib. 6. ¶Quæſtio facillima eſt, ad quā vnica concluſione rñdetur. Sponſalia anteq̄ ambo illorū, ad quos attinent, ſeptennium impleant, non ſunt valida. Cōcluſio pręter citata iura, pabtur ratione: qm̄ vſq; ad illum tēporis articulū protenditur infantiæ periodus, qua, vt nomen ſonat, homo ea, quæ ratiōis ſunt, fari nequit: & tñ cùm ſponſalia, vt dictum eſt, quædam ſint futurorū promiſsio, exigunt in promittente iudiciū aliquod & prudentiā futurorū, alioqui eorum promiſsio nō eſſet prorſus libera. ¶Ad cuius maiorē intellectū, adnotandi ſunt tres gradus cognitionis humanæ, quos Philoſophus. 1. Ethic. dignouit. Primus em̄ eſt, qñ homo neq; ſuopte ingenio, neque aliorū adminiculo intelligere quidpiā pōt ad prudentiā pertinens: quod quidē eſt tempus ætatis primæ: nempe, infantiæ, quæ primo ſeptennio durat. Qua de re tunc non eſt homo idoneus alicui celebrando contractui: quia nihil deliberare pōt, ſed eius cognitio penè nihilo à cognitione brutorū differt. Secundus gradus eſt, qñ homo licēt nō ſuopte Marte, tamē aliorum ſubſidio intelligere quidpiā valet, quod nonnullā habeat prudētię imaginē. Et hoc eſt tempus ſecundæ ætatis: nempe, pueritiæ, quæ per ſecundū ſeptennium currit. Quo ideo tēpore: nempe, ſeptē annorū, ſcholis puer ad diſcendū mancipaf: atq; adeò tunc aliquid polliceri pōt in futurum, de quo, licēt tunc obligationē adferat, poteſt tamen deinceps maturiūs deliberans, mentē mutare. Sed tertius gradus ſuccedit à fine ſecundi ſeptēnij, vſq; ad annū vigeſimū quintū, quò tertia ætas adoleſcentiæ procedit. Tunc enim iam homo: ſcilicet, anno ætatis quartodecimo, etiā per ſe ipſum pōt ea deliberare, quæ ad prudentiā ſpectant. Quare tūc diſponere de propria perſona pōt, & ſtatum eligere ſiue cōiugalē, ſiue monachalem. Quanuis de bonis ſuis, ne prodigè ea dilapidet, diſponere iure non permittatur vſq; ad vigeſimū quintū annū, quo incipit iuuentus. ¶Ad primum igitur argumentū conceditur poſſe parentes anteq̄ nati ſeptennium attingant, ſponſalia pro illis contrahere: hoc em̄ eſt ius paternū: eo q̄ infantes tunc quaſi in vtero rationis paterno geſtantur. Et in hoc ſenſu intelligenda eſt l. In ſponſalibus. la. 2. ff. eod. tit. ſcilicet, In ſponſalibus contrahendis ætas contrahentiū definita non eſt, vt in matrimonijs. Intelligitur, inquam, dum parentes pro filijs contrahunt: nam ſi filij ipſi ea contrahant, cùm ipſi conſentire debeāt, vt illic habetur, in l. Sponſalia, 2. Septennium debent compleſſe. Imò verò dum parentes pro filijs cōtrahunt, ſponſalia illa dependentia ſunt ex conſenſu filiorum poſtq̄ vſum

Partinegatiua argumētum primum.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Pars affirmatiua.

Concluſio.

Ratio cōcluſionis.

Tres gradꝰ cognitionis humanæ.

Primus.

Secūdꝰ gradus.

Tertius gradus.

Solutio primi argum.

Lex, In ſponſalibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

vsum habuerint rationis, vt cap. citato. de de sponsatio. impuber. habetur. Quod verò illic subiungitur, nempe. Postq̃ filius peruenerit ad legitimã ætatem oĩno debet hoc adimple re, intelligitur, q̃ debet de honestate, non tamen de necessitate, vt bene ait glossa. Itaq; si aduenientè vsu rationis reclamauerint, sponsalia nulla sunt. Si verò tunc scientes tacuerint, silentium erit consensus interpres. Quapropter parẽtes Rebeccæ, vt legitur Gen. 24. puellę voluntatem requisierunt. Atque eam ob rem parentes ante liberorum septenniũ districtiùs à Nicolao Papa inhibentur, capit. Vbi non est, eod. titu. ne ante legitimã filiorum ætatem eos coniungant, nisi forsitan aliqua vrgentissima necessitate interueniẽte, vt pote pro bono publicæ pacis talis cõiunctio toleretur. Quare nisi inter principes aut magnates non debẽt fieri: nam vt habetur cap. Literas, Desponsationes in cunabulis nullæ sunt, atq; adeò illæ, quæ fiũt ante septenniũ: neq; vlla inde affinitas contrahitur. Respondetur ergo ad argumentum, septennium requiri vel ad contrahendum sponsalia, vel ad illa confirmandum. ¶ Quòd si arguas, ante illam ætatem hominem posse peccare mortaliter: nam vt. 4. Dialogorum capit. 1. refert Gregorius, quidam puer quinque annorum propter peccatũ blasphemiæ à diabolo extinctus est: quem ideo paterna negligentia gehennæ nutriuit. Respõdetur, casum illum esse singularem & præter legem, vt tanta esset rationis acceleratio, quæ ad peccatũ mortale sufficeret. Non enim est negãdum quinquacunq; ætate liber sit consensus in peccatum, contrahatur macula. Sed tamen canones attendunt ad id, quod plurimùm via ordinaria contingit, quaquidem via ante septẽnium nõ assolet ratio lucẽre. ¶ Et pariter ad id respõdetur, si quis arguat, tunc debere esse valida sponsalia, ex quo alicui possunt futuræ nuptiæ placẽre, vt in præallegato cap. Literas, habetur: sed ante septennium puellis nonnunq̃ solent placẽre nuptiæ. Respondetur, inquam, eiusmodi immaturam complacentiam non tam ex rationis ordine, q̃ ex naturæ libidine tunc exurgere: quam ideo canones nihili ducunt. ¶ Ad secundum principale respondetur, quòd in contractu matrimonij non tantùm vsus rationis expetitur, verùm & generandi potestas. Puer autem ante finem secundi septennij non est generandi potens: puella autem in duodecimo potest concipere, vt. 11. de animalibus autor est.

Parẽtes Rebeccæ.

Nicolaus Papa.

Nota.

Solutio argumenti.

obiectio.

Dilutio.

Aliud argumentũ.

Dilutio.

Solutio secũdi argumẽ.

Philosophus. Præterquàm quòd in viro, cui domus administratio incũbit, maior est necessaria prudentia. Ad sponsalia verò duntaxat exposcitur rationis vsura, quæ vtriq; sexui in primo septennio aduenit. ¶ Ad tertium verò respondetur, quòd vt in matrimonio, ita & in sponsalibus parum pro nihilo reputatur: nam vt. 2. Physic. autor est Philosophus. Quod parum distat à re, nihil distare videtur. Et ideo si paulò ante finem primi septennij fiant sponsalia, solida reputantur. Tametsi Panor. capit. Iuuenis, de sponsalib. nimius iuris obseruator nihil de rigore canonũ remittendum censeat: ita vt si hebdomada, vel fortè dies defuerit, non sint valida. Attamen Archidia. & Archiepiscopus Florentinus, & Syluester verb. Sponsalia. §. 2. & communis opinio S. Thomam sequuntur, & merito: quia moraliter quod parum distat à re, nihil distare videtur. Et ideo hebdomada nõ tollit, quin censeatur septẽnium impletum, imò nec maiusculum tempus. ¶ Quòd si perconteris, quantum sit illud parum. S. Thom. solu. ad 7. ait, à quibusdam taxari tempus sex mensium: putà, in septimo anno dimidiato. l. Non tantum. de excusa. tutorũ. ff. Sed melius est, inquit, vt determinetur secundũ contrahentium conditionem paululò plus minùsue: quia in quibusdã celeriùs maturescit rationis vsus, quàm in alijs.

Solutio tertij arg.

Panor.

Quantum illud p.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm sponsalia iureiurando per verba de futuro confirmata vim habeant matrimonij.

ARticulum præsentem & subsequentem doctores propter ordinem Magistri senten. in proxima dist. futura tractant. At cùm ad sponsaliorum qualitatem attineant, hanc sibi sedem propriè vẽdicant. Arguitur ergo, q̃ si sponsalia de futuro iuramento firmentur, vim habeãt matrimonij de præsenti. Nemo se põt contra diuinũ ius ad rem aliquã obligare: iuramentũ autẽ implere est iuris diuini, iuxta illud Matth. 5. Reddes altissimo iuramenta tua: ergo nulla subsequens obligatio potest hominẽ à præterito iuramento absoluere, atque adeò qui post eiusmodi iuramentum se subdit secundis nuptijs, tenetur nihilominus iuramentũ seruare contrahendo cum priori: quod non esset

Parti matrimonium.

Secundũ argumentũ.

esset verum, nisi illud matrimonium vim habuisset matrimonij de præsenti. ¶ Secundò. Omnis controuersiæ finis iuramentum est, vt ad Hebræ. 6. ait Paul. ergo saltem in foro exteriori, vbi constat de iuramento, in eam potiùs partem propendendum est, quàm in alteram, vbi non nisi humanus cõsensus simpliciter interuenit: ergo sponsalia de futuro cum iuramento verbis præualent simplicibus de præsenti. ¶ In contrario est decretum Alexandri. 3. capit. De illis. de sponsalib. ¶ Facillima est quæstio, & idcirco vnica conclusione contenta, quæ omnium est tam Iurisconsultorum, quàm Theologorum cõfessio. Sponsalia de futuro, quocũq; fuerint iureiurando asserta, vim non habent contrahẽdi matrimonij. Et ratio est plana: quoniam iuratio, vt loco citato ait Pau. non est nisi dictorum cõfirmatio, quod ideo eorum significationem non mutat: igitur si verbis de futuro apponatur, solùm cõfirmat promissionem: promittere autem matrimonium non est illud facere: qui ergo promittit, licèt id iurauerit, nondum fecit. Vnde Hugo in summa sententiarum tract. 7. cap. 7. cuius rationes Magister senten. adduxit, cùm nõ fiant, inquit, coniuges nisi illi, qui se ex consensu ad præsens recipiunt, quomodo cõiuges appellari possunt qui nondum fecerunt, sed in futuro se facturos iurando promiserũt? Deinde si ex vi iuramenti ad futurum pertinẽtis mox coniuges efficiuntur, cur iurant se id postea facturos? Repugnantia enim est iurare se facturos illi, quod efficiunt & iterabile non est. Item, qui iurat se matrimonium facturum, iurat consensum se pòst adhibiturũ de præsenti, in quo essentia matrimonij consistit: ergo ipso iuramento denotatur verba illa iurata futuri non sufficere. Bene ergo Papa in præallegato cap. De illis, ait, quòd qui sponsalia de futuro iuramẽto confirmarũt, si ad alias se nuptias transtulerunt, illæ sint validæ, recepta tamen de periurio pœnitentia, si per eum, qui iurauit, steterit quominus matrimonium consummaretur. Idemq; habetur in cap. Si inter, eod. titu. Quòd si quis obijciat verba ciuilis legis, quæ can. Si quis diuinis. 30. quæstione. 5. referuntur. Si quis diuinis tactis scripturis iurauit mulieri legitimẽ eam vxorem habiturum, vel in oratorio tale iuramentum dederit, sit illa legitima vxor. Respondet Glossa, & loco citato Hugo, illud iuramentũ cecidisse super verba de præsenti, quibus præcedentibus se fidem tori & alia coniugij iura seruare pollicebantur. Iam enim supra diximus, quòd hoc verbum, Habebo te in vxorem, respectum præsentis temporis includit: scilicet, ex nunc. ¶ Quòd si roges, vtrùm saltem propter iuramentum spõsalibus de futuro adiectum sint sponsi ab ecclesia ad matrimonium cogendi, respondetur primùm, certum esse multò maiorẽ vim in conscientia obligandi habere iurata sponsalia quàm simplicia. Vnde licèt ꝓpter simplicia non cogantur sponsi ab ecclesia, vt artic. 1. dicebamus, tamen si iuramento confirmentur, propter eius reuerentiam videntur cogendi. Et ita censet Alexander. 3. cap. Ex literis Syluani, de sponsalib. ait quippe, quòd puella, quæ iurauit se alteri nupturam, si resiluerit, monenda sit: quòd si monitis non acquieuerit, compellatur. Sed tamẽ Lucius tertius, qui proximus illi pòst sedit, cap. Requisiuit, eod. tit. non ait nisi, quòd monenda sit potiùs quàm cogenda. Et subdit rationẽ Innocentij in cap. Præterea. eo quòd coactiões difficiles soleant exitus frequenter habere. Quæquidẽ contraria decreta negotiũ glossatoribus facessiunt, vt concilientur. Attamen, vt sæpè diximus, sententiæ Pontificum, quibus ad interrogata respondent, non semper vim habent articulorum fidei, sed sæpè proferuntur secundùm opinionẽ probabilẽ ipsorum Pontificum. Quapropter nihil eorũ autoritati derogat, si alius Pontifex nonnũquã emendatiùs loquatur. Id quod (vt cum omni obedientia ecclesię debita loquamur) visus est facere Lucius. 3. Cui potiùs ideo auscultandũ est. Nisi hoc forsan modo eos volueris conciliare, q̃ Lucius loquitur secũdùm ea incõmoda, quæ plurimùm cõtingunt. Et ideo secundùm legem ordinariã non sit spõsus, qui iurauit, cogẽdus, sed omnino admonendus, & suæ relinquendus conscientiæ coram Deo. Præsertim cùm in eiusmodi iuramenta cadat dispensatio, & sæpissimè intercedat iusta dispensandi causa. Quando verò sponsus, qui iurauit, censetur nullam habere causam à iuramẽto resiliẽdi, neq; vlla timentur ex coactione incõmoda, imò sperantur commoda, maximè si in bonum cõmune cedat, tunc iuxta sententiam Alexandri cogẽdi sunt, id tamen quàm rarissimè.

Pars negatiua.

Conclusio.

Ratio.

Hugonis ratio.

Ratio alia.

obiectio.

Dilutio.

Dubium.

Solutio.

Cap. Ex literis.

Capit. Requisiuit.

Sententia autoris.

Conciliatio.

¶ Ad primum igitur argumẽtum respõdeꝰ, q̃ implere licitum iuramentũ iure diuino cõstringimur, non tñ illud, quod vel dũ fit illicitum erat, vel postea illicitum seruatu fit aut impossibile. Igitur quẽadmodũ si maritata mulier

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto Biblioteca

mulier iurasset alicui suo superstite marito nubere, iuramentum non esset implendum, quia illicitum: ita licèt soluta licitè iuret se soluto nupturam, tamen si antequã iuramentum impleat, alteri nubat, impossibilitate se inuoluit ne possit prius iuramentum implere, quia iam facta est aliena. Tametsi qui iurata sponsalia fregit, grauius peccatum committat, quàm si non fuissent iurata. Imò verò si iuramentum illud inter personas legitimas intercessit, quanuis postmodum causa occurrat dissoluendi sponsalia, non sunt sine dispensatione iuramenti dissoluenda. Secus si personæ erant consanguineæ, vel alio impedimento irretitæ: tunc enim sponsalia nullius erant vigoris. ¶Ad secundum respondetur, quòd neque in foro exteriori illud iudicandum est matrimonium: quia nec de illo potest contestari lis, sed de illo duntaxat, qui sponsalia iurauit, vt promissum seruet.

Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm carnalis copula post sponsalia de futuro matrimonium perficiat.

ALIA sponsaliorũ qualitas est quando carnalis copula subsequitur: & ideò queritur, vtrùm illa tũc copula habẽda sit pro consensu, vt matrimoniũ perficiatur. Et arguitur à parte affirmatiua. Plus est facto quàm verbis cõsentire: sed qui cum sponsa congreditur, facto consentit ad perficiendum quod inceptum erat: ergo illa copula sufficit. ¶Secundò. Non solùm consensus formalis, sed interpretatiuus sufficit: nulla autem videtur expressior interpretatio consensus, quàm illa copulę consummatio: ergo illa sufficit. ¶Tertiò. Omnis consensus in fornicationem peccatum est: sponsa verò de futuro consentiens sponso in concubitum nõ peccat: ergo tunc non fornicatur, atq; adeò rei vxoriæ operam impendit. ¶In contrariũ est decretum Nicolai capit. Sufficiat. 27. q. 2. vbi ait, quòd solus consensus (scilicet, de præsenti) si defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Et idem habet cap. Tua nos, de sponsalib.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶Ad hanc quæstionem respondentes docto res, licèt variare videantur: nam Ricardus & nonnulli alij dist. 28. adstruere videntur sufficere huiusmodi copulam, quod alij videntur negare: distinctio tamen S. Thomæ rem tutò conciliat. Possumus enim de matrimonio loqui vel in foro conscientiæ, vel in foro exteriori ecclesiæ, vbi ex præsumptione sæpenumerò iudicatur. ¶Tribus ergo conclusionibus respondetur. Prima fundamẽtalis est. Copula per se nudè considerata, quantuncũque sponsalia de futuro præcesserint, nõ est in foro conscientiæ sufficiẽs causa matrimonij colligandi. Probatur, quia vt supra dictũ est, nisi consensus de præsenti accesserit, nunquam est matrimonium: ergo vbi ille cõsensus internè defuerit, quantũcunq; accesserit copula, non fiet matrimonium. Atq; hoc est quod citata decreta definiunt. Et confirmatur hoc liquidò: quoniã copula illa, cùm sit quid externum, vim nequit habere maiorẽ quàm si essent verba de præsenti: sed hæc, vt supra dictum est, si internus cõsensus defuerit, non sufficiunt, multò ergo minus sola copula. ¶Hinc sequitur, quòd si dum sponsi coeunt nihil de præcedentibus verbis cogitant, nullum sit matrimonium: quia nullus tunc interuenit consensus, & multò minùs si vel intus alter dissentiat, vel aliquo indicio alteri ostendat, non accedere vt coniugem, vt si alter illorum sit conditionis longè superioris nobilitate vel dignitate aliqua. Vel si dũ vnus ait se accedere vt coniugem, alter non prorsus adnuat, sed significet, illud in posterum differendum. ¶Sed si quæratur, vtrùm requiratur expressus de præsenti consensus cum copula. Accipio te in meam, vel similis, respondeat secunda conclusio. Satis est in cõscientia si ambo affectu maritali se inuicem per copulam amplexari consentiant intendentes perficere quod per sponsalia inceptũ fuerat. Tunc enim ille est interpretatiuus cõsensus de præsenti propter verba de futuro, quæ præcesserunt, cap. Is qui fidem, de sponsalib. Si ambo, inquam, nam si alter dũtaxat consentiat altero oppositum insinuãte, nullum est in conscientia matrimonium. ¶Tertia conclusio. Quãtum ad iudicium ecclesiæ res attinet, vbi post spõsalia de futuro copula interuenisse comprobatur, matrimonium censetur, coguntur que adeò eiusmodi sic copulati vt coniuges cohabitare: quarelicèt alter vel ambo ad alia se vota transferant, compelluntur ad primum redire, quod præsumptum fuit matrimonium: nec secundum censetur matrimoniũ. Verba sunt Gregorij noni cap. Is qui fidem, de spõsalib. vbi id decernit. & capit. De illis, & Per tuas, de conditio. apposit. Neque est contra hoc exceptio vlla admit-

Decisio articuli.

Primus conclusio.

Ratio eiusdem.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Cardo.

Ratio cõclusionis.

admittenda. Et ratio est, quia ecclesia nõ potest de occultis, nisi per extera indicia iudicare: & nullum potest habere efficacius, quàm ciusmodi copulam. Intellige autem non admitti exceptionem illius, qui signa dissensus non ostenderat: nam si alter allegat se reclamasse, & est paratus probare, audiendus est. Rursus intelligendũ etiam dum copula consummat. Nã oscula & tactus: imò verò nec conatus ad consummandum sufficit, nisi re vera consummetur, vt cap. fin. de sponsa. decernitur. Quin etiam Innocen. super eodem cap. & Panor. tenent, quòd licèt vir puellam omnino deflorauerit: si tamen non seminauerit, nõ sufficit vt iudicetur matrimonium post sponsalia de futuro: Et ratio eorum est, quod cũ ecclesia in tali casu ex præsumptione procedat, deuiando à cõmunibus regulis iuris, non debet id iudicare, nisi absoluta fuerit consummatio. Et Syl. verb. Matrimoniũ. 2. §. 16. ait, hanc opinionem esse communem. Et consonat superiori sententiæ nr̃æ. q. 1. art. 4. vbi diximus ante virilem seminationem in vase legitimo matrimonium non consummari. Requiritur præterea vt consummatio copulæ sequatur sponsaliorum fidem: nam sponsalia post copulã contracta non faciũt matrimoniũ, cap. Veniens. 2. de sponsalibus. ¶Dubia tamen hic sunt alia parua tria. Primum, vtrùm si habeant intus huiusmodi cõsensus perficiendi matrimonium, non tamẽ alijs verbis aut nutibus explicent de præsenti, quàm sola illa corporum commixtione, sufficiat ad matrimonium in conscietia. Apparet enim nõ sufficere ob id, quod supra dictum est, consensus internos de præsenti per sola verba de futuro explicitos nõ sufficere. Nihilominꝰ rñdetur, copulã carnalẽ maritali affectu adiunctam verbis de futuro præcedentibus sufficientem esse nutum ad exprimendũ consensum de præsenti, si adsit. Quare si ambo confiteantur tales consensus habuisse, illud matrimonium est validum. Quãtuis multò sit tutius tales cõsensus de præsenti tunc exprimere. ¶Secundum dubium est circa tertiam conclusionẽ, vtrùm dum sponsi per verba de futuro carnaliter commiscentur sine consensu legitimo, nec maritali affectu, si vterq; vel alter per legitimum consensum de præsenti transeat ad secũdas nuptias, cogendi sint vt reuocato secundo matrimonio perficiant illud præcedens. Hostiẽsis nanque, vt Panormitanus cap. Is qui, eum citat, licèt Sylucster verb. Matrimonium. 2. §. 15. in positionem censeat, opinatur secundum esse dirimendum, & conciliandum primum. In cuius opinionẽ incidit propter verba cap. citati, Is qui fidem, vbi habetur, q̃ contra præsumptionem prioris matrimonij illud, quod de facto est postmodum subsecutum, nõ est verum. Inde ergo colligit, q̃ licèt illud posterius non irritetur ratione prioris, quod re vera nullum fuit: tamen q̃ ecclesia potuit illud cassare, sicut illud, quod inter cõsanguineos contrahitur. Itaque suspicatur, eos, qui post verba de futuro carnaliter cõmiscẽtur, inhabiles ad alia matrimonia reddi. Est tamẽ opinio, vt bene ait Sylucst. contra communem opinionem theologorum, & Iurisconsultorum. Ecclesia nanq; in prædicto cap. non iudicat nisi tantùm ex præsumptiõe. Quapropter eodẽ modo, quo præsumit prius fuisse validum, præsumit posteriùs esse nullum in foro suo. Nihilominus si in foro Dei primũ non fuit validum, non vult q̃ secundum in conscientia sit dirimendum. Imò neq; illud ecclesia decernere potuit, postq̃ personæ illæ, quæ primum matrimonium verè non cõtraxerant, liberæ sunt ad contrahendum alterum. Quare in conscientia illud secundum est verum. ¶Tertium dubiũ est, Si quis sponsalia contraxit per verba de futuro cum aliqua, cum qua copulam non cõsummauit, & postmodum cum altera itidem per verba de futuro, cum qua tamen per copulam se commiscuit, non tamen maritali affectu, sed fallaciter, vtrùm debeat citiùs cogi contrahere cũ secunda quàm cum prima? Partem enim affirmatiuam tenet Maioris præsenti dist. q. 5. quam putat esse decisionem capi. 1. de sponsa duorum. Cui & ratio suffragari videtur: nam postquam secundæ maius intulit damnum: potiùs ei debet seruare fidem. At verò contraria pars in conscientia magis est veritatis amica: nam quũ antea ille priori fœminæ fidem impignorauerit, ei potiùs seruare debet, vt habetur capit. Sicut, de sponsalib. Quinetiam quanuis prima sponsalia nõ fuerint iurata, & secunda fuerint, standum est prioribus, & indicenda pœnitentia pro iura mẽto: quia iniuria, quę illata est secundæ, nõ aufert suum ius priori. Neq; in cap. illo citato, de sponsa duorum, quippiam est, quod huic veritati refragef. Loquimur in conscientia, vbi res occultè agitur: nam in foro exteriori si concubitus ille legitimè fuerit probatus, ex præsumptione iudicabitur fuisse tũc matrimonium consummatum.

Primũ dubium.

Dubij solutio.

Secundum dubium.

Hostien. & Panormi.

Sylucst.

Tertiũ dubium.

Pars affirmatiua.

Ratio.

Pars negatiua.

Universidad de Deusto Biblioteca

Postremum dubium. ¶Postrema deniq; dubitatio est, an spōsalia de futuro alia via, quā per carnalē copulā, si ne expresso cōsensu de pnti censeant in matrimoniū transire. Rūdetur aūt, ꝙ in foro cōsciētiæ, vt dictum est, nunq; eiusmodi vim habent: in foro aūt exteriori quantū ad iudiciū ecclesię, qū verba de præsenti ante pubertatem legitimā matrimonij præcesserunt quæ vim tunc duntaxat habent spōsaliorū, dum tū verba inter sponsos ipsos post septenniū intercesserint: tunc aiunt nonnulli doctores, quos Sylu. eodem loco matrimoniū. 2. §. 16. refert: ꝙ si post legitimam ætatem se se osculis & amplexibus etiā citra copulā tractent: tunc præsumitur matrimoniū. At verò cap. vnicum, quod citant, de desponsa. impub. lib. 6. id non planè conuincit: quippe vbi nihil aliud habetur, q̄ ꝙ eiusmodi spōsalia per carnis copulā vel aliquem modū alium cum eiusdem perseuerantia volūtatis post pubertatem consummant in matrimoniū. Glossa tū super verb. modum aliū, ait ꝙ si simul cohabitauerint, fit matrimoniū. Veruntamen non est tunc profectò tanta præsumptio iuris, quanta si intercessisset copula: & ideo citra illam non sunt cogendi.

Sylues. *Cap. Vnicū de spōsalib. in. 6.* *Glossa eiusdem capi.*

Solutio primi argum. ¶Ad primum igitur argumentū rūdetur, ꝙ etsi qui per copulā cōmiscentur facto cōsentiant in carnalem copulā: non tū eadem ratione verè cōsentiunt in matrimoniū, sed secundū præsumptionē & interpretationē iuris, nisi affectū cōnubialis accedat. ¶Et ꝑ hoc rūdetur ad secundū, ꝙ licēt eadem cōmistio sit interpretatio in foro exteriori matrimonij: non tū veritatē mutat, si consensus desit.

Solutio secūdi argumē.

Solutio tertij argumē. ¶Ad tertium deniq; rūdetur, ꝙ si puella consentiat rem cum sponso habere, credēs bona fide illi in aio esse matrimoniū cōsummare: quia non pręsentiscit cōtraria signa, nō peccat. Nihilominus si viri animus nō erat affectu cōiugali accedere, nihil fit: & ideo si trāsmigret ad secūdas nuptias, solùm tenet violatę puellę satisfacere, vt supra expositū est.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm sponsalia legitimè valeant aliquibus modis dirimi.

Partis negatiuæ argumentū primum. ¶Andem de dissolutione spōsaliorum disputandū superest: & ideo arguitur, ꝙ nō possint per ingressum religiōis dirimi. Quia quod vni ꝓmissum est (vt pecunia) nō potest alteri erogari: sed per spōsalia vterq; se alteri pollicet: ergo illa pollicitatio non pōt per religionē quassari. ¶Et eadē ratione arguit, ꝙ nec dirimant, per hoc quod alter sponsorū in longinquā regionē peregrè proficiscat, neq; per aliā quancunq; viā. ¶In contrarium tamen est ecclesiæ vsus, & præterea ratio: nam cùm non habeant, vt dictum est, vim matrimonij, fit quod si vterque vel alter ad aliud matrimonium commi grauerit, priora sponsalia dirimantur.

Secundū argumentū.

¶Hic primum supponēdus est sponsaliorū supradictus effectus: nascit em̄ ex illis obligatio ad contrahendū matrimoniū, vel tēpore præfixo, si præfinitū est, vel aduenięte decente opportunitate, vt spōsi non sint in mora. Hic autē effectus oriri intelligit, qū ipsi post septenniū sibi se inuicē spōponderunt, vel si parētes ante illā ętatē spōsalia ꝓ illis pascisce rentur, & sponsi ipsi cōpleto eodē septennio vel cōsenserunt, vel scientes tacuerūt: alioqui nulla pullulat obligatio. ¶Hoc tū nō obstāte statuit conclusio. Spōsalia quam plurimis modis legitimè dirimunt. Primus modus est spōsalibus cum matrimonio nō consummato cōis: scilicet, per ingressum religionis. Imò verò, vt Syl. verb. Spōsalia. §. 10. ait, nō est tūc expectanda professio, vt in matrimonio: sed quū primùm vnus sponsorū habitū induit, alter pōt ad alia vota euolare: nā quāuis cap. Veniens. extra qui monachi vel vouē. quod citat id clarè non definiat: ratio tū videtur id persuadere, eo ꝙ per sponsalia non fit matrimoniū perfectū, quod quidē ysq; ad professionē, vt dictū est, non dirimit. Quam ob rem qui habitum induit, eò ipso insinuat ꝙ sponsaliorū fidei nolit stare, sed propositum reuocauerit. Nec ꝓpter eiusmodi spōsaliorū dissolutionē incurrit arras amittēdi pœna. l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. ¶Dubiū hic tamē nobis offert cap. Cōmissum, de spōsalib. vbi habetur, ꝙ si quis spōsalia iurauit, & postea ad frugem melioris status suspirat, tutius ei est iuramento seruato contrahere: & tunc demū ad religionem migrare. Id quod subinde Scōt. d. 30. q. 2. seruandū arbitrat. At verò profectò cap. illud, vt Syl. & dist. 28. Palud. q. 1. cēsent, potiùs glossandū est, vt glossator illud interpretat, q̄ vt in superficie sonare videt, sit obseruandū. Enimuerò cùm religio sit excellior status q̄ matrimoniū, nō dubiū, quin sicut in spōsalibus iure ipso intelligitur exceptio, nisi alter sponsorū ad religionē voluerit migrare, eadem ipsa subintelligat in iuramento, quo spōsalia confirmant: quia iure nemo

Pars affirmatiua. *Iuramentū in sponsalibus quo animo apponatur.* *Effectus sponsaliorū.* *Glossa cap. Commissū.* *Conclusio.* *Primus modus.* *Sylues.* *Sect.* *Dubium. cap. Commissum.*

re nemo id debet, nec præsumitur, quod est contra consilium euangelicū. Quapropter hoc iuramento nō obstante pōt vterq; ad religionē ascendere: neq; est consulendum, vt priùs contrahat matrimoniū. Esset quippe vanum illud illo animo cōtrahere, vt statim ante copulā dissolueret. Imò verò iuramentum tūc nō impleret eo ꝓposito, quo factū fuerat, neque in eo sensu, quo alter ipsum susceperat: nam sponsaliorū iuramentū eo animo fieri solet & debet, vt matrimoniū consummet. Adde ꝙ puellæ manenti in seculo nōnihil iniuriæ irrogaret, si qui nō habebat propositū cōsummandi matrimoniū: cōsensum de pręsenti ab illa extorqueret, quā protinus erat relictur⁹. Textus ergo illa sit glossa cōtentus, ꝙ intelligat, tutius esse seruare iuramentū, & postea intrare religionē. Nō quidem re veratutius, sed secundùm vulgi opinionē, ne ille censeat de facto contra iuramētū venire. ¶Atqui quod de ingressu religiōis dictum est, id ipsum de susceptione sacrorū ordinū intelligendū, propter votum castitatis annexū: per quod vtiq; licēt nō matrimonium, tamen sponsalia legitimè dirimūtur.

Spōsalia an per simplex votū castitatis dirimātur. *Opinio Hostien.*

¶Vtrùm verò per votū simplex castitatis dirimant, disputari assolet. Attamē in dubium euocari nō debet, quominus tale votū sit licitum, atq; adeò sponsalia dirimēs quū sit melioris frugis, quæ ideo exceptio semp in spōsalibus implicat. Innoc. tū & Hostiē. vt Sylu. verb. Sponsalia. §. 7. refert, autumant, illū sic vouentē cogendū, vel religionē profiteri, vel matrimoniū conficere. Rationē aūt huiꝰ nō video: nā quum sponsalia non faciant matrimoniū, liberum vtriq; est votū simplex castitatis extra religionē seruare: secus de matrimonio rato. Quare alter spōsorū qui nō voluit liber tūc manet, vt ad alia queat vota cōmigrare. ¶Reliqui casus sunt sponsalibus peculiares. Secūdus ergo est, dum alter ad secūda cōnubia se trāsfert per verba de pnti, aut de futuro cū carnali copula, vt capi. Si inter virū, de sponsalib. & capi. De illis. vbi habet, ꝙ etiam si sponsalia fuerint iuramento cōfirmata, dirimantur per consensum de præsenti cū altera. Vnde in capit. 1. de sponsa duorū & cap. fi. 27. q. 1. distinguitur inter fidem pactionis & fidē cōsensus: fides nanq; spōsaliorū vel simpliciter, vel sub aliqua conditione, dicit fides pactionis quæ quidē dissoluit per cōsensum de præsenti cū altera subsecutū. Fides verò cōsensus est, qū interuenit cōsensus de præsenti, & fit indissolubile matrimoniū.

Secūdus casus. *Fides cōsensus.*

Ratio hmōi dissolutionis sponsaliorū est, ꝙ cùm non faciat matrimoniū, integrū est spōsis ad alias nuptias se conferre: licēt mortaliter delinquant, si sine causa id faciant. Quare in his duobus casibus, vt ait D. Tho. ipso iure spōsalia dirimunt: in reliquis verò debēt, inquit, dirimi iudicio ecclesię. ¶Tametsi hoc secundū ego non planè intelligā. Tertius nū q; accedit etiā casus, quo ipso iure dirimunt spōsalia: nempe, qū celebrant ante annos nubiles pubertatis: scilicet, duodecimū fœminę & quartūdecimū viri. Tunc em̄ si ille, qui minor ætate consenserat, annos pubertatis ingressus illico dissentiat: spōsalia ipso iure dirimunt, vt habet cap. de illis. 1. & cap. Nobis. de desposa. impub. quāuis nulla alia causa interueniat, q̄ mera volūtas, vt ait Panor. ¶Quarta causa est, cōis amborū consensus, dissocia re se sua spōte volentiū, vt cap. Præterea. 1. de spōsal. Neq; valida est, inquit, S. Tho. quorūdam opinio hūc casum nō recipientiū, dicentiumq; adeò potiùs ecclesiā hoc sustinere, ne peius eueniat, q̄ quod sit de iure. Hic enim cauillus verbis decretalis aduersus est, vbi habet, ꝙ qui se adinuicē admittere noluerint, hoc possit in patiētia tolerari, ne fortè inde deterius cōtingat: vt talē scilicet quis ducat, quam odio habet. Quibus verbis ecclesia decernit, ꝙ pnt sibi vtrinq; relaxare fidē, instar eorū, qui societatē interpositione fidei cōtrahunt, & postea candē sibi remittunt. ¶Quintus casus huic proximus est, qū vnus sponsorū renuit matrimoniū cum altero contrahere: tūc enim cùm fides fuerit mutuò data, alter manet liber. Et si terminus matrimonio contrahēdo fuerat præfixus, eo trāsacto ille, per quē non steterat, solutus fit ꝓmissionis vinculo, vt habet cap. Sicut ex literis, de spōsali. ¶Quòd si stisciteris, cur postq̄ sponsalia conscientiā ligant, nō compellunt sponsi ab ecclesia ꝓmissæ fidei stare? Præsertim ille, qui renuit altero annuēte: quandoquidē in reliquis ciuilibus cōtractibus cōpellantur à iudice cōtrahentes pacta seruare. Rūdet Pōtifex, cap. Præterea, citato, id salubriter fieri: quia, bono consulit matrimonij, quod vtiq;, nisi summa cum libertate conciliet, perpetuā nequit firmitatem habere. Et ideo nō est parva ratio de hoc & de reliquis cōtractibⁿ. ¶Sextus casus est, qū sponsalia cum conditiōe fiunt. Tunc em̄ si ille, cui incūbit, conditionē non seruet, vt si puella non soluat promissam dotē, spōsalia nullius sunt vigoris, vt capi. De illis, de cōditio. appos. Et idem est de oībus cōditio-

Tertius casus. *Quartus casus.* *S. Tho.* *Quintus casus.* *Dubium.* *Solutio.* *Sextus casus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Septimus casus. ditionibus iudiciũ, si modò possibiles sint & honestæ, vt dist. 29. dicturi sumus. ¶ Septimò dirimunt propter crimẽ: nempe, propter fornicationẽ, quæ quidẽ licèt matrimoniũ non nisi quoad torum dirimere valeat, sponsalia tñ prorsus dissoluit, etiã si fuerint iureiurando cõstabilita: videlicet, si fornicatio sponsalia subsequat, secus si antecesserit, vt habetur cap. Quemadmodũ, de iureiurando. Et intelligitur in potestate innocentis esse sponsalia dissoluere: nã reus, si innocẽs cõsentit, resilire non põt: quippe cui propriũ peccatũ nõ debet patrocinari. Neq; refert puellã per vim aut sponte fuisse fornicatã. Quinuerò si ante sponsalia credebat virgo, & postea ante consensum de pñti inuenta est corrupta, potest spõsus à promisso recedere. Adde q̃ etiã spiritualis fornicatio, vt dum alter sponsorũ in hęresim labitur, aut in apostasiã, dirimit spõsalia. ¶ Octauò dirimunt per superueniẽtem affinitatẽ, vt si alter cũ alterius cõsanguineo se carnaliter cõmiscuerit. 27. q. 2. Si quis spõsam. & cap. Ex literis. de eo qui cogno. consang. vxor. aut si alterius filiũ de fonte leuauerit: vel propter aliud quodcũq; iuris impedimentũ, aut scandalum, quod matrimonio cõtrahendo aduersetur, iuxta tenorem capi. Cùm in tua. de sponsalib. ¶ Nonò qñ alter lepram vel paralysim incurrit, visuve aut naso orbatur, aut aliquã fœditatẽ cõtrahit. cap. Literas. de coniug. leprosi. Rationẽ subdit S. Tho. quod si cùm sibi ipsi sponsi displicent, cõiugari cõpellerent, non posset res bonum exitũ habere. Secus si id genus morbi spõsalibus antecesserit, & fuerit prænotus. ¶ Decimò, qñ alter in longinquã regionẽ cõmigrauit: iure enim ciuili diffinit bienniũ quod debet spõsa sponsum expectare, vt. C. de sponsalib. l. 2. Sed tã iure Pontificio nullũ præscribitur expectãdi necessariũ tempus: & ideo ille, per quem non stetit, quominus matrimoniũ perficeret, illico põt ad alias euolare nuptias: quia alter per suũ discessum ad remotas gentes censet suo renuntiare iuri, nisi de alterius licẽtia fuerit profectus, cap. De illis, de sponsalib. ¶ Vndecimò, si causa grauium inimicitiarũ inter sponsos intercesserit, aut atrox sæuitia sponsi vel sponsæ antea inopinata, postmodũ cõperta fuerit, vt cap. dilectæ de sponsa. In summa, plures causas põt experientia docere, ob quas, saltem iudicio ecclesiæ, possunt sponsalia dirimi.

Nota. *Octauus casus.* *Nonus casus.* *Rõ S. Tho.* *Decimus casus.* *Vndecimus casus.*

Solutio argumẽtorũ. ¶ Et per hoc responsum ad capitale argumẽtum restat. Per sponsalia nanq; neuter traditur in possessionem alterius, sed dimittitur: & quum matrimoniũ sit res, vbi tantã oportet circũspectionẽ adhiberi, ratio fert, vt tot de causis eiusmodi pollicitatio quassetur.

QVAESTIO TERTIA de bigamia.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm per bigamiam irregularitas contrahatur.

Icuti sponsalia via sunt ad matrimoniũ, ita & bigamia multiplicatio est matrimonij: ob idque præsens distinctio de illa quæstionem exposcit, eo q̃ hmõi matrimonij congeminatio, licèt per se vitiũ nõ sit, vicio tã datur ijs, qui sacris ordinibus initiari cupiũt. Quæritur ergo, vtrùm per bigamiã ad sacros ordines irregularitas cõtrahatur. Et arguit à parte negatiua. Peius est cum pluribus fornicari, q̃ pluribus, saltẽ successiuè, vxoribus copulari & maius præ se fert cõcupiscẽtiæ indiciũ: fornicatio aũt iterata nullã habet irregularitatẽ annexã: ergo neq; matrimoniũ. ¶ Secundò arguit. Plures simul habere vxores, vnã scilicet de iure, & alterã de facto, irregularitatẽ non videt inducere: ergo neq; illas habere successiuè: qm̃ hoc licitum est, illud verò minimè. Antecedens verò probatur: qm̃ matrimoniũ de facto cõtra ius intentatũ, non est verũ matrimoniũ: atq; adeò neq; bigamiã constituere videt. ¶ Tertiò arguitur. Si ex bigamia irregularitas aliqua nascitur, vel hoc habet rõne sacramenti, vel ratione carnalis copulæ: nõ secundũ, vt modò dicebam⁹: nã alioqui ex fornicatiõe pariter oriret: neq; rõne primi: nã alias si quis matrimoniũ contraheret per verba de pñti, quod per copulã non cõsummasset, & illa mortua cõsummasset matrimoniũ cum altera, esset bigam⁹, cuius contrariũ decernit Inno. capi. Debitũ, de bigamis. ¶ In contrariũ est illud Paul. 1. ad Timoth. 3. quo admonet, epm̃ debere esse vnius vxoris virũ, vbi nomine episcopi omnes sacerdotes cõprehendit: quare & in diaconibus eandẽ conditionẽ exposcit. ¶ Bigamus & digamus idẽ est, quod homo, q̃ binas cõtraxit nuptias: & monogamus q̃ vnis solis est cõtentus, γάμος em̃ græcè, idẽ est quod

Partes primæ sententiæ. *Secundò.* *Tertiò.*

Bigamia in omni lege. quod nuptiæ à γαμέω quod est nubo. Vnde bigamia in omni extitit lege. In lege quippe naturæ Lamech, qui fuit septimus ab Adam per Cayn, vel inde pessimus censet, q̃ primⁿ fuit, qui duas vxores duxerit: vt Gene. 4. legitur, & 31. q. 1. cap. Quomodo citatur: veluti Enoch septimus itidẽ ab Adam per Seth tanquã optimũ scriptura commendat, quẽ ideo mortis expertem Deus viuũ substulit. Deinde & in lege Mosayca polygamia fuit etiã celebris: nempe vxorũ pluralitas. De qua re distinct. 33. rediturus nobis est sermo. At verò, cùm ante legẽ euangelicã nulla fuerint sanctificantia sacramẽta, quæ ideo in ministris sanctitatis dignitatẽ hac rõne deposcerẽt, neque verò matrimoniũ indissolubile vnionẽ Chri cum nra humanitate factã designaret, nulla erat bigamiæ irregularitas annexa. Id circo eiusmodi irregularitas, sub lege euãgelica cœpit, quæ ideo per sacros Canones est perpendẽda. Dictũ est aũt. q. 1. (quod ad hoc propositũ Innoc. cap. Debitum. de bigamis induci) in matrimonio rato non cõsummato significari vnionẽ Christi & ecclesiæ secũdùm animã, hoc est, secundũ charitatem: in matrimonio verò consummato designari vnionẽ eiusdẽ Christi secundùm corpus: hoc est, humanitatis assumptionẽ, cuius partes nunquã dimisit: atq; adeò eiusmodi cõsummatũ matrimoniũ perfectã Christi vnionẽ & ecclesiæ demõstrare. Quam ob rẽ ecclesia neminẽ censet simpliciter bigamũ: hoc est, irregularẽ, propter duo aut duodecim matrimonia conuracta per verba de pñti, nisi duo saltẽ cõsummauerit. Et in hoc repudiat Magister sent. qui pñti dist. tenuit, solos consensus de pñti in duo matrimonia citra copulã cõstituere bigamũ. Definitur em̃ contrariũ in præallegato ca. Debitũ. Quare multò minùs iterata sponsalia sufficiũt. Neq; verò fornicatiões aut adulteria iterata, vt habet capi. Quia circa. eod. tit. nisi matrimonijs de iure aut facto superuenerit copula. ¶ Nihilominⁿ maioris claritatis grã duplex põt distingui bigamiæ genus: verũ scilicet, & interpretatiuũ, vt habet glossa ca. Super eo. de bigamis. Verum est, vbi duo vera matrimonia fuerũt cõsummata. Interpretatiuũ aũt, vbi vnũ ũt verũ, & aliud de facto intentatũ. Vñ d. Thõ. quatuor designat bigamiæ modos. Primus est, dũ quis successiuè duas habuit legitimas vxores, quas cognouit. Et hæc est verissima bigamia. Secundus, quum quis plures simul habet vxores, cum quibus per verba de pñti cõtraxit: prior em̃ est legitima posteriorverò nõ nisi de facto. Tertius, cũ plures habuit successiuè, vnã de iure, & alterã de facto. Quare isti duo modi solũ interpretatiuè dicũtur bigamia. Et sunt intelligendi, vt benè ait Ricardus dist. pñti. art. 4. q. 1. qñ ille ambas cognouit: alioqui nõ cõtrahit irregularitas. Quartⁿ modus est, qñ quis viduã atq; ab alio viro cognitã ducit vxorẽ: nam nisi illa matrimoniũ priùs cõsummauerit, ille non fit bigamus. Et iste etiã quartus modus est vera bigamia: eo quod fuerint duo matrimonia ex parte vxoris. Sunt aũt præter duos noiatos alij etiã tres modi interpretatiuæ bigamiæ. ¶ Quintus ergo est, qñ quis cõtrahit cõsummatq; mrimoniũ cũ illa, quę ab alio fuerat per fornicationẽ siue ipse id sciuerit, siue ignorauerit, corrupta. ¶ Et sextus vbi quis propriã vxorem cognoscit, postquã fuerat cum alio adulterata. ¶ Septimus demum, qñ quispiã post votum emissum solenne castitatis cõtrahit de facto matrimonium, licèt iure sit nullum.

In lege Mosayca. *Innocen.* *Bigamia duobus ma trimonijs cõsummatis contrahit.* *Duplex bigamiæ genus.* *Quatuor bigamiæ modi.* *Primus.* *Secundus.* *Tertius.* *Ricardus.* *Quartus.* *Quintus.* *Sextus.* *Septimus.*

¶ His præhabitis ad quæstionẽ sex cõclusionib⁹ rñdetur. Prima. Per bigamiã primi modi: scilicet, per matrimoniũ cũ duabus vxoribus successiuè cõsummatũ contrahit irregularitas. Cõclusio est cõcilij Aurelianẽ. capi. 1. de bigamis. & cap. Super eo. priuant officio eorũ ordinatores. Idem habet cap. Debitũ. & multis alijs. Ratio autẽ hmõi irregularitatis est duplex. Prior sumit ex significatiõe: nam cùm per sacrorũ ordinum susceptionẽ ministri sacramentorũ instituãtur, decentissimũ fuit, vt qui hmõi sacris ordinibus initiarent, nullo essent cõmaculati defectu: cùm verò sacramentum matrimonij in noua lege indiuiduã, vt dictũ est, cõiunctionẽ Chri & ecclesię designet, macula censeret, si qui ad hos ordines promouet, eandẽ integrã significationẽ nõ haberet, quæ in singulari matrimonij vnitate perficit. Bigamus nanq; in plures suã carnẽ diuidit: cũ Chrs vnicã sibi ecclesiã vno scilicet baptismate & fide copulauit. Vnde Cãti. 6. Vna est colũba mea &c. ¶ Posterior verò ratio sumitur ex sanctitate & cãdore, quã eiusmodi ministris debet esse cognatus: qui em̃ vno ac subinde altero matrimonio cõplicatur indiciũ præ se fert nimiæ incõtinentię, quę eiusmodi ministros dedecorat. ¶ Hæsitabit aũt quis forsan, an hmõi irregularitas sit de iure diuino: nã canonũ interpretes qui in cortice de iure diuino iudicant, id sibi facilè persuadebũt: propterea quod Paul. 1. ad Timothe. 3. admonet, epm̃ & sacerdotẽ debere

Prima conclusio. *Cõci. Aurelianen.* *Ratio irregularitatis.* *An hmõi irregularitas bigamiæ sit de iure diuino.*

Universidad de Deusto Biblioteca

esse vnius vxoris virũ, vbi ad literã hmõi bigamiã reprobat pluriũ successiuè vxorũ. Et quicquid in sacra pagina illi legũt, in iure diuino reponunt. Et adijcit argumentũ, quod cap. Super eo. ,ppter autoritatẽ Pauli cauet, ne dispensatio fiat cũ bigamis. At verò si ius diuinum propriè accipiat, irregularitas bigamiæ nõ est de iure diuino: alioqui nullã Pontificis dispensationẽ admitteret, cuius cõtrariũ art.3. mõstrabit. Item, de iure diuino in sacramẽtis id dũtaxat existit, quod ad eorũ essentiã spectat: de essentia verò sacramẽti ordinis nõ est, vt susceptor sit vnius vxoris vir: si em̃ bigam⁹ ordinaret, verũ esset sacramẽtũ: nõ ergo est ,ppriè de iure diuino. Neq; verò de iure naturæ, quatenus matrimoniũ ciuilis cõtractus est. ¶ Adnotãdũ ergo ꝙ Apostoli non erant tm̃ apostoli, verũ & ecclesiæ rectores & pastores, sicut modò est summus & reliqui põtifices. Vnde quatenus apsi vtebant̃ spiritu ,pphetico, quo sacrã scripturã condebãt: sed quatenus pastores & prælati statuebãt in cõcilio leges, vt Actuũ. 15. & cõsilia dabãt, vt. 1. ad Cor. 7. Præceptũ dñi non habeo, consiliũ aũt do. Et sic Paul. tanq̃ rẽ decentissimam & significationi cõnubij Chri aptã admonuit, vt sacerdos esset vnius vxoris vir, veluti vt esset hospitalis & pudicus, neque esset vinolentus &c. Et hac rõne canones idẽ Paulinũ testimoniũ ad hoc ,ppositũ citant. Sed de cap. Super eo. inferius arti. 3. ¶ Secũda conclusio. Ex bigamia secũdi & tertij modi, pluriũ scilicet vxorũ, vnius de iure & alterius de facto, siue successiuè siue simul cõtrahit irregularitas. Cõclusio est Inno. 3. cap. Nuper. de bigamis. vbi ait, ꝙ licèt illi nõ sint verè bigami: quia nõ sunt duobus veris matrimonijs addicti, sunt nihilominus bigami, quia quantũ in ipsis fuit, secũdas mulieres sibi mrimonialiter cõiunxerũt. Quare reputant̃, inquit bigami, nõ ,ppter sacramẽti defectũ: quia nõ fuerũt duo sacramẽta, & ideo nõ defuit significatio cõiunctionis Chri & ecclesiæ: sed propter affectũ intentionis cũ opere subsecuto: scilicet, cũ carnali copula, atq; adeò fuit aliqua similitudo & interpretatio duorũ matrimoniorũ. Et subdit Papa exẽplũ de clerico in can. Presbyterũ dis. 28. vbi referr, quòd presbyter orientalis ecclesiæ mortua prima vxore cõtraxit cũ secũda, de facto quidẽ, sed nõ legalibus nuptijs. Ob quod facinus tanq̃ irregularis suspẽsus est ab officio. ¶ Dubium tẽ est, vtrùm si quis duo matrimonia ambo de facto cõtraxerit & cõsummauerit, neutrũ tẽ de iure: quia scilicet cõtraxit cũ cõsanguineis, vel alio impedimẽto cohibitus, reputandus sit bigam⁹. Põtifex em̃ ibidẽ hũc casum arguẽdo inducit, sed nõ clarè decidit. Nihilominus Palud. dist. pñti. q. 4. censet, illũ esse bigamũ. Et ita est credendũ: quia sunt duo interpretatiua matrimonia. ¶ Tertia cõclusio. Bigamia quarti gñis, cùm quis scilicet viduã ab alio viro cognitã ducit, secũ affert irregularitatẽ. Definitio est cap. De bigamis. & Debitũ. eod. tit. quibus cauetur, ne bigamus aut maritus viduæ ad sacros ordines ,pmouea: vbi innuit, hũc non esse ,ppriè bigamũ: quia non cõtraxit duo matrimonia: sed quia duo ex parte fœminæ fuerũt. Ratio aũt huius cõclusionis est: quia in vnitate & coniunctione Chri & ecclesiæ vnitas vtrinq; inuenit: nã ecclesiæ vnicus fuit spõsus: nempe, Christus: & Chri vicissim vnica spõsa: scilicet, ecclesia, in qua vnicũ est baptisma, & vnica fides. Vnde Paul. 2. ad Cor. 11. Despondi em̃ vos vni viro, virginẽ castã exhibẽre Chro. Quocirca synceritas matrimonij illius, qui ad sacros ordines est ,pmouendus postulat, vt non solũ ex parte ipsius, verũ etiã ex parte vxoris vnicũ sit matrimoniũ. Et intelligitur vidua, ea etiã quæ à marito fuerit repudiata, dũmodò ab ipso fuerit cognita, vt habet can. Qui in aliquo. dist. 31. ¶ Quarta cõclusio. Quintus modus bigamię, quũ quis videlicet duxerit vxorẽ corruptã, licèt nõ fuerit vidua, inducit irregularitatẽ. Quã quodãmodo cõtrarijs prędictis verbis dãnare videt Paulus, Despõdi vos virginẽ castam &c. De hoc est t². c. eod. can. Qui in aliquo. & extra Qui cleri. vel vo. ca. 1. vbi doctores adnotãt, vt Palud. & Syl. & Canonistę. Imò & S. Tho. impręsentiarũ, ꝙ etiã si ille corruptionẽ spõsæ ignorauerit, putans fuisse virginẽ, si postea cõstiterit, non põt sacros ordines suscipere. Cuius rationẽ subdit D. Tho. quia irregularitas nõ est pœna inflicta ,p culpa, sed ,ppter defectũ significatiõis sacramẽti: & ideo etiã præter voluntatẽ põt cõtrahi. ¶ Existit tẽ in cõtrariũ argumentũ. Plus impedit homo defectu ,pprio q̃ alieno: si verò homo corruptus ducat virginẽ nõ fit bigamus: ergo nec cùm ducit corruptã. Rãdetur maiore perẽpta. Discriminis aũt huius cãm decretistæ, vt ait D. Tho. eã assignãt, ꝙ ep̃s atq; adeò sacerdos significat ecclesiã militantẽ, cuius curam gerit: in qua ecclesia sunt corruptiões multę: & ideo corruptio spõsi in viris obstat: spõsa verò significat Chrm̃, qui fuit virgo. At verò commentũ hoc nullũ est: quoniã

Sentẽtia autoris. *Rõ optima.* *Nota.* *Secunda cõclusio.* *Rõ Innocẽt.* *Exemplũ.* *Dubium.* *Palud.* *Tertia cõclusio.* *Rõ aliorũ.* *Impugnatio.* *Ratio cõclusionis.* *Autoris ratio.* *Quarta cõclusio.* *Nota casũ.* *Opinio quorundam.* *Opinio Scti Thomæ.* *Ratio Scti Thomæ.* *Quinta conclusio.* *Probabilior opinio.* *Obiectio.* *Diluitur.* *Redditur decretis.*

quoniam Christum per sponsam significari falsissimum est, cõtra illud Paul. ad Ephes. 5. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. vbi significatur Christus vt sponsus, & ecclesia vt sponsa. Ob idq; subdit quòd vir est caput mulieris, sicut Christus ecclesiæ. Et secundo ad Corinth. 11. Despondi vos vni viro virginem, &c. id est, Christo. Alij verò dicunt, per sponsam significari ecclesiam triumphantem, cuius nulla est macula: Christus autem eius sponsus primò associauit sibi synagogã ceu cõcubinam: & ideo nihil deperit significatiõi sacramẽti ,pter sponsi corruptionem. Hoc autem interpretamentum perabsurdum est: quia synagoga non fuit concubina Christi, sed vera vxor: quoniam vna eademq; fuit antiquorum fides & nostra: quod enim illa significabat futurum, nostra significat factũ. Quare Ieremiæ. 3. & Ezechielis. 16. & Oseæ. 2. memoratur sponsatio Messiæ & synagogæ. Rei ergo veritas sic habet: quòd mulier non potest esse irregularis, sed solus vir: eò quòd ipsa non est ordinibus suscipiendis idonea. Defectus autem, qui causa est irregularitatis, est ille, qui in sacramento committitur, non autem ille, qui est extra sacramentum: corruptio autem viri ante matrimonium extra ipsum sacramentum est: sed cùm ipse sibi corruptam matrimonio cõiungit, ipsum vitiat eius significationem tollens: nam motus ex termino specificatur, & matrimonium viri terminatur ad fœminam: & ideo cõtrahens cum corrupta fit irregularis. Et pari forte, si ipsa posset esse irregularis, irregularitatem contraheret nubendo ei, qui corruptus est. ¶ Si autem quis virginem deflorauerit, quã postea ducit, cum qua & matrimonium consummat, sunt qui dicant, perinde fieri bigamum, ac si ab alio fuisset corrupta. Sed probabilius est, inquit Sanctus Tho. quin verò ita tenẽdum est, quòd non fit bigamus: quia neque ipse neque ipsa carnem suam diuisit in plures. ¶ Quinta conclusio. Sextum genus bigamiæ: nempe, dum maritus postquã vxor cum alio rem habuit, eam cognouerit, irregularem facit secundùm probabiliorem opinionẽ, vt ait S. Tho. dicens quòd licet de hoc sint opiniones, hæc tamen est probabilior & tenenda, quãuis dum eam cognouit, eius ignorauerit adulterium, vel illud sciens ei indulserit: & quanquam fuerit ab ecclesia cõpulsus cũ illa habitare, quia fortasse adulterium in iudicio non probauit. In quocũq; ergo casu fit ille irregularis, non propter pœnam culpæ, sed propter defectũ, vt modò dicebamus, significatiõis, veluti si corruptam duxisset: quæ ideo irregularitas contra volũtatem quoq; contrahi põt. Pro hac conclusione citantur canones. Si cuius. & si laici. 34. dist. ¶ Sexta conclusio. Ex postremo deniq; bigamiæ genere: scilicet, dum quis post votũ solenne castitatis matrimoniũ de facto contrahit, irregularitas suboritur, vt patet capit. supra citato. Presbyterũ. 28. dist. quanq̃ illic sermo habeatur de illo, qui ante ordines fuerat coniugatus, & illis susceptis aliud matrimoniũ de facto cõtraxerat. Sed est præterea tex. can. Quotquot. 27. q. 1. & capi. Nuper. de bigamis. vbi sancitur, quòd cum illis non dispensẽt, licèt in veritate bigami non existãt. Matrimoniũ nanq; spirituale, quod voto cõtraxerãt, per aliud de facto carnale violarũt. ¶ Ex superioribus ergo solutũ restat primũ argumentũ: nam quanuis fornicatio & adulteriũ peiora sint quã plures ducere vxores: imo hoc nõ est malum (successiuè id modò fiat) tamen non viciat significationes vnitatis sacramenti sicut viciant matrimonia multiplicata. Et quanuis maiorẽ fornicatio ostẽdat concupiscentiã: non tẽ eam penitus inhærẽtem & tam perpetuam q̃ matrimonia, quæ multiplicantur. ¶ Ad secundũ quoq; satis rñsum est, ꝙ licèt matrimonia non iuridica, sed de facto intentata non sint vera: nihilominus propter similitudinem matrimonij & contrahentis affectũ irregularitatẽ inducunt. ¶ Ad tertiũ denique iam supradictũ est propter ambas ratiões: scilicet, & propter defectum significationis, & propter cõcupiscẽtiam bigamiæ irregularitatem annecti: sed tẽ requirit ꝙ sint duo saltẽ matrimonia, vel de iure vel de facto ambo consummata.

Sexta cõclusio. *Can. Presbyterum.* *Ca. Nuper.* *Solutio primi argum.* *Solutio secũdi argumẽ.* *Solutio tertij argumẽ.*

ARTICVLVS. II.

Vtrùm per baptismum bigamia soluatur.

DVæritur iam de solutiõe bigamiæ, vtrùm scilicet per baptismũ soluat̃. Et arguitur à parte affirmatiua. Id, quod tollit minus à fortiori tollit minus: sed baptism⁹ tollit omne peccatũ, vt suo loco dictũ fuit, & omnẽ pœnã: ergo irregularitatẽ. ¶ Secundò. Bigamia contrahit̃ ex defectu significationis vnionis Christi cum ecclesia: hæc aũt non fuit ante nouam legẽ: ergo matrimonium antea contractum non debet in

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum. *Secundũ argumentũ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

numerum recenseri ad bigamiam cõtrahendam. ¶In contrarium est autoritas Augustini can. Acutius. 28. quæstione. 3.

Pars negatiua.

¶De hac re disidium inter Hieronymũ fuit & Augustinum. Hieronymus quippe, vt distinct. 26. patet can. Vnius vxoris. & 28. q. 3. can. Oportet, censuit, quòd si quis in infidelitate fuerit coniugatus, licèt mortua vxore aliam post baptismum ducat, non censetur bigamus: quia cùm tunc fiat nouus homo, nihil quod antecesserit debet ei obesse. Augustinus verò, quod citato can. Acutius. eadem. distinct. & quæst. refertur, contrarium sentit: nempe eiuscemodi hominem esse bigamum: nam de sacramento, inquit, agitur, non de peccato: & ideo qui carnem suam in plures diuiserit, siue ante siue post baptismum, significationem non retinet vnitatis sacramenti, sacris ordinibus suscipiendis idoneam. Quemadmodũ si puella ante baptismum corrupta fuit, nõ refertur post baptismum in catalogum virginum: atque adeò si quis eam cõiugio sibi copulauerit, bigamus fit, ac perinde irregularis. Quare in hac controuersia Hierony. relinquit, & Augu. tenet.

Hieronymi opinio.

Augustini opinio.

Exemplũ.

Augustini opinio tenẽda.

¶Ad primum igitur argumentum respõdetur negando maiorem: non enim quicquid tollit maius tollit minus: nisi pariter sit ad vtrunque institutum. Baptismus verò institutus est ad remissionem peccati & pœnarum quæ peccatis debentur, non tamẽ ad tollendas irregularitates: præsertim eas, quæ consequuntur, non peccata, sed significationis defectum & indecentiam, qualis est hæc. ¶Ad secundum respondetur, quòd licèt ante nouam legem polygamia non fuerit irregularitas: quia tunc nullum erat sacramentum ordinis: nihilominus bigamia ante baptismũ contracta obstat sacramento ordinis, quod est nouę legis. Quòd si arguas, Per baptismũ conformamur omnino Christo: ergo tunc vnusquisque simpliciter eum repræsentat: atque adeò nullus cestat bigamus. Respondetur ad antecedens quòd conformamur omnino ei secundùm mentẽ: sed non secũdùm carnem, quę in indiuisione carnis cõsideraẽ.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

Obiectio.

Dilutio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm cum bigamo dispensare liceat.

Partiunegatiuæ argumẽtum primum.

TAndem quæritur de bigamiæ dispensatiõe. Et arguitur quod nullatenus dispẽsari super eam liceat. Nam capit. Super eo, extra de bigamis. ait Lucius Papa, quòd cum bigamis contra Apostolum dispensare non licet. Et cap. Nuper. ait Innocen. quòd cum clericis, qui quantum in illis fuit, secundas mulieres sibi matrimonio coniunxerũt, tanquam cum bigamis non licet dispensare.

¶Secundò, quia significatio vnionis Christi & ecclesiæ videtur de essentia sacramenti: sed illa significatio tollitur per hoc quod quis carnem suam diuidit in plures: ergo super hoc non cadit dispensatio. ¶In contrarium est textus Martini Papæ can. Lector. distinct. 34. vbi dispensauit cum bigamo vt subdiaconus fieret.

Secunda gumẽtũ.

Pars affirmatiua.

¶Interpretes canonum, quia de iure diuino censere, non est eorum munus, putãtes irregularitatem bigamiæ iure diuino contrahi, propterea quod Apostolus monuerit, sacerdotẽ debere esse vnius vxoris virũ, anxiè se discruciãt super citato cap. Super eo. de bigamis. perscrutantes vtrùm. Papa possit dispẽsare cum bigamis. Respondetur nihilominus duabus facillimis conclusionibus. Prima. Papa potest super irregularitate cuiuscũque bigamiæ vniuersim dispensare, vbicunque id causa exegerit. Conclusionẽ mos ecclesiæ celebratissimus satis comprobat, passim dispensantis ad omnes sacros ordines suscipiendos: nam & Lucius Papa fertur, vt S. Tho. & glossator super citatum cap. Lector. & omnes referunt, dispensasse cum episcopo Panormitano, qui fuerat bigamus. Et ratio est plana: quoniam in omne ius positiuum eò quòd ab ecclesia dimanauerũt, potestatẽ habet Papa dispensandi: hæc autem irregularitas à iure positiuo, vt art. 1. mõstrauimus, vim obtinuit: Apostolus nãq; nõ tanq̃ Christi præceptum promulgãs, sed ceu pastor ecclesiæ sacerdotis decentiã docens, dixit, debere esse vnius vxoris virũ veluti & pudicũ & non vinolentũ nec percussorem &c. ergo Papa, qui eadem pastoris ratiõe vtitur in ecclesia, põt dispensare sicuti & Paulus si modò ecclesiæ præsideret, dispensaret. Quãdo quidem ad essentiam sacramenti monogamia non attineat. Et confirmaẽ: nam similiter Papa cũ homicidis dispẽsat, licèt Paulus dicat, non percussorẽ: vana ergo est illa collectio, non põt Papa facere de bigamo, non bigamũ: ergo non põt cũ eo dispẽsare. Enimuerò neque potest facere de homicida non homicidam, cum quo tamen dispensat. Eademq; veritas confirmatur per capit. Presbyter. distinct. 82. vbi habetur, quod quanquam secũdùm

Decisio cõclu.

Ratio prima partis.

Ratio secũda partis.

Ratio cõsiderũ.

dùm canones apostolorũ fornicatores presbyteri sint deponendi, habet tamen locũ super eo pontificia dispensatio. ¶Secũda conclusio. Licet ad suscipiendos sacros ordines maiores solus Papa cum bigamo dispensare valeat, tamen ad suscipiẽdos minores episcopus id præstare valet. Prima pars ab omnib⁹ conceditur super citato capi. Lector. 34. dist. vbi habetur q̃ si quis viduã in vxorẽ accepe rit, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit subdiaconus fiat, id est, ad sacros ordines non promoueaẽ. Illic enim notãt interpretes, subdiaconatũ non fuisse tũc inter ordines sacros existimatũ. Iam verò neq; super subdiaconatũ dispensatur nisi per Pontificẽ maximũ. Ratio est: quia ordinibus sacris annexum est continentiæ votũ, per quos adeò homo diuino cultui mancipatur. Per rationem verò contrariã probatur secunda pars, tanquam probabilior opinio, quam S. Tho. impræsentiarum certus affirmat: cùm enim per minores ordines homo sacris nõ simpliciter mancipetur, non est cur epis non liceat, quandoq; ordinaria pollent potestate. Franciscus ergo ille iuris peritus, qui in glossa super capit. vnico de bigamis. lib. 6. refertur, absque ratiõe ex dicto cap. intulit, epis eiusmodi dispẽsationem esse prohibitã: quia in textu nil aliud sancitur, quàm q̃ bigami omni clericali priuilegio sint nudati. De dispensatione verò nihil prohibetur: Quinimò & D. Tho. addit, quosdam dicere q̃ etiam epi possint dispensare quãtùm ad maiores ordines cum religiosis, ad euitandũ eorũ discursum. Eiusmodi tamen opinio iam nunc more & vsu non celebraẽ, vt benè ait Palud. dist. præsentiquæst. 4. Abbates verò, nisi ex priuilegio aut ex cõsuetudine, quæ priuilegii indiciũ sit, super bigamia dispensare nequeunt. ¶Ad textũ ergo Innocæ. cap. Nuper. benè rũdet d. Tho. sensura decretalis esse, q̃ cũ illis, qui de facto cõplura illegitima matrimonia contraxerũt, non liceat dispensare aliter q̃ si legitima & iuridica mãrimonia cõtraxissent, sed non negat, qt in sit vtrunq; dispensabile. ¶Ad aliud tamen Lucij. cap. Super eo. In bigamis contra Apostolum dispensare non licet, non respondet in forma, sed respõdet ad verba Pauli, quòd quantùm ad id, quod est de iure naturali & de essentia sacramentorũ, non licet contra Apostolum dispensare. Secus in alijs, quę sunt de institutione Apstorũ, cũ quibus ecclesia nũc parisungiẽ potestate. Et in hoc sensu interpretandus est Lucius.

Secunda cõclusio.

Opinio Sti Thomæ.

Paludanus.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

DISTINCTIO

vigesima octaua, De clandestino matrimonio.

VTrùm verò consensus de præsenti quẽadmodũ ad mãrimoniũ requiritur, ita sufficiat, explorandũ superest. Vbi primùm omnium de clãdestino matrimonio hoc ab ecclesia consultissimè cautum est, ne vllo pacto fiat: nẽpe, absq̃ arbitris, quorum testimonio ecclesię ipsi innotescere valeat. Nam & parentum ius prohibet, ne ipsis inscijs filij de nuptijs deliberent, & amoris nexus perpetuãdo matrimonio necessarius, expostulat ne leuiter conciliẽtur. Ac demum tum absurda incommoda, quæ ex clancularia matrimonio crebrescunt, tum & sacramẽti religio, quod per sacerdotes celebrari decet id ipsum efflagitat. Nihilo secius quãuis in angulo abditissimè per liberũ mutuũq̃ de pñti cõsensum inter legitimas personas matrimoniũ cõcilietur, verũ est & solidũ. Quocirca canõ illius prisci Põtificis Euaristi, quo ait legitimum nõ fieri coniugiũ nisi ab ijs, qui super ipsam fœminã dominationem habere videntur, vxor petatur, & à parẽtibus despõsetur, & secũdùm leges dotetur, & suo tẽpore bũdicatur &c. de solẽni mãrimonio auscultãdus est, quod magnopere cõ

Textus.

Capit. 1.

Cano. Aliter. 30. q. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

decet tali ritu & more celebrari. Vnde quod ſubdit, Aliter præſumpta, non cõiugia, ſed adulteria aut ſtupra cẽſenda, intelligitur quoad forũ & æſtimationẽ eccleſiæ: quia ſecundũ eius ſanctiones nõ ſunt legitima: ſecus in foro conſcientiæ.

Cap. ij. ¶Banna verò ſic iure nominari ſolita: hoc eſt, publicæ proclamationes, quæ vetuſtã in quibuſdã eccleſijs originẽ duxerunt, & ab Innocẽtio ſunt ad totam eccleſiã generaliter prorogata, non vbiq; more & vſu perſeuerãt. Imò fortaſsè nec tãti iam modò referũt, vt tanto ſint cũ rigore obſeruãda. Eo potiſsimũ quòd canones per nullas vel excõmunicatiõis, vel alius gẽnis cẽſuras illa fieri vrgeãt: atq; adeò cõſultius ſanctiuſq; forſan eſſet, vt neq; particulares inferioresq; antiſtites eiuſmodi cẽſuras de bãnis adhiberẽt.

Cap. cũ inhibitio, de clãdeſti. deſponſal.

Cap. iij. ¶Vnde quãuis culpa ſit abſq; legitima cauſa eiuſmodi bãna, vbi eorũ cõſuetudo viget, prætermittere, multa tẽ euenire aſſolẽt, ob quę diſpenſare ne fiãt operæpretiũ eſt. Id quod epiſcopi præſtare pnt, neque ſuper eiuſmodi diſpẽſationib⁹ difficiles ſe debent exhibere. Imò vbi cõſtiterit nũquã aut vix vnquã obſeruari, ſanctius eſſet eiuſmodi bãnorũ ritum de medio tollere.

DISTINCTIONIS vigeſimæ octauæ, Quæſtio prima, De clandeſtino matrimonio.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm clandeſtinũ matrimoniũ ſit validũ.

IN ſuperiore diſtinctione cõſtitutũ eſt, cõſenſum per verba de pnti explicitũ eſſe cãm, quę ad vinculũ mrimonij eſt neceſſaria. Subſequit ergo, vt in trib⁹ diſtinctiõibus exploret, an ſol⁹ ipſe nudus ſufficiat. In pnti nãq; diſputãdũ eſt, vtrũ ſufficiat etiã ſi nuptię abſq; vlla iuris ſolẽnitate clãculò fiãt: & in duabus ſubſequẽtib⁹ diſputabit de libertate ad hmõi conſenſum neceſſaria.

Ordo agendi.

¶Arguit ergo quod clãdeſtin⁹ cõſenſus mrimonio cõtrahẽdo nõ ſit ſatis. Perinde eccleſia ꝓhibere vt mrimonia clãdeſtina atq; inter cognatos in quarto gradu. vt 30. q. 5. & de clãdeſt. deſpõſa. apparet ſed illa, quę inter cognatos cõtrahunt, nulla ſunt: ergo neq; clandeſtina. ¶Secũdò, Sacramẽta reliqua nõ niſi per eccleſię miniſtros perficiunt, vno excepto baptiſmo propter eius extremã neceſsitatẽ: vt patet in ſacramẽto etiã pœnitentiæ, cuius actus nri ſunt materia veluti huius: ergo eadem rõne matrimoniũ, niſi per miniſtros eccleſię cõcilieť, nõ erit legitimũ & ſolidũ: & ea ꝓpter Euariſt⁹ can. Aliter. 30. q. 5. cẽſet clãcularia mrimonia adulteria potiùs vel ſtupra aut fornicatiões q̃ legitima cõiugia. ¶In contrariũ eſt, q̃ poſita cauſa poniť effect⁹: ſed cõſenſus eſt ſufficiens cauſa mrimonij, vt decernit Nicola⁹ can. Sufficiat. 27. q. 2. dicẽs, Sufficiat ſolus ſecũdùm leges cõſenſus eorum, de quorum quarũq; cõſenſu & cõiunctionib⁹ agiť: ergo clãdeſtinũ matrimoniũ eſt validũ.

Partes matrim.

Partitura ſtatuenda mum.

Secundũ gumentũ.

Diſcipline culis.

¶Clandeſtinũ mrimoniũ inter canonũ profeſſores ad ſex modos diſtinguiť, quos theologorũ nõnulli ab illis mutuant: nẽpe, q̃ ante legitimã ætatẽ cõtra prohibitionẽ eccleſię quipiã, vel mrimonia cõtrahũt, vel ſpõſalia. Itẽ q̃ ſpõſalia, quæ publica iudicis autoritate eſſent diſſoluẽda, priuatim ſpõſi dirimũt. Iſti aũt modi vel parũ, vel certè nihil ad rem ptinẽt. Bifariã ergo cõtingit mrimoniũ eſſe clãdeſtinũ. Vno modo (idq; maximè ꝓpriè) q̃ fit ſine teſtibus legitimis, per quos in foro eccleſiæ poſsit cõprobari. Atq; altero, tametſi nõ tam ꝓpriè, q̃ licẽt teſtes interfuerint, defuerunt tẽ banna: hoc eſt, proclamationes & denunciationes, quę iure debebant in eccleſia præcedere. Bannum quippe non eſt latinum nomẽ, ſed ex Gallico factitium.

Bifariã mrimoniũ eſſe clãdeſtinũ.

Banna quid.

Vnde

Secũdus modus.

Vt Innoc. cap. Cùm in tua, de ſpõſal. ſcribẽs epo Beluacẽſi Gallo, Bãnis, inquit, vt tuis verbis vtamur. Põt & quodãmodo clãdeſtinus appellari cõiugalis cõcubitus, qui ante ſolenẽ eccleſiæ benedictionẽ fit. Sermo aũt præſens non eſt de vſu, ſed de mrimonio ipſo dũ clanculò per cõſenſum de pnti innitiť. ¶Ex his colligiť, non eſſe idẽ matrimoniũ clãdeſtinũ & matrimoniũ minus ſolenne. Matrimoniũ quippe ſolẽne eſt, quod fit cũ oĩbus iuris ſolẽnitatibus, quas in decreto Euariſti paulo inferius adnotabimus: ſcilicet, cũ dote, paranymphis & bñdictionibus, &c. ſed tẽ non ob cuiuſq; ſolẽnitatis defectũ fit clãdeſtinũ.

Matrimoniũ clãdeſtinum & minus ſolenne idem.

¶His præhabitis ad quæſtionẽ duabus rñdetur cõcluſionibus. Sunt em̃ apud quos clãcularium matrimoniũ tam malè audiat, vt ſibi vix perſuadeãt eſſe validũ. Enimuerò Eraſm⁹ ſuper Matth. c. 9. Quod hodie, inquit, paſsim in ſcholis dictitant, ſolo cõſenſu cõtrahi matrimoniũ, vtinã tam ꝓbatũ eſſet, q̃ receptũ. Idq; ſuper priorẽ epiſt. ad Cor. ca. 7. ampliſicãs ait, q̃ cùm neq; apud ethnicos neq; apud Iudęos matrimoniũ eſſet, niſi quod parentũ aut tutorũ autoritate cõprobaretur, tẽ apud vtroſq; quibuſdã ex cauſis dirimi poterat: & tẽ apud Chrianos, cùm parentum cõſenſus nõ exiſtimeť neceſſarius, ſed ſæpè inter pueros & puellas per lenones ac temulentos matrimoniũ copuleť, indiſſolubile reputať. Nã quæ nos de conſenſu (inquit) verbis de pnti derato & non rato diſſerimus, humanæ ſunt interpretationes, non oracula Dei. Sub quæ multa cõgeriť. nat ad perſuadendũ matrimonia pluribus de cauſis debere diſſolui: eadẽq; profectò tum ex nimia licẽcia deprõpta, tum perinde quæ ſilẽtio cõſultiùs ſepeliiſſet. Igitur de matrimoniorũ diuortijs diſt. 36. agẽdum ſupereſt, hic interim de clãdeſtino matrimonio rñdere oportet. ¶Sit ergo prima cõcluſio. Cõſultiſsimè ab eccleſia cautũ eſt, ne clanculò matrimonia copulenť. Eſt em̃ in hmõi cautione rõnis plurimũ. Primũ ſi quidẽ ius naturę, quo parẽtes in liberos fungun tur, ſub quorũ ſunt poteſtate, exigit vt citra eorum conſenſum nihil nati deliberẽt, de re potiſsimùm & vinculo vnde totum vitæ inſtitutum pendet, quale eſt coniugium. ¶Secũdò & perpetuitatis ratio, & amoris nexus, quo debẽt coniuges cõglutinari, per q̃ maturum cõſilium in paſciſcẽdis cõciliandisq; nuptijs expoſcit, ne facti, q̃ leuiter contractum eſt, diu cõtrahentes pœniteat: quã ob rẽ plurima diſſociant mrimonia. Id quod puellæ

Eraſmus.

Primã concluſio.

Ratio.

Rõ ſecũda.

præſertim animaduertere deberẽt: nam quo ſe faciliùs viris permittũt, ſatietatẽ illis citiùs & nauſeam ingenerant, ac ſubinde deſpicatius contẽnuntur. Iuxta verbũ Aug. ſupra citatũ can. Inſtitutũ. 27. q. 2. Vilem habet mariti datam, q̃ non ſuſpirauit ſpõſus dilatam.

Auguſt.

¶Sed oĩm potiſsima cauſa & ratio eſt, q̃ matrimonia clãdeſtina ſæpè conſueuerũt priuatim dirimi: ſolẽt, inquã, parẽtes filias & filios qui in cõtrahendis matrimonijs honori ſuo & cõmodo minimè conſultũ curarunt ad alias nuptias adigere. Quã ob rem quã plurimi ſæpiſsimè ſolent, ſecunda, quæ falſa ſunt matrimonia ſuſtinentes, in perpetuo adulterio viuere, & illegitimos ſuſcipere liberos. Quin verò & eccleſia, cui de primo legitimè nõ conſtat, illos ad ſecundũ cõpelliť: cùm tẽ, vt diximus, & infra repetituri ſumus, potiùs debeat tunc coniux mortẽ perpeti, q̃ cum ſecũdo marito in rem vxoriã conſentire. Quæ quidẽ pericula adeò ſunt tum frequẽtia, tum etiam magna, vt nihil aliud ſanẽta eccleſia, q̃ rem conſultiſsimã faceret, ſi rationẽ excogitaret, qua poſſet matrimonia clãdeſtina: ſcilicet, quæ duobus tribuſve ſaltẽ teſtibus comprobari non poſſent, perinde irrita ac nulla æſtimare, atque illa, quæ inter cognatos in quarto gradu cõtrahunť. De qua vtiq; re in Tridẽtino cõcilio exijt ſæpè ſermo inter patres. At quia nunq̃ ad hoc ſacramentũ peruẽtum fuit, ab eodem interim ſermone fuit ſuperſeſſum. Eſt em̃ res, quæ vel per ſolũ œcumenicũ conciliũ, vel per Summũ Ponti. quã maturiſsimo conſilio põt debetq; adeò deſiniri. Et ideo nos nil hic aliud q̃ quod illic diximus, repetim⁹. Nã vt vbiq;, ita hìc id quod eccleſia ſancit prudẽtius eſt & æquius. ¶Accedit in confirmationẽ huius cõcluſionis, q̃ cùm matrimoniũ verũ ſit ſacramentũ, ratio religiõis poſtulat, vt nõ niſi per miniſtros eccleſiæ celebret: quod in clãdeſtinis nõ obſeruať. ¶His ergo ratiõibus ſanẽti patres imbuti eiuſmodi occulta latẽtiaq; matrimonia inhibuerũt. Vnde vetuſtiſsimus Euariſtus Papa can. Aliter. citato. 30. q. 5. Aliter, inquit, legitimũ non fit coniugium (legitimũ: ſcilicet, vt leges præſcribũt) niſi ab ijs, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur vxor petatur, & à parentibus & propinquioribus ſpõſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore, vt mos eſt, cum precibus & oblatiõibus à ſacerdote benedicať, & à paranymphis (vt cõſuetudo docet) cuſtodita & conſociata à proximis congruę

Ratio potiſſima.

In cõci. Tridentino hac de re habita ſerme.

Concluſio. cõfirmatio.

Euariſtus.

Universidad de Deusto Biblioteca

gruo tẽpore ac solẽniter accipiatur, & biduò vel triduò orationibus vacent, vt castitatem custodiant. Paranymphi aũt sunt, quos vulgus patrinos vocat. Aliter verò, inquit, præsumpta non coniugia, sed adulteria vel cõtubernia vel stupra &c. esse nõ dubitet: nisi voluntas ꝓpria suffragauerit, & vota succurrerint legitima. Idemq; cauetur cap. Nullus. & Nostrates. atq; alijs subsequẽtib⁹. Et Ambr. lib. Epist. 9. episto. 1. ad Vigiliũ. Cùm ipsum, inquit, coniugiũ velamine sacerdotali & benedictiõe sanctificare oporteat, quõ põt aliter coniugiũ appellari? In prædicto ergo canone & apud Ambr. describit matrimoniũ nõ solùm publicũ, vt distinguit cõtra clãdestinũ, sed quod est insuper solẽne: nẽpe, iuris solẽnitatib⁹ exornatũ. ¶ Deinde verò ad maiorẽ cautelã cœperunt fieri illæ denũciatiões & proclamationes in ecclesia diebus aliquot festis, vt impedimẽta matrimonij contrahẽdi qui nossent, denũciarẽt. Et forsan mos ille cœpit in Gallijs, vbi banna nũcupata sunt: vt supra, ex cap. Cùm in tua. de spõsalib. conjectura fecimus. Demũ Inno. cap. Cùm inhibitio. de clandest. despõ. quo eiusmodi furtiua coniugia penitius inhiberet, specialẽ illã quorundã locorũ cõsuetudinẽ bannorũ ad totã ecclesiam gñaliter prorogandã statuit, pœnasq; in trãsgressores decreuit. Est & clãdestinũ matrimoniũ legibus ciuilibus reprobatũ, vt. l. In sponsalibus. 1. eo. titu. & de ritu nupt. l. Nuptiæ. vbi habet, nuptias nõ consistere nisi consentiant oẽs, sub quorũ potestate sunt cõtrahentes. ¶ Veruntamẽ his minimè repugnãtibus subnectit secũda cõclusio. Clãdestinũ matrimoniũ si modò ꝑ verba de pũti (semotis etiã oibus arbitris) fiat, validũ est. Assertio est decreti supra citati, Sufficiat. 27. q. 2. vbi habet solum cõsensum contrahẽtiũ sufficere. Idẽq; habet can. Matrimoniũ. & can. Omnes. Cui cõcinit & lex ciuilis. Sufficit. titul. citat. Id quod dist. præcedẽti. q. 1. locupletiùs demõstrauimus. Nihil em̃ magis naturale est, q̃ vt possit per suã quisq; volũtatem alteri se in coniugem tradere. Quocirca etsi decentissimũ sit, vt nõ nisi magno consilio & deliberatiõe mtimonia cõfœderent, tñ quantũ ad sacramẽti substantiã & cõtractus vinculũ sat est cõsensus esse liberos. Nã si ꝓpter defectũ maturitatis cõsilij matrimonia, vt supra citatus Erasmus autumat, essent disgregãda, & ꝓpter alia dissidia & tœdia, quæ inter cõiuges oboriri cõsueuerũt, rara essent quæ firma permanerent: atq; adeò ratio matrimonij, quæ in perpetuitate consistit, deperiret. Venerabilis quidẽ Hugo lib. 2. de sacra. parte. 11. cap. 6. dicere videt furtiuos istos consensus, qui nullo testimonio probant, irritos esse debere. Attamẽ hoc disputãdo profert, nõ asserendo: nã extẽplò subdit, quod siue in manifesto siue in occulto talis sit consensus, perfectũ iudicat sacramentũ coniugij. ¶ Ad primũ igit argumentũ negat pari modo esse prohibita clãdestina matrimonia, vt inter cognatos. Nã cognati censent ab ecclesia illegitima materia matrimonij, veluti & illi, qui voto solẽni religiõis se adstrinxerũt: & ideo illa ꝓhibitio pertinet ad essentiã matrimonij: sed tñ prohibitio clãdestini cõiugij nõ tangit materiã aut formam, sed modum. ¶ Vtrùm verò ecclesia possit facere, vt cõsensus absq; testibus nullius habeant momenti, sicut solenne votũ non approbat, nisi cũ certis ceremonijs celebratũ, ad iudiciũ ipsius ecclesiæ, vt nuperrimè dicebamus, referẽdum est, si de hoc ei aliq̃n consultandum duxerit. ¶ Ad secundũ rñdetur, in cæteris sacramẽtis nunquã sic actus suscipientiũ esse materiam, vt attingant effectũ sacramẽti sine actiõe ministri: hac em̃ ratiõe in pœnitẽtia absolutio sacerdotis est necessaria. Actus verò cõtrahẽtiũ sunt sufficiẽtes ad innodandũ matrimonij vinculũ, ac perinde ac sacramentalẽ gratiã: & ideo sacerdotale munus nõ est de eius essentia. ¶ Ad aliud de parẽtibus, quos diximus ius habere despõsandi filios, id planè cõceditur: attamen filij non sunt sic sub eorum potestate, vt bruta vel mãcipiã: quæ sui corporis potestatẽ non habẽt, sed ceu liberi, vt educent ab illis: & ideò licẽt obedire teneant parẽtibus: dum bene eis de matrimonio consulunt, & nonnunquã sit mortale peccatũ nõ esse eis audientes & obediẽtes, nihilominus ꝓpria eorũ volũtas celebrãdo matrimonio sufficit. Põtifices verò in detestationẽ matrimoniorũ, quæ clã fiũt, exaggeratiõis schemate appellãt illa potiùs stupra & adulteria q̃ legitima cõiugia: quia nõ sunt solẽnia secũdum tenorem legis: atq; adeò in facie & iudicio ecclesiæ reputant stupra & fornicatiões, quanuis in foro conscientiæ sint vera matrimonia. Idque videtur Euaristus Papa insinuasse in vltimis verbis canonis, dicens non esse legitima coniugia, nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima, quasi dixerit, si tamen proprij consensus interuenerint, quanuis occulti, verum erit secundum conscientiam matrimonium.

Paranymphi. *Ambro.* *Banna vũ originẽ traxerint.* *Capit. Cùm inhibitio.* *Secunda cõclusio.* *Hugo.* *Solutio primi arg.* *Nota.* *Solutio 2di arg.* *Parẽtes desponsant filios.* *Euarist. Solu.*

ARTI-

ARTICVLVS. II.

Vtrùm clandestinum matrimoniũ nonnunquam sit licitum.

SVbsequitur, vt de culpa & pœna deq; dispẽsatione hmõi matrimonij dicam⁹, vtrùm scilicet aliq̃ũ sit licitũ. Et arguitur à parte negatiua. Nunq̃ ab ecclesiæ obediẽtia neq; vnguem deflectere licet: ecclesia aũt, idq; sanctissimè & cõsultissimè, furtiua hęc clandestina q; matrimonia inhibet: ergo secus facere nunq̃ licet. ¶ Secũdò arguit, Parẽtes & Rempub. offendere non põt non esse impiũ: qui aũt clanculò contrahũt, & parẽtes offendũt & Rempub. quę inde plurimùm conturbat, q̃ illegitima matrimonia atq; adeò illegitimi hęredes inserpant: ergo nunquã hmõi matrimonia sunt licita. Atq; inde colligendũ apparet quod Papa prętẽr rationẽ & prudentiam super his dispẽsaret. ¶ Tertiò deniq; arguit. Si matrimoniũ clandestinũ vllo pacto esset validũ, sequeret q̃ semper illud ecclesia deberet habere ꝓrato: atq; adeò si alteruter cõiugũ trãsiret ad secũdas nuptias, nõ posset illũ cõpellere, vt in eisdẽ perseueraret: qa vsus illarũ est merum adulteriũ: quod ecclesia nequit ratũ habere: cùm ergo vsus doceat, q̃ secũdũ matrimoniũ quod in manifesto fit, approbet: fit, vt prius in occulto factũ nullũ fuerit. ¶ In contrariũ tñ est, q̃ cùm matrimoniũ fieri in manifesto non sit de eius essentia, sed ecclesiastica constitutio, euenire põt casus, qui licitè à cõmuni prohibitiõe excipiatur. ¶ Ad hãc quęstionẽ tribus cõclusionibus rñdetur. Prima. Matrimoniũ clandestinũ generẽ suo ab ijs nudatũ incõmodis, quę accidere solẽt, & ecclesiæ prohibitiõe, nullũ est peccatũ. Nam quẽadmodũ põt quisq; sua bona alteri absq; arbitris & testibus tradere, ita & se põt alteri cõiugare. Si opinio illa, quã dist. 26. recitauimus: scilicet, quod per cõsensus cõtrahentiũ non cõsertur grã, nisi interueniat forma sacerdotis, Ego vos cõiungo: cõsequẽs fieret, peccatũ per se esse mortale absq; sacerdote cõtrahere. Sed iã diximus nihil ꝓbabilitatis eiusmodi opinionẽ cõtinere. ¶ Secũda cõclusio. Matrimoniũ clandestinũ rõne incommodorũ subsequentiũ, & prohibitiõis ecclesiæ, nisi aliqua sit legitima excusatio, est peccatũ mortale. Appellamus id modò clãdestinum, cui duo saltẽ trefve testes nõ intersunt, quorũ testimonio in foro ecclesię ꝓbari possit. Probat: quia nõ obedire ecclesiæ peccatũ mortale est, nisi ex leuitate materiæ excusẽt: hoc autem ecclesiæ pręceptũ est de re grauis: q̃ vt explicatũ est, magni refert tum ad trãquillitatẽ Reip. tũ præsertim ad sacramẽti firmitatẽ, & ad falsas cauẽdas nuptias & ꝓles: ergo hmõi præcepto nõ obtẽperare peccatũ mortale est. Quòd, si qs arguat, saltẽ dũ aliqui clãculò cõtrahunt, in quibus impedimentũ matrimoniũ dirimẽs interuenit, nullũ pẽtñ incurri, neq; suãm excõicationis, qm̃ cùm nõ sit matrimoniũ, nõ censetur clandestinũ. Rñdetur nihilominꝰ, illos peccare, & excõicationi se subdere. Imò ea de causa furtiua matrimonia interdicuntur, ne eiusmodi vicios matrimonia attentent. Quocirca in clemẽ. de cõsang. & affini. cõtrahentes in gradib⁹ prohibitis sniæ excõicatiõis subijciunt. ¶ Tertia cõclusio. Sunt euẽtus plures, in quibus dispẽsare licet, & decet. Idque vniuersim fieri põt per epm: imò in quib⁹ si copia epi haberi nõ posset, vel si ipse iniustè dispensare renuerit, valeãt priuata autoritate spõsi citra culpã cõtrahere. Primò nanq; q̃ũ matrimoniũ in facie ecclesiæ celebratũ est, quod tñ in veritate ꝓpter occultũ impedimentũ nullũ fuit: tũc obtẽta dispẽsatiõe nõ debet matrimoniũ iterũ publicitus contrahi, ne oriat scandalũ, sed secretò debẽt cõiuges iterũ mutuo cõsentire. Imò si alter tñ impedimentũ nouit, nõ oportet id alteri reuelare, sed dissimulãter psuadere, vt se habeat ꝓ cõiuge. Secũdò vt ait Caiequęsito. 2. de matrimonio super. 3. par. si repẽtinus casus rationẽ offerret contrahẽdi: & testes haberi nõ posset. Vt si in inuasiõe & direptione ciuitatis rõne cõiugij seruari aliqui incolumes possent, qui soluti nõ valerẽt, possent subitò cõtrahere cõsummareq; mtimoniũ: Vel fac cõcubinarios iter faciẽtes, vl alia rõne cõprehensos, in periculũ ob cõcubinatum incidere, subitò tũ possent matrimoniũ secretò cõtrahere, vt affirmarẽt se esse coniuges. Adde q̃ vbi iuuenis, alteruter sexus injuriã vel à parẽtibus vel à tutoribus atrocem pateret: quia iniquè nollẽt puellã nuptui tradere, vt patrimoniũ suũ consumerẽt, posset quidẽ citra mortale, imò absq; aliqua culpa, secretò nubere honesto iuueni, vbi tuta esset, q̃ ipse postmodum matrimoniũ non negaret. Quin verò si quipiam essent soli quibus ex re maximè esset cõiugari, & valde metuerent illo elapso tempore inhibendos fore, ne contrahere possent, tunc si secretò in matrimoniũ consentirẽt, animo postmodũ publicandi, non video quidnã culpæ, saltẽ mortalis, com-

Pars negatiua argumẽtum primum. *Secundũ argumentũ.* *Tertium argumentũ.* *Pars affirmatiua.* *Prima cõclusio.* *Secunda cõclusio.* *Clãdestinũ quid.* *Ratio cõclusionis.* *Obiectio.* *Dilutio.* *Tertia cõclusio.* *Primus casus.* *Aliud exẽplum.* *Tertiũ exẽplum.* *Quartũ exẽplum.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Dubium. lis, cõmitterent. ¶Quid aũt si vir nobilis matronam aliquã honestã, cum qua cõsuetudinẽ habuit, ea conditiõe duceret, vt matrimoniũ esset perpetuò aut in longũ tempus secretũ, vel alia quauis honesta causa talis conditio poneret, vtrùm fas esset & licitũ. Rãdetur q̃ quantũ est ex natura matrimonij nihil mali habet. Sed tñ ratione emergentium detrimentorũ & ratione scandali vix posset à culpa mortali excusari in longũ tẽpus. Nã qui in viro consuetudinẽ illam frequẽtandi alienas ædes videret, scandalũ datum acciperent. Et prẽterea nõ posset cõmodè dari operã liberis educãdis. Imò & periculũ immineret, ne nõ haberent ꝓ legitimis: eo quòd matrimoniũ in facie ecclesiẽ nõ esset celebratũ. Quod aũt in paruũ tempus secretũ teneret, dum res & pacta, cõmodè cõponi possent, aut nullum esset peccatũ, aut non mortale.

Bannorum mos. ¶De bãnis verò quidnã necessitatis habeãt, dicere restat: nã etsi in prẽallegato cap. Cùm inhibitio. Innoc. bannorũ morẽ ad omnẽ ecclesiã prorogauerit, nõ tñ vniuersim est mos ille receptus. Item casus nõ pauci sunt, in quibus, vt doctorũ habet cõsensus, dispensare licet, ne fiant. In primis cum magnatibus, qui magna cũ deliberatione solent cõnubia tractare, facilè dispẽsari permittit. Deinde, dum nullius subest impedimẽti timor. Adhæc & ꝓpter contrahentiũ verecundiã, vt si egregiè nobilis ignobilẽ ducat, aut ditissimus pauperem, aut senex puellã. In quibus oibus euentibus eps, ex cõsuetudine per Papã dissimulata, vt scitè ait Paluda. dispẽsare valet ne bãna fiant. Sed omniũ vrgentissimus casus est, dum periculũ timet, ne per banna, quib⁹ matrimoniorũ impedimẽta caueri curant, obstacula potiùs obijciant, ne fiant. Quæ quidẽ causa frequẽtissima est, præsertim in Hispania. Profectò si bannorũ stata tẽpora expectarent, vix possent nuptiarũ pacta confici, adeò vel ex inuidia vel alia de causa offendicula occurrerẽt, quæ rẽ vel differrẽt, vel prorsus dissoluerẽt. Qua vtiq; de causa in multis ecclesijs Hispaniæ, quarũ princeps est Toletana, & secundũ eam aliæ, hmõi ritus aboleuit ab vsu, vbi ob eorũ defectũ nõ ęstimãtur clandestina matrimonia, sed solùm ob defectũ testiũ. Et vbi idẽ ritus permanet, multa crebrescũt incõmoda. Sunt em̃ nonnullæ ecclesiẽ, in quibus in toto vno seculo nulla fiũt bãna, & tñ antistites neutiq̃ dispẽsare volũt, vt matrimonia absq; illis contrahant, sed sententia excõicationis cõtrahentes vulnerant, à qua nisi certa mulcta pecuniaria in fabricã ecclesiæ soluta absoluere illos vetant. Imò illa de causa aiunt se nolle dispẽsare, ne fabricã illo subsidio defraudẽt. Cõsultò ergo permittunt excõicatos cõtrahere, quos illicò soluta pœna absoluunt. Aduersus hunc idcirco ritũ, ne abusum dixerim, fateor me sæpè reclamasse. Primùm em̃ omniũ hoc abusu fit, vt per nullũ vnquam sacramentũ matrimonij gratia cõferatur: quin verò nullũ nisi in peccato mortali fiat. Quo nescio quid absurdi⁹ dici possit. Saluberrimũ ergo esset eiusmodi bannorũ ritum, vbi nullus eius fructus expectatur, exẽplo aliarũ ecclesiarũ dissimulare, aut prorsum explodere & cum quibuscũq; cõtrahere volentibus dispensare, ne in peccato excõicati contrahant, dum tñ legitimi interfint testes, quib⁹ valeat ecclesiæ matrimonium innotescere. Nam propriè clandestinũ matrimoniũ illud iure censendum est, quod clam ecclesia fit, hoc est, ipsa nesciẽte, vtpote sine testibus, per quos illi cõstare possit. Banna em̃ quanuis ad maiorẽ cautelã fuerint adiecta, non sunt vsq; adeò necessaria. Præsertim cùm in prædictis ecclesijs, nec finis ipse, ob quẽ instituta sunt, seruetur: q̃m nulla adhibetur à prælatis cura inquirẽdi si quid impedimentorũ matrimonio contrahendo obsit: sed soluta pœna statim cõiuges absoluũtur. Et esset longè salubrius vt fabrica in summa esset egestate, q̃ tali via subsidia corradere. ¶Quò igitur ad ius cõmune reuertamur, nulla est per ipsum decreta vel excõicationis vel alius censuræ pœna contrahẽtibus absq; bannis & clanculò: sed peculiariter nonnulli prælati illã censurã in suis diœcesibus ad canones, vt aiunt, adijciunt. Et certè si summi Põtifices & cõcilia tales sniãs & censuras iudicassent necessarias, ab ipsis essent adiectæ: & ideo cõsultius forsan esset, ius cõmune relinquere nudũ, ne leges particulares in eã suspicionẽ veniãt, quod ꝓpter subsidiũ potius fabricarũ q̃ animarũ sint positæ. Zelus venerandi sacramenti matrimonij me in hæc verba cõpulit. ¶Ex his primùm colligit, q̃ qui hmõi excõicationis censurã ignorant, minimè eam incurrunt: Imò forsan quanuis aliqua sua culpa vincibiliter, vt aiunt, ignorẽt: q̃m licet à cẽsura iuris cõis & summi Pontifi. nulla excuset ignorantia vincibilis, excusat tñ, vt nobiles autores docent, à censuris particularium prælatorum. Dum tñ ignorãtia, crassa non fuerit & supina, vt ait Bonif. cap. vt animarum de constit. libro. 6. crassa verò est & supina, quę vel ex malitia, vel ex nimia negligentia procedit. Rursus in illis supra recensitis euentibus, quibus ratio admonet, vt ep̃us dispenset, si copia ep̃i haberi tunc non põt, nec peccatum neq; excõicationis snia incurritur contrahendo. Adhęc si episcopus petitam facultatem sine causa denegauerit, profectò tunc contrahentes non peccabunt, neq; excõicationis vinculo ligabuntur. Neq; verò in cãm non dispensandi vllo pacto adduci debet, ne fabrica subsidio mulctæ fraudetur: q̃m illa mulcta & pœna vbi causa intercedit dispẽsandi, iniquissima est. Adde, q̃ etiã illi, qui censurã incurrerint, pũt per priuilegia diplomatũ apostolicorum: hoc est, per bullas, absolui, mulcta etiã synodali non solutã: nã etsi diplomata non cõcedant, vt eorum virtute quisquã anteq̃ fuerit parti satisfactũ, absoluatur, tñ iudex non est pars, sed tertius inter partes. Et ideò pensio quæ synodalis est eadẽq; fabricæ applicata, ad satisfactionẽ partis nequaquã, pertinet, sed ad reorum vltionẽ. Ob idq; cùm Papa illam exceptionẽ non faciat, rectè põt reus absolui ab excõicatione & pœna. Quando verò in iudicio quis esset condẽnatus ad aliquã pecuniã, qui quidem in sententiam consensit: quia tunc illa pœna transiuit in rem iudicatã, non potest vigore bullarum relaxari.

Primus casus. *Secundus.* *Tertius.* *Quartus.* *Nota rõnẽ vrgentissimam.* *Improbamos illos.* *Bannorum ritum aboleri mum.* *Qui hmõi censurã incurrerũt ꝓ bulla cruciatæ absoluũtur.* *Nota.* *Pœna clandestini matrimonij.* *Bannorum sunt sub cautiũ ꝓ.* *Quis censura incurrat.* *Intellectus, cap. sinã. de clandest. de Bonif.*

¶Aliæ sunt censuræ & pœnæ in transgressores prohibitionis clãdestini matrimonij eodem cap. si. de clãdesti. despon. decretæ: præter peccatũ mortale, quod illic cõmittit, si sine causa & licencia id fiat: videlicet, vt parochialis sacerdos vel monachus, qui illic interfuerit, ab officio suspendat̃ per trienniũ. Et præterea vt filij ex eo matrimonio suscepti non habeant̃ legitimi. Vbi glossa, quã Palu. & Archidia. sequunt̃, eandẽ illegitimationis pœnã incurri autumat solùm ꝓpter bannorum omissionẽ, vbi eorum cõsuetudo viget. Panor. verò atq; alij quos Sylueſt. verb. Matrimoniũ. 2. §. vlt. approbat, aiũt, q̃ vbi testes interfuerint, sola bannorũ prætermissio tam graue pœnam nõ incutiat. Miror tñ vtrosq; de intellectu huiꝰ textus hallucinatos. Papa enim illic non censet filios esse illegitimos ob sola clãdestina & interdicta matrimonia, siue banna defuerint, siue etiã testes, sed si cõtrahãtur in gradu ꝓhibito, etiã si parẽtes impedimentũ matrimonij ignorauerint. Nam si contrahant̃ in gradu concesso q̃q̃ sine bannis & testibus illico subdit, non aliã pœnã, q̃ q̃ condigna pœnitentia contrahentibus ob suam culpã inijungat̃. Et profectò vsus ecclesiæ nunq̃ illegitimos liberos ob solũ clandestinũ matrimoniũ censet: sed duntaxat, q̃m matrimoniũ propter impedimentũ pronunciat̃ fuisse nullũ. Nam tunc etiã si parẽtes impedimentum ignorauerint filij nihilominus sunt spurij. ¶Sed rogas. Quid opus illic erat hoc admonere, sanè cum liquidũ sit cõtrahẽtes in gradu prohibito nõ verè cõtrahere, atq; adeò nec filios, pereare legitimos? Rãdet, hoc Papam admonuisse ne liberis ignorãtia parentũ suffragari posset, contẽdentibus eo q̃ bona fide fuerint progeniti, habẽdos esse pro legitimis: Decernit ergo Papa, q̃ parentũ ignorãtia propter clandestinã desponsationẽ non est ceu bona fides cẽsenda, quæ possit spurijs liberis patrocinari. Et simili ratiõe lucidũ fit subsequens verbũ prædicti cap. videlicet, q̃ si ambo parẽtes matrimonij impedimentũ sciuerint, q̃uis in facie ecclesiæ contrahant, filij sunt illegitimi. Papa em̃ nõ ambigebat, quin si impedimentum subest, siue sciuerint, siue ignorauerint, nullum sit matrimoniũ: atq; adeò nec in dubium euocabat, quin filij sint illegitimi: sed censet, q̃ sicut ignorantia parentũ ob clandestinã desponsationem iuuare, ceu bona fides nequit liberos contendẽtes quantũ ad honores & successiones habendos esse, ꝓ legitimis, ita vice versa ꝓpter malam fidẽ amborum parentũ, quos impedimentũ matrimonij non latebat, non posit filijs patrocinari, quod in facie ecclesiẽ fuerit matrimoniũ celebratũ. Et q̃m pœnæ sunt coarctãdæ, fortasse glossã prædicti cap. spernenda non est, quæ ait, q̃ vbi alter tantùm parentũ impedimentũ nouerit, valeant tunc liberi contendere se esse legitimos. Sed de hoc vsus & mos ecclesiæ cõsulendus est. Illegitimi verò censent̃, tum in foro ecclesiastico quãtùm ad honores obeundos & sacerdotia suscipiẽda, tum etiã in foro ciuili quãtùm ad successionẽ in hæreditate. De qua sermo iterum distinct. sequenti quæst. 1. redibit.

Dubium. *Dilutio.* *Obiectio.* *Solutio.*

¶Postrema deniq; ambiguitas emergit de consummatione matrimonij ante solemnem benedictionem ecclesiæ. Apparet enim peccatum esse mortale postq̃ Ambrosius proximè citatus matrimoniũ, quod non est benedictione sanctificatũ, renuit appellare coniugium. Cui consonat & Euaristus can. Aliter. 30. q. 5. & Silicius Papa in epistola ad Pomeriũ cap. 4. Illa, inquit, benedictio, quã nupturæ fœminæ sacerdos imponit, sacrilegiũ est, si violetur. Et can. Consanguineorum. 1. q. 4. idem

An cõsummatio matrimonij ante bnedictionem ecclesiæ sit mortalis culpa. *Euaristus.* *Silicius.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Calixtus. idem fermè ait Calixtus, Idemq; expressiùs 35.q.3.capit.Nulli.habet ex concilio Lugdunensi.Ob hæc atq; alia id genus testimonia

VValdēsis. VValdensis tomo.2.de sacramentis. cap.133. arbitratur peccatū esse mortale absq; benedictione rei vxorię vacare.Idemq; ex Iurecōsultis non pauci affirmant, quos Sylu. verb.

Sylvest. Debitum coniugale.§.9.refert.Tametsi quidam dicant, primum congressum esse mortale delictum, subsequentes verò non item.

Ricardus. At Ricardus dist.præsenti, aliter distinguit, dicens petere tūc debitum,mortale esse,red-

Caietanus. dere verò minimè. Sed Caietanus super. 3. part.quæsito.2. de vsu matrimonij simpliciter negat mortale crimen esse benedictionē ecclesiæ per rem vxoriam præuenire, nisi id fortè ex contemptu fiat.Et est opinio, quæ longè plus,pbabilitatis & securitatis affert. Ad cuius intellectum notādum, quòd in primitiua ecclesia priùs per sponsalia de futuro nuptiarum pacta firmabantur:cōsensus autem de præsenti non adhibebantur nisi ad valuas ecclesiæ cum benedictiōibus: & ideo maior tunc earundem benedictionum ratio habebatur, acsi absq; illis censeretur matrimonium clādestinum. Tametsi in locis etiā vbi talis vsus vigebat, omissio earum non reputabat mortalis, vt Nicolaus Papa in can. Nostrates.30. quæst.5. annotauit, dicens q̄ si cuncta nuptiarum solennia defuerint,non

Ratio. ideò peccatum interuenit. At verò postquā mos increbruit, vt matrimonia per verba de præsenti ante benedictionem cōtrahantur, earundem benedictionū omissio matrimonium non facit clandestinum, si alioqui publicè fiat. Et ideò non est cur peccato mortali tribuatur, matrimonium absq; illis cōsummare.Imò verò in Germania in nocte, pridie quàm benedictiones fiant, cōsueuerunt

Conci.Florētinum. coniuges concubere. Et in concilio Florentino quia Ioannes Hus & VVitcleff eiusmodi benedictiones cōtemnebant, sub hac forma interrogati sunt. Vtrùm credant q̄ contemnens susceptionem solennitatis sacramentorum confirmationis, extremæ vnctionis & matrimonij peccet mortaliter. Solus ergo cōtemptus mortali macula denotatur: esset autem contemptus vbi quis perinde eas nihili faceret, acsi non essent ab ecclesia institutæ,

Nota dictū S.Thomæ. sed essent res vanæ. Vnde S.Tho.distin. præsenti art.2.solut.ad.1.ait, quòd si sponsa spōsum admittat credēs eum velle matrimoniū cōsummare,excusatur à peccato, nisi aliqua expressa signa fraudis apparcant. Vbi quanuis sermonem non inierit de excusatione ab omissione benedictionis, sed de excusatione à peccato fornicationis: quia fit tunc legitimum matrimonium: insinuat tamen quòd illa clancularia consummatio ante bñdictionem non est peccatū,saltem mortale: est aūt veniale si absq; vlla causa fiat:quia legitimus ecclesiæ ordo anteuertitur,qui est:vt antevsum matrimonij, vt debitè & idoneè coram Deo fiat,spōsi benedicant. ¶Dixerim absq; vlla causa:quia quāuis nulla occurreret alia, consulendum est sponsis, qui per verba de præsenti contraxerūt, dum benedictionum solēnitas prolatatur & procrastinatur,si pudicè nequeunt continere, vt matrimonium consummēt ad euitandas absurdas & obscænas pollutiones,quæ inter ipsos interuenire assolent.Id quod puellarum matres animad uertere debent:quæ ne filiæ ad velum corruptę accedant, nihili æstimant quòd alijs absurditatibus polluantur.

Abs q̄ causa.

¶Ad primum igitur argumētum respondet, quod si fiat de matrimonio propriè clandestino, quod fit absq; testibus, probè concludit esse mortale propter incommoda, quæ habet annexa,vt conclusione secunda explicatum est. Si verò argumētum obijciatur de illo,quod fit sine bannis,respondetur,quòd stando in iure communi, non est peccatum mortale illa prętermittere:quia non tanti referunt,vt credātur cum tanto pondere iussa, sed excommunicationes particularium antistitum culpam mortalem offerunt. De quibus tamen satis supra dictum est. Quod aūt pro causa rationabili Episcopi super eisdem dispensare debeant,& possint, non est in dubium euocādum. ¶Tertiū argumentū maioris est momenti: nempe, de illo, qui postq̄ clandestinè cōtraxit cum vna,publicè de facto contraxit cum altera, cum qua ab ecclesia cohabitare compellitur, quidnam sit facturus.Magister nanq; senten. dist.38. arbitratus est per obedientiam ecclesiæ excusari à peccato quanuis debitum reddat. In quo, vt dist.37.art.5.videbimus,non tenetur. Quidam autem nuper peiùs de hac re opinabat: nam Magister dixit,eum quodammodo excusari à culpa:iste aūt, imò contra vniuersalissimam omnium opinionem & planam veritatem, contendebat,q̄ in tali casu licitū sit minus peccatum committere ad euitādum maius:nempe,debitum illegitimæ vxori reddere ad euitandum inobediētiæ crimen,quā ab ecclesia cogitur, vel saltem ad cauendam mortem.

Dubia.

Opinio incipiens.

Si quis ei illā cōminaretur,nisi fornicationis flagitium committeret. Sentētia eius, quam ab ipso scriptā legi, sic habebat. Qui minus peccatum cōmittit causa vitandi maius, cùm simul vtrunq; vitare nō potest, istunc non peccare intelligitur. Et mirabat theologorum ignorātiam, qui illum sensum nunquam concepissent, quousque suis ipse

Casus. rationibus eos cōuicit. Hinc ergo inferebat, q̄ Terentia, quæ post priores legitimas nuptias cum Sempronio secundo viro, priore viuēte,cohabitare cogebatur,reddere illi deberet debitum,maximè si mortem, dum renueret, timeret. Atque hoc aiebat non nisi

Sentētia autoris. prodigos vitæ negare potuisse. ¶Sanè verò mirandum potiùs est, vt quispiam theologi nomine dignus in animum cōmentum hoc inducere potuerit. Primùm enim omnium ineptus error est dicere,q̄ liceat minus peccatum committere ad euitandum maius, imò

Nota. nec minimum ad vitandum maximum. Nō enim idem est dicere ex duob' malis minus esse eligendum, aut permittēdum, quod Philosophus docuit, & minus committendum peccatum ad euitandum maius. Licet enim mihi bonorum meorum iacturam facere ad redimendam vitam, iactura tamen tunc illa bonorum nullum est peccatum: quia dum illo vestitur fine, rationē exuit prodigalitatis. Est enim contradictionis implicatio, q̄ liceat minus peccatum committere ad cauendum maximum:nam peccatum nullum est, nisi id,quod non licet:quare si licet, peccatū

August. non est, & si peccatum est, non licet. Vnde August.lib.de mendacio cap.18.peccata, inquit,esse definunt,quæ propter grauiora vitanda suscipiuntur. Quare cum hanc sententiam idem doctor allegauerit, non debuisset in illo falso sermone persistere, minus peccatum committendum ad euitandum maius, sed dicere,q̄ liceret illud minus malum facere,quod aliàs per se peccatum esset, ad euitādum grauius. Ille enim est sensus concilij Toletani can. Duo mala.13.distinct. Qui enim iurauit hominem interficere, si illum propter iuramentum interficiat,vt Herodes Ioannē, grauiùs peccat,si tamen non interficiat, quā uis fractio iuramenti per se peccatum esset, tamen in tali casu nullum est.Iurasse tūc,inquam,rem illicitam peccatum fuit, sed iura-

Gregor. Beda. Nota. mentum illud non adimplere non est nisi virtus. Et idem est sensus Gregorianæ doctrinæ ibidem can.Nerui.& Bedæ can. Non solum.22.q.4. ¶Hac ergo veritate sic exposita, notandum rursus quædam esse mala extrinseca sua ratione peccata, quæ dicuntur prohibita,quia mala,vt mentiri,fornicari, peierare &c. Alia verò sunt,quæ non habent in natā maliciā,quę sunt mala,quia prohibita, vt ieiunia ecclesiastica,& festa frangere. &c. Ea ergo, quæ innatam habēt natura sua maliciam, neutiquam vllo prorsus euentu aut causa committere fas est, non solùm ad seruanda temporalia bona, aut honorē aut vitam,verùm neque ad euitandum quodcunque aliud maximum scelus & crimen. Et ratio est, quia malum, quod ad euitandum a-

Ratio. liud committere licet,eo ipso desinit esse peccatum.Hæc autem non magis possunt desinere esse peccata, quàm homo esse rationalis. Quapropter Deus nunquam permittet, imò nec permittere potest, vt illis homo angustijs intercludatur, vt necessariò vnū aut alterum peccatum cōmittat: nam quod necessarium est,non est peccatum. Secus ergo accidit vbi peccatum est extrinsecè malum. Licet enim mihi causa seruādi vitam, aut bona mea,aut famam festum frangere: aut ieiunium: quia ecclesia nos ad hæc non cum tanto rigore ligauit.Ad propositum ergo vt descēdamus, cùm fornicatio sit intrinsecè & sua natura mala,nullam prorsus ob causam licet. Atque adeò qui legitimam habet occultam vxorem etsi ab ecclesia compellatur habitare cum secunda,quam duxerit publicè, non est ecclesiæ inobediens si debitū nō reddat: quippe cùm ecclesia ex falsa presumptione eum putans legitimum maritum,iubeat eum habitare cum illa. Imò esset Deo inobediens illam cognoscendo, quanuis id ad cauendam mortem perpetraret. Velut si puella illata sibi vi in stuprum consentiret, vt mortem fugeret. ¶Aiebat autem ille citatus autor,q̄ iste non committebat peccatū, *Redargutio cuiusdam.* sed permittebat in se cōmitti, sicut poterat permittere in altero. Verum tamen latissimū discrimen minimè perspexit. Quod em̄ ego *Autoris solutio.* in altero permitto,non facio: vt si permittā aliquem fornicari, quem scio me cohibere non posse,quin incidat in adulterium.Quare mea permissio suum nō excusat flagitiū. Mulier verò,quę in se ipsa id permitteret,per *Mulier.* mittendo faceret: & ideo, non caueret in se culpam. Secus si ego furem permitterē mea bona furari,metuens occidi si resisterē: nam cùm sim eorum dominus,desinit ob illā causam esse prodigalitatis peccatum. Sed non opus est pluribus de hac re contendere: est

Universidad de Deusto Biblioteca

Inno. capit. Inquisitioi. enim expressa decisio Innocentij cap. Inquisitioi, de sent. excõ. vbi habetur, q̃ cõiux, qui matrimonij impedimentũ scit, potiùs debet sniam excõicationis sustinere, q̃ debitum aut petere aut reddere. Et mirum est q̃ ille textum eundẽ ad id limitauerit: qũ non incumbit causa vitandi maioris mali: sanè cùm Põtifex excõicationem, maximũ censuerit malum, quam tñ sustinendã ait potiùs q̃ debitũ sit reddendũ: quia illud, inquit, est peccatũ. Videlicet intrinsecè malum, quod ideo nulla de causa exuere valet rationẽ culpæ. Quocirca meritò opinio Magistri, qui dist. 38. in contrariũ deflectere videtur, tanq̃ nullaten' tenenda exploditur. Et mirandũ est cũ semper Hugonẽ imitetur, quomodo ei hac de re nõ auscultauerit, qui lib. 2. de sacram. part. 11. cap. 6. locupletissimè, quod suum ingenium est, hoc argumentũ edisserit: vbi cõcludit, q̃ quãuis ecclesia aliud nequeat, q̃ secundùm allegata & probata in suo foro iudicare, compellendo in hoc euentu, vt coniuges in secũdo matrimonio persistant, nihilominus mulier, quæ impedimẽti conscia est, martyr esse potiùs debet, q̃ in copulam aut alium actum maritalẽ cum secundo viro cõsentire: quippe cùm re vera nõ sit maritus. Imò eps ipse, qui externo iudicio cogit illã, si per sacramentalem confessionem intelligeret, non esse eius coniugem, deberet eam in sacramento cogere, ne quantùm ad illos actus cum secũdo viro cõsentiret, licèt posit cũ illo cohabitare.

Limitatio textus.

Opinio Magistri sent. reijcitur.

Hugo.

DISTINCTIO vigesima nona, De consensu coacto & de conditionato.

Textus. Capit. j. AD hæc, quæ de clandestino matrimonio definita sunt, de consensus libertate & cõditionibus appositis sermo consequitur. Enimuerò cùm coniugalis nodus perpetuus sit, idẽq̃ perinde indissolubilis, & quemadmodum ait Nicolaus Papa, quod quis nõ eligit nec optat, id profectò nõ diligat: quod autem non diligit, facilè contemnat: consequens fit, vt cõsensus, quo matrimonium perficitur, ex magna debeat libertate proficisci, atq̃ adeò si per metum, qui in virum cõstantem cadit, fuerit coactus, minimè sit matrimonio copulando sufficiens. Secus si leuis fuerit. Vnde Alexander Papa, Cùm locum, inquit, non habeat consensus vbi metus vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiuspiam requiritur, coactionis materia repellatur. Cui adnuit & Vrbanus can. Si verum. 31. q. 2. Multaq̃ subinde sacra decreta suffragantur. Accedit, quòd vt idem Alexan. autor est, ea, quæ vi vel metu fiunt, debent in irritum reuocari. Si verò consensus eiusmodi violentus matrimonium concinnaret cùm suapte natura perpetuum sit, illud irritari nequiret.

¶ Metus autem, qui in virum constantem incidit, est in primis timor mortis atrocisve cruciatus, vt Innocen. 3. eod. tit. nos admonet. Cui accedit & metus longæui carceris, aut exilij, aut amissionis status, aut virginitatis, &c. vt consultissimis legibus. ff. eodem titu. cautum est. Reliqui nanque minoris momenti, vt amissiõis exiguæ pecuniæ, & similes, veluti leues repellũtur, vt l. Vani timoris. Neq̃ verò ita multũ refert iustène an iniuria eiusmodi metus

metus fuerint incussi, dum modò illati extrinsecus fuerint, ijdemque ob hunc finem, vt quisquã in matrimonium adigatur, tunc quippe nullum inde nectitur vinculum. Ex his ergo fit consequens, quòd neque princeps ciuem, neque pater filium cõpellere ad nuptias iure valeat, vt Honorius Eusebio episcopo respondit.

Capit. Tua nos de sponsalib.

Cap. iij. ¶ Post consensum coactum ordo nobis idoneus conditionatum offert. Consuescũt enim nuptiali cõtractui conditiones apponi, seu generales, vt Contraham tecum si Deus voluerit, vel si tu cõsenseris, vel nisi consanguinea extiteris, &c. similes, quæ quanuis non apponãtur, suapte tamen natura intelligũtur appositæ: seu particulares, quarum aliæ sunt simpliciter necessariæ, vt si sol oriatur cras: aut simpliciter impossibiles, vt si cœlum digito attigeris: aut deniq̃ cõtingentes, vt si pater meus cõsenserit, aut si te tuus dotauerit.

Cap. iiij. ¶ Conditio ergo simpliciter necessaria semper habetur pro impleta: quare perinde acsi non esset apposita, contractus illico valere incipit. Vt qui dixerit, Contraho tecum si cras sol oriatur, eodem momento altero consentiente matrimonium perficit. Et similiter sponsalia qui dixerit, Contraham. Quod enim in futurum est necessarium, pro vero habetur de præsenti. Vnde Iurisconsultus. Qui sub conditione, inquit, stipulatur, quæ omnino extitura est, purè videtur stipulari. Similiter conditio impossibilis, vt Gregorius nonus autor est, habetur pro non adiecta, dissimili tamen ratione: nempe, quòd cùm existere nequeat, neminem obligare valet. Quocirca eiusmodi conditio neque matrimonium, quod absque ipsa nullum esset, consolidat, neque verò consensum, si adest, pendulum reddit, sed vel per ipsam vel per alias coniecturas perpendendum est, vtrùm consensus intercesserit, an secus, vt inde matrimonium validum inualidũve iudicetur.

Cap. si. de cõdit. apposit.

Cap. v. ¶ Ex conditionibus autem contingentibus aliæ sunt, quæ substantiæ, finive, aut fidei cõiugij obstãt, atque aliæ, quę ei impertinẽtes adhærẽt. Quarum aliæ honestę sunt, aliæ verò turpes. Illæ ergo, quę obstant, vt idem ibidem ait Pontifex, matrimonium tollunt: putà si alter dicat alteri, Cõtraho tecum donec inueniam aliam meliorem, aut facultatibus ditiorem (quod perpetuitati ac substantiæ aduersatur) Aut si generationem prolis euitaueris (quod finem tollit) Aut si pro turpi te quæstu prostitueris, (quod fidei contrarium est) Reliquæ verò, quæ turpitudinem præse ferunt, acsi non essent adiectæ censendæ sunt: nam vt ad impossibile, ita neque ad id, quod turpe est, vllus obligari valet. Quare quæ

Capi. fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixerit viro, Contraho tecum, vt meum inimicum occidas, verè nu pserit, & nihilominus vir minimè illius obligatione tenetur.

Cap.vj. ¶Quando autem honesta conditio de præsenti, verbo præsentis temporis adhibetur, si tunc existere fuerit comperta consensus ille absque alio nouo eodem momento matrimonium perficit, vt si quis dixerit, Contraho tecum si meis nunc parentibus placet: nihil enim tunc deest, quod ad substantiam matrimonij attineat. Si autem conditio sit de futuro, quanuis verbo sit temporis pręsentis adiecta, pendulum consensum reddit, & ideo quousque per eius existentiã contractus purificetur, matrimoniũ non conualescit. Imò verò quãuis nõ desint qui aliud sentiant cõsensus ille sub conditione prolatus, quãtumcunq; illa fuerit impleta, quousque alius absolutus accesserit, vel maritalis copula, neutiquam est ad matrimonium sufficiens. Nam cùm conditio huiusmodi contractum in futurum pertrahat, perinde habet dum verbo de præsenti adijcitur, acsi verbo de futuro apponeretur: ob idque adeò nouum alium de præsenti consensum pòst expostulat. Hoc enim certè tum Vrbanus Papa can. Super eo, De conditionibus appositis. oculatè perspectus, tum & Innocentius capi. Per tuas. eod. tit. liquidò edocent.

DISTINCTIONIS vigesimæ nonæ, Quæstio prima, De consensu coacto.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm consensus aliquis esse possit coactus.

POST illam conditionem clandestini matrimonij, quam diximus eius substantiæ nõ obstare, sed esse tantummodo transgressionẽ ecclesiasticę pręceptionis, quæritur de conditione libertatis vtrùm sit in consensu necessaria. Et quoniam libertati, vt 3. Ethico. autor est Philosophus, duo sunt, quæ obstant: nempe, vis & ignorantia, in distinctiõe præsenti agitur de vi, & in subsequenti de ignorantia. Duas ergo quæstiones præsens distinctio requirit, quarum prima est de vi & coactione, & secũda de conditionato consensu, qui nõ nisi sub conditiõe est liber. ¶Quæritur ergo primò de eo, quod quęstio supponit: nẽpe, vtrùm cõsensus vllus posit esse aliquo modo coactus. Arguitur enim à parte negatiua. Coactum & violentum, vt ibidem ait Philosophus, idem sunt; violentum aũt, inquit, est id, quod fit à principio extrinseco passo non conferente vim: id est, inclinationem: quod est dicere quod contra propriam inclinationem mouetur, vt lapis sursum: hoc verò voluntati respectu actus, quem elicit, accidere nequit: quoniam quemcunque actum eliciat, ille est sua ipsius inclinatio, atque adeò nullus esse potest contra suam inclinationem: ergo contradictio est, vt voluntas cogatur, vt 2. sentẽ. distinct. 25. doctores demonstrant. ¶Secũdò arguitur. Vis (à qua dicitur violentũ) est maioris rei impetus, qui repelli non potest. l. vis. ff. de eo quod met. causa: huiusmodi autem impetus in voluntatem non cadit: ergo nec coactio. Probatur minor. In actu voluntatis perficitur peccatum: nemo autem, vt in de libero arbit. ait August. peccat in eo, quod vitari non potest: ergo impetus, qui est vis, voluntati repugnat. ¶In huius confirmationẽ accedit tertiò Ciceronis definitio vbi ait, q vis est

vis est impetus dominantis retinens rem infra terminos alienos. Arguitur enim sic. Primum tum actionũ, tum subinde rerum dominium penes voluntatem est, quæ est per se libera: ergo nihil ei dominari valet, atque adeò nec vim inferre. ¶In contrarium est, q̃ id, quod nõ est, nullius potest esse causa: sed coactus cõsensus matrimonium vitiat, quia vt habetur de sponsalib. cap. Cùm locum, libertatem tollit: ergo consensus potest esse coactus.

Pars affirmatiua.

Violẽtia duplex.

¶Quæstio hæc duabus cõclusionibus absoluitur. Ad quarum intellectum prænosse oportet, coactionem & violentiam quæ in idẽ concidũt duplicem esse. Vnam scilicet, quæ absolutam infert necessitatem: atque illud à Philosopho loco citato simpliciter censetur violentum, vt dum quis alterum renitentem loco depellit: illic enim nullus est voluntatis cõsensus. Et ideo simpliciter motus ille fit à principio extrinseco passo non conferente vim. Aliud est violentum seu coactum mistum: vt dum quispiam in naufragio, vt vitam seruet, bona sua in fluctus eijcit. Hoc enim quanuis per se absolutè consideratum, quatenus est iactura bonorum, non sit voluntarium, sed violentum: nihilominus illa circunstãtia & qualitate vestitum, quod est necessarium ad euadendam mortem, quæ grauius malum est, fit per electionem voluntarium. Et quia actiones circa singularia versantur, pro vt hic & nũc fiunt, ideo illud simpliciter est voluntarium: quippe vbi consensus interuenit: licèt sub conditione sit violentum. Nam si ille posset aliter vitam seruare, iactura illam bonorum neutiquã faceret.

Violentum mixtum.

Prima conclusio.

¶Hac præmissa distinctione sit prima conclusio. Violentia primi generis, quæ est coactio simpliciter dicta, in rebus duntaxat inanimis est, & in membris corporis animatorum: in appetitu verò siue rationali siue sensitiuo quantùm ad actus elicitos nequaquã esse potest. Prima pars compertissima est, siquidem lapis per violentiam proijcitur, & tam homo quàm brutum ad motum corporis, licèt nullum habeat consensum, se dissentiat, depellitur. Huiusmodi autem motus non est actio subiecti, sed mera passio forinsecus illata. Secundam verò partem probant argumenta proposita. Nam huiusmodi violentia est passio contra inclinationem agentis: motus aũt appetitus tam sensitiui quàm rationalis est ipsa animalis inclinatio: quare à quocunq; metu idem nascatur motus, sit secundùm eius inclinationẽ, imò ipsissima inclinatio. Et quanuis primũ principiũ motus: nẽpe, timor, extrinsecus incutiatur, consensus tamen ad motum ab intrinseco appetitu elicitur. Quocirca contradictione complicatur qui ait appetitum ad actum elicitũ posse cogi. ¶Vtrùm autem hoc proprium sit voluntatis & appetitus sensitiui, nonnulli ambigunt, Imò verò Durandus lib. 2. dist. 25. quæst. 4. ait, neque intellectum neque vllam apprehensiuam potentiam eadem ratione cogi posse. Nam quocunque timore homo cogatur intelligere aut videre, intellectio ipsa est intellectus inclinatio, & visio, inclinatio visus. Doctrina verò hæc non est rei physicæ germana: nam violẽtiæ iudicium, non sumitur ex inclinatione potẽtiæ, quæ actum elicit, sed ex inclinatione suppositi. Enimuero cum actio & passio sit propriè suppositi, ipsum est, quod propriè cogitur. Propria autem inclinatio totius suppositi est appetitus naturalis in rebus inanimis, & sensitiuus in brutis, & rationalis in homine. Vnde quicquid homo contra suam voluntatem patiatur, propriè cogitur, quanquam fiat secundùm inclinationem apprehensiuæ potẽtiæ. Ob idque quispiã & ad intelligendum cogitur, & ad videndum &c. Imò verò damnati multa contra suam voluntatem intelligere compelluntur, & resumptis corporibus sentire cogentur. ¶Secunda conclusio. Violentia & vis secundi generis: scilicet, conditionata in sola voluntate & brutorum appetitu periri potest, eademq; non nisi per metum. Probatur, quia hæc violẽtia actum dicit simpliciter voluntarium cum inuoluntario conditionato admixtum, vt expositum est: huiusmodi autem consensus esse non potest nisi in voluntate, vt dum homo metu periculi aliquid agere consentit, & dum pecus metu oblati verberis à pabulo discedit.

Ratio prima partis.

Ratio secundæ partis.

Dubium.

Secunda cõclusio.

¶Ex his ergo fit consequens, vt impræsentiarum Diuus Thomas ait, quòd vis hoc secundo modo & metus conuertuntur. Imò vis in præsentia non solum non vsurpatur pro violentia eis illata, quæ anima sensitiua carent, qualia sunt saxa, & lignæ: verùm neq; p illa, quæ brutis animãtibus inferũtur: quia cùm illa non sint propter se, sed propter hominem, atq; e adeò per se non sint iuris iniuriæve capaces, nulla eis propriè infertur vis, sed homini à domino. Vsurpatur ergo hic vis humano more pro ea, quæ homini fit, quæ idẽ est quod metus. Est enim metus, vt autor est

Vis & metus idem.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vlpianus, instantis vel futuri periculi causa, mentis trepidatio. Et vt ait Cicero lib. quarto Tusculanarum quæstionum, opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videtur. Optimè ergo idem Iureconsultus l.1. ff. De eo quod met. cau. adnotauit, quòd cùm olim titulus sub disiunctione poneretur, De eo scilicet quod vi metusve causa fit (vt titulus habet canonici iuris) postea detracta est vis mentio: ideo quòd quicquid vi atroci fit, id metu fieri videtur. Vnde titulus ciuilis iuris non est nisi. De ijs quæ met. caus. Et ideo titulus iuris canonici non debet tanquã de duabus rebus distinctis intelligi, sed cùm dicitur, vi metusve causa, posterior particula est prioris expositio.

Tit. De his quæ vi &c.

Solutio argumẽtorũ.

¶ Ad argumenta ergo iam responsum est, illa solidè concludere in actum voluntatis elicitũ coactionẽ simpliciter cadere non posse: potest tamen cadere cõditionata & mixta.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm metus aliquis possit in virum constantem cadere, qui eum excuset.

SVbsequitur, vt de solenni metus distinctione dicamus, respectu viri constantis aut inconstãtis. Et arguitur quòd nullus metus in virum constãtem cadere possit. Nam vir constans & fortis, vt. 5. Ethico. autor est Philosophus, impauidus atq; intrepidus est: qui neque mortis periculo, quæ omniũ terribilium est maximum, cogitur, sed sicuti tessera vndiq; quadrata quomodocũq; iaciatur, æqualiter cadit: ergo nullus metus in virum constantem incidit. ¶ Secundò. Inter illa impendentia mala, quæ viri probi timere debent, venit infamia: timor autem infamiæ, vt autor est Vlpianus l. Nec timorem. ff. de eo quod met. cau. timoris edicto non continetur: ergo neq; vllus alius metus in virum constantem sic incidit, vt eum excuset. ¶ In contrario tamen est, quòd Abraham & Isaac viri fuêre constantes, qui tamen metu mortis, vt historia Geneseos refert, vxores suas sorores esse dixerunt: ergo metus in virum constantem cadere potest.

Partũ negatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶ Quando dicitur, metum in virum quempiam cadere, verbum cadere, sub duplici significato audiri potest. Vno modo, vt [illegible] fit, quod metum concipi, ab illoque [illegible] nem concuti & percelli, etiam si ab eo non vincatur. Et isto pacto in Christum seruatorem nostrum, qui omnium fuit constantissimorum hominum exemplar, cecidit mortis metus, qui naturalis est. Itaque metum cadere isto modo in constantem virum nihil aliud est, quàm virtutem constantiæ & fortitudinis secum vnà compati id genus metũ concipere. Quamquidem finitionem libr. 7. de iusti. & iure quæst. 2. artic. 1. sufficientẽ ratisumus. Nihilominus licèt parùm forsan re differat, aliter secundùm doctorum vniuersitatem loquendum est: nempe, quòd metum in quempiam virum cadere, vt impræsentiarum ait S. Thomas, sit ipsum metu cogi: hoc est, vinci & superari ad illum cauendum. Cogi ergo illo metu est, hominem aliquid eius appulsu facere, quod aliàs nõ faceret, vt exẽplo supra posito proijciẽtis bona sua in mare monstratũ est. Qua vtiq; ratione in Christum non cecidit metus mortis: non em constans fuisset, si illi succumbens, mandatũ patris de morte ferenda recusasset. ¶ Rursus ad notandum est, tres esse hominum ordines: scilicet, inconstãtium: id est, eorum, qui sunt neticulosi, & pertinacium, & constantium: hoc est fortium. Est nanq; constantia inter inconstãtiam & pertinaciam media virtus: nempe, fortitudinis. Ratio enim recta docet, vt Philosophus ait, ex duobus malis minus eligendum, & ex duobus bonis id, quod melius est: summum autem malorum est peccatum, quod ideo eligere ad vllum euitandum incommodum & malum pœnę, nefas est. In constans ergo est, qui peruersa rationis iudicio vt minus caueat malum, in grauius impingit, vt si quis ne iacturam pecuniæ faceret, detrimentum honoris eligeret. Pertinax autem per alterum extremum etiam minus nocumentum renuit ad maius vitãdum. Vt si quis à quatuor pluribusve latronibus inualus mortem potius oppeteret, quàm decem aureis vitam redimeret. Inter hos constans, medius est: nempe, qui ad cauendum periculum maioris mali minus eligit, nunq; tamen è diuerso ad cauendum minus optat maius. Vnde Vlpianus l. Metum. 1. eod. titu. Metum, inquit, accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed maioris mali. Atq; hoc est primũ discrimen inter constantem & inconstantẽ. ¶ Alterũ verò attẽditur penes æstimationẽ periculi: quia cõstans nõ nisi ex probabili & vehementi æstimatione periculi, quod est præsentaneum & iam iam impẽdens, mouetur. Inconstans verò ex leui & remotiori, iuxta illud Prouerb. 27. Fugit impius

Definitio metus quantũ ad hoc [illegible] tem [illegible]

Alia definitio.

Tres hominũ ordines.

Primum discrimen.

Secũdũ discrimen.

impius nemine persequente: debet enim vir strenuus muscam imitari, quę non nisi instãte flabello euolat: quo transeunte protinus cõdem reuolat. Vnde idem Iureconsultus l. Metum. 3. Metum, ait, præsentem accipere debemus, non suspicionẽ inferendi eius. Præsentem scilicet: id est, iam illatum. Quare nõ obstat doctrina Philosophi. 3. Ethic. dicẽtis, metum esse de re futura, & tristitiã de re præsenti, quam quis iam patitur: nam dum quis nuda lica tibi, manus ligato, minatur mortẽ, licèt mors futura sit, metus tamen est præsens. Si verò dum quis puellam domi sollicitat, strepitum sentiret aliquem, metuq; illo perculsus in matrimonium consentiret, valeret illud quidem: quia metus nondum erat illatus, atque adeò nec præsens. Et eadẽ esset ratio si timeret postmodum à parentibus inferendum sibi metum. Vel si puella ipsa vel mater eum leuiter aggrederẽtur fustibus cõminantes ei mortem. ¶ Metum ergo cadere in constantem virum est, virtuti cõstantię & fortitudinis non repugnare, metu illo quempiam vinci & cogi. Atque hanc ob rem tali metus à tota excusat culpa. ¶ Eiusmodi autẽ metum tum ex obiecto, tum etiam ex alijs qualitatibus iura perpendunt. Primùm em metus mortis & enormis cruciatus inter eos, qui cadunt in constãtem virum, est primus. cap. Cum dilectus, de his, quæ vi met. ve cau. fiunt. Nam terribiliũ malorũ terribilissimũ mors. Huic accedit & vinculorũ atrociũ timor & longæui carceris, vt l. Nec timorẽ, & l. Qui in carcerẽ. ff. eod. tit. Deinde metus seruitutis: nam priuatio libertatis in mortẽ cõputatur, vt l. Ego puto, ibidẽ, & l. Isti quidẽ. Adhæc & metus stupri in virgine, vt eadẽ. l. subijcitur. Præterea metus amissionis status, vt ead. l. exprimitur, & cap. Abbas, eod. titu. Metus autem leuiorum malorũ, vt amissionis pecuniæ, vel illationis paruæ cõtumeliæ, censentur leues. Hæc autẽ omnia grano salis & prudentiæ iudicio cõdienda sunt: nam si verbera & carceres & bonorum iactura non sunt adeò grauia, tunc metus non est iustus, sed leuis. Quocirca plurimũ ad prudentiã iudicis deferendũ est: nam & metus etiã principis, qui tyrãnicè tractare eos cõsueuit, qui sibi ad nutum non obtẽperant, inter iustos cõputatur. Neq; solus metus propriæ personę, sed etiã liberorũ atq; vxoris inter eos venit, qui virũ constantem excusant, vt l. citata, Isti quidem, habetur. ¶ Metus ergo, vt cadere cẽsetur in constantẽ virum, ex duobus perpẽditur. Primò ex obiecto. Deinde ex effectu. Ex obiecto quidem, vt sit metus mortis, aut mali penè æquiualẽtis. Et ille dicitur propriè ex se & ex obiecto viri constantis: nã fortitudo, vt inquit Aristo. versatur circa pericula belli: hoc est, mortis extrinsecus oblatæ. ¶ Secundò per accidẽs attendit ratione subiecti: scilicet, hominis, ne ad cauendum minus malum, maius admittat. Hinc fit, non satis esse, vt metus cadat in constantem virum, q̃ vir illum constanter caueat. Si enim ille, cuius pulchertimum equum latrones in nemore furriperent, recuperare aliter nequit, q̃ pretio decem aureorũ, constanter profectò facit illos erogando. Sed tã metus amissionis equi ex obiecto non est viri constantis: quia non est ex numeratis. ¶ Sed tã ex parte subiecti desinit esse metus cadens in constantẽ virum si metu mortis vincatur ad peccandũ, saltem mortaliter. Hoc ideo addiderim, q̃, vt sub peritiorũ censura loquar, licèt quis metu mortis mẽdaciũ officiosum diceret, vel aliud peccatũ veniale cõmitteret: nõ desineret esse vir constans: nam quanuis id non liceat, non tã peccatũ veniale rationẽ tollit virtutis: quia species in die cadit iustus. Et ideo eiusmodi leuis culpa non obstat viri constantiæ, nec vulgò talis vir inconstantię argueretur, quanuis egregiæ laudi tribueretur, si potiùs mori eligeret q̃ mentiri. ¶ His præhabitis ad quęstionem duabus cõclusionibus rñdetur. Prima. Metus leuis non excusat à culpa. Probatur, quia nihil culpam abluere põt, nisi sit virtuti consentaneũ: virtus autem, fortitudinis, vt. 2. Ethic. ait Philosophus, suopte ingenio repellit timores leues: nam eius officiũ est mediũ inter timorem & audaciã tenere: ergo qui leui timore vincitur, firma virtute caret, atque adeò timor ille non excusat à culpa. ¶ Secunda cõclusio. Timor cadens in constantẽ virum excusat à culpa. Probatur contraria ratione. Quicunq; timor, qui secũ compatitur virtutẽ, excusat à culpa: nã virtus & culpa è diametro opponuntur: timor aũt cadens in constantẽ virum id ipsum sonat, quod nõ repugnare virtuti: ergo excusat à culpa. Et ideo eiusmodi metus dicuntur iusti. ¶ Cõtra hanc aũt conclusionẽ arguitur. Malorũ omnium maximũ, vt diximus, est peccatũ, quod ideo nullo metu cõmittendũ est: ergo nullus metus excusat à culpa. Probat consequẽtia. Demus illũ (verbi gratia) virũ superiori exẽplo designatũ, qui metu mortis iacturam bonorũ facit, quæ in mare proijcit, vel aliũ, qui

Obiectio.

Dilutio.

Metũ cadere in cõstãtem virũ quid.

Metus mortis & cruciatus corporis.

Metus vinculorum.

Metus seruitutis.

Metus stupri.

Metus ex duobus considerãtur.

Nota.

Prima cõclusio.

Secunda cõclusio.

Argumẽtum.

Universidad de Deusto Biblioteca

à latronibus in nemore inuasus, pōdus auri, quo vitā redimit, illis offert: & supponamus verbi gra proiectionē illā merciū & largitionē auri suopte genere, secluso metu, esse peccatū prodigalitatis: imò tūc. v. g. mortale. Arguitur ergo sic. Metus, qui est causa peccati, non cadit in constantē virum: ille est causa peccati: nempe, illius, quod genere suo peccatum est: ergo non cadit in constantē virum, atq; adeò nec excusat. Vel maioris claritatis causa arguamus sic. Si quis metu hostis, quē certò credit paratū esse se occidere vbicunq; obuium habuerit, omitteret die festo ecclesiam adire, vbi sacra audiret, metu illo nō excusaretur: quia videt esse causa peccati atq; adeò nō cadere in constantē virum: & de nullo alio metu vrgentior ratio probat excusare posse: ergo nullus excusat. Et confirmat ratio: quia qua rōne admiseris metū posse excusare à fractione præcepti ecclesiastici, videris coactus, vt dicas excusare etiā à præcepto diuino, vt si puella metu mortis pculsa oblatū stuprū admitteret, aut mentiret, aut peieraret. ¶ In solutione argumēti hoc pro constantissimo habendū est, ꝙ ad nullū cauendum periculū peccare licet, vt habetur capi. Sacris, de his quæ vi met. ve cau. fi. Est nihilo minus distinguendū, vt dist. 27. dicebamus, quædā esse intrinseca ratione peccata, quæ sunt prohibita, quia mala: alia verò esse mala, eo solùm ꝙ iure sunt humano prohibita. Illa quidē prioris gēris, quia cùm sint natura sua mala, nequeunt non esse mala, nullo metu quantūuis atrocissimæ mortis cōmittere licet, atq; adeò eo ipso, ꝙ quis illa saltem mortaliter cōmittat, desinit esse constans, ac perinde nec talis metus cadit in constantē virum, neq; excusat saltē in totū, sed in partē, capit. Sacris, de his quæ vi met. ve. Non tū ꝙ mortalē culpā vsq; ad venialē extenuet. Sed alia posterioris gēris, quia nō sunt intrinsecè mala, pūt quidē bona fieri qū sunt media cauendi grauioris mali. Ecclesia nanq; obseruationē festorū aut ieiuniorū præcipiēs nō tā stricto rigore voluit nos obligare, vt pro eorū obseruatiōe mortē deberemus obire: quare qui metu mortis ieiuniū vel festū frangit non desinit esse cōstans, atq; adeò excusat à culpa. In iactura autē nrorum bonorū, quia sumus eorū dni, nullā homo culpā cōtrahit, si ad redimendā vitam vel honorē, vel aliud pretiosius bonū, illa expendat. Quare in casibus inter arguendū obiectis negat, metum non cadere in constantē virum, imò cadit & excusat, vt illud liceat, quod aliàs illicitū erat: secus in iure diuino & naturali. Dixerim ea, quæ sunt de iure positiuo, posse fieri per metū licita, quia id nō est semper necessarium. Posset em princeps in bello, vel alia simili necessitate militi aut ciui quidpiam præcipere, quod nō obstāte periculo mortis tenereē implere. Sed de ijs casibus nihil ad pntem locū. ¶ Ad primū igitur argumentū Philosophus ipse loco citato rndet: non enim virū probū & constantē pertinacem esse oportet, vt nihil prorsus timeat, sed debet vbi & qn oportet, metum excutere, vt officio virtutis intrepidus fungat. Debet tū quando & vbi oportet timere, ne in audacię extremū impingat, atq; hac rōne medium inter extrema tenet. ¶ Ad secundū argumentū D. Tho. in præsentiarū & reliqui respondent, ꝙ quanuis infamię detrimentū grauē sit damnum, facilè tū potest resarciri. Hoc tū intelligitur de infamia facti, vt si quis cui cōminaretur falso testimonio eum infamaturū, à quo tū ipse se postea posset purgare. Sed tamē metus infamiæ iuris iustus est, vt ead. l. Nec timorē, habetur. Vt si quis ei, quem in infami delicto morte digno, deprehendit, comminaretur se eum proditurum: qm tunc ad metum mortis vel ad similē reduceretur. Eadem ratione nec metus excommunicationis censetur iustus: quia potest ei facilè succurri.

Aliud argumentū.

Tertium argumentū.

Solutio argumēterū.

Duplex peccatorum genus.

Prioris generis.

Posterioris generis.

Ad argumenta.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm consensus extortus per metum cadentem in constantem virum sufficiat ad matrimonium.

PER hæc, quæ dicta sunt, ad matrimonium descēdentes exploremus oportet, vtrùm cōsensus per metum cadentem in virum constantem extortus sit ad matrimoniū validus. Et arguitur à parte affirmatiua. Violentum mixtum, vt expositū est, plus de voluntario continet quàm de inuoluntario, imò est simpliciter voluntarium: cōsensus autem sic extortus est mixtus, atque adeò absolutè voluntarius: ergo est ad matrimonium sufficiens. ¶ Secundò arguitur. Ei, qui coactus in matrimonium consensit, consulendum est, vt in matrimonio persistat, quod vtiq; absq; alio consensu potest esse validum: ergo ille est sufficiens. ¶ In contrarium est textus Alexandri tertij cap. Cùm locum, de sponsalib. vbi ait,

Partis affirmatiuæ sumitur ex mixto.

Secundò argumentū.

Pars negatiua.

vbi ait, quòd cùm locum non habeat consensus vbi metus vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiusquā requiritur, coactionis materia repellatur.

Decisio articuli.

¶ De hac quæstiūcula varij modi versantur dicendi. Sunt enim, quos Scotus distinctiōe præsenti refert, qui autument, neminem cogi ad consensum matrimonij posse. Et eorū ratio est. Vnusquilibet potest pœnas & nocumenta sibi oblata verbis euadere dicendo se velle matrimonium contrahere, licèt corde non consentiat: ergo ad consensum non cogitur: secus si cogeretur fugere, id enim facere nequiret, nisi fugere vellet. Opinatio tamen hæc falsa est: nam metus mortis cōstantem etiam virum cogere valet, vt verba illa extera proferat, vt autores ipsi confitentur: potissimùm cùm coactē contractum matrimonium minus malum sit quàm mors. Tūc arguitur sic. Metus, qui virum constantē ad aliquid cogit, consecutiuē eum ad id cōstringit, sine quo nequiret citra peccatum reliquum facere: nam vir constans, vt dictū est, nullo metu peccare debet: dicere autem se consentire, nequit citra peccatum mēdacij, nisi consentiat: etsi iurare cogeretur, crimen mortale cōmitteret: ergo eodem metu, quo cogitur ad verba, compellitur ad cōsensum, veluti ille, qui oborta procella merces in mare exonerat. Et confirmat eadem ratio, quia religiosus, qui votū solenne emisit, per quod fit ad matrimonium inhabilis, nullo metu affirmare potest se in matrimonium consentire, eo quòd si non cōsentiat, mentitur, & si consentiat, peccat contra votū: qui ergo diceret, constantem virum cogi non posse ad consensum, subsequēter dicere tenereē, nec cogi posse ad verba, alioqui non esset constans. Et sic repugnātia est dicere, cogi posse ad verba, non tamen ad consensum. ¶ Imò verò aliter etiam arguitur. Ille non cogitur proferre verba per absolutam violentiam: quia incutiens metum non mouet eius linguam manu, sed ipse propter metum mouetur ad proferenda verba, atque adeò cogitur ad consensum proferendi: potest ergo etiam cogi ad consensum matrimonij. ¶ Supposito ergo, quòd metus ad huiusmodi consensum matrimonij potest in virum cōstantem cadere, ad quæstionem respondeē duabus conclusionibus. Prima Consensus coactus per metum cadentem in constantem virum, non est ad matrimonium perficiēdum validus. ¶ Secunda. Metus leuis non obstat quominus consensus sit validus. Prior conclusio expressa est in iure capit. citato, Cùm locum, & capit. Veniens, & capit. Consultationi, de sponsalibus. Et can. De nuptis, & can. Si verum. 31. quæst. 2. Secunda verò non reperitur expressa in iure, sed tamen ex eisdem locis à contrario sensu colligitur. Cùm enim illic sola matrimonia irritentur, quæ metu cadente in constantem virum, contrahuntur, documentum perhibetur per metum leuem non irritari. Ratio ergo prioris conclusionis ex natura vinculi finisque matrimonij depromitur. Cùm enim huiusmodi sacramentum nexum includat indissolubilem: & quod gratum non est, perpetuū esse nequeat: nam, vt Nicola. Papa can. Præsens. 20. quæst. 3. autor est, quod quis non optat, id non diligit, ac perinde facilè contemnit, necesse est vt consensus, qui matrimonij futurus est causa, spontaneus sit. Quocirca quandiu durat metus causa, tandiu & metus durare censetur. Sed quādo cessante causa coniuges cohabitant, iam tunc in foro ecclesiæ præsumitur consensus cōualescere. Neque est necessarium, vt quidam adnotant super capit. Ad id, de sponsalibus, vt cohabitatio post legitimā ætatem dimidio anno proferatur, vt bene ait ibidem Panormitan. Sed satis est, vt opportunitate recedendi & fugiendi ille, qui in metu erat, perseueret. Hæc dixerim in foro exteriori, quia in foro conscientiæ quousque consensus adsit metu liber, aut maritalis affectus cum carnis copula nihil fit. ¶ Quæstio autem, quæ se statim offert, est: quōnam iure præsens veritas fundetur, diuinōne & naturali, an dūtaxat Pontificio. De hac re Cardinalis, in capi. Abbas, de his quæ vi metus ve cau. fiunt. vt Sylvest. verb. Matrimonium. 8. §. 11. refert, opinatus est consensum, quanuis iusto metu coactū, iure diuino & naturali validū esse, venit autem, inquit, rescindendus actione quod metus causa. Hæc autem opinio satis se eorum esse ostendit, quorum proprium non est de iure diuino & naturali cēsere. Enimuerò matrimonium, quod semel iure diuino firmum est & solidum, non est in ecclesiæ facultate rescindere, quicquid sit de dispensatione super matrimonio rato non consummato, quam tamen opinionem superiùs refutauimus. Opinio verò hæc, etiam si consummatum fuerit, rescindēdum arbitratur. Videtur autem huic opinioni fauere textus Augustini can. Inter cætera. 22. quæst. 4. vbi ait, ma-

Scotus.

Ratio.

Opinio falsa.

Primum argumentū.

Secundū argumentū.

Rōtertia.

Prima conclusio.

Secunda cōclusio.

Probatur secunda conclusio.

Ratio prīæ conclusiōis.

Cardinalis.

Sentētia autoris.

Ratio.

Augustin.

Universidad de Deusto Biblioteca

ait, matrimoniũ timore necis iuramẽto confirmatum valere. Sed de hoc paulo inferiùs.

¶Hac ergo opinione ceu inepta prætermissa, supponat hic in primis, quod in superioribus sæpè à nobis repetitũ est, q̃ si in voluntate non sit cõsensus, nulla verba matrimoniũ in rei veritate copulãt. Si aũt sit cõsensus iusto timore coactus, tunc sunt qui dicãt in rei veritate secundũ conscientiã in foro Dei esse matrimoniũ, idq; diuino iure: sed tñ in foro ecclesiæ nõ iudicari validũ, quodquidẽ iudicium ex præsumptiõe proferat. Præsumit em̃, inquiũt, ecclesia coactũ hoiem nõ cõsensisse.

Nulla verba citra interiorẽ consensum faciunt matrimoniũ quo ad Deum.

¶Refutatur tñ hęc opinio à S. Thoma hic & à Ricardo & reliquis, & bene: quia ecclesia nõ debet peccatũ occultũ alicuius sine indicij præsumere: ergo illum, quẽ coactũ nouit dixisse, q̃ cõsentiebat, non debet præsumere fuisse mentitũ. Tametsi Durandus non vsq; adeò putet rationẽ cõuincere: quia nõnunq̃ ecclesia præsumit deteriorẽ partẽ. Sed re vera impræsentiarũ optima est ratio: quãuis vrgentior sit hæc, q̃ ecclesia in citatis decretis, si eorũ formã perpendas, non irritat matrimonia coacta præsumẽs non fuisse consensum, sed illũ etiam præsupponens. Ille enim est sensus citati capituli, Cùm locũ non habeat cõsensus vbi metus vel coactio intercedit. Non em̃ Pontifex negare poterat, quin aliq̃n esset coactus cõsensus: duntaxat ergo negat esse legitimũ & validũ. Quò fit vt non solùm in foro ecclesiæ sed etiam in conscientia sit apud Deũ nullũ. Quod vsu eiusdẽ ecclesiæ præsertim cõfirmatur, quę licẽt in suo tribunali coactus ille cõfiteat̃ se habuisse cõsensum, nihilominus absoluit eũ à matrimonio. ¶Vtrùm verò ille sit iure diuino cassus, an solo humano, sunt duæ opiniones. Prima est Scoti dist. pũti. art. 2, dicentis iure diuino & naturali esse inualidũ. Alia est Ricard. ead. dist. q. 1. art. 1. & Paludani, & aliorũ plurium astruentiũ per solũ decretũ ecclesiæ fieri inualidũ. Nemo tñ hanc opinionẽ suspicetur esse illã Cardinalis supra refutatã. Ille siquidem dicebat esse validũ cõsensum coactũ iure diuino, rescindendum tñ postea matrimoniũ per ecclesiã. Ricardus verò, & isti theologi negãt vnq̃ per talẽ cõsensum fieri mũmoniũ, idq; iure Põtificio vetante. Itaq; ius diuinũ merum & naturale coactũ cõsensum neq; confirmat, neq; irritat: Durãdus aũt nonnullis videt̃ tenere cum Scoto, & alijs cũ Ricardo. Sed tñ ipse se planè exponit iuxta hãc secundã opinionẽ Ricardi. ¶Nihilomiñ rationes nõ desunt bonæ, quæ opinioni Scoti patrocinent̃. Prima est ipius hæc. Cõtractus matrimonij natura sua exigit, vt sit liberrimus tum ꝓpter perpetuã cohabitationẽ cõiugũ, iuxta illud Gene. 2. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suæ, quæ quidem cohabitatio, nisi ex summa libertate nascat̃, vix põt esse perpetua: tum etiã propter educationẽ proliũ, quibus per matrimoniũ coactũ ægerrimè consultum iri põt: ergo Deus, qui institutor fuit matrimonij, & omnia suauiter disponit, tale instituit, vt non nisi per cõsensum ab omni cõpulsione liberum conciliaret. ¶Et secũdò arguitur. Consensus iusto metu coactus oẽs alios contractus iure naturali eneruat atque inualidat: quia talis cõsensus per iniuriã extorquetur, & ideo debet, qui cogitur, in suã libertatẽ restitui: ergo à fortiori in matrimonio, vbi maior exigitur libertas, id ipsum eadem natura secũdum Deum cõstituit. ¶Tertiò: quia neq; cõpulsæ promissiones, si citra iuramentum fiant, tenent natura ipsa magistra. ¶Quartò, quod est validũ argumẽtum. Si metus coactus solo iure humano esset infirmus, sequeretur q̃ votũ siue simplex siue solenne per iustum metũ emissum esset validum: q̃m ecclesia, licẽt contractus qui inter homines fiunt, irritos posit facere, votum tñ, quod fit Deo, non item irritare valet, si legitima fiat ætate, &c. Consequens tñ est falsum: nam etiam vota metu extorta irritat, vt ca. Perlatũ, de his quæ vi, vt dico sumus ostẽsuri: ergo illa sunt iure diuino & naturali nulla, & pari rõne consensus matrimonij. ¶Et quintũ, quod vrgentius est, adhibet argumẽtum. Si solo iure ecclesiastico consensus coactus infirmaret̃, consequens fieret, vt si inter infideles tale matrimoniũ contraheret̃ esset validũ, etiam si ad ecclesiã post transmigrarent: quia ecclesia erga infideles nihil põt disponere: consequens tñ est falsum, imò illud etiam censetur irritũ & inualidũ sicuti inter Christianos. ¶Accedit sextò, q̃ prædicta iura non habent statutorũ formã, quasi ecclesia sic instituerit, sed ad interrogata rñdent, id quod ex natura rei diuina ordinatiõe rñdendũ erat. ¶Septimò arguit̃, quia cùm matrimoniũ sit verè sacramẽtũ, de cui̇ essentia est consensus, & ecclesia ea mutare nequeat, quæ sacramentorũ essentiam attingũt: consequens est, vt si iure diuino coactus consensus non esset irritus, cum ecclesia irritare nequiret. Rationes profectò sunt, quæ opinionem

Scoti opinio

S. Tho.

Durandus.

Durandus.

Altera opinio.

nem hanc perquàm probabilem reddunt.

¶Quæstionem hanc D. Tho. nõ tractat. Neque verò satis constat in quam partem propenderit. Licèt ratio eius, quæ vitio impressorum multis in locis corrupta est, videatur ad secundam opinionem Ricardi inclinare. Ducit enim illam ex perpetuitate matrimonij hoc modo. De natura matrimonij est, vt sit perpetuum: metus autem viri constantis perpetuitatem tollit: ergo & matrimonium. Probatur minor. Metus eiusmodi suapte natura postulat restitutionem in integrum: si tamen talis consensus validus esset, eandem restitutionem excluderet, eo quòd matrimoniũ non posset dissolui: ergo impedit ne matrimonium perficiat. Sed alia, inquit, coactio per leuem metum eandem perpetuitatem non tollit: quia illam restitutionem non exigit. ¶Hinc ergo primum argumẽtum sumitur pro altera opinione: scilicet, quòd solo iure pontificio consensus coactus irritatur, quæ nõ est minùs probabilis, quàm illa Scoti, imò forsan probabilior. Si ius tantùm diuinum & naturale expendatur, metus leuis, nisi sit tam exiguus, vt pro nullo reputet̃, perinde restitutionem exigit, ac metus viri constantis: quia non differt iste metus nisi secundùm magis & minus, quæ quidem differentia speciem non mutat, atque adeò metus leuis etiam suaptè natura est iniurius, & omnis iniuria iure venit retarcienda: quare more & vsu alij contractus præter votum & matrimonium, q̃ cunque metu notabili facti rescinduntur: igitur si metus constantis viri, inualidat matrimonium, non autem metus leuis, hoc certè discrimẽ nec ius diuinum statuit nec naturale, sed humanum, idque in fauorem matrimonij meritissimò. Et explicatur sic argumentum. Si quis metu amissionis pecuniæ vel famæ vel honoris vel vapulationis, licẽt non esset atrox, cogatur equũ suum vendere, aut domũ locare, aut aliquid dopare, contractus rescinditur propter fundamentum naturalis iuris: ergo si id non fit in matrimonio, solùm ius ecclesiasticum id disposuit. [illegible] Quamuis metus mortis, & abscissionis manus, & seruitutis & carceris sint genere suo ex obiecto maiores, quàm metus pecuniæ vel honoris, potest tamen in particulari fieri compensatio: nam certè iactura quinque aut decem millium aureorum pluris nonnulli etiam prudenter facerẽt, quàm abscissionem digiti vel manus, & quàm vinculorum triennaliũ, imò quàm seruitutem, quæ longè minori pretio posset redimi: ergo si amissio pecuniæ vel famæ ad inualidandum matrimonium nõ admittitur, sicuti & abscissio membri, id mero iure diuino aut naturali non fit, sed certè ecclesiastico. ¶Et secundò arguitur. Si metus cadens in constantem virum veritatem matrimonij tollit, ratio est, quia tollit libertatẽ: sed re vera metus alius leuis potest quandoque eandem libertatem auferre, vt si puellæ incuteretur metus ablutionis dotis: & etiam ex cõditione personæ, si est vir meticulosus, potest ei vrgentior fieri metus, quàm maior alius viro cõstanti oblatus: ergo si metus cõstantis viri admittitur, & leuis repellitur, id certè non natura, sed ecclesiastica sanctio fecit. Præsertim, quòd, vt supra diximus, vix potest nisi ad arbitrium prudentum metus cadens in constantem virum à leui discerni. Hæc demum sic confirmantur. Vxorem ducere, quam homo nollet, minus malum est, quàm mortem perpeti: ergo natura non vetat quo minus hoc medio homo vitam redimat: atque adeo consensum huiusmodi coactum ius merum naturæ irritare nõ videtur, nisi ecclesia in bonum matrimonij secus statueret. ¶Qui ergo hanc opinionem, quæ certè verisimilior est, sustinere voluerit, dicere cum Ricardo & Durando debet, quòd cùm matrimonium non solùm sit sacramẽtum, verùm etiam contractus ciuilis, quãuis ecclesia quatenus sacramentum est, eius essentiã mutare nequeat, tamen quatenus est contractus ciuilis, potuit, vt inualidare eius materiam inter cognatos, ita & irritare cõsensum eius coactum per metum cadentem in constantem virum, ad obuiandum incommodis maximis, quæ illo admisso oborirentur: & in fauorem matrimonij alias causationes leuiorum metuum repellere. Et re vera id videntur verba citati capituli, Cùm locum, innuere. Id autem ecclesia iure potest per potestatem ei diuinitus commissam administrãdi christianam rempublicam: quandoq;, vt diximus, merum ius diuinum, & naturale illum consensum minimè confirmat.

Primum argumentum Scoti.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

Sextum argumentum.

Septimum argumentum.

Altera rõ.

Expositio argumenti.

Secundũ argumẽtum.

Tertium argumentũ.

¶Et per hoc respõsum est ad septimũ, quod postremũ fuit argumentũ à parte alteri̇ opinionis. ¶Ac perinde rñdetur ad aliud, quod exẽplo aliorum sacramentorũ duci solet. Si quis baptismũ metu cõstantis viri suscipiat, vt habetur can. De Iudæis, distin. 45. & eadẽ rationẽ confirmationem aut ordines, verum suscipit sacramentum, imò etsi suscipiat eucchari-

Solutio septimi argumenti.

Aliud argumentũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

charistiam vel extremam vnctionem, in quibus nullus imprimitur charactér: ergo si suscipiat matrimonium erit firmum. Negatur enim ab omnibus consequentia. Rationem autem discriminis D. Thomas hanc subdit, quòd intentio non est causa efficiens in baptismo, sed solùm eliciens actionem agentis. Et intelligit non solùm de intentione suscipientis, sed etiã de intentione ministri, quod quidam non aduertunt: quia intentio ministri non est nisi applicans materiam & formam, quæ sunt causa efficiens, & intẽtio suscipiẽtis est eiꝰ dispositio. Quare licèt vtraq; sit extorta per metũ, nõ impeditur, quin sit verè sacramentum. Et idem est de reliquis sacramentis. In matrimonio verò cõsensus est causa proxima efficiens, & ideo debet esse libera iuxta naturam cõtractus. Sed præterea respõdetur (licèt ferè idem sit) iuxta ea, quæ prædicta sunt, quòd matrimonium non solùm est sacramentum, sed contractus ciuilis resultans ex solo consensu mutuo, qui ideo debet esse liber. Reliqua verò sacramenta nõ sunt contractus huiusmodi. Et ideo consensum matrimonij potuit ecclesia infirmare & quassare tanquã iniurium & fini matrimonij nocuum. In reliquis verò, quia sunt merè sacramenta, nihil mutare potuit circa eorũ essentias, quæ sunt de iure diuino forma & materia extrinsecus admota cum intentione faciendi quod Christus instituit, & multò minus in his, per quæ characteres imprimuntur, vt supra distinctione.5.artic.7. prædictum est de illo, qui metu viri constantis baptismate tingitur. ¶Quòd si arguas. Per baptismũ nascitur obligatio profitẽdi Christianam religionem: ergo tam illic requiritur libertas, quàm in matrimonio. Negatur consequentia: quia professio ipsa fit per naturam sacramẽti, ex quo ideo exoritur obligatio etiam in paruulis per intentionem ecclesiæ.

Solutio. *Argumentum.* *Solutio.* *Argum.*

¶Ad primum autẽ eiusdem opinionis Scoti respondetur, consensum coactum, vt superiùs explicuimus, esse simpliciter voluntarium in particulari. Et ideo si nullũ ius diuinum & naturale consideraret, validus esset, atque adeò argumentum vrgentiùs à parte nostra pugnat: nempe, quòd ecclesiæ autoritate quassatur. ¶Ad secundum simili modo respondetur, quòd neque alij contractus, locationis aut venditionis &c. per metum celebrati sunt ipso iure nulli, sed debent in irritum reuocari, vt capit. Abbas, de his quæ vi metus ve cau. fiunt: quia restitutionẽ expostulant. Et hoc facit pro nobis, quia secundùm merum ius naturæ etiam matrimoniũ deberet tenere: at quia rescindi nequit, statutum per ecclesiam est, vt non sit validum. ¶Ad tertium pariter respondetur, quòd promissiones coactæ non sunt ipso iure nullæ, sed quassandæ, & restituendæ. ¶De voto autem, quod quarto argumẽto tactum est, an dum coactione metus constantis viri fit, nõ prorsus doctores consentiunt, sit ne validũ, vt libr.7. de iusti. & iure quæst.2. arti.1. disputando dicebamus. Panormi. nanque super capit. Abbas, de his quę vi met. ve cau. fiunt, tenet esse validum in cõscientia apud Deũ, sed ecclesia pronũciat tale votum non tenere: quia procedit ex præsumptione: præsumit siquidem virum sic coactũ non habuisse consensum vouẽdi. Et ita glossat cap. Perlatum, de his quæ vi metus ve cauſ. fiunt. Et idem opinioni adstipulatur Syluester verb. Metus. §. 8. Isti autem id non probant nisi more suo: quia nullibi, inquiunt, authenticè contrarium legerunt. Sed profectò & canonibus & rationibus bene perpensis contraria opinio est multò probabilior: quam tenet Ricardus distinctione præsenti quæst.2. artic.1. imò vsus ecclesiæ videtur eam, vt certam habere. Nam primùm verba capi. Cùm locum, de sponsalib. generaliter loquuntur de omni consensu coacto: scilicet, quòd locum non habet consensus vbi metus vel coactio intercedit: & cùm manifestum sit, vt supra dicebamus, non ignorasse Pontificem, quin posit eiusmodi consensus quandoque metu extorqueri: consequitur vt intellexerit non esse legitimum, nec in matrimonio, nec in voto. Item in cap. Perlatum, de his quæ vi metus ve cau. fiunt. Alexander non videtur ex præsumptione procedere, sed mulierem, quæ metu mortis monasterium intrauit, voto absoluit, siue cõsensum habuerit siue nõ. Imò certè mulier illa videtur consensum habuisse coactum: quia pepigit cum illis, qui eam occidere ad[illegible]ban[illegible]erium intrare, vt [illegible] 33.q.5.can. Notificasti, sun[illegible]a libertas requiritur in eo, qui religionem vouet. Ad hæc item accedit [illegible]atio similis, vt in matrimonio. Quæcunque met & vi fiunt iure debent in irritum reuocari [illegible]. Abbas, sæpè citato: votum aũt, saltẽ solenne, vinculum suapte natura facit perinde perpetuũ & sua natura indissolubile ac matrimonium: ergo pari ratione ecclesia debet

Solutio. *Solutio ad 3. arg.* *An votum metu coactum sum fit validum.* *Panor.* *Solut.* *Obiectio.* *Opinio Scoti.* *Ric.* *Dilatio.* *Solutio qui 1. argumẽ.* *Solutio sex 1. argumẽ.* *Cap. Perlatum.* *Can. Notificasti.* *Ric.* *Dubium.*

Vsus eccles. eiusmodi consensum in votum solenne inualidare, vt in matrimonium. Sed quod inter hæc omnia maximè vrget, est vsus ecclesiæ: nam quanuis ille, qui metu vouit, confiteatur in iudicio se dum vouit habuisse consensum, idque per sacra iuret, nihilominus si iustum metum legitimè probauerit, absoluetur voto. Quod certè non faceret, si ex sola præsumptione procederet. Censet ergo illũ consensum non esse legitimum. ¶Sed tunc procedere videtur argumentũ factum: nempe, quòd iure diuino ille cõsensus fuerit cassus: alioqui ecclesia nequiret illum irritũ pronunciare. Fateor equidem argumentum minimè esse infirmum. Nihilominus respondetur, quòd quanuis votũ per hominẽ ad Deũ fiat, nihilominus ecclesia tanquam Dei ministra ius habet formas vouendi, saltem solenniter, limitandi. Et ideo sicut constituit, vt nullum fiat votum solenne, nisi sub certis ceremonijs, ita & illius, qui coactè vouit, non approbat votum. Et certè de voto solẽni satisfacit solutio. Sed tamen de voto simplici, cuius ipsa non est iudex, apparet quòd si iure diuino non sit nullum, quòd ab ecclesia irritari non posit, quanuis posit super illo dispensare. Nihilominus respondetur, quòd sicut potuit tempus legitimum statuere ad vouendum, etiam simpliciter: ita potuit & de modo vouendi disponere, atq; adeò coactũ votum pro nullo ducere. ¶Ad quintum negatur consequentia: imò neque inter infideles huiusmodi consensus tenet: quoniam licèt ecclesia erga illos nihil disponere valeat, nihilominus ius gẽtium & ciuile vim habuit inualidandi tale matrimonium, ea ratione, qua est ciuilis contractus. ¶Ad sextum verò respondetur, quòd iura, licèt minimè præ se ferant statutorum formam, nihilominus ostendunt more & vsu illud semper esse seruatum, vt matrimonium per metum constantis viri contractum sit inualidum, & per aliũ leuem minimè. ¶Cui autẽ opinio Scoti plus placuerit, dicere subinde cogitur, hoc interstitium metus grauioris & leuioris in matrimonio diuino iure & naturali esse positum. Quicquid autem alterutra opinio veritatis habeat, constitutissimum est tamen eiusmodi consensus coactos non habere ad matrimonium vim.

Vsus eccles. *Solutio.* *Dubium.*

¶Exurgunt hic tamen ex his dubiola quædam solutu digna. Primum enim offert dubium de causa, ex qua oriri debet metus, vt sit iustus. Potest enim, vel ab intrinseco nasci, vel extrinsecus offerri. Item extrinsecus metus, iure offerri potest, vel iniuria. Et sunt qui dicant, metum ab intrinseco non impedire matrimonium, quia infertur à Deo, Vt si quis metu morbi, cui per rem vxoriã posset mederi, vxorem duceret. Sed si sit ab extrinseco, ille impedit. At verò neque omnis, qui sit ab extrinseco, impedit. Si enim cuipiã dum iure ad suspendium ducitur, offeratur conditio, vt si Mariam vxorem ducere voluerit, seruetur: quia iuxta morem quarundam prouinciarum si fur publicam meretricem vxorem optauerit, donatur vita, matrimonium tenet si conditionem acceptet. Et ideo Syluester verb. Metus. §. 6. aliter distinguit: scilicet, quòd si metus sit iustus, matrimonium non vitiatur, si verò sit iniustus, tunc vitiatur. Sed re vera neque ista distinctio tuta est: quoniam potest esse metus iustus, qui tamen matrimoniũ viciet, vt si qui furem in crimine deprehendit, comminetur ei se eum delaturum, nisi filiam suam vxorẽ duxerit, re vera metus iure incutitur & tamẽ matrimonium non tenet. Suffragatur enim ei edictum, Quod metus causa, vt habetur. l. Nec timorem, & l. Isti quidem. ff. eodem tit. ¶Regula ergo gẽralis & tuta est, quòd quoties metus ad hoc peculiariter incutitur, vt matrimonium contrahatur, ille, si est cadens in constantem virum, vitiat matrimonium, siue iustè siue iniuria fuerit oblatus, alioqui minimè. ¶Hinc primò colligitur, quòd nullus metus ab intrinseco matrimoniũ vitiat: quoniam nullus talis potest illo fine incuti. Est enim metus ab intrinseco dum quis propter vitandam infirmitatem, vt dictum est, vxorem duceret: quem quidem metum nemo incutit, sed è rei natura nascitur. Imò licèt incutiatur à rebus inanimis extrinsecus, vel à feris animalibus, propriè dicitur ab intrinseco. Et ideo si quis metu tempestatis in mari, aut incendij, quo circunsepitur, vel ferarum, à quibus obsidetur, votum emitteret, illud teneret: quia metus ille nõ censetur ab extrinseco illatus: eo quod fit per modum naturæ, sed quando offertur ab hominibus. Rursus quanuis inferatur ab hominibus extrinsecè non illo fine, vt matrimoniũ contrahat, sed alio, matrimoniũ tenet, etiã si iniustè inferat. Vt si in obsidione vrbis metu captionis obsessus princeps vel alius priuatus ciuis offerret hosti matrimonio sibi copulare filiã eius, matrimoniũ teneret: quia ille nõ est metus ad illũ finẽ oblatus, sed sua sponte voluit qui

Metus ab intrinseco nõ impedit matrimoniũ. *Cõsuetudo.* *Sylu. distinctio.* *Regula generalis.* *Metus nullus ab intrinseco vitiat.* *Nota.* *Metus alio fine illatus nõ impedit.* *Exemplũ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

quì illum patiebatur ea se conditione liberare. Secus si hostis illo fine vrbem obsideret, vt principem ad matrimonium cogeret. Eo dem modo si infirmus metu mortis pollicea tur medico se eius filiam ductum, si eum sanauerit. Imò quanuis medicus hanc condi tionem offerat, aliàs eum non curaturus, ma trimonium teneret: quia tunc medicus non infert metum, sed morbus: matrimoniũ autem est sicut pretium pro medela constitutum. Eadem ratione si latroni ob sua crimi na in carceres coniecto puella conditionem offerret, se illum liberaturam si se velit in vxo rem ducere, certè matrimoniũ teneret: quia metus ille non est illatus ab illa, sed est oblata conditio, si vult à metu, in quo est, liberari iuxta l. Metum. 2. §. licet. In casu autem allegatarum legum, Nec timorem, & Isti quidem, diuersa est ratio: quia qui deprehendit aliquem in crimine, incutit ei metum eũ accusandi, nisi puellam ducat, qui ideo matrimonium vitiat. Similiter si quis alium in carcerẽ detrudat, vt consensum matrimonij ex torqueat, vt l. Qui in carcerem. ff. eod. tit. Pariter si pater iuueni, quẽ cũ filia sua deprehẽdit, cõmineturaccusare nisi eã duxerit, matrimonium nõ tenet: quia metũ infert, licèt iustè posit eũ accusare. ¶ Quod si obiceris casum l. Si mulier. ff. quod met. cau. vbi habetur, quòd si liberta ingrata est patrono, qui eam manumisit, metuens se iterum in seruitutem redigendam, aliquid egerit, factum tenet. Respondetur, quòd illic non est metus oblatus, sed quem ipsa ex natura rei, & ex lege concipit, & ideo non vitiat contractum. ¶ Ex his sequitur, quòd si princeps reo, quẽ iustè potest capite plectere, dicat, Occidam te nisi hanc duxeris, matrimonium non tenet: quia metus est illatus illo fine. Si autem ipse, quo metum euadat, conditionem illam sponte eligat, matrimonium tenet. Eadem ratione tenet matrimonium, si metu etiã ad illum finẽ incusso contrahatur, quando metus ille est lege propositus, vt si sit lex, quòd qui virginem violauerit, eam ducat, vt cap. 1. de adulter. tunc quanuis iudex, etiam metu mortis compellat eum, ille consensus solidus est & firmus. Et ita intelligendum est verbũ l. Continet. §. Sed vim. ff. quod met. cau. scilicet, quòd vis, quam magistratus rectè intulit iure licito non vitiat contractum.

De ĩfirmo.

Aliud exẽplũ de icarcerato.

Solutio ad l. Nec timorem.

Obiicitur. l. Si mulier.

Dilutio.

Appẽdix.

Intellectus. l. Continet.

¶ His nihilominus suppositis arguitur nullũ posse metum in virum constantem cadere in materia matrimonij. Aut enim dum quis dicere cogitur, se in matrimonium consentire, corde consentit, aut secus: si non cõsentit, mendax est, atque adeò non est vir cõstans: si verò cõsentit, & est doctus, aut à doctis veritatem didicit, scit consensum illum nullius esse momenti, atq; adeò nec matrimonium contrahere: decipit ergo cogentem, quod vi ro constanti non licet: & ideo perinde est ac si non consensisset & mentiretur. ¶ Respondetur, quòd quanuis nouerit nullum esse consensum, debet illum, si verba proferat, adhibere, alioqui mentiretur. Et ad cauendũ mendacium satis est dicat, se contrahere quãtùm in se est: idest, consentire, & ideo ille non decipit, sed alter se se decipit. Quod si cogens dicere pergeret. Enecabo te, nisi sponte cõsenseris, esset ille tunc fatuus & mentis inops: nã in illo articulo, consentire in matrimonium, quod non est alteri gratum, nequit nisi coactè. ¶ Vtrùm verò laudabilius esset mortem potiùs oppetere, quàm talem cõsensum habere. Respondetur, quòd genere suo potiùs esset vituperabile, saltem dum posset metũ probare: quia esset ille prodigus vitæ, cùm illa via posset mortẽ cauere. Nam cùm ingratum matrimonium contrahere minus malũ sit quàm mors, minimè viro constanti repugnat, per illum consensum vitam seruare. Si autem sciret se nõ posse postea probare metum, etiam tũc è genere rei laudabilius esset consentire: quia minus malum est ingratam vxorem ducere, quàm gladio ceruicem subdere. Posset tamen matrimonium tam inhonorum esse, tamq; incommodum, & fœdũ, vt licitè posset potiùs mori, quàm in illud cõsentire. Vt si vir illustris infamem mulierculam ducere cogeretur.

Solutio argumẽti.

¶ Aliud deinde subsequitur grauius dubium de iuramento. Quid si quispiam metu mortis compellatur sponsalia vel matrimonium iurare, vtrùm teneatur iuramentum seruare? Arguitur enim à parte affirmatiua. Periuriũ genere suo mortale est: qui autem non implet, quod iurat, periurus est: nam iurat falsum: ergo quanuis consensus coactus sit inualidus, saltem per iuramentum conualescit in vi sponsaliorum ad matrimonium contrahendum: ob id quod iuramentum suapte natura secum adfert compulsionem dicendi verum. ¶ Item dum quis in manus latronum incidens in nemore metu mortis iurat se illis pecuniam aliquam numeraturũ, tenetur numerare: quia cũ posit homo suis proprijs bonis vitam redimere, iuramentum

Dubium iuramẽti extorti.

Argumẽtum.

tum fuit licitum: pari ergo modo, cùm (vt modò dicebamus) minus malum sit in matrimonium ingratum incidere, q̃ in mortẽ, iuramẽtum licitum fuit. ¶ Accedit autoritas, quæ videt expressa, Augustini can. Inter cætera. 22. q. 4. vbi refert, quendam Vbaldum metu mortis iurasse, se cõcubinam ducturũ, & dicere videtur fuisse matrimoniũ. ¶ Duæ de hac re versantur opiniones, prior scilicet affirmatiua, quæ his modò argumẽtis instructa fouetur. Quæ etiam inde confirmatur, q̃ si iuramenta metu coacta non tenerent, nulla opus esset absolutione ab illis: indigẽt aũt eiusmodi absolutione, vt patet cap. Verum, de iureiur. ergo non sunt nulla. Item quia renunciatio electionis, quę per metum iuramẽto firmatur est obligatoria, vt cap. Ad aures, de his quæ vi met. ve caus. fiunt. ¶ Alia verò, his nõ obstãtibus est opinio negatiua, quod tale iuramentum neq; in sponsalibus, neque in matrimonio tenet. Quam Ricardus dist. præsenti, cui Paludanus ad literã subscribit, licèt aliam existimet probabilem, probabiliorem arbitratur. Et certè crediderim nõ id solum, verùm quòd sit probabilissima, & q̃ vix alia posit sustineri. Et primùm quanuis tale iuramentum esset in conscientia obligatorium, tamẽ eiusmodi iuratus per verba de futuro nullatenus debet ab ecclesia compelli: nam si dum iuramentum non fuisset per vim extortum, non esset cogendus, vt dist. 27. q. 2. art. 3. diximus, dum per talem vim extorquetur, nos est dubium quin sit multo minus cogendus. At verò quòd nec tale iuramentum obliget in conscientia siue verbis de futuro, siue de præsenti sit appositũ, probatur: quia aliàs non satis incommodis esset consultum, quæ contra finẽ matrimonij orirentur. Nam si Deus, vel eius autoritate ecclesia, inualidat cõsensum metu extortum per verba de præsenti: eo quòd si matrimonium esset solidum, nullus pateret locus restitutioni: eadem ratione ipsum inualidat quocũq; iuramento confirmatum, cùm iuramentum ipsum etiam per iniuriam fuerit expressum: alioqui maneret ille per iniuriam citra remedium ligatus. Neq; Augustin. allegato can. Inter cæteras si perspectè intelligatur, cõtrarium sensit. Ille enim Vbaldus duo necis timore impulsus iurauit. Primum, quòd suam concubinam in vxorem duceret. Alterum quòd matrem cum fratribus domo expelleret, neque quicquam illis alimoniæ impenderet. Respõdet ergo Augustinus, quòd quantum ad matrimonium cõtrahendum: quia nihil vetat concubinam in vxorem accersere, sit illud firmũ in Deo: id est, licitum & fortè sanctum, si propter iuramentum, cõfirmetur. Non enim ait, firmum iam tunc fuisse: quia non iuranerat nisi per verba de futuro. Sed quãtum ad aliud membrum de priuanda matre vitæ subsidio, iuramentum, inquit, est illicitum & non seruandum. Itaq; non approbauit matrimonium tanquã necessarium, sed tanquam licitum & honestũ. ¶ Ad primum igitur argumẽtum in contrarium respõdetur, illum, qui coactè matrimonium iurauit, licèt non impleat, non esse periurum: quia vel Deus vel ecclesia, secundùm opiniones supra relatas, illud facit irritum, nisi qui per metum iurauit, absente metu iuramentum confirmauerit. ¶ Ad secundũ respondetur, non esse simile: nam qui latronibus pecuniam per metum propter ius iurandum numerauerit, potest in integrum repetendo restitui. Secus in matrimonio. Et ideo illic iuramentum dandi erat obligatorium, hic verò minimè. ¶ Et per hoc respõdetur ad cap. Verum, de iureiurã. omnia enim alia iuramenta in alijs contractibus natura sua ob eandem rationem sunt implenda, quanuis per metum extorta, sed tamen si petatur relaxatio, consueuit ecclesia huiusmodi iuramenta relaxare: sed in matrimonio nulla opus est relaxatione: quia nullum erat. Et eadem ratione, si quis renunciationem electionis per metum iurauit, iuramentum tenet, nisi relaxetur antequam alius eligatur.

Pars negatiua.

Ricardus.

Sententia auctoris.

Rationes.

Ad autoritatẽ Aug.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

Ad c. Verum.

Ad c. Ad aures.

¶ Potissima tamen omnium ambiguitatum in hac materia est, si quis necis metu compellatur matrimonium consummare: videtur enim tunc matrimonium esse validum, eo quòd metus non censetur cadere in constantem virum. Arguitur enim sic. Aut ille verè contrahit, aut secus: si contrahit: ergo consensus fuit firmus: si verò non contrahit, concubitus ille est fornicarius, atque adeò intrinsecè mortale delictum: ob nullum autẽ metum licet peccare: ergo ille nõ est vir constans: metus verò non cadens in constantẽ virum nõ inualidat matrimonium: ergo illud est validũ. ¶ In contrariũ aũt est argumentũ quod nihilo videt infirmi. Nã si illud matrimonium teneret, non satis esset (vt supra de iuramento argutum est) eius perpetuitati consultum: quoniam cõsensus in carnalem copulam perinde est coactus, atq; consensus in matrimonium, cademq; perinde ratione conue-

Dubium.

Argumẽtum.

Cõtrariũ argumẽtũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Paludanus. conuenit esse irritum & cassum. Paludanus dist. præsenti. q. 1. art. 4. censet eiusmodi matrimonium in foro ecclesiæ esse validum, saltem si viro illata est coactio: quoniã ille non *Nota.* potest nisi consentiens coire. Quare licèt cõsensus fuerit metu extortus, tamẽ ille metus non iudicabitur viri constantis si eum in delictum coniecit. Ob idq; licèt dicat non consensisse in matrimoniũ non dabitur ei fides. Et idem est de puella si metu consensit in copulam. Potest tamen ipsa non solùm allegare metum, sed vim, ita vt fuerit tenta vel ligata dissentiens, atq; adeò citra suam culpam turpitudinem passa. Et tunc nec in foro ecclesiæ nec in foro cõscientiæ matrimonium est validum, nisi ipsa in copulam cõsenserit. *Sentẽtia autoris.* Profectò res est mihi perplexa. In primis nisi consensus adfuerit in matrimonium, certum est nullum fuisse in conscientia, licèt cõsensus in copulã interuenerit: quia tunc concubitus non potest esse maritalis. Sed dubiũ est dum vterq; consensus adest tam in matrimonium q̃ in copulam, sed vterq; metu necis extortus. *Res perplexa.* Tunc autem si ille vtrumq; consensum coactum cõfiteretur, nescio quidnã ecclesia decerneret. Certum tamen est, quòd si decerneret matrimonium non esse validũ, re vera neq; in conscientia esset validum: quoniam non procederet tunc ex præsumptiõe, sed iudicando talem cõsensum non fuisse legitimum. Si tamẽ iudicaret esse validũ, tunc etiam in conscientia esset validum, quia iudicat illum metum, nisi copula affectu maritali fuerit consummata, non cadere in constantem virum. Et ideo ad vsum & morem ecclesiæ est res deferenda. Et qui sustinere voluerit non esse validum, non erit prorsus ratione destitutus. *Probat pars negatiua.* Sed recurrendum illi est ad illã distinctionem in capite articuli ꝓpositam: nempe, quòd ille metus genere suo & obiecto, scilicet mortis, sit cadens in constantem virum, licèt per accidens ratione subiecti nõ sit viri constantis, quia lapsus est in peccatũ. Et talem tunc dicẽdum est sufficere ad inualidandum matrimoniũ. Vulgus enim eum, qui metu mortis accessisset ad illam etiã affectu fornicario, non ideo censebit inconstantem: quia sicut vnus actus non facit virtutẽ, *Aristo.* vt ait. 2. Ethico. Philosophus, ita neque vnus actus peccati tollit habitũ virtutis, vt vir desinat esse constans. Ob idq; ecclesia illum accessum quanuis fieret maritali affectu, irritũ *Nota.* esse voluit. Atq; hanc opinionem olim cum magistris probabiliorem æstimabam: modò tamẽ non satis mihi firmus videor illi incumbere. Admittere enim, metũ esse viri constantis illum, qui hominem in lætale crimen prosternit, certè neque doctorum sermo, neque ratio gratis consentit. Et ideo qui hanc opinionẽ tutari vellet, doctiùs fortè diceret, matrimonium inualidum esse: non quia metus esset cadens in constantem virum, sed quia esset terribilissimus, & illum libertatis gradũ, qui matrimonio est necessarius, auferẽs. Sed quia hoc etiam mori loquendi sacrorum canonum non vsque adeò consonat, tutior est altera pars: nempe, quòd ecclesia debet illud præsumere matrimonium, atque adeò contrahentes perstringere, vt in illo perseuerẽt. Nihilominus tamen in foro conscientiæ, si consensus in matrimonium fuit iusto metu coactus, & consensus in copulam non fuit, vt affectu maritali, sed vt fornicario accederet, non fuit matrimonium: secus si fuit cum maritali affectu. ¶ Quòd si roges. Quomodo ergo qui in istas angustias cogit, debeat peccatum euadere: respõdetur, quòd altero duorum modorum: scilicet, vel citius morti succumbendo, quàm copulam consummet: veluti si cuipiam præsentanea mors offerretur, nisi in fornicationem consentiret. Vel eandẽ copulam affectu maritali consummando, & matrimonium perficiendo.

¶ Ad primum igitur argumentum in principio articuli positum respondetur, quòd etsi consensus ille coactus simpliciter sit voluntarius in particulari, tamen quia per iniuriã tam ingenti metu extorquetur, illo caret libertatis gradu, qui est matrimonio necessarius. ¶ Ad secundum respondetur, non semper esse necessarium aut condecens, vt qui coactus consensit ad spontaneum cõsensum inducatur, nisi quando è re sua illud fuerit matrimonium. Si autem voluerit contrahere, vel iterum debet sua sponte cõsentire, vel coactum illum consensum cessante coactiõe retinere. Nam etsi in pœnam raptus raptor secundũ antiquos canones & leges prohibitus fuerit cum rapta contrahere, vt can. De puellis. 36. q. 7. &. C. de raptu virginũ. l. vnica. iam tñ potest rapta puella cum raptore cõtrahere, si prior dissensio transeat post modum in consensum, & quod antea displicuit tandẽ incipiat complacere vt extra de raptoribus, cap. vlt. Consensus aũt raptoris seu metum inferentis nunquam ad matrimonium sufficit, quousque accedente libero consensu alterius, fiant ambo mutui.

ARTI-

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm vel princeps subditum, vel pater filium possit ad matrimonium cogere.

XHis, quę dicta sunt, parua dem mum oritur dubitatio, vtrùm aliquis quempiam inuitũ valeat ad matrimonium cogere. *Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.* Et arguitur, quòd princeps id possit. Nam vt supra citatum est. l. Cõtinet. §. sed vim. ff. quod met. cau. Vis, quam magistratus intulit iure licito nõ vitiat contractũ: vsu tamen venire potest, vt in bonum publicum nuptiæ alicuius illustris conferant: ergo tunc princeps ipsum potest iure perstringere. *Secundũ argumẽtum.* ¶ Secundò de patre arguit. Legitur enim Gen. 28. q̃ Isaac præcepit Iacob, vt non acciperet vxorẽ de filiabus Chanaam, quod nũquam, nisi vim haberet coercinam, fecisset. *Tertium argumentũ.* ¶ Accedit verbum Pauli ad Colossen. 3. Filij obedite parẽtibus per omnia: nam à quibus esse & viuere suscepimus, eisdem omnimodam obedientiam debemus: qua vtique ratione supra monstratum est, patrem posse despondere filios, sponsaliaq; iuramento firmare, quod certè nisi cogere eos posset, nefas esset, nam periculum tunc periurij subiret. *Quartũ argumentũ.* ¶ Quartò deniq; arguitur. Per leges ciuiles principũ in nõnullis prouincijs, vt in Hispania, facultas facta est parentibus exhæredandi filias, quæ ipsis inuitis vel inscijs clam nubunt: huiusmodi autem leges non essent licitæ, nisi parentes valerent filios constringere. *Pars negatiua.* ¶ In contrarium est, quòd vt cap. Accessit, & alijs de desponsa. impub. cautum est, puellæ à parentibus ante septẽnium desponsatæ facultas fit reclamandi. *Decisio articuli.* ¶ Quæstiunculæ huius negatiua solutio satis lucidè ex superioribus colligitur, potissimùm ex art. 2. dist. 27. q. 1. vbi abunde monstratum est, Deum hanc facultatem nemini hominũ reliquisse, vt inuitum quempiã in matrimonium obtruderet: quippe quod cum natura ipsius, quod perpetuum esse debet, è diametro pugnet. Et hæc sit prima huius arti. conclusio, sed ad dissoluenda nonnulla cõtraria eadem hic quæstio & conclusio repetitur. *Prima conclusio.* ¶ Vnde ad primam autoritatem de principe respondetur, lege illa citata nihil aliud cõtineri, quàm quòd vis iusta principis matrimonium non vitiat. Iusta autem vis est, quã do ex lege procedit, vt dum qui virginem deflorauit, cõpellitur eam sibi matrimonio copulare, nisi dotare voluerit: nam postquam ille sua sponte vitium perpetrauit, non censetur inuitus id pati, quod inde subsecutum est. Vbi autem nulla adest hominis volũtas, naturæ matrimonij repugnaret, ob bonum aliquod commune ingrato sibi coniugio eũ complicare. *Cap. 1. de adulter.* ¶ Quod autẽ nec pater eodem iure polleat, probat D. Tho. hoc pacto. Cùm *An pater id possit.* in matrimonio sit quædã quasi seruitus perpetua, nequit pater filium, quippe qui libere conditiõis est, cogere. ¶ Quòd si contrà quis arguat. Pater necessitate compulsus poterat *Obiectio.* filium vendere, saltem vetusta lege. C. de patribus qui filios distraxe. l. 2. tametsi inter Christianos non sit in vsu: sed mera seruitus molestius vinculum est, quàm coniugale: ergo eadem ratione potest filium ad matrimonium cogere. Negatur cõsequẽtia, tum quia *Dilutio.* seruitus non exigit amorem, sed satis est, vt seruus timore seruiat, cùm tamen coniugale commercium suapte natura mutuum amorem coniugũ exposcat: tum etiam quia seruitus suapte conditione non adfert perpetuitatem, vt matrimoniũ, cùm possit se seruus redimere. ¶ Colligitur ergo secunda conclusio, quòd pater nõ potest filios ad matrimo- *Secunda cõclusio.* nium simpliciter compellere, vt ciuilis etiã lex. Non cogitur. ff. de ritu nuptia. admonet. Et ratio præsertim theologica. Nam si post matrimonium ratum potest vnus coniugũ altero inuito religionẽ profiteri: fortiori ratione filius inuitis parentibus ad matrimonium eum compellentibus id potest, atque adeò eum compellere nequeunt. ¶ Accedit *Tertia conclusio.* tandem huic tertia. Pater potest inducere filium precibus & monitis, imò nõnunquam præcepto, cui tamen ipse eatenus parẽre tenetur, quatenus causa illius præcepti se habet erga ipsum, vt si causa ipsum cogat, de necessitate tenetur sub pœna peccati obedire. Et sic intelligitur. l. Si patre cogente, eod. titu. Vt si pater eum desponderat & sponsaliã iurauerat, matrimoniumque sit filio vtile & commodum, neq; vlla sit causa repudiandi. Si autem causa præcepti procedat ex honestate, tenetur filius tunc etiam ex honestate obedire, & non ex necessitate. Atque hoc pacto intelligitur verbum, Honorij cap. citato, Tua nos: scilicet, quòd filius omnino debet quod pater ꝓmisit adimplere. ¶ Quòd si quis arguat. Videtur secunda cõclusio ter- *Obiectio.* tiæ repugnare, quippe quæ concedit teneri filium nonnunquam parẽre parenti sub pœna peccati mortalis: hoc enim est cogi. Respondetur

L

Universidad de Deusto Biblioteca

Dilatio. detur nullā esse repugnantiā. Secunda enim conclusio solùm affirmat, q̃ sine consensu filij per consensum patris nō firmatur matrimoniū, licèt possit illū desponsare. Præterea q̃ neq; ipsum pōt, aut metu mortis aut alio cadente in constantem virum ad cōsensum perstringere. Cui non repugnat, vt possit iubere. ¶ Per hæc ergo ad secundū argumentū

Solutio secūdi argumē. respondet. Iacob enim iussa parētis capessere tenebatur: nempe, vxorem ex Chananęis non suscipere, tum ꝓpter eorū malignitatē & idololatriā, tum etiam quia terra illa Chanaam patribus ꝓmissa, bello erat petēda, & suis habitatoribus priuāda: quare præceptū Isaac non aliud q̃ æquissimū fuit. ¶ Et eadē

Solutio tertij argumē. est solutio Paulini verbi. Tenetur si quidē filius obedire patri in licitis oībus & honestis tanq̃ liber homo. Quare non cogit omnimodē in ijs obtēperare, in quibus est tam liber, q̃ ipse pater: putà, in matrimonio contrahēdo, per quod filius futurus est pater. Vnde licet pater posit sponsalia filij iurare, tū iuramentū non habet arctiorem vim, q̃ q̃ quantum in se erit operam dabit matrimonio filij conciliando: quod quidem ius non aufert eidē filio reclamādi: & ideo conditio illa, nisi filius renuerit, semper iuramēto includitur.

Quartū argumentū. ¶ Quartum argumentū, quia non solùm ecclesiasticas leges, verùm & ciuiles tangit, negotiū doctoribus facessit. Et primū omniū

Capit. Cum inhibitio. cap. vlt. de clandesti. despon. vbi statuit, vt filij ex clandestino matrimonio nati non habeantur vt legitimi, nil ad rē attinet præsentem: qm̄ vt dist. præcedenti monstratū est, non censent illegitimi propter solā clancularia desponsationē, sed propter eius cōtractionē in gradu prohibito, quæ causa est, vt filij sint spurij. ¶ Impræsentiarū verò non agitur nisi de pœna eorū, qui contra voluntatē parentū contrahunt, licèt verum perficiant

Cōtrahētes cōtra voluntatē parētū legibus puniuntur. matrimoniū. In eos em̄, qui sic se matrimonio iungūt, ciuiles leges pœnas decernūt, saltem peculiares regni Hispaniæ, nescio an & aliarū nationū: nam & de Neapoli idem fertur: nempe, q̃ si filia contra parentū voluntatem clam nupserit, licèt ipso facto non sit hæreditate abdicata, sit tū in potestate parētis eam abdicare. Ius aūt

Iusc̄mune. cōmune, quod videri rim, nullum extat de hac re expressum: nam in auth. vt cùm de appel. cogn. §. Causas aūt. colla. 8. inter iustas ingratitudinis causas, ob quas pater pōt filias ab hæreditate excludere, non habetur nisi q̃ si filia, quā pater vult nuptui tradere, non consenserit, sed luxuriosam vitā degere elegerit. Subditur tū q̃ si āvigesimo quinto anno parentes distulerint eā marito copulare; & forsan contigerit in suū corpus peccare, aut sine consensu parentum marito se (libero tamen) coniungere, hoc ad ingratitudinem filiæ non imputetur. Ex ista tū particula aliqui ex canonistis elicere contendunt à cōtrario sensu, q̃ si ante vigesimū quintū annum incōsultis vel dissentientibus parentibus nupserit, exhæredari posit. Sed re vera collectio ægerrima est, imò glossā illic, & de inofficioso testamen. Authēt. Sed si post, in. C. vbi eadē authētica transcribitur, nō infert nisi q̃ si ante viginti quinq; annos, vel in suū corpus peccauerit, vel seruo nupserit, ingratitudinis rea sit, secus si nupserit libero. ¶ Extat autē in Hispania lex. 49. inter Taurinas, vbi si filia clam præter parentū voluntatē nupserit, facultas sit eis eam hæreditatis iure expoliare. Quin verò alia nuperrima Vallisoleti adiecit, q̃ quanuis filia. 25. annorū ætatē excesserit, eidem subdatur legi. Interpretes aūt canonici iuris de hac re dissident: nam alij dicūt leges has ciuiles nō esse iustas, quippe quæ iure canonico sint abrogatæ, alijs contrariū asserentibus. Et sunt doctorū turbæ vtrinq; tam multæ, vt rem potiùs confundant, q̃ elucident: quia nō agunt opinionū pondere, sed numero. ¶ Duo ergo hic pro nr̄a tenuitate rūdemus. Primùm em̄ q̃ iura canonica principibus hmōi leges interdicant, non video. Imò cùm matrimoniū, vt sæpè dixim⁹, sic sit sacramentū, vt sit etiā ciuilis cōtractus, nil vetat quominus vt priori rōne ad forū ecclesiasticū spectat, posteriori, ciuili etiam aliquatenus subdatur. Non q̃ principes ea possint, quæ sunt de matrimonij substantia demutare, sed tū q̃ valeant cōtrahētes mulctare, vbi in bonum publicum contrahendo deliquerint: nam pōt delictis, quorū iudiciū ad ecclesiasticū tribunal pertinet, supplicia etiā, quatenus pacem reipub. perturbant, decernere, vt aduersus vsurarios & periuros, & aduersus eos, qui viuentibus vxoribus incestas nuptias cōtrahunt: & in illos fideles, qui cum infidelibus aut Iudæis matrimonia coniugunt. Delictum aūt profectò est inconsultis parentibus id sine vrgēte causa attentare: adeò & ratio naturalis, & iura tam canonica, vt can. Aliter 30. q. 5. & alijtum etiā ciuilia plurima ius erga liberos de hac re parentibus conferunt. Cap. autē Tuā, de ord. cognitio. quo aiunt hanc facultatem principibus adimi, ꝓfectò ineptè ad hoc allegatur;

legatur: quippe cùm illic Honorius solùm decernat, caulam matrimonialem atq; adeò legitimationes liberorum ad examen ecclesiæ pertinere, sanè cui incumbit iudicare an matrimonium fuerit validum. Ex quo profectò nulla consequutione colligitur, vt principibus inhibeatur de successione hæreditatis leges ferre. Quin verò cāpi. aliud: scilicet, Caulam quæ in. 2. qui filij sint legitimi, quod simul pro se afferunt, cōtra eos militat: quippe vbi Alex. fatetur ad regem pertinere non ad ecclesiam de possessionibus iudicare, vbi agitur de illegitimo matrimonio, licèt causa matrimonij fuerit ne firmum aut infirmum pertineat ad ecclesiam. Quòd si arguas. Ius canonicum liberam potestatem tribuit filijs matrimonia contrahendi. Conceditur quidem, imò & iure naturali & diuino eadē fundatur libertas. Sed si inde inferas, eadem iura inhibere principibus, ne vllas pœnas contrahentibus decernant, negatur consequentia. Nam etsi ob eandem libertatē matrimonia inconsultis parentibus sint valida, nō tamen semper contrahentes excipiuntur à delicto, quod princeps punire potest. Si enim duo illustrissimi magnates vellent suos liberos matrimonio coniungere, qua ratiōe duę eorum amplissimæ primogenituręin vnam domū coalescentes periculū regi & reipublicæ crearent, profectò posset tunc rex & deberet tale matrimoniū sub grauissimis pœnis inhibere. Pari ergo ferè ratione interdicere valet, ne nr̄ gnatum filiæ inconsultis parētibus nubant. ¶ Addiderim tamen secundò hoc temperamētum, quòd huiusmodi leges non debent semper toto rigore executioni mandari. Vnde consultissimè non eandem pœnam infligunt liberis masculis absq; voluntate parentum contrahentibus, quā fœmellis, quæ cùm nō tanto ingenio & prudentia vigeant, debent (in conciuinandis potissimùm nuptijs) parētibus obstrictiùs esse subiectæ, ne leuiter de se disponant. Sed nihilominus debet causa quoque nubendi æstimari, vt si fortè filia erat iniuria parentum oppressa, quam ne dotarēt, vel alia de causa, nuptui tradere recusabant, tunc certè non esset rigore legis in illam animaduertendū si clam nupserit suo æquali, quemadmodū si absq; vlla causa id fecisset. Quare neque in personis inferioris sortis debet ille rigor obseruamenti populares per hæc matrimonia suis domibus afferunt. In summa quod Christianissimus quisque rex de hac re decreuerit, iustum est.

Aliud cap. *Collectio* *Nota* *Obiectio.* *Dilatio.* *L. 49.* *Pragm. ca. 4. an. 1537.* *Exemplum* *Secundū argumentū.* *Nota.* *Pœna. L. 49. nō habet locum in masculis.* *Ratio.* *Causa nubēdi æstimanda.* *Nota.*

QVAESTIO SEcunda, De consensu conditionato.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm consensus conditionatus sit ad matrimonium per se sufficiens.

PRopè ad coactum consensum accedit conditionatus: & ideo similiter quæritur, vtrùm aliquādo per se sufficiat. Et arguitur à parte negatiua. Matrimonium exigit verba simpliciter consensum exprimentia: quod autē sub conditione enunciatur, non simpliciter asseritur: ergo nunquā eiusmodi consensus sufficit. ¶ Secundò, quia verba, quibus matrimonium conciliatur, debent esse certa & firma: adiecta verò conditio incertitudinem quandam præ se fert. ¶ In contrarium tamen est, quòd cùm alij contractus sub conditione celebrati impleta cōditione sint puri & firmi: nil obstat quominus simili consensu contrahatur matrimonium.

Partis negatiuæ argumentū primum. *Secundū argumentū.* *Pars affirmatiua.*

¶ Conditio impræsentiarum non vsurpatur pro rei qualitate quemadmodum dicimus aliquam esse seruilis liberæue cōditionis, sed pro illa, quæ contractui apponi consueuit. Vnde conditio in hoc significato est dispositionis: scilicet, actus vel contractus ex euentu incerto suspensio: vt si dicam, Ducam te in vxorem si tātum mihi æris pondus in dotem numeraueris. Et solent iuris periti quatuor contractuum moderamina distinguere, quæ sunt, Demonstratio, modus, causa, & conditio. Quorum singula suas habent notulas. Demonstratio enim fit per relatiuum aut per nomen exprimēs qualitatem, vt Duco Mariam, quæ libera est, aut Duco istam virginem. Sed modus exprimitur per cōiunctionem, vt, Duco ducis filiam, vt honoris mihi accessio inde fiat. Et ad modum reducitur determinatio temporis, vt cōtraham tecum Dominica in albis, quando per ecclesiā licet nuptias celebrare, Causa autem expri-

Conditio quid. *Quatuor cōtractuū moderamina.* *Demonstratio.* *Modus.* *Causa.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Conditio. mitur per, quia, vt duco Crassi filiam: quia prædiues est. Cõditio verò exprimit per, si, nisi, aut, cùm, & similia, vt Contraham tecũ si dederis, vel cùm dederis cẽtum, vel, nisi pa
Prima conclusio. ter renuerit. ¶ His præmissis ad quæstionem tribus conclusionibus respondet. Prima est. Tria reliqua moderamina, siue vera sint siue falsa, siue turpia siue honesta, aut cuiuscũq; qualitatis, nihil ad matrimonium confirmãdum, vel infirmandum referunt, magis q̃ si non apponerentur, nisi formam conditiõis
Exemplum induant. Exemplum. Si quis dicat, Accipio te, quę, vel, quia venenum sterilitatis potasti, matrimonium contrahit, siue potauerit illa siue secus, licèt eiusmodi potatio fini matrimonij obstet: quia non apponitur vt conditio. Imò quanuis dicat, quia scio te sterilitatẽ procuraturam, vel pretio amicos recepturã. Et ratio est, quia illa non ceu conditionẽ apponit, sed quia vxorem sterilem, sohim vt illecebris carnis occurrat, quęrit, vel quę illum quomodocũq; sustentet, etiam turpi lucro. Si autem diceret de futuro, Contralio tecũ, quæ datura mihi es tantum dotis, illa iã vim habet conditionis, & ideo cõtractum suspendit quousq; per impletionẽ purificet. Et parirer si diceret, Accipio te, quæ venenum sterilitatis potabis, non esset securum matrimonium: quoniam videtur habere formã conditionis contra eius finem: id est, si potaueris. Quoniam si diceret quia dabis mihi tantam dotem, conditionem videret apponere. Quãuis causales istæ de futuro ambiguæ sint, post sunt enim referre vel cõditionem vel dunta xat credulitatem proferentis. Et isto secũdo modo nullatenus contractum viciant matrimonij. Et idem de demõstrationibus sentiendum. Eademq; ratione si diceret, Contraho tecum, vt impedimenta generationis procures, anceps esset oratio. Nam etsi cõiunctio, vt, modum suapte significatiõe designet, creberrimè tamen vim habet conditionis. Similiter si quis dicat, Contraho tecum, quæ libera es, vel quia libera es, illa non est mera demonstratio, sed vim gerit erroris cauendi. Et ideo si erat illa mancipium, & illud ille præsciuerat, matrimoniũ tenet, si aũt crediderat esse liberã, nullum est, non propter defectũ demõstrationis, sed propter errorẽ circa personam, qui matrimoniũ vitiat. Quare illa demõstratiõis adiectio suffragabiĩ, pferenti, vt credat existimasse eam liberã, & onus probationis transferetur in fœminã, quæ probare tunc tenetur, eum sciuisse se esse ancillam.

¶ Conclusio hæc facili rõne probatur: qm̃ illa, quæ matrimoniũ variãt vel vitiant, debẽt ad substantiam seu vim contractus spectare: demonstratio aũt & modus & causa ad vim contractus non spectant, sed ad causas, quæ contrahẽtes mouebant, vel ad opiniones rerum, quas conceperant. Quocirca quanuis demonstratio aut causa sit falsa, nihil refert, Vt quispiã dicat, Contraho tecum, quã pater mihi despõsauit, aut, quia parẽtibus nostris perplacet, tunc quãuis falsum illud sit, nihilominus matrimoniũ tenet. Falsa eñ demonstratio minimè legatum aut contractũ vitiat. l. Falsa. ff. de condi. & demonst. ¶ Ante secundã verò conclusionẽ prænosse oportet plurima esse cõditionum genera. Quædam enim sunt conditiones generales, quæ licèt non apponantur, intelliguntur. Vt Contraham tecũ, si Deus voluerit, aut si nos viuos seruauerit. Aliæ sunt particulares, sed tamen contractui matrimonij necessariæ, vt si vir diceret hermaphrodito, Contraham tecum si sexum elegeris fœmininum, aut si mihi non fueris consanguinea: aut si diceret sarracenæ Contraham tecum si fidem Christi profiteri decreueris. Et huiusmodi omnes conditiones nil refert seu apponantur seu taceantur, nam ex naturæ rei censentur appositæ. Ex alijs verò particularibus quædã sunt aut necessariæ in se, aut simpliciter impossibiles, vt si sol oriatur eras, aut si cœlum digito tetigeris. Aliæ verò sunt cõtingentes. Atq; istę sunt rursus bipertitæ: quædã enim sunt cõtra substãtiam matrimonij aut eius finẽ aut fidẽ, vt, Cõtraho tecum quousq; aliam inuenero melioribus moribus pręditam, quod est contra matrimonij perpetuitatẽ. Vel Cõtraho tecũ si sterilitatis causas procuraueris, quod est cõtra eius finem. Aut si aliquem admiseris, qui tecum adulteretur, quod est contra eius fidem. Aliæ verò sunt, quæ matrimonio minimè aduersantur: & istarũ quædã sunt honestæ, vt Contraho tecũ si pater cõsenserit, aut si dotẽ mihi dederis, vel si fueris virgo. Aliæ aũt turpes, vt Cõtraho tecum si mihi fueris in furto vel homicidio perpetrãdo adiutrix. Atqui oẽs istæ apponi possunt aut verbo de præsenti, cõtraho, duco, nubo: aut de futuro, contrahã &c. ¶ Rursus animaduertẽdum, q̃ matrimoniũ ipsum conditionẽ nõ admittit, sed eius consensus. Quod est dicere, q̃ cõsensus põt quidẽ ex cõditione pendere, sed quãdiu ille pẽdet, matrimoniũ nullũ est, quippe cùm absolutus purusque debeat esse contractus,

Ratio sententiæ.

Conditiones generales.

Conditiones particulares.

Conditiones simpliciter impossibiles.

Conditiones contingentes.

Conditiones matrimonio nõ contrarias.

ctus, atq; adeò quousq; cõditio purificet, & consensus fiat de pñti purus, aut maritalis ac
Nota. cedat copula: vigorẽ coniugij nõ habet. ¶ In calce demũ animaduertendũ, q̃ nulla istarũ conditionũ, quicquã adfert momenti ad matrimoniũ confirmandũ, vel infirmandũ, nisi ambo contrahentes in illã conditionẽ cõsentiant, ita vt quã vnus obtulit, alter accipiat.
Secunda cõclusio. ¶ Sit ergo secunda cõclusio. Cõsensus de presenti sub cõditione de præsenti, si illa tũc vel impleta est vel adimplet, per se absq; alio cõsensu sufficit ad matrimoniũ, quod ideo eodem momẽto perficit: vt si Petrus dicat Mariæ seçũ consentienti, Contraho tecũ si patri meo placuerit: id est: si iam modò placet. Cõ
Ratio cõclusionis. clusio est nemini dubia, quippe cuius ratio est liquida. Nil eñ hic, quod substantiã sacramenti attingat, deest, si modò personæ sint legitimæ, cùm interueniat assensus mutuus de pñti nullatenus ex futuro dependens, qui ideo eodẽ momento, quo exprimit, vim suã obtinet: nam & in alijs ciuilibus cõtractibus ita res habet. l. Institutio talis. ff. de condi. institu. & l. cum ad pręsens. ff. si cert. pet. vbi habetur, q̃ si conditio est de pñti aut de præterito non suspendit contractũ. Vnde. l. Itaq;. ff. eod. cõcluditur, q̃ tunc potestatẽ cõditionis obtinet cũ in futurũ confert. Si verò con-
Conclusiõis declaratio. ditio non esset adimpleta, aut esset matrimonio cõtraria, consensum irritaret. Et intelligitur sic cõclusio, q̃ etiã si contrahentes assensionẽ parentũ ignorent, imò quãuis credant eis displicere, si postmodũ constiterit parẽtibus tunc fuisse gratũ, non opus est alio consensu, sed matrimoniũ habendũ est p̃ rato. Quinetiã satis est in virtute eis placuisse: nẽpe, si licèt tunc essent dormientes, cogitauerant tñ de illo matrimonio, & placuerat eis. Quinimò fortasse licèt de hoc nunq̃ cogitasset, si postea interrogati mr̃imoniũ approbarẽt approbatio illa esset interpres virtualis cõsensus præteriti, vel saltem nõ displicuisse.
Conditio, si pater placuerit. Cùm eñ dicit, si pari placuerit, sensus videt si non fuerit dissentitus, & sciens gratum habuerit. Attamen si tunc parentibus displicebat, quanuis postmodũ scientibus placeat matrimoniũ nullum est absq; no[illegible] consensu. Nam cõditio ad illud momen[illegible]ũ refertur est, quo cõsensus de pñti exprimi[illegible]. ¶ Hic
Corollariũ. colligit, q̃ quanuis cõditio verbis de p[illegible]dicta sit de futuro, si tñ est nece[illegible]aria [illegible] vt si sol oriatur eras, perinde sit solidũ matrimoniũ, ac si cõditio esset de pñti. Assertio est S.
S. Tho. Thomæ dist. pñti, art. 3. quæstiuncula. 3. quis glossa super cap. Per tuas, de cõdi. apposi. cõ
Glossa capio Per tuas. trariũ sentiat dicens, q̃ etiã hmõi necessaria cõditio suspendit contractũ: & ideo si ille anteqũ sol oriatur eras aliud matrimoniũ cõtraxerit de pñti, illud, inquit, est validũ. Sed re vera glossa hæc nulli est rationi cõsentanea.
Reprobatur glossa. Nam cùm illa conditio sit iam in suis causis naturalibus necessaria, impleta censetur. Ad quod facit expresse l. Si pupillus. §. Qui sub conditione. ff. de nouationibus. Qui sub conditione stipulatur, quæ oĩno extitura est, pure videt stipulari. Et Inst. de inutilib. stipula. §. si impossibilis. Et l. Impossibilis. ff. de verb. obliga. Si quis sub illa cõditione aliquid spõdet, Si cœlũ digito non attigero, purè facta obligatio intelligit, quia cõditio est necessaria. Secus si conditio poneret vt modus: scilicet, cõtraho tecum in diem vel pro die crastina sub solis ortum: tũc eñ conditio trahit cõsensum ad futurũ, & facit tñ spontalia. Si verò talis per se necessaria cõditio addat verbis de futuro, vt contraham tecum si sol oriatur eras, aut si cœlũ circunferat, eadem ratiõe valebit pro sponsalibus, acsi nulla esset adiecta cõditio. Sed tñ non restringit ad contrahendum eras: quia nõ apponit tanq̃ determinatio tẽporis. Si aũt diceres, Contrahã tecum si pater meus moriat, quanuis cõditio sit necessaria, videtur tñ adiecta, vt modus tanq̃ tẽporis determinatio: & ideo non teneris contrahere vsq; ad patris obitũ. Sed si dicas de præsenti, Contraho tecũ si pater meus sit moriturus, continuò tenet matrimoniũ: quia conditio est necessaria, & nõ ponitur vt designatio tẽporis. In his ergo & similibus discernendis prudentia opus est.

¶ Dum aũt verbis de præsenti adhibetur honesta conditio de futuro disidiũ est inter iu-
Dubium. ris peritos & theologos, vtrùm cõditione adimpleta opus sit nouo cõsensu ad confirmãdum matrimoniũ, an verò sufficiat ille pręcedens. Panor. siquidem cap. De illis, de conditio. apposi. & Inno. 4. ac penè oẽs tenent nõ opus esse cõsensu nouo, sed solo impletæ cõditionis accessu, nisi conditio substantiæ matrimonij sit contraria. Vt si quis alicui dicat, Contraho tecum si pater consenserit, aut si mihi talem dotem dederis, aiunt, impleta cõditione sine nouo consensu matrimoniũ esse solidũ, quia consensus est purificatus: ita vt si ad alia vota ille trãsierit, nulla sint prorsus.
Conditio de futuro duplicitè contingere põt. Adstipulat eis Paluda. dist. pñti. q. 2. art. 5. Est hic tñ per distinctionẽ cauendũ, q̃ hmõi conditio de futuro adhibita verbis de præsenti

Universidad de Deusto Biblioteca

pōt dupliciter apponi. Vno modo super illegitimā prohibitamq; materiā, vt si cognati intra quartū gradū contrahāt sub conditione, si papa dispēsauerit. Et tūc alia est diuersa ratio. Quare non oēs prędicti canonū doctores de ista loquunt, vt paulò pòst videbimus. Sed dum super legitimā materiā cadit, vt in exēplo posito, si dotē dederis, aut si pater cōsenserit. De quo ergo nobis primū agendū.

Iurisconsultorū argumentum. Potissimū igitur argumentū canonistæ à similitudine aliorū contractuū ciuiliū ducūt. Dum enim quis ædes suas alteri sub hac conditione vēdit, si alias ipse emerit, vel si rex consenserit, impleta cōditione non opus est alio cōtractu nec consensu, vt vēditio teneat: idē ergo de matrimonio sentiendū. ¶Sed nihilominus subiungit tertia conclusio. Conditio de futuro adiecta verbis de pnti facit consensum in virtute esse de futuro ceu sponsaliorum: & ideo aduenientē cōditione nō fit matrimonium nisi nouus cōsensus de pnti accedat. Conclusio est S. Thomæ dist. pnti. arti. 3. quæstiūcula. 3. & oīum theologorū. Et re vera perspecta rōne nullatenus esse pōt dubia.

Tertia conclusio.

S. Tho.

Ratio cōclusionis. Ratio quippe est, q̄ conditio de futuro facit consensum expressum per verba de pręsenti esse pendentē de futuro & ideo ante cōpletam conditionē non est sufficiens: cōsensum autē pendere in futurū, in virtute est esse de futuro: & ideo optimè ait S. Tho. q̄ conditio de futuro, licēt adhibeat verbis de præsenti, perinde habet acsi adhibeat verbis de futuro: cùm ergo matrimoniū nullatenus nisi per cōsensum de pnti, vel copula superueniente carnali contrahat, fit vt per talē consensum, nec qn̄ exprimitur cōditio, nec qn̄ impletur, fiat matrimoniū, atq; adeò opus sit alio nouo de pnti. Et confirmat ratio maximè quatenus matrimoniū sacramentū est, aliorū sacramentorū exēplo: nullum enim sub conditione quidpiā valet, vt si quis diceret, Ego te baptizo, aut cōfirmo, aut absoluo si ieiunaueris, aut psalmos recitaueris: aut si prælatus ratum habuerit: neq; verò valere incipit dū cōditio implet: nam in sacramētis locū non habet ratihabitio. ¶Quòd si contrà arguas. Si quis dicat fœminæ, Contraho tecum si tu consenseris, ille cōsensus pendet de futuro cōsensu alterius: & tn̄ ipsa cōsentiente non est necessarius in viro alius nouus. Rn̄detur, q̄ cōsensus ille in virtute continuat, donec fiat mutuus adueniente alterius cōsensu. Et ideo nō est simile illi, qui pēdet de futura cōditione, aut de consensu alius tertij: putà, parentis

Rō secūda.

obiectio.

Solutio.

&c. Imbecille ergo & nullius vigoris est argumentū, quod ex alijs similibus contractibus ad matrimoniū à canonistis accersitur: nam in alijs iure pręsumit cōsensum semper in virtute durare, quousq; cōditio superueniat. Et ideo licēt ille fuerit de futuro, impleta conditio cōfirmat contractū. Secus vero in matrimonio, vbi necessarius est consensus de pnti. ¶Sed ecce aliud argumentū Paludani. Vbi D. Tho. ait, cōditionē de futuro adiectā verbis de præsenti perinde habere acsi apponeretur verbis de futuro, aut intelligit nunc qn̄ profertur consensus, aut tunc qn̄ impletur cōditio: non nunc: quia non sunt sponsalia: nam conditio in futurū pendens vt impedit nunc matrimoniū, ita & sponsalia: nec tunc qn̄ conditio impletur, nam tunc fit quidem matrimoniū, vt in reliquis cōtractibus cōtingit. Meritò tn̄ Adrianus. q. 2. de matrimonio reprehendit Paludanum, qui tam infirma ratione suū Magistrū deseruit. Rn̄detur enim ei, eiusmodi contractū vim habere sponsaliorū ab illo puncto, quo fuit cōsensus prolatus. Si militer enim ipse debet respondere in verbis de futuro. Si enim quis dicat, Accipiā te si dederis mihi talē dotem, quis neget oriri spōsalia? ergo cōditio illa licēt impediat tunc esse matrimoniū, nō impedit esse sponsalia. Pari modo qn̄ dico, Accipio, si conditio sit de futuro. Et simili ratione impletio cōditionis nō sufficit ad matrimonium sine cōsensu nouo de pnti. ¶Et confirmat vrgentissimè eadē sententia. Iste contractus, Accipio te si hoc dederis, vim illico habet obligandi sub cōditione, & nō in ratione matrimonij, vt cōtraria opinio fatetur: nam si ante completā conditionē ille voluerit à contractu resilire & aliā ducere, ille secundus cōtractus erit verū matrimoniū: ergo obligat in virtute dūtaxat sponsaliorū, atq; adeò aduenientē cōditione non erit amplius q̄ ceu sponsalia obligatorius. Et corroboratur ratio. Si eo ipso, q̄ cōditio adimpletur, esset matrimoniū, nō opus [illegible] ecclesiæ coactiōe, vt qui sic peccarunt, contraherēt: cōpellit aut eos vt contrahāt: ergo nō erat ni[illegible] sponsalia [illegible] cōsensu [illegible] obligātia. ¶Sed ar[illegible] nisi ad id [illegible] p. De illis, de condi[illegible] osit [illegible] Alexander, q̄ qui mulieri sic [illegible] te in vxorē accipiam si tn̄ mihi de[illegible], non est postmodū reus periurij si no[illegible] accipere renuerit, nisi vel cōs[illegible] de præsenti vel copula intercesserit: ergo nisi vbi cōsensus de pnti absolutus interc[illegible]it, matrimoniū nō est [illegible]lidū. Et est ex-

Solutio argumēti.

Argumentum Paludani.

Adhibet prædictum Paludanum solutio.

Ratio.

Aliud argumentum.

plicatio

Intellectus cap. Super eo. plicatio Vrbani tertij in cap. Super eo. Quare mirandum est quomodo Canonistæ hoc caput Vrbani sibi arbitrētur suffragari, cùm significātius eis refragetur & patrocinetur, nobis, vt bene ait loco citato Adrianus. Cùm enim illic Vrbanus decreuisset, eum, qui in quandam mulierem cōsenserat, si pater suū præstaret assensum, anteq̄ voluntas patris accederet non esse cogendū, obijcit verba Alexandri, nisi cōsensus de præsenti intercedat, & ait, illud nō esse suę definitioni aduersum: quia ille, inquit, consensus (scilicet, contrahō tecū, si pater meus cōsenserit) non est de præsenti habendus licet euidentiùs per verba de præsenti exprimatur, quia in alieno arbitrio non habito, sed habendo consistit. Tam clarè Papa q̄ nos loquitur. Et cap. Per tuas, liquidò id etiam docet Innoc. 3. in illis, qui in matrimonium consenserāt si pater vel patruus in ipsum quoque consentirent: pronunciati enim fuissent tanq̄ non coniuges, nisi quia antea quàm pater consentiret copulam consummarunt, per quam visi sunt à conditiōe recessisse. Cōcluditur ergo, conditionē de futuro verbis etiam de præsenti adiectam non facere, dum adimpletur: matrimonium, sed confirmare sponsalia. Quare si alter illorum ad aliud matrimonium trāsierit, illud erit validum. Certè nescio cur hmōi opiniones circunferantur tanq̄ Canonistarum aut Theologorum. Deberent enim pensata ratione perpendi, & non simplici assertione doctorum sustentari. ¶Nouam autem dubitandi rationem nobis offert, quando cōditio de futuro super illegitimam materiā fertur. Vt si quis cognato suo intra gradum prohibitū dicat, Contraho tecum si Papa dispēsauerit. Liquidum enim est ante dispensationem nullum esse matrimonium, sed tamen dispensatione concessa, non desunt qui autumēt absq; nouo consensu esse matrimonium, vt Calderi. & alij, quos Sylvester, verbo. Matrimonium 3. §. 9. inducit. Isti eodem argumēto vtuntur, quo superiores. Sed multò habet minor energiæ in ista materia, quàm in alia. Vnde idem Panor. & Inno. in cap. Super eo, licēt in cap. De illis, vbi legitima [illegible] ateria cēseant matrimonium absque nouo consensu tenere, [illegible]men vbi est illegitima, id nega[illegible] non est cur hæc pars negatiua sub op[illegible]ti[illegible] tenenda sit, cùm sit prorsus certa. Nam [illegible]ter rationem nuperrimè factam, quæ suffi[illegible]ciens est, existit alia hic noua, eademque vrgentior. Ad cuius intellectum notādum est

Conditio, si Papa dispēsauerit.

Sylvester.

Pars negatiua.

documentum D. Thomæ in. 4. distinct. 40. artic. 4. quòd leges Pontificum non referuntur ad præterita, vt sententia, sed ad futura. Si enim dum lex vigebat prohibens matrimonia in quinto gradu, aliqui in illo contraxissent, & postmodū dum lex alia, quæ permisit contrahere in quinto, superueniret, nō ideo eorum matrimonium confirmatū censetur, nisi nouo consensu vtentes dispensatione cōtraxissent: quia lex non loquebatur nisi in posterum. Et vice versa. Si modò æderetur lex prohibens quintum gradum, matrimonium eorū, qui in illo contraxerunt, non dissoluitur. Regula est omnium doctorum vtriusq; scholę: scilicet, & Theologorum & Iurisconsultorum communi cōsensu receptissima. A fortiori ergo sic intelligendæ sunt dispensatiōes. Cùm ergo Papa super matrimonio dispensat in gradu prohibito, solùm intelligit (id quod nomen ipsum dispensationis sonat) facultatem illis facere contrahēdi, non autem ratum habere quod factum est: ergo si contrahere volunt, nouo opus habēt consensu. Consequentia quidem liquida est, sed minor etiam nū cōfirmatur. Nā quod in se nullum fuit, fieri nequit vt validum fuerit: imò neque ex illo vlla potest oriri obligatio. l. Cum lex. ff. de fideiussoribus. vt loco citato bene adnotauit Panormit. consensus autem ille inter illegitimas personas nullo fuit: quia erat iure prohibitus: ergo non potest pro rato haberi, vt ad matrimonium sufficiat. ¶Et arguit explicatiùs. Materia legitima quemadmodum & in ædificijs, ita & in contractibus præsupponitur formæ: ergo cōsensus super materiam illegitimā nullus est, sed postquàm fuerit per papā legitima, opus est nouo consensu. Et tandem arguitur. Si sine nouo consensu virtute prioris fieret matrimonium, sequeretur quòd illi, si Papa illis inuitis dispensare vellet (quod certè bona occurrente causa potest) nequirent à priori pacto resilire, atque adeò posset Papa inter inuitos matrimonium constituere, quod nulla potest opinione affirmari. Certè res est cōstantissima necessarium esse nouum consensum post dispensationē. ¶Ex quo fit, quòd quantis ante dispensationem cognati sponsi per verba de præsenti & per copulam carnalem affectu maritali matrimonium consummauerint, & proles susceperint, nullum est matrimonium, sed omnes sunt fornicationes, quousque post dispensationē denuò de præsenti consenserint. ¶Quod autem maiorem

Documētū D. Thomæ.

Lex & dispensatio futura respicit, non aūt præterita.

Nota de dispensatiōe.

Probatiō minoris.

Aliud argumētum.

Postremum argumētū.

Appēdix.

Universidad de Deusto Biblioteca

offert ambiguitatem est, vtrùm saltem eiusmodi contractus inter cognatos sub conditione, si Papa dispensauerit, vim habeat spõsaliorum, ita vt superueniente dispensatione teneantur contrahere. Est enim casus frequẽtissimo vsu occurrens. Hoc dubium latè disputat Adrianus in materia de matrimonio. quæst. 10. Et pluribus à parte negatiua præmissis sustinet affirmatiuam. Contrarium verò: scilicet, nullam inde nasci sponsaliorum obligationem communis opinio doctorum asserit, in cap. citato, Super eo, vt Adria. ipse fatetur. Quæ quidem opinio plurimùm ciuilibus legibus fulcitur, vt l. Inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. vbi stipulatio, quę fit de re sacra vel publica, vana reputat, etiã si profana fieri posit & priuata: quia dum fiebat stipulatio res erat vsibus sacris dedicata. Et idem habetur. l. continuus. §. cùm quis. Et l. si stipuler. ff. eo. tit. habetur, quòd si quis stipulatur, vt id fiat, quod natura fieri nõ cõcedit, obligatio non consistit. Et subditur ad propositũ, q̃ si quis stipuletur de eo, quod leges fieri prohibent, cessat obligatio, veluti si quis nupturam sororem sibi aliquis stipuletur. Et additur, quanq̃ etiam si non sit perpetua causa impedimenti, vt accidit in sorore adoptiua, quæ licèt fieri posit non adoptiua, tamen si quis stipuletur cum illa dum est adoptiua, stipulatio est nulla. Proximè certè ad rem nostram attinet hæc lex. & in l. Idem Iulianus. §. fi. ff. de legat. 1. scribitur, quòd illa conditio, quæ pendet ex volũtate principis, censetur impossibilis. & Inno. in ca. Pastoralis. de cau. posses. & proprie. notat, q̃ quæ sine dispensatione fieri non possunt, impossibilia à iure reputantur. Quo fit, vt conditio illa, si Papa dispensauerit, impossibilis censeatur, quæ habetur pro non adiecta. Vnde cùm sine illa contractus sponsaliorum nullus esset, fit vt nec valeat cum illa. Adrianus verò censet conditionem illam esse possibilem: nam Papa non solùm dispensare potest super matrimonio, verùm aliquando debet, vt si promisit, vel in bonum publicum aliquid retulerit. Et ad iura allegata, ait, illa stipulationes rerum sacrarum, prohibitarum & publicarum quassare quando in ipso contractu stipulationis non exprimitur conditio voluntatis principis, qui potest super his dispensare. Quando verò totum ad eius voluntatem refertur, tenet obligatio. ¶ Revera fateor rem esse ancipitem, & vtrinque ambiguam, faciliùs tamen in sentẽtiam opinionis communis descenderim, quòd nulla scilicet inde sponsaliorum obligatio oriatur. Et ratio vna est illa, quam Panormi. inducit, ex l. Cùm lex. ff. de fideiussor. scilicet, quòd ex facto iure improbato nulla nascatur obligatio. Aegra enim esset solutio dicentis, quòd lege solùm improbatur matrimonium inter cognatos, non tamen sponsaliorum contractus sub illa dispensationis conditione. Quoniam cùm cognati lege sint exclusi à matrimonio tanquàm indebita materia, & sponsalia sint vinculum & obligatio matrimonij contrahendi, eadem ratione est inhabilis materia sponsaliorum, quousque materia sit legitima, iuxta l. Oratio. ff. de sponsalib. vbi habetur, quòd lex, quæ prohibet matrimoniũ, subinde prohibet sponsalia. Et confirmatur ratio. Si sponsalia inter cognatos contraherentur sine expressione conditionis dispensationis, nullius vigoris esset contractus, vt Adrianus ipse fatetur: ergo quanuis apponatur ipsa conditio, nihil valet. Probatur consequentia: quoniam licèt in priori contractu non explicetur conditio, implicitè tamen in re ipso intelligitur: eiusdem autẽ vigoris est implicita iuris conditio & explicita per contrahentem: ergo si posterior valeret, prior valeret: prior autem non valet: ergo nec posterior. Præterea, certè conditio dispensationis in moralibus impossibilis reputatur: nam regula est, vt nunquàm dispensatio fiat, & rarissima exceptio, vt non nisi vrgentissima de causa fiat: quare cùm natura contractus, nõ debeat ex accidentibus, sed ex ipsis, quæ per se insunt, iudicari, non debet talis cõtractus censeri spõsalia. ¶ Ad hæc demum arguitur. Affinitas sponsalibus superueniens illa dissoluit, vt cap. Veniens, de eo qui cogno. consang. vxor. & capit. Super eo, de consang. & affinit. vt si sponsus cum sorore sponsæ rem haberet: facilius autem est rei ortum impedire, quàm existentem rescindere: ergo eadem affinitas & à fortiori consanguinitas præcedens sponsalia irrita facit, quacunq; illa conditione fiant. ¶ Quòd si cum Adriano respõderis, aliquem subsequentem euentum vitiare sponsalia præterita, quæ si præcederet, nõ impediret futura, vt si post sponsalia sponsa fornicetur, aut lepram contraxerit: respõdetur, id contingere propterea q̃ si illi euentus præcessissent sponsus sua spõte illas maculas non repudiasset: quia non sunt iuris impedimenta: cognationis vero impedimenta sunt iure posita, & ideo si irritant sponsalia præterita,

Adrianus.

Non sunt sponsalia.

Cõfirmatio cõmunis opinionis.

Ratio sponsalium.

Obiectio.

Dilutio.

Ratio.

Adria. obiectio.

Dilutio.

Conditio, si Papa dispẽsauerit, impossibilis.

Adrianus.

Solutio Adriani.

Sentẽtia autoris.

rita, certè à fortiori impediunt futura. Hanc ergo opinionem licèt non necessariam, multo tñ probabiliorem existimauerim. ¶ Quo fit, vt non modò ante dispensationem obtẽtam (de hoc enim, nulla est ambiguitas) verum & post, vterq; posit à pacto illo recedere. Neq; verò id tantùm de cõsensu alterius: quia & id certissimũ est, sed altero etiam inuito & reclamante. Imò quanuis cõtractus ille iuratus esset, si hæc nostra cõmunis opinio vera est, iuramentum non ligat, neq; dispensatione indiget: quia super illicitam materiam latum est. ¶ Hoc tamen addiderim temperamentum, q̃ licèt eiusmodi contractus vim non obtineat sponsaliorum, quandoque tamen ex quadam honestate oritur inde obligatio: nempe, dum matrimonium illud inter cognatos ob aliquem bonum finem expediens est: & dum expensæ in expeditione dispensatiõis amplæ factæ sunt. Præsertim si sponsa se se permiserit spe illa deflorari. Tametsi non solùm talis cõcubitus peccatũ sit graue, verùm & oscula & tactus, qui aliàs inter spõsos de præsenti licent: quia omnia feruntur super indebitam materiã. ¶ Sed arguis. Ergo sic pacisci inter cognatos semper peccatum erit? Respondetur, quòd si pacisceantur intendẽtes, facere sponsalia, profectò ita secundum hanc opinionem cõcedendum est: & grauius peccatum erit si iuramẽtum adhibeant: quia fertur in materiam vetitam. Quanquam excõmunicationem non incurrant: quoniam pœnæ sunt restringendæ, & excommunicatio iure non fertur, nisi in eos, qui in gradu prohibito matrimoniũ de facto contrahunt, cap. De muliere, de matri. contra. contra interdi. ecclesiæ, & Clemẽ. vnica, de cõsangui. & affinit. vbi nulla fit spõsaliorum mentio. Si verò non cogitent sponsalia facere, sed obligare se ex honestate ne expensæ incassùm fiant, vel alia bona de causa, tunc nullum peccatum erit, etiam id iurare. Et in hoc sensu debẽt eiusmodi pacta semper iniri, vt euitentur peccata. ¶ Postremum tamen hic dubium fit reliquum, vtrùm si huiusmodi cognati post concessam à pontifice dispensationem affectu coniugali commisceantur corporaliter, illud sit habẽdum pro matrimonio absque alio consensu siue dispẽsationis concessionem ignorent, siue sciant. Videtur enim matrimonium nõ conualescere: q̃m carnalis copula illud non perficit, nisi sponsalia præcesserint: & contractus ille, vt dictum est, non habebat sponsaliorũ vigorẽ.

Neta tẽperamentum.

Obiectio.

Solutio.

Vista.

Dubiũ optimum.

Nihilominꝰ rñdetur, illud esse matrimoniũ, siue scientes siue ignorãtes dispensationẽ affectu cõiugali coeant: quia cõsummata copula post spõsalia nõ ob id tm̃ matrimoniũ cõponit, q̃ spõsalia fuerant, sed eo q̃ spõsalia testimonium sunt, q̃ affectu maritali coierint. Et ideo q̃uis in pręsentiarũ ille cõtractus nõ fuerit sponsaliorũ, nihilominus quia in animo habebãt matrimoniũ, in illudq;, licèt vetitũ, consenserant, qn̄ postea sublato impedimento illo se affectu cõmiscent, affectus ipse habetur pro consensu. Igitur cognati, qui tale inierũt pactum, caueant se se mutuò cognoscere tempore, quo speratur dispẽsatio: nam si compertum sit post tempus concessionis affectu maritali conuenisse, matrimonium retractare nequeunt.

¶ Ad argumenta igitꝰ in capite quęstiõis proposita rñdetur, optimè cõcludere cõsensum ex conditione de futuro pendentem neutiq̃ ad matrimonium sufficere. Si verò sit de pręsenti, & cõditio de futuro nulla adhibeatur, quæ illum pendẽtem teneat, ille certissimus est, & simpliciter de præsenti, ac perinde ad matrimoniũ sufficiẽs, vt latè monstratũ est.

Sentẽtia autoris.

Notã.

Solutio argumẽtorũ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm conditio impossibilis matrimonium tollat.

DE conditionibus gñalibus, deq; illis particularibus, quæ licèt nõ apponantur, verbis ipsis cõtrahentium subintelliguntur, atq; adeò de necessaria per se satis dictũ est. Ex reliquis aũt aliæ sunt impossibiles, atq; aliæ cõtingẽtes. Arguitur ergo de impossibili, quod matrimoniũ tollat. Consensus per verba exprimitur: qui aũt dicit, Cõtraho vel contraham tecũ, si digito cœlum attigeris, nullũ videtur habere consensum nisi sub illa cõditione: ergo est cõditionalis, & non de pñti, atq; adeò matrimonium nec ligat nec ligare põt, cùm cõditio impleri nequeat. ¶ Secundò arguitur. Qui verba illa affirmãdo profert, vel ridiculus est, vel ridens illa & ioco profert: atque adeò non est censendus habere consensum magis q̃ si dolo ea pferret: ergo per illa, nullum matrimonium nectit, sicut neque vllum aliud sacramentũ susciperet. ¶ Tertiò. Reliqui oẽs contractus ciuiles sub huiusmodi conditione initi quasi iure sunt irriti, Instit. de inutilib. stipula. §. Si impossibilis. & l. Impossibilis. ff. de verb. obliga. sed maior libertas

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Secundũ argumẽtum.

Tertium argumentũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

bertas exigitur ad coniugium: ergo nec con iugalis contractus tenet. ¶In contrarium est Grego.9.cap.fin.de conditio.apposi.dicens, impossibiles conditiones in fauorem matrimonij pro non adiectis haberi.

Pars negatiua.

Decisio articuli.

¶Quæstio est profectò intellectu nõ facilis, ad cuius igitur enucleationem primùm omnium illud perspè supra suppositum hic etiam supponendũ, ꝙ in foro conscientiæ apud Deũ, vbi non sit verus consensus de præsenti, nullũ coniungitur matrimonium, siue cõditio impossibilis addatur, siue nulla: quãuis ecclesia in suo tribunali possit illud ex præsumptione pronunciare validum. Hoc supposito ait Paluda.dist.præsenti.q.2.art.5.con.5. hoc Gregorij decretum satis esse mirabile, cùm ille, qui talem conditionem apposuerit, deridere potiùs videatur, q̃ consentire, & ideo non est consensisse pręsumendus: nã in foro conscientiæ si diceret confessario nõ consensisse, non iudicaretur matrimonium. Atq; hoc quidẽ certissimũ est, vt modò supposuimus. Sed hoc in Paludano mirabilius est, quod subdit, id non præsumi matrimonium, sed esse contrahendum propter pręceptum ecclesiæ. Ecclesia nanq; nullũ tale præceptum illic ponit matrimonij cõtrahendi: quia, vt supra diximus, neminẽ, qui sua sponte non contrahit, cogere ad contrahendum iure valet.

Nota fundamẽtum.

Paludanus.

Autoris reprehensio.

Conclusio.

¶Ad quæstionẽ ergo vnica conclusione respondetur. Matrimoniũ sub conditione impossibili contractum iudicio ecclesiæ præsumitur tale acsi nulla esset conditio apposita. Conclusio est prædicti decreti. Dicens enim Pontifex eiusmodi conditionẽ in fauorẽ matrimonij pro non adiecta haberi, præsumendũ matrimoniũ iubet, acsi illa non esset apposita conditio. Et pari ratione si conditio illa addatur verbis de futuro, Contraham tecum, erunt sponsalia. Non autem est intelligendum quòd conditio impossibilis faciat matrimonium illud, quod sine illa nullum esset, sed quòd manet contractus in sua natura. Quare si quis dicat, Contraham tecum cras, si sol de cœlo ceciderit, aut si digito cœlum attigeris, tenetur contrahere cras. Vtimur enim nunc verbi gratia exẽplis cõibus, quicquid de eorũ sit veritate, quæ iam iam examinabitur. ¶Sed profectò indigere conclusio videtur expositione, ne sit mirabilis: nam re vera, vt iacet, dura prima frõte apparet. Si enim quispiam Philosophus mulieri, quę ceu philosopham se vanè iactaret, asserret lunam esse in infimo orbe, & illa cõtendente non esse nisi in secundo vel tertio, ille subinde diceret. Ego cõtraho tecum si luna non fuerit in infimo orbe, Profectò nemo posset præsumere, illum voluisse matrimonium cum illa contrahere, quanuis conditio illa sit impossibilis: imò censeret quisq; stupidam potiùs insciti am mulieris irridere voluisse. Aut si contendenti astra esse animalia viuentia, diceret, Contraho tecũ si astrum vixerit animali aut rationali vita. Et pari ratione si magicæ dicenti, se posse volare, quis diceret, Contraho tecum si in turrim vel in cœlum euolaueris, re vera non est cur præsumeretur voluisse contrahere, sed potiùs eam voluisse subsannare. ¶Propterea nõnulli suspicantur in his casibus posse ecclesiam de non matrimonio matrimonium facere: sed profectò nullatenus opinio est audienda. Potest enim materiã inhabilem reddere matrimonio cõtrahendo, vt inter cognatos, potestq; in suo tribunali secundùm allegata & probata hoc aut illud pronunciare esse matrimoniũ, aut non esse tale. At verò illud, quod re vera matrimoniũ fuit facere vt non sit, aut quod matrimonium, non fuit, facere vt sit, re vera nõ valet. Adria.in tract. de matrimonio.dubio.7. alia via incedit: nempe, ꝙ vbi contrahentes sciunt conditionẽ esse impossibilem, tunc nõ debet haberi pro nõ adiecta: quia cessat, inquit causa præsumẽdi voluisse contrahere, imò censendi sunt tanq̃ impossibile matrimoniũ reputasse: secus si putabãt esse possibilem: quia tunc præsumuntur se illaqueare voluisse. Attamẽ distinctio hæc textui Gregorij minimè consonat: eodem enim tenore ait, conditionem turpem haberi pro non adiecta, & impossibilem: turpis aũt, etiã si sciatur esse turpis, habetur pro non adiecta: ergo & impossibilis. Item quia quanuis existimarent conditionẽ esse possibilem, nõ inde sumitur argumentũ præsumptionis, ꝙ habuerint absolutum consensum, imò pendentem ex illa conditione, quam putabant esse possibilem: & tã Papa iubet habendam pro non adiecta. ¶Profectò res sic in cortice aspecta perplexissima est, de qua fateor hactenus nihil me certi compertũ legisse. Atq; ob id Duran.in.3.senten.dist.39.q.4.dicit, se non videre quomodo cõtrahens sub conditione impossibili præsumatur cõtraxisse, & ideo relinquit peritioribus iudicandum. Et quod mirum mihi est, D.Tho.nec dist.pũti, nec.27.q.2. de sponsalibus, de ista conditione im-

Capi.fin. de cond.appos.

Intellectus verus ca.si. de cõd.app.

Paluda.

Quæstio illatus.

Sententia tertia.

Adria.

Sententia tertia.

Ratio.

Duran.

D. Tho.

ne impossibili meminit. Quare intellexisse videtur nullã difficultatẽ hic re peniti⁹ inspecta latitare. Et quod etiã notandũ est. Pontifex, non subiecit exemplũ de illa cõditione impossibili, si cœlũ digito attigeris, aut de alijs huius generis. Sed doctores ex iure ciuili legibus citatis & alijs eadẽ exẽpla accersunt. ¶Mens ergo Põtificis Maximi (si punctum forsan attigerim) per hæc asserta explicatur. Primũ, supponat ꝙ in conscientia ad consensum intrinsecũ spectandum est: nam si fuerit verè de pũti, matrimoniũ facit: si verò de futuro, spõsalia: sin minus neutrũ. At quantũ ad præsumptionẽ ecclesiæ hoc maximè notandũ est, ꝙ ex cõditione impossibili ecclesia non contendit sufficiens sumere præsumptionis indiciũ, sed aliunde. Et multò minus intendit conditionẽ hmõi aliquid variare circa matrimoniũ aut sponsalia: id enim illa particula sonat, habeat pro nõ adiecta. Hoc ergo dũtaxat sapienter Papa definiuit, ꝙ vbi per alias cõiecturas præsumit adfuisse cõsensum vel de pũti vel de futuro, perinde pronuncietur illud fuisse matrimoniũ, aut spõsalia: acsi nulla fuisset adiecta cõditio: id est, neuter cõiugũ teneatur illã adimplere: quia ad impossibile nemo obligat. Quanuis nonnunq̃ etiã ex natura ipsius impossibilis cõditionis fiat præsumptio, qualis fuerit ipse cõsensus. Neq; verò hoc, ꝙ cõditio impossibilis habeatur pro nõ adiecta, est singulare matrimonio: nã & in testamentorũ legatis id mos obtinuit, vt habet.l.Obti. uit.ff.de cõdi.& demon.& Instl.eod.tit.& Instl.de hæredib.inst.6. ¶Secundò ad huius maiorẽ elucidationem animaduertendũ, lumõi impossibiles cõditiones esse in duplici genere: quædã enim sunt ex se & rõne obiecti impossibiles, nihil ad mores aut matrimonium attinẽtes: quæ ideo nec appositę tanq̃ per alterũ cõtrahentium adimplendæ existimant: vt illa, si cœlũ digito attigeris, & aliæ in exẽplis positę. Alię verò sunt ex mores spectantes, & tanq̃ adimplendæ positæ, vt si quis diceret pauperculæ mulieri, Contraham tecum si decẽ millia aureorũ mihi in dotẽ numeraris. ¶Ad propositũ ergo vt descẽdam, si quis in iudice delatus fateatur se cõsensisse sub illa conditione impossibili, de qua disceptabat, a[illegible] vera: scilicet, si luna non est in infimo o[illegible] si viuit vita animali, profectò nõ est[illegible] dus matrimoniũ contraxisse, sed [illegible] mulierculæ illusisse. Si a[illegible] nfiteat[illegible] e, Contraho tecũ si cœlum [illegible] tigeri, per

Nota.

Intelle. Iur. capi. si.

Primũ asserturn.

Secundũ asserturn.

Cõditio impossibilis duplex.

Exempla.

pendendũ aliũde est, verum ne habuerit cõsensum: nẽpe, quia per alia verba aut facta illud conijcitur, & tunc præsumet ioco conditionẽ adiecisse, atq; adeò matrimoniũ manere solidũ. Et eodem modo si conijciatur adiecisse conditionẽ per fraudem, vt si pollicebat̃ quis puellæ matrimoniũ, si secum in rem veneream cõsentiret: sed vt illã deciperet, adiecit, si cœlum digito tetigeris, profectò tũc ad repellendã fraudem meritò cõpelletur in matrimonio perdurare. At verò si ex cõiecturis perpendatur, aut ioco totũ dixisse, Cõtraho tecum si cœlum tetigeris, aut tanq̃ vnum impossibile, pfectò non est cur magis presumatur matrimoniũ contraxisse, q̃ si dixisset, si angelus fueris, quod est contra substantiam matrimonij: aut q̃ si in alijs contractibus dixisset, si tu mihi oculos, quos euulsos habeo, restitueris, dabo tibi centum millia aureorũ, aut si cœlum attigeris. ¶Per hæc iudicandũ in alijs moralibus cõditionib⁹, si puella, quæ pauper videtur, dicat se habere decem aut viginti millia ducatorũ, & iuuenis dicat, Cõtraho vel contraham tecum si tũ mihi dederis, & non aliàs. Aut si mẽtita diceret, se frui maximo apud regem fauore, & iuuenis ei respõderet. Contrahã tecum si mihi feceris donari illustre castrũ, aut marchionatũ. Quãuis istæ cõditiones sint illi puellæ impossibiles, tamẽ quia poterant, neq; prorsus absq; prudẽtia, credi possibiles, pfectò nõ sunt habẽdæ tanquã non adiectæ, imò faciũt contractũ pendulũ: & ideo si non adimplent, non obligat. Si verò esset alchimica mulier, quæ diceret se scire verum aurũ conflare ex cupro, & alius dicat, Contraho tecum si hoc cuprũ fuerit ãte in aurũ versum, re vera illa cõditio sic erat impossibilis, vt nisi ab ignarissimo homine non posset credi possibilis, & ideo tunc ad alias coniecturas recurrendũ est vt iudicetur interfuerit ne consensus, nec [illegible] vt reputetur illud matrimoniũ. Per hæc exempla quisq; poterit de alijs iudicare. ¶Et in summa nos nihil aliud cõstituere volumus, quàm quòd sensus Pontificis de conditione impossibili habenda pro non adiecta, non sit ꝙ eo ipso sit iudicandũ verũ esse matrimoniũ aut spõsalia: sed intentio eius fuit nudare cõtractum ea conditione, vt si vel ex ipsa vel aliũde præ[illegible]matur habuisse verum consensum, matrimonium habeatur pro rato & illa conditio neutrum obliger contrahentiũ. Hoc enim sonat, habeatur pro non adiecta: hoc est, perinde ac si apposita non esset, de spõsalibus aut matri-

Iudiciũ in moralibus cõditionib⁹.

Nota.

De alchimica.

Intellectus cap. si. circa conditionẽ impossibilẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca

matrimonio indicet: nã idẽ est sensus de conditione turpi, quæ nõ est cõtra substantiam matrimonij. Sensum enim hunc clarissimũ sicta doctorum mysteria in angustias perplexitatis coniecerunt.

Solutio primi argum. ¶Argumenta ergo per hæc facilè soluũtur. Qui enim contraxit sub conditione, si cœlũ digito attigeris, nec præsumendus est cõtraxisse, neq; verò nõ cõtraxisse, sed aliunde id iudicandũ est. Quanuis & ipsa cõditio posit præsumptionẽ facere totũ irrisoriè dixisse.

Solutio secũdi argumẽ. ¶Et per hæc ipsa secundũ etiã argumentum solutũ restat. ¶Ad tertium rñdetur, q̃ sicut nec cõtractus ciuiles per impossibilẽ cõditionem nulli fiũt, ita nec matrimoniũ, vt expositũ est, nisi alius cõsensus præsumatur, q̃ qui per conditionẽ exprimitur. Discrimen autẽ, quod in fauorem matrimonij subijcitur cõpertinet, vt si aliunde, & etiam per ipsam cõditionem præsumptio fiat veri cõsensus, conditio ipsa non magis obstet, q̃ si non fuisset adiecta: neq; verò ad suĩ impletionẽ obliget.

Solutio terty argumẽ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm omnis & sola turpis conditio quæ contraria est matrimonio, ipsum tollat, honesta verò semper obliget.

NTER contingentes conditiones aliæ sunt turpes, aliæ verò honestæ. Et turpium aliquæ sunt cõtra substantiã matrimonij, vt contraho tecũ si adulteriũ cõmiseris: atq; aliæ impertinẽtes, vt Cõtraho tecum si furtũ feceris, aut homicidiũ. Quarũ priores matrimoniũ tollere censenẽt, posteriores verò haberi pro nõ adiectis. Arguit ergo q̃ nõ oĩs illa, quæ est prioris, generis tollat matrimoniũ. Maximè emẽ illa, tolleret, quæ in exẽplo posita est: si adulteriũ cõmiseris, illa verò non videt substantiæ matrimonij contraria: nã ad eius finem & fidẽ satis est, q̃ debitũ viro reddat, quoties ab eo fuerit exactũ, cui nõ repugnat, vt quãdoq; cõmisceat alteri: quare habẽda esset pro nõ adiecta, sicuti illa, si furtum feceris, atq; adeo nõ tollit matrimoniũ.

Partis negatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ. ¶Secũdò arguit. Si quis alteri dicat, Contraham tecũ si mecũ concubueris, illa est conditio turpis, quæ nõ est cõtra substantiã matrimonij, & rñ videt matrimoniũ tollere: ergo nõ sola illa, quæ est cõtra substãtiã matrimonij, illud tollit. Probat minor: quia si illud nõ auferret, maximè quia haberet pro non adiecta: hoc tũ videt falsum: nã sæpè hoĩes se sub illa cõditione obligant, & nõ aliter: nempe, vt florẽ puellæ explorẽt, quæ est honesta cõditio: ergo vel cõtractũ suspẽdit quousq; ipsa impleat conditionẽ, vel quia illam non tenet implere, contractũ reddit nullũ. ¶Tertiò arguit. Si quis cùm aliqua sub ista cõditiõe cõtrahat, Si es virgo, est honesta cõditio: & rñ nõ videtur obligare: quia est impossibilis: nã corruptæ impossibile est esse virginem: ergo non oĩs honesta habenda est pro adiecta & obligatoria. ¶In contrarium est prædicta decretalis Gregorij noni cap. fina. de conditio. appos. vbi habetur, q̃ conditiones, quæ sunt contra substantiã matrimonij, illud tollũt, si verò sunt impertinẽtes, & turpes vel impossibiles, habenẽt pro nõ adiectis, & cõtractus mãrimonij manet firm⁹, vt ca. De illis, approbant cõditiones honestæ. ¶Ad quæstionẽ tribus facillimis cõclusionibus rñdetur. Prima. Omnis conditio matrimonio cõtraria ipsum tollit. ¶Secũda. Si autem sit impertinẽs, & turpis vel impossibilis, habetur pro nõ adiecta. Ambæ sunt assertiones præallegati capit. Et quia tria sunt in matrimonio: scilicet, perpetuitas, finis, & fides, cuicunq; istorũ obijciat cõditio, matrimoniũ vitiat. Vt si quis dicat, Contraho tecũ vsq; ad mortẽ patris mei: nã tunc propter adeptã hęreditatẽ aliã illustrio rem inueniã: hic emẽ concubinatus potius esset, vt can. Solet. 32. q. 2. ait Augu. q̃ matrimoniũ. Aut, contraho tecũ hac lege vt sterilitati des operam, vt nunq̃ concip[illegible] aut si adulteriorũ lueris domũ sustentaueris. Et ratio pa[illegible]mæ cõclusionis est clara: nã vnũquodq; per cõ[illegible] suum contrariũ corrũpitur: cùm ergo natura consensus matrimonialis perpetuitatẽ includat, generationẽ & fidem, qui sub contrarijs cõditionibus ait se cõsentire, re vera non cõsentit, imò suis ipse verbis suũ perimit extinguitq; cõsensum. Ratio verò secun[illegible] est, q̃ cùm nemo ad id, quod turpe est, [illegible]bligẽ, imò multò minùs q̃ ad impossibile, vbi cõditio turpis cõsensum matrimonialẽ nõ auferet ille relinquitur solidus & in[illegible] vana & futilis nullam vim [illegible]ens obligandi. ¶Hanc tamen [illegible]undam conclusionẽ semper intelli[illegible]to in publico ecclesiæ foro, vbi procedit[illegible] ex præsumptione. Nam si qui dixit, Cõ[illegible]cum si mihi ad furandum fueris so[illegible]lum alium habuit consensum nisi [illegible]onditione, neque intellexit se alite[illegible]gare, [illegible] nõ fecit matrimonium, qu[illegible] pra[illegible]atur fecisse. Quare vel de bet

bet planè postea consentire, vel in alium locum fugere, vbi nõ compellatur. Si verò affectu maritali postea copulã consummauerit, tunc fiet matrimonium. ¶In prima autẽ conclusiõe generaliter diximus conditionẽ contra substantiã matrimonij (absq; restrictione ad turpes) illud tollere: nam etiã honesta, si contraria est, ipsum impedit secũdùm opinionẽ, quæ cõmunis doctorum est & vera, quanuis Paludanus aliter sentiat. Est emẽ dubium, si quidam sub hac conditione & lege contrahant, vt neuter alteri debitum vnq̃ reddat, neq; se carnaliter cognoscãt: vel si diceat vter q; alteri, cõtraho tecũ si voto te priùs castitatis sic obstrinxeris, vt nunq̃ à me petas, neq; mihi debitũ reddas, vtrũ matrimoniũ teneat. Apparet enim ex vna parte matrimoniũ esse validum: quia conditio est honesta, & possent forsan illi verè contrahere solùm propter cohabitationem & alias necessitudines domesticas, à re tamen vxoria abhorrentes. Item quia quod contracto matrimonio accidere potest, non est illi contrarium, vt contrahatur: possunt autem coniuges anteq̃ lecto conueniant, votum castitatis emittere, non obstante matrimonij substantia, vt Maria & Ioseph fecerunt: ergo illa cõditio apposita contractui quando fit nõ censetur illi cõtraria, atq; adeo nec matrimoniũ vitiat. Hac ratione Paludanus communitus dist. 30. quæst. 2. opinatur, matrimonium sub illa conditione contractũ non vitiari, vbi nõ prorsus videt[illegible] absq; vlla probabilitate locutus. Nihilominus contraria opinio est cõmunis eademq; vero similior, censens conditionem illam esse contrariam fini & fidei matrimonij: fini, scilicet generationis: & fidei, sibi inuicem debitũ persoluendi. Et ita ait Adria. in tract. de sponsalib. quæst. 9. Imo & d. Tho. dist. 28. arti. 4. ad. 3. dicit, q̃ si mulier dicat viro, Consentio in te, vt non cognoscas me, nõ est consensus matrimonialis: quia illa conditio non solùm actui, verùm & potestati contrariatur carnalis copulæ. Et Ricardus ead. dist. artic. 2. quæst. 4. idem ait: nempe, q̃ per talem conditionem nunquam reddendi debitum, non solùm excluditur carnalis copula, verùm & translatio corporum in alterius potestatem contra vinculum cõiugale. Quibus adstipulatur Bonauentura eadẽ. 28. dist. quæst. vltima. Imò verò si tenorẽ citati capi. fina. de condi. apposi. inspicias, consultò Põtifex dixit, conditiones contra substantiam coniugij, ipsum priuare suo effectu, non re-

Circa primã conclusionẽ.

Cõditio nũq̃ reddendi debitum.

Pari affirmatiua.

Secundũ argumẽtum.

Paludanus.

Pars negatiua.

D. Tho.

Ricardus.

Bonauent.

stringendo ad turpes: quoniam & honestæ possunt esse contrariæ. Adde quòd si conditio illa, si sterilitatem procuraueris, censetur matrimonio contraria: eadem ratione matrimonio aduersatur & hęc, si nullo nos vnquã amplexu inuicem cõiungamus. Videtur emẽ illi naturæ matrimonij contraria, per quod fiunt duo in carne vna. ¶ Verum est tamen fautores alterius opinionis dicere posse, q̃ si mulier sic contraheret, Contraho tecum nõ tamen tradendo tibi potestatem mei corporis, aut ius vllum in meum corpus, non esset matrimonium: quia hoc est contrarium substãtiæ eius. Sed si dicat, Contraho tecum tradendo facultatem mei corporis tibi, hac tamen lege, vt iuri tuo per votum castitatis renuncies, non esset contra substantiam: nam potest quisque sicut pòst, ita & ante renũciare iuri suo. Nihilominus quia facultas est, propter vsum, consonantius rationi est, vt qui alterum priuat vsu, non ei simpliciter facultatem conferat. ¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd licet conditio sit honesta, est tamen substantiæ matrimonij aduersa: quia matrimonium non est vinculum cohabitationis cuiuscunq;, sed vtendi se inuicem. ¶Ad secundum respondetur, quòd licẽt illud votum possit emitti post matrimonium contractum, translata scilicet potestate vnius in alterum: quia possunt se sua sponte priuare vsu matrimonij, nihilominus idẽ votum est contrarium pactioni contractus dum fit, si talis conditio exprimatur. Et ideo si beata virgo illam Ioseph in contractu matrimonij expressisset, non fuisset matrimonium verum: cõsensit enim explicitè in matrimonium, sed implicitè in copulã, vt supra diximus & dist. proxima repetemus. ¶Tertia conclusio. Conditio honesta de futuro, quæ non est substantiæ matrimonij contraria, suspendit cõtractum: hoc [illegible]st, facit illum obligatorium sub illa conditione, & non aliter. Vt si quis dicat, Cõtraho tecum si hanc aut illam mihi dotem numeraueris, aut si pater consenserit. Decreta sunt Alexandri cap. De illis, & Vrbani cap. Super eo, & Innocentij capit. Per tuas, de conditionibus appositis. Et ratio est, quia consensus non aliter est iudicandus, quàm exprimitur: cùm ergo sub conditione exprimatur, non obligat nisi sub illa: id quod omnibus etiam contractibus ciuilibus est commune. Dixerim, conditio de futuro: nam si est de præsenti & adimpleta, contractũ non suspẽdit. Sed si est de fu-

Conditio, si sterilitatẽ procuraueris.

Defensio alterius opinionis.

Sentẽtia auctoris.

Solutio primi argum. alterius opinionis.

Solutio secũdi argumẽ.

Matrimonium beatæ virginis.

Tertia conclusio.

Ratio cõclusionis.

Conditio de futuro.

Universidad de Deusto Biblioteca

de futuro quanuis addatur verbis de præsenti perinde eũ suspendit acsi adderetur verbis de futuro. Quare cõtractus nunquã erit nisi sponsaliorũ. Hæc ẽm omnia arti.1. explicata sunt. ¶ Rogas autem. Quid si postq̃ filius cõtraxit sub illa cõditione, si pater consenserit, pater priùs dissentiat, & postea cõsentiat, aut vice versa? Facilè rñdetur, standum esse priori eius volũtati. Si enim prius cõsenserit, satis est ad confirmandum sponsalia, licèt postea dissenserit. Et si priùs dissenserit, satis est ad illa dirimenda, licèt postea consenserit, nisi nouus deinceps adhibeat sponsorũ consensus.

Circa conditionẽ, si pater consenserit.

¶ Sed rursus sciendũ, q̃ si post hmõi cõditionales contractus sponsi cõsumment copulã, tunc perficitur matrimoniũ, licèt nõ implea tur cõditio: quia per illã consummationẽ videntur à cõditione discessisse. Casus est prædictorum cap. De illis, & Per tuas, vbi mulier quæ cõtraxerat dicens, Si pater consenserit, quia ante dissensum patris cõmista est viro, cõpulsa est manere: secus si non cõuenissent nisi post dissensum patris: nã tũc iam essent diremptæ spõsalia. Intelligitur autẽ capitulũ, matrimoniũ esse tunc præsumptũ in foro ecclesiæ: nam in foro cõscientiæ, si qui sub conditione cõtraxerat, non accedit affectu marital, sed fornicario, non discedit à conditione nec perficit matrimoniũ. Et idem est de dotis conditione in capi. De illis. ¶ Contra hoc autẽ est argumentũ: nam q̃ sæpissimè sponsi ante solutam dotem congrediunt: ergo tunc puella esset à dotis solutione absoluta. Sed rñdetur, q̃ hoc ferè semper fieri solet post cõsensum de præsenti. Et quãuis sit de futuro, & per copulam fiat de pręsenti, nihilominus mulier manet obligata per publica instrumẽta, quæ vim suã obtinẽt, & quanq̃ nulla essent instrumenta, verbalis promissio eam obligat, neq; vir matrimonium cõsummat, nisi intelligẽs eam manere obligatã, nisi spõsus illam absoluat. ¶ Dubium autem ex his oritur non facile, vtrùm si quis spõsalia cum puella contraxerit sub illa cõditione si fueris virgo, illa conditio vim habeat suspendendi contractũ, vt aliter non obliget, q̃ conditiõe impleta. Cùm enim sit honesta, obligatoria videtur: Hostiensis existimat, illam haberi pro non adiecta, si inueniatur corrupta, eo q̃ sit impossibilis, dicente Hieronymo, Non potest Deus suscitare virginem post ruinã: id est, facere vt sit virgo. At verò sentẽtia hæc bene videtur nõ esse philosophi: neq; vllius est probabilitatis, vt bene ait Adria. de sponsalib. quęst. 6. Nam cõditio impossibilis, quę habetur pro non adiecta intelligitur illa, quę genere suo ex obiecto est impossibilis, nõ tamen illa, quæ in se possibilis est, sed per accidens, quia ad præteritum non est potentia, facta est impossibilis. Si enim nunc quis mulieri donaret centum ea conditione, si nõ fuerit fornicata, & non aliter, certè si esset fornicata, non posset in conscientia donationẽ recipere. Sic ẽm ciuiliter & moraliter illud putatur possibile quod esse solet: licèt per accidens sit factum impossibile. ¶ Sed aliter nihilominus ipse Hostien. arguit, q̃ habenda sit pro non adiecta, & contractus maneat purus, ex l. Alioqui. ff. de contrahen. emptione. vbi habetur, q̃ si quis emit corruptã putans esse virginem, emptio tenet: quia error non contingit in sexu, sed in qualitate. Et idẽ habetur. 29. quæst. 1. §. Ad hoc, &. §. Item, quòd si quis duxit corruptam putans esse virginẽ, matrimonium tenet. ¶ His nihilominus nõ obstantibus notandum, quòd dupliciter potest apponi ista conditio. Vno modo turpiter: id est, contraho tecum si tecum cõgressus te inuenero virginem. Alio modo honestè: id est, si modò fueris virgo, quod potest explorari per matronas. Et isto secundo modo crediderim conditionem esse obligatoriam: & ideo nisi conditio sit impleta, matrimonium non tenet. Sententia fuit ante nos Paludani præsente dist. quæst. 2. art. 5. con. 4. & Adriani dubio. 6. de sponsalibus. Et ratio mea est, quia conditio est honestissima. Et sunt qui copiosissima etiam dote numerata non contraherent cum corrupta. Imò possent voto se vel iureiurando obstrinxisse nõ ducere corruptã: & ideo si illa ipsum de hac re deciperet, maximã ei iniuriam irrogaret. Quin verò addiderim, quòd licèt contraherent sponsalia per conditionem de futuro, si te in toro incorruptã inuenero, & tunc accederet ad illam non animo maritali, sed fornicario ad explorandam veritatẽ, non teneretur in conscientia sponsaliorum cõtractui stare: quia cõditio non fertur super turpem actum coeundi, sed super honestã virginitatis qualitatem. Et hoc doctores deberẽt animaduertere anteq̃ dicerent, conditionem, si te inuenero virginem, esse turpem: nam põtres indagari alia via quàm per turpitudinẽ. Quare de per se conditio non est turpis. Sed accidit postea vt per turpem congressum deprehendatur non esse virgo. Fateor quidem quòd in foro ecclesiæ illud haberetur p̃ matrimo-

Copula sub sequẽs cõditionales contractu.

Nota.

Argumentũ circa dotem.

Solutio.

Conditio, si fueris virgo.

Opinio Hostien.

Adrianus.

Argumentum Hst.

Duplex cõditio.

Honesta obligat.

Ratio.

Si deprehendat non esse virgo.

trimonio: quia præsumeretur ille à conditione discessisse, secundũ dict. c. Per tuas, & illud cõsummasse. Sed secus est in conscientia. ¶ Ad illud igitur argumẽtum Hostiensis, quod ex illis textibus induxit, respondetur, q̃ debuisset animaduertere q̃ longè error à conditiõe distet. Error enim est in intellectu, qui nõ apponitur contractui: & ideo, vt dist. proxima visuri sumus, si non sit de substantia, sed de qualitate personæ, matrimonium nõ vitiat. Quare sicut contrahens cum aliqua putans patri suo placere, quanuis displiceat, verè cõtrahit: ita si quis cõtrahat cum muliere, quã putat esse virginẽ, licèt sit corrupta, veluti si putasset esse pulchrã, & esset fœdissima. At verò sicut dum quis contrahit sub conditione, si patri placuerit, matrimoniũ non tenet nisi per impletionem conditionis purificet, ita si sub conditione virginitatis contrahat, non erit purum & validum nisi sit virgo.

Conditio, si mecũ cõtraheris.

¶ Subsequitur autẽ de conditiõe turpi. Contraho tecum si mecũ concubueris. Nihil ẽm refert, postquã conditio iam est turpis, si addiderit, causa explorandæ virginitatis, aut libidinis explẽdæ. Et quidem doctores Canonistæ non disputãt, sit ne cõtractus validus, quia hoc non dubitant, sed vtrùm sit statim matrimonium, eo quod conditio habet pro non adiecta, vel sit tantùm cõtractus purus sponsaliorum. ¶ Censent enim, vt Adrianus dub. 8. de matrimonio refert, esse pura sponsalia acsi non esset apposita cõditio. Nam si intelligatur de fornicario coitu, habetur pro non adiecta, vt probatum est. Si verò de legitimo coniugali, multò fortiùs sunt pura sponsalia: quia conditio illa est necessaria: id est, ex natura matrimonij extitura. Quare neutro modo illa sponsalia sunt in futurum pendentia, sed illico sunt absoluta, & per subsequentem copulam fiunt matrimoniũ. Sententia est glossæ cap. 1. de sponsa duorum, & quidem vera. Hæc autem semper intelligenda sunt in foro contentioso, quod procedit ex præsumptione: & quando ex alijs conjecturis intelligitur voluisse contrahere sponsalia, vt diximus de conditione impossibili: nam in conscientia si ille non habuit intentionem vllum faciendi matrimonialem contractum, sed potiundi puella, eamq; fallendi, contractus ipse nullus est. Quin verò si erat lata disparitas: quia ipse erat illustris, & fœmina pauper, non est cur præsumantur sponsalia, imò quòd ille tantùm volebat Veneri satisfacere: Conditio enim turpis ob id iudicatur non adiecta, quia nihil mutat de natura cõtractus. Quare aliunde sumẽda est præsumptio. Imò ex hac, si mecum coieris, potiùs sumitur coniectura quòd non habuerit contrahendi animum, sed potiùs puellam seducendi. Item neq; si cõditio intelligebatur consummandi copulam maritalem, idcirco sequitur contractũ illum fuisse purum sponsaliorum: præsertim si additũ esset, si statim mecũ in coitũ consenseris: nam legitimæ spõsæ etiam de præsenti induciæ dantur duorũ mensium ad consummandam copulam, vt cap. Ex publico. de conuer. coniuga. Et ideo sponsus potuit deducere in pactum, vt illa renunciaret illi iuri suo, atq; adeò spõsalia erãt pendentia: itaq; si illa statim non implet cõditionem ille non manet obligatus. Igitur si hmõi contractus superueniente copula iudicãtur ab ecclesia vera matrimonia, causa est quia præsumuntur tunc sponsi ab illa conditione discessisse secundùm iura supra citata, De illis, & Per tuas. ¶ Tandem, quod de virginitatis conditione diximus, qñ honestè apponitur: scilicet, q̃ suspendit contractum, de alijs etiam honestis cõditionibus quodãmodo ad perpetuitatẽ matrimonij pertinẽtibus & ad amorẽ inter coniuges conglutinandũ, censendũ est. Nempe si quis contraxit cum aliqua, quam non vidit, sub illa conditione, si non fuerit cæca, aut muta, aut cocles, aut leprosa, vel aliqua insigni turpitudine deformata, profectò si secus sit, matrimoniũ non tenet, etiam si fiat per verbũ de præsenti, Cõtraho. Et par ius est de sponsa respectu spõsi. Quare eadẽ est ratio si dixerit, Nubo tali si hãc aut illã doctus est artẽ ad alendã vitam, aut si est ingenuus vel ingenua, aut alia similia. Nam etsi cõditiones illæ iure expressæ, si pater consenserit, aut si dotem dederis, propinquiùs ad naturam matrimonij spectent, & ideo iure admittantur, nihilominus istæ sunt etiã conditiões tum honestæ, tũ ad perpetuitatẽ cohabitatiõis, & generãdi permultùm referẽtes: & ideo nulla est causa cur non pariter eodẽ iure approbẽtur tanq̃ necessariò implẽdæ. Secus si essent cõditiões ad matrimonij finẽ minùs referẽtes. Si ẽm quis contraheret cũ aliqua absente hac conditione, si esset pulchra, aut bene morigerata: quia istæ qualitates recipiũt magis & minus, non sunt in foro ecclesiæ admittendæ tanq̃ matrimonium vitiantes, maximè si de præsenti fuerit contractum: quia de sponsalibus non tantũ immunet periculi si dissoluãtur. At prudẽtia est priùs

In foro contentioso.

Cõditio turpis quare iudicat̃ p nõ adiect.

Induciarum mẽsium.

Cõditiões honestæ suspẽdunt matrimonium.

Exemplum

Per cõditiones iure expressas admittimus.

Conditio, si est pulchra.

Universidad de Deusto Biblioteca

est priùs per inquisitionem illas deprehẽdere, quæ prudentia si defuerit, sponso imputetur. Imò verò dum contrahitur matrimoniũ de præsenti, nũquam est cõtrahendum cum conditione de præsenti, præter illam forsan, si pater consenserit: nam multi inde scrupuli oborirentur, qui conscietiam pungerent. Semper autem illud mẽte obseruetur quod diximus de foro conscientię, in quo sub quacunque futura conditione consensus exprimatur, nũquam facit matrimoniũ quousq; consensus sit de præsenti. Imò neq; eius impletio sat est, quousq; talis habeat cõsensus.

Non aliã nisi te ducam. ¶De hac autem negatiua contrahendi forma, Non aliam nisi te ducã, & similibus, nimium inter doctores nonnullos sit contentionis, vt est videre apud Paludanum distin. 27.q.1.& apud Adrianum dubio.12.de matrimonio, vbi multos iuris peritos allegat. Sed res non est tanta disceptatione digna. Statuẽda enim est hic regula, quòd nunquam per puram negationem contractus matrimonij vel sponsaliorum vim obtinet, sed per affirmationem explicitam vel implicitam, eo ꝙ ad matrimonium requiritur consensus. Hoc supposito aliquæ sunt formæ manifestæ, & aliquæ ancipites. Certum enim est per hanc orationem, nunquam aliam à te vxorem ducam, nullum contractum fieri, neque obligationem oriri ducendi hanc: quoniam est mera negatio. Per oppositũ, certum est per hãc orationẽ, Non aliam, sed te ducam, fieri sponsaliorum contractum: quia, sed te, exceptio est affirmatoria ducendi illam. Eadem ratione si dicas, Nullam mulierem ducam præter te: nam secundum dialecticos sensus est, nõ aliam ducam, & ducam te. Hæc autem oratio, Nullam mulierem ducam, nisi te, æquiuoca censetur: nam potest facere sensum exceptiuũ, vt idem sit quod præter te, qui ideo obligationem parit contrahendi. Sed nescio quid mysterij comminiscitur hic Adrianus de nomine, alia: nempe, vt qui dixerit, nõ ducam mulierem nisi te, obligetur illam ducere ratione iam dicta. Sed si dicat, nõ ducam aliam mulieremnisi te, non obligetur propter falsitatem secundæ exponentis. Exponitur enim, inquit, sic, Non ducam aliã mulierem à te: & tu es alia mulier à te, & ducam te. Sed profectò commentitia est illa secũda exponẽs: satis enim est veram esse, tu es mulier. Quare idem est, Non ducam aliam nisi te, & non ducam mulierem nisi te. ¶Potest etiam, nisi, facere sensum conditionalem, vt idem sit, quod si non duxero te, nullam ducam. Et hæc certè mera negatiua est. Et ideo quando ponitur, nisi, consulenda est in foro conscientiæ intentio contrahentis qualẽ habuerit. Et in foro contentioso aliunde est explorãda. Idem est de particula, quàm, vt nullam quàm te ducam, aut non contrahã cum alia quàm tecum: potest enim facere sensum exceptiuum, & plurimùm conditionalem. Quare si quis dicat, Non vẽdam meas ædes alij quàm tibi, nõ obligatur vendere illi. Imò forsan facit hunc sensum, Non contraham cum alia à te, quæ mera negatiua est. In huiusmodi autem ambiguitatibus si communis verborum intelligentia non liquet, iuxta tenorem cap. Ex literis el.1. de sponsalib. rũ ex causis & appendicibus veritas indagãda est, vt ait Hilarius, cap. Intelligẽtia, de reg. iu. ¶Primo argumento in capite posito adducitur Angelus in summa, vt neget conditionem illam, si adulterium commiseris, obstare fini matrimonij, nisi addatur, & mihi debitum non solueris. Haud tamen satis inspexit cõiugalem fidem vtrumq; includere: scilicet, & coniugi debitum reddere, & cum nullo alio commisceri. Vtrumq; enim ambit admonitio Pauli, Vir non habet potestatẽ corporis sui, sed vxor, neque vxor sui, sed vir. Et ideo illa sola conditio, si adulterium commiseris, aduersa est fidei matrimonij, atq; adeò illud tollit. ¶Ad secundum, de illa conditione, si mecum concubueris, satis dictum est: & sub compendio dicitur, quòd si quis non habuit consensum nisi sub illa conditione, in conscientia non sit matrimonium nec sponsalia. Imò verò in foro exteriori si non esset alia coniectura ad præsumendũ consensum, profectò illa conditio potiùs admonet nullum fuisse consensum contrahendi, sed deciendi. Quare sensus canonis, quòd illa est habenda pro non adiecta, non est, quòd per illam iudicandum sit fuisse matrimoniũ, sed quòd illa seclusa ac si nõ fuisset posita, aliunde præsumatur præcessisse consensum, habeatur pro non adiecta: id est, iudicetur contractus sponsaliorum purus & validus ante impletionem conditionis, vtpote quam spõsa non tenetur adimplere nisi ad consummãdum matrimonium. ¶Ad tertium denique iam responsum est cõtra Hostiensem, illam conditionẽ non censeri impossibilem in moralibus, imò est honesta & contingens, atq; adeò si honestè apponatur, vt dictũ est, contractum suspendit, & purificari debet.

Paluda.

Regula.

Nunq̃ aliã vxorẽ à te ducam.

Nõ aliã sed te ducam.

Nullã præter te ducã.

Nisi te.

Adrianus.

Autor.

Nisi, pot fa cere sensum cõditionalẽ

DISTIN-

DISTINCTIO trigesima, De errore deq; nuptijs beatissimæ Virginis.

Textus. Capit. j.

Vemadmodũ metus, sic & error libertatem volũtatis auersatur. Ob idq; ille, qui substantiæ matrimonij est aduersus, illud vitiat: vtpote error aut personę aut conditionis seruilis. Qui enim arbitratus sibi Mariam copulare, seductus se Annæ coniunxit: quia in Annam minimè consensit, nullum contraxit matrimonium. Iacob enim per concubitum cum Lya, quam arbitrabatur esse Rachelem, nisi postmodum in Lyam denuò consensisset, nullum vtique matrimonium contraxisset. Neq; verò liber homo, qui contrahens cum ancilla, quam putabat esse liberam, lege se coniugij obligauit: eo quòd vt personæ, sic & earum libera conditio ad essentiam matrimonij attineat: quippe quo inuicẽ sibi cohabitare seruireq;, & vt ait Pau. mutuò placere obstringũtur: quibus persoluendis officijs seruitus illius, qui sui iuris non est, è diametro aduersatur.

Cap. ij. ¶Error autẽ seu qualitatis seu fortunæ, vtpote quę ad essentiam matrimonij minimè spectãt, eius vinculum nequaquam tollit. Sic nos sancti patres sacris canonibus. 29. causa. instructos curarunt. Ad hæc demum, vt inter causas nuptiarũ de fine etiam hoc verbum dicamus, duplex huiusmodi finis est. Vnus scilicet aut duo ipsi sacramẽto per se innati, vt generatio iuxta illud Gen.1. Crescite & multiplicamini: & remedium temperandæ libidinis iuxta illud Pauli, Propter fornicationem vnusquisq; habeat vxorem suam: qui quidem fines, ceu à Deo ipso sacramenti institutore profecti, semper boni sunt. Alij verò sunt accidentarij à voluntate contrahentium dimanãtes: qui si citra culpæ turpitudinem adhærescant, neq; actionem vitiãt neq; sacramentum, vt dum Iacob Rachelis pulchritudine allectus illam sibi in vxorem optauit. Quin imò possunt & honestissimi esse, vt pacis amicitiarumq; reconciliatio. Si verò vitium præ se ferant, vt qui ob turpes causas mrimonialia fœdera cõponunt, sic actionẽ deturpant, vt tñ non ideo sacramentum ipsum, quatenus Dei munus est, vllo pacto sordescat. Imò verò quocunq; fine matrimonium fiat, dum modò intentio Christi & ecclesiæ seruetur, validum est & solidum.

29.quæst.2.

Genesis.1.

1.Corint.7.

¶Quò autem tractatus hic causarum, quibus matrimonium coniungitur, pro dignitate concludatur, addamus oportet de Mariæ & Ioseph coniugio. Ambos, vt cõtra Cap. v.

M Fau-

Universidad de Deusto Biblioteca

Lib. 4. c. 8. & c. 9. Faustum autor est Aug. quantum credi potest apud se disposuisse virginitatem seruare, nisi Deus aliter iuberet: quam tamen voluntatem in consensu matrimoniali minimè expresserunt. Id quod in lib. de nuptijs & cõcupiscentia de beata virgine repetit. Si enim sub conditione, nunquã se inuicem cognoscendi, contraxissent, nequaquam eorũ matrimonium fuisset solidũ: vtpote quòd conditio eorũ contractui repugnaret. At verò neq; expressè eadẽ virgo, sed implicitè in copulã cõsensit: nã eiusmodi expressus consensus perpetuę virginitati animi & corporis aduersatur. Quã vtique virginitatem, cùm certior esset maritum à se rem vxoriã nunquã petiturum, integerrimã custodiuit.

27. q. 2. can. Beata Maria.

Cap. iiij. ¶ Quo fit, vt eorum matrimoniũ fuerit perfectissimum, nõ quidem consummatione aut significatiõe: quando quidem nulla corporũ cõmistio intercesserit, quæ corporeã humanitatis vnionẽ Christi significat, at sanctitate. Sanctiora nanq;, vti idem ad Eluidiam ait Augusti. sunt coniugia pari voto continentium, quàm rei vxoriæ vacãtium. Omne denique nuptiarum bonũ, vt eodem lib. de nuptijs idem sanctus pater docuit, impletum est in illis parẽtibus Christi: fides, proles & sacramentum. Prolem si quidẽ cognoscimus ipsum Dominum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine pudẽda concupiscentia carnis, quæ accidit ex peccato: sine qua cõcipi voluit, qui sine peccato futurus erat.

August.

Aug. libr. de nup. c. 11.

DISTINCTIONIS trigesimæ, Quæstio prima, De errore.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm error matrimonium impediat.

QVemadmodum vis & metus, ita ignorantia voluntario obstat: & ideo post vim & metũ sequitur in hac distinctione, vt de errore dicamus. Arguitur ergo quòd error matrimonium non vitiet. Si error aliquis illud impediret, maximè error (vt aiunt) vel personæ vel conditionis: sed quòd error personæ matrimonium non tollat, arguitur. Eadem est sacramentorum omnium ratio: nam omnia debent per cognitionem administrari: si quis autem putans se baptizare vel confirmare Petrum, baptizaret Paulũ, esset verum sacramẽtum: ergo pariter si quis putans contrahere cum Maria, contraheret cum Anna. Et confirmatur. Iacob, licèt per errorem contrahere crederet cum Rachele, vt legitur Gen. 29. verè contraxit cum Lya: ergo error personæ non impedit. ¶ Secũdò. Sicut conditio seruitutis est accidẽs personę: ita & aliæ qualitates corporis & animi: ergo sicut error circa libertatem impedit, ita & error circa alias qualitates & fortunas, vt virginitatis, nobilitatis aut diuitiarum, &c. quod tamen iura negant. Et cõfirmatur. Id, quod alicui ex natura sua cõuenit, in toto suo ambitu conuenit: errori autem ex natura sua cõuenit impedire matrimonium: ergo circa quamcũq; qualitatem aut conditionẽ errare contingat, nullum erit. ¶ Tertiò. Alia sunt irrisimpedimẽta, vt infra dicemus, quibus matrimonium fit nullum, vt disparitas cultus: scilicet, Christiani cum infideli, & impotẽtia cocundi, & solenne votum &c. ergo istorum error potiùs debuit inter impedientes cõnumerari, q̃ error circa libertatẽ. ¶ In contrariũ est illud verbũ ciuilis iuris. Quid tã cõtrariũ est cõsensui q̃ error? l. Si per errorem. ff. de iurisdi. omn. iudi. & illud. 3. Ethic. Aristotelis, q̃ ignorãtia tollit voluntariũ: quippe quod secũdùm Gregoriũ Nicenum & Damascenũ, est illud, cuius principiũ est in aliquo sciente omnia singularia, in quibus est actus.

Cõsens. arg.

Secũdò arg.

Tertiò arg.

Greg. Nicenus.

¶ Ad dissoluendã prę lentẽ quæstionẽ primò notandũ de erroris noũe, quòd posset cuipiã apparere, dicendũ esse ignorantiã potiùs impedire matrimoniũ q̃ errorẽ. Ignorãtia quippe de se nullã ponit cognitionẽ, quæ idcirco dicitur puræ negationis: error verò, qui dicit ignorãtiã prauæ dispositiõis, ponit iudiciũ falsum: Error nanque, vt ait Aug. in Enchiridio cap. 13. est approbare falsa pro veris: Omnis aũt ignorantia, etiã citra errorẽ, tollit voluntariũ: ergo nõ tantùm error, sed ignorantia in genere debuit poni tanq; impedimentum. Adhoc aũt dicimus, q̃ quantũ ad impedimentũ matrimonij nõ differt, vtrùm dicaẽ ignorantia vel error: attamẽ cùm matrimoniũ nunquã nisi per aliquod iudiciũ contrahaẽ, necesse est, vt si illic ignorãtia lateat, error subinde nascaẽ, quo vnũ pro alio iudicatur: q̃m cõsensus in id non dirigiẽ, quod prorsus ignotũ est. l. Cùm ab eo. §. Mallam. ff. de cõtra. emptio. Quocirca quia error: id est, iudiciũ falsum, est tunc causa proxima contractus, congruẽtiùs dicitur error, q̃ ignorãtia. Vnde bene aiũnt doctores, q̃ oinoda ignorãtia circa personã nõ permittit, vt sit ,ppriè error personæ: sed illa, quæ aliquã æstimationem personæ aut conditionis præsupponit. Quæ emẽ nunq̃ audiuit ręgẽ habere filiũ, non põt errare in persona nubendo alicui putans esse filiũ regis. Mox animaduertendũ, errorem circa matrimoniũ quadruplicis esse generis: scilicet, personæ, cõditionis: nẽpe, seruitutis, & qualitatis, ac fortunę. ¶ Solutio ergo quæstionis tribus cõclusionibus cõtineẽ. Primà si quis putans se cõtrahere cũ Maria, cõtrahat cũ Anna. Decretũ est iuris. 29. q. 1. Et idẽ est in alijs cõtractibus ciuilibus. Si emẽ credẽs se emere mancipiũ masculũ emat fœminam, cõtractus non tenet, vt ibidẽ habeẽ. Quẽadmodũ si ementi aurũ supponeret loco eius auricalcũ, aut pro vino acetum. l. In vendi tionibus. ff. de cõtrahen. emptio. Quòd si arguas. Cùm pro aureo ducato datur pondus argẽti, vel alius metalli tantundẽ valens, cõmutatio est legitima: ergo si qua nubat vni viro tantæ æstimatiõis, quantæ erat ille, quẽ putabat sibi præsentari. Negatur cõsequentia, quia pecunia, imò & res, quæ cõmutanẽ, pretio ęstimanẽ, quod quidem potissimũ est in contractu. Et ideo argentum pro auro, si eiusdẽ valoris est, non vitiat contractũ. Consensus aũt matrimonij fertur in hãc personã ,ppter se, & ideo nõ est simile. Ratio ergo cõclusionis est, quã impræsentiarũ D. Tho. adducit. Quicquid tollit causam, tollit effectũ: cõsensus aũt matrimonij est causa ipsius, & error tollit cõsensum: quia cõsensus ex errore profectus nõ est liber: volũtatis quippe libertas cognitionẽ intellectus supponit: illa ergo sublata nullũ est voluntariũ aut liberũ, iuxta illud, Errantis volũtas nulla est. l. Cùm testamentũ. C. de iuris & facti ignor. Enimuerò qui putat se cõsentire in Petrũ, nullatenus cõsentit in Paulũ. Vt enim autor est Augu. 10. de ciuit. cap. 1. Non pñt amari neq; eligi nisi cognita: & vinculũ matrimonij absq; amore & volũtatis electione nõ põt esse perpetuũ. Vnde optimè concludit S. Tho. q̃ error nõ solũ matrimoniũ euacuat, verũ & id iure naturali ei competit ac perinde diuino.

Pars affirmatiua.

Ignorãtia.

Diffiso articuli.

Error.

Aug. diffinitio.

Sentẽtia auctoris.

Error contrahẽtis q̃ dicitur ignorantia.

Primà conclusio.

Rõ. D. Tho.

Rõ. D. Thomæ.

¶ Secũda cõclusio. Error cõditionis: nẽpe, seruitutis, impedit matrimoniũ. Cõclusio est iuris, vt patet de coniugio seruorũ, cap. Propofuit, & reliquis, &. 29. q. 2. can. Si quis. 1. &. 3. & can. Si fœmina &c. Et rationẽ cõclusiõis subdit eleganter D. Tho. Error emẽ ea rõne tollit matrimoniũ, qua excusaret actũ à culpa: est emẽ culpa hoĩem in causa mrimoniali decipere: error autẽ nõ excusat actũ à culpa, nisi sit illius circũstantiæ & qualitatis, quę apposita differentiã facit liciti & illiciti. Verbi gratia, si quis percutiat patrẽ in capite gladio, arbitratus se nõ nisi fustẽ scapulas attingere, licèt minuaẽ culpa, non tã prorsus excusaẽ: quia ignorare instrumentũ, quo, aut membrum, quod percutiebat, non purgabat rõnem illiciti: q̃nquidẽ sciebat patrẽ ferire, quod erat impiũ. Sed si credens alapa filiũ correctionis gratia percutere, percuteret patrẽ, error tolleret culpã: quia ignoratur circunstantia patris. Pari ratione error, qui matrimoniũ impedit, nõ debet esse qualiscunq;, sed ille, quo ignoratur aliquid, quod ad essentiã pertinet matrimonij. Duo aũt sunt hmõi essentialia: scilicet, & personæ, quæ coniungunẽ: nã ipsæ sunt, quæ contractũ & sacramentũ perficiũt & ceu propriũ subiectũ illud suscipiũt. Præterea

Secunda cõclusio.

Duo essentialia matrimonij.

Universidad de Deusto Biblioteca

terea mutua potestas & facultas, quæ inter eos debet esse cohabitãdi, sibiq; inuicẽ ad nutum persoluẽdi debitũ. Primũ aũt auferẽ per errorẽ personæ, & secundũ per errorẽ conditionis. Qui em̃ alterius seruus est, non est sui iuris, vt possit cũ cõiuge cohabitare, & quærere, vt ait Paulus, quo ei placeat. ¶ Plenaria tñ cõclusiõis huius intelligẽtia vsq; ad distinctionẽ trigesimã quintã, vbi de coniugio seruorũ habẽda est disputatio, expectanda est. Quapropter ne materiã, quæ simul luculentiùs tractabit, discerpam⁹, nihil illius hic præposterè ponemus, sed illuc vsq; totã reponamus oportet. ¶ Tertia cõclusio. Error qualitatis aut fortunæ mrimonio cõtrahendo nõ obstat. Decretũ est supra citatorũ canonũ. Error qualitatis est, dũ quis cõtrahit cũ corrupta: putans esse virginẽ, aut cũ inhonesta putãs esse honestã. ¶ Error fortunæ est, cùm quis cõtrahit cũ paupere putãs cõtrahere cũ diuite. Cõtractus aũt cũ ignobili aut rustica, quæ putat esse ingenua & nobilis inter erores qualitatis statuit. Ratio cõclusionis huius est superiori cõtraria: nã hæc oĩa extra essentiã sunt mrimonij. Vnde quis si in conditionẽ ducerent, pendentẽ facerent cõtractũ, imploriq; adeò indigerẽt: tũ dum per modũ cõditionis nõ apponunt, illũ nõ vitiãt. Præsertim dum matrimoniũ de pñti contrahit: nã si essent spõsalia, ꝓpfectò nõ esset ille, qui per errorẽ grauiter deceptus est, cõpellẽdus, quẽadmodũ can. Raptor. 27. q. 2. adnotauit Hugo. Qui em̃ spõsalia cũ corrupta cõtraxit putans esse virginẽ, nõ est cogẽdus. Et eadẽ, arbitror, rõne neq; illustris qui aliquã sibi infimæ sortis despõsauit, quã credebat esse illustrẽ. ¶ Contra hanc tñ conclusionẽ tertiã arguitur. Si filia regis aut magnatis, quæ putat se nubere filio alterius regis aut illustris viri sibi pari, præsentaretur alius inferioris sortis, quẽ illa putaret esse illũ principẽ, matrimoniũ non teneret: & tñ esse filiũ principis est qualitas personæ ꝓpter nobilitatẽ: & ampla substãtia est bonũ fortunæ: ergo error qualitatis & fortunæ tollit mrimoniũ. Et eadẽ est ratio de illa, quæ cogitat se nubere primogenito, cui obuenit primogenitura, nubit tñ minori, qui sibi ꝓ alio offert. ¶ Rñdetur, vt probè ait D. Tho. art. 2. in solutiõe. 5. q error nobilitatis aut fortunæ per se matrimoniũ non euacuat. Sed est tñ oculatè attendendũ, q error hmõi nõnunq; refert ad errorẽ personæ, vt in casibus ꝓpositis, & illa rõne matrimoniũ eneruat. Ad hoc aũt deprehendendũ discrimẽ, quod nõ est facilè, cõsiderare oportet, vtrùm cõsensus ferat in hãc particularẽ personã directè, an verò in illũ duntaxat, cui illa conditio aut dignitas adest. Priori em̃ modo est error qualitatis, & posteriori est error personæ. Si em̃ puella huic singulariter nupserit, licẽt id fecerit, quia credebat esse filiũ regis, vel primogenitũ aut diuitẽ, cui aliãs non nupsisset, matrimonium nihilominus tenet: quia esse filiũ regis aut primogenitũ, est tũc qualitas huius. Sed si nõ intẽdebat cõtrahere nisi cũ illo filio regis, aut diuite, quẽ habebat in corde, matrimoniũ non tenet: quia est error personę. Quo fit, vt quãuis Petrus ille primogenit⁹, cui illa volebat nubere, iã esset defunctus, qñ nupsit Ioãni fratri eius, qui ideo Ioãnes iã erat primogenituræ hęres, mrimoniũ nõ esset validũ: quia nõ intẽdebat cõtrahere cũ hoc, sed cum illo. Rursus sequit, q si per verba de pñti intendens nubere absenti Petro, nupsit pñti Ioãni, quẽ putabat esse Petrũ, licẽt postea gratius habeat matrimoniũ cũ Ioãne, q̃ cum Petro, non põt viuẽte Petro nubere Ioãni, etiã si in illo errore permanens multos eidẽ Ioãni pepererit filios: quia non fuit illud matrimonium, quanuis per ignorantiam fuerit à culpa immunis.

Tertia conclusio.

Error fortunæ.

Contractus cum rustica aut ignobili.

Ratio.

Argumentum.

Primogenitum.

Solutio argumenti.

Nota.

Nota bene.

¶ Ad primũ igitur argumentũ negat consequtia: nã in baptismo & alijs sacramẽtis intẽtio ministri, vt semel iam dictũ est, non est ꝓxima causa effectus sacramẽtalis: nẽpe, characteris & gratiæ, sed materia ipsa elementalis, & verbũ, quod est forma: intẽtio em̃ non est nisi applicãs materiã & formã ad suũ proprũ effectũ. Et ideo error putãtis baptizare alium q̃ baptizat, nõ tollit effectũ. Cõsensus aũt est causa ꝓxima vinculi matrimonij: ille aũt, qui fert in Petrũ, non fertur in Paulũ, & ideo nõ est simile. ¶ Ad confirmationẽ verò negatur, Iacob cõtraxisse cũ Lya per illũ cõsensum & concubitũ, quibus arbitrabat cõtrahere cum Rachele, sed per cõsensum, quẽ postmodũ habuit nouum in Lyam. ¶ Secundũ supra iam solutũ est per rõnem secundæ cõclusionis. Non em̃ eadẽ est ratio de errore conditiõis & de erroribus qualitatis & fortunæ. Quapropter ad cõfirmationẽ negat minor: nẽpe, q errori secũdùm naturã sui gẽris cõueniat impedire matrimoniũ, imò id ei cõuenit ex natura adiũctæ differẽtiæ: videlicet, quatenⁿ est error eorũ, quæ sunt de essentia matrimonij. ¶ Quòd si solutionẽ redarguas. Maior perniciosiorq; vr̃ error infidelis hoĩs aut hæretici, qui non credit matrimoniũ esse indissolubile vinculũ nec sacramentũ: & tamen inter hæreticos & infideles est verũ matrimoniũ: ergo à fortiori neq; error conditionis impedit. Rñdetur, q matrimoniũ per mutuũ consensum contrahit: error aũt infidelis nõ adiacet illi cõsensui, sed est circa ea, quæ illum consequunt: nempe, an sit indissolubile sacramentũ: quod autẽ ratione posterius est nõ tollit id, quod prius est. ¶ Ad tertiũ denique rñdetur, q alia impedimẽta: scilicet, voti solennis, infidelitatis, frigiditatis &c. non tollunt matrimonium per viam erroris, sed siue sciant siue ignorent, illud tollunt. Et ideo nõ opus fuit eorũ ignorantiã inter errores connumerari, sed habebunt inferiùs suũ locum.

Solutio.

Solutio tertij.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm matrimonium ob turpem causam contractum sit legitimum.

Hactenus de consensu, qui causa matrimonij est, tum formalis, vt dictũ est, tum etiã materialis, ac perinde efficiens. Ob idq; causarũ series admonet, vt etiã de finali breue tandẽ verbũ addamus. Arguit ergo q nulla alia de causa liceat mrimoniũ inire, q̃ ob illam, ob quã institutũ est: nempe, generãdæ prolis, cõcupiscentięq; mendendæ. Cùm em̃ sacramẽtum hoc diuina sit institutio, iuxta illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo nõ separet, apparet nullo alio fine contrahi posse, ab illo, quẽ illi Deus constituit: præsertim si finis sit inhonestus: Deus em̃ causa peccati esse nõ põt, atq; adeò nec concurrere ad illũ contractũ, qui est peccatũ: actio aũt sacramentalis est à Deo: ergo vbi finis inhonestus interuenit quia videtur actũ deturpare, nullũ necti videtur matrimonij sacramentũ. ¶ Secundò. Sacramentũ, vt dictũ est, matrimonij significat vnionẽ Christi cum ecclesia: id autẽ, quod turpe est, tam excellentẽ significationẽ habere non decet: ergo matrimoniũ, quod turpi fini vitiat, nullũ est. ¶ In cõtrariũ est aliorũ sacramentorũ exemplũ. Qui enim baptizat cũ intẽtione ecclesiæ, licẽt aliũ finem adiungat, verè baptizat: ergo idẽ vsu venire põt in matrimonio. ¶ Quæstiũcula facillima est, ad quã quatuor cõclusionibus rñdetur. Prima. Dũ modò cõsensus mutuus de pñti, quo alteruter cõiugũ se alteri tradit interueniat, quicũq; finis siue honest⁹ siue turpis adiungat, cõponit mrimoniũ. Probat, qa illic seruat quicqd est de essentia matrimonij: nẽpe, materia & forma & intẽtio ecclesiæ, quę est cõiunges in cõem cohabitationẽ per vicariam traditionẽ corporũ in rem vxoriã copulare. ¶ Secũda cõclusio, quę ad eius qualitatẽ attinet, sit. Matrimoniũ è suo ꝓprio fine semper est bonũ: quare in se ex nequitia contrahentiũ nullã cõtrahit maculã. Duplex em̃ considerat matrimonij finis, alter qui est eidẽ sacramẽtali cõtractui innatus: nẽpe, ꝓcreatio prolis, & remediũ contra carnis illecebras, iuxta verbũ Pauli, Qui non põt abstinere, nubat. Qui quidẽ finis in intẽtione cõtrahẽdi matrimoniũ ex natura rei includit. Quare hic suapte natura semper bonus est. ¶ Possunt aũt huic per accidẽs adhęrere alij fines ex parte cõtrahentiũ. Et ideo sit tertia cõclusio. Cõtrahere mrimoniũ propter bonũ delectabile vel vtile, quod necessario fini impertinẽs est, nullũ est de se peccatum, Vt cõtrahere ꝓpter mulieris pulchritudinẽ: exẽplo Iacob, qui ꝓpter pulcherrimã Rachelẽ seruitutẽ quatuordecim annorũ pertulit. Et Deutero. 21. aiebat Deus, Si videris in numero captiuorũ mulierẽ pulchrã, & adamaueris eam, & volueris eã habere vxorẽ, introduces eã in domũ tuam &c. Itẽ nec propter bonũ vtile malũ de se est matrimoniũ cõtrahere: videlicet, locupletẽ vxorẽ sibi hominẽ associare, cuius substãtia possit familiã sustinere. Verũ est tñ, q vt dist. 26. dicebam⁹, mulieris ꝓbitas & honestas, quæ ad alendã cõiugij charitatẽ cõfert, est eligẽda & pariter viri. Quare ex ijs accidẽtarijs finibus creberrimè peccata venialia pullulãt. ¶ Quarta cõclusio. Matrimoniũ eo fine contexere, qui peccatũ mortale est, est itidẽ mortale crimẽ. Vt si vxor aut vir eligitur causa furandi: aut occidẽdi, aut hæreses seminãdi. Probat, quia, vt. 2. Ethic. autor est Philosophus, actiões ex fine sortiunt speciẽ. Ex qua igitur cõclusiõe subsequit, q quãuis hmõi intẽtio nõ obstet quominⁿ sacramentũ firmũ sit & legitimũ, est tñ obex suscipiẽdæ sacramẽtalis gratię, si dũ illud contrahit, adest. Facillima oĩa sunt, in quibus idcirco non est immorandum. ¶ Ad primum igitur argumentũ rñdetur, q Deus per suã institutionẽ est causa coniunctiõis viri & vxoris, dũ modò cõsentiãt in id, quod Deus instituit. Accidẽtariæ aũt intẽtiones cõtrahentiũ nõ mutant matrimonij substantiã, sed si nullã habeãt turpitudinẽ, sunt impertinẽtes, quodquidẽ cõmune est oĩbus sacramẽtis. Quicũq; em̃ cum intẽtione ecclesiæ cõfert vel suscipit sacramentũ, quancũq;

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

Ratio cõclusionis.

Secunda cõclusio.

Duplex matrimonij finis.

Tertia conclusio.

Iacob.

Deutero. 21.

Propter bonum vtile.

Quarta conclusio.

Ratio cõclusionis.

Appẽdix.

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto Biblioteca

aliam adiũgat intentionẽ, verè cõfert, & suſcipit, vt diſt.1.q.5. dictum eſt. Si aũt illa intẽtio peccatũ ſit, licèt actionẽ contrahentiũ maculet, matrimonium tñ ſecũdùm ſe quatenus à Deo eſt, nõ eſt niſi bonũ: nẽpe, coniũctio & vinculũ matrimonij. ¶Quòd ſi redarguas. Deus nõ põt cõcurrere ad malũ: illi aũt actus cõtrahentiũ ſunt mali: ergo non põt cõcurrere ad illos: illi verò ſunt cauſa cõiunctionis: ergo Deus nõ concurrit ad cõiunctionẽ. Et cõfirmatur, quia effectus ex cauſa vitiat: cuius em̃ bonus finis eſt, vt ait Boetius.2.lib.Topi. ipſum quoq; bonũ eſt, & è conuerſo cuius finis malus eſt, ipſum eſt malũ. Et eod. quoq; lib. ait Philoſophus. Quorũ generatiões malæ, & ipſa mala ſunt, & vice verſa, quæ mala ſunt, in alas habent gñationes: mali ergo illi cõſenſus malã faciunt coniunctionẽ, ad quã ergo Deus nõ cooperaf. ¶Ad hoc rñdetur nihil obſtare quomin⁹ Deus ad eundẽ effectũ, in quo diuerſæ ſunt rõnes, ſub vna rõne confluat, & cauſa, quæ peccatũ eſt, ad eundẽ concurrat ſub alia ratione. Dum enim proles ex adulterio gignitur, Deus & emiſsio ſeminis, quæ peccatum eſt, ſimul ad generationẽ concurrunt. Concurrit, inquam, Deus ſimul cũ illa actione adulteri quatenus actio naturalis eſt. Qua etiam ratiõe & proles genita bona eſt: ſcilicet, quatenus effectus naturæ. Nõ autem concurrit cum eadem actione quatenus ex malã intẽtione hoĩs procedit, quæ gñationem vitiat. Pari modo in propoſito cõcurrit Deus cũ ſiniſtris cõſenſibus cõtrahentiũ: nẽpe, quatenus iure diuino & naturæ inſtituti ſunt cauſa mrimonij. Qua vtiq; rõne cõiunctio matrimonialis bona eſt. Non tñ cũ eiſdem cõcurrit quatenus à voluntatis prauitate dimanant. ¶Et per hoc ſolutum reſtat argumentum ſecundum principale. Vnio em̃ illa quatenus effectus Dei eſt & naturæ ſignificat vnionẽ Chriſti & eccleſiæ, non autem quatenus per culpam commaculatur.

Redargutio

Cõfirmatio redargutionis.

Ariſto.

Solutio.

Solutio ſecũdi argumẽ.

QVAESTIO SECUNDA, De virginitate & matrimonio beatæ virginis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm condecens fuerit Dei matrem, virginem emiſſo voto perpetuo permanſiſſe.

IN calce demum mẽbri huius primi, quo cauſarum diſputatio, quibus matrimoniũ perficitur, abſoluitur, hæc quæſtio adhiberi conſueuit de matrimonio beatiſsimę virginis, qã fuit inter oĩa illuſtriſsimũ. Tametſi in tractatu de vita eiuſdẽ virginis aptius D. Thomas eandẽ poſuerit diſputationem: nempe, in.3. par.q.29. Arguitur ergo ꝙ nõ decuerit, & virginẽ ſimul eſſe & nuptã. In lege em̃ veteri, vt Deutero.7. & Exod.23. colligitur, maledictio in eos pronũciabaf, qui ſemen non relinquebant ſuper terrã: vnde pro benedictione ſeribitur, Non erit apud te ſterilis vtriuſq; ſexus: ergo tunc virginitas nõ erat in conſilio. ¶Et ſecũdò arguitur, ꝙ cùm virginitatis votũ ad conſiliorũ perfectionem ſpectet, & Chriſtus fuerit, qui legẽ cõſilijs ſuis impleuerit & perfecerit, à ſua ipſius perſona culmen hoc virginitatis debuit inchoari. ¶In contrariũ eſt illud Virginis ad angelum Luc.1. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? ¶Duo quæſtio inſinuat diſputãda. Primum de perpetua virginitate Deiparæ virginis: & ſecundũ de eius cõnubio. Ad quarũ priorem quæſtionẽ duabus concluſionibus rñdetur. Prima. Quã maximè decentiſsimũ fuit beatam virginẽ in perpetuo virginitatis ſtatu deguiſſe vitã. Quod enim in conceptu & partu & pòſt fuerit ſemper virgo, orthodoxa nos admonet fides, nõ ſolùm per eccleſiaſticam ſanctionẽ, ſed tum per verbum illud virginis ad angelũ, Quomodo fiet iſtud, quia virum non cognoſco, tum etiã per angelicũ rñſum, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Cauſas aũt decentiſsimi huius virginei inſtituti nõ eſt præſentis loci perſequi, eas tñ D.Thom.3.par.q.28. egregiè percenſet. Decuit enim Dei filiũ, qui verbũ patris eſt, inſtar verbi à ſolo ipſo patre obumbrante ſpiritu ſancto, vt ait Angelus, abſq; vlla corruptione modo quodam ſpirituali hoĩem concipi. Decuit & patris dignitatẽ, vt eius naturalis filius nullũ alium patrẽ haberet in terris, q̃ in cœlo. Decuit & Chriſti humanitatẽ, in qua nec peccatũ, nec operatio peccatricis carnis locũ habere debuit, per quem peccatũ mundi tollebaf. Decuit & ad incarnationis finẽ, qui fuit, vt hoĩes renaſcerentur in filios Dei non ex voluntate carnis nec ex volũtate viri. ¶Sed ꝙ & in partu mater ma-

Partũ virginitatis argumẽtum.

Secundũ argumẽtum.

Pari ratione.

Deiſiſtoculis.

Prima concluſio.

Cauſa congruitatis Deiparæ Mariæ.

ter maneret virgo, eidẽ quoq; verbo cõgrues fuit. Nã verbũ, vt corde abſq; corruptiõe cõcipiſ, ita inde abſq; corruptiõe ꝓcedit. Itẽ cõgruebat & redẽptionis effectui, qui erat noſtram corruptionẽ tollere. Quare nõ debuit naſcẽdo vterũ corrũpere. Quod & ad honorẽ matris q̃ maximè referebat, vt integra inuiolataq; permaneret. ¶At verò ꝙ poſt partũ debuerit etiã perſeuerare perpetuò virgo, res erat adeò cõdecens, vt impudẽtiſsima ſit blaſphemia illud negare. Virgo em̃ ſi poſtea virũ erat cognitura, nõ ex libidine, quę ab ipſa longiſsimè aberat, ſed gr̃a procreãdæ ꝓlis facere cogitandũ eſt. Id aũt filij eius dignitati maximè derogabat: quippe quẽ, vt vnigenitus erat filius patris, ita q̃ maximè decebat vnigenitũ eſſe matris. Mox iniuriũ maximè fuiſſet ſpiritui ſancto, vt vterus, qui eius fuerat ſacrariũ, homini eſſet cognit⁹. Deinde ingratiſsima eſſet, quę gratiſsima Deo fuit, ſanctiſsima virgo, ſi vnica prole nõ fuiſſet cõtenta, quæ erat Dei filius & ſuus: & virginitatẽ, quã ei filius ſupra naturã ſeruauerat, naturali officio amitteret. Demũ & Ioſeph temeritatis & impudẽtiæ reus eſſet, ſi quam de ſpũ ſancto cõcepiſſe nouerat, polluere cogitaret. Quare Ebion, Cherinthus & Eluidius cõtraria his blaſphemantes meritiſsimò ſunt tanq̃ impudẽtiſsimi hęretici condẽnati. Hęc tamẽ nõ adeò ſunt pñti loco accõmoda. ¶Sit ergo ad propoſitũ ſecũda cõcluſio. Condecens itidem fuit ſacroſanctã virginẽ ſuã virginitatẽ Deo per votũ conſecrare. Hanc concluſionẽ cõtra quoſdã aſſeruerim moleſtos moroſoſq; hoĩes, qui nihil aliud approbãtes, q̃ quod in ſacris biblijs legerint, aiunt cõmentũ eſſe fictũ hoc, quod de voto beatę virginis doctores tradũt, quia nullo ſacro teſtimonio cõfirmatur. Satis em̃ iſtis factũ eſſe debuiſſet per autoritatẽ Auguſtini locis citatis & Ambroſij, atq; aliorũ ſanctorũ patrũ. Sed præterea ratio illos vincit hæc, ꝙ cùm fides catholica cõtineat, Mariã fuiſſe perpetuò virginẽ, rõne optima elicitur, perfectiſsimũ virginitatis ſtatum habuiſſe, qualẽ Dei matrẽ decebat: ſtatus aũt firmitatẽ ſonat: firmitas verò nõ niſi per votũ conſtabilit, quod ideo q̃ certiſsimũ eſt virginẽ emiſiſſe. ¶Id quod & verbo ipſi⁹ virginis ad angelũ cõfirmaf, Quomodo fiet iſtud, quia virũ non cognoſco? Plana em̃ res eſt, verbũ illud nõ facere ſenſum: qui eſt, non cognouit: quia illud ad conceptionẽ futuram impertinẽs erat, ſed ſenſus fuit, Qm̃ virũ non cognoſcere ſtatui votoq; firmaui, quod ma-

Quo ad effectũ redẽptionis.

Virgo poſt partum.

Vnigenit⁹.

Nota.

Hæretici.

Secũda concluſio.

Nõ ſecũda.

Quomodo fiet iſtud?

ritalẽ complexũ repellebat, Et ideo, Quomodo fiet iſtud? non erat verbũ renuentis facere quod angelus ꝓpoſuerat, ſed modũ interrogantis, quã ſcilicet operã præſtitura eſſet: videlicet, vtrùm eſſet cognitura virũ, an verò per ſolam orationẽ vel cõſenſum cõceptura. Ad quod rñdens angelus ait, Spiritus ſanct⁹ ſuperueniet in te &c. ¶Sed rogas. Cur Euangeliſta hanc perpetuã poſt partũ virginitatẽ nõ expreſſerit. Rñdetur, ꝙ ex eo, quod min⁹ erat credibile, illud, quod facilius erat creditu, reliquit vt notũ. Ex eo, inquã, quod dixerat, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te &c. & Quod ex te naſcef ſanctũ vocabif filius Dei, vbi cõceptum partũq; virgineũ deſignauit, vt notũ reliquit poſt partũ manſiſſe virginẽ, nec poſtmodũ Ioſeph matrimoniũ conſummaſſe. Quod quidẽ viri ſancti non niſi prolis generãdæ gratia debuiſſent cõſummare. Et ideo cùm Deus illis tam admirabilem præſtitiſſet, abſurdũ eſſet aliam optare & gignere. Vnde qa Matthæus ꝓpter perfectũ mrimonij appellauit Mariam coniugẽ Ioſephi, Lucas verbũ temperans ait capi.3. ꝙ putabatur (quia non erat) pater Chri. Nec quod Matthæus appellat Chrm primogenitũ virginis, inſinuat aliũ fuiſſe poſt genitũ, ſed ꝙ nullũ antea genuiſſet. Nam & vnigeniti cenſentur primogenituræ hæredes. Et quod ait, Anteq̃ cõuenirent inuẽta eſt in vtero habens: & Nõ cognoſcebat eã donec peperit filiũ ſuũ, non ſignificat, ꝙ poſtea cõuenerint, ſed ſolùm (vt inquit Hieronymus) ſignificauit anteq̃ id accideret, quod cõi lege ſperabaf, eam tunc & cõcepiſſe & peperiſſe. Sic em̃ loquimur, An tequã viginti annos expleret, ſeu anteq̃ nauẽ intraret, mortuus eſt. Hæc aũt apud Hieronymum & alios patres peruulgata ſunt. ¶At verò argumentũ primũ, quod in cõtrarium obiectũ eſt, nõnihil difficultatis offert. Enimuerò D.Thom. loco citato: videlicet.3. par.q.28.art.4. rñdet, ꝙ quia lege veteri videbatur prohibitũ nõ dare operã ad relinquẽdũ ſemen ſuper terram, beata virgo ante nuptias nõ ſimpliciter virginitatem vouit, ſed ſub cõditione, ſi Deo placeret. Et diſtin. pñti q.2. ait, ꝙ quis virginitas in ſe optima ſit, tũ tẽpore Moſaycæ legis matrimoniũ ei præferebaf, ꝓpter expectationẽ benedicti ſeminis per viã gñationis venturi: & ideo beata virgo ſub cõditione vouit. ¶Horũ aũt vtrũq; profectò fateor mihi durũ eſſe creditu: nam primum, ꝙ abſq; vllo peccato licitũ eſſet in illa lege virginitatẽ ſeruare D. ipſe Tho. in 4. diſtin.33.

Percõtatio.

Solutio.

Matth.

Lucas.

Primogenitus.

Explicãtur quædã locã ſcripturæ.

Solutio ſancti Thomæ ad primum argumẽtũ.

Sentẽtia auctoris.

Universidad de Deusto Biblioteca

D.Tho.i4. ſtin.33.q.3.art.2.ad.2. planè fatetur dicens, q̃ post multiplicatũ genus humanũ ſiue in ſtatu naturæ integræ ſiue in ſtatu naturæ corruptæ nullũ fuiſſet peccatũ à matrimonio abſtinere: quia iam ceſſaſſet neceſsitas præcepti, Creſcite & multiplicamini. Et eadem, inquit, rõne in lege Moyſi poſt ſufficientẽ propagationẽ illius populi, qui ad cultum Dei erat neceſſarius, nõ peccaſſet qui à matrimonio ſe abdicaſſet, atq; adeò multò minus qui virginitatẽ ſeruaſſet. Quare quod quidã arguunt, in præcepto tũc fuiſſe matrimonium ad augendũ populũ, id fortaſſe in initio, dũ populus erat exiguus, verũ habuit: vt in Abraham, Iſaac & Iacob, quorũ ideo matrimonia ſcriptura inſigniter cõmendat. ¶ Aliud verò argumentũ, quod ex verbis S. Thomæ colligit: videlicet, q̃ propter expectationem vẽturi Meſsiæ nefas erat à matrimonio contrahẽdo ſe hominẽ abſtrahere, nõ ita multũ mouet, Nam etſi Abrahæ, vt Gen.22. legitur, facta fuerit p̃miſsio vt in ſemine ſuo benedicturus eſſet Deus oẽs gentes, tñ ſola tribus Iuda erat, quæ Meſsiæ carnẽ erat exhibitura, quemadmodũ erat in lege vaticinatũ. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquã minima es, in principibus Iuda: ex te em̃ exiet dux, &c. Quare aliæ tribus nõ tenebant illo vinculo. Adde q̃ licèt aliqui à re vxoria abhorrerent, prouidẽtia Dei efficeret ne linea procreãdo Chro deficeret. Ad hęc ſi tanta tũc eſſet obligatio nauandi operã liberis, cõſequẽs fieret, vt ſi quis ex primo m̃rimonio nõ ſuſcepiſſet prolẽ, tenereť ad ſecũdas nuptias cõmigrare quod ex nulla hiſtoria colligit: imò Iudith abſq; prole in viduitate permãſit. ¶ Quin verò addiderim ſi mea eſt audiẽda opinio, ſemper fuiſſe virginitatẽ nuptijs meritò prælatã, ſaltem poſt naturã corruptã. Nam in natura integra cùm amplexus tunc maritalis abſq; vlla delectatiõis exuberãtia fieret, atq; adeò nec contemplationẽ nec alia ſpiritualia opera impediret: fortaſſe genere ſuo non fuiſſet virtus à matrimonio abſtinere. Tametſi propagato genere humano nec fuiſſet pctm̃, vt ait S. Tho. ſed eſſet indifferens, quod ex fine poſſet fieri bonum. At verò ſub lege naturæ corruptæ prolatato ſatis humano gẽre procul dubio ſemper fuit virginitas matrimonio præſtãtior, quippe quæ ad contẽplationẽ & ſpũalia opera longè aptior: quorũ grã multi ſapiẽtes voluptuoſæ ſe veneri ſubduxerunt. Quin verò de Abel nulla fert hiſtoria vxorẽ habuiſſe, quia fortaſſe nondũ ſororẽ nactus fuerat cõnubio maturam. Atq; adeò inde iam angelica virginitas genus humanũ decorare cœpit, & abſtinẽtia rei venereæ florere. ¶ Hinc ergo, vt ad legẽ Moſaycam gradũ faciamus, arguiť. Cùm illic, vt dictũ eſt, licitũ fuerit aucto iam populo à matrimonijs ſe hoïes abdicare, neſcio cur nõ virginitas, ꝓpter eaſdem cauſas, ob quas ſub lege naturæ laudabilior erat q̃ matrimoniũ, etiã ſub eadẽ ſcripta lege eundẽ excellẽtiæ gradum prẽnuptijs obtineret. ¶ Veritas hæc præterea multis Prophetarũ exẽplis cõprobatur, Eſaias nãque Eliſæus & Hieremias, vt Hieronym⁹ li.1. aduerſus Iouinianũ cap.16. autor eſt, cõpluresq; alij à re vxoria ſe prorſus abdicarũt cũ eumeuntes (vti ait Pau. ad Hebræ.11.) in melotis & in pellibus caprinis, in ſolitudinibus oberrantes & in ſpeluncis & cauernis terrę. Et Ioſephus libr.18. antiquita. & Solynus in polyhiſtoria capit.48. referunt, ante Chriſti aduentũ Eſſenorũ collegiũ, in deſerto Iudęæ more noſtrorũ Anacoritarũ ſanctiſsimã deguiſſe vitã, ab vxoribus prorſus & omni fœmineo cõſpectu ſemotiſsimũ: quorũ inſtitutum ſecutus eſt Ioãnes Baptiſta. Vnde q̃is nullã aliam habuiſſet beata virgo reuelationẽ, exemplũ in ſua gẽte haberet virginitatis colendæ. ¶ Igitur quod hic ait S. Tho. ſub illa lege matrimoniũ prælatum fuiſſe virginitati, vel intelligitur ſub initio illius legis, vel dicendũ q̃ in ſua ſumma, vbi oĩa polliebat, id non dixiſſet. Imò.2.2.q.152.art.4. ſimpliciter cõcludit virginitatẽ præferẽdam eſſe matrimonio: vbi hanc exceptio[illegible]m illius legis non facit, ſed ſolùm ait, matrimoniũ Abrahę propter neceſsitatem illius temporis æquatum fuiſſe continẽtiæ virginis Ioannis. Et ioco citato 3.par.q.28.nõ ait ſimpliciter, q̃ ſub illa lege prohibitum fuerit nõ dare operam liberis, ſed q̃ prohibitũ videbatur. Id quod forſitan dixit propter lineã rectam tribus Iuda, & ſingulariter propter ſacram virginem, quã ꝓcul dubio credo ex eadẽ tribu per paternã lineã deſcendiſſe: nempe, à Dauid per Natham filiũ eius: quã quidẽ lineam aſcendẽdo recenſuit Lucas cap.3. Sed per lineam maternã creditur fuiſſe de tribu Leui: nempe, cognata Eliſabeth. Præterq̃ q̃ etſi nõ ſit certũ fuiſſe ei reuelatũ futurã Dei genitricẽ, eſt tñ credibile aliqualẽ inſpirationẽ ab ſpiritu ſancto recepiſſe, ſe eius genituræ aliquid operæ præſtituram: & ideo ante nuptias deſideriũ, quod virginitatis habebat, non auſa eſt abſoluto voto firmare.

In l. Moyſi.

Argu. quorundam.

Aliud argumentũ.

Solutio.

Sub lege naturæ corruptæ.

De Abel.

¶ Ad ar-

Solutio primi argum. ¶ Ad argumentũ igitur principale rñdeť, id, qd̃ ait D. Tho. vt maledictionẽ cẽſeri in vetuſta lege ſterilitatẽ, de nuptis fœminis eſſe intelligendũ, Quare Anna Samuelis mater exprobrabat, vt legiť. 1.Reg.1. q̃ Dñs cõcluſiſſet vuluã eius. Nõ aũt inde ſequiť q̃ fuerit oĩbus in præcepto nubere. Illud em̃ Deuter.7. Nõ erit apud te ſterilis vtriuſq; ſexus, quod & in Exodo.c.23. habeť, nõ ſonat præceptũ cõtrahendi matrimoniũ, ſed contrahentiũ bũdictionẽ. Veluti in Pſalmo. Vxor tua ſicut vitis abũdans in lateribus domus tuę. Promittebat em̃ populo illic Deus ſi ſuã legẽ ſeruaret, dicens, Bũdictus eris inter oẽs populos. Non erit in te ſterilis vtriuſque ſexus, ſiue in hominibus ſiue in gregibus. Auferet à te Dominus omnẽ languorẽ &c. ¶ Ad ſecundũ aũt rñdetur, q̃ beata virgo, vt in Cãticis legitur, fuit ſicut aurora cõſurgens, enixura ſolem iuſtitiæ, atq; adeò confiniũ fuit tenebrarũ antiquę legis, & lucis nouę. Quapropter ante nuptias propoſitũ habuit virginitatis, & poſt nuptias votũ eiuſdẽ fecit, quod filius eius diuino exẽplo & lege cõfirmaturus erat. Quocirca licèt antea multi ob alios fines virginitatẽ ſeruaſſent, tñ id ſub voto verę religionis à beata virgine ortum habuit. Votũ em̃ Veſtaliũ virginũ Deorũ ſuperſtitione vitiabať. Solẽnitas verò euãgelici voti à Chro cœpit.

Solutio ſecũdi argumẽ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm Virginem Dei matrem nuptam ſimul eſſe decuerit.

Pertinegatiuæ argumentũ primum.

ALter articulus quæſtionis pñtis de caſtiſsimis nuptijs beatę virginis initur. Arguiť ergo nõ decuiſſe fuiſſe nuptã. Votum virginitatis, quod dictũ eſt virginẽ emiſiſſe, è diuerſo cum matrimonio pugnat: qm̃, vt ait Hierony. Vouentibus virginitatem non ſolùm nubere, ſed velle nubere dãnabile eſt: ergo nequiuit & votũ emittere virginitatis, & matrimonij cõtractũ celebrare. ¶ Secũdò. Si deſpõſatio virginis cõdecens fuit cauſa extitit, vt partus eius, quẽadmodũ ait Ignatius martyr, diabolo celareť: ille aũt illa via celari eũ nequit: qm̃ oculatè noſcere poterat intactã viro cõcepiſſe: ergo illa cauſa friuola eſt. Imò potiùs miraculo, q̃ ex virgine Chriſtus tum concipereť tum & naſceretur, congruens erat, vt mater non eſſet matrimonij: nam miracula in teſtimoniũ fidei ędũtur: qua vtiq; rõne in manifeſto fieri debẽt: fuiſſet autẽ manifeſtius ſi in opinione vulgi maritũ non haberet. ¶ In contrariũ autẽ eſt verbũ euangelicũ Lucæ.1. Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariã virginẽ deſpõſatam viro, cui nomẽ erat Ioſeph. ¶ Ad quæſtionẽ præſentẽ duabus, ſicut ad præcedentẽ, concluſionibus rñdetur. Prima. Congruentiſsimũ myſterio fuit Dei matrẽ vnà & virginẽ & deſpõſatam fuiſſe. Cauſas huius congruentiſsimas ad vndecim vſq; D. Tho. q. citata.29. connumerat. Quarum quatuor Chriſto ipſi accommodantur: nempe, ne à Iudæis tanq̃ illegitimè natus repudiaretur: atq; vt conſueto modo genealogia eiꝰ per virũ deſcribereť. Quas vtiq; cauſas aſsignauit ſuper Lucam Ambroſius. Et tertiò, quod ait Ignatius, vt diabolo eius partus occultareť, ne in puerum machinamenta moliretur. Ac demum vt obſequio patris Ioſeph nutriret. ¶ A parte aũt virginis tres aliæ exurgunt cauſæ: videlicet, vt & ab infamia & à pœna lapidationis liberaretur, & quemadmodũ ait Hieronymus, tum honeſtiùs tum etiam accuratiùs eidem virgini miniſterium maritus exhiberet. ¶ Demum & ad nos quinq; aliæ attinebant. Nimirum prima, vt teſtimonio mariti firmiùs natiuitas Chriſti ex virgine comprobaretur. Locupletior enim, ait ſuper Lucam Ambroſ. teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentũ. Secunda, vt idẽ ſubdit Diuus pater, vt verba virginis credibiliora redderenť, quod & in nr̃am redũdauit fidei firmitatẽ. Videreť em̃ culpã obumbrare voluiſſe mẽdacio innupta prægnans: cauſam aũt mentiẽdi deſpõſata nõ habuit, cùm cõiugij præmiũ & gratia nuptiarũ partus ſit fœminarũ. Tertia, vt tolleret excuſatio virginibus, quæ nõ omnẽ cautelã adhibẽt, vt infamiã euitent. Quarta, quia per illud virginis connubiũ vniuerſalis eccleſia deſignať, quæ virgo, vti.2.Cor.11. ait Paul. deſpõſata eſt vni viro Chriſto. His deniq; & duodecimã, eandemq; pulcherrimã, adhibeamus cauſam: videlicet, vt quemadmodũ in Chriſto duæ naturæ Dei & hoïs copulatæ ſunt, ſic & in eius parente duæ coniungerẽtur egregiæ dignitates matris & virginis. Etenim illuc vſque, vt florida virginitatis integritas prolis fuerat ſterilitate truncata, ſic & matrimonialis fœcunditas pudore corruptiõis fuerat abiecta. Vt ergo neq; fructus coniugij florem virginitatis deijceret, neq; flos virginitatis prolis orbitatem perferret, ambo in Maria confœderata

Pars affirmatiua.

Prima concluſio.

Cauſa duodecim.

Ad Chriſtũ quatuor ſpectant.

Tertia.

Quarta.

Ad virginem tres.

Ad nos quinq;

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Duodecima.

Universidad de Deusto Biblioteca

derata ſunt iura: nimirũ, vt inuiolata matris virginitas filium pareret Deum & hominẽ.

An coniugiũ Mariæ fuerit perfectum.

¶Dubium autẽ circa quæſtionẽ hanc emergit, vtrùm puriſsimum illud coniugiũ fuerit perfectũ. Suppoſito nãq; ex articulo.1. vt fides catholica profiteſ, illud nunq̃ fuiſſe per copulã conſummatũ, *VVitcleff.* VVitcleff, vt eſt videre apud Thomã VValdẽſem cap.130. opinatus matrimoniũ nõ eſſe legitimũ & perfectũ niſi fuerit conſummatũ, inficiabat virgineũ matrimoniũ, inſinuans non fuiſſe perfectũ. Nec deſunt prorſus argumẽta, quę rẽ aliquo ꝓbabilitatis colore afficiãt. Perfectũ em̃ matrimoniũ dicit abſolutũ conſenſum: & tũ videtur virgo nõ abſolutè in matrimoniũ conſenſiſſe, ſed illud cõmiſiſſe Deo, ſicut ſuã virginitatẽ: alioqui ſi abſolutè cõſenſiſſet, nõ licuiſſet Ioſepho eã dimittere, quod tũ Euãgeliſta ait eum cogitaſſe. Secũdò, quia ad perfectionẽ matrimonij cõuenit & conſummatio & perfecta ſignificatio: illud aũt nunquã fuit conſummatũ: quare per illud non fuit ſignificata vnio Chrĩi cum natura humana. ¶His tũ nihil obſtantibus ſubtexitur ſecũda concluſio. Sacroſanctum illud matrimoniũ fuit perfectiſsimũ. Dei nanq; perfecta ſunt opera: illud aũt matrimoniũ fuit diuinitus inſpiratũ: ergo perfectũ: id quod euangeliſta illo noĩe ſignificare voluit, quo Mariam appellauit Ioſeph coniugẽ. Ratione etiã eadem concluſio exponiť. Duplex em̃, vt diſt.26.q.2.ar.4. diximus, eſt rei perfectio: vna eſſentialis: quæ ad eius naturã ſpectat, atq; alia accidẽtaria, quæ ſecũdùm eius operationẽ cõſiderať. Ignis em̃, licèt in vacuo poſitus nõ calefaceret, eſſet tũ eſſentialiter perfectũ in ſuis partibus. Perfectio aũt eſſentialis mr̃imonij conſiſtit in mutuo cõſenſu de pñti, quo ſe alteruter coniugũ alteri tradit: quo pacto inter Mariam & Ioſeph fuit perfectiſsimũ matrimoniũ. Cõmiſtio verò per copulã eſt vſus & operatio mr̃imonij, atq; adeò accidẽtaria perfectio, quæ nõ eſt de eiꝰ eſſentia. ¶Et per hoc rñſum eſt ad argumentũ factũ de cõſummatione & ſignificatione vnionis humanitatis Chriſti: ſunt em̃ accidẽtariæ matrimonio, & ideo eorũ defectus nihil de eius eſſentiali perfectiõe tollit. ¶Ad aliud aũt argumentũ negatur beatã virginẽ ſub conditione cõtraxiſſe, imò abſolutè contraxit, vt illico planius fiet: certa tamen ꝓ nũquam per vſum vxorium eſſet violanda. Quod autẽ Ioſeph cogitabat eam dimittere, nõ intelligitur de ſeparatiõe quo ad vinculum, ſed quo ad torum.

Primum argumentũ.

Secundum.

Secunda cõcluſio.

Ratio.

Solutio argumenti.

Solutio aliꝰ argumẽti.

¶Ad primum argumentũ in capite articuli propoſitũ oẽs præter Scotũ rñdent, illud ſatis probare ſacroſanctã virginẽ ante contractas nuptias nõ emiſiſſe abſolutè votũ, alioqui cõſentire in illas, nefas eſſet. Emiſit autẽ illud ſub conditione, vt ait S. Tho. & Doctores, niſi Deus aliud iuberet. ¶Contra hãc autem vulgatã aſſertionẽ arguitur. In omni voto ſiue ſimplici ſiue ſoleni ſubintelligiť cõditio illa, niſi Deus aliter iuſſerit: ergo illa expreſſa cõditio nõ obſtabat, quominus votũ beatæ virginis abſolutum eſſet, ſicuti modò vſu & more fit. Paludanus atq; alij nõ aliud rñdent, quàm ꝓ licèt implicitè illa includať in omni voto, perfectius tũ eſt illã exprimere. Sed certè hoc difficultatẽ nõ eneruat: tum quia ſi naturã voti non mutaret, nõ tanti referret exprimereť nec ne, tũ præſertim quod argumentũ eò tendit, ꝓ quemadmodũ poſt abſolutũ modo votũ non licet matrimoniũ inire nõ obſtante incluſiõe illius cõditionis: ita nec licuit beatæ virgini non obſtãte eiuſdem conditiõis expreſsiõe. ¶Scotus ergo diſtin. pñti. q.2. tenet beatã virginẽ etiã ante nuptias abſolutè vouiſſe. Cui quidẽ, inquit, voto nõ repugnauit abſolutus cõſenſus in matrimoniũ: propterea ꝓ certa erat, nunq̃ ſe daturam operã rei vxoriæ. At profectò ſolutio hæc ægrè ſuſtineri valet. Eſt enim cõtra citatum Hieronymũ dicentẽ, ꝓ vouentibus virginitatẽ etiam velle nubere damnabile eſt: nam nubere eſt tradere poteſtatẽ ſui corporis alteri, quod vouenti virginitatẽ non licet, vt bene ait D. Tho. diſt.29. in fine. Quare Auguſt. non dicit, niſi ꝓ propoſuit. Et inde omnes Doctores inferunt, ante nuptias non vouiſſe abſolutè. Quibus ideo Scotus non debuiſſet tam facilè cõtradicere. Procul dubio igitur reſpondendũ longiſsimè differre inter votũ abſolutũ, quod modò illã cõditionẽ implicat, ſi Deus voluerit, & illud virginis ante contractũ matrimoniũ. Nunc em̃ minimè licet poſt votum ſolẽne, aut ſine diſpẽſatione poſt ſimplex nuptias cõtrahere: qm̃ per talẽ contractum ille qui vouit concedit facultatem alteri cõiugi ſui corporis. Quare licèt includať conditio, Niſi Deus aliter iuſſerit, intelligiť tũ per diuinas leges Deum non aliud iubere, q̃ vt votũ ſeruet. Votũ ergo beatæ virginis ante nuptias ſic intelligiť, ꝓ nõ fuerit fitmatum: nunq̃ enim abſolutè dixit, Voueo. Quocirca non tam votũ dicendũ eſt, q̃ deſideriũ vouẽdi. Sed tũ quia anceps erat animi quid Deus vellet, ipſi deliberationis cõcluſionem

Solutio primi argumẽti.

Argumẽtum.

Paludan.

Scot.

Auctor Iuriſ.

Auguſt.

nem reliquit. Vnde Aug. non dicit, ꝓ tũc voluit, ſed ꝓ propoſuit ſe permanſurã virginẽ, niſi Deus aliter reuelaret. Et ideo fortaſſe per reuelationẽ etiam nupſit tradẽdo viro ſacultatẽ ſui corporis, eandẽq; abſolutè. Etenim in cõtractu nõ expreſsit conditionẽ & pactũ nunq̃ ſe mutuò cognoſcẽdi: nam cùm illa cõditio, vt ſupra dictũ eſt, ſit fini mr̃imonij contraria, non fuiſſet verũ matrimoniũ: ſed neq; expreſsit cõſenſum in copulã, vt diſt. 27.q.1. arti.2. latè monſtrauimus: quia illa expreſsio propoſito & deſiderio perpetuę virginitatis derogaret, atq; adeò nõ fuiſſet perpetuò virgo mente & corpore. Præſertim quia, vt diſt. 26.q.2.art.4. præmiſeramus, carnalis copula non eſt de eſſentia matrimonij. Fuit tũ talis conſenſus copulæ illic in virtute implicitus, ſicut actus in potentia. At quia per ſpiritum ſanctũ certa erat, nunq̃ ſuum coniugem exacturum debitũ, nihil de perpetua virginitate etiã mentis detractũ ei eſt: quippe cui virginitati non niſi voluntas contrahendi cõſum mandiq; rñ matrimoniũ officit. Atq; ea, ꝓpter *Dõdius Iuã ne.* ſi D. Ioannes fuit ille ſponſus, cuius nuptijs Chriſtus interfuit, non eſt cẽſendus tam virgo mente, q̃ beata virgo. Nam credibile eſt cõtraxiſſe matrimoniũ lege cõmuni cõſummandi. Sed tũ fuit virgo corpore, & mente per mutationẽ propoſiti: quia poſtmodum voto eam cõfirmauit, quod ad laureolã ſuſſicit. Cæterùm quo ad ſacrã virginẽ eiuſq; ſpõſum redeamus, illico matrimonio contracto ante angelicã ſalutationẽ ambo cõmuni cõſenſu per abſolutũ votũ Deo ſuam virginitatẽ cõſecrauẽre. Id quod beata virgo verbis illis ad angelũ expreſsit, Quomodo fiet iſtud? &c. ¶Ad ſecundum verò rñdent doctores, ꝓ diabolo diuinitus nõ permittiť oĩa fidei myſteria perſcrutari: quia vt.3. de trinita. ait Auguſtinus, multa põt virtute ſuę naturę, à quibus diuinitus prohibetur: & ideo non deprehendit modũ cõceptionis Chriſti. Hæc autẽ ſolutio nõ ſatis prſus rei facit: nã ſi per ſolã Dei prouidentiã idem cõceptus celatus fuit, nulla erat neceſsitas, vt illa de cauſa virgo deſponſaretur. Dicendũ ergo ꝓ Deus ad occultandũ Satanæ illud ſecretũ vſus eſt modo naturali cõſueto: diabolus nanq; non eſt ad oẽs cõceptus hominum attentus qũ ſolito modo per matrimoniũ fiunt. Et ideo, quia beata virgo virũ habebat, nõ explorauit myſteriũ, quod tũ ſi eſſet innupta, cùm eximiã eius ſanctitatem & puritatẽ haberet compertã, diligẽtiùs exploraſſet. ¶Ad aliud verò membrũ, ꝓ miraculum debuerit eſſe propatulũ, rñdetur, ꝓ miracula ſunt in duplici differeti a. Alia quidem, quæ ſunt ipſi articuli fidei, vt incarnatio &c. alia verò quæ fiunt in teſtimoniũ fidei, vt infirmorũ ſanitas, & mortuorũ reſuſcitatio. Hæc ergo ſecũdi gñris debent publicitus fieri, non tũ illa, niſi dum per rõnem temporis expedierit. Vnde quãdiu Chriſtus fuit infans, neceſſum fuit myſteriũ dæmonibus occultari, ne acriùs puerũ infeſtarẽt: tunc em̃ Chriſtus nec pati diſpoſuerat, nec ſuã virtutem patefacere. Poſtmodũ verò iam adultꝰ, qũ ſe legiſlatorẽ exhibebat, non renuit eiſdẽ dæmonibꝰ innoteſcere: qui ideo, vt Marci.1. lęgiť, exclamabant dicentes, Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene &c. Scio ꝓ ſis ſanctꝰ Dei. ¶Contra aliam congruentiam, qua dictum eſt, virginẽ deſponſatã, ne inuenta prægnãs lapidaretur, exiſtit argumentũ: quia ſolę maritæ propter adulteriũ lapidabanť: quare illa de cauſa potiùs debuit non eſſe maritata. Reſpondetur, ꝓ nõ ſolùm vxores, verùm & virgines, quæ in ædibus paternis ſeruabanť, lapidibus, ꝓpter ſtuprũ obruebanť, vt Deutero.22. legitur, & potiſsimùm illæ, quæ de genere erant ſacerdotali, vt legiť Leuit.21. qualis, vt paulò ante dicebamus, creditur fuiſſe beata virgo per lineam matris.

Solutio ad membrũ argumenti.2.

obiectio.

Solutio.

Solutio ſecundi.

Auguſt.

Solutio autoris diſſiuerit.

Auctoris ſolutio.

DISTINCTIO trigeſimaprima, De bonis matrimonium excuſantibus.

Sacramẽtum hoc, quod per cauſas hucuſq; denarratas cõſtituitur, quãuis bonum per ſe vtique honeſtumq; ſit, tamen quia moleſtias ſecum fert, adnexaq; incommoda, expoſcere vť, vt bona ei appendãtur, quibus excuſari honeſtariq; valeat. Hæc ſunt numero tria, quæ Aug. lib.9. ſuper Gen. ſcripta reliquit: nẽpe, fides, proles & ſacramentum.

Textus.

Capit.j.

Capit.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum. In fide attenditur, ne coniux cum alio aliave se se cõmisceat. In prole, vt amãter suscepta, religiosè educetur. In sacramento, vt consummatũ coniugiũ quoad substãtiam non dirimatur, tametsi coniuges, seu fornicationis causa, seu gratia religionis, toro separari valeant.

Cap. ij. ¶At verò fides & proles, licèt bona sint intentioni & naturæ sacramenti innata, quippe quod in hoc institutũ est, vt mutua fide constricti cõiuges generi propagãdo incũbant, tñ re & vsu non sunt eius substantiæ necessariæ. Fides nanq; ab adulteris violata vinculũ sacramenti non abrumpit, sed si coniugio adfuerit, vt ait venerabilis Hugo, ampliùs cõmendatur, si verò defuerit, nõ inde annihilatur. Neq; verò sterilitas eorũ, qui fructu prolis frustrantur, coniugium diluit. Quocirca proles fructuosius sacramentũ reddit: si verò sterile fuerit, non ideo nullũ erit. Ratio verò sacramẽti est matrimonio natiua, ac perinde inseparabilis: nam vti lib. 1. de nuptijs autor est Aug. vsq; adeò manent inter viuentes semel inita nuptiarũ iura, vt quanuis toro separati alias inire tentarent, potiùs sint inter se cõiuges, quàm quibus adhæserint: sicut apostata anima de coniugio Christi recedens, etiam si de perdita sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis recepit. Est ergo gradus sacramenti inter reliqua matrimonij bona potissimum.

Hugo.

Cap. 10.

¶Concubitus ita q̃ coniugalis huiusmodi bonis exornatus: nempe, qui causa vel prolis vel fidei seruãdę fit, adeò est cuiuslibet culpę expers, vt sit sæpè Deo acceptus & gratus. Vbi aũt hæc defuerint, si voluptatis libidine fiat, labem contrahit venialis culpæ. Vnde Aug. lib. de bono coniugali, Coniugalis, inquit, concubitus generandi causa non habet culpã, concupiscẽtiæ verò satiandæ, sed tñ cum coniuge, propter fidẽ tori venialẽ habet culpam. Et rursus. Reddere debitũ cõiugale nullius est criminis, exigere aũt vltra generandi necessitatẽ culpæ venialis. Vbi docere vr̃, quòd debitum soluere ad cauendã in cõiuge fornicationis turpitudinẽ, legitimũ sit: exigere autẽ ad eandem in se vitandã, non item. Quãuis nefas fortè non sit rigorẽ sentẽtiæ huius sic mitigare, vt vbi humano more remedium hoc necessariũ fuerit iudicatũ, id fortasse liceat: nempe, vt in hoc sensu audiatur. 1. Cor. 7. Paul. vbi ait, Propter fornicationẽ vnusquisq; suam vxorẽ habeat, & vnaquæq; suum virũ. Et inferiùs. Iterũ reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestrã. Hoc autem dico secundùm indulgentiam. Tametsi Augustinus in lib. de verbis Domini indulgentiæ nomen ad matrimonium sic referat, vt intelligatur permissum tanquam minus bonum, quàm

Cap.

Cap.

Cap.

quàm castitas. Sed si referatur ad vnum causa fornicationis cauẽdæ, permittatur tanquã minus malũ.

DISTINCTIONIS trigesimę primæ, Quęstio. 1. De bonis matrimonium excusantibus.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm matrimonium debeat per aliqua bona excusari.

EXpeditum est primum membrum eorũ trium, quæ de matrimonio disputanda ꝓposuimus: scilicet, de causis, quib⁹ matrimoniũ contrahit. Subsequit ergo in his tribus proximis distinctionibus secũdum, de eius, postq̃ cõtractum est, concomitantibus bonis & legitimo vsu. Arguit igitur q̃ matrimoniũ nullis indigeat bonis, quibus excuset. Illud em̃, quod genere suo honestum est, nullo indiget alio bono, quo excuseturtamicitia aũt, quæ est inter virum & vxorẽ, vt. 8. Ethic. autor est Philosophus, est naturalis, quæ in se honestũ inclusum & vtile & delectabile: ergo nõ indiget excusari. ¶Et confirmat. Tam naturale est homini suã conseruare speciẽ per ꝓpagationẽ, quã propriũ indiuiduũ per nutritionẽ, quin mò quãto species præstantius bonũ est quã indiuiduũ, tanto eius cõseruatio videt magis naturalis: sed alimẽta sumere non indiget aliqua excusatiõe: ergo nec gnatio, quæ fit per matrimoniũ. ¶Secũdò arguit ex fine. Matrimoniũ nõ indiget excusari, quatenus est in officiũ: nã tunc deberet etiã excusari in statu innocẽtiæ, quod est falsum: qm̃, vt ait Augustinus, tunc fuissent nuptiæ honorabiles & torus immaculatus: quatenus verò est in remediũ, nõ est magis excusabile, quã cętera sacramẽta, quæ pariter sunt contra peccata instituta, quę tñ excusari nõ egent. ¶Tertiò. Virtutes sufficiũt dirigere, atq; adeò excusare oĩa opera, quæ honestè fieri pũt: mrimonium autem cõtrahi põt honestè: ergo non alijs indiget bonis, vt honestetur, q̃ virtutib⁹.

Pars negatiua argumentũ primum.

Cõfirmatio argumẽti.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

¶In contrariũ est, q̃ omne bonũ propter indulgentiã permissum indiget excusari: vsum autẽ mrimonij Paul. 1. Cor. 7. secũdũ indulgẽtiã cõcedit hominib⁹: ergo indiget excusari. ¶Idioma istud & negotiũ excusandi matrimoniũ introductũ in scholas fuit ad cauendam vetustã eorũ hæresim, qui nuptias negabant esse licitas, de quib⁹ Paulus. 1. Timo. 4. meminit: ad eorũ em̃ retundendũ errorẽ hęc excusantia bona cõmemorat Aug. l. 9. super Gen. c. 7. Et ideo ad quæstionẽ vnica cõclusione rñdetur. Matrimonium indiget per aliqua bona excusari. ¶Veruntamẽ cõclusionẽ hãc non eodẽ modo doctores probãt. Durãdus nanq; dist. pñti probat hoc pacto. Supponit primo, & quidem probè cum S. Tho. dist. pñti. q. 2. bifariã actũ excusari. Vno modo ex parte facientis, quo vtiq; modo id etiam quod per se est malũ, põt per ignorantiã excusari, vt dũ quis rem furat alienã putãs esse suã, de quo excusationis modo sermo impręsentiarũ non habet. Alio modo excusat secũdùm se, & de ista excusatiõe loquimur in pręsentia: scilicet, quantùm ad excusationẽ operis, qua per se indiget, vt sit bonũ. Hoc supposito arguit sic. Actus intrinsecè mal⁹, cùm fieri nõ posit bene, nequit excusari: excusatio em̃ nulla est, nisi actũ bonum reddat. Quare furtũ per nullũ bonũ excusari põt, licèt qui furatur posit per ignorantiã à culpa eximi. Item neq; actus intrinsecè bonus excusatiõe opus habet: quia à se suã habet bonitatẽ. Restat ergo, vt solus actus indifferens, qui bene & malè fieri põt, indigeat excusatione, vt sit bon⁹. Veluti ambulare, & loqui, quod si fiat bono fine, est bonum: sin prauo, prauũ, si verò nullo, erit otiosum. Ad hũc ergo modum putat Durandus matrimoniũ excusari: quia actus, inquit, carnalis ex genere suo indifferens est. ¶At verò ratiocinatio hæc, nõ est satis solida: nã si sola actus indifferẽtia in causa esset, vt excusari indigeret, tunc (vt Palu. bene colligit) omnis actus indifferens similiter esset excusandus, quod patribus non est in more. Quin verò comedere & bibere, quæ sunt opera indifferẽtia, deberẽt excusari: nã si rñderis non esse parem rõnem, eo q̃ in esu & potu nõ tam absorbeatur rõnis vsus, q̃ in re venerea, iam cõcedis non solã indifferentiã actus excusatione indigere. ¶Aliter tamẽ mihi videor hanc opinionẽ falsitatis euidenter redarguere. Cùm em̃ Augustinus, & Doctores matrimoniũ excusare satagunt, nõ intelligũt solùm actũ gnationis excusare quatenus

Pars affirmatiua.

Decisio artículi.

Conclusio.

Durandus.

Sentẽtia autoris.

Argumentũ aliud cõtra opinionem Durãdi.

tenus

Universidad de Deusto Biblioteca

tenus ad honestum, & inhonestũ: nempe, ad coniugalẽ, & fornicariũ, indifferens est: nam tunc per hoc ꝙ contraheret ad honestatem cõiugij, satis excusaret: quẽadmodũ comedere per hoc ꝙ fit gratia alendę vitæ: sed matrimoniũ ipsum, atq; eius vsus (vt nr̃a asserit cõclusio) quæ in sua rõne bonitatẽ & honestatem includunt, sunt quæ Augustinus, & Doctores per tria illa bona excusare cõtendũt. Non ergo quia matrimoniũ est actus indifferens, indiget excusari. Imò quãuis de se sit bonũ, vt filiorũ educatio. ¶ Ratio itaq; cõclusionis, ꝓpositæ est hæc. Omne opus siue indifferẽs, siue de se bonũ, quod præ se fert speciem mali, siue culpæ, siue pœnę, aut alius cuiusq; detrimenti, indiget excusari, eo ꝙ eiusmodi detrimẽta nõ sunt absq; alijs cõducentibus bonis, & cõmodis eligenda. Exẽplum quodãmodo apparet in somno, quod cùm hoc afferat detrimentũ, ꝙ aufert rõnis vsum, quãuis per se sit bonũ, excusat per alia cõmoda: scilicet, quia per ipsum quiescit, refocillaturq; natura ad alia honesta officia obeũda. Tametsi alij dicant, ꝙ cùm sit naturæ quies, nõ indiget alia excusatione: sed exẽpla ponimus, non ita sint. Ad rẽ ergo, vt accedamus, matrimoniũ molestiarũ plurimũ, tribulationũq;, & grauissima onera secum importat: quare, nisi per alia bona fieret istorũ cõpẽsatio, neutiq; esset eligibile bonũ: ergo necessariũ est aliqua bona ei assignare, per quæ excuset. Hæc eadẽ veritas colligitur ex Paulo. 1. ad Cor. 7. vbi ait oẽs percupere, veluti ipse erat, vinculo matrimonij esse solutos, quasi id præstãtius sit & optatius: at tñ secũdùm indulgentiã permittit, vt ad cauendã iniquam Venerẽ, vnusquisq; suã vxorẽ habeat. Et infra. Si acceperis vxorẽ, non peccasti: & si nupserit virgo, nõ peccauit, tribulationẽ tñ carnis habebũt hmõi. Ego autem vobis parco. Quo loco Ambrosius multas cõmemorat maritorũ vxoriũq; molestias, quales sunt gemitus vẽtris, nutrimẽta filiorũ, &c. Quas itidem Hieronymus. l. 6. cõtra Iouinianũ recenset. In primis ẽm matrimoniũ affert vinculũ indissolubile, quod est genus quodammodo seruitutis, vt teneant alterutrũ debita reddere, neq; posit cõiux pro suo arbitrio ab altero secedere. Et postmodũ per vxoriũ vsum, concitant carnis prurigines, adeò, vt quẽadmodũ ait Aristoteles, rõnis vsus tunc absorbeatur. Qua vtiq; cõsuetudine homo ab alijs dignioribus studijs præpedit. Nam vt ibidẽ ait Paulus, Qui sine vxore est, sollicitus est

Ratio cõclusionis.

Exemplum

Paul. 1. Corinth. 7.

Ambros.

Hierony.

Aristo.

Paul. 1. Corint. 7.

quæ dñi sunt, quomodo placeat Deo. Qui aũt cũ vxore est, sollicitus est quæ sunt mũdi, qũo placeat vxori, & diuisus est. Mox vxor tenet sub viri esse potestate: cũ pudore cõcipit, cum molestia vterũ gestat, cum dolore parit. Sed & onera in tolerãdis & mariti, & vxoris peruersis moribus, in alẽda domo, in educandis liberis, in augenda re domestica, quę perferre opus est, satis cõmonstrãt, q̃ debeat matrimoniũ excusari, vt eius bonitas, & honestas appareat. ¶ Et per hoc soluũtur alia argumenta cõmunia, quæ extant apud Scotũ. Matrimoniũ, inquit, primorũ parentũ in statu naturæ integræ excusari nõ indiguit, nec verò matrimoniũ Marię & Ioseph: ergo matrimoniũ excusari non eget. Negat inquã, consequẽtia: qm̃ hoc fuit peculiare illis matrimonijs. In statu ẽm naturæ integræ nullæ potuissent esse molestiæ, quippe quæ ex peccato originali succreuerũt. Neq; verò sanctissimũ cõmerciũ Mariæ & Ioseph ærũnas habuit siue in cõcipiendo siue in pariendo aut in alenda domo: sed labores, quos parentes pertulerunt, in seruando puero Deo ab Herodis tyrannide, obsequium fuit Deo exhibitum, meritis plenum.

Solutio secũdi argumẽ.

¶ Primũ autẽ argumentũ supra factum istorum declarationẽ inuestigat: quod est hoc. Matrimoniũ de se bonũ est & honestũ: ergo nullis indiget excusantibus bonis. Distinguitur quippe consequẽs: si ẽm intelligat de bonis extrinsecis, & alienis, concedit consequẽtia: si verò de intrinsecis, & ei cõnaturalibus, negat. Bona enim illud excusantia, saltẽ quãtum ad eius intentionem, vt articulo sequẽti declarabim⁹, de intrinseca eius rõne existũt: scilicet, fides, proles, & sacramentũ. At dicuntur isto modo illud excusare, ꝙ cùm vinculũ, & finis matrimonij, quanquam sit bonus, & honestus, annexã habeat malorũ molestiã, nisi secum illa bona afferret, non esset per se bonũ: nõ aũt alijũde opus habet excusationẽ mẽdicare. ¶ Ad confirmationẽ respondet, ꝙ quicquid sit de hoc dubio, quod dist. sequen. attingemus, an tam naturale existat, speciẽ, q̃ indiuiduum conseruare: esus tamen, & potus non tam vehementem affert delectationem, quæ rationem absorbeat, q̃ generandi officium: eo ꝙ per vim generatiuam originale traducitur, atque adeò est magis infecta q̃ nutritiua. Præterq̃ ꝙ ad sumptionem cibi nõ opus fuit, vt tantam tamque allectiuam delectationem natura prouideret: quia solus sensus famis sufficit ad cibum capessendum, sed ad exci-

Argumẽtum.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio firmationis.

ad excitandum appetitum ad conseruãdam speciẽ, vrgentiori opus fuit delectatiõe, quia defectus speciei non tam instigat indiuiduũ, q̃ proprius ipsius indiuidui. Maximè cùm nonnunquàm fiat cum detrimento indiuidui, cui per nutritionem subuenitur, & ideo nutritio nõ indiget bonis excusantibus, quẽ admodum & matrimonium. ¶ Ad secũdum respondetur, ꝙ matrimonium indiget excusari vtraq; ratione: scilicet, & quatenus in officium, & quatenus in remedium institutum est: quia licèt vtrunq; rationẽ vtilis includat, affert nihilominus molestias supra explicatas. ¶ Ad tertium deniq; respondetur, quòd officium aliquod honestatur dupliciter, vno modo tanquàm ex principio elicitiuo, & sic exornatur per alias virtutes ad illud concurrentes. Alio modo honestatur quasi ex principio formali, quemadmodum circunstãtiæ actum decorant, & isto pacto excusatur matrimonium per supra dicta bona.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm tria sint tantùm matrimoniũ excusantia bona.

Stenso quemadmodũ matrimoniũ debeat per aliqua bona excusari, quærit de eiusmodi bonis. Et arguit, quod non sint tñ tria. Primò sic. Quã ratione ponit fides, addẽda esset charitas, vtpote per quã perficit significatio coniũctionis Christi & ecclesiæ quæ est de rõne matrimonii. ¶ Secundò. Finis matrimonij non solùm est proles, sed consortiũ etiam & societas, vti &. Ethic. autor est philosophus in alijs operibus vitæ: ergo qua rõne ponitur proles deberet adhiberi & communio in alijs officijs. ¶ Tertiò. In matrimonio inquantum significat coniunctionẽ Christi & ecclesiæ, vt requiritur esse indiuisibile, ita & vnitas vt sit vna vnius: ergo sicut inter bona ponit sacramentum, quod significat indissolubile bonũ, ita deberet poni vnitas. ¶ In contrarium aũt arguitur quod superfluat numer⁹: qm̃ vnumquodlibet illorum bonorũ sat esset ad honestandũ matrimoniũ. Imò videtur sacramentum nõ debere inter illa numerari: nã bonũ, matrimonium excusans, debet esse qualitas eius: qualitas aũt differt à substantia: ergo cũ sacramentũ nominet substantiam ipsam nõ debet inter eius bona censeri.

Pertinacia argumentũ primum.

Secũdũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

¶ Ad quæstionẽ (quæ facillima est) quatuor cõclusionibus rñdetur. Prima. Tria sunt tñ bona excusantia matrimoniũ: scilicet, fides, proles & matrimoniũ. Doctrina est Aug. 9. super Gene. ad literã cap. 7. & lib. de bono cõiugali, & lib. de nuptijs & concup. c. 11. de quibus bonis Hug. lib. 2. de sacra. par. 11. cap. 7. & sequẽtibus eleganter edisserit. Est deniq; cõclusio in theologorũ scholis receptissima: & refert à Gratiano 27. q. 2. ca. Omne. Tametsi Gãdulphus quidã in Glossa ibidẽ citatus, dicat nõ esse nisi duo propter argm̃ à nobis factũ. Qm̃ sacramentũ nõ est bonũ excusans: sed ipsa substãtia matrimonij: cui paulò pòst rñdebimus. Ad cõclusiõis ergo intellectũ notandũ quod inter bona matrimonij quædã sunt de intrinseca intentiõe ipsius: alia verò ei accidẽtariè adhærẽtia. Vt sunt amicitiarũ recõciliatio, atq; alia quã multa cõmoda, quę non cõprehendunt numero, quorũ ideo impręsentiarũ non initur sermo, sed illorũ prioris gñis: quorũ sufficiẽtia hoc pacto mõstrat. Matrimoniũ bifariã (vt dictũ est) cõsideratur: nempe, tanq̃ officiũ & tanq̃ sacramentũ. Et quidẽ tanq̃ officiũ duo postulat, vt sit bonũ honestũ. Vnũ: scilicet, ex parte agẽtis, quod est recta intẽtio finis: & ex hac parte primũ bonũ excusans est ples, cuius procreãdę grã institutũ est. Alterũ verò ex parte ipsi⁹ actus quatenus est virtus, quę quidẽ ex genere suo debet circa debitã materiã versari: qua vtiq; rõne ponit fides, per quã maritus ad suã propriã accedit cõiugẽ, & vxor ad suũ propriũ: hoc ẽm honestat gñationis actũ, instar aliarum generationũ, quibus vnicuiq; agẽti propria subdit materia. Quòd si arguas, finẽ matrimonij nõ solùm esse prolẽ: quãdoquidẽ sit etiã institutũ in remediũ. Rñdetur finẽ directũ & propriũ nõ esse nisi prolẽ: sed alter est illi annexus: quare nõ fuit necessari⁹, qui exprimeret: quatenus verò matrimoniũ est sacramentũ, ponit tertiũ bonũ ea vtiq; ratiõe, qua sacramẽtũ nominat significationẽ, quæ annexa est substãtiæ mr̃imonij. ¶ Et per hęc rñdetur ad argumentũ vltimo loco propositũ. Rñdetur, inquã, dupliciter. Primò, quod sacramẽtũ, vt ponit inter bona matrimonij, non accipit pro substãtia mr̃imonij, sed pro inseparabilitate, quæ est eius cõditio. Et hæc est solutio Magistri. Secũdò, quod matrimonium vna rõne considerat quatenus est matrimonium: nempe, ciuilis contractus ex inclinatione naturæ, atque altera quatenus est sacramentum, quod quidem sonat significationem vnionis Christi & ecclesiæ. Et quia significa-

August.

Bona matrimony duplicia.

Matrimoniũ in officiũ duo postulat.

Obiectio.

Dilutio.

Solutio primæ tertij argumenti.

Solutio secũda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

significatio est cõditio adiacens cõtractui & matrimonium non excusatur quatenus sacramentum, sed quatenus vinculum ex contractu resultans, consequitur, vt sacramentũ ponatur inter bona excusantia, tanquã suæ conditio substantiæ. ¶Aliter etiam deprehẽdi hæc sufficientia potest, vti ait Ricardus distin. præsenti. Est enim in matrimonio & vinculum, & vsus, & fructus. Vinculum honestat rationem per sacramentum, & vsus per fidẽ, & fructus per prolem. Imò & tertio modo arguitur iuxta diuisionem illam philosophi. 8. Ethic. c. 2. qua bonum diuiditur in vtile, delectabile & honestum. Vtilitas eñ matrimonij est proles, & delectatio eius cõsistit in fide tori, sed honestas decoraẽ per rationẽ sacramenti. ¶Secunda cõclusio. Non omnia hæc bona in re sunt de essentia matrimonij, sed sola ratio sacramenti, reliqua verò satis est, si seruentur in intentione, & natura matrimonij. Veritas est hæc etiam Augustini locis citatis, & Hugonis, quẽ magister, eiusque interpretes sequuntur. Fides nanq; ab adulteris violata vinculum matrimonij nõ rumpit. Vnde, vt ait Hugo, fides ita coniugio adhæret, vt ex ea, si adsit, amplius cõmendetur, si non adsit, nõ inde annihiletur. Quæ enim adultera est, non ideo coniux non est. Imò si coniux non esset, adultera non foret. Neque verò steriles quæ fructu prolis frustranẽ, ideo coniuges esse desinũt. Si ergo proles accedat fructuosum facit sacramẽtum, sin minus, nõ ideo, sterile, nullum est. Sunt tũ ambo de intentione sacramẽti, quippe quod generationis causa institutum fuit, vt fideliter alterutrum sibi debitum ad illum finem redderẽt. Differunt tamen hæc duo, q̃ fides nõ solum ad intentionem matrimonij spectat, verùm & debet in intentione contrahẽtium existere: debent, inquam, proponere sibi mutuam fidem seruare, tametsi quãuis mente proponant adulterãs fore, non annihiletur matrimonium. Proles autem non est necessum, vt expressa, de intentione contrahentium existat: beata quippe virgo verum matrimoniũ contraxit, tametsi procreare prolem per cõcubitum nũquàm expressè proposuerit, seruauit ergo fidem marito, vt ait Augustinus, in hoc q̃ alium nõ cognouit: prolis autẽ fructu, diuina opera, & munere potita fuit. At ratio sacramenti matrimonio legitimè cõtracto inseparabilis est: nam vt ait Augustinus l. 1. de nuptijs. cap. 20. vsque adeò manent inter viuentes semel inita iura nuptiarũ vt potiùs sint inter se coniuges, etiã separati quoad torum, q̃ cum alijs, quibus adhæserint. Sicut apostata anima, etsi è coniugio Christi recedens, fidem perdiderit, sacramentum tamen fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Nota egregiam sacramentorũ similitudinẽ inter indelebilẽ characterem baptismi, & insolubile matrimonij vinculum.

Ricardus. *Argumentum.* *Secunda cõclusio.* *Hugo.* *Fides.* *Beata Virgo.* *August.*

¶Tertia ex his colligitur cõclusio. Inter hæc bona ratio sacramenti culmen obtinet, primum, quia proles, & fides ad officium naturæ pertinent, sacramenti verò ratio ad grãm, quæ per ipsam conferitur: gratia verò præstãtius bonum est, q̃ natura. Deinde, quia ratio sacramenti inseparabilìùs, vt monstratũ est, adhæret matrimonio, quàm reliqua bona.

Tertia cõclusio.

¶Ad primum igitur argumentum in capite propositum respondetur, q̃ fides in præsentia non accipitur, put est theologica virtus: sed, put est pars iustitiæ, quæ est promissorũ firmamentũ, vt seruentur qualis vtiq; in contractu matrimonij ad eius firmitatem intercedit: & ideo non opus fuit hic charitatis meminisse. Hæc autem fides duo comprehendit: primum vt alterutrum sibi ambo debitũ reddãt, deinde vt neuter extraneo cõmisceatur. ¶Ad secundum respondetur, q̃ nomine prolis non solùm eius generatio intelligitur, sed eius nutritio, & educatio, ad quem finem domesticũ viri & vxoris commercium, & eorum vicariæ operę referũtur: quare vno prolis nomine, totus matrimonij finis expressus est. ¶Ad tertium deniq; respõdetur, q̃ nomine vinculi indissolubilis etiam intelligiẽ, vt fœmina non nisi vni viro nubat, quanq̃ & hoc ad fidem etiã matrimonij spectẽt. An verò licuerit viro plures accersere vxores, distin. 33. disputabitur. ¶Ad argumẽtum verò in cõtrarium iam responsum est, q̃ fides nõ accipiẽ pro aliqua singulari virtute, quæ per se sola sufficeret facere honestũ actum, sed pro conditione virtutis, quæ est pars, seu fundamentum iustitiæ, quæ connumeratur alijs bonis matrimonij.

Solutio primi argum. *Solutio secundi argum.* *Solutio tertij argum.* *Ad primum argum.* *Secundum argumentũ.*

¶Tertia verò conclusio plusculum lucis exigit, contra quam ideo arguitur. In vnaquaq; re finis est bonorum potissimum: proles ergo, quæ est finis matrimonij est præstantissimum bonum. [illegible] ò, quia ratio sacramẽti est generica ẽ omnibus conueniens, fides autem, & proles contrahũt genus ad hanc speciẽ [illegible] bitum [illegible]nti: differentia autẽ contrahẽs, quæ [illegible]æ, aut [illegible]tionem formæ, est præstantior genere, quod habet rationem materiæ. Tertiò, quia

Tertium argumentũ.

tiò, quia ratio sacramẽti in matrimonio nõ secum videtur inseparabilitatẽ afferre, tum quia matrimoniũ ratum non consummatũ dirimiẽ per ingressum religionis, tũ quia sacramentũ quod præ se fert perpetuitatẽ, imprimit characterẽ, qui tũ per hoc sacramentum nõ imprimitur. ¶Ad horum solutionẽ animaduertẽdum, q̃ in re qualibet principalius vnũ altero dicitur dupliciter: scilicet, aut quia dignius, aut quia essentialius: quod aũt ratio sacramẽti dignior sit cæteris bonis matrimonij, satis probatum est, quia spectat ad gratiã. De essentia verò distinguiẽ, nã fides, & proles bifariam considerantur, vno quidẽ modo in re, quo pacto pertinẽt ad vsum matrimonij, qui non est de eius essentia, quẽadmodum est indiuisibilitas, in qua ratio sacramenti cõsistit: & hac ratione essentialior est ratio sacramenti, vtpote sine qua matrimonium nullum est, cùm esse posit siue fide & prole. Nam si matrimonium ratum, & non consummatum dirimitur per ingressum religionis: hoc est, quia illud non est carnaliter perfectum sed per spiritualem cõsensum, & religio est quædã mors spiritualis. ¶Alio verò modo possunt fides, & proles considerari, non in re, sed in intentione matrimonij, & isto modo sunt illi essentiales, quia nisi in cõtractu includantur, saltem si contrariæ cõditiones ponerentur, nullus esset: vt si cum illa conditione contraherent, vt nũquam sibi tenerentur debitum reddere, aut sterilitatem procuraren. Et isto pacto fatemur maximè essentialem esse prolem, mox fidem, deinde sacramentum: sed tamen præstantior est ordo secundùm rem, q̃ secũdùm intentionem.

Solutio. *Solutio primi argum.* *Solutio secundi.* *Solutio tertij.* *Primum argumentũ.*

¶Ad primum ergo respõdetur, quòd quanuis proles sit prior in intẽtione matrimonij, [illegible]ac ratione magis essentialis, est tamẽ posterior in executiõe, quare in re magis essentialis est ratio sacramenti. ¶Ad secundum respondetur quòd etiam ratio sacramenti pertinet ad differentiam cõtrahentem genus in matrimonio: nam generalis ratio est esse signũ rei sacræ, & peculiaris huius est significatio vnionem Christi, & ecclesiæ. ¶Ad illud autem de charactere respondetur, q̃ character est potestas spiritua[illegible], [illegible] autem non cõfertur nisi potestas c[illegible], & ideo non imprimitur: conueni[illegible] [illegible]um illis, q̃ etiam hæc potestas corporal[illegible] ratione sui finis perpetuitatem vinculi e[illegible]git. [illegible]n alio ter in calce horum articulor[illegible]us amborum conclu[illegible]ones arguitur, quod prædicta bona nequeãt matrimonium à culpa satis excusare. Quicunq; enim iacturam & detrimentum maioris boni, propter id, quod minus est, sustinet, ordinem rationis peruertit, contra quam idcirco peccat: sed bonum rationis, quod coniugali vsu læditur, præstãtius est his bonis: ergo per illa non excusaẽ.

Secundũ argumentũ.

¶Secundò bonum malo adhibitum in genere moris, non facit ex malo bonum, imo vertitur in malum, quia vnica praua circunstantia totum actum vitiat, actus verò cõiugalis de se est malus propter rationis perturbationem, alioqui non indigeret excusatiõe, ergo nulla eũ adiũcta bona excusare valent. ¶Tertiò hæc bona neq; efficere possunt, quominꝰ delectatio in illo actu sit immoderata, neque eius verecundiam abstergere, immoderantiæ autem in malũ sonat, & verecundia non est nisi de malo: ergo nulla sunt bona matrimonium excusantia. Id quod Paul. ipse docere videtur, vbi ait, secundùm indulgentiã coniugale officium permittere.

Tertium argumentũ.

¶Propter hæc argumenta non defuerunt vt dist. præsenti art. 2. q. 1. ait Bonauentura, qui tenerent, neutiquàm posse actum coniugalem sine peccato, saltem veniali, contingere: id quod ex Iureconsultis Hugo super capit. Vir cum propria. 33. q. 4. opinatus est, ꝓpter verbum, quod illic ait Gregorius, q̃ vir cum propria vxore dormiens, nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet. ¶Aduersus istos verò statuitur quarta conclusio. Non solùm hæc bona excusant actum coniugij, vt sit bonus ex parte agentis, quemadmodum, vt dictum est, solet per ignorãtiam excusari, quin etiã efficiunt, vt sit genere suo bonus, & persæpe meritorius: tantum abest, vt semper sit peccatum. Vnde ad maiorem explicationẽ superiorum conclusionum, notãdum, quòd actus humanꝰ dupliciter est bonus, vno modo ratione generali virtutis, quæ est vt opus in mediocritate consistat, atq; hoc in matrimonio faciunt fides, & proles: hæc enim differentia, vt dictum est, actum generandi rectificat. Per has si quidem qualitates cõiugalis concubitus à fornicario distat, atq; adeò in specie virtutis collocaẽ. Est præterea reddi tio debiti actus iustitiæ, quem Paulus præcipit dicens, Vir vxori debitũ reddat &c. Vnde manifestaria iuris tam naturalis q̃ diuini ignorãtia est dicere, vt ait Canonista ille Hugo, omnem actum cõiugalem esse peccatũ. Sed & altero quoq; modo actus quispiã est bonus quatenus opus diuinum est, perq; di-

Secundũ argumentũ. *Quarta cõclusio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinam institutionẽ gratiam ex se conferens, quæ quidem ratio actum nõ solùm bonum constituit, verùm etiam sanctum, quod vtiq; in matrimonio sacramẽtalis ratio operatur: nempe, indissolubilis nexus, qui coniunctionem Christi & ecclesiæ significat. Quin verò, vt loco citato ait venerabilis Hugo, ratio hæc cætera bona sanctificat, vt fides matrimonij sit sancta. Haud em̃ bonum prolis illic satis perficitur, quod ad terrenam vitam, & hæreditatem procreetur, nisi educatio accedat religiosa, qua naturalis hominis filius, tanq; adoptiuus Dei instituat, vt in vita cœlesti hæreditatẽ possideat æternã. Vnde Aug. lib. 1. de nuptijs & concupiscentia capit. 4. in vsu infidelium coniugatorũ veram pudicitiã coniugalem non agnoscit: non solùm quia nulla virtus extra charitatẽ vera virtus est, verùm quia non vtuntur coniugio ad finẽ sacramenti, quæ est generare regenerandos in Christo. Requiritur ergo hæc spiritualis intẽtio in cõiugibus, si non formaliter, saltem in habitu & virtualiter: nempe, vt vtantur matrimonio eo fine, quo illud Christus instituit.

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur argumentũ respondet, q̃ detrimentũ illud rationis, quod in vxoris vsu homo patitur, non est per modum habitus, sed actu transiens: nec tũ est absurdũ, vt quandoq; actus, qui genere suo præstantior est, tantillam patiat eclipsim grã minoris boni, quod est permanentius & ad perpetuitatem boni cõis necessariũ, quale est conseruatio speciei humanę: nam licet quandoq; dormire, & quandoq; à contẽplatione cessare, vt mos geratur actiuæ vitæ. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ malum culpę per adiectionem boni, non fit bonum, illud aũt malum quod adhæret coniugali actui, non est culpæ, sed pœnæ, & ideo repẽsatur per alia bona. ¶ Ad tertium deniq; rũdetur, q̃ immoderãtia passionis, quæ culpatur, non attenditur ex quãtitate sed ex eo q̃ à ratiõe exorbitat. Illa aũt quæ annexa est actui coniugali rationis metas non excedit, & ideo nõ est culpæ, sed pœnę: quare licet nõ tollatur, excusatur. Et similiter rũdetur de verecundia, quæ non solùm est de peccato, sed etiam de malo pœnę, qualis est turpitudo illius actus. Antea nãque, q̃ fuisset natura corrupta, motus ille membrorum nec obscœnus fuisset, neq; vllã offunderet verecũdiam. Paulus aũt vbi ait, secũdùm indulgentiã congressus coniugales permitte re, non insinuat rẽ minus malã, sed minus bonam q̃ castitatẽ. ¶ Ad illud aũt Gregorij rũ-

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

detur id nõ dixisse, ppter culpã coitus, quasi aliqua inde excõicationis imago, vt Hugo, & alij arbitrati sunt, oriat: alias non absterge retur aqua. Sed, ppter indecentiã: quia vsus ille videtur inhabilem hominem reddere ad spiritualia, qua vtiq; de causa consulit coniugibus Paulus, vt orationis causa tantisper abstineant. Illa verò lotio, quæ, vt ait ibidẽ Gregorius, Romanis erat olim in more, iam abolevit ab vsu. Hic aũt Gregorianus textus artic. sequenti amplius examinabitur.

Ad Greg. rũ obiectũ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm absque istis bonis coniugalis vsus voluptatis causa sit licitus.

Vanuis ostensum fuerit hæc tria bona matrimoniũ excusare, restat tũ explorandũ, vtrũ sint ita necessaria, vt absq; eorum aliquo, complexus coniugum sit culpabilis. Sunt aũt duo quæ nos in huiuscemodi ambiguitatẽ conijciũt: scilicet, vtrùm causa voluptatis coniugalẽ vsum à culpa excipiat. Et vtrùm causa vitandæ fornicationis, aut alius nocumẽti idem sit licitus. Arguitur ergo q̃ solius causa voluptatis, explẽdæq; libidinis, absq; spe prolis debitũ exigere liceat. Cuicũq; re sua vti licet, indeq; voluptatem moderatã captare, dũmodo à ratione non exorbitet: vterq; aũt coniugũ est alterius: nã vir, vt ait Paulus, sui corporis potestatẽ nõ habet, sed vxor: illa aũt voluptas est licita, postq̃ est à natura: ergo qui corpori nõ nocet, neq; aliqua infert nocumẽta, licita est, & bona. ¶ Secũdò voluptatẽ capere non est de se malũ, sed de genere bonorũ, vt comedere, & bibere, etiam dum famis necessitas, aut alimenti, illud non exigit, sicut & venari, & ludere, atq; alia captare voluptatis grã, ergo vxore vti licitũ est voluptatis grã. ¶ Tertiò, quia alioqui maritis, qui steriles sunt, aut senio progressi, neutiquam debitũ petere liceret, quod profectò esset nimiũ rem vxoriã perstringere, & coarctare. ¶ In contrariũ aũt est auctoritas Augustini lib. de bono coniugali capi. 6. vbi ait, q̃ cõcubitus cõiugalis grã cõcupiscẽtiæ explendæ venialẽ habet culpã. ¶ Inter soluendum [illegible]ne quæstionẽ, notandum quatuor, de causis posse concubitũ cõiugalẽ contingere: scilicet, aut causa generandi, aut d[illegible] addendi, aut solius libidinis explend[illegible]nicationẽ, tuorbumue, aut aliud incomm[illegible]dũ vitandi. Et quidẽ, q̃ causa gene-

Primò ostendit causam coitus.

Secundò ostendit.

Tertiò ostendit.

Pars negatiua.

Conclusio coniugij quadrifariam sit licita.

generandæ prolis, aut reddẽdi debitũ id licitum sit, & iustũ, nemo sanæ mẽtis negat: nã in petitione debiti causa generandi cõcurrit primũ bonũ, matrimoniũ honestans, quod est proles, & in redditiõe debiti etiam si alter nõ causa generãdi, sed oblectãdi se exigat, seruatur secũdũ bonũ: nempe, fides, & iustitia, iuxta verbũ Apostoli, Vir vxori debitũ reddat. Neq; valet cõsequentia, maritus indebitè exigit: scilicet, solius oblectatiõis gratia: ergo vxor nõ tenetur reddere: q̃m ille vtitur re sua. Sicuti si quis, à me pecuniã suam peteret ad expẽdendũ prodigè. Snia est Aug. lib. de bono cõiugali. ca. 4. Neq; obstãt verba Pauli Rom. 1. Non solùm qui faciũt, sed qui consentiunt digni sunt morte: quia reddens non cõsentit petẽti, sed soluit quod debet. Quòd si rursus arguas. Non licet furioso suũ gladiũ tribuere. Rũdetur, q̃ secus est q̃ Dominus rei vult vel sibi vel alteri nocumẽtũ aliquod tẽporale inferre: tunc em̃ licet ad tẽpus rem illius detinere. Et pariter cõiux posset differre debitũ, si præsentisceret alteri coniugũ petenti magnũ periculũ salutis impendẽre: secus de solo nocumento spirituali: nam illud vnusquisq; sibi cauere põt. Et ideo plus homo obligatur occurrere nocumẽtis magnis tẽporalibus proximi, q̃ spiritualibus, nisi sit prælatus. ¶ Vtrùm verò petere liceat solùm voluptatis captãdæ grã, hoc vertitur in quæstionem, de qua sunt tres opiniones, vna in vno extremo, q̃ sit peccatũ mortale, altera in altero, q̃ nulla sit culpa, & tertia in medio, q̃ sit venialis. Ad quæstionẽ ergo tribus rũdebitur cõclusiõibus. Quidam em̃, vt in præsentiarum ait S. Tho. q. 2. art. 3. distinguentes aiunt, q̃ quandocũq; ad actum coniugalẽ libido principaliter mouet, est mortale delictum, sed qũ mouet ex latere, quia principaliter intenditur generatio, sed annectitur voluptas, tunc est veniale. Aut qũ homo delectationem oĩno respuit: quippe quæ sibi displicet, tunc fit ab omni culpa immunis. Quare tres gradus discernũt: scilicet delectationem eligere, & intendere, quod est mortale: illam acceptare, quod est veniale, atque illam respuere, quod est perfectionis.

Obiectio.

Tres opiniones.

Prima conclusio.

Ratio cõclusionis.

¶ Contra hãc aũt opinionẽ statuunt duæ cõclusiones. Prima, Cõcubitus cõiugalis solius voluptatis gratia: ita vt illa sit electa, & principaliter intenta nõ est de se pctm̃ mortale, nisi alia fortè adsit mortalis circunstãtia. Probatur, quia vt. 10. Ethi. c. 8. autor est philosophus, delectatio de se neq; bona, neque mala est, nisi rõne operatiõis, vnde captatur. Itaq; delectatio operatiõis bonæ, est bona, operationis verò malæ, est mala: cõcubitus aũt cõiugalis de se nõ est operatio mala: ergo neq; delectatio illi adiũcta: quare electio hmõi delectatiõis nõ est ex gnre suo mortalis. ¶ Sed aiunt, saltẽ electio eiusmodi delectationis est peruersa, qa cùm vsus cõiugalis à natura sit institutus, ppter gnrationẽ, eligere voluptatẽ nõ illo fine, est peruersio finis. Hæc aũt argutia nihil illis patrocinat, quia non oĩs peruersio finis de se est mortalis, nisi qũ prorsus ad trãsgressionẽ progredit limitũ naturæ, vt si quis citra matrimoniũ voluptate illa vtere tur. At quia matrimoniũ de se bonum est, & honestũ, quia ad illũ finẽ institutũ, atq; adeò voluptas illa honesta, consequit, vt & si eligatur absq; illo fine, non ideo fiat mortalis. Sed satis est esse venialem. Id quod expressa sniа est Aug. lib. de bono cõiugali. c. 6. scilicet, accedere ad vxorẽ satiandæ cõcupiscentiæ causa, venialis culpa est. Alioqui, si mortalis esset tunc steriles, & senes nequirẽt debitum citra mortalem culpã exigere, quod quidẽ cõcessu esset absurdissimum. ¶ Secũda conclusio. Accedere ad coniugẽ gnationis causa, cũ delectatiõe, & voluptate adhærẽte, & placente, nullũ est pctm̃, nisi nimius excessus voluptatis procuret. Probatur, quia cõiugalis vsus eaрõne, & cõditione, qua naturæ sagacitate instigat, nullũ est delictũ: natura autẽ sagaciter delectationẽ illi actui, ppter necessitatẽ conseruandi speciẽ adiunxit, veluti sumptioni cibi, & potus ob necessitatẽ conseruãdi indiuidui, ergo sicut cibũ & potũ cũ delectatiõe capere nulla est culpa: ita neq; cõiugalis coitus. Et certè, qui contrariũ dicunt, videlicet esse pctm̃ nisi homo tũc delectationẽ abhorreat, contendunt hoĩes naturali sensu priuare: nã vix tunc potest ratio displicentiam elicere.

Obiectio.

Dilutio.

August.

Secunda cõclusio.

Ratio.

¶ In alio extremo: nempe: q̃ hmõi cõcubitus absq; vllo gnatiõis pposito, sit licitus, nemo reperit antiquorũ, sed nuperrimus Io. Maioris distin. pñti, conclusione. 7. id astruxit, cui Ekius hom. 1. de mrimonio subscripsit. ¶ Cõtra quos statuit tertia cõclusio. Hmõi concubitus voluptatis grã est venialis culpa. Ad huius assertionẽ cõclusionis sat circũspectis esse debet autoritas Augustini, qui loco citato de bono cõiugali, illã affirmat, & li. 1. de nuptijs & cõcupiscentia. c. 4. & in Enchiridio. ca. 78. ait, q̃ hmõi cõcubitus sunt ex illo peccatorũ gnre, quorũ veniã quotidie petimus, dicẽtes, dimitte nobis debita nostra. Quã sniam ve-

Io. Maior.

Tertia conclusio.

August.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neratur Beda.1.ad Cor.7. & suadet Gregor. loco citato.33.quæst.4.can. Vir cum ꝓpria. Eandēq; non solùm D.Tho. impręsentiarū, sed Theologi oēs docent, vt Altisiodorēsis, Ricardus, & reliqui, quos ita facilè contēnere, nōnihil temeritatis habet. ¶Neq; verò rationes desunt eiusdē sniæ confirmatrices. In primis em̄ Paulus. 1.ad Cor.7. Non nisi propter incontinentiā: nempe, ad illā cauēdam permittit, vt vnusquisq; propriā vxorem habeat, non ergo ad solā explendā voluptatē. ¶Item ratio ipsius Maioris ei potiùs refragatur. Ait quippe, ꝙ sicut licet pulchrū pomū edere, & aliū quēuis sapidū cibum, neq; hoc vllam affert culpā, ita voluptate vxoria vti: dūmodo in notabile detrimentum corporis minimè vergat. Hæc inquā ratio in ipsum retorquef: nā certè comedere, & bibere, nisi vel nutritionis grā, vel alio honesto fine fiat, nō caret veniali culpa: nam qū maior nō cōtraheretur, esset actus ociosus. Præterq̄ ꝙ in esu, & potu, vt supra dictū est, nō inest vis tanta ad perturbandā rationē, quāta in coitu. Cui præterea accedit, ꝙ etiā seminis effusio de se nocua est corpori, quod in cibo moderato, & potu non reperif: multo ergo minus licita est voluptas hæc, q̄ illa cibi, nisi in illū finē referatur, ob quē institutū est matrimoniū. Neq; admittēdus est cauillus dicentis, voluptatē ipsam per se esse honestā: nam vt citatus Philosophus.10. Ethi. autor est, voluptas per se non est bona nisi rōne operatiōis, cui annectif. Cùm ergo cōplexus maritalis non sit bonus, nisi in bonū prolis relatus, aut propter fidē reddēdi debiti, aut fortè in remediū cōcupiscentiæ (hæc em̄ sunt eū pœnit' excusantia bona) fit vt voluptas, nisi his associef bonis, non sit bona. ¶Deinde arguif. Cùm tria sint bona: scilicet, vtile, delectabile, & honestū, solùm honestū est, quod facit virtutē: nam honestū idem est, quod honore dignū, qui est præmiū virtutis, quare vtile (vt pecuniæ acquisitio) per se non est bonū, nisi in id quod honestū est referatur: ergo eadē ratiōe non sat est ad actum virtutis, vt fiat propter delectabile, nisi vsque ad honestū pertingat, Actus aūt qui nō est virtus, necesse est, vt sit malus, quia nullus est indifferēs. ¶Rursus arguitur, si concubitus ob voluptatem nō est malus, consequif vt sit bonus, quia nullus in particulari est indifferens, atq; adeò si fiat in gratia erit meritorius. Videtur aūt nō esse cōcessu dignū, ꝙ sola captatio voluptatis absq; alio fine, sit Deo accepta ad vitam æternam.

Rationes.

Rō Maioris.

Alia rō.

Cauillus.

Argumentum.

Aliud argumentū.

Et tandē arguitur. Matrimoniū contrahere illo solo fine, vt homo illo actu se ipsum oblectetur, certè non est laude dignū: ergo similis vsus vituperabilis est. Profectò conclusio hæc non est quæ in dubiū reuocanda videatur. ¶Nihilominus aduersus conclusionem primā pugnare videt autoritas Hieronymi aduersus Iouinianū, & refertur canone, Origo.32.q.4. vbi Xistum Pythagoricū inducit, qui aiebat. Adulter est in suam vxorē ardentior amator. Et infra. Sapiens iudicio debet amare coniugē, non affectu: nō regnet in eo voluptatis impetus, neq; præceps feratur ad coitum: nihil est fœdius, q̄ vxorē amare quasi adulterā. Et infra can. Liberorum. In matrimonio, inquit, concessa sunt liberorū opera: voluptates aūt, quæ de meretricū amplexibus capiūtur, in vxores sunt damnabiles: quibus verbis concubitum solius voluptatis gratia tanq̄ meretriciū affectum, ac perinde vt mortalē damnare videtur. Respondet aūt D.Thomas, ꝙ vbi delectatio vltra matrimonij honestatē quæritur, dum scilicet quis in coniuge non attendit, ꝙ cōiux est, sed solùm ꝙ mulier, idem paratus cum ea facere, quanuis vxor non esset, tunc mortalis culpa contrahitur. Ille em̄ est ardētior amator vxoris, quem Hieronymus condēnat. Si verò delectatio infra limites matrimonij contineaf: videlicet, quia in aliā, quę nō esset vxor, nō affectaretur, tunc est veniale. Animaduerte tū ne te istæ cōditionales fallāt: nā si sint tū in re, & nō in affectu, nulla sunt pctā. Propterea em̄ ꝙ si meretrix adesset, iste illam cognoscere, nulla tingif culpa: sed si talē hēat affectū & actū voluntatis, cognoscere illā si adesset. ¶Rursus contra secundā pugnare vī autoritas Gregorij supra citata can. Vir cum propria.33.q.4. vbi ait, ꝙ voluntas ipsa accedēdi ad cōiugē sine culpa nullatenus esse posit: vbi insinuat illā opiniōnē superiùs reprobatam: videlicet, nunq̄ posse cōtingere cōiugalem actū sine culpa, saltē veniali: quia ipsa, inquit, licita admistio coniugis sine voluptate carnis fieri nō pōt: atq; adeò voluptatē ipam adhærentē legitimo fini generandi, quā nos diximus carere culpa, apparet ipse culpare. Et ꝓbat, quia de legitimo, inquit, matrimonio conceptus fuerat Dauid, qui tū dicebat. In iniquitatibus cōceptus sum. Rādetur, inquā, ꝙ ipse nō condēnat voluptatē oēm, sed illam, quę dominaf, vt paulò inferiùs subdit. In iniquitatib' aūt Dauid nō dicif cōceptus, ꝓpterea ꝙ semper parētes iniquè coeāt, sed propter

Tertium argumentū.

Hieronym.

Obiectio Gregorij.

Psalm. 50.

Solutio.

Solutio D. Thomæ.

propter originale, quod puer cōceptus contrahit: quod quia causa est multorū actualiū, pluraliter dicitur, iniquitates, vt sit sensus. In iniquitatum seminario conceptus sum.

Solutio primi argum.

¶Ad primū igitur argumentū, quod contra tertiā conclusionē obiectū est, negatur, cuicunq; licitū esse vti re sua, nisi debito ordine illa vtaf. Qui em̄ bona sua dilapidat, peccat: saltē venialiter. Et pariter qui vxore sua vtitur alio fine, q̄ quo data est sibi in adiutoriū: scilicet, ad generandum, vel ad seruandū ei fidem, vel in remediū. ¶Et pariter ad secundū rādetur, ꝙ voluptatē capere in genere neq; est de se bonū neq; malū, sed indifferens. Fit aūt in particulari bonum vel malum ex fine & circunstantijs: & ideo qui honesto fine caret, est malus actus, & talis est concubitus solius voluptatis gratia. ¶Ad tertiū, quod monuere vulgus pōt, rādetur, ꝙ apud sapientes non æstimaf absurdum concedere, ꝙ si senes & steriles non accedant causa reddendi debitum, quod coniux formaliter, aut interpretatiuē petit, aut forsan, vt illico dicemus, ad vitandā fornicationē, sed solùm ad obsequendū libidini, illas contrahant veniales culpas, quæ, vti ait Augu. vt nobis dimittanf, quotidie postulamus. ¶Et idē de prægnātibus est dicendū, quarū coniugale officiū Hierony. atq; Aug. cōdemnāt, eò ꝙ cōcipere nequeāt. Nam etti postq̄ in vtero habent, possint per aliquod tēpus iteratò concipere, habet tamē obscœnitatis quippiā: at nō est mortale. Nā licet elephas, aliæq; brutæ animātes & aues plurimæ, postq̄ conceperint, coitum abhorreant, tū mulier, vt.4. de genera. animaliū ait Philosophus, etiam prægnans illum appetit. Quare non est ei mortale debitum exigere, neq; viro ab ea petere, nisi id cum periculo grauidi ventris fiat.

Solutio secundi argumē.

Solutio tertij argumē.

Deprægnātibus.

Brute.

ARTICVLVS. IIII.

Virum liceat coniugibus ad vitandam fornicationem debitum exigere.

Partis affirmatiuæ argumētū primum.

MAior ambiguitas est de cōcubitu ad fornicationē vitandā. Arguitur em̄ ꝙ sit licitus etiā si intētio ꝓplis nō intercedat. Primò. Actus cōiugalis de se nō est malus: ergo quocūq; bono fine fiat, nisi mala adsit circūstantia, erit bonus: sed fornicationē cauere est bonus finis: ergo cōiuge vti tanq̄ medio ad illū finē est licitū: veluti medicamine vti ad cauēdum morbū. ¶Secundò & autoritas Pauli 1. Cor.7. huic sniæ patrocinari videtur, vbi ait, Propter fornicationē vnusquisq; suā vxorē habeat, & vnaquæq; suū virū, vbi matrimoniū præter prolis generationē in remedium etiā cōtra incontinentiā institutū docet: quā ob rēlicitus eius vsus apparet ob illū finem. ¶In contrariū aūt videf esse Aug. lib. de bono cōiugali. ca.6.&.7.&.10. quib' identidē repetit concubitū alia quacunq;, q̄ procreādi, causa vel seruandi fidē debiti, esse venialem. ¶Quæstio est, quę profectò sapientissimum quemq; ancipitem & perplexū reddere pōt. Pars enim negatiua grauitate & numero patrū protegif: nam Aug. Grego. & Beda locis supra citatis ita videnf loqui, & Mag. sentenquos subinde D.Tho. dist. pnti. q.2. art.2. Bonauētura, Ricard' & reliqui ferè ita interpretanf, vt neq; ad vitandā fornicationē concubitus citra venialē culpā fieri possit. Altisiodorensis verò Magistri senten. coæuus lib.4. in materia de matrimonio cap.4.q.2. distinguit dicēs, ꝙ cognoscēs vxorē causa vitandæ incōtinentię nō peccat, sed qui illā cognoscit causa libidinis, vt delectef. Eandē opiniōnē: scilicet, ꝙ ad vitandā fornicationē cōcubitus ille sit licitus, videf quoq; tenere Hugo super Ecclesiastem in illo verbo, Tempus amplexādi &c. vbi ait, ꝙ licēt cōcubitus ille ad infirmitatē pertineat, non tū subinde imputatur ad turpitudinē. Ad quā etiā sniam videf inclinare Scotus dist.26. in fine quæstionis. Eādemq; opiniōnē tanq̄ certā sustinuit Duran. dist. pnti. q.4. & Caiet. in summa cap. de vsu mrimonij, vbi ait, ꝙ exercendus est vel causa generandi, vel in remediū concupiscētiæ. Et in opusculo eiusdē tituli. Et idē ait Sylu. verb. debitū cōiugale. §.6. in fine, in hoc tū falsus, ꝙ putat illā esse mentē S.Thom. Sequif Maioris, atque alij neotherici. ¶Rādeamus ergo duabus cōclusionibus. Prima. Maritum debitū ab vxore exigere causa vitandę fornicationis in illa, similiter & ipsam petere à marito causa vitādi in illo, licitum est, & ab omni culpa immune. Snia est Augustini lib. de bono cōiugali cap.7.&.10. vbi ait, ꝙ hulus causa debitū reddere licet, ne alter coniugū fornicando dānabiliter peccet, exigere tū nō licet. Idē ait epla ad Ediuiam, quæ est.199.& refertur à Gratiano.33.q.5.can. Secundùm verba. Et Beda super.1.Cor.7.& Magist. sent. & S.Tho. atq; oēs sniarum expositores. Et ratio est, quia hmōi redditio debiti pertinet ad fidem cōiugij: quare nō opus est, vt maritus formaliter petat, sed satis est si vxor infirmitatem

Secundū argumentū.

Pars negatiua.

Decisio articuli.

Pars negatiua.

Altisiodorensis.

Hugo.

Durandus.

Caietanus.

Prima conclusio.

August.

Beda.

Magist. sentent.

Ratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

tatem mariti noueritʒ tunc enim interpretari debet, illum exigere. ¶ Secunda conclusio. Quanuis alia opinio negatiua satis sit probabilis, videtur tamē hæc mitior, & rationi fortasis matrimonij magis consentanea, neque verbis apostoli dissona, ꝓ quādo coniux necessarium arbitratur ad vitandam in se ipso fornicationē, liceat ei debitū exigere. Quod enim negatiua opinio sit valde ꝓbabilis, patescit ex Aug. capi. 6. de bono coniugali, vbi ait, ꝓ concubitus gratia concupiscentiæ satiandæ sit venialis. Qui autem ad vitandam fornicationem congreditur, concupiscentiā satiare videtur. Et cap. 7. ait, ꝓ vltra necessitatem prolis exigere debitū venialis culpa est. Idem repetit cap. 10. Per quā negationē omnem alium finem excludit præter prolem, & fidem ad exigēdum. Et in lib. de verbis Apostoli verbum illud Pauli, secundùm indulgētiam, si referatur ad vsum cōiugalem, qui fit causa cauendæ incontinentiæ, ait designare venialē culpam. ¶ Nihilominus ꝓ affirmatiua opinio sit fortè probabilior, ostendit. At qui præter alias ʒimo præ alijs rōnibus, quas Durandus adfert, hæc vrgētior est, & rei pūctum apertiùs pādens. Matrimonium, vt supra visum est, & omnibus est in confesso, ob duplicem finem institutū est: nempe, in officium generandi, qui est primarius, & deinde in remedium concupiscentiæ ipsius, qui matrimonium cōtrahit: vti autem matrimonio ad suum finem, licēt ille non sit principalis, non est ius coniugale transgredi: ergo quando cōcubitus est ad id moraliter necessarius, vt scilicet coniux in se aliam pollutionem caueat, q̄ aliter moraliter loquendo, cauere nō sufficit, licitus est. ¶ Accedat textus Pauli, si fortè huic sentētię faueat. Ait quippe, Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundùm indulgentiam &c. Hoc verbū, secundùm indulgētiam, Aug. loco citato, sic exponit, ꝓ non referatur ad matrimonium, quasi illud secundùm veniam cōcedatur tanquam minus malum, sed ad concubitum, vt si sit ad cauēdam incontinentiā absq; causa ꝓcreandi, sit culpa venialis. At verò ꝓfectò optimè quoq; pōt indulgentia Pauli sic intelligi, vt nullatenꝰ illic designet id, quod minus malū est, sed id, quod minus bonū, respectu illius, quod est, non nubere, & sic pōt etiā referri ad vsum mrimonij qui fit causa fornicationis vitandæ in ipso petente. Nā loquebat de illis, qui abstinēt, vt vacēt orationi, & iterū ad torum redeūt: ait ergo illud indulgere, eo ꝓ melius esset si abstinere semper possent. Sed & illud verbū paulò antecedēs, Propter fornicationē vnusquisq; propriā vxorē habeat, & vnaquęq; propriū virū, patrocinari multùm videt huic opinioni. Nam docet, licitum esse vxorē ducere ad obuiandū incōtinentiæ & propriā cauendā fornicationē. Si ergo cuiq; licet propter fornicationē in se vitandā vxorē ducere: nēpe, quia videt se cōtinere non posse, & melius esse nubere q̄ vri: ꝓfectò & vsus matrimonij ad illū finē erit licitus: nam si potētia ad aliquē finem est bona, certè & vsus ad eundē finem bonus erit. ¶ Reliqua aūt argumenta, si cuiuspiā sunt valoris, huic connituntur. Arguitur em præterea. Prudentissimus quisq; ex ordine charitatis accuratiùs tenetur in se peccatum vitare, q̄ in ꝓximo: licet aūt viro debitū vxori reddere ad cauendā fornicationē in illa: ergo petere ad cauendā in se. Hanc verò consequentiā negat D. Th. qm̄ vnusquisq; pōt alia libi adhibere remedia, & per liberum arbitriū oīno renuere fornicationē: cōiugi aūt nequit alter cōiux aliter mederi. At verò si argumētū prēcedēs efficax fuit, cùm concubitus cōiugalis simpliciter sit remediū cōtra fornicationē, licite illo pōt maritus vti ad vitandū in se, sicut ad vitandū in vxore, si sit moraliter necessariū. ¶ Hoc aūt ingenuè fatendū ad maiorem cōclusionis explicationē, ꝓ nō semper tā necessariū est ad vitandū in se, q̄ ad vitandū in altero: nā pluribus in se quisq; abundat remedijs. Attamē dū adhibitis remedijs illis, quæ humano modo adhiberi pōt, homo nequit se ab illecebris carnis eripere, nisi per vsum cōiugalē, tunc ille reputat moraliter necessarium medium. ¶ Vnde distinguendū est hic cū Paludano. q. 52. & cū Capreolo, ꝓ qn̄ homo alia via fugiēdo occasiones pōt fornicationē ꝓpellere, non licet illa sola de causa ad vxorē accedere: quia tūc non tam facit causa vitādæ fornicatiōis, q̄ potiūdi voluptate illa, quā vltrò eligit: id quod vt art. ꝓximo diximus, venialis culpa est. Sed dū moraliʒ loquēdo nō habet aliā viā, hæc est licita. ¶ Et cōfirmatur hæc responsio. Nam quādoq; marito ad vitandam fornicationem in vxore licet illam cognoscere, quanuis nec formaliter petat nec interpretatiuè: quia scilicet est occultè adultera, quæ prę amore adulteri exosum habet maritum, eiusq; adeò amplexū abhorret: ergo

Secunda cōclusio. *August.* *Ratio.* *Autoritas Pauli. 1. Corinth. 7.* *Secūdùm indulgētiam, quid.* *Sentētia autoris.*

ret: ergo tunc ille nō accedit causa reddendi debitum, sed ad vitandā fornicationē in illa: ergo potest, dum est necessariū, idem sibi remediū vsurpare. ¶ Cui ergo hæc opinio placuerit, pōt ad Augustinum rūdere, vt ait Durandus, ꝓ cùm dicit, concubitū ad explendā cōcupiscentiā esse venialem culpā, intelligit, qn̄ ipsa cōcupiscentia dominatur, vt ait cap. 10. & pariter Gregorius can. Vir cum ꝓpria, citato: scilicet, qn̄ coniux alia via posset concupiscentiā sedare: nam tūc si hæc eligatur, id fit ob voluptatē. ¶ Sed tamen aliæ istorū patrū negationes: nempe, ꝓ nunq̄ coniugibus liceat, nisi procreandi gratia se se cognoscere, vel propter fidem debiti reddendi, vrgentius contra nos militant. Nihilominus respondetur, ꝓ isti sanēti pudicitiæ amantissimi nimiùm solebant coniugalē torum coarctare & perstringere, non attendētes ad euētus, qui possent contingere, humano more necessarios ad vitandum fornicationis flagitium. Si enim illa opinio esset vsq; adeò necessaria, tunc steriles, senes & prægnantes ni mium essent ab amplexibus cohibiti: nēpe, quia non solùm ob voluptatē, imò neq; ad cauendā fornicationē possent se amplexari. Quanuis qui illam opinionē sustinere voluit, rūdere potest, non esse mirandū si status coniugalis hmōi habeat adnexa venialia pe ficula. Et propterea Paulus cupiebat, vt oēs essent sicut ipse. Quapropter consiliū est de his nunq̄ prædicare, nec cum secularibus tractare: nam si dicas, illud eis licere, ipsi licentiā ampliabunt. Sed in sacramento pœnitentiæ vbi quis confiteat ad vitandā fornicationem vxore vti, non grauem ei scrupulū obijcias, sed admoneas, vt ceu christianus rei vacet vxoriæ. ¶ Sunt qui contra conclusionē argumentur. Si ob commodū vitandæ fornicationis licitus est ille vsus, pari iure licebit ob aliā quancūq; vtilitatē & lucrū: nempe, accedere ad inescandā vxorē, vt sua bona marito impartiatur. Consequētia aūt nullius est roboris: qm̄ coniugalis vsus non est mediū ad finem lucri relatū, vel ad alios præter suos proprios. ¶ Grauius aūt dubiū est, vtrùm liceat sanitatis gratia. D. em̄ Tho. neq; hoc admittit. Arguit si quidē quarto loco. Id, quod genere suo bonū est, nō nisi ex mala intentiōe vitiatur: vsus cōiugalis genere suo est bonus: ergo si fiat bono fine, qualis est sanitas corporis, nō est culpandus. Et rūdet, ꝓ quanuis intentio sanitatis per se sit bona, tū si per medium procurarē, quod non est per se ad illā ordinatū, intentio tunc efficitur mala. Veluti si quis sacramentū baptismi tantùm ad salutē corporalē quęreret. Et intelligit esse malam venialiter. Et re vera opinio est per quā ꝓbabilis: nam si quis cōtra obijciat, emissionem superflui seminis perfæpè suapte natura ad sanitatē conferre: de illo nanq; Verino legitur, Ne se pollueret, maluit ille mori. Respondet, ꝓ quanuis mediū illud natura nō nunq̄ ad illū finem retulerit, tū institutio sacramenti nō est ad illum finē relata: quippe quod nō nisi prolis gratia, aut in remedium cōcupiscētiæ institutū est. Tametsi dum tam præsentaneū esset periculū ingentis morbi, & cōstaret illud esse medium necessariū, forsan nulla esset culpa dignum. Quanquā malim opinioni S. Thomæ adhærere. Has enim veniales culpas, quæ tam facilè quotidie & committuntur & diluuntur, non est operæpretium tanta cum anxietate perscrutari. ¶ Primo igitur argumēto in capite obiecto, si quæ diximus vera sunt, sua cōceditur conclusio. Ei aūt qui contrariā tenuerit opinionem, dicendum est cum D. Thoma, ꝓ licēt cauere in se hominē fornicationē bonus sit finis, tamē per illud mediū nunq̄ est bonus: quia semper aliqua voluptatis redundantia interfluit. ¶ Et pari modo secundū solutū restat: nā pōt locus ille Pauli in vtrāq; opinionē interptari, vt supra à nobis explicatū est. ¶ Appēdix aūt articuli huius est, vt de vitijs, quæ vsui matrimonij euenire assolēt, breuis subdatur sermo. Primum enim depudēdus abusus illegitimi vasis contra naturā, nefandissimū flagitium est, & grauius quidē inter cōiuges propter fidem, quam sibi mutuò debent, q̄ si inter solutos contingeret. Effusio etiam seminis extra vas legitimū est itidē lethale crimen, si sit notabilis: nam distillatio non semper tantæ culpæ tribuenda est. Item si dum vir bona fide legitimè congredi conatur, festinātiùs fortasse extra vas seminat, nō est vitio dādum, etiam si metus aliquis eum priùs subierit: quia illud festinationi naturæ adscribendū est. ¶ Vtrùm verò intra consuetum vas peccatū possit contingere mortale à multis ambigit. Nempe dum vir vxori resupinus succūbit, aut præposterè accedit: sunt em̄ qui dicāt peccatū esse mortale: ꝓpterea ꝓ cōgressus ille nō est gnationi idoneus. At verò vt Albertꝰ Magnus, & ex medicis multi aiūt, falsum est illo modo cōceptū impediri: eo ꝓ matrix perinde atq; stomachus virtutē habet attractiuā, qua semen exorbet. Quapropter

Ad Augustinum. *Gregorius.* *Ad aliud Augustini* *Nota.* *Solutio.* *Nota.* *Obiectio.* *Dilatio.* *Dubium.* *Solutio.*

Solutio primi argum. *Solutio secūdi argumē.* *Opinio sancti Thomæ.* *Versiculus.* *De vsu coniugij.* *Abusus vasis.* *Effusio seminis.* *Dubium.* *Alber. Magnus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

propter nõ debet res in has delictorũ angustias perstringi, sed crediderim intra legitimum vas nunq̃ contingere mortale crimen. Quó alludit Caieta.in summa. verb. Matrimoniũ. Sunt aũt illi insueti cõplexus venialia peccata, eademq; obscœna virisq; probis omnino exhorrenda. ¶Qua verò res ad tactus impudicos attinet, si vtiq; fiant cum periculo mollitiei, peccata sunt mortalia. Si verò fiant tanq̃ necessarij ad irritandam Venerem, generationis gratia, nullam præse in cõiugibus ferunt culpam. Extra hos verò casus peccata sunt venialia. At verò oscula, licet non alio fine inter cõiuges fiant, q̃ ceu amoris indicia, nulla sunt culpa denotanda.

Tactus impudici.

Oscula.

DISTINCTIO trigesima secunda, De mutua coniugũ fide in reddendo debito.

Textus. Capit.j.

Olligitur ergo ex his, quę dicta sunt, æquali præcepto coniuges coerceri exactos sibi inuicẽ cõplexus persoluere sub reatu mortalis criminis iniustitiæ: dũ modò vterq; suæ sospitati & incolumitati consulat, neq; alia legitima excusatio intercedat, iuxta verbũ Pauli, Vxori vir debitũ reddat, similiter autem & vxor viro. Nam etsi in reliquis domesticis officijs vir, vti idẽ ait Apostolus, caput sit mulieris, sub cuius ideo potestate esse iussa est, tũ cùm in generandi vsu sint duo in carne vna, neuter sui corporis potestatẽ habet, sed alter cõiux. Neuter ergo absq; facultate & voluntate sui coniugis, postquã consummatũ fuerit matrimoniũ, continere valet, ac multò minus continentiã voto firmare. Vnde Aug. super psalmũ, Si dicat vir, Continere iam volo, vxor verò, nolo, nõ pót: quod enim tu vis, nõ vult illa: nunquid per continentiam tuã debet illa fieri fornicaria? Et rursus. Secundùm verba, inquit, apostolica etiã si vir continere voluisset, & tu noluisses, tibi debitũ reddere cogeretur: & illi Deus imputaret ad cõtinentiã si nõ suæ, sed tuæ cederet infirmitati, ne in adulterium caderes. ¶Inter causas verò, quæ debitum exigere vetant, aut reddere excusant, lepram Alexã.3. non admittit: imò, vt in de cõiugio leprosorum scriptum reliquit, admonuit, vt leproso exigenti nõ denegetur, ne cõiugium suo fine in perpetuum frustretur. Ei verò vxori, quæ menstruo sanguine legitimis tẽporibus polluitur, fas non est petere, neq; viro ab ipsa exigere: nam vt autor est super Esaiam Hierony. ex illo infecto sanguine nascuntur cæci, claudi, leprosi: vt quia parentes, inquit, non erubuerunt in conclaui commisceri, eorum peccata pateant cũctis, & apertiùs arguãtur in paruulis. De emorrhoisis autem, quę perpetuum fluxum sanguinis patiuntur, leprosorũ iudicio censendum. ¶Veruntamen orationis causa consilium est apostolicũ toro coniugali abstinere, imò solẽnitatibus præcipuis, illis præsertim, quibus articuli fidei celebrantur, non prorsus culpa,

1.Corint.7.

Ad Eph.5.

Psalm. 4. can. Si dicat. 33.q.5.

Can. Quotiesc. 33.q.4.

Can. Indidum. 33.q.5.

Cap.

Cap. Quoniam. 32. Quæst.

Esaias

Cap.

culpa, saltem veniali, careret, debitum expetere, atq; adeò dum manè sacrosancto sacramento cõmunicandũ est. Vnde Aug. Quotiescũq; dies, inquit, natalis Domini, aut reliquæ festiuitates aduenerint, nõ solùm ab infidelium cõcubinarũ, sed etiam à proprijs vxoribus abstinere debemus. Et Ambros. diebus etiam ieiuniorum, & idem Augu. lib. de quæstio. noui & veter. testamen. q.187. causa etiam processionum abstinendũ admonent. Reliquis verò minoribus festis vsque adeò rem vrgere, vt sit prorsus cõiugibus abstinendũ, oneri fortasse imputaretur. Multa enim patres admonent, quæ nõ subinde censent vim obtinere præcepti.

Can. Fratrib.

Can. Christiano.

Cap.iiij. ¶De loco verò sacro diuersa est ratio: nam cùm per turpem spontaneamq; seminis emissionẽ polluatur ecclesia, fit vt si concubitus coniugalis intra eius corpus fiat, vt manifestus per publicam famã aut legitimos testes fieri possit, sacrilegus sit atq; adeò genere suo mortalis. Cæterùm & ob cõmunionis sanctæ reuerentiã, quæ sub natale Domini, & in paschate, & in Pentecoste antiquitus erat in more, nuptiarũ solennitas his tribus temporibus interdicta est: nempe, ab aduentu Domini vsq; ad Epiphaniã, & à septuagesima vsq; ad octauas paschatis, & à diebꝰ rogationũ, vsq; ad festũ trinitatis, can. Nõ oportet. 33.q.4. & de ferijs c. Capellanus.

Cap. Capellanus.

DISTINCTIONIS trigesimæ secundæ, Quæstio prima. De mutua coniugum fide reddendi sibi inuicẽ debitum.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm alteruter coniugum teneatur alteri debitum reddere.

Vbsequitur de fide & ratione reddendi debitum inter coniuges. Et arguitur q̃ neuter teneatur alteri debitum reddere ex necessitate præcepti. Nemo enim præcepto cohibet eucharistiam sumere, aut orationi vacare: sed Hierony. in quodã sermone, qui refertur. 33. q.4. can. Sciatis, ait, q̃ qui vxori debitum reddit, nequit orationi vacare, aut carnes agni edere: ergo nemo tali præcepto subijcitur. ¶Secundò. Nemo cum detrimento suæ salutis aut alia sua iactura tenetur alteri obsequi: aliq̃ verò reddere poscenti debitũ vergit in nocumentum reddentis: ergo tunc nõ tenetur. Idque potissimùm vsu venit q̃ coniux, qui petit, lepra infectus est: qui vtiq; morbꝰ tum cõtagiosus, tum etiam hæreditarius est, atq; adeo tam coniugi reddenti, q̃ gignendę proli periculũ inde infectionis creatur: tũc ergo reddere non tenetur. ¶Tertiò. Si cõiuges hanc sibi vicariã operam dare cogerent, tũc neutri liceret se se impotentem ad illũ vsum reddere, ius enim tunc alterius violaret, atq; adeò nec liceret ei ieiunijs aut alijs vigiliarũ laboribꝰ aut studijs corpus attenuare, quod vtique consequens contrarium religioni videtur. ¶In contrarium est verbũ Apostoli. 1. Corint. 7. Vir vxori debitum reddat, similiter & vxor viro.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶Huic quæstioni duæ conclusiones satisfacient. Prima. Vterq; coniugũ est alteri de necessitate præcepti obnoxius, vt debitũ ei reddat. Probaẽ ex natura, fide & fine matrimonij. Præcepta eẽ sunt circa media, quæ ideo ex natura finis sunt perpendenda: finis autẽ matrimonij fuit propagatio gñis nostri per generationẽ: ex quo fit, vt natura matrimonij sit mutua corporũ traditio in illũ vsum,

Prima conclusio.

Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuxta verbũ Apostolicum: vbi enim iubet, ꝓuterq; alteri debitũ reddat, causam subdit, ꝙ mulier potestatem sui corporis nõ habet, sed vir: similiter & vir potestatẽ sui corporis nõ habet, sed mulier. Ex hac ergo matrimonij natura suborit mutua obligatio & fides soluendi sibi debitũ: quæ scilicet obligatio, cùm sit in re graui, sub reatu mortalis culpæ genere suo vtrũq; coniugũ perstringit, estq; adeò peccatũ illud, iniustitiæ crimẽ: veluti illud, quo quispiã rem alienã inuito dño vsurpat. Et confirmatur ratio: nam etsi matrimonium libero consensu copuletur, est tñ postmodum genus quoddã seruitutis: vnde sicut seruus obsequi tenet hero de necessitate præcepti, iuxta illud Pauli Rom. 13. Reddite oĩb⁹ debita, cui tributum, tributũ &c. ita & coniuges sibi mutuo in re vxoria morẽ gerere cõpelluntur. ¶ Secunda conclusio. Neuter tenetur alteri debitũ reddere cum detrimento salutis conseruatricis proprij indiuidui. Probatur, quia ordo tam naturæ, q̃ charitatis, quæ naturã perficit, id postulat, vt vnaquæq; res accuratiùs sibi prius consulat, q̃ alteri: vnde cùm nutritiua virtus cõseruationi indiuidui seruiat, generatiua verò cõseruationi speciei natura prouida sic indiuiduis cõsuluit, vt nutritiua indiuiduo prius prouideat, & deinde quod superfluit generatiuę subministret: nemo ergo hunc ordinem peruertere tenetur, imò neq; id vlli licet. Quãuis hinc ansam malę fidei surripere nemo debeat, vt cõiugẽ isto colore defraudet: nã etsi quandoq; aliquod paruum detrimentũ valetudinis timeatur, nihilominus virtutiiustitiæ satisfaciẽdum est. ¶ Quòd si contra primam conclusionẽ quis arguat. Sequeretur inde semper esse peccatum mortale non reddere debitũ, rñdetur, ꝙ præter legitima impedimenta, de quibus illico subsecuturus est sermo, est adnotãdum ꝙ nõ semper maritus vel vxor petit sub intentione obligandi sub peccato mortali, sed sæpè insinuando & alliciendo & mouendo. Et tunc negare nõ est peccatũ mortale, imo crebrò nec veniale: qm̃ neque creditor pecuniam sibi debitã sub illa rõne semper exigit, vt sit peccatũ non reddere. Adde ꝙ etiam si alter obnixè petat, potest alter, dum causa adest, precib⁹ eum demulcere, & persuasum habere ne petat. Imò verò quando vel vxor vel maritus creberrimè, importunè & molestè petit, non tenet alter semper ad nutum ei obsequi: quia in petendo debet modus adhiberi: & ideo tunc negãs non facit iniuriã, saltem grauẽ, sed aut mullã, aut venialem. Atq; eam ob rem moderati sumus conclusionem dicentes, ꝙ sit peccatum mortale ex genere, quod vtiq; põt ex circunstantia & attenuari & tolli. At verò qñ coniux nõ nisi cum magna difficultate, & q̃ rarissimè reddere vellet, & potissimùm si periculum in suo coniuge præsentisceret aut adulterij, aut alius iniquæ pollutionis, tunc peccatũ esset mortale non reddere. Item si vir abstineret, vt prolem ex illa vxore suscipere renueret: vel vxor ne ex viro illo cõciperet, vtpote cùm vir duxit vxorem maculati sanguinis. Solent enim tũc viri torum separare, quod certè peccatũ mortale est. ¶ Quid aũt si longa liberorum ꝓpagine abundarent, vtrùm tunc licitè possent abstinere? Rñdetur, ꝙ de cõsensu amborum absq; dubio possunt. Vtrùm aũt alteri poscẽti alter licite negare valeat, maius est dubiũ. Sed nihilomin⁹ si periculũ alterius pollutionis in petente non timeatur, non esset condemnanda illa recusatio alterius, præsertim dum paupertate premuntur, vt tantam sobolem alere nequeant: tunc enim profectò solutionem debiti recusans nõ esset (saltem de mortali) culpandus.

Cõfirmatio rationis. *Secunda cõclusio.* *Ratio.* *Obiectio.* *Solutio.* *Dubium.* *Solutio.*

¶ Ad primum igitur argumentum rñdetur, ꝙ Hieronymus non arcet coniuges reddentes sibi debitũ ab altari, quia nuptias aut earum vsum condẽnet, vt ipse se ibidem explanat, sed ꝓpter indecentiã. Si em̃ vt 1. Reg. 21. legitur, qui cum cõiugibus se polluerant, ab esu panum propositionis in lege veteri arcebantur, quanto magis repelli debent à pane, qui de cœlo descendit? Et eodẽ pertinet verbum Gregorij can. Vir cum propria, vt maritus cum vxore dormiens, nisi lotus aqua, ecclesiã non intret. Præterq; ꝙ Magister Hieronymũ loqui non censet nisi de ecclesię ministris. Quam ob rem sacerdotes Græcorum quo tẽpore altari ministrant ab vxoribus cohibentur. ¶ De tẽporibus aũt, quibus coniuges vt orationi aut cõmunioni vacent, abstinere debeant, tertius nos manet articulus. ¶ Ad secundũ secunda conclusio rñdet: nempe, ꝙ coniux non habet in alterũ potestatẽ nisi integra eius sospitate & incolumitate. Et ideo qñ cum detrimẽto salutis alterius id petit, alter reddere nõ tenetur, vt si febri aut alio morbo aut dolore ad tempus teneatur. ¶ Sed iterũ contra hanc solutionẽ arguitur. Appetitus gñalis naturæ præsertur particulari: quare membrũ contra particularẽ appetitum offert se ad cauendã plagam toti corpori,

Solutio primi argumẽti. *1. Reg. 21.* *Gregorius.* *Magister tenet.* *Solutio secũdi argumẽti.*

pori, & aqua ascendit ad replendum vacuũ: cùm ergo species respectu indiuidui se habeat vt totum vniuersale ad membrum particulare, fit vt indiuiduum detrimentum ad conseruãdam speciem perpeti debeat. ¶ Rñdetur, concesso appetitum vniuersalẽ suapte natura ad conseruandam speciem præstantiorem esse: quia per indiuidua eam conseruat, vt per media finem, & per membra corpus. Conseruatio autem totius, aut est ordinaria ab intrinseco, aut est defensio contra forinseca pericula. Conseruationem verò ordinariam ab intrinseco natura fieri prouidit absque membrorum detrimento. Qua re membrum corporis sibi priùs nutrimentum prouidet naturale, quàm ad aliud membrum mittat. Sed quando extrinsecus imminet capiti periculum, brachium se offert: sicuti dum locus per violentiam euacuatur aere, tunc aqua ascendit, vt illum repleat. Cõseruatio autem speciei per generationem est ordinaria: quare fieri non debet nisi salua incolumitate indiuidui de superfluo.

Solutio. *Delepros.*

¶ Id autem, quod de leprosis adiectum est, plusculum perplexitatis adfert. Nam & si morbus temporalis, vt dictum est de febri, excusare in tempus coniugem iure valeat à reddendo debito, tamen quia lepra perpetuus morbus est, videtur excusare eum non posse: quia tunc liceret ei perpetuò separari, quod est genus diuortij. Et tamen quanuis lepra sponsalia dirimere sufficiat, neutiquam tamen matrimonium, vt ait Sanctus Thomas hi, & Theologorum cœtus & habetur capit. Quoniam, de coniugio leprosorum. Et quòd lepra dicitur non soluere matrimonium, intelligitur non esse impedimẽtum dirimens, etiam si nuptias antecesserit, vt distinctione. 34. videbimus. Sed ex altera parte durissimum apparet onus, cum tanto periculo obligare coniugem debitum leproso persoluere: & tamen Alexand. tertius eodem capit. & antecedenti Peruenit, omnino cogit leprosi cõiugem debitum ei reddere, etiam sub anathematis comminatione si renuerit. ¶ De hac ergo re inter Doctores variatur. Gaufredus nanque Cardinalis in sua summa per extremum ait coniugem leprosi non solùm teneri ei debitum soluere, verùm & ei cohabitare, si separatim à leprosorum conuentu viuat. Si autem illic vitam degat, tenetur ei reddere, sed non cohabitare. At verò Sanctus Thomas, Bonauentura, Ricardus, & Theologorũ plerique sententiam temperant dicentes, teneri quidem reddere, nunquam tamen cohabitare, neque in eodem lecto dormire. Et certè hoc est verissimum: quia cum principalis finis matrimonij non sit nisi generatio, sat est si sanus tali infirmo in illo actu seruiat: nam reliqua cohabitatio non est tam necessaria, & est horrenda. Præsertim quòd non tantum periculi in vno congressu imminet, quantùm in cohabitatione & cõmunicatione mensæ & lecti. Quapropter Leuitici. 22. leprosi de sanctificatis Domino edere vetabantur. Et Numer. 5. iubebantur extra castra eijci. ¶ Imò verò Durandus, Paludanus, & Caietanus in summa capit. De vsu matrimonij, temperatiùs eandem obligationem mitigant. Et quidem meritò: videlicet, quòd si in redditiõe debiti medicorum consilio constet periculum contagionis creari, cessat obligatio reddẽdi. Nam Sanctus Thomas & reliqui propterea dicunt teneri, quia non imminet tantum periculi, quantum in cohabitatione. Ergo à contrario sensu, si tantum impendet, obligatio tollitur. Quare nõ desunt qui contra tam rigida Decreta Alexandri obmurmurent. Attamen citra murmurationem dicere possumus, quòd Pontifex id solùm decernere admonereq; contendit, quòd lepra de se quanuis horrorem offerat, & metum aliquem leuem contagionis, non sufficit cõiugem absoluere ab obligatione debiti: quia non sequitur semper cõtagio. Neque sufficit quanuis timeatur prolem eandem lepram contractum ire: nam vt ait hic Sanctus Thomas meliùs est prolẽ sic fore, quàm nullatenus fore. Quare si sanus in causa est coniugi leproso, vt fornicetur, vel se aliter iniquè polluat (quia propter pessimum morbi incendium prurigines carnis patiuntur crebras) particeps fit illius criminis. Et quod de lepra dicitur, de morbo etiam calamitoso Gallico, dictum putetur, qui inter nostrates miserè nũ serpsit. Veruntamen vbi periculum esset morali more certum, aut ingentissimus horror, vt natura ipsa congressum abominaretur, noluit Papa coniugem compellere: vtpote dum lepra eum attigit gradum, qui dicitur leoninus, quo nimirum corpus frustratim dissoluitur. Ecquis enim spectaculum illud in eo potissimùm amplexu ferat? Docet præterea cùm ars medica, tum etiam rerum vsus præsentius viris periculum impendere ad leprosam accedentibus, quàm fœminis, si viris

Lepra. *Opiniones.* *Cõmunis opinio.* *Ratio.* *Caietanus.* *Nota.* *Declaratur textus.* *Viris periculũ esse certũ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

si viris leprosis obsequantur, adeò vt certius sit periculum ad sanam accedere, quæ fuerat leproso viro cognita, quàm ad leprosam. Itaque in fœmina maior est vis transmittendi morbum vnius viri in alterum, quàm se ipsam eodem maculandi propter exorbitantem iniquitatẽ fœminei caloris in illo actu. Quam ob rem minus hac ratione vir sanus tenetur vxori leprosæ reddere, quàm vxor viro: non quidem propter inæqualitatem iuris ad petendum: nam par est in ambobus, sed propter diuersam cõditionem fœminæ, & periculum maius. ¶Ad tertium deniq; argumentum respondetur, non licere coniugi se se impotentem consultò reddere, vt coniugem contra monitum Pauli defraudet, atq; adeò nec per illicita media potest se debilitare & extenuare: irrogaret enim tunc alteri iniuriam. Attamẽ si absq; fraude & bona fide honestisque medijs id faciat: nempe, seruando ecclesiastica ieiunia, & quædam etiam ex deuotione, impendendoque moderatè tempora honestis studijs, nulla est culpa metuẽda. Est tamen inter virum & vxorem discernendum, quòd vir reddendo debitum fit in dies impotentior, & ideo fit ei quotidie remissior obligatio, q uod non accidit fœminis. Sed è conuerso fœminis minus licet se se ieiunijs & vigilijs macerare & extenuare sine licentia mariti: nam occasionem eis offerunt, qui eas negligant & despectui habeãt, atque alijs irretiantur iniquis amoribus.

Solutio tertij argumẽ.

Discrimen.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm in petitione & solutione debiti æquum sit ius vtrique coniugum.

Voniam coniugium quandã præ se fert æqualitatem, quæritur vtrùm pari iure ambo si biinuicem teneãtur. Et arguitur à parte negatiua. Agẽs nobilius est patiente, vt n. super Gen. ad literam autor est Augustinus, sed in cõiugio vir est agens & fœmina patiens: in cuius signũ, vt Genes.2. legitur, facta est in adiutorium viri, quasi propter ipsum: ac subinde iussa est sub viri potestate esse: ergo non æquo iure fruuntur. ¶Secundò arguitur. Menstruatæ non licet debitum petere, propter incommoda, quæ timentur in prole: vnde Leuit.18. Ad mulierem, quæ patitur menstruum, non accedas: & tamen illa tenetur viro reddere, etiã si ipse fluxum seminis patiatur: ergo non æqua amborum sors est. Idem est de leprosa: nam si maius periculum imminet sano accedenti ad leprosam, quàm sanæ accedenti ad leprosum, minus tunc ipsa petẽdi ius habet, quàm ipse. ¶In contrarium est, quòd similibus verbis ait Paulus.1. ad Corinthios.7. Vxori vir debitum reddat. Similiter & vxor viro: quoniam vir nõ habet sui corporis potestatem, sed mulier: & mulier non habet, &c. sed vir.

Pars affirmatiua.

Partis negatiuæ argumẽtũ primum.

Secundũ argumẽtũ. Leuit.18.

¶Quæstio facilis est, quæ vnica conclusione dissoluitur. Vir & vxor æquali iure gaudent æqualitate non quantitatis, sed proportionis. Aequalitas enim quantitatis est, quæ in eadem mensura consistit, vt inter libram vnam & alteram, atq; inter vnam & alteram vlnam. Aequalitas autem proportionis est inter duas æquales proportiones: qualis em proportio est duorum ad vnum est quatuor ad duo: nempe, dupla. Vxor ergo non viro æqualiset in quantitate, quia neque eadem prudentia in illa viget, neq; idem gubernandi iudicium. Quare neque eodem debet potiri imperio, sed debet esse audiens viro, qui vt ait Pau. est caput mulieris. Est tamẽ æqualitas proportionum: habent enim distributa inter se officia: vnde quo iure tenet vxor ea, quæ ei domi pertinent, agere, eodem tenetur vir ea, quæ ad ipsum spectant, perficere. In toro verò vterque eodem iure tenetur alteri: nam fides inter eos est æqualis. Imò verò quodammodo vir arctiùs obligatur q̃ vxor. Præceptum nanq; reddendi debitum affirmatiuũ est, ac petinde licèt semper obliget, non tamen (vt aiunt) pro semper, sed tũc quãdo alter exigit: nam petere nũquam tenetur, sed ad vitandam fornicationem in altero, quod est quodãmodo reddere. ¶At verò duplex est petitio: scilicet, expressa, & interpretatiua, quando signa apparent voluntatem subindicantia. Et quoniam in fœmina vehementiùs verecundia obtinet & pudor, quàm in viro, licitum est vxori expectare expressam petitionem viri, quando viro eandem nõ licet expectare in vxore, sed debet ad illam interpretatiuam adnuere. Sicut medicus morbo infirmi, quando illum sentit, occurrere tenetur, & prælatus subuenire subdito. Quòd si redarguas. Ergo non pari iure militant coniuges in redditione debiti. Negatur consequentia, quia hoc non nascitur ex iuris disparitate, sed quia vxoris petitio non est ob verecundiam tam libera.

Conclusio.

Aequalitas quantitatis.

Aequalitas proportionis.

Vxor nõ æqualis viro in quantitate.

Vxor æqualis viro in proportione.

Petitio duplex.

Obiectio.

¶Et per

Solutio primi argum.

¶Et per hæc primo argumento satisfactum est: nam & si agens nobilius sit passo, est tã eadẽ proportio patientis ad patiendum, quę agentis ad agendũ: & ideo eodem iure tenet vterq; alteri. In reliquis aũt domesticis officijs sicut mẽbra tenentur obedire capiti, ita & caput, licèt sit principalius, tenet suo modo morẽ gerere membris. ¶Circa secundũ argumentũ de menstruata notandũ in veteri lege loco citato prohibitũ fuisse accessum ad menstruatã duplici de causa: nempe, propter legalem immundiciẽ: qua ratione erat præceptum ceremoniale: quare qui ad eam accedebat erat irregularis ad tractandum sacra. Illa autem ceremonialis ratio cessauit in lege noua cum reliquis ceremonialibus præceptionibus. Fuit autem alia ratio moralis, q̃ illo mẽstruo sanguine proles crebrò solet infecta gigni: quæ quidem ratio etiam in lege euangelica perdurat. Quam ob rem menstruata mulier peccat debitũ petẽdo. Quòd si arguas. Ergo si sterilis est, non erit ei culpa petere. Respondet D. Tho. q̃ quandiu menstruum patitur constare non potest esse sterilem. Præsertim cùm quædam, licèt fuerint in iuuentute steriles, postea efficiuntur fœcundæ. ¶Cùm autem de tempore menstruo loquimur, illa prorsus intelligimus, quę sunt naturalia, & certis temporibus per menses (vnde nomen sortiuntur) mulieribus accidunt. Sunt quippe alia menstrua innaturalia: nempe, perpetui fluxus ex morbo proueniẽtes, à quibus emorrhoisam illam curauit Dominus Matth.9. quorum causa nõ tenetur mulier nõ petere, alioqui perpetuò deberet abstinere. ¶Et per hoc soluitur argumentum de lepra: nam etiam si periculũ offerat generandæ proli, nihilominus quia est morbus perpetuus, nõ obligat ad perpetuã abstinentiam. ¶Et pariter ad illud, quod de fluxu seminis in viro obiectũ fuit. Est enim perpetua passio & nimis diuturna, quæ ideo exactioni debiti obstare non debet. Præterq̃ q̃ corruptum illud semen non est tam generationi aptum, q̃ menstruus sanguis, vt perinde ac ex menstruo sanguine sit inde proli timendum. Ex his fit consequens, quòd nec viro licet à menstruata propter idem periculum debitũ exigere. Quapropter in hoc pares sunt ambo coniuges. ¶Vtrùm verò aut menstruatæ petenti teneatur maritus reddere, aut ipsa petenti marito, maius dubiũ est. Scotus nanque distinctione præsenti negat licere, propterea quod idem periculum sequitur reddendo, quod petendo. Et idem ait Glossa super can. Ad eius. distinctione.5. Nisi timeatur fornicatio in petente. Et idem Ricardus distinctione præsenti artic.4. quęst.1. At verò Diuus Thomas hic hanc opinionẽ non approbat, sed sub distinctione respondet. Quòd si vir petat scienter, tunc debet eũ vxor precibus & monitis auertere, non tamen quando periculum iniquæ pollutionis in ipso timeat. Si verò petit ignoranter, potest aliquam occasionem obtendere, vel aliã infirmitatem (si habet) allegare, quanuis nõ illam, ne horrorem illi obijciat. Si tamen ille omnino institerit, reddere debet: quia mulier, vt ait Paul. potestatem sui corporis non habet, sed vir. Vbi insinuat, quòd etiã si non timeat aliud periculum in viro, teneatur reddere propter ius, quod habet ille petendi. Et eandem opinionem tenet Sylues.verb. Debitum coniugale. §.6. & Caietanus in summa cap. de vsu matrimonij, & Bonauentura & Paluda. quæst.1. vbi citat Petrum de Tharantasia. ¶Sed vt omnia simul disputemus, quæritur quale quantumque peccatum sit menstruatæ eiusque viro debitum aut petere, aut reddere. ¶Scotus distinctione præsenti tenet vtrunque esse mortale: maiori enim, inquit, præcepto tenetur vir cauere proli futuræ morbũ, quàm dare operã ei progignendæ. Idq; ex illo Leuit.20. cõfirmat, Qui coierit cũ muliere in fluxu mẽstruo, ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. Pœna autem mortis non infligebatur, nisi pro peccato mortali. Quod quidem præceptum, quatenus morale est, vt supra diximus, perseuerat nunc etiam in lege euangelica. Et Hierony. super illud Esaiæ.44. Omnes iustitiæ vestræ quasi pannus menstruatæ. Tunc, inquit, viri abstinere debent à mulieribus: quoniã concipiuntur membris damnati, cæci, claudi, leprosi, vt quia parentes non erubuerunt in conclaui commisceri, eorum peccata pateãt cunctis, & apertiùs redarguantur in paruulis. Sylueſter verò loco citato concedit propterea peccatum mortale esse sponte petere, nullum tamen exactum reddere. ¶At re vera vt reddere cum circunstantijs, quas D. Thomas explicat, nullum est peccatum, ita nec petere est mortale. Et ita tenet impresentiarum Palud. & Caieta. loco citato. Et in primis, q̃ hæc sit mens S. Thomæ, patet: nam vbicunque ipse peccatum agnoscit mortale, id certè expresè profert: hic autem non ait, nisi

Solutio alij argumenti.

Solutio argumenti.

Obiectio.

Appẽdix.

Dubium.

Scotus.

S. Thomas.

Dubium.

Scotus.

Hieronym.

Sylues.

Universidad de Deusto Biblioteca

nisi simpliciter esse peccatum, petere. Et re vera ratio non vrget esse mortale: quoniam & si illa nocumenta proli timeantur, tamen neque sunt adeò certa, vt semper eueniãt, neque tenentur coniuges tam arctè illa cauere, vt iuri suo cedere debeant. Et re vera, vt ait S. Tho. meli⁹ proli est esse, licèt cum infectione, q̃ simpliciter non esse. Vnde illa vetusta prohibitio legis, qua parte erat ceremonialis, habebat annexum supplicium illud mortis: quæ quidem ratio iam cessauit. At quatenus erat morale præceptũ, vt cessauit suppliciũ illud, ita transgressio desiuit esse mortalis. Et certè si mortale esset petere, non esset facilè alteri concedenda licentia reddendi. Et ideo Scotus vtrumq; censet esse mortale. Sed S. Tho. quia petere, solùm arbitratur esse venia le, ait, nullum esse peccatũ reddere. ¶Quòd si contra arguas, q̃ Leuit. 18. & 20. simpliciter prohibebatur vir accedere ad menstruatam vxorẽ: ergo etiã reddere est illicitũ. Negatur consequẽtia: nã quicquid sit de illo tempore propter ceremoniale mandatũ, modò tñ accessus non prohibef, nisi qui spontaneus est. Qui aũt reddit debitũ, nõ sua spõte accedit.

Scotus. *Obiectio.* *Dilutio.*

Tẽpore puerperij.

¶De tempore autem puerperij, quo scilicet puerpera manet in purificatione anteq̃ templo suũ offerat infantẽ, ait Gregorius in epistola vltima ad Augustinũ Anglorum, quæ refertur can. citato. Ad eius, dist. 5. q̃ debent coniuges abstinere. Sed vt ait impręsentiarũ Ricardus, mos ille iam abiuit ab vsu: vel potiùs, inquit, magis est monitio, q̃ præceptũ. Quare reddere non est dubium, quin tunc liceat, quin etiã & petere, nisi aliqua sit indecẽtia quãdo dies partus nuperrimè antecessit.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm causa voti, aut orationis, aut temporis sacri possit coniux debitum negare alteri.

QVanuis quo iure cõiuges, vt dictum est, sibi mutua fide teneãtur debitum soluere: tñ explorãdæ sunt causæ & casus, qui coniugem ab hoc vinculo eximunt. Arguitur ergo primò, q̃ religionis causa possit vterq; altero inuito votũ castitatis emittere, quod eũ à reddendo debito excuset. Primò quia non est expectandus illius consensus, qui cum citra peccatũ negare nequit: sed si vouere volenti alter esset impedimento, peccaret: quia statũ melioris frugis impediret: ergo absque eius consensu potest alter vouere. ¶Secũdò. Tempore festo neutri licet debitum petere: quia tũc tenetur quisq; sacris vacare, cui officio carnalis vsus ineptum hominẽ reddit: ergo potest tunc vnus altero inuito votum facere non reddẽdi. Idemq; est argumentũ de loco sacro, in quo nullus videtur posse petere, neq; teneri reddere. ¶In contrariũ est verbum Pauli. 1. Corint. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi.

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Secundum argumẽtũ.

Partis negatiuæ.

¶Hanc quæstionem, qua parte ad votũ coniugum spectat, dist. 27. q. 1. arti. 4. copiosè disputatam reliquimus, vt ipsa diffusa est, & locuples. Et ideo huius partis nihil restat repetendum: præsertim quia hic solùm de vsu matrimonij disputamus. Ad quam quęstionem tribus conclusionibus facillimè respõdetur. Supponimus enim in primis ex loco citato, post matrimonium ratum non consummatum licere alterutri coniugum altero inuito religionem profiteri, quod tum rationibus, tum & canonibus compluribus de cõuersio coniuga. & 27. q. 2. cõprobauimus. Quapropter induciæ duorũ mensium vtriq; conceduntur, cap. Ex publico. eod. titu. vt eandem sibi religionem optare valeat. Quo vtiq; tempore neuter alteri tenetur debitum reddere. Item neq; adulteræ vel adultero tenetur innocẽs cõiux eiusmodi officium soluere: quæ quidem disputatio vsq; ad dist. 36. differtur. Post matrimonium verò consummatum, vt ibidem monstratum est, neutri licet absq; alterius facultate religionem ingredi, vt eisdẽ canonib⁹, & potissimùm cap. Quidam, eod. titu. definitur. Imò neque alterius consensus sufficit, nisi vel simul ipse intret, vel sexagenarius existat. Omnia illic discussa conclusaque sunt.

Decisio.

Prima conclusio.

¶Quo ergo citra religionis ingressum ad cõiugalem vsum descendamus, sit prima conclusio. Neuter coniugum potest citra voluntatem alterius votum facere non reddendi, imò faciendo mortaliter peccat, neq; implere tenetur. Eandem conclusionem affirmat Augustinus super Psal. 46. & refertur. 33. q. 5. can. Si dicat, & can. Secũdùm verba. vbi ait, Si dicat vir, Continere iam volo, vxor autẽ, nolo, non potest: quod enim tu vis, non vult illa. Et rursus. Secundùm verba apostolica si vir cõtinere voluisset, & tu noluisses, tibi debitum reddere cogeretur. Probatur, quia votum, vt nomen ipsum sonat, spontaneę voluntatis

tatis actus est: quare non est emittendũ nisi de illis rebus, quæ nostro subiacent arbitrio, cuius generis nõ sunt illa, quę alijs debemus: quippe quæ sunt aliena: cum igitur maritus sui corporis potestatẽ non habeat, sed vxor, neq; verò vxor, sui, sed maritus, neuter põt altero inuito tale votum non reddendi emittere. Imò verò vt lib. 7. de iust. & iur. q. 3. art. 1. disputabamus, quãuis alter alteri hmõi licentiam concedat, põt illam postmodum reuocare. Idem hic tenet Ricardus art. 2. q. 1. Et est sententia Augustini can. Manifestum. 33. q. 5. Nisi forsan mutuam sibi facultatem faciẽtes vouendi, vterque iuri suo petendi renunciet. Præsertim dum ambo vel alter religionẽ mutuo consensu profitentur. Quo casu intelligitur verbum eiusdem Augustini can. Quod Deo, ead. cau. & q. Quod Deo enim, inquit, pari cõsensu voueratis, perseueranter vsque in finem reddere debuistis. ¶Vtrùm autem posit vterq; altero inuito votum facere non petendi, diffidium inter Doctores est. Nonnulli nanq; (quorum est dist. præsenti Ricardus arti. 2. q. 1.) licitum arbitrantur. Et hanc ille putat opinionem esse securiorem & communiorem: quia in arbitrio cuiusq; positũ est exigere. At D. Tho. hic solutiõe ad. 3. probabilius censet id negare. Cui Durandus, & alij multi adstipulãtur, quia per eiusmodi votum fit alteri coniugi matrimonium onerosum: quippe cùm pondus exigendi in eum semper propendeat. Negat autem Ricardus indefieri onerosum: cùm neq; alter, qui non vouit, petere, nisi dum ei libuerit, teneat: imò ab onere reddendi liberatur, quod vtique solet esse molestum. Veruntamen certè huiusmodi votũ, præsertim in viro, suppositа humana fragilitate onerosum est vxori, ppter verecundiam, qua fœminæ in petendo suffunduntur: & nunquam petere, re vera periculo non caret: præsertim in iuuentute vsq; ad ætatem senilem, quanuis senibus nõ esset tanto periculo pernũ. Hæc enim er prudentiam moderãda sunt. Et re vera nunquã aut ẽ rarissimè cõsilium est talia vota emittere: & dum fiunt, consilium est, vt ẽpali dispensatione tollantur. Cæterùm & contra Ricardũ arguitur. Vir potest quæ: unq; vota vxoris irritare, vt lib. 7. de iusti. & iure. q. 3. arti. 1. latè diduximus: ergo & illud si faciat nõ petendi.

Dubium.

Ricardus.

Aliquis ad. 3. Thomæ.

Solutio primæ argum.

¶Ad primum igitur argumentũ negatur, q̃ dissentiẽs voto alterius delinquat: qm̃ id nõ facit, vt bonũ religionis auertetur, sed vt bono proprio consulat. ¶At verò aliud soluendum restat argumentũ. Licet enim viro absq; vxoris facultate crucem in subsidium terræ sanctæ accipere, & illuc peregrinari, vt habef cap. Ex multa. 6. quod autem, de voto & voti redẽptio, id quod imaginem præ se fert voti castitatis: ergo vxor idem põt. Respondef in primis, acceptionẽ crucis non esse votum castitatis, sed militiæ. Potest em vxor maritum sequi in bellum, & quanuis nequeat, tñ in fauorem Christianæ religionis id ecclesia concessit. Imò iussu regis põt maritus vxore etiã inuita & relicta militare, & ad alia negotia suapte sponte peregrè proficisci: neque fides matrimonij obstare põt. Mulier autem, quæ non est militię & similibus negotijs idonea, minimè id absq; viri facultate valet.

Aliud argumentũ.

Solutio.

¶De temporibus autem sacris Magister senten. hic, ac perinde D. Tho. & reliqui eius interpretes nimiùm strictè loqui videnẽ. Aiunt quippe nullo die festo aut ieiuniorum licere debitum petere, sed esse peccatũ veniale. At reddere nullam esse culpam. Membrum aũt prius profectò durum apparet cõcessu. ¶Et ideo fortasse sat est hic secundam conclusionem statuere. Diebus solennitatũ, quæ sunt præcipuæ, non caret veniali culpa debitũ petere: nempe, in diebus natalis, & paschatis & aliorum festorum, quibus articuli fidẽ celebrantur, vt in die Pentecostes, Ascẽsionis, & in die veneris sancta. Nam etsi actus matrimonialis de se nullam habeat annexam culpam, habet tñ nonnihil indecẽtiæ & ineptitudinis ad orationem & cõtemplationẽ, quibus diebus illis opus est vacare. Quãuis cùm circunstantia diei festi non trahat actum in aliam speciem: scilicet, sacrilegij, veluti loci sacri, non aggrauat mortaliter: Quanq̃ si tunc solius gratia delectationis petatur, grauius est veniale. Decretum est Augustini, quod refertur. 33. q. 4. can. Quotiescũque, vbi ait, q̃ quotiescunque dies natalis Domini aut reliquæ festiuitates aduenerint, à proprijs vxoribus abstinendũ est. Idem censet causą processionum, quæ fiunt solenniter, aut causa ieiuniorum, vt ait Ambrosius in sermone de aduentu Domini, & idem Aug. in lib. quæstionum noui & veteris testamẽti cap. 187. & referuntur ibidem can. Fratres, & can. Christiano. Veruntamen fortasse non tam precepta insinuare volũt, q̃ salutaria monita. Præsertim q̃ cùm iam mos iste processionũ solennium adeò elanguerit, vt rarissim⁹ populus interesse soleat, nescio an illa de causa petitio debiti sit culpæ tribuẽda. Et idẽ ferè de ieiunijs dixerim,

Diebus festis.

Secunda cõclusio.

August.

Ambros.

Sentẽtia autoris.

Universidad de Deusto Biblioteca

dixerim, & de alijs festis, quę non tanta cum solennitate celebrantur. Quorum iam numerus plerisq; locorum valde succreuit. Quanuis in his locum illud habeat Gregorianũ, Timorati animi est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. At si Paulum de hac re cõsulamus, non in tantas angustias rem vxoriã conijcit. imò admonet ne se defraudent, nisi orationis causa, & de consensu vtriusq;. Cæterùm quia festiua tempora orationi dedicãtur, hæc decreta tunc abstinendi patres inde collegerunt. Sunt tamen, ne onerosum fiat matrimonium, cum moderamine auscultanda: esset enim nimis graue per totã quadragesimam coniuges iure petẽdi spoliare. ¶ Quod autem reddere quocunq; tempore liceat, inde patet, q̃ ait Paul. Vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier, & è conuerso. ¶ Vnum tamẽ hoc verum est, q̃ qui sacram cõmunionẽ manè susceptur̃us est, non esset liber à culpa si illa nocte debitum exigeret: imò illo exigente deberet alter, anteq̃ redderet, petitionem honestis precibus & excusationibus repellere, iuxta admonitum Hieronymi supra citatum can. Sciatis, ead. cau. & quæst. ¶ Et per hæc patet responsio ad secũdum argumẽtum. Obijcitur autem historia Gregorij 1. lib. dialogorum, vbi de quadam muliere refert, q̃ cùm nocte cognita fuisset viro, & manè in processionẽ prodiret, à diabolo arrepta est. Et Exodi. 19. præcipiebatur, vt dum populus acceptur̃us erat legem, vxoribus non appropinquarent: quæ quidẽ videntur peccati mortalis indicia. Respõdetur autem, quòd mulier illã non præcisè ꝓpter cõiugalem amplexum fuit castigata, sed propterea quòd ingenti temeritate & impudentia se se diuinis iniecerat. Præcepta autem vetera, quæ plurimùm erant ceremonialia, & carnis immundiciem nimiùm prohibentia, non sunt in noua lege ceu sub reatu mortali obligantia 2. leganda.

Gregorius. *Paulus.* *Reddere.* *Solutio secũdi argumẽ.* *Exodi. 19.*

¶ Ad hæc verò & consideratio loci sacri accedit, in qua maior difficultas cõsistit. Ob idq; subnectitur tertia conclusio. In loco sacro siue exigere siue reddere vtrumq; genere suo peccatũ mortale est. Probatur, quia per turpem effusionem spontaneãq; seminis violatur locus, sitq; celebrãdis sacris ineptus, quousque reconcilietur. Quapropter eiusmodi effusio sacrilegium est, quod genere suo est mortale. Nomine autem loci sacri intelligit̃ corpus ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ: nam in cimiterijs, & in cameris ecclesiæ adhærentibus & in campanilis nulla est violatio. ¶ Hanc autem conclusionẽ Ricardus distin. præsenti artic. 3. q. 1. sic moderatur, q̃ sit intelligenda quando coniuges diuturnã moram non trahunt in ecclesia: nam si diu ibidem commorentur violẽter reclusi, videtur, inquit, tunc licitum esse eis in illo loco exigere & reddere: quia non est ponendus, ait, laqueus animabus propter immundiciem loci. Attamen profectò si propter debitum cõiugale violatur ecclesia, vt est fatendũ, nescio quo modo rõne diuturnę habitationis excusset talis cõcubitus à peccato mortali. Alia ergo fortasse erit aptior moderatio, q̃ quando talis cõcubitus est sic occultus, vt in publicũ venire non posit, tunc fortè non est coniugibus peccatum mortale. Nam vt distin. 13. q. 2. arti. 3. scripsimus, nisi de violatione legitimè constiterit, non est à celebratione abstinendum. Ob idq; iniuria nõ est adeò atrox censenda. Si tamen concubitus ille sit publicus, ad quod sufficit, vt coniuges in eodem toro publicè accubent, profectò non excusarent à mortali, etiam qui redderet, postq̃ neuter illic habet ius petendi. Quocirca nulla de causa admittendi sunt coniuges intra corpus ecclesiæ in eodem lecto cubare, nisi in turri, vel in adiacẽtibus cameris, vt prædictum est. Si tamen vi tenerẽtur iunctim, vis fortasse eos à mortali culpa excusaret: nam esset tẽtatio maior, quàm vt superari posset.

In loco sacro. *Tertia conclusio.* *Locus sacer quis.*

¶ In calce deniq; memorandum, q̃ non qui nouburcunq; anni temporibus nuptias solennit̃ ter celebrare fas est, sed aliqua sunt excepta. Enimuerò, quando nouæ traducuntur sponsæ, tunc cõiugum animi vehementi voluptate tenentur: cognatiq; & necessarij immodica lætitia dissolui consueuerunt: & ideo temporibus illis, quæ sunt ad vacãdum spiritualibus dedicata, nuptiarum celebratio interdicitur: nempe, ab aduẽtu Domini vsq; ad Epiphaniam propter cõmunionem, quæ in more erat antiquitus sub natale Domini, fieri. Et à septuagesima vsque ad octauas Paschæ causa cõmunionis paschalis. Et à triduo ante Ascensionem vsq; ad octauas Pẽtecostes: nam & tunc sacra communio erat consueta, vt in cõcilio Ilerdensi statutum est can. Non oportet, & per Nicolaum, can. Nec vxorem. 33. q. 4. Nam etsi illic tres hebdomadæ ante festum natalis beati Ioannis Baptistę fuerint designatæ, illud est, quia in illud tempus plurimùm solet festũ Pentecostes incidere: quare maioris claritatis gratia, Clemens. 5. aliàs Cœlesti-

Cap. Capellanus. de feriis. Cœlestinus. ca. Capellanus, de ferijs, expressit tempus à rogationibus vsq; in festum trinitatis. ¶ Super hæc tamen tẽpora, vt in illis nuptiæ solenniter celebrẽtur, quòd Papa dispensare posit, nemo ambigere potest, cùm sit de iure positiuo. An verò episcop⁹ id possit, dubitatur, proprerea, quòd canones illi, Nec vxorem, & Capellanus, à pontificibus magnis emanarunt. At verò quia episcopus in sua Diœcesi quãtum ad hoc id quod Pontifex in toto orbe, nisi ab eodem Pontifice impediatur, facere potest, non est negãdum, quin si aliqua vrgens causa ingruerit, vt si aliquem pauperem puellam dotare noluerit, nisi illico nuptias cum aliquo solenniter cõsummet, vel alia vrgẽtior, ẽpus valeat dispensare, vt sponsi in ecclesia inter sacra velẽtur. Dum modò nec populus adsit frequẽs, nec aliæ consuetæ solennitates interueniant.

Episcopus.

DISTINCTIO trigesima tertia, De polygamia & repudio.

Textus. Capit. j.

AT quoniã de mutua fide loqmur, quę in vicario reddendo debito cõiuges sibi inuicẽ debent, operæ precium est de polygamia sermonem interserere, quæ apud antiquos patres in more fuisse legitur, an fuerit licita, deq̃ libello repudij, quod matrimonij perpetuitati obstare videtur. Procul dubio tamen numerositas illa vxorum licita fuisse creditur, neq̃ alio quàm honesto fine introducta. Fuerat quidem primæuum syncerum q̃ matrimonij fœdus non nisi in coniunctione vnius cum vna institutũ: vnam quippe vxorem de vna Adæ costa, non duas de duabus, Deus condidit, quæ esset ei socia. Cuius ideo diuino spiritu plenus ait, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Et erunt duo in carne vna. Id quod ad pacificum tranquillum q̃ conuictum domus maximè congruit. Quapropter Lamech, qui ante diluuium duas legitur sibi adsciuisse vxores, non tam iure, quàm libidine allectus id fecisse censetur. Attamen cùm Dominus ex vastissima gentilitate vnum Abraham segregauerit, cuius soboles, perexiguus populus, vnũ verum Deum coleret, ratione optima per internum spiritum patres illos docuit polygamiã cis ad propagandum eundem populum & cultum licere. Tametsi Abrahã ad Agar vxoris ancillam altiori mysterio fuerit ingressus, quod Paulus ad Galat. enarrauit. Quocirca de Iacob Aug. lib. 16. de ciuita. Dei. Ob id, inquit, plures accepit vxores: quoniam eo tempore multiplicandæ posteritatis causa plures vxores accipere, lex nulla prohibebat. Et contra Faustũ, qui negabat vnquã polygamiã licuisse, ac proinde aiebat Iacob quatuor habuisse scorta, lib. 22. Obijciuntur, inquit, Iacob pro ingenti crimine quatuor vxores. At quãdo mos erat, crimen nõ erat. Et nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Si naturam

Genesis. 4. *Capi. 4.* *Capi. 38.* *Capit. 47. & 49.*

Genesis.

Universidad de Deusto Biblioteca

turam consulas, non lasciuiendi, sed gignẽdi causa illis mulieribus vtebatur. Si morem, illo tempore atq; in illis terris hoc factitabatur: Si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc verò cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia & moribus & legibus hoc non licet. Et libro, De bono coniugali. Tunc patres plures vxores inculpabiliter ducebant. Sicut enim sapiens & iustus, qui iam concupiscit dissolui & esse cum Christo, & hoc optimo magis delectatur, non iam hic viuendi cupiditate, sed cõsulendi officio sumit alimentum, vt maneat in carne, quod necessarium est propter alios: sic misceri fœminis iure nuptiarũ tunc officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum. Et infra. Sicut non est impar meritum patiẽtiæ in Petro, qui passus est, & in Ioanne, qui passus nõ est: sic nõ est impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios genuit. Nam illius cœlibat⁹, & istius connubium pro temporum distributione Christo militauerunt: sed continentiã Ioãnes in opere, Abraham in solo habebat habitu. Melior est autẽ castitas cœlibũ, quàm nuptiarum: quarũ vnam Abrahã habebat in vsu, ambas in habitu.

Capi.15.

Capit.21.

Cap. ij. ¶Veruntamen quanquam vnũ virum pluribus vxoribus commiscери non sic natura vetet, quin bona causa fieri Deus permiserit, tamen eandem fœminam pluribus nubere viris vsq; adeò abhorret, vt nulla de causa fuerit vnquam licitum. Vnde August. eod. lib. de bono cõiuga. Occulta, inquit, lege naturæ amant singularitatem quæ principantur: subiecta verò non solùm singula singulis, sed si ratio naturalis vel socialis admittit, etiam plura vni non sine decore subdũtur. Neque enim sic habet vnus seru⁹ plures dominos, quomodo plures seruí vnum dominũ. Ita duobus seu pluribus maritis viuis nullam legimus seruisse sanctarum, plures autem fœminas vni viro legimus cõiunctas cùm gentis illius societas sinebat, & tẽporis ratio suadebat. Neque enim contra naturam nuptiarum est. Plures enim fœminæ ab vno viro fœtari possunt, vna verò à pluribus non potest. Hæc est principiorum vis, vt plures fœminæ vni viro sint, sicut multæ animæ vni Deo rectè subdũtur. Ideo q; non est verus Deus animarum nisi vnus: vna verò anima per multos falsos deos fornicari potest, nõ fœcundari.

Capi.

¶Vbi autem, vt ait Pau. venit plenitudo temporis, quo Christi gratia est per vniuersum orbẽ effusa, reducta est lex nuptiarũ ad priorem honestiorem q; institutionẽ, vt aliud nullum probetur coniugiũ, quàm vnius cũ vna. Habet enim iam inde sacramenti rationem, quod de latere Christi emanauit, atq; adeò oportet,

oportet, vt significationem indiuiduæ desponsationis eius cum ecclesia integram seruet. Quapropter super hoc nulla ecclesiæ dispensatio locũ habet, vt sub titulo de spõsa duorum decretum est. Nam, vt Innocentius in quodam capi. de diuortijs arguit, si dimissã vxore fornicationis gratia non licet dimittẽti citra mœchiæ crimẽ (vt Christus admonuit) aliam ducere, longè quidem id minus alia retenta fas erit.

Cap. Gaude mus.

Cap. iiij. ¶Quod autem ad libellũ repudij attinet, Ad duriciam, inquit Iudæis Christus, cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere vxores vestras: ad legem nimirùm alludens, quæ in Deuteronomio de hac re scripta erat. Eam autẽ legem, licèt non desint qui sic interpretẽtur, vt facultas illic fuerit concessa licitè repudiandi vxores, tamen & redemptoris verbis & rationi ex natura matrimonij profectæ lõgè est magis consentaneum, legẽ illam nulli fecisse facultatem rei minùs bonæ, sed licentiam indulsisse rei minùs malæ: nempe, vt impunè id fieri sineretur ad cauẽdum vxoricidiũ, sicut nunc per meretricium cauetur adulterium. Adeò enim est perpetuitas matrimonio suapte natura innata, vt nisi religionis gratia nũquam fuerit dissolubile. Sed ne duricies cordis eorũ peiora machinaretur, minus incommodum viris illis indultũ est. Fœminis verò, quibus nefandissimũ crimen esset virorum necem intentare, nequaquã permissum fuit illos repudiare. Id quod & aliud indiciũ est viris nõ tanquã licitum fuisse permissum. Vnde lib. contra Faustum. 19. Aug. Non, inquit, ait lex, Qui voluerit dimittat vxorem, sed quia nolebat dimitti vxorem à viro, hanc interposuit moram, vt in dissidiũ animus præceps, libelli conscriptione refractus absisteret, & quid mali esset vxorẽ dimittere, cogitaret. Et ideo ad Scribas, huiusmodi dissidij dissuasores lex mittere voluit eum, quem iussit libellum repudij dare. Neq; enim nisi ab ipsis Scribis libellus scribi poterat. Hæc ille. Lex autem euangelica synceritatis matrimonij custos nullum repudiũ, sed solùm quoad torum diuortium, idque duntaxat fornicationis causa permittit.

Capi.24.

Capit.26.

DISTINCTIONIS trigesimæ tertiæ, Quæstio prima, De vxoribus pluribus vnius viri.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm habere plures vxores sit iuri naturæ contrarium.

AD hanc secundã principalium partem, qua de nexu & vsu matrimonij disputat, rimari tandẽ attinet, an liceat licueritue, & quo iure licuerit plures habere vxores, & per repudium coniuges separari. Quæquidem duo distinctio præsens trigesima tertia, nobis suggerit disputãda, duabus proinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

proinde contenta quæstionibus: vna scilicet de pluribus vxoribus, atq; altera de libello repudij. Nam tertia, de virginitate, & quarta de cõcubinatu seu fornicatione, quas hic Magister senten. cõmiscuit, longè sunt à re præsenti peregrinæ: pertinẽt enim ad materiã castitatis, quæ species est tẽperantiæ. De quibus ideo D. Tho. 2.2. q. 152. & subsequẽtibus disputauit: quare hic prętereũdę nobis sunt. ¶ Quęritur ergo primò, vtrùm cum pluribus simul vxoribus vnum virum matrimonia coniungere sit cõtra ius naturæ. Et arguitur à parte negatiua. Illud est contrarium iuri naturæ, quod aduersatur fini, quem sibi natura in agendo præscripsit, vt nomẽ ipsum per se satis ostendit: habere aũt plures vxores nõ aduersatur fini, quem natura matrimonio contrahendo præscripsit: ergo non est cõtra ius naturæ. Probatur minor. Finis matrimonij potissimus est prolis generatio & educatio, vt. 8. Ethic. Philosophus autor est: huic autẽ fini nequaquam cõmercium cum pluribus vxoribus aduersatur: nam vt idem philosophus. 15. de animalibus ait, mas in generatiõe se gerit erga fœminã vt agens circa materiã, quæ patitur: neutiquam verò naturæ agẽtis repugnat in plures materias, suas simul exercere vires. Imò verò id generi multiplicando plurimùm cõducit: tum q̃ si vna fuerit inuisa, alia potest esse grata, & si vna sterilis, alia erit fœcunda: tum q̃ postq̃ vna concepit, poterit aliam ac subinde aliam fœcundare: nã quæ semel in vtero habet, raro alterum fœtũ concipit, & rarissimè absq; aborsu parit: & ideo experientia docet, quod qui pluribus vtuntur vxoribus, quemadmodũ Saraceni, vberrimè procreant. ¶ Secundò. Ius naturale est, quod natura omnia animantia docuit, vt. ff. de iure naturali genti. & ciuili habetur: sed natura cætera animantia non docuit, vt mas non nisi vna fœmellæ copuletur: ergo id ipsum si homo faciat, minimè naturali iuri officit. ¶ In contrarium est verbum illud Domini (primum instituentis matrimoniũ) ore Adæ prolatum, Erunt duo in carne vna.

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Probatio minoris.

Aristo.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶ Quæstio prælens duos potest exhibere sensus. Vnus est, vtrùm vxores plures vni commisceri viro sit modo aliquo iuri naturæ cõtrarium: hoc est, dissonũ & minùs congruẽs. Alter verò, vtrùm simpliciter sit contra ius: hoc est, contra præceptũ naturæ, ita vt citra dispensationem nequaquã id vnquam licuerit. Et quia prioris sensus pars affirmatiua nemini in dubium venit, sed de posteriori nõ nulla est opinionũ controuersia, duo de hac re distinguendi sunt articuli. Ad primum ergo tribus cõclusionibus iuxta tres matrimonij fines respondetur. Quidpiam enim esse contra ius naturæ per id quod naturale est, venit perpendendũ: naturale aũt est quicqd rei naturæ congruit, siue ratione generis, vt magneti, quatenus graui, cõuenit deorsum cadere, & homini inquantũ animali esus & potus, seu ratione speciei, vt magneti ferrum trahere, & homini ratiocinari. ¶ At quia deinde naturæ loquimur, nihil aliud q̃ operę precium fuerit distinctionẽ exponere inter inclinationẽ naturæ & instinctũ naturæ & legẽ, seu ius naturæ. Inclinatio enim cõis oibus rebus est siue cognoscentibus, siue cognitione carentibus: inclinatur quippe graue (vt ferrum) ad descensum, & leue (vt ignis) ad ascensum. Instinctus autem est eadem inclinatio in rebus cognoscentibus, sed tamen intellectus & rationis expertibus: instinctus namq; est impetus appetitus cognitionẽ sequentis. Lex autem ijs propriè competit, qui intellectu vigent, vt angelis & hominibus. Et ratio discriminis est, q̃ lex idem est quod regula, qua actiones diriguntur. Bruta verò cùm nõ cognoscant suarum actionum finem (hirundo enim non cognoscit quo fine nidum extruat) nequeunt actiones suas in finem dirigere, atque adeò nec eorum cognitio potest dici regula aut lex aut ius, sed instinctus appetitum instigans, quo à natura impellit ad cibum & potum, atq; ad alia, quibus animalia cõseruantur. Instinctus verò ille descendit ex lege Dei dirigentis res quascunq; in suos fines. In homine verò, quia cognoscit suarũ actionum naturalem finem, in quem eas dirigit, cognitio eius practica dicit & est lex, seu regula iusque naturæ. ¶ Est autem finis matrimonij triplex, sicuti & bonum eius trimũ. Primarius quidẽ est prolis generatio & educatio, qui homini conuenit ex natura generis: nempe, tanq̃ vni ex animalibus, quæ natura in hoc officiũ cõmistionem docuit maris & fœminæ, vt. 8. Ethic. autor est philosophus, & loco superiõ citato. ff. refertur. Et bonum, quod huic fini rñdet, est proles. Alius est secũdarius, vt idem ibidẽ ait Philosophus, qui est vicaria cõcatio actionum & officiorum, quæ sunt, tum in officiũ generãdi, tum totĩ transigendæ vitæ humanæ necessaria. Et bonũ huic fini aptum est fides, qua inter se cõiuges inuicem obstringuntur. Sed tertius finis congruit matrimonio quatenus sacramento:

Contra ius naturæ.

Nota distinctionem.

Inclinatio naturæ.

Instinctus.

Lex iuris naturæ.

Finis matrimonij triplex.

Primus.

Secundus.

Tertius.

mento: qui est significare coniunctionẽ Christi & ecclesiæ: nempe, assumptionem humanitatis, cuius partes nunq̃ dimisit: qua vtiq; ratione sacramentum matrimonij est indissolubile vinculum. Et huic fini adnexum est bonum sacramenti. Matrimonium ergo cõuenit homini propter primum finem, quatenus animali & propter secundum in quantũ homini: putà, vt est animal politicũ, & propter tertium qua ratione Christianus est.

Prima conclusio.

¶ His prehabitis sit prima conclusio. Coniugia vnius viri simul cum vxoribus pluribus non sunt contra ius naturæ primarium: hoc est, contra primum finem matrimonij. Conclusionem hanc argumẽta superiùs obiecta satis comprobant. Itaq; finis ille per cõgemi natas vxores neq; tollitur, neque impeditur: nam pot vir vnus ex pluribus vxoribus proles suscipere, susceptasq; alere & educare, & vnaquæq; vxorum suorum liberorum propriam gerere curam. ¶ Secunda conclusio. Vxorum multitudo quodammodo est contra secundum finem matrimonij, quodãmodo verò non. Valde, inquam, illum impedit, sed nõ prorsus tollit. Probatur prior pars primùm, quia pluribus simul debitum exigentibus nõ posset vir illud omnibus simul persoluere: imò cùm actus ille viri vires debilitet, & sæpè exhauriat, postq̃ vni vxori satisfecisset, non euaderet satis potens, vt posset reliquis morem gerere: quare nullì valeret satis ad votum facere. Atq; adeò (quod nouũ est argumentũ) matrimonium frustraretur alia sua virtute, quæ est esse remedium contra cõcupiscentiam, vt per licitum vsum sedet. Potissimùm si vnam præ altera diligeret, illa despecta ceu viro orbata viueret. Secũdò, quia pax nõ posset inter illas vxores constare: nã omnes zelotypia vrerentur, & inuidia contabescerent: neq; vna posset alterius filium videre: quocirca nouercæ hac de re malè audiunt erga priuignos. His ergo de causis rixis & litibus domum implerent: nam de figulis, ait illic Philosophus, q̃ quia eandem artem exercent, sæpenumero corrixantur. Documento nobis de hac re quodãmodo fuêre tum sanctissima Sara Gen. 21. quę Agar ferre domi nequit, sed eã cũ suo Ismaele domo pepulit: tũ etiã & Rachel, quæ, vt legit Gen. 30. inuidens sorori suæ liberos famulam marito suppositit, quæ pro se pareret. Posterior nihilominus cõclusionis pars veritatẽ suã retinet, q̃n vxores plures, si modò honestæ sint & probę, p̃nt vni viro cohabitare, vt patriarcharum exẽplis citatis atq; alijs compertũ est. Et q̃uis non tanta probitate vigeant, licèt ægrè, vtcunq; tũ possunt conuiuere. ¶ Tertia conclusio. Commistio vnius viri cum vxoribus pluribus apertè aduersatur tertio fini matrimonij: scilicet, sacramentali significationi, ita vt illum non modò impediat, verum & prorsus tollat. Nam connubiũ Christi cum ecclesia fuit vnius cum vna. Neq; obstat q̃ ecclesia ex pluribus constet fidelibus: quia ꝓpter vnam fidem & vnũ baptisma oẽs vna sponsa reputãtur, iuxta illud Cantico. 6. Vna est colũba mea, perfecta mea &c. & Paulus, Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Præsertim q̃ Christus vnicam naturam sibi vniuit, quam vnionem matrimonium Christianorum repræsentat, atq; adeò eandem significationem desponsatio vnius cum pluribus prorsus tollit.

Secundaconclusio.

Ratio prior partis.

Tertia conclusio.

obiectio.

Dilutio.

¶ Primum igitur argumentum ex superioribus restat solutum. Probat nanq; primã cõclusionem, quam nos concedimus, nihil tamen contra secundam aut tertiam. ¶ Secundum verò plusculũ roboris habet, per distinctionem tũ diluitur. Ius si quidẽ naturæ trifariam vsurpatur. Vno enim modo ius naturæ accipitur, vt natura, quæ ex necessitate operatur, condistinguatur contra rõnalem appetitum, quæ operatur liberè. Quo pacto illud, quod propriè competit homini, inquantum est homo, licèt ex naturali dictamine ei cõueniat (veluti esse politicum) non tũ dicit de iure naturę, sed id tantũ, quod illi cum reliquis animãtibus est cõmune, vt concubitus maris & fœminę. Quare hoc modo nefandũ crimẽ dicitur & est cõtra ius naturæ. Et hoc pacto concedimus, societatem vnius viri cum pluribus vxoribus nõ esse cõtra ius naturæ, quippe quod natura generis animaliũ non vetat. Secundo verò modo sumitur ius naturę pro eo, quod ex principio naturæ vnicuiq; speciei tanq̃ ei congruẽs inditum est. Et hoc modo multitudo vxorum est homini cõtra ius naturæ: nam est contra modum, quẽ natura speciei hominis præscripsit, propterea quòd fecit eum aĩal ciuile, atq; adeò debet vxori fidẽm seruare, & in pace familiã regere. Vnde & quibusdã alijs aĩalibus, in quibus adeducationem proliũ maior cõuictus exigitur, similem natura instinctũ impressit, vt perdicibus & turturibus, in quibus vnus vni associatur. Rursus quia Deus est principiũ supremũ totius naturæ, id etiam quod homini à Deo in euangelio præceptum est, appellauit quoq;

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽtũ naturæ trifariam vsurpatur.

Secũdus modus.

Tertius modus.

Nõ secũda.

Exempla.

Posterior pars.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isidorusius naturæ, dicens, Ius naturale est
Can. 1. d. 1. quod in lege & in euangelio continetur, veluti refluxus maris, qui ex constellatione cælesti ei imprimitur, dicit ei naturalis. Et hoc modo singulariter Christianis contra ius naturæ est plures vni vxores nubere: vtpote quorum matrimonium est sacramentũ, coniunctionem Christi & ecclesiæ demõstrans.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm plures simul habere vxores aliquando licuerit.

AD maiorem explicationem superioris articuli quæritur, vtrùm connubia cum pluribus simul vxoribus fuerint aliquãdo licita. Et arguitur à parte negatiua. Ius naturale, vt 5. Ethico. meminit Aristoteles, semper & vbiq; eandẽ habet potentiã: sed vxorum multitudo, vt secunda cõclusiõe superioris articuli assertum est, aduersatur iuri naturali: nempe, naturali fini matrimonij: ergo nunq; fuit licita. ¶ Secũdò, quia si aliqũ licuit, vel id propter dispensationẽ acciderat, vel quia per se erat licitum: si secundo modo: ergo & nũc liceret, quod est falsum: quod autem non licuerit per dispensationẽ patet: nã cùm Deus, vt Aug. ait, sit naturæ cõditor, nil cõtra rationes facit, quas naturæ inserit: cùm aũt naturæ humanæ ad fidẽ & pacem seruãdam inseuerit, vt non sit nisi vna vnius viri, nunquã credẽdus est super hoc dispensasse. ¶ Tertiò arguitur. Si id duntaxat per dispẽsationem licuisset, nullis fuisset licitum, nisi illis præcisè, cum quibus fuisset dispensatũ: dispensatio aũt hmõi nullibi in veteri testamẽto legitur, sed oẽs indiscriminatim illi patres cum pluribus vxoribus matrimonia consecerabant: ergo non per dispensationẽ id faciebant. Præsertim q̃ si ratio illa dispensandi vera erat: nempe, ad multiplicandũ diuinum cultũ: cùm eadẽ modò permaneat ratio, licita etiã nũc eadẽ esset dispẽsatio: quod est falsum. ¶ Quartò arguitur. Id quod præstantius est, non debet ei postha beri quod nunus bonum est: sed fides, quæ seruanda est in matrimonio, & significatio desponsatiõis Christi cum ecclesia præstantiora bona sunt q̃ proles: ergo propter multiplicãdas proles nõ debuit dispensari contra fidem & contra significationem sacramenti, quæ consistit in vnitate vnius cũ vna: nunq; ergo talis facta fuit dispensatio. Et cùm ius naturale iã vetuerit, colligitur q̃ non per fas, sed per nefas id faciebant. ¶ In contrariũ tamẽ est, q̃ Deute. 21. de consortio vnius viri cum pluribus vxoribus fit mentio non ceu de re illicita & prohibita, sed certè tanq̃ de re licita. Si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam & alterã odiosam, & filius odiosæ fuerit primogenitus, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, eumque filio odiosæ præferre.

Partinegatiuæ argumẽtum primum. *Secundũ argumentũ.* *Tertium argumentũ.* *Quartũ argumẽtum.*

¶ Quæstio præsens duas virtute continet, vnam explicitè, an videlicet aliqũ licuerit plures habere vxores, alteráq; implicitè, vtrum id solùm per dispensationẽ, an verò per se fuerit licitũ. Et primũ omniũ vt rerum historia oculis supponatur, primus, qui duas sibi acersiuit vxores, vt Gen. 4. legitur, & nos supra distin. 27. meminimus, fuit Lamech ex linea Cain: nẽpe, septimꝰ ab illo, veluti Enoch vir iustissimus, qui ambulauit cũ Deo, septimus fuit à Seth. In duobus eũ in illis fratribus Seth & Cain biuium diuisum fuit duarũ ciuitatũ, Dei scilicet & diaboli. Quocirca factũ illud Lamech nõ est idoneum documentum, quod licitũ fuerit vni viro plures simul ducere vxores: nam libidine potiùs credendus est id fecisse q̃ iure. Id quod Nicolaus Papa can. An non. 24. q. 3. insinuauit. Neq; verò concubitus inebriati Loth cum duabus filiabꝰ Genesis. 19. cẽsendus est matrimonij vsus, sed incestus. Sed prima, quæ licita creditur, bigamia fuit Abrahæ, qui postq̃ cũ Sara contraxerat, vt legitur Gen. 16. eius precatu ad ancillã ingressus est. Cuius subinde exẽplo Iacob duas primũ sorores Lyam & Rachelẽ, singulasque deinde earũ ancillas, vt Gen. 30. refert, sibi cõiunxit. Quod quidẽ exẽplũ ad propagandũ vt fertur, Dei populum postea multi patres sunt imitati. ¶ Ad quæstionẽ ergo quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Polygamia: hoc est, cõnubia pluriũ simul vxorum, cum vno viro ante legẽ euangelicã licita fuit, non solùm sub lege Moysi, verùm & ante illam scriptã legẽ, quam quidem Abrahã quadringentis annis, & Iacob trecentis antecesserunt. Conclusionẽ hanc non desunt qui negent, vt Abulensis super Matth. c. 19. q. 34. refert, dicentes, q̃ Deus permisit vxores plures nõ tanq̃ rem licitã, sed vt impunè fieret, sicuti illi genti permisit ab extraneis vsuras suscipere & nũc permittit meretriciũ ad euitanda maiora mala. Sed hęc opinio vno ferè doctorum cõsensu meritò repudiatur. Probat ergo nra conclusio. Adulteriũ semper fuit cognitum vt graue pctm: Abrahã ergo, quẽ Deus vt iustis-

Pars affirmatiua. *Declaratio culo.* *Lamech primus habuit vxores vsu est.* *Congressus Loth cum filiabus.* *Primaria bigamia.* *Primus ex classis.* *Opinio fundata.* *Ratio obiectionis.*

vt iustissimũ ex toto orbe selegit cũ quo fœdus iniret vẽturi Messiæ, fas non est credere eiusmodi commisisse scelus, sed iure ad Agar fuisse ingressum. Latuit autẽ in hac Abrahæ bigamia singulare inter alios patres mysteriũ: nõ eũ causa solùm plantandi populi Dei, vt reliqui, duas habuit mulieres. Imò Ismahelitæ ab Agar descendẽtes non prorsus ad illũ Dei populũ attinebãt. Sed causa fuit potissima, quã Pau. ad Gala. 4. enarrat, vt in duobꝰ filijs vno de ancilla & altero de libera vetus & nouũ testamẽta designarent. Quare nato Isaac, Ismahel cũ matre sua iussu Dei expulsus fuit domo, Gen. 21. ad significãdum legẽ veterem, postq̃ impleta fuit, explosam tanq̃ ancillã, & euangelicã tanq̃ liberã approbatã. Vnde cum Agar in perpetuo vsu cõiugij nõ permãserit, nõ defuerũt qui Abrahæ crimen fornicatiõis cũ illa obijcerẽt, neutiq̃ admittẽtes fuisse eius cõiugem, vt Aug. lib. 2. cõtra aduersariũ legis ca. 9. refert. Neq; verò illic diuꝰ pater aliter ipsum ab adulterio vendicat, q̃ q̃ nõ lubrico libidinis amauit ancillã, sed de vxoris cõsensu & rogatu. Vbi de matrimonio nihil meminit. Et Ambro. lib. de patriarchis, quod Gratianus can. Dixit Sara. 32. q. 4. refert, vt illud appellasse adulteriũ. Ait enim, q̃ q̃ũ Abraham ancillã cognouit, nondũ adulteriũ interdictũ videbat: quia fuit ante legem Moysi. Quasi diceret ob id fuisse Abrahã ab adulterio immunẽ: quod nondũ fuerat vetitum: rursum quia nõ ardore libidinis succensus, sed studiò quærendæ posteritatis ancillæ cõtubernio coniugalẽ posthabuit torũ. Vbi contuberniũ ancillæ minimè censere vt cõiugalẽ torum. ¶ At verò sancti isti interpretes Abrahã ab adulterio in primis excipiunt, ab omniq; culpa liberãt. Dicendũ ergo, q̃ id fecerit inspiratiõe Dei affulsus. Sed posset fortè vno modo opinari, q̃ inspiratio nõ fuerit, vt vero mrimonio Abrahã secũ ancillã copularet, sed q̃ Deus, nõ quidem super adulteriũ dispẽsando, quia nõ est dispẽsabile, verũ tanq̃ dñs totius humani gñis illã mulierẽ Abrahæ iure fœcundandã tradiderit, vt verbum illud Oseæ sonare vt, de quo inferiꝰ redibit sermo, Sume tibi vxorem fornicariã, & fac tibi filios fornicatiõis. Quapropter tanq̃ nõ vera vxor postea diuino iussu eiecta est. Attamẽ nõ oq̃ fuit vera vxor, sicuti & Oseas credẽdus fortè est cũ fornicaria legitimũ inisse coniugiũ. Veruntamẽ quia Agar nõ fuit Abrahæ coniugata nisi per occasionẽ, vt à Sara substituta, vt germẽ vice illius ederet, & postea rõne mysterij erat mãdato Dei abijcienda, sẽtij patres nõ appellãt illud ita planè coniugiũ. Præsertim q̃ cùm finis mrimonij, vt diximus, duplex sit, vnus gñatio, atq; alter cõicatio in officijs domesticis, ad hũc secundũ nõ fuit oino in locũ cõiugis admissa, vt ea familiaritate & honore tractaretur vt Sara, sed semper habebãt tanq̃ ancilla, & Sara tanq̃ domina. Atq; eam ob causam Iudęi conceptionẽ illã Ismahelis fornicationẽ censebãt: id eũ insinuabãt dicẽtes, Nos ex fornicatiõe non sumus nati. Vnũ patrẽ habemꝰ Deũ. Quasi dicerẽt, Non sumus Ismahelitæ ab ancilla descẽdentes, sed liberi à Sara, cui Deus sobolem fuerat pollicitus. Vnde & Leo papa can. Non oĩs. 32. q. 2. vbi ait, q̃ nõ oĩs mulier viro cõiũcta est vxor viri, adducit exemplum de Sara & Agar. Et idẽ est de Iacob & suis duabꝰ ancillis: nã cum ancillis lege nequeũt mrimonia iniri, nisi fiãt liberæ. Atque hoc pacto Gen. 25. duæ vxores Abrahæ: nẽpe, Agar & Cethura eius cõcubinæ appellant. ¶ Hinc fit (ne rursum ad hoc reuertamur, quod doctores hic de cõcubinis & de fornicatiõe nõ satis ad ppositũ disputãt) q̃ nunq̃ fuit licitũ habere cõcubinã: nã fornicatio, quia legitimo fini gñationis opponit, adeò est cõtra ius naturę, vt nulla dispẽsatiõe fieri possit licita. Eũ uero nisi insolubili vinculo (quale est mrimoniũ) parẽtes copulent, nequit cõmodè educari proles. Quapropter sicubi inter gẽtes fornicatio simplex tanq̃ licita permittebat, id ex obfuscatione luminis naturalis ꝓcedebat. Hac eũ de causa Iudæi scandalũ accipiebãt, q̃ de gentilibus cõuersi ceu licita vtebant fornicatiõe, quã ideo apli, vt legit Actuũ. 15. eis interdixerũt. Igitur vbicũq; in sacra scriptura aliqui leguntur habuisse cõcubinas, vt Salomon atq; alij, vel culpandi sunt tanq̃ fornicarij, veluti Iudas cũ Thamar vel si excusentur, noĩe concubinarũ intelligẽdę sunt mulieres, quæ cũ viris insolubili coniunctiõe erãt cõiugatæ quoad fidẽ tori ceu vxores, sed tanq̃ ad secundũ finẽ mrimonij, quia erat æqua societas maritalis nõ recipiebant, vt legitimę vxores. Vnde inter ethnicos mos erat, vt licet pater familias pluribus vxorum noĩe vteret fœminis, non tn nisi vnicã haberet, quæ esset mater familias, quæ vt Gellius lib. 18. c. 6. autor est, non in mrimoniũ tn, sed in familiã mariti & in sui hæredis locũ veniret, esset q; familiæ administratrix, & quæ in mariti manu & mãcipio esset. Accipiebat eũ per illã ceremoniã, vt dextris cõtactis vir diceret,

Mysteriũ bigamiæ Abrahæ. *Pau. ad Galat. 4.* *Gen. 21.* *Ambros.* *Agar vera vxor Abrahæ.* *Nota.* *Duplex matrimonij finis.* *Ioan. 8.* *Leo Papa.* *Fornicatio nunq̃ licita.* *Nota.* *Concubinæ in sacra scriptura.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceret, Tu mihi mater familias esto. Quocirca Iurisconsultus l. Pronunciarũ. ff. de verb. signi. Matrẽ familias, inquit, accipere debemus eã, quæ nõ inhonestè vixit. ¶ Oseã verò, cui Deus iussit fornicariã mulierẽ accipere D. Th. 2. 2. q. 154. art. 2. à crimine excusat, eo q̃ id volũtate Dei fecerit. Et intelligit, vt supra dixim⁹, q̃ Deus tanq̃ dñs illius mulieris tradidit eã illi citra mrimoniũ fœcundandã. Quãuis Aug. & Gregor. & alibi S. Tho. molliùs rẽ exponẽtes aiunt, verũ cũ illa mrimoniũ cõtraxisse. Et vt sermonẽ de Abraham cõcludamus, Deus ad euitãdũ iurgiũ inter ancillã & liberã, & Ismahelẽ & Isaac, & potissimũ rõne mysterij abolitiõis veteris testamẽti iussit Agar cũ filio domo ꝓpelli, quasi dispẽsans super perpetuitatẽ mrimonij. ¶ Ad rẽ igitur vt redeam⁹, nemo de sẽtis patrib⁹ ambigit, quin iure optimo ad ꝓpagandũ Dei populũ & cultũ pluribus fuerint vxoribus vsi. De iure aũt, quo hmõi mrimonia defendunt, nonnihil est cõtrouersiæ. Sũt etẽ qui arbitrent nulla opus tũc fuisse dispẽsatiõe, sed per se cõtubernũ pluriũ vxorũ fuisse licitũ. Quã vtiq; opinionẽ nihil hæsitantes tuent Durãd. d. pñti. q. 1. & Abulẽsis super eod. c. 19. Matth. q. 30. & leq. vsq; ad. 34. Et extãt re vera argumẽta nõ pauca, neq; verò infirma, quib⁹ opinio hæc, & si videat peregrina, fulciãt. Primũ est hoc. Vxorũ multitudo, vt præcedẽti art. cõstituimus, nullatenꝰ primo fini mrimonij obstat, neq; verò sic aduersãt secũdo, vt illũ tollat, sed quodã modo impedit: nihil em ꝓpagãdis educãdisq; liberis obuiat, sed quietã pacẽ domus modo quodã perturbat: illa verò, quæ sunt de iure naturæ tanq̃ prima principia, secũ adferunt naturale præceptũ, vt, Id nõ facias alijs quod tibi fieri nõ vis: atq; adeò illa, quæ sic primis principijs sunt propinqua, vt quędã eorundẽ expositiões reputent: veluti pręcepta decalogi. Attamẽ alia, quę in isto ordine nõ collocant, sed longiùs deriuant ex eisdẽ primis principijs, nõ videnꝭ vim obtinere pręcepti quousque cõsuetudo vel lex aliqua diuina vel humana illud sanciuerit: iuxta verbũ illud Ciceronianũ, Res à natura ꝓfectas & à cõsuetudine approbatas legũ virtus & religio sanxit: at verò ante legẽ euangelicã nulla inuenitur lex plures vxores ꝓhibens: ergo q̃q̃ aliquo modo esset paci cõseruandę dissonũ, nulla tũ erat præceptoria ꝓhibitio, quæ dispẽsatione indigeret, sed sola cõsuetudo gẽtibus approbata ꝓ rõne & necessitate temporũ & indigẽtia ꝓpagandi humani gẽris potuit illud licitũ facere. Hanc rationẽ videnꝭ satis validè cõfirmare verba, quę in textu ex Augustino citauimus: videlicet, q̃ tunc plures vxores accipere nulla lex vetabat. Et cõtra Faustũ lib. 22. c. 49. (id quod Gratianus. 32. q. 4. can. Obiiciunt, sub noĩe Ambrosij citat) Obijciunt, inquit, Iacob quatuor vxores, quod, quia tunc mos erat, crimẽ nõ erat. Et rursus, Quod pluribus fœminis vtebant, nec cõtra naturã hoc faciebãt, cùm nõ lasciuiẽdi causa, sed gignẽdi hoc facerẽt: nec cõtra morẽ: quia eo tẽpore ea fiebant: nec contra præceptũ: quia nulla lege erat ꝓhibitũ: si ergo nulla lege erat ꝓhibitũ, nulla exigebat dispẽsatio. Non ergo dispẽsationi sed mori tribuit fuisse licitũ. ¶ Deinde arguit, Abrahã non vr̃ ad Agar ingressus nisi precibus vxoris victus, quod re vera Sara nõ fuisset precata, nisi quia licitũ per se illud censebat: nõ ergo ob dispensationẽ illã sibi secũdam adhibuit vxorẽ. Et idẽ apparet in polygamia Iacob: nã postq̃ deceptus accessit ad Lyam, postmodũ despõsauit sibi Rachelẽ, & earũ rogatu adhibuit toro cõiugali earundẽ ancillas. ¶ Deinde arguit q̃ nulla interfuerit dispẽsatio, sed solus mos lege naturæ seruat⁹: nã Labam, qui erat merus gẽtilis, Iacob cum Lya cõiugato, vltro obtulit Rachelẽ in secundã vxorẽ, quẽ postea rogauit ne plures acciperet: quod certè non fecisset, nisi quia mos sub lege naturæ vigebat pluriũ vxorũ. ¶ Præterea arguit. Fidei, cui vxorũ numerositas derogare vr̃, eò q̃ vir oĩbus eã nequit ad nutum seruare, nulla fit iniuria qñ poſteriores adhibenꝭ de cõsensu priorum, vel de cõsuetudine nota & recepta: sed Abrahã non nisi ex consensu Saræ accepit Agar, neq; Iacob nisi ex cõsensu fororum vsus fuit ancillis, imõ neq; Lya credit ad eũ clam ingressa nisi de cõsensu Rachelis, quæ cõsulens pudori maioris natu illud admisit: ergo illa rõne plures accipere vxores ius naturæ nõ vetabat. ¶ Ac demũ arguit Durand. Perturbatio pacis per plures vxores nõ per se adnectit mrimonio, sed accidentariè ꝓpter praua mulierũ ingenia: si em ipsæ sint suopte ingenio pacificæ & mites, nulla fiet pacis cõturbatio: id aũt, quod accidentariũ est, nõ mutat rei naturã. Et sic concludunt isti autores vxores plures per se licere. ¶ Nihilominus statuitur secũda cõclusio. Nunq̃ fuit licitũ viro plures sibi simul adiungere vxores, nisi ex aliqua saltẽ interna inspiratiõe, quæ vim diuinæ dispẽsatiõis haberet. Declarat primò cõclusio. Cùm dispẽsatio super aliqua fieri debeat ꝓhibitione, sit vt qua lis est

August.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Secunda cõclusio.

Declaratio cõclusionis.

De Osea.

Patriarchæ

Opinio quo rundam.

Durandus. Abulensis.

Primum argumentũ ꝓ Abulensi.

Cicero.

lis est, ꝓhibitio, talis esse debeat dispensatio: sed ante legẽ euangelicã nulla fuit scripta lex aut extrinsecus posita, quæ plures simul haberi, ꝓhiberet vxores: quare non requirebat expressa extrinsec⁹ dispẽsatio: sed tũ illa ꝓhibitio erat intrinsec⁹ lumine naturali in mẽtibus hoĩm impressa, nisi vbi per naturæ corruptionẽ erat deleta. Probat, nã cùm plures vxores, vt supra probatũ est, pacẽ domus & tranquillitatẽ impediãt, & præsertim officiũ reddendi debitũ singulis, re vera natura ipsa multitudinẽ illã auersabatur, & respuebat, ac subinde lumẽ naturę, vbi purũ erat, id ipsum dissuadebat. Et secũdò id patet, nã procul dubio talis lex mẽti Adæ impressa fuit cũ videritex vnica costa vnicã sibi fuisse vxorẽ cõditam, nõ geminã: quare diuinitus affulsus dixit, Erũt duo in carne vna: cùm ergo in Abraham & Iacob lumen naturæ nõ fuerit obnubilatũ (vt erat in Lamech) nunq̃ plures sibi associassent vxores, nisi interna inspiratione aliqua diuina fuissent admoniti, vt sicut ꝓhibitio intrinseca erat, talis esset dispensatio. ¶ Hãc eandẽ cõclusionẽ asseruit Inn. 3. c. Gaudeu⁹, de diuortijs dicẽs, Nulli vnq̃ licuit insimul plures vxores habere, nisi cui fuit diuina reuelatiõe cõcessum: nõ dicit dispẽsatiõe extrinsec⁹ verbo facta, sed reuelatiõe intrinsec⁹ inspirata. ¶ Sed dubitat qb⁹ facta fuerit eiusmodi reuelatio. Rãdet, q̃ Abrahæ in primis, & fortè duob⁹ deinde alijs patribus filio eius & nepoti Isaac & Iacob. Vtrũ verò alijs. Scotus. d. pñti art. 1. rñdet, q̃ nõ nisi quibusdã eorũ successorib⁹: putà, illis, in quib⁹ permãsur⁹ erat cultus Dei, nã illa fuit reuelatiõis causa. Quare descẽdẽtes ab Ismahele & ab Esau nõ arbitrat Scotus dispensatiõe illa potuisse vti. Sed nihilominꝰ vero simili⁹ est cũ oĩb⁹ descẽdẽtibus ab Abrahã & cum oĩ gẽte illius legis Mosaycæ fuisse dispensatũ, neq; opus fuisse reuelatione in singulis, sed ea, quæ facta fuit Abrahæ in cõsuetudinẽ abijt, vt totus ppl'us ꝓ lege illã ducerer. Quãuis multi viri sẽti nolent illa vti, qa nõ tenebant. Quare Elcana & Ioachim tametsi vxores eẽnt sortiti steriles, & sobolis ꝓcreãdæ arderẽt desiderio, non tũ alias duxerũt fœcũdas. ¶ Lõgè tũ maior ambiguitas est, an cũ gẽtib⁹ fuerit dispẽsatũ. Nõ deliunt qui putẽt oĩbus infidelibus cuiuscũq; sortis fuisse polygamiã licitã. Sed ꝓfectò rõnẽ nõ video, nã iure naturæ nemini gentiũ licuit: dispẽsatio autẽ, cũ nõ fuerit facta nisi ad ꝓpagandũ ꝓplin circũcisionis, nõ est cur ad ethnicos ampliata credat. Et idẽ tenuit ante nos Paludan⁹. Quare nisi fortasse per ignorãtiã inuincibilẽ excusarenꝭ, illi præsertim, qui cõmerciũ cũ Iudæis habebãt, vt eorũ exẽplo adducerenꝭ, ꝓfectò crediderim nullis gentiũ fuisse vnq̃ licitã, neq; eorũ matrimonia fuisse solida. ¶ Et per hoc diluunꝭ argumẽta, quæ modò ꝓ Abulẽsi & Durãdo cõstruebamus. Ad primum enim respondet, quòd etsi commissio plurium vxorum cum vno viro non fuerit illo tunc seculo expressã lege & pręcepto extrinsecus interdicta: erat nihilominus per internam inspirationem sic verita, vt nisi pro diuersis cõditionibus personarũ ac temporum atq; aliarum circunstantiarũ fusset contrarium reuelatum, nõ esset legitima: nã illa quæ sunt in hoc gradu iuris naturæ possunt variatis humanis moribus variari. Attamẽ qm̃ nõ est facilè hmõi varietates agnoscere & definire, necesse est vt ipse qui legem intrinsecus inspirauit, eandẽ subinde mentẽ illuminet, qñ licear cõtra facere: & illa impræsentiarũ dr̃ dispẽsatio. Quare sola cõsuetudo nõ sufficeret culpam excusare. Et quis extrema forsan necessitas ꝓpagandi humanũ genus, vt illico dicturi sumus, ꝓ reuelatiõe sufficeret, tũ temporibus Abrahæ, Iacob & aliorum patriarcharũ ratio naturalis id nõ docebat, qa necessitas tũc nõ erat nisi ad ꝓpagandũ diuinũ populũ & cultũ sub illa peculiari lege supra naturã à Deo posita, ad quã ideo ꝓpagationẽ singularis eiusdẽ Dei inspiratio exigebat. ¶ Ad Augustinũ pariter rñdet, id solũ velle, q̃ vxorũ multitudo nõ erat tũc cõtra præceptũ scriptæ legis, sicut modò est in euãgelio, neq; cõtra naturã: quia id faciebãt ad propagandũ cultũ Dei: ex diuina tñ inspirõne, vnde exortus fuit mos, qui crimẽ excusauit. ¶ Ad aliud de Sara rñdet, q̃ fortè eidẽ facta fuit reuelatio, vt marito ingressum ad ancillã persuaderet, vel ambob⁹ forsan, q̃ de hac re se inuicẽ cõsuluisse credunt. ¶ Quod aũt Labam duas filias vni Iacob desponsauerit, vel fuit, quia Iacob ei dixit sibi esse licitũ, vel quia fortasse in lege naturę propter luminis naturalis tenebrositatẽ putabãt sibi licere. ¶ Aliud verò, q̃ prima vxore cõsentiente non fit iniuria fidei matrimonij, negat prorsus: quia per se matrimoniũ requirit illã libertatem, ne vir sit impeditus per vnã vxorẽ ad reddendum alteri, nisi ambo votũ castitatis emittant. Et pariter negatur aliud Durandi: nempe accidentariam esse perturbationẽ pacis mrimonijs pluriũ vxorũ propter corruptos mores vxorũ, imò per se ex natura rei

Rõ prima.

Rõ secũda.

Genesis 2.

Cap. Gaudeamus, de diuortijs.

Dubium.

Solutio antiqua.

Solutio primi argumẽti Abulẽsis.

Ad Aug.

Solutio secũdi argumẽti.

Solutio tertij argumẽti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multitudo ipsa mulierũ secũ adfert zelotypiã & iurgia, sed accidit, si sunt mãsuetæ, vt hmõi discordiæ nõ oborianť. ¶ Et quod in lege naturæ vxorũ numerositas non fuerit abiq; diuina inspiratione licita, præter q̃ argumentis factis confirmať alio potissimo: nã si id tunc licuisset, profectò liceret etiã modò infidelibus: quippe qui legibus peculiaribus euãgelicis nõ tenenť, vt bene ad hoc propositũ ait Inno. c. citato Gaudemus, citans illud Pauli, De ijs quæ foris sunt nihil ad nos: consequẽs tũ est falsum: nã aliãs si tam vir q̃ vxores conuerterenť ad fidẽ, nullũ earum matrimoniũ esset dirimendũ, quandoquidẽ in gentilitate fuissent legitimè contexta, quẽadmodũ non dirimunť eorũ matrimonia inter consanguineos: cuius contrariũ determinatũ est ab ecclesia eod. cap. Gaudemus. Neq; Abulẽsis se potest ab hoc argumento satis extricare: ait quippe, q̃ quia lege euãgelica illa iã sunt matrimonia plurium simul vxorũ prohibita, facta sunt inter infideles etiã inter ethnicos illicita. Sed re vera rñsio hæc nõ plene satisfacit: nã, vt ibidẽ bene ait Innoc. licẽt lex euangelica vniuersum orbẽ obliget, vt recipiať, tũ illi, qui eã non receperũt, minimè canonibus tenenť ecclesiasticis, neq; singularibus præceptis legis nr̃æ. Et ideo si lex naturalis plures vxores illis permitteret, non essent illis irrita propter legẽ euangelicã: sunt tũ irrita, quia dirimunť post earũ conuersionẽ, præterquã cum sola prima: sunt ergo iure naturæ nulla, atq; adeò nunq̃ nisi per peculiarẽ inspirationem fuerũt licita. Quòd si arguas. Pariter si Iudæi conuertanť ad fidẽ dirimunť eorũ matrimonia cũ pluribus vxoribus, & tñ erãt eis licita: Rñdetur, non fuisse eis licita, nisi per dispensationem, quæ vtiq; dispensatio iam per Christũ abrogata est. Cum gẽtilibus autẽ, vt nuperrimè dicebam, nunq̃ fuit diuinitus dispensatũ. Et quanuis quis opinatus fuerit cũ illis dispensatum, dicere debet, q̃ cùm illa dispẽsatio per euangelium prorsus cessauerit, quòd tam gentes q̃ Iudæi relicti sunt in iure naturæ, vt iam matrimonium illorum cum pluribus vxoribus nõ sit validũ. ¶ Tertia cõclusio. Iam modò post latam euangelicã legem nemini toto orbe licet plures vxores ducere, imò verò qui id post primã attentaret nullũ cõtraheret matrimoniũ, sed omnia præter primum sunt irrita & nulla. Probať, quia iam inde ab orbe redempto matrimoniũ, vt dictum est, vim habet sacramẽti, quod ex latere Christi pẽdentis in cruce promanauit, si gnificans coniunctionẽ eius cũ vna ecclesia & assumptionẽ vnius humanę naturæ in vnitatẽ personę: quare secundũ matrimoniũ adiectum primo, quia hanc significationẽ non retinet, non esset sacramentũ, atq; adeò nec matrimoniũ. ¶ Secundò ad id arguitur. Matrimonia cum pluribus vxoribus, vt dictum est, quia sunt contra naturam, nunq̃ fuerunt licita nisi ex dispensatione Dei ob causam legitimã, quæ nulla alia creditur q̃ populi Dei ad eius cultũ multiplicandi: lex aũt euangelica non est lata vni singulari populo, sed toti orbi: ergo illa iam causa cessauit. Quapropter Christus legem coniugij ad primæuum eius institutum & decorem reuocauit, vt nec repudiare liceret vxorem, nec plures ducere. Vnde Matth. 19. quærentibus Iudæis liceret ne vxorem dimittere, neganter rñdit legẽ integrans oriẽtis naturæ. Non legistis, inquit, quia qui fecit hominẽ à principio, masculũ & fœminã fecit eos? Hoc est, vnicum & vnicam. Et dixit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quæ quidẽ verba apertè sunt monogamiæ confirmatoria. Vnde indissolubilitatẽ præcipiens intulit, Quos Deus coniunxit homo non separet. ¶ Tertiò & ex subiũctis illico verbis confirmať, Dico vobis quia quicũq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationẽ, mœchať: etenim (vt bene arguit in dicto cap. Gaudemus, Innocentius, & nõ longè dissimiliter Aug. lib. primo de adulterinis cõiugijs, cap. 9. si dimissa vxore nõ licet viro aliã ducere, multò minùs retẽta prima alterã ducere. Sunt, vt Durandus refert, qui rõnes has cauillari cõtendãt, sed sunt eorũ cauillationes friuolę. ¶ Ex his colligitur quarta cõclusio. A tẽpore euãgelicæ legis nõ licet super hoc dispẽsare, vt q̃s posit plures simul habere vxores. Probať, quia superius diuinũ nulla, nisi per diuinã inspirationẽ, cadit dispensatio: nã cùm Papa nõ sit nisi vicarius Chri, atq; adeò eius inferior, neq̃ t super eius leges dispẽsare. Et confirmať: q̃m si qua esse posset dispẽsandi causa, illa potissimũ esset religio: dũ infidelis cũ pluribus vxoribus conuertit ad fidẽ, ne, ppter difficultatẽ diuellendi se ab inuicẽ abterrerenť à fide nr̃a: sed tũc nullatenus dispensať, imò separanť oĩnos: ergo nulla restat dispẽsandi causa. Et hæc est determinatio Innocẽ. 1. quod in. 2. parte cõciliorũ sic habet. Qua de re statuimus, fide catholica suffragante, illud esse coniugiũ, quod primitùs erat gr̃a diuina fundatũ, cõuentũq; secundæ

Cõfirmatur secunda cõclusio.

Innocen.

Abulensis responsio.

Nota.

Obiectio.

Rõ prima.

Rõ secũda.

Matth. 19.

Rõ tertia.

Innocen.

Quarta cõclusio.

Rõ prima.

secũdæ mulieris priore superstite, nec diuortio eiectę, nullo pacto esse legitimum. Quod quidẽ decretũ sancitur libr. 4. decretaliũ per totum titulũ de sponsa duorũ. Cui adstipulatur Innoc. tertius in præallegato capit. Gaudemus, de diuortijs. Et 24. q. 3. can. An non, vbi Nicolaus districta vltione: hoc est, excõicatione, eũ ferit qui de facto duas habet vxores: nam cũ secunda adulteriũ cõmittit. Et lege ciuili sunt infames, vt C. ad l. Iuliã, de adulterijs. l. Eum qui binas, & corporali supplicio afficiũtur in ẽpe, cauterio in frontẽ impresso. Imò verò habentur tanq̃ de hæresi suspecti quasi Mosayca licentiã in hoc vsurpantes, & de sacramentis euangelicis perperã sentiẽtes. Valentinianus aũt senior, vt historia tripartita lib. 8. cap. 11. ex Socrate refertur, legem tulit, vt cuiuis liberet duas haberet vxores. Sed erat Arrianus. ¶ Contra hanc autem veritatẽ militare videtur canon ille Gregorij. Quod proposuisti. 32. q. 7. vbi ait, q̃ si mulier infirmitate correpta nõ valuerit debitũ reddere, vir poterit aliam ducere, dum modò primæ subsidij opem non subtrahat. Qui quidẽ canon, non est Gregorij magni, nec secundi, vt citatur à Gratiano, sed Gregorij. 3. Et ideo ibi dem Gratianus nõ curat eũ glossare, sed ait, sacris canonib⁹, imò apostolicæ, euãgelicæq; doctrinæ esse aduersum: quia scilicet permisit bigamiã vtraq; viuente vxore. Quare multi theologi aiunt errasse. Attamen non est sic de Pontifice Max. loquendũ. Quam ob rem vel dicendũ est, q̃ loquebatur de spõsa de futuro, quam poterat infirmitatis gratia dimittere: vel intelligitur, vt alij dicunt, de illis neophytis, qui conuertebantur ad fidem, qui poterant infideles vxores relinquere, vt dist. 39. declarabimus. Sed neutra solutio sufficit: quatunc non iussisset vt opem subsidij priori cõferret. Alij dicunt fuisse illam tolerantiam in illis, qui conuertebantur, ne à fide auerterentur: quemadmodum Gregorius magnus scribens Augustino Anglorũm episcopo in illis neophytis plura toleranda suadet, & refertur can. Quædam lex. 35. q. 3. Sed re vera neq; hoc credibile est: sed legitima solutio est, q̃ loquebatur de infirmitate, quæ matrimoniũ dirimit, qualis est vel frigiditas vel maleficiũ, de qua habetur cap. Consultationi. de frigid. & malefi. q̃ si non potest habere vt vxorem, saltem habeat vt sororem. Et can. Requisisti. 33. quæstione prima, idem ait Gregorius magnus: nempe, quòd si cum illa impotẽti quis contraxit tanq̃ cum habenda vt socia, & alteram pòst voluerit ducere, alat priorem.

Determinatio ecclesiæ.

Polygami infames.

Polygami infames. li de hæresi.

Valentinianus.

Can. Quod proposuisti.

Solutio antiqua.

¶ Ad primum igitur argumentum in capite quæstionis propositum rñdetur, q̃ licèt ius naturæ quantum est de se eandem vbiq; teneat vim, per accidens tamẽ, vt ibidẽ ait Philosophus, mutatis rebus mutatur. Ob idque non tam eius, q̃ rerum mutatio censenda est. Quocirca Deus per suam inspirationem ius rebus mutatis accõmodat. ¶ Et per hoc rñdetur ad secundũ. Concedimus enim non nisi per Dei dispensationẽ plures vni viro licuisse vxores, haud tũ per illam dispensationẽ contra rationes fecit, quas naturę inseuit: quia rationes illæ, quæ nõ sunt in primis principijs naturæ, sed in eius conclusiõibus, non habẽt vim semper, sed in pluribus. ¶ Ad tertiũ iam partim responsum est: nempe, q̃ sicut prohibitio naturalis nõ erat foris scripta, sed intus menti impressa, ita neq; dispensationem esse oportuit nisi per intrinsecam inspirationẽ. ¶ Ad id aũt, quod ibi tangitur, q̃ si dispensatio nõ erat nisi interna, nemini licuit plures ducere vxores, nisi cui singulariter esset facta reuelatio: legunť tũ in veteri testamento plurimi indiscriminatim illas habuisse: & tamen non est credẽdum singulis singulas fuisse reuelationes inspiratas. Rñdetur q̃ postq̃ primis: nempe, Abrahæ, illa facta est reuelatio, & fortè Iacob, posteri vel viua maiorũ voce, vel ipsa consuetudine edocti sunt illud fuissũ licitum. Vnde tanquã de re vsu receptissima mentio illius factæ legitur, vt Deutero. 21. Ne filius dilectioris vxoris primogenito odiosæ hæreditate præferať. Et Deutero. 17. rex prohibetur ne plurimas duceret vxores, qui eius animum illicerent. Vbi Aug. sic ait. Manifestum est Solomonẽ hoc præceptũ transijsse, Dauid aũt plures habuit, nec præceptũ præterijt. Permissum est enim regi plures habere, nõ plurimas &c. ¶ Ad postremam deniq; argumẽti particulã iam responsum est, quòd cùm lex Mosayca nõ esset nisi in illo perexiguo Iudæorũ angulo, multiplicatione populi egebat. Lex verò euangelica vniuerso orbi lata est: quare non est amplianda per propagationẽ populi, sed per hoc, quod vniuersus orbis eam suscipiat: & ideo non licet modò super polygamia dispensare. ¶ Sed quid si ea su aliquo humanum genus ad extremã hominum raritatem deueniret, vtrùm tunc ad eius multiplicationẽ liceret vni plures ducere, saltem vtrùm posset ecclesia super hoc dispensare, veluti de religionem professis supra quæsiuim⁹, an liceret eis tũc matrimonia contra-

Solutio primi argumẽti.

Solutio secũdi argumẽti.

Solutio tertij argumẽti.

Obiectio.

Deuter. 21.

Deuter. 17.

Ad postremam argumenti particulam.

Nota casum.

Universidad de Deusto Biblioteca

cõtrahere. Ad hoc primò respondetur, quòd nisi extrema necessitas ingruerit, hoc non licet, qm̃, vt supra diximus, nec tẽpore Adæ, neq; verò Noe seculo illa dispensatio legitur. Et ideo si vnus vir esset superstes, haberetq; fœcundam vxorem, quę pareret, non posset plures accipere, vt ampliorẽ sobolem propagaret. Nam neq; si aliqui quantũuis paucissimi seculares essent superstites, liceret religiosis rei vxoriæ operam dare: quare multò minus vni plures ducere: & credo ecclesia nunq̃ super hoc dispẽsaret. Si verò tunc vir ille vnicus vxorem haberet sterilem, aut senio cõfectam, tunc extrema esset necessitas ducendi aliam. Nihilominus Scotus dist. pm̃ti ad hoc non aliud respondet, q̃ quòd tunc fortè diuina approbatio vel dispensatio specialiter ecclesiæ reuelaret. Sed nihilominus addiderim, nulla alia opus esse reuelatione præter naturæ clamorẽ: & ideo tunc liceret illi aliã vxorẽ accipere, quæ esset fœcunda. ¶ Ad quartum postremò rñdetur secundùm D. Thomã, q̃ proles, vt est bonum matrimonij includit fidẽ Dei, in qua debet proles educari, quæ quidem fides altior est fide matrimonij: & ideo ad illam amplificãdam licuit cum aliquo detrimento huius dispensari. Et satis erat seruari hãc fidem inter virũ & vxores singulas. Et codem modo rñdetur de significatiõe despõsationis Christi: nam & hæc ordinatur ad fidei cognitionẽ: & idcirco licuit super significationẽ dispẽsare ad prolatandũ cultũ fidei. Adde q̃ cùm tunc matrimoniũ non esset sacramentũ, non significabat vnionẽ Christi iam factam, sed futurã. Quapropter sicut dirimitur infidelium matrimonium dum alter conuertit ad fidem, ita & super vxorũ numero dispensatũ fuit. Præterq̃ q̃ quãuis per plures vxores nõ significaretur vnitas ecclesiæ, designabantur tamẽ diuersi eius gradus, qui sunt tam in ecclesia militante q̃ in triũphãte.

Scoti rñsio.

Solutio quarti argumẽ.

Solutio de significatiõe.

Alia ratio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm licuerit vnquam eidem mulieri pluribus simul viris nubere.

APparet autem & eidem mulieri similiter licuisse pluribus simul viris nubere, quod ideo hic postremò disputatur. Et arguit à parte affirmatiua. Par est vtrique coniugum conditio & sors in coniugali cõmercio & fide: licuit aũt viro plures habere vxores: licuit ergo & vxori plures habere viros. ¶ Secundò. Cùm mulier non seminet, eo saltẽ modo quo vir ex lumbis virtuosum semen, nõ debilitatur eius virtus vt viri, atq; adeò potentior est ad reddẽdum pluribus viris debitum, q̃ vir pluribus vxoribus: hac ergo de causa minùs naturæ contrarium apparet, vt mulier pluribus nubat, q̃ vt vir plures ducat. ¶ In contrariũ est, q̃ nulla vnquã historia proditũ est vnam mulierem pluribus viris matrimonio coniunctã: quod magnũ existit argm̃, naturam id protinus abominari. ¶ Breuiter ad quæstionẽ, quæ facilis est, vnica conclusione negatiua rñdetur. Sic eandẽ mulierem simul pluribus nubere abhorret natura, vt neq; per dispensationem id vnquã licuerit. Dixerim, nubere: quia apud barbaros, vt supra ex Cicerone retulimus, & Solinus in Polystore cõmemorat, sunt barbarivt Garamantes, qui nulla matrimonialia fœdera norunt, sed promiscuo vagoq; concubitu generant. Et de quibusdam nefandis hæreticis eadem depudẽda absurditas legitur. Probatur conclusio. Eandem fœminã pluribus viris matrimonio sociari est cõtra finem primum matrimonij, qui est velut primũ principium: nempe, cõtra prolis generationem: in prima autem principia, vt supra diximus, non cadit dispensatio, quia habent necessariam rectitudinem innatam, veluti principia in speculatiuis euidentiã: ergo id non est dispensabile. Probatur maior: quia mulier, quæ virorũ vicissitudinẽ ide. atidẽ admittit: nẽpe, vnum paulò post alium, fit generationi inepta: & hoc est quod ait Aug. de bono coniugali capit. 17. q̃ vna fœmina non põt à pluribus viris fœtari: cuius exẽplo sunt meretrices: nam receptio diuersi seminis prope aliud susceptum obstaculo est, ne fiat idonea embrionis cõformatio & animatio. Itẽ: quia postquam vna potest ab vno satis fœtari, alter superueniens non quidem generationis, sed libidinis causa adhiberi censeretur. Quavtique ratione fieret cõsequens, vt vxor plurium virorum multò plus operæ impenderet rei venereæ, quàm par esset & decens. Vnde August. lib. 3. de doctrina Christiana capit. 12. Vxorum, inquit, plurium simul vni viro habendarum sufficiendæ prolis causa inculpabilis esset consuetudo, vnam tamen fœminam maritos habere plurimos honestũ non erat: non enim mulier eo est fœcundior, sed est meretricia potiùs turpitudo &c. ¶ Secundò præcipuè arguitur, quia id manifestè proli-

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Secundũ argumentũ.

Probatio maioris.

Tertium argumentũ.

bus educandis aduersatur: nam ad hanc perueritatem protinus consequeretur absurdũ illud, quod Aristoteles Socratis apud Platonem politiæ obiecit de vxorum communitate: vix, inquã, possent parentes suos dignoscere liberos, nisi raro per effigiem, atq; adeò nullus posset ea charitate & amore suũ educare natum, qua deceret. ¶ Tertiò eiusmodi connubia secundarium finem matrimonij: nempe, tranquillam cohabitationẽ ferè tollunt: nam cùm vir sit vxoris caput, põt vnus plures vxores sic gubernare, vt vel non corrixentur, vel earum iurgia cõpescat ne ad tantam iracundiam & damna prorumpant: virorum tamen iras non posset vxor compescere, præsertim cùm ardor amoris & zelotypiæ in viris vehementior sit multò & ad procos ferendum impotẽtior quàm in fœminis, eo maximè momento, quo libidinis procella percellit: quapropter non possent se mariti alterutrum ferre, sed semper taurino more dimicarent, potissimùm si præsentiscerẽt ab vxore alterum alteri amore posthabitum. ¶ Adde quòd cùm vir multò fœdiùs deturpet in concubitu fœminam, quàm fœmina virum, qua de causa sæpè numero vir abhorret fœminam à se cognitam, vt historia Ammon cùm sorore Thamar testatur, vsu veniret, vt vir vxorem ab alio cognitã facilè abominaretur, quod esset amori inter coniuges necessario valdè contrarium. ¶ Quintò, quia vxor debet esse sub viri potestate, vt Gene. 2. iussa est: quarẽ Aristoteles virum ponit quasi caput œconomiæ domus, & Pau. 1. Cor. 14. & 1. ad Timoth. 2. non permittit mulierẽ docere aut dominari, sed præcipit auscultari viro: si autem essent plures viri in vna domo, monstrum existeret plura habens capita: quare nullus posset alio impediente idoneè gubernare, ac perindè vxor perplexa esset cuius documenta deberet eligere, cuiusq; mãdatis obtemperare. Nemo enim, vt ait Christus (id certè auersante natura) põt duobus dominis seruire: & tamen natura non vetat vnum dominũ pluribus principari. Id quod Aug. cap. 17. de bono coniugali in textu citatus latiùs edisserit. Postremò deniq; eadẽ cõfirmatur cõclusio: quia coniugia pluriũ viro tum cum vna vxore plus longè repugnãt tertio fini matrimonij: nempe, rationi sacramẽti, quàm plurium vxorum cum vno viro: nã licet ecclesia, vt supra diximus, quæ se habet vt vxor, sit vna per vnam fidem, admittit tã plures personas & gradus, quib⁹ plures vxores vtcunq; comparantur: Christus autẽ, qui est vt vir, nullatenus est nisi vnica persona.

Aristote.

Tertium argumentũ.

Quintũ argumẽtum.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, q̃ illa ratione: nempe, q̃ in reddendo debito æquè militant coniuges, probat Innocẽtius in sæpè citato cap. Gaudemus, naturam decẽtiamq; matrimonij esse vnius cum vna, vt fuit in prima eius institutione, & nunc est in reformatione euangelica. Sed tã ob causas supra relatas tolerabilior fuit dispensatio cum viro, qui est caput vxoris, vt plures haberet ceu membra, quàm cum vxore, vt plures haberet tanquam capita. ¶ Ad secũdum respõdetur, quod etsi vna mulier magis sufficiat pluribus viris ad reddendum debitum, quàm è conuerso, hoc tamen solùm vergit in remedium contra ardorem concupiscentiæ: attamen quantum ad præcipuum finem generationis & educationis, cuius præcipuè habendus est respectus, peruersius est, vt monstratum reliquimus.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

QVAESTIO SECUNDA, De libello repudij.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm perpetuitas & inseparabilitas vinculi matrimonij ita sit de iure naturæ, vt nullam admittat dispensationem.

QVæstio hæc de libello repudij plus ambiguitatis inuoluit q̃ præcedens. Quam ob rem tã quã primũ eorũ fundamentum, quæ dicenda sunt, videndum est an matrimonij indissolubilitas sit de iure naturæ. Et arguitur à parte negatiua. Lex naturæ cõis est apud oẽs: sed nulla lege, præterquã Christi prohibita fuit vxoris dimissio: quin imò Romanorũ leges hmõi repudia non abhorrebant: ergo indissibilitas matrimonij nõ est de iure naturæ. ¶ Secundò. Inseparabilitas conuenit matrimonio ratione sacramenti: sacramenta autem non sunt de iure naturæ: ergo neq; inseparabilitas. ¶ Tertiò. Primũ matrimonij bonum est proles: sed quando coniux sterilis est, inseparabilitas potiùs in perniciẽ huius finis

Tertia negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

finis vergit, q̃ in rem eius: esset enim tunc expedientius matrimonium dirimi: ergo inseparabilitas non est de iure naturæ. ¶ In contrarium est, q̃ illud de iure naturæ optima ratione cẽsetur, quod ipsa bene instituta in suo primæuo exordio disposuit: sed natura integra ante peccatum (docente id Christo Mat thæi.19.) instituit coniuges indiuiduo nodo fore perpetuò cõiugatos: ait quippe, q̃ in initio non fuit sic id est, nullum admittebat diuortium: Vnde ipse quasi naturam instaurans infert, Quod Deus coniunxit homo nõ separet: ergo inseparabilitas est de iure naturæ. ¶ Et per hoc arguitur, q̃ hoc ius nullã admittat dispensationẽ: nam illa, quæ sunt contra prima præcepta iuris naturæ, non sunt dispensationi subiecta: dimissio autem vxoris est cõtra bonum prolis, quod est primus matrimonij finis, atq; adeò primum principiũ: nam primus finis in practicis est sicut in speculatiuis primum principiũ: ergo super hoc nulla cadit dispensatio.

Pars affirmatiua.

Arg. de dispensatione.

¶ Ad quæstionem, eiusq; duo membra, tribus conclusionibus respondetur. Prima. Indiuisibilitas matrimonij est de iure naturæ. Hanc conclusionem antea in superioribus assertam reliquimus, & ex fine matrimonij elicitam & comprobatam. Est enim finis primus matrimonij, vt sæpissimè dictũ est, prolis nõ modò generatio, verùm & nutritio & educatio, imò eodem fine admonentur coniuges prolis successioni in totam eius vitam prospicere: nempe, illis thesaurizare, vt ait. 2. Cor. 12. Pau. & bona prouidere, quorum hæreditate vitam transigant: per huiusmodi nãque successionem & prouidentiam humanũ genus propagatur: cùm ergo proles bonum sit vtriq; parentum commune, fit vt non solùm in tempus aliquod, verùm & in totã vitã debeant esse indiuiduì comites & socij. Quod & præcipuus amor, quo se inuicem cõiuges prosequi debet, quos nexus matrimonij colligauit, id etiam admonet. Propter hoc em̃, inquit, ore Adæ Deus, relinquet homo patrẽ & matrem, & adhærebit vxori suæ: hoc est, nullius alterius humani temporalisque amoris causa ab hoc vnq̃ diuelletur. ¶ Hinc fit repudiũ esse contra ius naturæ. Quod si cõtra quis arguat, Ius naturæ est, vt supra monstrauimus, quod natura omnia animantia docuit: & tamẽ inter bruta nõ seruatur lex perpetuæ coniunctiõis. Respondetur, vt illic de pluribus vxoribus tãdimus, q̃ licèt non sit contra ius naturę secundùm hanc definitionem, est tamen contra ius naturæ hominib̃ peculiare. Natura enim docet, vt vnaquæq; species peculiarem naturam, quæ suis ꝓprijs principijs respondet, & ingenium sequatur. ¶ Ex his sequitur secunda cõclusio. Nullo iure humano aut gentium potest super hoc dispensari, vt matrimoniũ, quod fuit legitimũ, fit dissolubile. Probatur, quia super ius naturæ nemo præter Deum, qui autor est instituto q; ac perinde dominus iuris naturæ, facultatem habet dispensandi. Sed de hoc illico articulo. 2. ¶ Tertia conclusio. Deus super hoc ius dispensare potest, vt matrimonium dirimat. Conclusio est Sancti Thomæ in præsenti & Scoti & omnium. Probatio est hæc. Prima principia legis naturæ, vt crebrò dixim̃, nulli subduntur dispensationi, sed illa, quæ sunt in secundo gradu. Hoc autem loco id obiter adnotauerim quod S. Tho. in præsenti dist. aliqua opinionem communem secutus dixit, quæ postmodum emendatiùs in summa collimauit. Ait, inquam, q̃ super prima præcepta nonnunquam Deus dispensatiõe rationẽ alicuius mysterij: nam homicidium & fornicatio & furtum, vt cætera præcepta decalogi, sunt in illo primo ordine, & tamen dispẽsauit cum Abraham, vt filium occideret, & cum Osea, vt fornicario cõcubitu vteretur. Veruntamẽ. 1. 2. q. 100. arti. 8. perspectiùs rem intuitus simpliciter asserit nullatenus huiusmodi præcepta dispensationem admittere: quia per se habent innatam rectitudinem & iustitiæ ordinẽ: sicut nulla ꝓtest esse super hoc dispensatio, Voluntatem Dei & rectitudinem iustitię seruat. Est enim hoc tam intrinsecè bonũ, q̃ q̃ homo sit rationalis, atq; adeò vt Deus non põt facere hominem irrationalem, ita neq; licitum facere id, quod est cõtra præceptum decalogi. Et ideo qn̄ Deus præcepit Abrahæ filium immolare, non id iussit tanq̃ legislator dispensans super homicidiũ, sed tanq̃ Dominus vitæ & mortis humanæ tradens Isaac patri occidẽdũ, sicuti quis põt tradere suum pecus. Neque cum Hebræi in Aegypto dispensaũt super furtũ, sed vel tanquã dñs rerum dedit eis Aegyptiorũ vasa, vel tanq̃ iudex adiudicauit illis illa præmia, quæ Aegyptij, p operis & laboribus sibi à Iudæis impẽsis eis debebãt. Oseæ deniq; vel tradidit meretricẽ tanq̃ dñs eius, qui erat etiam dominus ad illum vsum, vel iussit verũ coniugiũ. Simpliciter ergo prima pręcepta naturæ, & pręcepta decalogi sunt indispẽsabilia. ¶ Hoc autẽ de perpetuitate & indissolubilitate matrimonij

Prima conclusio.

Probãs conclusio.

Repudiũ cõtra ius naturæ.

Obiectio.

Diluitur.

Secunda conclusio.

Ratio probans.

Tertia conclusio.

Ratio probans.

S. Tho. in sum.

S. Tho.

Abulensis.

Ad ea quæ ad rationem primam.

Ad secundam.

De ratione secunda.

trimonij magis, inquit S. Tho. inter secunda præcepta legis naturæ continetur: nam et si quodammodo pertineat, vt explicitum est, ad primum finem matrimonij, qui est bonum prolis, non tamen simpliciter. Sunt em̃ gradus: nam ius nutriendi & educandi, ples simpliciter pertinet ad primum gradũ tanq̃ primũ principium: thesaurizare autem futuræ vitæ filiorum, & prouidere illis in posterum nõ pertinet ad illum finem simpliciter, sed ex quadam honestate: quia appropriatio rerum non est de prima intentione naturæ, vtpote secundùm quam omnia erãt communia. Et ideo non nutrire & educare tenellam prolem per nullam dispensationem potest fieri licitum, sicut non pascere extremè indigentem. Sed tamen super hoc, quod est prouidere in posterũ, potest Deus bona de causa dispensare: perpetuitas autem matrimonij per totum coniugum vitam non fundatur in nutritione & educatione: quia hoc officium tunc finitur dum liberi sunt adulti, vt per se sibi prouidere possint, sed fundatur in illa prouidentia, quam debent cõiuges habere de hæreditate filiorum. Et ideo educata prole potest Deus bona de causa dispensare, vt matrimoniũ dissoluatur. ¶ Hanc rationẽ sequitur Abulensis quæstione. 45. super. 19. capit. Matth. & omnes ferè qui de hac re loquuntur. Crediderim tamen, quòd si Diuus Thomas suam summã, vbi res limatiùs examinabat, hũcusq; protraxisset, minimè hac ratione fuisset contentus, adeò videtur debilis & infirma. Primùm, quia certè perpetuitas matrimonij non fundatur in illa prouidentia hæreditatis liberorũ, vtpote quæ non est vsque adeò necessaria: imò possunt parẽtes de illis tam longis prouisionibus nõ esse tam soliciti, sed satis est liberos vsque ad illã ætatẽ alere, qua ipsi per se viuere possint & sibi consulere. Secundò, quia hac prouidentiæ ratiõe secluſa alimẽtatio & educatio puerorum vsque ad adolescentiam perpetuitatem per se exposcit matrimonij: nã tota coniugum vita dicata est per se filijs procreãdis: potest enim vxor quadragesimo secũdo anno, & vsque ad quadragesimum quintũ generare, & vir etiam post septuagesimũ: quare si addas viginti annos filij, ad quam vsque ætatem est educandus, profectò matrimonium per totam vitam coniugum duraturũ perspicies. Et quanuis aliqui sint steriles vel senes, qui iam generare cessarunt, illud est accidentarium, & lex non debet ad ea quæ accidunt prospicere, sed ad id, quod est per se.

Prolis nutritio.

Abulensis.

Rõ primæ.

Rõ secũdæ.

¶ Tertiò (quod valentius est argumentum) Deus, si dispensare potest, vt repudium post filios educatos fiat, profectò & ante illud tẽpus potest: nam ipse educandis liberis alia remedia prouidere valet, vt legitur de Ismahele: nam quando eiectus est cum matre à domo patris non nisi quatuordecimum annũ, vt ex Gen. 17. &. 21. colligitur, compleuerat: & tamen Deus illi obtulit per angelum remedium. ¶ Ratio ergo huius cõclusionis ex ipso D. Thoma. 1. 2. loco citato hæc colligitur. Tunc dispensatio legis locum habet quãdo, si eius verba obseruarẽtur, obuiaretur intentioni legislatoris: intentio autem legislatoris est primùm obseruatio boni communis, ac deinde ordo iustitiæ & virtutis: vnde quãdò forma ipsa verborum legis expresè continet bonum commune, aut ordinem iustitię, tunc lex illa non est dispensabilis, & talia sunt illa, Vnũ cole Deum, & cætera decalogi mandata. Et illa dicuntur in primo gradu iuris naturæ. Quando verò lex datur de aliquo medio ad seruandam iustitiam vel bonum commune, illud est dispensabile. Cape exempla. Hoc præceptũ reipublicæ, Nullus destruat rem publicam, aut ciuitatem hostibus prodat, nõ recipit dispensationem in contrarium, sed hæc principis iussa. Singuli ciues statis per vices noctibus euigilent ad ciuitatis custodiam, & ad bellum procedant, quæquidem sunt media ad illum finem, possunt dispensationem tolerare. Ad propositum ergo alimentatio & educatio filiorum ætate minorum est de primo ordine iuris naturalis, quæ nullam fert dispensationem: medium autem ad illum finem est coniunctio indissolubilis parẽtum, & ideo potest Deus super hoc dispensare: nam potest ipse aliter alendis educandisque pueris prospicere. Et per aliam causam: nempe, ad euitãda homicidia, detrimentũ illud compẽsare. Et est simile in vxorum multitudine. Pax & tranquillitas domus est de iure naturæ in primo gradu dispensationem abhorrens, sed tamẽ ius de vnica vxore, quod est medium ad illũ finem, potest alia bona de causa dispẽsationem admittere.

Rõ tertia.

Rõ D. Thomæ.

Exemplum

Educatio filiorum.

Simile.

¶ Et per hoc solutum restat postremũ argumentum, quod cõtra dispensationẽ legis huius supra obiectũ est. Ad primum igit̃ in initio articuli propositum respondetur, q̃ quãuis hæc lex repudium vetans interna mente scriptũ cõmune sit apud omnes gentes, non tamen

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto Biblioteca

tamẽ per legem humanam ab omnibus fuit ſancita: quia ſola lex Chriſti humanum genus ad perfectum adduxit, atq; ad ſyncerita tem ſuarum primarum inſtitutionum & ori ginum reduxit. ¶Ad ſecundũ reſpondetur, quòd inſeparabilitas licèt principaliter conueniat matrimonio ratiõe ſacramenti, quod non eſt de iure naturæ, ſed ſupra, nihilominus etiam ei conuenit iure naturæ ob bonũ prolis, vt expoſitum eſt. ¶Ad tertium reſpõdetur, q̃ vt ſupra diximus, lex non attendit ad id, quod accidit, ſed ad id quod eſt per ſe: & ideo quanuis coniugi, quãdo alter eſt ſterilis, expediret ſoluto matrimonio alterum accerſere, nihilominus per ſe debet eſſe indiſſolubile.

Solutio ſecũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm aliquando fuerit repudium vxoris licitum.

SVppoſito iure, quod art. præcedenti expoſitum eſt, quæritur de facto, vtrùm aliqñ repudiũ fuerit licitũ. Et arguitur à parte affirmatiua. Primò. Inter Romanos, qui toto orbe ſub lege naturæ laudãtur tanq̃ illius legis iuſti cuſtodes, permittebatur repudium: vnde vt Plutarchus in vita Romuli memoriæ prodidit, ille Romæ Deus de repudio legem tulit, ſi vxor in veneficio natorum, aut in adulterio deprehenderetur, aut claues adulteraret: & Cæſares Iure ciuili leges quoq; ſanxerũt, quomodo repudia & diuortia fierent ſub titulis de diuortijs & repudijs. ff. &. C. quod autem ad normã legis fit, licitè fit. ¶Secundò. Sub lege Moyſi permiſſus fuit libellus repudij, vt Chriſtus redẽptor noſter Matth. 19. inter reſpondendum Hebræis fatetur, dicens, Moyſes ad duriciem cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: permittere autem rem illicitam, quã homo prohibere poteſt, peccatum eſt illi: nã eſt peccato conſentire: Vnde Paul. Roma. 1. Digni ſunt morte non ſolùm qui ea faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus: ergo repudiũ res licita erat, alioqui Moyſes peccaſſet in populi gubernatione, quod nefas eſt credere. ¶Tertiò. Malachiæ. 2. ſcribitur, Si odio habueris vxorẽ, dimitte eam: prophetæ autem ſpiritu Sancto inſpirati loquebantur. 2. Pet. 1. ergo illud erat licitum. ¶In cõtrarium eſt verbum citatum Domini, Moyſes ob duriciam cordis veſtri dimittere vxores veſtras permiſit: duricia nanque in malum ſonat, quæ ideo non excuſat à culpa.

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Plutarchus

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars negatiua.

¶Quanuis nomina hæc repudium & diuortium nonnunq̃ promiſcuè & indiſcriminatim vſurpentur, & Iuriſconſultus l. Inter ſtuprum. ff. de verb. ſignifi. dicat, diuortium inter virum & vxorẽ fieri, repudiũ verò ſponſæ remitti, nihilominus impræſentiarum repudium propriè ſignificat diſſolutionẽ matrimonij, quoad ſubſtantiam, vt fiat trãſitus ad alias nuptias: diuortium verò ſeparationem tori quoad vſum & cohabitationẽ. Dicitur enim diuortium, vt ait Caius l. 1. ff. eod. titu. vel à diuerſitate mentium, vel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium. Tametſi hæc interpretatio & ad repudiũ accõmodari poſsit. ¶Quæſtio ergo præſens alia eſt ſub lege naturæ, & alia ſub lege Moyſi. Abulenſis quidẽ ſuper citatũ cap. 19. Matth. q. 47. &. 48. arbitrat Romanis & reliquis gentium licitum fuiſſe repudium: ſi tamen diſtracto matrimonio prouideretur liberis educandis, quemadmodum Romanorum leges prouidebant. Perſiſtit nanque in illo ſuo principio, quo ſimilem opinionẽ de pluribus vxoribus fundabat. Cùm enim tũc nullum eſſet ſcriptum præceptum diuinum aut humanum repudium prohibens, ſed ſola illa lex naturę in ſecũdo gradu mẽtib⁹ impreſſa, minimè, inquit, tenebantur gentiles tanq̃ præceptũ illã obſeruare quouſq; illud extrinſecus ædereť. Quare excluſa diſpenſatione poterant repudium in morem ducere. ¶Nihilominus ad quæſtionem duabus concluſionibus reſpõdetur. Prima. Sub lege naturæ nullis gentium licitum fuit repudium. Probatur: nam vt quæſtione præcedenti dicebamus, contra ius naturæ etiam in ſecundo gradu, quanuis nõ ſit per aliquam legem extrinſecus expreſſum, fas nõ eſt agere, niſi ab ipſo eiuſdem iuris cõditore intrinſeca ſaltem reuelatione admoneatur, qñ, quamque ob cauſam id ſit faciendum, eo quòd iure naturæ nec tẽpus nec cauſæ determinatæ ſunt tale ius variandi: cùm ergo Deus gentibus nec legatur nec credatur talem diſpenſatoriam reuelationem inſpiraſſe, neutiquã illis legitimum fuit repudium, ſed ex corruptiõe & obnubilatiõe naturalis luminis id, vt animo obſequerentur ſuo, faciebant. Nam quãuis tũc nõ eſſet tam indiſſolubile matrimonium, quàm ſub euangelio, quia nõ erat ſacramentum ſignificans vnionẽ Chriſti cum humanitate iam factam; dirimi tamẽ nequiuerat

Repudium diuortium.

Diuortium vnde.

Duplex

Abulen.

Ex ff. de diuortij.

Permiſsum repudij.

Leges impera. de repudij.

D. Tho.

Primam clusio.

Ratio

uerat niſi, ppter nuptias ſpirituales: nempe, propter conuerſionem ad fidem altero coniuge cum ignominia Saluatoris in ſua perfidia perſiſtere, vt diſt. 39. videbimus. ¶Vnde Spurio Carbilio, qui quingẽtis viginti tribus annis ab vrbe condita vxorem, q̃ ſterilis eſſet, repudiauit, id vitio datum eſt, vt Aulus Gellius lib. 4. cap. 3. & Valerius Maximus libr. 2. cap. 1. referũt, & Plutarchus in Thæſei & Romuli collatiõe. Cuius vtriq; exẽplo plures alij Romani, ijdemq; leuiſsimis de cauſis, vxores ab ſe abdicarũt, vt idem Plutarchus in problematis Romanis autor eſt. Et quod ait Auicenna lib. 10. Metaphyſices capit. pen. videlicet, q̃ ſi non liceret viro aliquando vxorẽ dimittere, multa damna prouenirent, non tam ſpiritu mentis doctus, q̃ carnis illecebris ſubditus effutiuit. Eſt enim Saracenorũ ingeniũ ad carnis ſentinam proclue. Extat & lex. 1. ff. de diuortijs, vbi legitur, matrimonium diuortio, morte, captiuitate vel alia contingente ſeruitute vtriuſq; coniugum dirimi. Et lege. 2. ponitur forma repudij, nam forma diſtraliendi matrimonij erat in viro ad vxorẽ, Res tuas tibi habeto, vel tibi agito, ſed in diſcutiendis ſponſalibus erat hæc, Conditione tua non vtar. At leges iſtæ Iuriſconſulti ſunt Romanorũ moribus imbuti. ¶Maiorẽ autẽ ſcrupulum objiciũt imperatoriæ leges de repudijs. C. lib. 5. quibus non ſolùm viris repudiandi vxores facultas fit, verùm & vxoribus repudiandi viros, quod vt D. Tho. lib. 3. contra Gentes capit. 123 ait, ius naturæ abhorret. Eſt enim vir mulieris caput, cuius nutu & prudentia gubernari debet, cui ideo non licet eũ inuitum deſerere. Et tamen aiunt imperatores Theodoſius & Valentinianus. l. Conſenſu. Si qua mulier maritum ſuum adulterum aut homicidam, aut veneficum, vel certè cõtra noſtrum imperium aliquid molientẽ, vel falſitatis crimine condemnatũ inuenerit &c. tunc repudij auxilio neceſſariam ei permitimus libertatem. Huiuſmodi autem leges ius canonicum non admittit, ſed dumtaxat ſecũdum euangelium, vt fornicationis cauſa vir diuortium hoc eſt, ſeparationem tori faciat. De quo Chriſtianorum diuortio diſtinct. 36. futurus eſt nobis ſermo.

Spurius Carbilius vxorem repudiauit.

Plutarchus

Auicenna.

Lex. ff. de diuortij.

Permiſsum repudij.

Leges imperatoriæ de repudij.

D. Tho.

L. Conſenſu.

Ius Pontificium.

¶De Iudæis autem apparentius, eſt repudiũ illis fuiſſe licitum: verſantur tamen de hac re opiniones duæ. Vna, quæ primo loco recita ri ſolet negatiua: nempe, q̃ non fuerit eis licitum, ſed ſolùm permiſsum. Itaque permiſsio non at à culpa, ſed liberabat à pœna. Diſtinguuntur nanq; quatuor permiſsionis modi. Vnus per priuationem præcepti maioris boni: & tunc id, quod permittitur, declaratur eſſe minoris virtutis, veluti Pau. 1. Cor. 7. non præcipiens virginitatem permittit matrimonium. Secundus per priuationem prohibitionis, vt ſi quis ad euitandum mortale in ſubdito permitteret veniale: & tunc id, quod permittit, denotatur eſſe minus malum. Tertius per priuationem ſimpliciter cohibitiõis volũtatis: ſicut Deus permittit omnia mala fieri non cohibens & impediens, cùm poſsit. Quartus per priuationem punitiõis: & tunc id, quod permittitur, non excuſatur à culpa, ſed relinquitur impunitum, vt meretricium delictum ad cauendũ adulterium. Et hoc modo, ait iſta opinio, permiſſum fuiſſe Hebræis libellum repudij, ad cauẽdum vxoricidium, ſicuti & permiſſum eis fuit fœnerari ad vſuras alienis, ne eas à ſuis ciuibus corraderẽt. ¶Secunda opinio ait, repudium fuiſſe permiſſum tanq̃ licitum: hoc eſt, tanq̃ minus bonum, vt in primo quatuor modorum explicuimus. Quæ quidẽ opinio, ait D. Tho. eſt probabilis, ſed prima communis ſuſtinetur. Et Ricardus artic. 3. primã etiã, inquit, communiorem & ſecuriorem. Et eandem ſequitur Nicolaus Lyranus Deuter. 24. & Matth. 19. Imò & Magiſter ipſe ſenten. Et Altiſiodorenſis & Bonauentura, ac ſubinde Theologorum pleriq;. Durandus verò. q. 2. licèt fateatur primam eſſe magis communẽ, ſecundam tamen exiſtimat probabiliorem, veluti & Paludanus, & Scotus. Sed Abulenſis ſuper cap. 19. Matth. q. 49. vſq; adeo eandem ſuſtinet, vt priorẽ dicat eſſe irrationabilẽ: atq; adeo quæſt. 51. eandem ſecundam ait indubitanter eſſe tenendam. Caietanus denique ſuper verbo Moyſes permiſit, Matth. 19 quendam habet ſingularem modum, quem etiã tractabimus. ¶Ex his ergo ſecudam concluſionem negatiuã eliciamus. Repudiare vxores minimè fuit Iudæis licitum ceu minus bonum, ſed fuit, quemadmodum ait prima opinio, tanq̃ minus malũ, vt impunè fieret, permiſſum. Et primùm q̃ inter gẽtes nunq̃ fuerit licitum, manifeſtũ fit ex vſu & more eccleſiæ. Nam vt Innocẽtius capi. ſæpè citato Gaudemus, de diuortijs, probè adſtruit. Qui legitimam repudiauit vxorem, licèt aliam duxerit, cogitur dum ad fidem conuertitur alijs dimiſsis cum illa repudiata reconciliari & permanere, ſi modò voluerit conuerti: ergo per repudium nunq̃ fuit inter gentes matrimonium

Iudæis repudiis licitis.

Prima opinio.

Permiſsiõis quatuor modi.

Primus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Secũda opinio.

Caietanus.

Secunda cõcluſio.

Innocẽtius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium diremptum, quia cum gẽtibus nullibi legitur neq; verò creditur aliquo tempore dispensatum, atq; adeò repudiatio peccatũ eis fuit, & secundũ matrimoniũ nullum. Quod quidem argumentum non æquo pede, vt de gentilibus, ita de Iudæis currit: nam & si ipsi conuersi cõpellantur quoq; cum priori vxore, quanuis repudiata, permanere, dicere altera opinio pot, hoc accidere, vt de pluribus vxoribus diximus, eo q̃ per Chrm abrogata fuit dispensatio, quæ illis antea facta fuerat dissoluẽdi matrimonij. ¶ Arguit nihilominꝰ de Iudæis exemplo illorũ, qui inter ipsos autoritate & sanctitate eminebãt. Nemo enim eorum legitur vxorẽ repudiasse, nisi fortasse singulari reuelatiõe & iussu Dei, vt Abrahã, propter mysterium, vt dictum est. Quanuis & dici posset Agar non fuisse prorsus repudiatam per solutionẽ matrimonij, sed instar diuortij quoad vsum & cohabitationẽ. Vnde non desunt ex Hebræis qui dicant Abraham mortua Sara recõciliasse sibi Agar, quę alio nomine dicitur Cethura, Gen. 25. quanuis litera non arrideat, quæ ait, Aliam duxit vxorem nomine Cethuram. Et S. Tho. cẽset Agar verè repudiatã, quod certè mysterio repudiatæ legis à Christo magis consentaneũ est. Quare Cethura tertia vxor fuit Abrahæ, vt ex ipso textu planè colligitur, vbi habef, q̃ Abraham cuncta, quæ possederat, dedit Isaac, filijs aũt concubinarum dedit munera. Appellat enim concubinas, vxores illas rõne supra relata. ¶ Sed vt ad nrãm conclusionem reuertamur, probatur secundo argumẽto ex verbis Dñi Matth. 19. rectè perspectis. Postq̃ em̃ Christus ad propositã quæstionẽ Pharisæorum, liceret ne vxorem quacunq; ex causa dimittere, negãter respondisset, syncerãq; legem instituti matrimonij instaurasset dicens, Quos Deus coniunxit, homo non separet, vbi perpetuũ nexum matrimonij monstrauit, obiecerunt Iudęi exceptionẽ dicẽtes, Quid ergo Moyses mandauit dare libellũ repudij & dimittere? alludẽtes ad illud Deuter. 24. Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiã ante oculos eius propter aliquã fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Tunc Christus eorum exceptionem tanquã non legitimam repellens, verbum, mãdauit, correxit dicens, permisit: insinuando, quòd illud non mandauit tanq̃ bonum, sed q̃ permiserit tanquã minùs malum. Ob duriciam inquit, seu ad duriciam cordis vestri: hoc est, ad confundendam duriciam cordis vestri nõ potentium obedire legi Dei, quæ quidem duricies praua erat, atq; adeò per se illa nõ excusabat illos: & ideo nõ erat cur Moyses morem gereret eorum duriciei, & quasi conniuens eorum nequitiæ rem per se prauam licitam faceret & honestam. Idq; ex subiuncto verbo confirmatur, Ab initio autem nõ fuit sic: quasi diceret, vera & legitima institutio matrimonij id nõ permittit: quare nec Moyses permisit vt licitum, sed eatenus q̃ cùm alijs criminum generibus sua singulis propria supplicia assignauerit, huic tamen nullam iunxit pœnam, neve stram duriciem tanto rigore coercens peioris vobis mali occasionẽ offerret. Itaq; Moyses dimittere quidem vxorem non mandauit, sed permisit. Libellũ autem repudij, vt libr. 1. de sermone Domini in monte ait Aug. sub cõditione, si vxor dimitteretur, dari ei mandauit, vt libera ipsa esset commigrandi (quod ipsi iure fieri putabãt) ad alias nuptias. ¶ Caietanꝰ illic nescio quod nam medium comminiscitur, intellectu non facile. Ait quippe, q̃ dimittere vxorẽ nec omnino erat licitum (quia permissio nõ nisi malorum est) nec omnino erat mortale crimen. Primò quia permissio ponebatur per modũ legis. Secundò, quia Malachias. 2. quasi ore Dei ait, Si odio habueris vxorem, dimitte. Et tertiò, quia licebat dimissæ alteri viro nubere, vt patet loco citato Deutero. 24. Hoc autẽ medium vix intelligitur: quia si permissio nõ nisi malorum est (vt ipse fatetur) profectò illud malum relinquitur in sua natura: quocirca si dimittere vxorem lege naturæ peccatũ mortale erat, lex permittens nihil culpæ minuebat. Et sic ad primũ in contrarium rẽdetur, q̃ lex ponebatur nõ tanq̃ excusans à culpa, sed à pœna. Et Malachias loquebatur nõ tanq̃ præcipiens, sed alludens ad Mosaycam legem, quã Deus approbabat tanq̃ permittẽtem impunè fieri. Ad verò dimissæ liceret alium maritum accipere art. sequenti dicetur. ¶ Tertiò ad eandem conclusionẽ arguit. Dispensatio iuris naturalis non est credenda auctoritate Dei fieri, nisi propter aliquem honestum finẽ, eumq; ad religionem pertinẽtem: hic autem finis in repudio non reperit: ergo nec illa dispensatio habet locũ. Accipe exemplum. Quod Deus dispensaret in vxoribus pluribus ducendis ratio diuini cultus augẽdi admonebat. Et si fortè dispẽsauit cum Abraham vt Agar pro [illegible] et, ratio id mysterij [illegible]debatur e[illegible] [illegible]od aũt Moyses au-

Nota.

Agar quo modo repudiata.

Nõ secũda.

ses autoritate Dei sic dispensaret in repudio, vt faceret illud licitum, dũtaxat, propter duriciem cordium illius gentis, & vt eorum perversis animis obiequeretur, ꝓfectò nulla ratio suadet: esset enim hoc potiùs eorum prauitati cõniuere. Satis ergo erat, quòd permitteretur tanquã minus malum sine pœna tẽporali fieri: hoc enim pacto permittũtur meretricia & vsuræ. Profectò si ratio perpendatur, plurimum vigoris habet. Imò nomẽ ipsum, permittere, si vim significationis obseruet, non est nisi mali, sicut concessio est boni. Vnde super Malachiã Hieronymus, quẽ Magister præsenti distin. refert, permisit, inquam, repudium, non vt concederetur diuisidium, sed vt tolleretur homicidiũ. ¶ Et quarto arguitur, inquirendo quando dirimebatur matrimonium. Et clarum est, quòd ante libellum non erat dissolutum. Neq; verò dirimebatur per libellum, si quidem antequã dimissa transiret ad secundas nuptias licebat viro eam sibi reconciliare sine nouo consensu denuò contrahendi: ergo necessum est dicere, quòd dirimebatur quando fiebat transitus ad aliud matrimonium: atq; adeò libellus non dirimebat, sed faciebat illis potestatem dirimendi. Quod re vera minus credibile est. ¶ Sed quò res liquidior fiat, quintò arguitur examinando causas, propter quas libellus repudij dabatur. Peccant enim nõnulli de hac re per ambo extrema. Quidam em̃ aiunt, quod solùm dabatur propter fornicationem: alij autem quòd propter quãcunq; causam, etiam ob solum odium, quo vir prosequeretur vxorẽ. Sed quis credat, quòd cordatissimus legislator Moyses licitum fecerit repudium solùm propter odium viri, quod ex sola sua iniquitate absque alia causa prodiret? Imò verò neque hoc ex lege, sed cõtrarium colligitur. Si enim solum odium sufficeret, non opus esset marito aliam causam allegare: & tñ illud oportebat, iuxta illud Deutero. 22. Si duxerit vir vxorẽ, & postea odio habuerit eam, quæ sint occasiones, quibus dimittat eam obijciens ei nomen pessimum: scilicet, quòd non virginem eam inuenisset: tollent eam pater & mater eius &c. Vide quemadmodum non sat erat allegare odium, sed causas legitimas odij. Quod ergo ait Malachias, Si odio habueris eam, dimitte, intelligitur, si causas habueris odij legitimas, vt loco citato Deutero. 24. his verbis explicatur, Si non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatẽ. ¶ Vnde colligitur, quòd vt non sufficiebat odium, ita nec requirebatur fornicatio, sed aliæ causæ sufficiebant fœditatis. Id quod Christus insinuauit dicens, Ego aũt dico vobis, Quod quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: quasi Iudæi alias causas in vsu haberent dimittendi, vt ait Augustinus super Deutero. 24. Multæ enim, inquit, erant in lege causæ dimittendi vxores: Christus solam fornicationem excepit: cæteras molestias iubet pro fide & castitate coniugij sustineri. Est enim verò simillimum repudium Moysem permisisse instar Romanorum & aliarum gentiũ, præcipuè Aegyptiorum, quorum moribus intinctos ipse Moyses inde eos eduxerat. Duricia enim cordium Iudæorum erat, nolle seruare legem naturæ, quę erat Dei instituentis matrimonium ceu indissolubile vinculum, sed contendere more gentium vxores dimittere. Gentes autem pluribus causis dimittebant: nempe, illis, quæ aliquo modo obstare matrimonio videbantur, vt si vxor sterilis esset, aut venenum marito aut filijs propinasset, aut si post contractum matrimonium aliquam fœditatem incurreret seu corporalẽ, vt lepram, seu in moribus si esset fornicaria aut seditiosa, &c. vt exponuntur in lege supra allegata Consensu, C. de repudijs, quæ quidem erant odij & abominationis causæ. Imò verò tempore Christi adeò multiplicabantur repudij causæ, vt in quæstionem veretur, vtrùm quacunque ex causa id liceret. Hanc enim quæstionem ad iudiciũ Christi detulerunt. Id quod relatione Iosephi lib. 4. de antiquitatibus constat, vbi ait, Ab vxore copulata sibi volens quicunque disiungi propter quascunque causas, quæ multis modis hominibus prouenire noscuntur, ex scripto, eo quòd nunquam cum ea conueniat, compromittat. Et Abulensis quæst. 55. super 19. capit. Matth. ex quacunque causa putat licitum fuisse repudium. ¶ Ex his ergo quintum argumentum conficimus. Christus solùm approbat diuortiũ: hoc est, tori separationem, causa fornicationis: ergo iure naturæ sola illa poterat esse legitima: nõ ergo est credibile, quòd Moyses autoritate diuina tãquam licitum admitteret libellum repudij propter tam multas causas, imò (vt ait Abulensis & alij) quibuscunque de causis, potissimùm si non necesse erat eas in iudicio probare, sed priuatim allegare: esset enim hoc iudicio & arbitrio ipsorum matri-

Quartũ argumẽtum.

Quintũ argumẽtum.

Opinio quorũdam.

Solũ odiũ.

Malachias expenitur.

Nota.

August.

Repudium gentilium.

Iosephus.

Abulensis.

Quintũ argumẽtum.

Universidad de Deusto Biblioteca

monium ſubdere, vt quicunque iudicio ſuo priuato matrimonium abſque culpa dirimeret, quod re vera fas non eſt credere. Hanc noſtram concluſionem apertè profectò affirmare videtur Diuus Auguſtinus contra Fauſtum libr.19.capit.26.in textu citatus, vbi ait, legem non dixiſſe, Qui voluerit, dimittat vxorem, ſed quia nolebat dimitti, interpoſuit moram ſcribendi libellum, vt ille ab illo diſſidio abſiſteret, & quod malum eſſet vxorẽ dimittere, cognoſceret. Sed & arti. proximo noua argumenta eidem cõcluſioni adijcientur. ¶ De forma autem libelli, qualis tunc eſſet, nihil certi ſcriptum habemus. Magiſter Sententiarum, diſtinctione præſenti, ait, cauſas repudiandi oportere in illo ſcribi. Abulenſis verò super. 19. capit. Matth. quæſt. 57. id negat. Id ramen creditu durum eſt tenendo opinionem, quam ipſe ſequitur: nempe, quòd repudium erat licitũ. Credit enim ſimul neque opus fuiſſe cauſas vllo modo probari vel in iudicium deferri. Duriſsimũ, inquam, eſt creditu, duriciei Iudæorũ Deum vſque adeò indulſiſſe, vt repudium eis tanquam licitum ob quaſcunque cauſas neque probatas neque in iudicium delatas conceſſerit. Quare qui hæc omnia membra ſuſtinere prontentur, multum ſibi oneris impoſuere. Secundùm tamen opinionem tenentem repudium non fuiſſe licitum, liberiùs loquipoſſumus de forma libelli. Poſſumus eũ tenere, quòd ſine tanto ſtrepitu fiebat diſceſsio. Quanquam apud Romanos ratum non erat repudium niſi teſtibus legitimis in iudicio cauſæ comprobarentur. Erat enim certus cauſarum numerus præſcriptus, vt l. Nullum. ff. de diuortijs, & l. Conſenſu. C. de repudijs. At verò Moyſes, ſi repudium non vt rem licitam permittebat, nil mirum ſi nec cauſas præſcripſerit neceſſarias, nec formam ſcribendi repudium, ſed tantum ait, Scribet libellum repudij & dabit in manu eius: quaſi non in iudicio, ſed priuatim res eſſet tranſigenda. Vnde quanuis libellus nomen ſit forenſe, quod videtur ſcriptas cauſas criminis denotare, tamen cùm ille Iudæorum non daretur niſi in fauorem vxoris, credibile eſt nõ continuiſſe cauſas repudij, ſaltem ſpeciatim expreſſas, ne mulier ſuam ſecum ipſa importaret ſcriptam infamiam. Et Ioſephus ſupra citatus non inſinuat aliam libelli formam, q̃ illam, Nunquam tecum cõueniam compromitto. Itaque quando crimen fornicationis aut aliud lætale obijciebatur vxori, tunc in iudicium delata accuſabatur ad vltionẽ, ſed tamen ad repudiandũ non colligitur ex ſcriptura q̃ fieret foreſis, pceſſus, ſed cùm odio haberet à viro ipſa cõſentiebat diſcedere, dũmodò per libellum poſſet conſtare ſolutam eſſe (vt putabant) matrimonio. Nonnulli dicunt, quòd ſcribebãtur in genere cauſæ. Verbi gratia, ſi diceretur, quòd mores ipſius nõ erant congruentes marito. Magiſter autem hiſtoriarũ ait, quòd res coram ſacerdotibus agebatur. Auguſtinus verò loco proximè citato ad Scribas ait fuiſſe recurrendũ, qui marito repudium diſſuaderent, quod ſi perſuadere non poſſent, ipſi libellum conſcriberẽt. ¶ Reſtat verò ad argumenta contrariæ opinionis reſpondere. Ad primum ergo, quod nos obiecimus, iam ſatis reſpõſum eſt, quod lex illa & mos gentium repudiandi vxores ex naturalis luminis obſufcatiõe oriebatur. Vtrùm verò longa conſuetudo totius gentis etiam inter illos, qui vt ſapientes habebantur, poſſet plebem à culpa excuſare, alia quæſtio eſt. Inam licèt cõſuetudo in principio ortum habuerit ex culpa: nempe, quia alijs peccatis obnubilatum erat rationis lumen, nihil vetat quominus aliquem potuerit poſt longum tempus excuſare. Sed neque hoc certè libenter affirmauerim: quoniam genus illud repudij tam frequens ſpeciem præ ſe ferebat cuiuſdam concubinatus. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd legiſlator non coercẽs malas voluntates ſubditorũ ſi ſperat poſſe proficere, conſentire cenſetur: ſi verò id non ſperat, imò potiùs prudenter timet ex ſua coertiõe, quòd ſubditi in peius malum prorumpent, tunc permittens non conſentit, ſed potiùs cauet maius malum, ſicuti principes nũc meretricia permittentes. ¶ Ad Malachiã autem iam reſpõſum eſt, quòd illa non fuit præceptio, ſed Moſayca permiſsio modo iam expoſito. ¶ Ac per id ſolujtur argumentum, quod Scotus non parũ facit. Scripturã, inquit, ſacrã nihil falſi ſuſpicandum eſt continere: cùm autem locis citatis Moyſes & Malachias mandẽt repudium: ſic ſyncerè audiẽda lex eſt. Rũdendum, inquam, id minimè mandare, ſed permittere modo expoſito. Imò Hieronymus Malachiam interpretans, non ait prophetã illud aſſertiuè dixiſſe, ſed quaſi tacitam obiectionem aliorum referendo. Cùm enim diciſſet, Vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere, ſubiecit de repentè, Cùm odio habueris, dimitte, dicit dominus: hoc eſt, ſed dices mihi, ſcriptum eſt, Cùm odio

Auguſt.

Formalibelli.

Romanorũ repudium.

Cauſarũ certum numer.

Nota.

Solutio primi argu.

Longa conſuetudo.

Secundũ argu.

Tertiũ argu.

Ad Malachiã.

Solutio ſecũdi argu.

Hieron.

odio habueris, dimitte. ¶ Potiſsimum autem argumentum eſt hoc. Lex vetus quanuis gratiam non conferret, oſtendebat tamen prohibebatque peccata, vt ad Roma.3. ait Paul. & Eſai.58. Annũcia populo meo peccata eorum: ergo Moyſes autoritate Dei omnia illi populo crimina denunciauit, aliàs neglectui fuiſſet ab eo habitus: nunquam autem declarauit repudium eſſe peccatum, imò conceſsit eius libellum: ergo non erat peccatum. Et confirmatur, quia obſeruatio legis ſufficiens erat ad vitam æternam iuxta verbum Domini, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: ſed etiam in repudio ſeruabat homo mandatum: ergo erat licitũ. ¶ Ad primũ autem reſpõdetur negata minori: Imò lex matrimonij in Adam & Eua conſtituti bene intellecta iuuante lumine naturali & antiquiſſima ſanctorum patrum conſuetudine repudium ſatis ſuperq; declarabat eſſe illicitum. Et hoc eſt quod Chriſtus voluit Phariſæos docere. Sicut enim ipſi male intelligebant, q̃ diligendus eſſet amicus, & odio habendus inimicus, & quòd occidere eſſet peccatum, non tamen interna cordis ira, & ideo Chriſtus ſenſum naturalẽ legis explicans ait, Ego autem dico vobis, Quicunque iraſcitur, &c. & Diligite inimicos veſtros: ita quia malè intelligebant legem matrimonij, docuit quòd ab initio lex non permiſerit dimittere vxorem niſi ob fornicationis cauſam, idemque per diuortium quo ad tori ſeparationem, vt mos ſeruat Chriſtianus. ¶ Super omnia ſolet alia opinio adhibere autoritatem Chryſoſtomi homilia. 32. ſuper. 19. capit. Matth. cuius verba ſunt, quòd Moyſes permittendo libellum repudij à peccato abſtulit culpam peccandi. Hæc tamẽ ſubobſcura verba per præcedentia & ſubſequentia in noſtrum ſenſum planè explicantur. Non enim vult dicere, quòd à repudio abſtulit culpam, vt maneret licitum, ſed quòd ab illo, quod erat, manſitque peccatum, abſtulit reatum pœnæ, vt non videretur peccatum. Verba enim præcedentia hæc ſunt, Permiſit vobis mala facere, ne faceretis peiora. Nota, permiſit malabis inſtitiam Dei demonſtrauit (nempe, quã tò ſupplicio dignum eſſet repudium) ſed à peccato abſtulit culpã peccandi (ſcilicet pœnam, quæ teſtis eſt culpæ.) Vt quaſi ſecundùm legem agentibus vobis peccatum veſtrum non videatur eſſe peccatum. Hæc ille. Quæ quidem verba paulò differentiùs refert Magiſter Sententiarum, in fauorem noſtræ opinionis, quam ipſe ſuſtinet. Ait eũ quòd permiſsio libelli in peccatore minuit culpã: ſcilicet, dum per repudij culpam cauit homicidium.

Argumẽtum forte.

Confirmatio argumenti.

Solutio primi.

Chryſoſtomi autoritas.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm dato libello repudij tam vxori quàm viro liceret ad ſecundas nuptias tranſire.

IN calce demum quæſtionis huius quæritur, an repudiatæ vxori par ius eſſet ſicut viro tranſeundi ad ſecundũ matrimonium. Et arguitur à parte affirmatiua. Iniquitas nemini ſuffragatur: ſed in repudio maior erat iniquitas repudiantis viri, quàm repudiatæ vxoris: ergo ſi viro licebat aliam ducere, licebat & vxori alteri viro nubere. ¶ Secundò. Quando mos erat (vt Auguſtinus in primo artic. citatus ait) peccatum non erat: ſed in lege illa mos erat vt vxor alij nuberet, vt ex Deuterono. 24. capit. conſtat: ergo licitum erat. ¶ In contrarium eſt quòd in eodem capit. repudiata, quæ alij nuberet, polluta nominatur, & abominabilis facta coram Deo.

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Secundũ argumentũ.

Pars negatiua.

¶ Hæc quæſtiuncula ex ſuperioribus deciſa reſtat, ad quam ideo tribus concluſionibus, quæ ſuperioribus ſunt appendices, reſpondetur. Prima. Si repudium lex tanquam licitum permittebat, matrimonium dato libello reſtabat ſolutum: ſi verò (quod monſtrare conati ſumus) non permittebatur tanquam licitum, nullatenus per libellum dirimebatur matrimonium. Res eſt clara: quia repudium erat matrimonij diſſolutio: ſi ergo iure fiebat, verè dirimebat matrimoniũ: ſi autem non fiebat licitè per diſpenſationem iuris naturæ, diſſolutio rei vera non fiebat, ſed attentabatur. Quare ſecundùm hanc opinionem peccatum erat apud Deum repudium facere. ¶ Secunda concluſio. Quanuis matrimonium non diſſolueretur, nihilominus vir poterat aliam vxorem ducere: nã poterat tunc vnus vir (vt ſuperiori quæſtiõe dictũ eſt) plures ſimul ducere vxores. ¶ Tertia concluſio. Si vera eſſet opinio tenentium licitum fuiſſe repudium, conſequens fieret, vt repudiata cum alio poſſet cõiugium tranſigere. Id quod apud ethnicos iure fieri credebatur. Secundùm tamen opinionem, quam veram exiſtimamus, repudiata iure diuino

Prima concluſio.

Secunda cõcluſio.

Tertia concluſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& naturali prohibita nequiuerat alteri adhærere viro, quanuis per legem liceret eiid impunè facere: quoniam primum matrimoniũ non dirimebat, neq; mulieri fas erat plures sibi simul adiungere viros, sed debebat vel reconciliari cum priori, vel cœlibẽ degere vitã, sicut modò tenentur vxores per diuortium à suis viris semotæ. ¶Et quod hæc sit rei veritas, super omnia argumenta facta probatur etiamnum per verba illius legis Deutero. 24. reconciliationem repudiatæ prohibentis: scilicet, quòd si alterum maritum duxerit, illo vel mortuo vel eam repudiante non poterit cum priori reconciliari: quia polluta & abominabilis facta est coram Domino: si enim primum matrimonium fuisset re vera discisum, tunc secundum esset legitimum, atque adeò illa non fuisset polluta neque abominabilis: cùm ergo existimata fuerit polluta, denotatur mœchatam fuisse cum secũdo, atq; adeò primum matrimonium non fuisse diremptum. Ex quo patet patronos alterius opinionis non ad veritatem literæ fuisse locutos dicentes, causam, cur vir repudiãs vxorem prohiberetur eam sibi reconciliare, fuisse in pœnam, ne faciles essent ad repudiãdum. Est enim ficta causa, tum quòd in textu non illa assignatur, sed quia polluta erat, tum q̃ si illa fuisset causa, quanuis non nuberet alteri viro, deberet etiam reconciliatio prohiberi: quod falsum est. Nam insinuatur eâdem lege à contrario sensu, quòd anteaquàm alij nuberet, posset cum priori viro reconciliari. ¶Quin verò ex verbo subiuncto, reconciliari, nouum sumitur argumentum: denotat enim prius matrimonium nõ fuisse solutum: alioqui reconciliatio nõ haberet locum, sed contractio noui matrimonij cum eodẽ priori marito. Profectò lex illa loquitur de repudiata instar euangelij de illa, quæ modò per diuortium fornicationis causa separatur à viro, quæ scilicet reconciliari suo viro potest, & si alteri nubat, mœchatur. ¶Et hoc videtur Christus insinuasse duo membra sermonis faciens: nempe, quòd non liceat vxorem dimittere, nisi vna sola causa fornicationis: in quo cõdemnat Iudæos, qui pluribus de causis id faciebant. Et addidit, quòd qui dimissam duxerit, mœchatur, insinuans quòd similiter in eorũ lege mœchabat. Quocirca firmus roborata restat sententia præcedentis articuli, q̃ repudium inter Iudæos non fuerit plus quàm inter ethnicos licitum.

Argumentum.

Patroni alterius opinionis.

Causa ostenditur ficta.

Aliud argumẽtum.

Testimoniũ Christi.

¶Ad primum igitur argumentum in cõtrarium respondetur, quòd quanuis maior esset iniquitas viri repudiantis, quàm vxoris, non tamen licebat illi propter illud aliam ducere, sed quia licebat ei plures habere, quod non congruebat mulieri. ¶Ad secundum verò respondetur, quòd moris nomine Augustinus intelligit honestam consuetudinem, qualis erat habendi simul plures vxores. Illa nanq; repudij non erat honesta: & ideo non erat mos, sed moris peruersio.

Solutio primi argumẽti.

Solutio secũdi argumẽti.

DISTINCTIO trigesima quarta, De quatuor prioribus impedimentis matrimonij.

AD hæc, quæ de Testamentorum matrimonij substantia & vsu dicta sunt, cõsequitur impedimẽtorum sermo, quibus personæ illegitimæ ad matrimonia redduntur. Hæresis nanq; labe sordescerẽt qui ecclesiæ hanc impediendi facultatem abnegarent. Sunt ergo quædam sic contrahendo matrimonio obstantia, vt contractum non dirimant, veluti interdictum ecclesiæ, ne clanculò aut feriato tẽpore fiat: alia verò, quæ etiam dirimunt, vt cognatio atque id genus alia, quæ hisce carminibus designantur. Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si fortè coire nequibis, Hæc sociandа vetant cõnubia, facta retractãt. ¶Inter hæc caput tenet frigiditas, eo quòd

eo, quòd à natura proficiscitur, quo vtique nomine naturalis omnis impotẽtia coeundi denotatur. Hoc enim impedimentum, si perpetuum est: putà, si citra miraculũ & periculum, vt author est Innocentius, humano remedio remoueri nequit, matrimonium dirimit. Quocirca si alter tunc coniux filios procreare cupit, distracto matrimonio ecclesia iudice ad alias potest conuolare nuptias. Sed qui impedimento tenetur, illis interdicitur. Si verò impedimento non obstante cõmanere volunt, tunc vir illam, si non vt vxorem, saltem habeat vt sororem. Id quod Gregorius Rauennati Episcopo respondit, & secundùm eum Lucius tertius asseruit. Ad explorandum verò impotentiæ perpetuitatem Cælestini prouidentia triennium indulsit, quo elapso secundum Gregorium idem quoque Pontifex septima manu iuratorum testium diuortium permisit. Quòd si qui frigidus pronunciatus est, compertus fuerit aliud matrimonium cõsummasse, ad prius reuocandus est: sentit quippe se tunc sancta ecclesia deceptam, vt idem sancti põtifices autores existunt.

Cap. Frater notatis, de frigidi. & maleff.

Cap. Quidam, & Rescripsit. 33. q. 1.

Cap. Consultationi, de frigid. & maleff.

Cap. Laudabilis. 10. tit.

Cap. iij.

¶Ad frigiditatem adiungitur maleficium, quod impedimẽtum pariter est matrimonij, nisi quòd cũ possit duos singulariter inuicem ligare, qui tamen ad alias personas cognoscendas sunt idonei, dissoluto matrimonio par vtriq; facultas fit ad aliud commigrandi. De hoc Hismarius Remensis Archiepiscopus scripsit. Si per sortiarias maleficasque artes occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante, concubitus non sequitur, hortãdi sunt quibus ista euenìunt, vt corde contrito Deo, & spiritu humiliato sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, & per exorcismos & alia ecclesiæ munia sanari procurẽtur. Quòd si fortè sanari nõ potuerint, separari valebunt. Si tamen pòst comperti fuerint matrimonia cum alijs consummasse, non subinde satis exploratum fit inter se id posse perficere, atque adeò ob solum illud indicium, nisi aliud intercesserit, non sunt ad prius matrimoniũ cogẽdi: secus si fortè cõstiterit inter se quoq; coeundi potestatẽ habere, vt per Grego. sniam definitũ apparet. ¶Neq; verò furiosi dum in amentia sunt, matrimoniũ cõtrahere valent, est enim furia quoddam erroris genus rationis vsum absorbẽs. Vnde Fabia. neq; furiosus, neq; furiosa matrimoniũ contrahere possunt: sed si cõtractũ fuerit, non separentur. Item Nicol. Papa. Hi qui matrimoniũ sani contraxerunt, & vni ex duobus vel ambobus amẽtia, vel furor vel aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt.

Can. Si per sortiarias. 33. quæst. 3.

Can. Requisisti. 33. q. 1. Cap. iiij.

Can. Neque furio. 32. q. 1

Ibidem cap. Hi qui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISTINCTIONIS trigesimæ quartæ, Quæstio prima, De impedimentis matrimonij ex defectu naturæ.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm aliqua sint matrimonij impedimẽta.

Diuisio trimẽbris matrimonialis tractatus.

IN tres partes distin.26. partiti sumus hanc matrimonij disputationẽ. Per septem em̃ distinctiones egimus de causis efficiẽtibus, quibus matrimoniũ, constituitur & perficit: & in tribus subsequentibus de causis eius formali & finali: nempe, de vinculi perpetuitate, deque eius bonis & vsu ad finem gñationis. Per nouem ergo hinc restantes tertia pars eiusdẽ disputationis extendit, quæ est de causa eius materiali, seu de subiecto: videlicet, de personis ad matrimoniũ & eius vsum legitimis, siue de impedimẽtis, quibus illegitimæ redduntur. Hmõi autẽ impedimentorũ duo sunt genera, quædã em̃ non prorsus illegitimas reddunt personas, sed aliquo modo inidoneas. Et de istis agitur in tribus distinctionibus: putà, in hac & duabus proximis. Sed alia sunt simpliciter illegitimas reddentia, de quibus in sex consequentibus subsequitur sermo nẽpe, à dist.37. vsq; ad 42.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Quæritur ergo primò in gñte, an aliqua sint matrimonij impedimenta. Et arguit à parte negatiua. Matrimoniũ cæteris sacramentis adnumerat: reliquis verò nõ adscribunt impedimẽta: ergo nec debẽt mr̃imonio cõsignari, præsertim cùm sit inter reliqua in minimo perfectiõis gradu: & quò res minùs est perfecta, cò pauciorib̃us impedit. ¶Secũdò. Vbicunq; est morbus, ibi est remediũ necessariũ: sed cõcupiscẽtia, in cuius remediũ est mr̃imonium indultũ, existit in oib̃us: ergo nemo debet simpliciter à mr̃imonio arceri. ¶Tertiò.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Cõiunctio viri & mulieris nunq; nisi per matrimoniũ licita est: sed oĩs illicita coniunctio dirimi põt: ergo quicquid matrimoniũ impedit contrahendũ, dirimere debet contractũ, tanq; illicitè initũ, atq; adeò non distinguunt impedimẽta, vt alia sint quæ impediant duntaxat matrimonium contrahendũ, atq; alia, quæ dirimant contractũ. ¶In contrariũ per alterum extremũ arguitur q̃ sint infinita impedimenta: tum quod matrimoniũ quoddã bonum est: boni autẽ defectus, vt Diony. 4. cap. de diuinis nominibus autor est, infinitis modis accidit, veluti ab scopo aberrare, vt ait Philosophus: tum q̃ huiusmodi impedimenta sumuntur secundùm conditiones particularium personarum, quæ sunt infinitæ.

Pars affirmatiua.

Haeretici.

¶Hæretici illi, qui facultatẽ ecclesiæ circa sacramentorũ substantiã & ornatum adimũt, eam negant leges posse condere impedimentorum matrimonij, præter illas, quæ sunt de iure naturæ, vt filia non cõtrahat cum patre, vel fortè cum fratre, vel quę iure diuino sunt in Leuitico. Quare & sacerdotes, dicũt, posse mr̃imonia cõtrahere, & religiosos: nam alia impedimẽta veteris legis ceremonialia erãt, & iam cessarunt. Ita dogmatizãt Lutheranorũ scholæ. Sed sunt in hoc, veluti in alijs plurimis, planè hæretici. ¶Ad quæstionẽ ergo duabus cõclusionibus rñdetur. Prima. Multa sunt impedimenta matrimonio obstãtia, non solùm quæ vel ex defectu consensũ, vel lege naturæ obueniunt, verùm quæ ecclesiasticis institutis decreta sunt. Quæ quidẽ conclusio non tantùm veluti scholastica veritas, verùm ceu catholica, cuius contraria negatio hæretica est, asseritur. Probatur. Res vniuersæ, quæ ex causis mutabilibus & variabilibus pendẽt, obnoxię sunt impedimẽtis, quibus vel impediunt ne fiant, vel factæ cassant: matrimoniũ est hmõi: ergo habet impedimẽta. Probat minor, quia maior notissima est. Matrimoniũ ex triplici causarũ genere constat: mã quatenus est in officiũ gñandi, est naturæ institutum, & quatenus sacramentũ, est institutũ Dei, & quatenus ad conuictum humanum attinet & Reipub. pacẽ, legibus humanis subditur, & oẽs sunt causæ variabiles & impedibiles: nam iure naturę constituitur per mutuũ consensũ ad finẽ gñationis: consensus autẽ, cùm sit res humana, vi & errore impediri põt, & gñatio per impotentiã coeũ designificatio verò sacramẽti vnionis Christi cum ecclesia impedit per bigamiã: conuictus autẽ pacificus impedit per vxoricidia & incestus atq; alia crimina, quæ ideo ecclesia prudẽter impedimenta esse voluit matrimonij. Sed & ornamentũ & ciuile decus mr̃imonij per hoc accedit, quod cognatiõe propinqui à matrimonio propellant. Quo fit, vt de oĩbus istis ecclesia posit leges prohibitorias condere.

Probatio.

Nota.

Prima conclusio.

condere. Quin verò principes, & ciuilis respublica, si modò id ecclesia permittat, facultatẽ habent hmõi ferendi leges, quibus matrimonia cohibeantur, vt inferiùs dist.40. & 42. latiùs monstrabitur. ¶Et per hoc soluitur argumentũ, Si contra obijciatur, q̃ matrimonium est vinculũ diuina autoritate perfectũ, iuxta verbũ illud, Quos Deus coniunxit homo non separet: diuina autem volũtas impediri per causas nequit creatas. Respondetur, inquam, q̃ Deus matrimoniũ non coniunxit nisi per causas supra dictas. Dicitur enim ipse coniũgere, qa id facit per leges à sua æterna lege deriuatas, deq; humanis rebus disponentes, quæ quidem res per leges itidem ecclesiasticę Reipub. quã ipse instituit, possunt impediri. ¶Secunda conclusio. Impedimẽtorum matrimonij quædã sunt, quæ impediũt contrahendum, non autem dirimunt cõtractum: alia verò sunt quæ & contrahendo obstant, & contractum distrahunt. Diuisio hęc nascitur ex alia eorum partitiõe, quæ ad matrimonium spectant. Quædã enim sunt quæ ad eius tantùm solennitatem attinent, atque alia, quæ sunt de eius essentia. Impedimenta ergo eorũ, quæ sunt de solennitate, impediũt quidem contrahendũ: quia illis impedimentis existentibus peccatum est matrimonium contrahere, sed cõtractum non dirimunt. Impedimenta verò eorum, quę sunt de essentia, diluunt etiam contractum. Et ratio discrimi nis est clara: quoniam existentibus illis, quæ sunt de essentia rei, quanuis eius ornamenta desint, res nihilominus cõsistit, vt si adsit materia & forma, quanuis color vel aliud accidens defuerit, res seruatur. Attamen vbi id, quod est de essentia, deest, res ipsa perimit. Exemplum etiam est in alijs sacramentis: nã sine exorcismis, catechismis vel alijs ceremonijs, si fiat baptizatio in aqua cũ legitima forma, erit verus baptismꝰ. Quòd si arguas. Perpetuitas indissolubilitasque matrimonij est vsque adeò ei propria, vt sit de eius diffinitione: quod autem est de diffinitione rei, est ab ipsa inseparabile: nulla ergo sunt impedimẽta, quæ dirimant contractum. Respondetur, sensum non esse, quòd dirimant coniugium illud, quod legitimè fuit compactum & semel valuit, sed quòd si sit de facto attentatũ, erit irritum & cassum. Qui enim clam contrahunt, peccant quidem, sed factum tenet. Cognati verò intra quartum gradum & peccant attentando, & nil faciunt. Quare hæc impedimenta non pr[illegible]è dirimunt: quia nullum vnquam fuit matrimonium, sed dicuntur dirimere ad differentiam aliorũ: quoniam qui de facto sic contraxerũt, iure sunt separandi. ¶Impedimenta primi gñris sunt tantùm duo: scilicet, vetatio ecclesiæ, & tempus feriatum: his carminibus contenta. Ecclesiæ vetitum, necnon tempus feriatum impediunt fieri, permittunt facta teneri. Vetatio seu prohibitio ecclesię est, ne clanculò matrimoniũ fiat. De quo quidem impedimento distinct. 28. dictum est, vbi declarauimus matrimonium clam contrahere esse peccatum mortale: hoc est, si sine testibus fiat, quibus publicè constare possit, fortasse autem sine bannis non semper est mortale. De alio verò impedimento feriarum: nempe, de temporibus, quibus nuptiæ solenniter fieri prohibentur, diximus distinct.32. ¶Impedimẽta dirimentia sunt duodecim, de quibus sigillatim agendum est, hisque versibus continentur, Error, conditio, votum, cognatio, crimẽ, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si fortè coire nequibis. Hæc socianda vetant connubia, facta retractant. Potest etenim matrimonium impediri aut ex parte ipsius contractus, qui per spontaneum mutuumque consensum compingitur & quia voluntarium per violentiam, ac per ignorantiam errorem q; tollitur, hęc duo prima sunt coniugij impedimenta. Sed quia causam formalem attingũt, non ad hunc locum, sed ad superiora, quibus de causis efficientibus matrimonium agebatur, spectant. Et ideo de violentia distinctione.29. & de errore distinctione.30. dissertum est. ¶Ex parte verò personarum, quarum legitimam idoneitatem impræsentiarum tractamus, bifariam accidunt impedimenta. Sunt enim quæ simpliciter impediunt, vt persona nullatenus posit matrimonium contrahere. Alia verò impediunt non simpliciter, sed respectu alterius certæ personæ. Illa autẽ prioris generis sunt, quæ fini matrimonij obstant, seu generationis tantùm, seu generationis & cohabitatiõis. Et sunt numero quatuor. Aut enim facto obstat, vt nullo modo fiat, vt impotentia coeundi, aut quia libertatem aufert ne liberè fiat, vt seruitutis conditio: aut iure priuat ne licitè fiat, idque siue ratiõe officij, vt ordo, siue ratiõe voti, vt castitatis votum. Illorum verò impedimentorũ, quæ non simpliciter, sed respectu alicuius personæ obstãtia sunt, aliquod impedit propter obligationẽ ad alterã personã, & illud est li-

Obiectio.

Diluitio.

Secunda conclusio.

Duo impedimẽtorum genera.

Solutio.

Ratio discrimini.

Impedimenta circa solẽnitatem.

Vetatio ecclesiæ.

Tempus feriatum.

Versiculi.

Impedimenta matrimonij vũ possunt oriri.

Ex parte personarum.

Impedimentum prioris generis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ligamē prioris matrimonij, rōne cuius fieri nequit alterius cōtractio, vel quia proportio deficit: quæ triplex esse pōt. Aut enim est nimia distantia, & sic est disparitas cultus: nequit enim fidelis cū infideli cōtrahere. Aut nimia appinquitas, ex qua nascitur triplex impedimentū: scilicet, cognatio consanguinitatis, quæ est propinquitas duarū personarum rōne tertiæ sanguine eis coniunctæ: & affinitas, quæ est propinquitas duarum personarum ratione tertiæ matrimonio cōiunctæ: & publica honestas, quæ est propinquitas duarum personarū ratione tertiæ per sponsalia cōiunctæ. Aut tertiò deest proportio ppter earundē personarum indebitam cōiunctionem prius factam. Quod est impedimētum criminis: scilicet, adulterij. Nequit enim quis cū ea contrahere, cum qua adulterium cōmiserat. Cui adiungitur & alterum crimen vxoricidij: occisor nanq; vxoris irregularis fit ad alterū matrimoniū cōtrahendū. ¶ His appēditur alia personarū distinctio ex superioribus collecta. Quædam enim sunt ad matrimonium contrahendū plenè legitimæ: nempe, quibus neq; votum obuiat cōtinentiæ, neq; sacer ordo, neq; quodpiam aliorū impedimentorum. Quædam verò penitùs illegitimæ, vt putà quibus vel votum obstat, vel ordo, vel aliud quodpiā hmōi impedimentū. Sedquædam sunt neq; plenè legitimę, neq; omnino illegitimæ, sed mediæ, vt frigidi & serui, qui quibusdā accidētibus causis cōmanere pōt, & eisdem deficientibus sunt separādi, vt suis proprijs locis videbitur.

Cultus. *Consanguinitas.* *Affinitas.* *Publica honestas.* *Crimē adulterij.* *Crimē vxoricidij.* *Votum.* *Sacer ordo.* *Frigidi. Serui.*

¶ Ad primum igitur argumentū respondet, q̄ etiam alijs sacramētis commune est, vt impediri possint si quid de eorum essentia aut solennitate subtrahatur. Adscribuntur tamē matrimonio peculiariùs impedimenta: primò, quia in duabus personis tanq̄ in subiecto sacramentū hoc consistit: cætera verò nō nisi in vna: quod aūt ex pluribus pendet facilius impeditur. Secūdò, quia mrimoniū pendet ex humanis causis & cōtractibus: quare & pœnitentia est impedibile sacramentum, sed non tantum quantū hoc. Tertiò, quia cætera propter suam perfectionē sunt de præcepto aut consilio: hoc autē fundatur in indulgentia tanq̄ minùs bonum: quare per tot impedimenta offert occasio ascendendi ad perfectiorem statum continentiæ. ¶ Secundum autem argumentum procederet, si nō essent alia remedia, quibus posset efficaciùs & decentiùs morbo cōcupiscentiæ succurri. ¶ Ad tertium respōdetur, q̄ non omnis cōtractus illicitè factus est dirimendus, sed ille, cui deest aliquid de substantia. Impedimēta verò, quę non dirimūt, non impediunt prorsus ne fiat, sed ne absq; tali solennitate fiat. Et ideo licet faciant matrimoniū culpabile, non tū nullū: veluti si quis post secularem tibum sumptū consecraret. ¶ Ad aliud, quod in contrarium de infinitis impedimentis obiectum est, rūdetur, q̄ ea, quæ per accidens bonū aliquod impediunt, sunt infinita, sed quæ illud corrumpūt, sunt determinati numeri, vt patet in naturalibus, vbi vt causæ constituentes sunt finitæ, ita & earum contrariæ corrūpentes. Et quanuis indiuiduę conditiones personarum in speciali sint infinitæ, sicut ipsæ in infinitū multiplicari possunt: tamen in generali possunt ad certum numerum reduci, vt in præceptis artium est inspicere.

Solutio primi argum. *Rō pria impedimentorum matrimonij.* *Rō secūda.* *Rō tertia.* *Solutio secundi.*

ARTICVLVS. II.

Vtrùm frigiditas matrimonium contrahendum impediat, & contractum dirimat.

SVbsequitur vt sigillatim de huiusmodi impedimētis dicamus, ab impedimēto frigiditatis exordientes. Igitur quòd frigiditas nullum sit matrimonij impedimētum, arguitur primò. Nullum est impedimentum, saltem dirimēs, nisi quod substantię matrimonij obstat: frigiditas autē nō est hmōi: quū coitus non est de essentia, vt superiùs ostensum est, & matrimoniū virginis cum Ioseph declarauit: ergo non est impedimentū. ¶ Secundò. Nonnunq̄ redundās caliditas virtutem exiccat seminandi, & potētiam adimit cocūdi: imò & ætas seu puerilis seu senilis virtute coeundi non vigent. Quin verò & instrumentorū naturalium inepta dispositio in vtroq; sexu obstare pōt ne coitus idoneè fiat: ergo nō est cur potiùs frigiditas, q̄ alia quæuis qualitas inter impedimenta cōnumeretur. ¶ Tertiò. Si mulier anteq̄ nubat cōscia sit frigiditatis viri, & nihilominus in matrimoniū consentiat, non dirimitur: ergo frigiditas non est sufficiens impedimentū. ¶ In contrarium est decretum Innocentij. 3. in ca. Quod sedem, de frigid. & malefi. Sicut pueri, qui non pōt reddere debitū, nō est aptus cōiugio: sic qui impotentes sunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

Pueri. *Ætas.* *Frigiditas.* *Frigiditas.* *Frigiditas.* *Frigiditas.* *Frigiditas.* *Impotentia coeundi.*

¶ Quæ iam quæstura dimanant priora sunt,

sunt, q̄ quæ ab arte vel ab humana lege cōstituunt, sermo impedimentorū naturaliū antecedere deber. Hęc aūt generali noīe dicunt impotētia coeundi. At quia hæc impotentia vel naturalis esse pōt, vel ab arte, ad explicādas ambas species inscript⁹ fuit speciatim titulus de frigidis & malefficiatis. Atq; adeò nomine frigiditatis oīs impotētia, quæ à natura cōpetit, cōprehendit. Frigiditas, inquā, nō accidētaria, quæ transit, sed cōplexionis naturalis. Etenim cùm vis caloris naturalis sit, quæ semen satis ad egestionem digerit, nomen frigiditatis obtinuit, vt oēs impotentias naturales coeundi significaret. Quapropter frigiditas mulieris, quia non se habet nisi vt patiens & recipiēs, mrimonio nō obstat. Notā tū impotentiā coeundi, non aūt generādi: sunt em diuersæ. Potētia siquidē coeundi est potētia seminādi in vase idoneo, per hoc em efficiunt cōiuges vna caro, quę quidē esse potest sine generādi vigore. Pōt em seminatio effectu gnationis frustrari tam ex parte viri, q̄ ex parte fœminæ. Impotētia verò generandi appellatur sterilitas: & hæc nequaq̄ est impedimentū mrimonij, sed impotētia cōcūdi. Et tō est, qm cōsummatio mrimonij cōsistit in cōmissione sexuū, quę p eiusmodi seminationē celebrat. Quocirca q̄is masculo instrumentū erigat, & fœmineū referet, si tū impotēs sit seminare, frigidus censet. Imò verò licet quis potēs esset seminare, tū præpropere, ita vt nō posset vas idoneū expectare, sed foris semēfunderet, vt frigidus haberet. Quā quā hoc q̄ ratissimè accidat, vt sit impedimētum perpetuū, quia facile vī remediū per artem medicā adhiberi posse. Nisi forsan potēs sit semē effundere, sed nō erigere, quod accidere sæpè solet tam in senibus, q̄ in debilibus alijs. Præterēq̄ q̄ inepta corporis habitudo cōgressum impedire pōt ad legitimē seminandum. Quòd si arguas. Cùm ples sit finis matrimonij, apparet non tm frigiditatē, verū & sterilitatē impedimentū esse. Rūdetur, sterilitē seminātes posse cōtrahere, si nō in officiū naturæ, saltē in remediū cōcupiscentiæ, vt de vetulis ait impræsentiarū D. Tho. ¶ Hæc aūt coitus impotētia vel est naturalis, vel accidētalis. Accidentalis quidē vel per abscisionē viriliū, vel per maleficiū. Illa aūt, quæ per abscisionē accidit, quāuis à naturali quodā pacto differat, vt videbimus, tū ad naturalē reducit orbitatē, & noīe frigiditatis quodā modo cōtinet. Est igitur impotētia naturalis triplex: scilicet, vel ratione ætatis, vel rōne priuatiōis ineptæve dispositiōis membrorum, vel rōne alius qualitatis idoneā seminationem impedientis. ¶ Sed hęc impedimēta multiplicis generis esse pōt. Alia quippe sunt perpetua: putā, quę omni remedio medicę artis sunt destituta: alia verò, quibus per artē subueniri pōt: atq; alia, quæ adulta ętas tollit: ac demū alia, quæ nō sunt simpliciter respectu oīm, sed aliquarū personarū. Pōt em quispiā esse aptus ad conueniendū cū corrupta, & ineptus ad virginē, & validus ad congrediendū cū pulchra, & nō cum deformi. ¶ His ergo prejactis ad quæstionē quatuor cōclusiōnibus rūdet. Prima gnālis sit, Impotētia naturalis cocundi perpetua suapte natura impedit matrimonium contrahendū, & dirimit contractū, ad sensum supra expositum: non em dirimit id, quod legitimū fuit, sed declarat nō fuisse legitimū. Probatur. Cōtractus mrimonij in hoc cōsistit, q̄ alterutrū se cōiuges obligent debitū sibi soluere, iuxta illud. 1. Cor. 7. Mulier nō habet potestatem corporis sui, sed vir &c. nemo aūt se ad impossibile obligare valet: ergo frigiditas: hoc est, talis impotētia cocundi impedit matrimonium. Ex quo fit hoc impedimentū ex iure naturæ ortū trahere: nēpe, per naturalē defectū, Dixerim impotentia naturalis, ad differentiā maleficij, de quo arti. seq. dicturi sumus, & ad differentiā impotētiæ legalis, vt est cognatio: cuius ratio, vt illico patebit, aliquatenus diuersa est. Et adiecimus, perpetua, qm̄ si sit tēporalis: putā, cui vel per ætatē vel artē aliquā mederi pōt, non impedit. Quare impotētia pueri solū impedit vsq; ad quatuordecimū annū, vt distin. 35. relaturi sumus. Et dū frigiditati viri per aliqua medicamina succurri pōt, aut clausurū fœmineū, quod naturaliter à viro rūpi nequit, aliqua arte pōt pandi, non est impedimentū. ¶ Quānis qui cum hmōi impedimētis, donec sublata sint, cōtrahunt, delictū cōmittant. ¶ Quapropter adhibetur hic secūda cōclusio. Quādo lis de frigiditate cōtestat, aut de alia hmōi impotētia, si illa pōt legitima via iuris pbari. illicò dirimendū est mrimoniū. Vt si vir per testes legitimos probaret, antequām matrimonium contraheret virilibus caruisse, vel non habuisse ætatem legitimam, nec postea ea completa consensisse, vel si mulier matronarum iudicio mōstraret sic esse clausam, vt nequeat vlla arte penetrari. Si verò impedimentū hac via cōstare nō posit, expectādū est trienniū, in quo bona fide operā nauare debent consummādo matrimonio, quo elapso si

Impotentia coeundi duplex. *Frigiditatis noīe qd intelligat.* *Impotentia coeundi & generādi diuersæ.* *Impotentia generandi.* *Obiectio.* *Impotentia duplex.* *Impotentia naturalis triplex.* *Varia impedimenta.* *Prima conclusio.* *Ratio.* *Naturalis.* *Perpetua.* *Secunda cōclusio.* *Triennium expectādū.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pso si cõstiterit congredi non potuisse, tũc si cohabitare noluerint, qa qui idoneus est matrimonio dicit se filios velle procreare, separandi sunt. Si aũt cohabitare cõsenserint, perdurare pnt in eadem domo, vt vir fœminã, si non vt vxorẽ, saltem habeat vt fororẽ. Decretum est Cælestini. 3. cap. Laudabilẽ, de frigid. & maleficiat. iuxta sanctionẽ Gregorij can. Quod autẽ. 33. q. 1. Et ideo diximus in prima conclusione hanc impotentiã suapte natura dirimere, vt exciperem' spontaneũ vtriusq; cõsensum, qui efficere potest, vt nõ dirimat. Quare hoc nõ est impedimentũ necessariũ, vt cognatio intra quartũ gradũ, sed voluntarium, modo inferius explicãdo. ¶ Rogas aũt quo nã pacto elapso triẽnio constare potest, nunq; matrimoniũ consummasse? Rndet, ꝙ si ipsa est virgo, pot per inspectionẽ matronarum cõperi, quibus adhibenda est fides, cap. Propositisti. de probatio. Si verò ipsa, quæ diuortiũ petit, corrupta est, & nihilominus negat viri potentiã, ille verò iurat, se eã cognouisse, eius iuramẽto in fauorẽ mrimonij standũ est: quia est caput fœminæ, vt c. Si quis. 33. q. 1. & c. 1. de frigid. & malefic. sancitur. Quod si ambo negãt, tunc, si fieri pot, septẽ sunt adhibẽdi iurati testes, vt Greg. & Cælestinus locis citatis aiũt. Sed re vera si in eodẽ lecto triẽnio cubuerũt, q̃ difficillimũ est alterutrã partem pbare. Crimen em fornicatiõis vel adulterij probaẽ ex præsumptiõe si adsint testes, qui viderint eos amplexãtes, aut in eodem lecto, aut per publicã famã, vt c. Præterea, de testib. Si aũt maneant in codẽ toro vt cõiuges, negatiua pars pbari neutiquã pot, neq; verò affirmatiua per visum, nisi turpissime adhibeanẽ testes: quare tunc referẽda est res ad testes ex auditu, qui ab ipsis audierint mrimoniũ cõsummasse, aut nunq; ipsum cõsummare valuisse, aut amborũ iuramẽto standũ est. Quocirca adhibẽda est maxima prudẽtia iudicis. Et re dub. a pferenda est sntia in fauorẽ mrimonij ne dirimat, alioqui fraudib' & dolis sterneret via. ¶ Quid aũt si hmõi impedimẽta cõtracto iam cõsummatoq; mrimonio superueniãt? Rndetur, ꝙ tũc nullaten' impediũt, nec hoc pot in dubiũ reuocari. Si tũ accidãt post ratũ mrimoniũ nondũ cõsummatum, nõ defuerũt qui dicerẽt, vt Ricardus & Scotus hic referunt impedire, & dirimere. Et videtur opinio Gratiani in summa. 33. q. 1. vbi ait, ꝙ coniugiũ confirmaẽ carnali officio, & postq; cõfirmatũ fuerit, non est, nisi causa fornicatiõis, diuisibile. Verũ anteq; cõfirmet impossibilitas officij soluit vinculũ coniugij. At verò nisi loquaẽ de spõsalibus certè (vt salua eius autoritate loquamur) cũ sua opiniõe relinquẽdus est: qm̃ nullum est impedimentũ, quod mrimoniũ, quod verè legitimũ fuit, discindere valeat. Quare matrimoniũ ratũ, eo quod legitimũ est, nõ nisi per ingressum religiõis pot dirimi. Atq; eã ob rẽ diximus in cõclusione hmõi impotentiã impedire cõtrahẽdum, & dirimere contractũ: nmirũ, insinuãtes, ꝙ si nõ præueniat contrahendũ, non dirimit contractũ. ¶ Tertia conclusio. Dissoluto mrimonio ille, qui frigidus vel aliter impeditus pbatur, iure interdicit ne ad aliud possit mrimoniũ cõmigrare, alteri verò facultas fit trãseundi. Cuius ratio plana est: qm̃ quidẽ impedimẽtum vnius alteri minimẽ obstat. De impedimẽto viri extat tex. supra citatus Laudabilem, de frigid. & malefic. post Gregoriũ can. Requisisti. 33. q. 1. vbi vxori fit facultas ad secũdas nuptias cõuolandi. Atqui de impedimẽto fœminæ extat ca. Ex literis, eod. tit. vbi viro libera fit potestas accipiẽdi aliam. Quapropter quod Grego. ait in dicto can. Requisisti, ꝙ vir impedit' debet vxorẽ habere vt sororẽ, vel si separenẽ, debẽt ambo manere innupti, consiliũ dũtaxat est respectu illi', qui impedimentũ nõ habet, sed respectu impediti est præceptũ. Similiter quod Lucius. 3. cap. Cõsultationi, eod. tit. dixit: scilicet, ꝙ dũ mulier est occlusa, ecclesia Romana cõsuevit iudicare, vt illas si nõ pnt viri habere tanq; vxores, habeant saltẽ vt sorores, nõ obligat virũ nõ transire ad alias nuptias. ¶ Ex quo planẽ fit, ꝙ vbi impedimentũ coeũdi fuerit simpliciter perpetuũ, ita vt omni prorsus sit remedio destitutũ, vt si vir, anteq; cõtraheret, eunuchus esset aut exectus, quis neuter diuortiũ petat, nullũ re vera est mrimoniũ: alioqui nõ posset per ecclesiã sic dirimi, vt facultas fieret alieui illorũ ad alias nuptias cõmigrandi. Et hic est sensus cap. Quod sedẽ, ibi, qui impotẽtes sunt, minimẽ apti ad mrimonia cõtrahenda reputantur: sunt enim sicut duæ fœminę. Nam etsi copula nõ sit de essentia, potestas tũ & obligatio copulę essentialis est mrimonio. ¶ Quarta conclusio. Si ille, qui tanq; impeditus condẽnatus est, transiens ad secũdas nuptias reperit mrimoniũ consummasse, ad priores reuocãdus est, etiã si vxor iam tũc cũ alio fuerit viro coniugata: tunc enim ecclesia se agnoscit fuisse deceptam, atq; illud matrimonium, quod ratum & legitimũ erat, tanq; irritum pronunciasse. Decretum est eorundem

Suapte natura.
Nota.
Dubium.
Dilutio.
Quando vterque conuiux negat copulam.
Si impotentia coeundi supueniat.
Solutio.
Discrimen.
Ricard.
Gratianus.

dem capitulorum Requisisti, & Laudabilẽ, & Innocentij capit. Fraternitatis eodem tit. Secus si religionẽ fuisset professa, quod quidem, quia matrimonium non erat consummatum, facere potuit. Aut si fuisset fornicata: nam tunc posset vir diuortium quo ad torum facere, vt ibidem habetur. ¶ Veruntamẽ videtur cõclusio hæc moderamine quodam indigere. Sunt etenim quipiam ad aliquam fœminam inhabiles, qui tamen ad alias sunt idonei. Simileq; fœminis respectu virorum accidit. Atque id quidem plurimum in maleficiatis vsu venit. Sed quo illos (vt de quibus artic. proximo dictum fuit) interim omittamus, per naturalem impotẽtiam id etiam, licẽt non tam crebrò, contingere solet. Potest enim quispiam imbecillis esse ad deflorandam virginem, qui tamen validus est vt eum corrupta conueniat, vel qui à deformi excitari non valet, potest tamen incitari ab alterius pulchritudine. Quod præterea propter membrorũ disparem deformitatẽ contingere consueuit: nempe, quia hæc fœmina strictior sit & occlusior, quam vt ab hoc viro possit reserari: quæ tamen ab altero cognosci potest. Ricardus ergo, Durandus & alij, id simpliciter fateri videntur, quod tunc cõsummans secundum matrimonium non sit reuocandus ad primum, sed debeat in secũdo perseuerare. ¶ Nihilominus perspicaciùs est iudicium adhibendum, ne fallacia delitescat. Est enim regula mente & vsu (iudicio meo) amplectenda, quam Inno. cap. Fraternitatis, de frigid. & maleficiat. sapienter mihi docuisse videtur ad discernendũ quando impedimentum sit temporale, & quando perpetuum: nempe, quod illud non sit perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum absq; corporali periculo potuit remoueri. ¶ Sed ais, quid si fœmina nimis obseratam permittere renuit rumpi: quia nõ sine cauterio, aut alio ferri dolore id fieri potest? Rndetur, ꝙ dum modò medici iudicent, impedimentũ esse medicabile, nil refert, ipsa adnuat aut renuat: quia natura & nex' matrimonij, per mutuos cõsensus cõfirmati, non pendet ex futura facti cõtingentia. Sed potestas tollendi impedimentũ facit illud firmũ. Et probatur hoc planè. Nam si quę nunc disrumpi dissentit, postea id permitteret, tunc sine nouo cõsensu matrimoniũ iudicaret validũ: ergo antea q̃ id permitteret, erat validum: qm̃ nullũ erat, consolidare. Ex quo fit, ꝙ quãuis vir ineptus sit ad virginẽ, nihilominus matrimonium tenet si aptus est ad corruptã: quoniam si non est alia clausura: q̃ virginitatis, profectò, vt inpræsentiarum ait S. Tho. per artem potest pandi. Et ideo quomodocunq; separentur coniuges (nõ loquimur modò de maleficiatis) si postea experimento comperitur, illum, qui inhabilis iudicatus est, habilẽ esse, remigrare ad primum debet matrimonium. Atque adeo quanuis iudicio medicorum afferentium non posse impedimentum tolli, fuerit matrimonium dissolutum: si post humana arte auferitur, iudicandum est fuisse deceptos & coniugium fuisse validum. Secus si per miraculũ: quia natura matrimonij nõ pendet ex miraculo. Quare illa, quæ per miraculum aperiretur, posset tũc alteri nubere. ¶ Sed quid si per magicã, & non aliter, posset impedimentum amouerì? Respõdetur, nihilominus illud censeri perpetuum: quia fas nõ est industria & ope dæmonum vti. Quid aũt si illa iudicaretur, posse cognosci ab alio viro, vtrum deberet hoc matrimoniũ dissolui, vt alteri nuberet? Respondetur in primis nullatenus fœminæ licere cum altero fornicari, vt priori viro reddatur idonea: quia impedimentum, quod non nisi per peccatũ potest tolli, non censetur auferibile. Secundò, respondetur nec tale matrimonium esse tũc dirimibile: nam si illa ab alio viro cognosci potest, signum est, ꝙ sit ab hoc cognoscibilis, nisi iste sit frigidus. Hactenus nihil de maleficiatis. ¶ Quod autẽ de deformi & pulchra adiectum est, nihil ad dissoluendũ matrimonium attinet, quia conditio illa est nimis accidentaria. ¶ Dubium autem, quod hic vehementius vrget, est vtrùm in euentu, quo medicorum iudicio constat impedimẽtum seu fœminæ seu viri esse amouibile, teneatur ille, qui impeditus est, quancunq; molestiam, & dolorem perpeti, vt tollatur. Apparet enim prorsus teneri: nam cùm tunc ecclesia non debeat matrimonium dissoluere, non est cogendus ille, qui filios potest procreare, in cœlibatu viuere: est ergo alius cogendus, vt impedimentũ tollat. Respondendum tamẽ (ni fallor) cum salis tẽperamento. Tenetur, inquam, pati molestiam aliquam & dolorem, etiã grauem, eò præsertim quòd sua culpa in tales angustias se coniecerit, debuisset quippe sibi prospicere antequam matrimonium iniret. Et ideo pati debet incisuram, etsi opus est cauterium. At verò grauissimum morbi incommodum non tenetur perpeti, præsertim

Nota de ine pto ad virginem.
Limitatio clausuræ.
Membrorũ deformitas.
Per magicã
Nota.
Solutio dub. 1.
Solutio 2.
Dubium.
Solutio dub. 3.
Regula tenendum.
Impotentia perpetua.
Dubium.
Solutio.
Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tim cum periculo magnæ læsionis, maximè si diuturna timeretur. Neque nimium debet existimari grauamen, quod propter morbũ vnius coniugis alter sit vsu matrimonij priuatus: nã hoc perq; sæpè accidere assolet. Quando verò citra periculum mortis curari nõ potest, impedimentũ reputatur perpetuũ atq; adeo dirimens, vt loco citato Innocẽtius probè decernit. ¶Hic addere operæpreciũ est, q̃ non licet ex isto frigiditatis impedimẽto ad alia morborum genera ducere. Si enim quis vxorẽ duxerit, vel leprosam, vel fœtorẽ ore spirantem, cuius cauia molestissimum sit cũ ea commuere, & concubare, licèt morbis illis ante matrimoniũ laborasset, quos vir ignorauit, & si præsciuisset, nunquã eam duceret, nihilominus matrimoniũ est legitimũ, neq; vllo modo eius vinculum dirimi potest: q̃m cum vinculũ matrimonij iure diuino & naturæ sit indissolubile, fas nõ est illud nisi propter sola impedimenta sanctioribus ecclesiæ expressa dirimere. Neque admittendum est argumentũ à simili, q̃ si frigiditas eò dirimit matrimonium, q̃ obstat progignendę proli, alij morbi, qui horrorẽ in concubitu offerũt quantum vis vehementem, illud etiam impediant. Legibus enim, præsertim tanti momẽti, quibus matrimonium dirimitur, nullum prorsus locum hmõi argumenta sortiuntur. ¶Postremum deniq; dubium circa impedimenta diluendũ restat, quid si fœmina ante consœderationem matrimonij impedimentũ viri nouerit, vel vir impedimentũ fœminę, vtrũm tunc si vltro se associare volunt, matrimoniũ teneat. Apparet enim tenere posse dictum est hoc impedimentũ non esse necessarium, sed posse coniuges commanere. Simile enim vsu venit in conditione seruitutis, quæ ignorata dirimit matrimoniũ, præcognita verò non dirimit. Distingui nãq; hic cõsueuit duplex impedimentum, aliud de iure, quod est legale, vt cognatio intra quartum gradũ, & ordo seu religionis solenne votum: & hoc siue præuoscatur siue ignoretur, semper, iure ipso cohibente, impedit. Aliud verò de facto: nempe, quod officium illud cocundi reddit impossibile. Et hoc dicunt dum est præcognitum & electum matrimonio non obstare. Hæc tamen conclusio prudentiæ iudicio cõdiri debet, vt vera sit. Enimuerò si impotẽtiæ impedimentũ, vt supra diximus, simpliciter sit perpetuum absq; vllo remedio, nullũ cõponitur matrimoniũ, secus, vt expositum est, dum impedimentum tolli potest. Tunc enim quanuis non tollatur, si tamen commanere volunt, sunt veri coniuges. Atq; in hoc proprio casu verificatur hoc impedimẽtum non esse necessarium, sed spontaneum, quãdo quidem illo existente matrimonium nihilominus perdurat. ¶Atque hinc iudicium sumitur de matrimonio spadonum, castratorum, & eunuchorum. De quibus regula sit infallibilis & certissima, q̃ si nullatenus dum maritãtur in vase legitimo seminare possunt nullum contrahunt matrimonium: quia fieri nequeunt vna caro. Si verò seminare quoquo pacto illic possunt, licèt ad generãdum sint inepti, matrimonium verè contrahunt: quia tunc, vt supra dictum est, nõ frigidi, sed steriles reputantur. Castrati autem, eunuchi & spadones idem re vera sunt: nempe, qui testiculis carent, nisi quod castrati appellãtur, qui ita nascũtur. Spadones verò quibus posthodum euelluntur, non ab spatha, vt quidã volunt, sed ab σπάω quod est euello. Et isti appellantur Thlibiæ. l. Spadonum. ff. de verborum signi. Eunuchi verò sunt, quos dñi castrant, vt vxoribus seruiant. Alij sunt qui obtritos maceratosq; habent testiculos, qui quidem græcè dicuntur Thlasiæ. Vnde Deutero. 23. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testibus, & abscisso veretro ecclesiam Domini. Igitur si quis ita est spado, vt nõ solùm testiculis, verum & reliquo membro sit orbatus, certissimum est nullo posse matrimonium contrahere. Si verò spadonibus, qui testiculis orbati sunt, virile superfit, sunt qui dicant, vt Sylvest. verbo. Matrim. 8. §. 16. referr matrimonium contrahere posse, quãquam non seminẽt: quia exigere valent, & possunt fœminam prouocare atq; ei satisfacere. Ita censet glo. fi. in can. Hi qui 32. q. 7. Et fundãt se isti in l. Si serua. ff. de iure dotium, vbi ait Vlpianus, quòd spado contrahere põt, non autẽ castratus: quasi castratus sit, vt falso isti putãt, qui testiculis & virga carear, spado verò qui non nisi testiculis. Est tamen opinio intolerabilis: quia vbi non est seminatio, nõ fiunt coniuges vna caro, & sic nec est matrimonium: vt scitè ait Panormit. cap. Quod sedem, eod. titu. Et legem illam idem ipse Vlpianus exponit l. Pomponius. ff. de ædilitio ædicto, vbi ait, quòd tunc spado contrahere potest, quando vno duntaxat testiculo caret. Igitur eunuchi vtroque vacui, quanuis virili polleant, illudque erigant, & in vas inducant, re vera nullum cõtrahunt matrimoniũ: quia vel non seminant, vel eorum semen

Nota.
Fœtor viri.
Dubium.
Impedimentum perpetuum.
Duplex impedimẽtũ.
Spadones.
Castrati.
Eunuchi.
Deuter.
Sylvest.
Panorm.

semen non est eiusdem rationis cum prolifico. Imò verò idem de viris, qui nimio sunt senio cõfecti, & exhausti cum Scoto hic crediderim: videlicet, q̃ dum nullatenus seminare valent, nequeunt tunc matrimonium cõtrahere. Nam licèt illud impedimentum accidẽtale sit, vt ait illic Panormitanus, nihil tamen refert, postq̃ est perpetuum & nequeunt fieri vna caro cum coniuge. Vnde D. Tho. in præsentiarũ vetuli, inquit, quanuis quãdoq; non habeant caliditatẽ ad generandum, tamen habent caliditatẽ sufficientem ad carnalem copulã, & ideo permittitur eis matrimonium, quatenus est in remediũ, licèt nõ competat eis quatenus est in officiũ naturæ: vbi insinuat, q̃ si dum contrahunt seminare nequeant, matrimoniũ nullum est. ¶Sed quæ hinc emergit ambiguitas est, si illũ, qui perpetuis eiusmodi impedimentis laborãt, possint se vltrò coniungere. Rũdetur, q̃ per verũ matrimonium, certum est minimè posse. Sed tũ quãtum ad cohabitationem & cõicationem officiorum domus possunt se in totam vitã cõfœderare & obligare, vt fœmina seruiat viro, & vir alat fœminam: qui quidem contractus non matrimoniũ, sed societas quædã ciuilis reputatur. Et hoc est quod aiunt Pontifices, cap. Cõsultationi, & capi. Laudabilem, q̃ vir habeat illam non tanq̃ vxorẽ sed tanq̃ sororem. ¶Ex quo fit, q̃ non possunt lasciue se amplexari, aut impudicè tangere, aut carnaliter osculari: non solùm propter periculum, si in alio illorum existeret extraordinariæ pollutionis, quæ certum esset peccatũ mortale, verùm quia isti tactus & oscula per se, vt verior habet opinio, sunt mortalia, nisi inter veros coniuges. Quapropter periculosissima hæc esset cõfœderatio. Imò verò licet istius modi perpetua impedimẽta in vase seminandi post consummatũ matrimoniũ viro acciderint, non põt istis tactibus vti cũ periculo extra seminandi, & multò minùs põt ad seminandũ cum vxore conari, si modò legitimè certus fuerit minimè id posse in vase perficere. Secus si põt ibidẽ seminare, licet sit ad generandũ debilis & impotẽs. ¶Hinc rursus subsequitur, q̃ vbi non est verũ matrimoniũ modo iam dicto, si ille qui non est impeditus, contrahat cũ alia, etiam sine licentia iudicis, matrimoniũ tenet: peccaret tũ si suam ecclesiæ non expe[illegible]aret. Præterquam q̃ si se obligauit alere consi[illegible]m, tenetur cõtractui ciuili stare, can. Requisi[illegible] [illegible]. ficuti & ipsa sese obstrinxit seruire viro.

Vetuli.
S. Tho.
Dubium.
Solutio.
Nota.
Corollariũ.

¶Ad primum igitur argumentũ iam rñsum est, q̃ etsi copula nõ sit de essentia matrimonij, tñ potestas & obligatio eiusdem est necessaria, quæ tũ per impedimentũ impotẽtię tollitur. ¶Secundũ autem argumentũ cum omnib⁹ suis particulis ex superioribus restat solutum. Caliditas nanq; vix põt tantũ exiccare, vt sit impedimentum. Si tũ per trienniũ impedire constaret, dirimendũ quoq; esset matrimoniũ. Cur aũt illa & reliqua impedimenta tam ex parte viri q̃ ex parte fœminæ generali nomine frigiditatis designẽtur, iam dictum est. ¶Tertium itidem sic solutũ est, q̃ si illa frigiditas viri, cuius mulier erat conscia, est perpetua, nullum re vera conficitur matrimonium, sed si velint, possunt commanere tanquam frater & soror.

Solutio primi argum.
Solutio secũdi argumẽ.
Solutio tertij argumẽ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm maleficium sit matrimonij impediens dirimensq; impedimentum.

QVM frigiditate coniungiẽ maleficium, De quo arguitur non esse matrimonij impedimentũ. Maleficia fiunt arte & malignitate dæmonũ: ipsi autem nõ habent potestatem impediendi coniugale officiũ magis q̃ alias humanas actiones, alioqui & esum & gressum & sensum & alia oia exercitia humana cohibere possent, quod esset intolerabilis peruersio orbis, potissimùm cũ matrimoniũ opus sit Dei, qui est fortior dæmone. ¶Secundò. Diabolus non habet potestatem nisi in peccatores, præsidio Dei destitutos: ergo non potest homini perpetuũ impedimentum obijcere, imò expulso per pœnitentiam peccato, aut per exorcismũ diabolo toleretur maleficiũ: ergo illud esse nequit impedimẽtum perpetuũ. ¶Tertiò. Carnalis copula non nisi sublata coeũdi potẽtia, quæ est eius principiũ, impeditur: potentia verò æqualiter se habet ad omnes fœminas: ergo per maleficium non potest homo impediri respectu vnius & non respectu omniũ. ¶In contrarium est decretum can. Si per sortiarias. 33. quæst. 1. Si per sortiarias atq; maleficas artes, &c. Et sequitur. Quod si fortè sanare non potuerunt, separari valebunt.

Partinegatiua argumẽtum primum.
Secundũ argumentũ.
Tertium argumentũ.
Pars affirmatiua.

¶Maleficia dæmonum non defuerũt qui negauerint, dicentes in hoĩm estimatiõe potiùs q̃ in re existere: nẽpe, quia rerũ euẽtus, quorũ hoĩes causas ignorant, dęmoniacis maleficijs adscribũt. Quapropter impedimẽta, quę nos maleficiis

Decisio articuli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maleficia censemus, ex frigiditate aut alia occulta naturali causa illi arbitrantur procedere. Istorum tamẽ opinio inde illis oriebatur, q̃ dęmoniacos spiritus, quia inuisibiles sunt, fateri renuebãt. Quod autem huiusmodi spiritus re vera existãt, fides nos orthodoxa docet, prædicans Luciferum è cœlo cecidisse, & sub serpentis effigie primos parentes supplãtasse. Quos itidem spiritus Christus sæpenumero in euangelio à corporibus obsessis proiecisse legit. Eosdemq; Apostolus aereas potestates tenebrarum appellat. Quod verò huiusmodi dæmones grassandi in homines potestatem habeant, nisi diuinitus coerceãtur, historia Iob in ipso statim exordio nobis refert: qui & cap. 40. de dæmonibus ait, nõ esse potestatem super terram, quæ eis compareat: cui & ratio patrocinatur: nã spiritus mouere possunt corpora vt intelligentiæ orbes.

Sentẽtia antiqua.

Dæmonũ in cursu.

¶ Igitur ad quæstionem tribus conclusionibus respõdetur. Prima. Possibile est, imò frequenti vsu contingens, vt dæmonum astu & ope maleficium carnalem copulã impediat. Probatur primò, quia cõperiuntur sæpè coniuges non à causa naturali, sed à causa libera ligati. Natura enim semper & vniformiter operatur: quare quæ naturalia sunt similiter ad omnia similia se habẽt. Quò fit, vt qui per naturam frigidi sunt, erga oẽs mulieres eiusdem qualitatis frigeant: & tamẽ experimento compertum est virum aliquem hanc fœminam cognoscere non valere, qui tamẽ circa alias potẽs est. Imò verò cum hac cõgressum appetere, ac subinde membrum erigere, quod cùm vas muliebre attingit subitò relaxatur. Et simili experimento constat fœminam alijs viris idoneam, dum maritus, quanuis eius complexum exoptet, illam aggreditur, eius cõgressum exhorrescere, quippe cui læsa phantasia virile ingentioris se deformitatis ostẽtat, q̃ est. Quod re vera maleficij indicium existit. ¶ At quoniam sunt alij sic de huiusmodi maleficijs opinantes, vt persuadere sibi nequeat, q̃ possint esse perpetua, Vnde inferunt nunquam esse impedimenta matrimonij, subditur secũda conclusio. Huiusmodi maleficia, veluti de frigiditate dictum est, possunt esse tum temporalia tum etiam perpetua. Probatur, quia qua ratione dæmones diuinitus permittuntur in tempus homines deuexare, permitti possunt & per totam vitam molestiã eis facessere. Vnde cùm per voluntatem operentur, possunt, quocunque tempore permittantur, nos contorquere, & eadem ratione ab vsu coniugij cohibere. Eadem conclusio autoritate ecclesiæ confirmatur, quæ, vt habetur. 33. q. 1. can. Si per sortiarias, decernit, vt si adhibitis remedijs: nempe, corde contrito & spiritu humiliato, facta sacerdoti confessione & exorcismis cæterisque ecclesię spiritualib⁹ medellis adiectis, qui maleficia patiuntur non sanentur, separari valeant. Sed aiunt autores prænarratæ opinionis vetustum illud decretũ abrogatum esse. Est tamen hic cauillus in ecclesiam iniurioſus. Non enim solùm non est abrogatum, verum nouo est iure confirmatum cap. Literæ, de frigid. & malefi. adiecta glo. Casus em̃ textus est, q̃ quidam vir nequiuerat cum ꝓpria vxore coire, fatebatur tamen se coijsse cum alijs. Ex quo fit, vt idem triennium, quod secundum Gregorium & Cælestinum locis supra citatis indulgetur frigidis ad suam comprobandam frigiditatem, concedatur & maleficiatis: quo elapso comprobatur maleficium, atq; adeò matrimonium pronũciatur inualidum, vt ex eod. cap. Literæ, colligitur.

Prima conclusio.

Frigidi natura.

Maleficiati.

De fœmina.

Secunda cõclusio.

Casus litterę.

¶ Veruntamen quia dictum est medicamina maleficio dimouendo non applicari nisi spiritualia, dubium se offert, vtrùm possint & corporalia admoueri. Huius autẽ solutio notitiam modorum præsupponit, quibus hæc maleficia fiunt tam ex parte dæmonum, q̃ ex parte magicorum, qui dęmonum facultate funguntur. Vbi notandũ, q̃ dæmones pñt hæc multis modis perpetrare. Primò, mouendo hominis phãtasmata ad illusionẽ. Quod quidem incommodum, vt in præstigijs accidere solet, fœminæ sæpè patiuntur, vt nuperrimè dicebamus, quibus horrificũ vel tactu, vel visu viri instrumentum offertur. Possunt per eãdem specierum alterationem inuisam & exosam vxorẽ viro reddere, & virum fœminæ. Possunt tertiò, per solum motum viri le impedire ne erigatur, erectumq; relaxare, sicut pñt tenere motaręq; lapidem. Possunt præterea citissimo tractu applicando actiua passiuis & instrumentum fœmineum indurare, & lumbos viri in frigidare, & spirit⁹, quibus instrumentum erigitur, exuflare. Ac demum alijs incognitis modis similia obijcere impedimenta. Imò verò si modò diuinitus permittantur, possunt per venena vel aliam herbarum applicationem genitricem virtutem in viro exiccare, & conceptricem in fœmina. Et tunc quidem nõ solùm respectu huius aut illius fœminæ, sed simpliciter vir redderetur [illegible] ,vti sunt frigidi. Sed tamen hoc

Primus modus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quę mala camina sint aptis.

Nota.

hoc perq̃ rarò contingit. Quapropter glo. sit per citato cap. Literæ, hoc discrimen constituit, q̃ frigidi sunt simpliciter impotẽtes, maleficiati verò nõ, nisi respectu huius vel illius fœminæ. Et ideo qui maleficijs affecti sunt, propriè dicuntur ligati: quasi eorũ potentia non quidem exhausta sit, sed ligata existat.

Magici.

¶ Magici verò & malefici id facere sibi videntur aut incantamentis quibusdam, aut characteribus conscriptis, aut rebus alijs colligatis exustisq̃, aut in terram suffossis, aut de arbore suspẽlis. Contẽdunt enim seducti prius ipsi hominibus persuadere, q̃ per huiusmodi impostures dęmones cogant, vt maleficia ad ipsorum magicorum nutum, & libitũ vel faciant, vel infecta reddant. Id quod falsissimum est. Homines quippe nisi diuina virtute nulla arte valent inuitos dæmones trahere aut tenere, aut ad aliquod opus compellere: quippe quibus longè sint viribus inferiores. Sed possunt inferiores dæmones à superioribus vinci & cogi. Nam de viris sanctis nemini dubium est per miracula id posse, veluti Christus eos expellebat, mittebatq; quò sua erat voluntas. Et de Bartholomæo atq; alijs diuis legitur. Veruntamen dæmones, vt maleficos & magicos ad se alliciãt, & illo modo inescatos teneant, illis persuadẽt eorum obsequio sic se esse addictos, vt ad eorum nutum eis obediant, & inuiti suis sint mandatis alligati. Quare nonnunq̃ dum incantãtur, audiri solent vociferantes, vt permittantur abire, aut non cogãtur illuc aduenire, veluti dum virtute Christi & sanctorum propellebãtur. Et eadem ratiõe dum illas ligaturas, quibus teneri se fingunt, magici auferunt, à maleficijs desistunt, illaq; dissoluunt quasi aliud facere nequeãt, q̃ magicorum arti parẽre. Sed sunt omnia nugamẽta diabolica vafricie cõposita. Non enim nisi vltrò omnia faciũt miseros maleficos seducentes. Et quia ista maleficia sæpissimè de criminum meritis oriũtur, admonet ecclesia, vt corde cõtrito se in Deũ conuertant, precibusq; tam ipsi pro se, q̃ alij pro ipsis apud ipsum insistant: quod frigidis non iniungitur. Item vt exorcismorũ beneficio vtantur. ¶ Ad dubium ergo propositum respondetur, q̃ si eiusmodi maleficijs mederi per artem medicam posset, non est cur nõ sit licitum huiuscemodi medelis vti: attamen cùm non ex causis merè naturalib⁹ pendeãt, sed ex voluntate dæmonũ, frustranea essent eiusmodi medicamina. Nisi forsan cõstaret, causas aliquas naturales dęmones applicuisse, quę pharmacis aut alio humano remedio possint amoueri. ¶ Quòd si quis scisciteur, vtrùm fas nobis sit magicos adire, qui maleficia per alia maleficia dissoluant. In prõptu est negatoria respõsio. Haud enim licet imò lætale crimen esset dæmonum potestate vti, quantũuis esset compertũ eorum beneficio nobis nos posse consulere. Quare multò minus licet cum dæmonibus ipsis de eiusmodi rebus tractare: non solùm q̃ hostes nri sint, qui nullam nobis fidem, nisi in nostrã perniciem seruãt, verùm q̃ in baptismo eorũ pompis & auxilijs renunciamus, profitentes semper nos erga eos, veluti erga inimicos, gesturos, atq; adeò nullum ab illis patrociniũ, aut auxilium suscepturos. Ea quippe ratiõe nos possent ad suum ipsorum amorem pertrahere. Quare Deuter. 18. & 1. Reg. 28. & Leuit. 19. & sæpè in sacris literis Phitones & magi & qui eorum consilio vtuntur, aut ope, aut opera, abominabiles habẽtur. Et. 26. q. 2. can. Qui sine saluatore, refertur Augustini decretum, vbi qui sibi beneficio dæmonum mederi satagunt, non sani, sed ægri, non prudẽtes, sed stulti & dementes, & ad æternam perditionẽ tendentes pronunciãtur. Igitur dum maleficium non nisi arte dęmonum curabile est, incurabile ac perpetuum & tanq̃ dirimens matrimonium est iudicandum. ¶ Circa hoc aũt forsan quis percontetur, vtrùm licitũ sit malefici opera, qui paratus est maleficia exercere, vti ad tollendum aliud maleficiũ. Petrus siquidẽ Aureolus dist. præsenti quæst. 2. ait, q̃ quanuis non liceat maleficium facere, ad dissoluẽdum aliud, licet nihilominus vti maleficio alterius, qui paratus est, non quidem mouendo illum vt faciat, sed cõsentiendo, si sua sponte vult facere. Eandem opinionẽ sequitur Angelus in summa, verb. Superstitio. §. 13. Et argumentum istorum est, q̃ licitũ est sub fœnore accipere ab vsurario, qui paratus est dare. Et vt autor est Aug. licet & ab infideli per falsos Deos iuramentum suscipere: similiter ergo, vt aiunt, & maleficium ab eo poscere licet, qui paratus est. Hoc enim non est ad maleficium concurrere. ¶ Est tamen citra dubium opinio plusquam falsa. Sunt em̃ duo operũ genera mala. Quædam sic intrinsecè praua, vt fieri probè nequeant. Alia verò quæ de se fieri possunt bene, sed culpa facientis fiunt male. Adhæc & regula generalis est, q̃ nemini fas est alium ad malum inducere: esset enim in malum cõsentire: & tñ Pau. ad Roma. 1. dignos morte pronunciat nõ solùm eos,

De D. Bartholomæo.

Dęmonum fallacia.

Ligatura.

Solutio dubij.

Dubium.

Solutio.

Cum dæmonibus.

Phitones.

August.

Nota.

Dubium.

Petrus Aureolus.

Angelus.

Argumentum eorum.

Opinio falsa.

Regula generalis.

Paulus.

Universidad de Deusto Biblioteca

eos, qui mala faciunt, sed eos, qui facientibus consentiunt. Quando verò quis ab alio id petit, quod licitè ille facere pōt, non inducit ad malū. Etenim dum ego ab vsurario mutuū peto, non nisi bonum postulo: nempe, mutuum, sed ipse dum non vult nisi cum spe fœnoris dare, perperā dat. Similiter dum ab infideli iuramentum postulo, id ego efflagito, quod ipse per verum Deum exhibere pōt. Quare licèt sciam per falsos iuraturum, ego nō induco ad malum, sed vtor iure meo. Maleficium aūt de se est malū, quod fieri absque culpa nequit: & ideo qui illud quanuis à paratissimo petit, inducere censetur ad malum. Hoc tn̄ licitum est ac meritorium, vt Scotus distin. pnti & Caiet. q. 2. quodlib. 1. in quo de hac re disseruit, scitè iudicant, q̄ pōt quisque cōuenire maleficū & rogare, imò & pecunia ab eo extorquere, vt illas ligaturas, quas habet sepultas aut suspensas aut alicubi asseruatas, inde dimoueat: quia illud maleficū facere virtuosè est. Et quicunque sciret vbi sunt, posset illas inde subtrahere: quia hoc nō est maleficio vti, sed quod factum est destruere. Nam tunc dęmon licèt non vi, tn̄ ex seducto rio pacto, quod pepigit cum malefico, cessabit à maleficio: nempe, vt arbitretur ille in illis inesse maleficiorū virtutem. ¶ Vnum aūt hic argumentum posset quis nobis obijcere. Dictum à nobis superiùs est iuxta Innocētij decretum, impedimentū, quod non nisi per Dei miraculū est amouibile, censendum esse perpetuū: maleficiū ergo, cùm non nisi per orationē & confessionem & exorcismos diuina virtute sit dissolubile, videtur nō nisi per miraculū esse amouibile, atq; adeò debere cēseri perpetuū. Rndetur tamē, non quicquid supra naturali fit diuinaq; virtute censendū esse miraculum, sed id quod insueto fit modo. Remissio enim peccatorū per gratiā, non est miraculum. ¶ Tertia conclusio. Quando maleficio legitimè cōprobato dissoluit per ecclesiam matrimoniū, vtriq; coniugū æqua facultas fit ad aliud coniugū commigrandi, vt ex finalibus verbis prēallegati cap. Literę, colligitur. Et in hoc discriminat maleficiū à frigiditate: nā cùm qui frigidus respectu vni probatur, respectu omniū fœminarū iudicetur, meritò nuptijs interdicitur. Qui aūt maleficiatus est respectu vnius, pōt respectu aliarum esse liber. ¶ Vtrùm verò si postmodū illi maleficiati alias celebrantes nuptias, habiles ad matrimoniū comperiantur, ad priora sint connubia reuocandi, sicut de frigidis dictum est, in dubium vertitur. Canon ērn̄ ille, Si per sortiarias. 33. q. 1. negatiuā partem definit: ait quippe, q̄ si alias nuptias expetierint, quis possibilitas concubendi eis reddita fuerit, illis viuentibus, quibus secūdò nupserint, reconciliari nequibūt. Glossa verò textui cōtradicit: censet enim Gregorianę dispositioni cap. Requisisti, esse contrarium. Quare ait autorē illius textus ignarum potiùs q̄ Gnarum hac parte esse censendū, putans archiepiscopum illum Remensem Gnarum appellari, cùm tn̄ non nisi Hismarius nuncupareſ. Ricardus impræsentiarū sequitur opinionē glossæ contra textum: quia re vera text. nec est cōcilij nec Pontificis. Et prædictus canon Gregorij, & capitula, Laudabilem, & Literæ, absolutè videnť loqui sine discrimine frigidorum aut maleficiatorū, q̄ prius matrimoniū sit tunc validū iudicandū. Quare hęc opinio glossæ est Magistri sent. & cōis. ¶ At verò nō deest in fauorē textus egregium argumentū: nam cùm maleficiati posint inter se, vt diximus esse inhabiles, & tamē ad alias personas idonei, qū matrimonium propter maleficiū dirimitur, videtur simpliciter dirimi: quocirca & si postea vir reperiatur habilis ad aliū, & fœmina ad aliū, non ideo reuocandi sunt ad prius coniugiū: quia non ob id censentur inter se habiles. Et ita tenent Scot. dist. pnti & Abulensis super Matth. c. 19. q. 90. secuti decretum, Si per sortiarias. Rei ergo veritas, ni fallor est, q̄ vbi non est aliud experimētum, q̄ q̄ vir cum alia matrimoniū ōnsummauit, & fœmina cum alio, profectò non sunt ad prius matrimoniū reuocandi propter argumentū modò factum: quia in maleficiatis nō est illud indiciū sufficiens, quod sint habiles inter se, sicut in frigidis. Et hoc fortè voluit textus Hismarij sentire, dum dixit, etiam si possibilitas concubendi reddita fuerit: intelligit enim concubendi cum alijs, non autē inter se. Id quod Gregorianæ sniæ non repugnabat. Quapropter postq̄ secunda mr̄imonia consummarunt, fortasse non sunt cogendi vt inter se experimentū capiant, an coire possint, saltem si exploratū fuisset propter maleficiū non potuisse priùs coire: quia exponerent periculo delinquendi absq; matrimonij cōsummatione. Quare tunc secunda matrimonia sunt seruanda. Attamen si forsan ipsi priuatim animo fornicādi aut experiundi congrederentur, & copulā cōsummarent, tunc si ecclesiæ legitimè constitisset, certò crediderim reuocandos fore ad matrimonium

Solutio argumenti.
Maleficium q̄ se est malum.
Scotus & Caieta.
Dæmō cessat.
Obiectio.
Solutio.
Tertia conclusio.
Maleficij et frigiditatis discrimen.
Dubium.
Can. Si per sortiarias.
Glossa.
Ricardus.
Can. Gregorij.
Opinio glossæ.
Scotus.
Abulensis.
Cap. Literæ.
Hismarius.
Solutio.

nium vetus perinde ac si propter frigiditatē fuissent separati. Quia tunc ecclesia iudicat se fuisse deceptam, & tunc scire quod vel illud non fuerat maleficium, vel q̄ non fuerat perpetuū. Adde q̄ si constare certò posset virum priùs fuisse simpliciter maleficiatū quo ad omnes, quia plures tentauit, & cum nulla consummare potuit, tūc de illo censendū simpliciter esset, sicut de frigido: videlicet, q̄ si postmodum aliud consummauerit matrimoniū, iudicetur iam factus habilis etiam ad priorem, atq; ad eò ad prius matrimoniū reuocetur. Sed certè hoc difficile est explorare. Et ideo Inno. capit. Fraternitatis cordatè ait, q̄ de talibus non est facilè iudicandum. ¶ Ad primum igitur argumentum negatur, dæmones nō habere vim aduersus homines & eorum actiones si diuinitùs permittātur. At verò per Dei clementiam non permittuntur vsq; adeò nobis incommodare, vt ab vniuersis nos nostris operationibus cohibeant: non enim tunc vitam transigere possemus. Sed occulto Dei iudicio quoūdā corū infestationi permittit. Vnde non colligitur, dæmonem Deo esse fortiorē: quia id non nisi Deo permittente perpetrat. Et qm̄ per coniugalē vsum originalem culpam contrahimus, per quā specialiter dæmoni fuimus subiugati, in illo actu & vsu sæpiùs dæmon permittit hominibus esse molestus, veluti in serpentis effigie, qui sua calliditate Euam seduxit, crebriùs incantamenta fiunt. Et (quod mirabilius est) frequentiùs in vsu coniugij, q̄ in fornicatione: nam illam, cùm peccatū sit illi gratum, prohibere nō satagit, sed actū, qui Deo acceptus est. ¶ Ad secundū duo respondent. Primum, quod licèt dæmon non habeat potestatem in hominē nisi propter peccatum, exercet tn̄ sæpe potestatē illam non propter peccatum peculiare illius, quem torquet, sed propter peccatum Adæ, per quod potestatē obtinuit in orbem. Quare & innocentes pōt vexare, veluti de diuo Antonio heremita legitur. Secundum, quod rndetur est, q̄ quanuis maleficiū propter peccatū singulare hominis accidat, nihilominus nō est necessariū vt cessante peccato maleficium cesset: quia pœna, remissa culpa, remanet. Neq; exorcismos oportet contra oēs dæmoniacas infestationes vim habere, sed cōtra illas, cōtra quas peculiariter instituta sunt, vt putà ad expellendos dæmones ab obsessis corporibus. Neque habent virtutem, quę semper necessariò fortiatur effectum, sed pro vt Deus ad salutē animarū nostrarū viderit expedire. Præsertim q̄ iam modò aucta propagataq; fide nō tam frequenter exorcismi dæmones pellūt, q̄ in primordijs ecclesiæ, vbi ad candē fidem confirmādam virtutes illæ erant necessariæ. Sed nihilominus adhibendi sunt exorcismi tanq̄ habētes virtutē, veluti orationes & preces pro rebus temporalibus, licèt nō semper effectū obtineant. ¶ Ad tertium deniq; iam responsum est, q̄ dæmon non solùm sublata potentia generādi pōt copulam impedire, verùm illam ligando. Et ideo non solùm maleficiū contingit in homine ad oēs fœminas, sed frequentiùs impedit respectu vnius modis supra expositis. Quare potest esse impedimentū dirimēs matrimoniū hoc, nō tamen impediens personas respectu aliorum.

Solutio primi argum.
Solutio secūdi argumē.
Solutio secundi.
Solutio tertij argumē.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm furia impedimentum sit matrimonium dirimens.

IMpedimentum furiosorum facillimæ est expeditionis. Arguitur nihilominus q̄ furia non sit impedimentū. Spirituale matrimonium, quod in baptismo cōtrahitur, præstātius est carnali: sed furiosi baptizari possunt: ergo & matrimoniū contrahere. ¶ Secūdò. Frigiditas & maleficiū ob id impediunt matrimoniū, quòd impediūt copulam: sed furiosi non impediunt quin possint illam cōsummare: ergo non sunt à matrimonio arcendi. ¶ In contrarium est, q̄ plus furia vsum rationis tollit, quàm error: error autem impedit: ergo & furia.

¶ Ad quæstionem per distinctionē vnica cōclusione, eademq; trimembri, respondetur. Etenim si furia vel amentia matrimonio successit siue cōsummato siue solùm rato, illud non dirimit, vt patet can. Hi qui. 32. q. 7. idq; ob rationem iam factam: quia verum matrimonium per nullū impedimentū dirimi potest, nisi per solam religionis professionē. Si verò rato antecessit, tunc furiosus vel perpetuus est, vel lucidis vtitur interuallis. Si perpetuus, nullatenus matrimoniū cōtrahit, etsi attentet, nullū est: qm̄ non pōt habere cōsensum legitimum, qui est de essentia matrimonij. Imo verò neq; vllum perficere ciuilē contractum, qui validus sit. Quare hoc impedimentū cōtinetur sub erroris genere. Eadem rōne nec si habens lucida interualla eo tempore,

Partis negatiuæ argumentū primum.
Secundū argumentū.
Pars affirmatiua.
Conclusio.
Furia duplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore, quo ratio illi ecclypsatur, cõtrahere tentet. Eo tamen tẽporis articulo, quo rõnis luce fungitur, si cõtrahat, solidum quidẽ fit matrimoniũ: sed tñ nonnihil iniuriæ eidem matrimonio irrogat: quia nõ satis ad educandã prolẽ idoneus est. Et re vera si tam vir q̃ fœmina frequentiã amentiæ paterẽtur, fortasse esset mortale delictũ. Nisi fortè per alias coniunctas personas satis esset educandis prolibus consultum. Per hæc patet sensus decreti Fabiani eadem cau. & q. Neq; furiosus neq; furiosa matrimonia cõtrahere pñt, sed si contractũ fuerit (scilicet extra furiã) nõ separent.

Fabia.

¶Circa primam partem conclusionis de vsu matrimonij cum furioso dubitatur, vtrùm liceat coniugi sano cum insano & amenti concũbere. Apparet enim q̃ cùm amens sit sicut bestia, non liceat. Rñdetur tñ id licere postq̃ legitimũ est matrimoniũ: veluti licet ad ebriũ mente prorsus abalienatũ accedere, tametsi non sit vsque adeò honestũ, præsertim si est periculũ ne legitimè seminet. Imò verò si ipsa est mentis cõpos, põt vel causa liberos procreandi, vel in remediũ concupiscẽtię dementem virũ incitare apparareque ad copulam.

Dubium.

Dilutio.

¶Ad aliud subinde quæsitũ: videlicet, vtrùm teneat coniux sanus vel sana amẽti dum est in amentia petenti, debitũ reddere, rñdetur, q̃ quantũ ad rei naturã per se attinet, non tenetur: quia amens non petit tanq̃ homo per rõnis vsum, sed tanquã bellua, maximè quia ineptus est ad educandã prolem. Tenetur tñ per accidẽs, si aliter succurri non põt, periculo illegitimè polluendi se, vel cõmiscendi se cum alia. ¶Vtrùm aũt duos prorsus amẽtes liceat copulare: non q̃ in dubiũ sit vertibile, an id sit matrimoniũ: certissimũ quippe est nullum existere, sed vtrùm liceat eos veluti duo pecora coniugare. Audiui equidẽ Parisijs regem Franciæ id vel attẽtasse, vel fecisse. Et videt licitum: quia illi nõ sunt capaces, vt peccare possint magis q̃ pecudes. Nihilominus rñdetur non esse licitũ. Primùm, quia fieret proli iniuria non solùm educandæ: quia illi incommodo succurri posset per herum aut aliam præcipuam personam, quę curam gereret prolis, verùm & generandæ, quia filij nascerentur etiam amentes, quod est detrimentũ humani generis. Quapropter quãuis ipsi se vellent copulare, essent prohibendi. Item propterea quod est monstrũ permittere, vt homines belluarum more carnaliter congrediantur: id enim vbicunq;, etiã in sacro attentarent. Veluti si infantes aut amentes blasphemarent aut aliud attentarent, quod genere suo, saltem lege naturæ, esset peccatum & fœdum, cohibendi essent.

Dubium.

Solutio autoris.

¶Ad primum igitur argumentum negatur consequentia. Matrimoniũ enim furiosi nõ ob id prohibet, q̃ sit præstantius spirituali: sed quia dum fit, requirit cõsensum ac subinde rationis vsum: baptismus verò, quo matrimonium cõtrahitur spirituale, non requirit suscipientis consensum, sed sufficit ecclesię fides. ¶Ad secundũ rñdetur non eadẽ ratione furiam matrimonio obstare, quo frigiditatẽ aut maleficiũ. Illa em̃, quia obstant effectui circa vsum matrimonij, illud dirimunt, furia verò non nisi quia obstat causæ: nempe, consensui, quo contrahitur.

Solutio primi argu.

Solutio secũdi argu.

¶Hic Magister senten. ac subinde eius interpretes de incestu sermonem interserũt, cùm tamen impedimentum sit criminis, aptiùs distinct. 37. inter alia crimina collocabitur.

DISTINCTIO Trigesima quinta, De coniugio seruorum & puerorum.

Præter recẽsita impedimenta condictio quoq; seruitutis inter matrimonij impedimenta cõscribitur. Nam etsi seruitus ius prorsus matrimonij contrahẽdi non extinguat, quominus si serui, heris etiam renuentibus, pactum matrimonij confœderẽt, solidum sit: quod Adrianus Pontifex ex illo ad Gala. 3. In Christo Iesu non est seruus, neq; liber, colligit. Et Iullius præterea definit, quia omnibus vnus est pater. Tamen quia matrimonium non nisi libero consensu conglutinatur, si liber an-

Tex.

Ca.

Cap. Adrian. 29. q. 2.

Cap. Omnes 29. q. 2.

ber ancillam ducat, vel ingenua seruo nubat conditionis ignara, matrimonium neutiquã consistit. Si verò scientes & prudẽtes in eiusmodi coniugium cõsentiant, solidum est. Sic nos idem Iullius illo decreto curauit admonitos, Si quis ingenuus homo vxorem ancillam alterius acceperit, & existimat, quòd ingenua sit, si ipsa fœmina fuerit postea in seruitute detecta, si eam à seruitute redimere potest, faciat: si nõ potest, si voluerit, aliã accipiat: si autem ancillam eam scierat, & collaudauerat, pro vt legitimã eam habeat. Similiter & mulier ingenua de seruo alterius facere debet.

Can. Si qs ingenuus. 29. q. 2.

Cap. ij.

¶At verò si post pactum & ratum inter ingenuos cõiugium, vir se in seruitutem dedat, non tamen proinde (vt Triburiensi synodo cautũ est) aut matrimoniũ dirimitur, aut vxor in seruitutẽ cogitur. At verò vxor absq; cõiugis facultate seruã se facere nequit. Quo autem res ad filios spectat, ventris conditionem secundum imperatorum leges, & sacra Pontificũ instituta sequũtur.

Can. Perlatũ. 29. q. 2.

L. partũ. C. de ser. vẽd. Cap. Princ. de natis ex libr. vtre.

Cap. iij.

¶Et quia puerilis ætas nõnullum seruitutis specimen refert, tandem animaduertendũ ante ætatem quatuordecim annorum virilem, & duodecim fœmineam cõiugale pactum minimè cõualescere, vt tam ciuili lege, de ritu nuptiarũ, quàm sacris canonibus, de desponsatione impuberum, cautum est. Attamen cùm hmõi decreta quodã potiùs arbitramẽto cõiecerint, quàm punctim attigerint, prudẽter excipiũt, quòd si paulo citiùs & vsus rationis & viripotentia maturuerit, vt tam prudentia quàm malitia ætatẽ suppleuerit, matrimonia inter impuberes consistant, vt Alexander. 3. cap. Continebatur, & capi. De illis, cod. tit. prouidenter admonuit. Nã de sponsaliorum ætate supra scriptum reliquimus.

Dist. 27. q. 2. artic. 2.

DISTINCTIONIS Trigesimæ quintę, Quæstio vnica, De coniugio seruorum & puerorum.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm inter seruos possit absq; licentia Dominorum matrimonium contrahi.

HAS quatuor distinctiones, quippe quæ apud Magistrũ nõ tanta ordinis luce fulgebãt, decuit ordine paulo inuerso trãsmutare. Etenim post impedimenta naturalia frigiditatis & maleficij cõgruentiùs sequunt impedimenta seruitutis, & ætatis, quæ conditiones sunt personæ, q̃ impedimentũ criminis, quod ex voluntate proedit. De qua ergo seruitute in hac dist. dicere constituimus, & in duabus proximis de impedimento criminis, & in 38. de ordine & voto, quæ quandam inter se habent connexionẽ. Arguitur ergo q̃ seruorũ matrimoniũ absq; heri licentia nullũ sit. Nemo rem, cuius non est dominus, absque dñi facultate põt alicui tradere: seruus aũt, vt ait Philosophus, nõ est sui iuris, sed dñi: ergo non põt absq; eius facultate se in matrimoniũ alteri dedere. ¶Secundò ad maiorem huius explicationẽ arguitur. Seruus tenet Dñi iussa capessere, & ei obedire: ex altera parte maritus tenetur vxori debitũ reddere, ipsamq; alere: hæc aũt incõpati-

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patibilia ſunt, quia nemo pōt duobus Dñis ſeruire: preſertim cùm ius herus habeat diuē dēdi ſeruū, eumq; ſubinde ad exteras nationes traducendi, vbi vxorē amplius retinere nequeat: ergo matrimoniū abſque Domini facultate contractū nullius eſt valoris. ¶ Tertiò. Obligatio, qua homo ſe diuinis obſequijs addicit, fauorabilior eſt, q̄ illa, qua ſe ſubijcit vxori: ſed ſeruus abſq; Dñi cōſenſu nequit religionē profiteri, vel ad clericatum promoueri: ergo multò minus ſe pōt matrimonio cōplicare. ¶ In contrariū eſt verbum Pauli ad Galat.3. In Chriſto Ieſu non eſt ſeruus neq; liber: vbi æqua Chriſtianorum libertas ad contrahendum matrimonium inſinuatur, ſiue ſerui ſint, ſiue liberi.

Tertium argumentū.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæſtionē vnica concluſione rñdetur. Seruitus ius non adimit ſeruis matrimoniū contrahēdi, quominus ſi etiā inuitis dñis illud contrahant, ſolidū ſit & legitimū. Noſe ſeruorū ancillarumq; iuridico mancipia dūtaxat intelligimus quocunq; iure in dñium aliorū venerint, vt ſerui à liberis diſcernant. Concluſio eſt Adriani Pontificis cap.1. de cōiugio ſeruor. vbi teſtimonio citato Pauli ꝓbat inter ſeruos matrimonia nullatenus prohiberi, etiam ſi inuitis dominis cōtracta fuerint, tametſi debita & conſueta ſeruitia eis dē dñis nihilominus debeant exhiberi. Eadem eſt definitio Iulij Papæ, can. Omnib⁹. 29. q. 2. Quòd ſi conciliū obijcias Gabilonenſe can. Dictum eſt, ead. cau. & queſt. vbi cauet, q̃ cōiugia ſeruorū tum nō dirimant, cùm per voluntatē Dñorum fuerunt coniuncta. Rñdetur, q̃ illic nō inſinuat, q̃ ſi fuerint cōtracta inuitis heris diſſoluantur, ſed q̃ tunc debeat ſeruus nihilominus ſeruire dño. Quare non pōt tam liberè cum vxore cōmanere. ¶ Atqui concluſio hęc non ſolùm humano iure, ſed etiā diuino fulcit. Enimuerò ſeruitus humano iure: ſc. licet, gentiū, introducta eſt: ius autem poſitiuum naturali non obſtat: eſt autem non tantùm hominibus, verùm & cunctis animantibus à natura inditum, vt quēadmodū per alimoniā, ꝓpria indiuidua ſuſtentant, ita & per generationem ſpeciem propagando cōſeruent, quæ quidem generatio inter mortales, vt ex ſuperioribus conſtat, niſi per matrimoniū non fit legitimè: ergo ſicut dñi cohibere ſeruos nequeūt, quominus alimenta ſumant & ſomnum capiāt, atq; alia faciant, quæ ad vitę ſuſtentamentū neceſſaria ſunt, ita neq; arcere eos à mrimonio pñt, quin ſi cōtrahant, validum ſit & firmum. ¶ Hanc rationem, quæ S. Thomæ, & theologorū eſt, Ricard⁹ diſt. pñti art. 4. enerare conatur. Ait ſiquidē falſum eſſe, ſeruitutē tantùm iure gentiū & humano introductam: quippe cùm Philoſophus. 1. Politi. homines elegātioris ingenij cæteris hebetib⁹ ac rudibus, qui virib⁹ corporis valent, dñari autumet. At verò, vt lib. 4. de iuſtitia & iure. q. 2. art. 2 diximus, ſub illa Ariſtotelica ſnia obſcurus intellectus latet, niſi prudenter legat. Illa quippe naturalis ſeruitus longè à legali diſtat. Rudes em̄ hoīes, & qui non tam ingenio, q̃ corpore valent, non ſunt ſic elegantiorum ſerui, vt mancipia, imò ſeruitus illa libertatem nō excludit, ſed tenent parēre elegantioribus quātum ad doctrinā & eruditionē propter ſuū ipſorum propriū bonum: tenenturq; illis viciſsim de honeſtate ſeruire. Quare neq; ipſi, neq; ſua bona ſunt aliena, vt ab elegantioribus poſſideant. De qua vtiq; ſeruitute impræſentiarū non loquimur, ſed de alia legali, de qua habetur Inſt. de iure perſonarū. & ff. de ſtatu hom. l. Libertas, vt qui bello capitur, aut ſe ipſum vēdidit, ſeruus ſit: id eſt, heri mancipiū & poſſeſsio, quæ quidē, cui dubio iure gentium introducta eſt poſt peccatū, cùm in primæua hoīm cōditiōe oēs fuerint liberi conditi. ¶ Hinc ergo ratio nra originē ducit: nempe, q̃ quemadmodū ius gentiū diuiſionē faciens rerū, quarū poſſeſſio, natura integra, cōis erat, efficere nequiunt quomin⁹ in extrema neceſsitate, ipſa acclamāte natura, poſſeſsio earū rerū ſit egentibus cōis, ita ius ſeruitutis non potuit hominibus ius naturale adimere cōſeruandi tum propria indiuidua, tum & per matrimonia propriā ſpeciē. De hac ſeruitute ſuperiùs diſtin. 30. q. 1. arti. 1. nonnulla prædiximus. Concluſio verò intelligitur, ſiue ſerui inter ſe contrahant, ſiue cum ancilla liber, aut cum libera ſeruus, dūmodo nullus error lateat, vt art. proximo explicabitur. ¶ Contra hanc tamē concluſionē ius ciuile pugnare videtur. Nā lege, Cum ancillis. C. de inceſtis nuptijs, cauetur, ne cum ancillis coniugium fiat, ob id q̃ ſerui inde naſcuntur: nam partus ſequitur ventrem. Rñdetur aūt, q̃ quicquid ciuile ius propter ſuā Rempub. ſtatuat, non tā poteſt iuri canonico, quod naturali & diuino cōſonantius eſt, officere, quæ quidem iura hmōi ſeruorū matrimonia pro ratis habēt & firmis. Quāuis certè liberis, ſi abſq; aliqua cauſa vel vrgente, vel valde cōmoda ancillam ſibi in matrimoniū adiungat, nequeat à culpa excuſari,

Probat̄ concluſio.

Seruit⁹ quo iure inducta.

Ricardus obiectio.

Rñdet̄.

Obiectio.

Rñdet̄.

cuſari, licèt genere ſuo non ſit mortalis, niſi grauibus circunſtātijs aut ſcandalo augeat. ¶ Ad primum igitur argumentum reſpondetur, q̃ ſeruus non eſt heri in ijs, quæ ſunt naturalia, ſed in alijs ſeruitijs, quæ naturalibus adijciuntur. Et ideo licèt non poſsit aut ſe aut ſua quantùm ad alia obſequia alteri tradere, poteſt tamen quantum ad munus illud generandi, quod ſibi à natura conceditur, in quo à Domini ſeruitute exēptus eſt. ¶ Ad ſecundum per proximam ſolutionem partim reſponſum eſt. Non enim ſeruus tenetur Domino obtemperare, ſi eum ab illo iure cohibeat, quod ei natura largitur, ſed in reliquis. Vnde ſi dominus ſeruo facultatem faciat ineūdi matrimonij cum ancilla, quanuis non ideo eum libertate donet aut donare cenſeatur, iure tamē cogitur, eum permittere cum vxore habitare, ſaltem quātum ad honeſtam ſolutionem debiti, non obſtante detrimento, quod ſibi inde accreſcat. Quare tunc non poteſt in longinquam regionem cum venditum emittere. At verò dū abſque eius facultate ſeruus furtim ſe matrimonij vinculo irretiuit, ſiue cum ancilla eiuſdē vel alius domini, ſiue cum libera, non ſubinde à debitis ſeruitijs domino ſoluendis eximitur, vt Pontifex decreto citato admonet. Imò aiunt nonnulli, quòd potiùs tunc inclinandū eſt in obſequium Domini, quàm in ius nuptiale. Veruntamen ſapientiùs hic D. Thomas edocet, tunc prudentia opus eſſe ad diſcernendum, quando maritus ille ſeruus ſeruire potiùs Domino teneatur, quàm vxori, & quando vicem vertere. Primum em̄, quando domino nocumētum non niſi parui momenti agitur, debet vxori morem gerere. Attamen domino tūc aliquid imperante dum vxori reddendum eſt debitum, aliæue eius neceſsitati prouidendū, libranda eſt vtriuſq; neceſsitas, vt maiori ſuccurratur, quanuis in re præcipui momenti domino ſit obtemperandum. Et re dubia vtra neceſsitas præponderet, potiùs in fauorem matrimonij eſt inclinandum, & tunc potiſsimùm dum periculum carnis in coniuge timetur, vt ex capit. Licet, eod. titulo colligitur. Nam ius naturale matrimonij iuri gentium ſeruitutis præfertur. Ibi enim cùm mulier diuortium poſtularet cauſata virum ſuum eſſe ſeruum, & maritus contra allegaret, ſe eſſe liberum, re dubia in fauorem libertatis pronunciatum eſt. ¶ De alio verò argumenti membro, vtrùm fas ſit Domino ſeruum abſque eius licentia coniugatum vendere, vt in extraneam prouinciam tranſmiſſus vxore priuetur, gloſſa citati capituli. 1. eodem titu. quorundam opinionem recitat dicētium eſſe licitum, & tūc ſubinde vxorem cogi eum ſequi. Sed aliam contrariam amplectitur dicentium, talē venditionem eſſe prohibendam, quia eſt in perniciem naturalis iuris matrimonij. Cui quidem ſentētiæ impræſentiarum Diuus Thomas patrocinatur. Præcipuè cùm non deſit facultas ſeruum iuſto precio vbicunque atque adeò in propria patria vendendi. Aduertatur enim in primis talis venditio charitati, & forſan iuſtitiæ, niſi bona fide herus cōpulſus id faceret: vt ſi peregrè proficiſcens, vel ad bellum, vel aliqua de cauſa ſecum ſeruum duceret, & illic egeſtate preſſus illum venderet. Tunc verò ſi maritus commodè poſſet illuc vxorem tranſferre, teneretur quidem illa obedire, ſi tamen ipſa ſine graui detrimento eum ſequi nō poſſet, certè iure matrimonij non cogeretur, teneretur tamen viuente marito caſtè viuere, nec vlla ei irrogaretur iniuria, poſtquam ſciens ac prudēs ſeruo ſe adiunxit. ¶ Ad tertium negatur, ſimile ius ſeruo ſuffragari, vt inuitis dominis religionem profiteatur: nulla enim eſt in hac parte religionis cum matrimonio ſimilitudo. Nam per matrimonium ſeruus non omnino à ſeruitute ſubducitur: quandoquidem poteſt ad horam rei vxoriæ vacare, & protinus ad ſeruitia redire. Votum autem ſolenne religionis totum hominem abſorbet, vt ſemper teneatur obedientiæ prælati præſto adeſſe, atque adeò à ſeruitijs domini ſemper abeſſe. Item, quia per matrimonium, vt dictum eſt, non ſe obligat homo vxori, niſi in illo officio naturali generandi, ſed religioni obligatur monachus in omnibus alijs operibus, quæ Domino debet. Et ideo furtum ſui ipſius faceret ſeruus religionem ingrediens. Poteſt tamē etiam inuitò domino votum caſtitatis emittere: quia in hoc non ei ſubditur. An verò poſsit ordines ſacros ſuſcipere, diſtinct. 25. copioſè reſponſum eſt.

Solutio primi argum.

Solutio ſecūdi argumē.

Tertiū argumē.

Solutio tertij argumē.

Primaratio diſcriminis

Rō ſecūda.

Opinio quorundam.

Opinio vera.

S. Thomas.

Ratio. 1. huius opinionis.

In fauorem matrimonij re dubia.

Caſus capitis.

An liceat dño coniugatū ſeruū vendere.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm ſeruitutis conditio aliquo ſaltem modo matrimonium impediat.

POſtquam ſimpliciter ius patet ſeruis matrimonium contrahēdi, quæritur, vtrùm aliquo ſaltem modo per ſeruitutem impedia-

Universidad de Deusto Biblioteca

Partis negatiuæ argumentũ primum. pediatur. Et arguitur à parte negatiua. Nihil matrimonium prohibet, nisi quod ei aduersatur: seruitus autem, vt modò definitum est, non est matrimonio contraria: ergo illud non impedit. ¶ Secundò. Id, quod contra naturam est, impedire illud nequit, quod est secundùm naturam: seruitus autem est contra naturam, vt Institu. de iure personarum, & l. Libertas. ff. de statu hominum, habetur: ergo non impedit matrimoniũ, quod est secundùm naturam. ¶ Tertiò. Impedimentum matrimonij nihil refert, sciatur ne an ignoretur, vt patet de consanguinitate & affinitate: sed seruitus scita non impedit: ergo neque ignorata. ¶ In contrarium est decretum Innocentij, Ad nostram, de coniugio seruorum, vbi qui ignoranter contraxit cum ancilla nexu matrimonij exoluitur.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio. ¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Si liber ancillam ducat, quam credit liberam, vel si libera seruo nubat, quem credit liberum, matrimonium nullum est. Conclusio præterquàm decreta li allegata, atque alijs eodem titulo confirmatur can. Si quis liber, & can. Si quis ingenuus, & can. Si fœmina. 29. quæstione. 2. Ac deinde ratione iure naturæ fulcita. Contractus coniugalis eam vim habet, vt alterutrum se coniuges obligent, tum debitum sibi inuicem reddere, tum in eadem domo & proles educare, & gubernare familiam: si ergo aut vir aut fœmina impotẽs est hæc munera persoluere, ignorantia eiusmodi personæ contractum vitiat, atque adeò matrimonium tollit. At verò sicut per impotentiam coeundi fit homo inhabilis ad soluendum debitum, ita per seruitutem ad liberè soluendum, atque ad alia obeũda domestica munia: ergo sicut ignorata impotentia coeundi matrimonium aufert, ita & ignorata seruitus: quoniã, vti ait Philosophus, ignorantia libertatem tollit: ideoque eiusmodi consensus non censetur spontaneus. ¶ Dubium autem est, an hoc impedimentum sit de iure naturæ, an verò solùm de iure Pontificio. Videtur enim quòd sit de iure naturæ: nam error personæ, vt si quis credens se contrahere cum Maria, cõtrahat cum Ioanna, est impedimentum iure naturæ: quia non existimatur cõsensus: ergo idem est de conditione seruitutis. Paludanus distinctiõe præsenti quæstione. 1. ait, hoc non esse impedimentum nisi ex statuto ecclesiæ, neq; esse simile de errore personę. Et certè ita videtur:

Ratio.

Dubium.

nam hic non est, nisi error qualitatis: & ideo si statutum ecclesiæ non obstaret, matrimonium teneret. At verò statutũ hoc, multùm (vt dicebamus) iure naturæ fulcitur: nã per eiusmodi errorem plurimũ homo detrimentorum accipit, cum ex ancilla non possit suscipere filios nisi seruos, ad ordines sacros atque ad alios honores publicos obeundos minus idoneos. Quæquidem incommoda iniquissimũ esset, hominẽ inscium pati. Quòd si quis arguat. Peius est homini ancillam diaboli: hoc est, peccatricem, in vxorem accersere, quàm ancillam legalem: sed illud impedimentum non obstat: ergo neq; hoc. Negatur consequentia: quoniam licèt peior sit seruitus spiritualis, non tamẽ est fini matrimonij tam incommoda. ¶ Secunda conclusio. Quando inter seruum & liberam, aut inter liberum & ancillam, conditione seruitutis cognita matrimonium contrahitur, solidũ est & legitimum. Cõclusio est eisdem citatis canonibus definita. Et ratio est liquida: quoniam cùm seruitus, vt superiori articulo desinitum est, substantiæ matrimonij nõ obstet, scientiq, & volenti nulla fiat iniuria, cõsequitur, vt quanuis ingenuus sic contrahens eadem incommoda & detrimenta ex cõiugio ancillæ in liberis contrahat, nihilominus cõsensus ille suus liber meritò reputatur, vt matrimonium consistat. Quapropter, vt superiùs adnotauimus, impedimentum seruitutis non inter necessaria, sed inter voluntaria matrimonij impedimenta ce..numeratur. ¶ De his conclusionibus distin. 30. dicere cœpimus, sed hic sunt exactiùs perpendendæ. In primis ergo dum de ignorãtia loquimur, de illa sermonem habemus, quæ vsu & more reputatur ignorãtia: nam leuissima, quippe quæ facilè purgari poterat, pro nulla reputatur. Qui enim cum atra muliere & vili cõtraxit, quam ab hero infimè tractari videbat, non censeretur ab ecclesia eius seruitutẽ ignorasse. Imò tam crassa esse posset ignorãtia, vt in conscientia ille censeretur non ignoranter, sed sciens cũ ancilla contraxisse. Mox in prima conclusione notandũ verbum si liber ancillã ducat, natn si liber ingenuã duxerit, quam putat esse ancillam, matrimonium non tollitur: quoniam error erat conditiõis peioris: quare non censetur error. Neq; si seruus ancillam ducat, etiam si ingenuam esse credat, matrimoniũ vitiatur, quia cùm æqualis sit vtrinq; obligatio, non est cur seruus in coniuge meliorem conditionem requirat, q̃ ipse in

Secunda conclusio.

Ratio conclusionis.

Si liber ancillam ducat.

Error non tollit.

Seruus nihil mutat.

Regula generalis. ipse in se habet. Ex quo fit, vt in summa dicamus, quod seruitus nunq̃ matrimonio obstat, nisi quando ab illo coniuge ignoratur, qui liber est. Vbi aũt re vera nulla interuenit seruitus, licèt interuenire credatur, nullũ est impedimentum. ¶ Sed est præterea animaduertendum, q̃ si ingenuus, qui ancillã, quam liberam crediderat, duxerit, postq̃ illam audiuerit esse ancillam, idq; crediderit, aut probabiliter fuerit opinatus, carnaliter cognouerit, matrimoniũ sine alio consensu nouo fit legitimum: quia iam tunc censetur simpliciter consentire, & ita in foro ecclesiæ præsumitur, vt patet cap. Proposuit, & cap. Ad nostram. eod. tit. Imò & in conscientia sic pariter est iudicãdum, nisi quando accessit, mente proposuerit, non tanq̃ ad vxorẽ, sed tanq̃ ad concubinam accedere. ¶ Quid autẽ si ingenuus ancillam duxit, quam liberã esse arbitrabatur, sed tñ quãuis nosset esse ancillam, eam nihilominus duceret? Ricard. dist. pũti art. 1. respondet, q̃ si in animo teneat, q̃ etiam cum illa cõtraheret, licèt esset ancilla, matrimoniũ tenet. Non dicit simpliciter, q̃ si esset ancilla, eam etiam duceret: nam hmõi conditionales nihil ad rem pertinent, sed si in animo teneret: hoc est, talem haberet affectum & consensum: scilicet, quanuis ancilla hæc esset, illam ducerem. Et ideo nõ prorsus probabilitate caret, nam videtur ille tunc in ancillam cõsentire. Nihilominꝰ explicatiùs respondendũ est. Si enim expresè dicat, Duco te in vxorẽ, n quãuis sis ancilla, tum licèt credat esse ingenuã, verum est matrimoniũ: quia consensus præcticus fertur in ancillã, & ideo ignorantia speculatiua non obstat. Sed si seorsum apud se habeat illum consensum. Quanuis hæc esset ancilla, illam ducerem, nihilominus in consensu, quo contrahit matrimoniũ, nec voce nec mente explicat illã conditionẽ, sed absolutè contrahit cum hac, quã credit esse liberam, re vera matrimoniũ non celebrat: quia canones simpliciter hmõi consensum pro nullo ducunt. Nisi postea cognita cõditione absolutè integret. ¶ Ex his colligitur, q̃ si herus ancillæ ingenuo eã sua spõte desponsauerit, quãuis spõsus credat fuisse liberam, matrimoniũ vigorẽ obtinet, vt ait glossa super dicto cap. Ad nostrã, & illic Panormi. Et habetur in Authẽ. de nuptijs. 6. Si verò ab initio, colla. 4. qm̃ eo ipso, q̃ dñs ancillam ingenuo nuptũ tradidit, eam manumittit & libertate donat. Imò si sciens, tacet, vt illic ait Panor. quia in tali casu qui tacet, cõsentire videtur. Secus si tradat eam seruo. Vnde à fortiori si Dñs ancillam suam propriam in vxorẽ duxerit, matrimoniũ tenet: quia eo ipso libertã facit. Et de hoc extat lex regia in Hispania. Quid autẽ si postq̃ ancilla inscio dño ingenuo nupserit credenti esse liberam, dominus eã manumittat. Rñdetur, per hoc solum matrimoniũ non firmari, nisi nouus cõsensus vtrinq; accedat, quia illuc vsq; nullũ erat matrimoniũ. ¶ Sed perconta ris, vtrùm si Dñs ancillam nuptã secretò manumittat, & pòst maritus manumissionem ignorans, eam cognoscat, vinculũ inde matrimonij innodetur. Paluda. distin. pũti. q. 1. quorundã refert opinionẽ dicentiũ tunc matrimoniũ iniri: quia ecclesia, cuius instituto hoc impedimentũ innititur, nõ decreuit impedimentũ esse, nisi quandiu error durat: & iam tunc maritus credens esse liberã, nõ fallitur. Nescio tñ an contraria opinio sit probabilior: videlicet, matrimoniũ nõ conualescere, nisi maritus nouerit esse manumissam: qa consensus ab initio nullus fuit, & illa ignorãtia, qua scilicet credebat ab initio fuisse liberam, semper durat. Quare copula tunc non reputat nouus consensus. Ita tenet glossa super can. Si quis ingenuus. 29. quæstione. 2. ¶ Ad hæc cùm de libertate loquimur, perpetuam intelligimus: nam si fortè herus ancillam in tẽpus donauerit libertate, vt postea in seruitutem retrahatur, quanuis eo libertatis tempore eam ingenuus duxerit, credẽs esse liberam, matrimonium est nullum. Secus si in perpetuum fuerit manumissa: nam tunc licèt ingenuus credat nunquam fuisse ancillam, & si crederet, nunquam illam duceret, nihilominus matrimonium tenet, quã doquidem liberta in ratione matrimonij cõtrahendi, verè libera est. ¶ Vtrùm verò ad dissoluendum huiusmodi matrimoniũ, postquam ingenuus nouit coniugem suam esse ancillam, requiratur publicum ecclesiæ iudicium, ambigere quispiam potest. Respondetur tamen, vt supra de adulterio diximus, & inferiùs de consanguinitate dicturi sumus, quòd si certior ipse factus fuerit, potest propria autoritate separare se quoad torum: imò si matrimonium fuerat clandestinum, poterit etiam quantum ad cohabitationem. Si verò fuerit in facie ecclesiæ celebratum, & ipsa reclamauerit, necessarium est, vt in foro iudiciali cognita causa pronũcietur esse ancillã. iuxta cap. Porrò, supra citatũ de diuortijs. Quicquid de ingenuo re-

Autoris solatio.

Dubium.

Sententia autoris.

Libertas perpetua.

Dubium.

Solutio.

Quando herus ancillã ingenuo locat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpectu ancillæ dictũ eſt, de ingenua reſpectu ſerui intelligatur.

Dubium. ¶Postremum dubium eſt, vtrùm ſi quis cũ ancilla contraxit, ingenuam arbitratus, & poſtea conditionem reſciſcens vult cum illa coniugiũ cõfirmare, teneat ipſa ancilla cõſentire. A parte eĩ affirmatiua hoc pugnat argm̃. Illud matrimoniũ ab initio ſolùm ex parte ingenui cõiugis claudicabat: nam illa verè cõſenſerat: ergo ſi poſtea ipſe vult conſentire, ipſa tenet in ſuo cõſenſu permanere.

Dilutio. Nihilominus rn̄detur, iure mr̃imonij ancillã nõ teneri cõſentire: nam cùm mr̃imoniũ nequeat ex vna parte claudicare, & conſenſus ancillę ab initio nullus fuerit, matrimonium nullũ erat. Et ideo niſi denuo cõſentiat, nihil fit. Quare ſi alteri nubat, ſecundũ tenet matrimoniũ. Attamẽ ob honeſtatẽ promiſſæ fidei deberet induci vt cõſentiret, non tn̄ iure cogi. ¶Adhæc in calce notandũ, q̃ quouſq; homo ſeruus eſſe probetur, in poſſeſsione libertatis tuendus eſt. Imò verò libertas decennio præſcribitur. Quare ſi ſeruus in coniugio tanto tempore durauerit, non poteſt ab hero repeti.

Nota.

Solutio primi argum. ¶Ad primũ igitur argumentũ rn̄detur, q̃ & ſi ſeruitus per ſe ſubſtãtię mr̃imonij non obſtet, ignorata tn̄ obſtat eius cauſæ: nempe, libertati cõſenſus.

Solutio tertij argumẽ. ¶Et per hoc tertium argm̃ diluitur. Conditio eĩ ſeruitutis nõ eſt per ſe impedimentũ, vt cognatio, ſed relata ad conſenſum. Et ideo ignorata impedit, ſcita verò minimẽ: cognationẽ vero aut cognoſci aut ignorari nihil refert.

Solutio ſecũdi argumẽ. ¶Ad ſecũdũ rn̄deť, nullã repugnantiã inuolui aliqd eſſe vno modo cõtra naturã & alio modo ſecũdùm naturã. Seruitus nanq; eſt contra primã intentionẽ naturæ: ſi eĩ integra maneret, qualis erat in ſtatu innocẽtiæ, ſeruitus illi repugnaret. Sed tn̄ eſt conformis ſecũdæ intentioni naturæ. Etenim poſtq̃ per peccatũ corrupta fuit, ex qua vtiq; corruptione bella exorta ſunt, & egeſtates, atq; aliæ erũnæ & miſeriæ, hoc habet cõtra mortẽ, quæ homini in bello imminet, remediũ, vt in ſeruitute victus ſeruet. Et pariter, vt antiquus mos erat, qui extrema inopia premebať, vt ſe ipm̃ vẽderet. Hoc eĩ pacto, vt. 2. de cœlo autor eſt Philoſoph⁹, ſeniũ & quæcunq; rei corruptio cõtra naturã eſt: quippe quæ nullũ intẽdit malum. Eſt tn̄ corruptio illa rõne ſecũdũ naturã, quod intendit per generationẽ corruptibilia indiuidua conſeruare, & non valet vnum niſi per alterius corruptionem gignere.

Inopia.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm ſeruitus matrimonio ſuperuenire poſsit.

DIctum eſt de ſeruitute matrimonium præcedẽte, quæritur ſubinde an poſsit matrimonio ſuperuenire. Et arguitur à parte negatiua. Quod in fraudẽ nocumentumq; alterius factum eſt, pro rato haberi non debet: quod autem ſe vir ipſum vẽdat in fraudem cedit, aut ſaltem in detrimentum vxoris: ergo venditio illa irrita eſt. ¶Secundò. Vir & vxor in ratiõe matrimonij ad paria, vt dictum eſt, iudicãtur: vxor verò nõ poteſt ſe, inuito coniuge, in ancillam vendere: ergo neq; maritus inuita vxore. ¶In contrarium eſt, q̃ vnuſquiſq; poteſt id alteri dare, quod ſuum eſt: homo autem liber eſt ſui iuris: ergo poteſt ſeipſum vendere.

Partiuna argumẽta.

Secundò.

Pari affirmatiua.

Diuiſio.

¶Cùm duplici ratione in ſeruitutem quiſpiã redigatur: ſcilicet, aut ratione belli, vbi iuſtè capit, aut quia ſe homo ipſum vẽdit, de priori ſeruitute nemo ambigit: quia fit viro inuito, eadẽq; rõne poſsit & vxor in ſeruitutẽ venire. Sed de poſteriori mouetur quæſtio, ad quã breuiſsima cõcluſione rn̄detur. Vir facultate vxoris non expectata põt ſe in ſeruũ vẽdere & dedere. Probať: qa vir nõ eſt vxoris niſi quantũ ad torũ, vbi opera pereãdis liberis datur: de hoc enim vſu ait Paulus, Vir nõ habet poteſtatẽ ſui, ſed vxor: in reliquis verò eſt ſuarũ actionũ dn̄s: ergo ſi iuo iure vxoris petendi debitum, cui ipſe dum poſsit reſpõdere tenetur, poteſt ſe alteri in ſeruum dedere. Itaq; ſicut ſeruus nolente domino poteſt ſe in matrimoniũ tradere, ita & liber nolente vxore in ſeruitutem mancipare. Quocirca per huiuſmodi accidẽtem ſeruitutẽ neq; matrimonium diſtrahitur, cùm fuerit legitimum, neq; diuortium fit quoad torũ: quia poteſt ipſa ſi vult in libertate manens virum ſequi: ſiquidem non ſubinde cogitur ſerua eſſe, can. Perlatum, ead. cau. & quæſt.

Ratio.

Conclu.

¶Ad primũ igitur argm̃ rn̄detur, q̃ quis maritus in fraudem vxoris ſeruituti ſe ſe vẽdens mãcipet: videlicet, quia illud arbitratur fore mediũ, ne cum illa, quam odioſam habet, cohabitet, facit quidem contra charitatẽ, iusq; ſubinde mr̃imonij violat, & fraus illa in ſuũ ipſius caput refunditur, quia ex libero fit mancipium, nihilominus quia iure ſuo vtitur, non peccat contra iuſtitiam, quam debet vxori. Veluti ſi ob eandem fraudem aliam

Solutio ſecũdi argumẽ. aliam ſibi cauſam obtendens peregrè proficiſceretur. ¶Ad ſecundum rn̄detur, q̃ quanuis in re vxoria pari iure ambo coniuges teneantur, nihilominus in re domeſtica vir eſt caput vxoris: quare non quicquid ipſe ea re nuente valet, ipſa quoq; abſq; viri facultate poteſt: atq; adeò abſque viri facultate obtenta nequit ſe in ſeruitutem dedere.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm filij debeant conditionem patris ſequi, an potiùs ventris.

Partium negatiua argumẽtũ primum.

TAndem de ſeruorum filijs quęritur, patrisne an matris conditionem ſequãtur. Arguitur eĩ q̃ debeant ſequi conditionem patris. Primò, quia à digniori debet fieri denominatio: & pater in generatione dignior eſt. ¶Secundò, quia eſſe rei eſt à forma, ſicut eſſe rationale eſt ab anima: pater autem, vt. 15. de aĩalibus autor eſt Philoſophus, in generatione ſe gerit vt forma, mater autem vt materia. ¶In contrarium autẽ eſt, q̃ dum quis in agro ſeminat alieno, fructus cedunt in dominiũ illius, cuius eſt ager: ſed mulier ſe habet vt terra, quam vir ſeminat: ergo partus ſequitur conditionem ventris.

Secundũ argumentũ.

Pari affirmatiua.

¶Quæſtiuncula hæc facillimæ expeditionis eſt, quia tota in iure poſitiuo collocať, licẽt rationibus ſit naturalibus ſubnixa. Reſpondetur ergo duabus concluſionibus. Prima. Secundùm leges ciuiles partus ſequitur ventrem. l. Partum. C. de rei vendica. Quæquidẽ indiſcriminatim loquiť ſiue ex legitimo coniugio ſiue ex vago concubitu naſcatur. ff. verò de ſtatu homi. l. Lex naturæ, fit reſtrictio, vt qui naſcitur ſine legitimo matrimonio ſequatur matrem, niſi lex ſpecialis aliud inducat. Quibus verbis vtitur Iſidorus can. Liberi, 32. q. 4. vbi addit, q̃ qui ex libero matrimonio orti ſunt: ſcilicet, ex libero & ancilla, deteriorẽ partem ſequũtur. Nec valet gloſſa dicens, per deteriorẽ partẽ intelligi matrẽ: quã doquidẽ illic fit diſtinctio inter natos ex legitimo vel ſine legitimo mr̃imonio: & hos dicat ſequi matrẽ, illos verò deteriorẽ partẽ, ſcilicet ſeruitutẽ ſiue matris, ſiue patris. At verò vniuerſaliùs ſeruatur lex Codicis ſine diſtinctione. Et idem inſinuat Gregorius. 9. capit. Vnico, de natis ex libero ventre, dicens, q̃ filij libertæ aut liberæ non retrahunť ad ſeruitium. ¶Secunda concluſio. In his, quæ pertinent ad dignitatẽ, ſicut in honoribus publicis, & municipijs & hęreditate & alijs proles ſequitur patrem. Et vtriuſq; ratio ait S. Thomas, quia proles habet à patre cõplementum formale, ſed à matre ſubſtantiam corporis. Seruitus autẽ, corporalis conditio eſt, cùm ſeruus ſit quaſi inſtrumentũ dn̄i in operando: & corpus ſit animæ ſeruitium, honor verò & illa, quæ ad perfectionẽ attinent, ſequũtur formam, atq; adeò patrẽ. ¶Ricardus verò hanc rõnem ſatis firmam non exiſtimat: qm̃ libertas honorabilis conditio eſt, & nihilominus ſequitur etiam ventrem. Item filij nõ ſolùm in hæreditate patris, ſed etiam matris ſuccedit. At verò Ricardus nõ ſatis rõnis neruũ inſpexit: nam D. Thomas, eius, quod ſuapte natura cõſtat, rõnem non affert: libertas aũt ſuapte natura, niſi aliunde obnubiletur, hoibus congruit. Ait ergo q̃ macula ſeruitutis non niſi ex ventre contrahiť: ſi autẽ mulier ſit libera, ſeruitus non contrahiť à patre ſeruo, quare ex natura rei libertas pullulat. Defectus aũt hæreditatis non contrahiť ex matre ſicut defectus ſeruitutis, ſed ex natura rei ſequitur hęreditas & patrẽ & matrẽ. Nihilominus & rationes aliæ Ricardi bonæ ſunt. Partus nanque rõne matris certitudinẽ habet, non aũt rõne patris. Et hanc arbitror rationẽ ſecundũ leges ciuiles eſſe optimã: ſicut fructus vndecunq; ſeminentur, certũ eſt ab iſta terra produci, & ideo cedũt in dominiũ domini prędij. Et præterea terra eſt, quę totam ſubſtantiã tribuit multiplicandi ſeminis, & in ea nutriunť fructus, & pariter mater eſt, quæ totam corpulentiã fœtui ex ſuo ſanguine ſubminiſtrat: itaq; ipm̃ ſuſtinet, & in ventre nutrit, & labores perfert: quare naturali rõni conſentaneum eſt, vt partus in dominiũ heri matris veniat. Et illa erat lex antiqua Exodi 21. Si dn̄s dederit ancillã ſuã alicui in vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius erunt Dn̄i ſui. Ipſe aũt, ſi fuerit ſeruus ex Hebræis, ſeptimo anno egredietur liber. Et eſt notandũ, q̃ vt partus ſit liber, ſatis eſt matrẽ vno tẽporis momento antẽq̃ fuerit partũ enixa, eſſe liberã. §. 1. Inſti. de ingenuis. ¶Addit verò S. Tho. in quibuſdã terris, quæ iure ciuili: ſcilicet, Imperatorũ, nõ regunť, partũ ſequi deteriorẽ conditionẽ, vt q̃ mulier ſit libera, ſi pater eſt ſeruus, filij naſcanť ſerui: dũmodo ex matrimonio oriãtur. Et alludit ad præfatum cap. Liberi, Iſidori, vbi ait gloſſa, q̃ ſecundũ leges Longobardorũ & Theutonicorũ filij ſequunť deterio-

Iſidorus.

Gloſſa.

Greg. 9.

Secunda cõcluſio.

Ratio. Sanctũ Thomæ.

Ricardus.

Ricardus.

Aliæ rõnes Ricardi.

Aliæ rationes.

Exodi lex.

Nota.

Partus alicubi deteriorem cõditionem ſequitur.

rem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem partē:ſcilicet,ſeruitutē aut patris aut matris. Intelligitur tñ lex, ſi pater ante cõtractũ matrimoniũ ſeruus fuerit, ſecus ſi poſtſe ipſum vẽdiderit:quia nõ debet ingenua mater, quæ bona fide libero nupſit ex ſuperueniẽti facto patris iacturã in filiorũ libertate pati. Vnde fit,vt ſi alicubi lex illa viget, ſequendi deteriorẽ partẽ,tunc ſi parẽtes ſunt ambo ſeruii diuerſorũ dominorũ, dñi illi debent inter ſe filios diſpertiri, vel ſi vnus fuerit tantũ filius,tũc dñs, qui illum vſurpauerit, debet alteri medietatẽ precij refundere. Atverò non eſt credibile,vt ait S.Tho.in Repub. prudentium hoĩm hãc legẽ vigẽre, qñ quidem alia: ſcilicet,q̃ partus ſequatur ventrẽ, & legibus Imperatorũ,& more plurimorũ ſapientiũ,& rõnibus à natura,pfectis ſit fulcita. Quare inter Hiſpanos, Gallos & Italos hęc more & vſu ſeruatur. Verum eſt, q̃ in odiũ mulieris, quę ſeruo ſuo nupſerit, antiqua lege cautum fuit, vt partus patrẽ ſequerenť: eſſent ſcilicet ſerui,& omni nobilitate priuati, imò & à materna hęreditate excluſi,vt.l.vnica. C.de mulieribus, quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt.

Declaratio legis. *Nota.* *Vſus imperitus.*

¶Ad primũ igitur argumentũ rñdetur, q̃ licèt pater ſit dignior,quia principiũ agẽs:mater tñ dat ſubſtantiã corporeã, & corpus eſt, quod ſeruicio deputať. ¶Ad ſecundũ rñdeť, q̃ ꝓpterea q̃ pater dat formã, ſolùm ſequiť eſſe ſpecificũ,atq; adeò perfectiones filiũ potiùs à patre,q̃ à matre ducere. Quapropter filij in rõnis vſu & prudentia patribus ſimiliores naſcunť,q̃ matribus,quibus ideo in publicis honoribus & hæreditatib⁹ ſuccedũt, atq; adeò eorũ noĩa & ſtemmata ſequunť. Quocirca genealogiæ per lineã maſculinã,potiùs q̃ per fœmineã deducunť,vt ſacra nos etiã hiſtoria docet. Et ideo in Repub. illi qui nobiles per lineã paternã probanť, quãuis materna eis fuerit aut ruſtici aut contaminati ſanguinis,iuribus nobilium fruuntur.

Solutio primi argum. *Solutio ſecundi.* *Filij ſimiles parentibus naſcuntur.*

ARTICVLVS. V.

Vtrùm ætas legitima contrahendi matrimonium rectè in viro ſtatuta ſit quarto decimo anno, & in fœmina duodecimo.

QVoniam defectũ ætatis defectui libertatis quodãmodo aſſimilatur, quæſtio de ætate ſuperiori de libertate adiungiť. Arguiť ergo, q̃ ætas illa, quæ de nuptijs cõtrahendis lege præſcribiť, non ſit idonea. Prouectior ætas ad cõſenſum coniugalẽ exigi videť, vbi de ſtatu totius vitæ deliberatur, quàm ad bonorum adminiſtrationem: hęredem aũt in bonorũ poſſeſsionẽ leges nõ mittunt vſq; ad annũ vigeſimũ quintũ: ergo minor ætas ad matrimoniũ non deberet ſufficere. ¶Secundò. Seruitus & impotẽtia coeũdi tantũ nocet matrimonio quantũ puerilis ætas:ſed illa non obſtant, niſi dum ignorantur, vt ſuperiùs dictũ eſt:ergo cognita ętas illegitima nõ debet eſſe impedimentũ matrimonij,quominus ſit validum ſi cõtrahatur. ¶Tertiò. Fœmineus ſexus nõ tanta rationis virtute pollet,q̃ maſculinus:ergo diutiùs expectari deberet,vt maturesceret: non ergo ſatis illi conſultũ eſt,vt duodecimo anno fœminæ nubant,cùm maſculi non poſſint vſq; ad quatuordecimum contrahere. ¶In contrarium eſt lex canonica,quę quatuordecim annos viro,fœminæ verò duodecim pręſcribit. ¶In ætate cõtrahendo matrimonio cõſtituẽda diſtinguendum eſt, quid de rigore liceat, quidue de honeſtate deceat. Inſtitutores nãque Reipub.vt Ariſt.7.Politi.c.16.tradit, nõ tantùm quid liceat,ſed quid deceat,contẽplari debent. Ait eñ illic Philoſophus,q̃ ſi vires naturales cõſulamus,virum ſpiritus gignẽdi anno ſeptuageſimo aut circiter deficiũt, fœminã verò poteſtas concipiendi propeannũ quinquageſimũ. At verò fœmina ad concipiendũ circa annũ decimũ octauũ fit idonea: nã ante illũ non niſi raro, & plurimũ fœmellas cõcipit,& cum magno periculo parit. Habet ergo mulier ſpaciũ trigintã ferè annorũ ad concipiendũ. Et ideo tñ eſt viris ad gñationẽ indulgendũ,vt ambobus eodẽ tempore vires exhaurianť. Quocirca fœminis decimus octauus annus conſtituiť ad nuptias, viris verò trigeſimus ſeptimus aut circiter. Præterq̃ q̃ citra hæc tẽpora alia incõmoda ſubſequuntur: nã generatio nõ debet fieri niſi ex ſuperfluo ſalua ſemper viri ſubſtantia: dum aũt viri in tenerrima ætate rei Venereę mancipantur,vires proprias extenuant, & malignè adoleſcunt, & proles corporis & virium inopes gignunt. Nec fœminæ vterũ habent ſatis amplum, quo poſſit fœtus extendi & informari. Præterea, qui in pueritia rei Venereæ aſſueſcunt, libidinoſi maximè & intemperantes fiunt: quippe qui carnis illecebras ante tempus exuſcitãt & irritant. Adde quòd pueri non debẽt ab ætate paterna aut nimiùm aut minimùm diſtare. Illi verò qui in ſenectute rei vxoriæ operã impendũt, nec tenellis filijs oblectanť, vt iuuenes, neque illis

Partiuegatiuæ argumẽtum primum. *Secundum.* *Tertium.* *Quartum.* *Primum.* *Secundum.* *Tertium.*

pñt alimenta prouidere,imò crebro non niſi poſthumos generant. Rurſus qui in pueritia vxoribus ſe ſe dedunt, filios gignunt,qui nõ poſſunt parẽtes pro dignitate reuereri:quippe quibus ſunt ætate ferè æquales. Hæc certè conſideratè deberent parẽtes ſpeculari, an tequã teneros natos nuptialibus ſarcinis & moleſtijs onerarent. At verò leges non tam decentiæ,q̃ neceſsitati ſuccurrũt,idcirco temporum rationẽ meditantur, quibus generationi homines operam nauare poſſunt.

Impueritia. *Nota.* *Leges.* *Concluſio.*

¶Ad quæſtionẽ ergo vnica cõcluſione rñdetur. Tempus legitimũ matrimonij cõtrahendi eſt in viro quatuordecim annorũ,& in fœmina duodecim. Etenim in cõtrahendo mrĩmonio ratio habẽda eſt, tum cõſenſus vt ſit liber,tum etiã finis matrimonij, vt coniuges ſint generare potẽtes. Et quãtum ad rationẽ primã diſt.27.q.2.vbi de ſpõſalib⁹ agebam⁹, tria tẽporis interſtitia diſtinxim⁹. Primũ ſcilicet,quo homo,licèt per ſe ſatis conſulere ſibi nequeat,põt tamen qualecunq; ab alio cõſilium capere:& illud eſt in fine primi ſeptennij. Et ideo licèt tunc nõ poſſit ſe in legitimũ matrimoniũ tradere, poteſt tñ illud pollicẽri, poſtmodũ legitima ætate complendum: quare ille temporis articulus ſponſalibus eſt idoneus. Secundũ tempus eſt in fine ſecundi ſeptẽnij, quo poteſt de ſe ipſo diſponere: nã habet tunc rationis lucem,vt liberè poſſit in matrimoniũ conſentire. Sed quia ad diſpenſationem & adminiſtrationẽ bonorũ maturius iudicium exigitur, expectatur finis tertij ſeptennij. At verò quantũ ad potentiã generandi illo etiã tempore ſecũdi ſeptẽnij, vt experientia docet, reperiť in viro, licèt, vt diximus, malignè fiat & indecenter. Igitur cùm matrimoniũ, eo q̃ ex vna parte cõtractus ciuilis eſt, & ex altera à natura ad generationẽ inditum, ſubiectũ eſt & iuri humano poſitiuo & naturali: vtraq; ergo rõne, & liberi conſenſus & gñrationis conſiderata, leges tẽpus matrimonio cõtrahẽdo diffinierũt: quatuordecim ſcilicet annorum in viro, & duodecim in fœmina. Vnde cap. Quod ſedem, de frigidis & malefi. puer, qui non põt reddere debitum, nõ eſt aptus cõiugio. Et de deſpõſatio. impub. cap. Vbi, ait Nicolaus, Diſtrictiùs inhibemus ne aliqui, quorũ vterq; vel alter ad ætatẽ legibus vel canonibus determinatã nõ peruenerit, coniunganť. Lex aũt ciuilis eſt de ritu nuptiarũ, Minorem. Nam de ętate ſeptẽ annorũ in ſponſalibus, eſt lex, In ſpõſalibus. ff. de ſponſalib. Canones aũt ſunt, capi. Litteras. & cap. Continebatur, & capi. Atteſtationes, de deſpõſatio. impube. Et intelligiť impedimentũ hoc non ſolùm impedire cõtrahendum, ſed etiã dirimere contractũ. Veruntamen ante illã ætatem ſponſalia, vt dictũ eſt, valent poſt ſeptenniũ: & quanuis matrimonium per verba de pñti tunc ante ſecundum ſeptenniũ cõtrahatur, non valet, niſi pro ſpõſalibus. de deſponſi impub. cap. Vnico, lib. 6. Quare niſi poſt legitimã ætatem denuò conſenſerint, ſeparari pñt. Tametſi propter fidẽ præcedentẽ, niſi cauſa aliqua legitima interceſſerit, teneanť de honeſtate matrimonium nouo cõſenſu perficere. Si verò ante talẽ conſenſum alia matrimonia confœderauerint, illa tenent. ¶Eſt tamẽ adnotandũ, q̃ cùm hoc tempus eccleſia arbitramento quodã vſu cõſtituerit, nõ eſt tam punctim conſiderandũ, quominus ſi circiter illud ſponſi copulã conſummauerint, matrimoniũ teneat. Ita habeť eod. cap. citato Cõtinebatur. & capi. De illis. 2. & cap. fin. eod. tit. Nam vt ait Philoſophus 2. Phyſico. parum ꝓ nihilo reputať. ¶Quòd ſi rurſus eſflagitaueris, quantũ ſit illud paruum tempus? Multi dicunt eſſe ſemeſtre, vt gloſſã eiuſdem cap. Continebať: nam dimidiatus annus poſtremus pro completo habetur. Determinatio eſt iuris ciuilis. l. Non tantum. 1. ff. de excuſatio. tutorũ. At verò gloſſa. §. Pupillus, Inſti. de inutilib. ſtipula. & gloſſã in ſumma. Inſt. de obliga. quæ ex delicto, ait, q̃ maſculus ab anno decimo cum dimidio incipit eſſe pubertati proxim⁹: quia inde iam tranſiuit medietas ſecundi ſeptẽnij. Et ita tenet Panor. & Sylu. verbo, Matrim. 5. Attamẽ quicquid ſit de alijs contractibus impuberũ, tamen in contrahendo matrimonio nõ deſignatur niſi vndecimus in fœmina, ſi modo copula conſummetur. Vt cap. citatũ Continebať, ait ſcilicet q̃ ſi fœmina fuerit ętati proxima: nempe, in vndecimo, vel circa duodecimum annum, & cognita fuerit à viro vndecimus annus ſatis eſt cum conſummatione copulæ. Niſi ſatius cum S. Thoma dicere exiſtimaueris ſupra diſtin. 27. quæſt. 2. arti. 2. quòd vſus rationis ſecundùm conditionem cõtrahentium determinetur: quia in quibuſdã magis acceleratur rationis vſus, quàm in alijs. Et tunc, ſcilicet accedẽte copula, vt habetur capi. citato De illis, ætatem malitia ſuppleuiſſe videtur. In capit. verò finali dicitur, prudentiã tunc ſupplere ætatem. Et poteſt vtrumq; optimè dici. Nam cùm, vt modò dicebamus, ad ſtatuendũ tempus contrahendo mrĩmonio

Potentia generandi. *Nota.* *Nicol. Papa.* *Impedimentum etiã dirimens.* *Nota.* *An ſufficiat annus inceptus.* *Parum temporis quid. Semeſtre.* *Opinio ſancti Thomæ.* *Malitia & prudentia ſupplet ætatem.*

Universidad de Deusto Biblioteca

nio vtriusq; cõsideratio habenda sit: scilicet, & causæ: nempe, consensus, & finis: putà, generationis, quando paulò ante legitimũ annum acceleratur rõnis vsus, tunc dicitur prudentia supplere ætatem, quãdo verò tunc acceleratur potentia coeundi, dicit malitia supplere ætatem: qm̃ præcox illa & præpropera potentia ab exuberanti carnis insultu nimiaq; concitatione illecebræ prouenit, quæ re vera meritò malitia vocari põt ab originali culpa contracta. ¶ Grauius tñ morale dubium hinc emergit, vtrùm ad hoc, q̃ matrimonium circiter tempus legitimũ validũ sit, sufficiat, q̃ prudẽtia ætatẽ suppleuerit: id est, vsus rõnis fuerit acceleratus: vel q̃ sola malitia illam suppleuerit, scilicet potentia coeundi, vel an requirãtur ambo simul cõcurrere. Hic primum meditandũ est, vnde malitia illa: hoc est, potentia coeũdi, explorari posit: vtrùm non aliunde percipi legitimè valeat, q̃ si re vera impuberes illi copulam cõsummauerint. Id enim insinuare videtur Alexander citato cap. Continebatur: scilicet, si cognita puella à iuuene fuerit. Sed in allegato capit. De illis, non habetur, nisi q̃ si ita fuerint ætati proximi, q̃ potuerint carnaliter coniũgi: vbi sola potentia exigitur. Et ideo bipartiti sunt Iurisperiti, alijs asserentibus copulã requiri, atq; alijs, sufficere potẽtiam. Quapropter si compertũ sit masculũ cum alia copulam consummasse, & fœminam cum alio, si inter se per verba de pñti prope legitimum annum consenserint, etiam ante copulam tenet, vt isti dicunt, matrimoniũ. Atq; hãc opinionem amplexus est Sylues. verb. Matrimonium. 5. q. 3. Et est valde probabilis in cõscientia, quãuis tutius esse crediderim, copulam inter ipsos expectãdam, vt in foro iudiciali sníia pro matrimonio pronuncietur. Et sufficit, q̃ se maritali affectu commisceant, cum consensu præcedenti siue de pñti, siue de futuro, qui eatenus non valebat nisi pro sponsalibus. ¶ At verò vtrũ si nulla interueniẽte copula maturescat ratio paulo ante annum legitimũ, matrimoniũ tunc teneat, dubium est propter dictũ ca. fi. vbi nulla facta fuit mentio copulæ, sed solùm insinuatur, q̃ si prudentia suppleret ætatẽ, matrimoniũ valeret, At quia non cõstabat, pronunciatũ est consensum de pñti non valuisse nisi prospõsalibus. Et accedit argumẽtum, q̃ vt dist. 27. q. 2. art. 2. cum D. Thoma prædiximus, licẽt primum septenniũ non fuerit completũ, sed circiter, sponsalia censent: pariter ergo in matrimonio circa quartũdecimũ contrahendo videtur iudicandũ. Hi tñ non obstantibus nullatenus asserere auderẽ, valere matrimoniũ ante legitimũ tempus, nisi copula verè fuerit cõsummata: vel saltẽ sponsi fuerint ad id idonei. Ita tenet cum Panormitano Sylu. verb. Matrimoniũ. 5. q. 2. quia in nullo canone hoc permissum habet, & in contrahendo matrimonio nõ licet arbitrari, sed verbis canonũ insistere. De sponsalibus aũt, vbi contractus nõ est tam firmus, quin pluribus de causis valeat irritari, non tantũ imminet periculi tẽpus legitimo proximũ legitimũ arbitrari. ¶ Quòd si rursus quis scisciterur, Quid si fœmella ante vndecimũ annũ, in decimo fortè, & vir in duodecimo copulã affectu maritali cõsummauerint, aut citiùs, in quib⁹ tanta rõnis lux effulgeat, quãta solet in maioribus. Casus enim profectò non est impossibilis. Hieronymus nanq; in epistola ad Vitalem cõiecturas adfert, Salomonẽ decimo anno Roboam genuisse. Et Achaz Ezechiam. Quicquid aũt de illis patrib⁹ veritas habeat, Grego. 4. lib. dialogo. c. 19. refert, puerum nouem annorũ nutricẽ suam fœcũdasse. Et Albertus dist. pñti ait, se vidisse puellã in nono anno concepisse, & peperisse in decimo. Igitur vbi id vsu venerit, & rõnis vsum constiterit esse tantum, qui consensum faciat liberũ, profectò nõ est cur negetur, matrimoniũ oriri, vt Sylue. loco proximè citato ait: qm̃ omnia ad matrimoniũ necessaria cõcurrunt. Nã ætas quatuordecim aut duodecim annorũ non est præscripta nisi propter arbitrium, vt dicebamus: quia non existimantur minori ætate impuberes ad liberum consensum & generationem idoneí. Et ideo vbi experimẽtum contrarium palam edocet, arbitrarium iudicium cessat.

¶ Ad primũ itaq; argumentũ rñdetur intercepta maiori. Lucidius enim rationis lumẽ requiritur ad administranda temporalia bona, quàm ad matrimoniũ, tum quòd ad hoc natura ipsa est magis propensa, tum quòd bonorum dispensatio multis est periculis & fraudibus peruia. ¶ Ad secũdum respondet, q̃ immatura ętas non solũ est impedimentũ ꝓpter impotentiã coeũdi, sed ꝓpter defectũ vsus rõnis, qui est libero cõsensui necessari⁹. Et ideo siue cognita sit siue incognita ab altero cõtrahentiũ nihil refert. ¶ Ad tertiũ rñdet, q̃ potentia cõcipiendi, vt. 9. de aĩa lib. autor est Philosophus priùs aduenit fœminis, quàm gignendi potẽtia masculis. Item in masculo vegetior maturiorq; ratio exigitur ad gubernandam & fœminam & domũ, quàm in fœmina ad parendum viro. Vtraq; ergo de causa minori ætate fœmina nubilis est, q̃ vir connubio idoneus.

Prudentia supplet ætatem.

Malitia supplet.

An simul debeat prudentia & malitia supplere ætatẽ.

opinio.

An sola prudentia sufficiat.

Argumentum.

Sentiũt ita.

Salabi. in Gaudens.

Dubium.

Hieron.

Greg.

Albert.

Magist. Salabi. hic.

Idem.

Salabi. ibi.

Salabi. ibi.

Salabi. ibi.

DISTINCTIO Trigesima sexta, De impedimento criminis, quo tori fit diuortium.

Textus. Capit. j.

POST impedimẽta frigiditatis, & maleficij, quæ vel naturæ vicio, vel dæmonis astu accidunt, sequũtur impedimenta criminis, quæ de voluntatis nequitia prodeunt. Inter hæc primùm se offert adulteriũ, cui ius causa ius fit innocenti ab adultero diuertẽdi, iuxta verbum Redẽptoris, Quicũq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur. Ratio enim legis finit, vt fides ei frangatur, qui fidem fregit. Septẽ verò casus sacrosanẽti canones diuino iure & naturali subnixi exceperunt, quibus legem illam moderandam curarũt: nempe, si vir quoq; eodẽ flagitio, quo vxor, implicatur: paria enim delicta, vt lex ait, mutua compensatione tolluntur, & ideo lege, quam ambo contempserunt, neuter est vindicandus. Quare nihil iniquum est, autore Augustino, quàm causa fornicationis vxorem dimittere, si ipse conuincitur forniciari. Mox, si vxor per viri lenocinium adultera ta est: illud enim mariti scelus, licèt vxorem non excuset, ipsum tamen onerat. Deinde, si bona fide maritũ defunctum arbitrata, alteri nupserit. Præterea, si per ignorantiã adulterium ab eo passa est, quẽ arbitrabatur esse maritũ. Cui proximè accedit, si per violentiam id fuerit perpessa, vt lib. 2. de ciuita. Dei docuit Aug. Adde sextò, quòd postquam fuerint cõiuges reconciliati, nisi denuò committatur delictum, diuortio non patet locus. Ac demum, si vxor in infidelitate per libellum repudiata alteri nupserit, & cũ priori marito catholicæ fidei nomen dederit: cogitur enim tũc eidem priori viro vxor esse.

Matth. 19.

Cap. Peruenit, de iure iur.

Cap. Quæstiones, de diuortio.

Can. nihil, 32. quæst. 6.

Cap. Discretionẽ, de eo qui cognouit consanguineam vxor.

Can. Cũ per bellicã. 34. quæst. 2.

Can. In lectũ. 34. q. 2.

Can. Itane, & Propositio. 32. q. 5.

Can. Si qs, & Quoda tem. 32. q. 1.

Cap. Gaudemus, de diuort.

¶ His ergo exceptis casibus nõ modò viro fas est vxorem fornicariã dimittere, verùm & ratione cauendi scandali eamq; corrigendi nonnunquã tenetur: nam vt in Prouerbijs est, qui expellit mulierẽ bonã, expellit bonum, qui aũt tenet adulteram stultus est & insipiẽs. Vnde Chrysost. Sicut crudelis & impius est qui castam dimittit vxorem, sic fatuus est & insipiens qui retinet meretricem: patronus siquidẽ criminis est qui celat crimen vxoris. Postquã verò adultera resipuerit, spemq; de se fecerit cautiùs pòst viuendi, salubrius sæpè consiliũ est illam retinere. Nam vt Aug. ad Pollentium ait, Non est durum reputãdum

Cap. ij.

Prouerb. 18.

Can. Sicut. 32. q. 1.

Can. Quod autẽ. 32. q. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

dum, vt coniux adultera per pœni tentiam sanata viro recõcilietur. At qui cùm par sit vtriusq; coniugis obligatio fidei, pari subinde iure hac parte vxor cum viro protegitur, vt posit adulterũ quoq; relinquere. Vnde August. Indignantur, inquit, mariti si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas, cùm tanto grauiùs eos puniri oportuerit, quãto magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. Et Innocentius Papa, Christiana religio adulterium in vtroq; sexu pari ratione condemnat.

Can. Christiana. 32. q. quinta.

Cap. iij. ¶At verò diuortium euãgelicum non veluti repudium censendum est, quo Iudæi arbitrabantur matrimonium distrahi. Nam vt Inno. 3. ait, sacramentum fidei, quod semel est admissum, nũquam amittitur, sed ipsum in cõiugibus perdurat. Quocirca neutiquam neu dimittẽti neu dimissæ ad alias conuolare nuptias fas est, dicẽte Domino, Omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Et Paulus. His, qui matrimonio iunẽti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro nõ discedere, quòd si discesserit, manere innuptam. Et ad Rom. Quæ sub viro est mulier viuẽte viro alligata est legi. Et paulò inferiùs. Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Vnde Hierony. Vbicunque, inquit, est fornicatio, liberè vxor dimittitur. Sic autem vir priorem dimittere iubetur vxorem, vt prima viuente secundam non habeat. Et August. ad Pollentium, Licitè, inquit, dimittitur vxor causa fornicatiõis, sed manet vinculũ prioris, propter quod fit reus adulterij quicunq; dimissam duxerit. Et infra, ambos coniuges in hac causa exæquans, Necesse est, inquit, ex duobus cõiugijs quatuor adulteros fieri, si & ille alterã duxerit, & illa alteri nupserit. Ex quibus fit cõsequens, vt diuortiũ viam recõciliationi non occludat, quominus fieri etiam tunc posit.

Cap. Quarto. de diuor.

Matth. 5.

1. Corint. 7.

Roma. 7.

Can. Dixit Dominus. 32. q. 1.

Can. Dixit Dominus. 32. q. 7.

Libro de bono coniug.

DISTINCTIONIS trigesimæ sextæ. Quæstio prima, De diuortio quod fit fornicationis causa.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm propter fornicationem licitum sit viro vxorem dimittere.

HAEC distinctio. 36. quę apud Magistrum sententiarum. 35. generaliter de impedimẽto criminis, proponit. Sunt autem huiusmodi crimina in triplici differẽtia. Quædam enim sunt, quæ non substantiam matrimonij, sed vsum offendũt, vt adulterium, quod innocenti ius facit totum diuidẽdi, de quo hæc quæstio præcipuè disputatur. Alia sunt crimina, quæ contrahendum impediũt, contractum verò non dirimunt. Tertij dem sunt ceteris sunt illa, quæ & cõtrahendum impediũt, & contractum dirimũt. De quibus

bus duobus generibus tractabitur distinctione proxima. Primus igitur articulus est, vtrùm diuortium fornicationis causa sit licitum. Et arguitur à parte negatiua. Non licet, vti. 1. Petr. 3. habetur, malum pro malo reddere: vir autem adulterã vxorem traducens malum pro malo reddit: ergo perperam agit.

Pertinetque ad argumentũ primum.

¶Secundò. Alia sunt peccata adulterio peiora, vt si vxor blasphema esset, aut si vir cõtra naturam nefariè flagitiosus esset: sed propter hæc crimina non licet coniugi ab alterius cubili discedere: ergo nec propter adulterium.

Secundũ argumentũ.

¶Tertiò. Grauius est si ambo adulterentur, quàm si alter duntaxat: sed si vir sit quoque adulter, nõ potest vxorem ob idem crimen repellere: ergo neq; si ipsa dũtaxat offendat.

Tertium argumentũ.

¶In contrarium est sententia Redemptoris Matth. 5. permittentis fornicationis causa virum ab vxore discedere.

Pars affirmatiua.

¶Materia hæc præcipui est momẽti. Et quidem nomen diuortij quid importet, dist. 33. dictũ est, vbi de repudio disputabam⁹. Dicit em à diuertẽdo: hoc est, à mentis diuersitate: quia qui matrimonium distrahunt in diuersas partes eunt. l. 1. ff. de diuortijs. Hoc est, q; toro se domoq; separant. Atqui primus hic articulus facillimę expeditionis est. Cui ideo vnica ista affirmatiua conclusione fit satis. Licitum est viro vxorem suam fornicatiõis causa dimittere. Quæ vtiq; conclusio, quãdo nullam aliam, qua fulciretur, causam habet, per sententiam Redemptoris, satis esset suffulta. Nihilominus sententia illa non solum diuina fuit, sed iuris etiam naturæ explicatoria. Est ergo conclusio hæc non solùm humano iure, aut purè diuino, sed etiam naturali fundata. Hoc enim ius natura docet, vt vbi duo mutua sunt fide inter se constrẽti, fides ei frangatur, qui fidem fregit, capi. Peruenit, extra de iure iurãdo: In fœdere autem matrimonij coniuges fidem sibi mutuò seruandam paciscuntur, quæ est, vt sibi inuicem debitũ reddant, simulq; coniuuant, neuter tamen alijs cõmisceatur: ergo quæ adultera est, digna redditur, cui debitum non soluatur, sed toro pellatur ac subinde domo. Secunda ratio itidem naturalis est, quia fornicatio, saltem vxoris, prolium educatiõi, quæ finis est matrimonij, planè aduersatur: quippe cùm partum incertum reddat, cuius pater ignoretur. Tertiò & alteri matrimonij fini, qui est conuictus, ad quem mutuus amor necessarius est, vehementer fornicatio vxoris repugnat: est enim hoc ita natura comparatum, vt vir, quod vas semel ad procreãdas proles elegit, alterius vicio pollutum ferre ne queat, sed despectui pollutam vxorẽ habeat, odioq; subinde prosequatur. Vnde cùm antiquitus propter odium libellus permitteba tur repudij, Christus seruator noster nõ aliã odij legitimam causam admisit, quàm vxoris fornicationẽ, quæ re vera in promptu est, vt vxoricidij causa esse posit. Sola quippe fornicatio est, quæ vt ait Hierony. vxoris vincit affectum, can. Dixit Dominus. 32. q. 1. Iam verò & charitati naturali cõsentaneum est, vt pudicus coniux impudicam traducat, ne eius crimini cõniuere videatur, sed illa per infamiam castigata emendetur. His igitur de causis Aug. super Deutero. 24. scriplit, quòd cùm multæ essent in lege causæ dimittendi vxores, Christus solam fornicationem excepit: cæteras molestias iubet pro fide & castitate sustinere. Ex his ergo fit consequens diuortium non esse solum inuentum & decretum humanum, sed ex diuino iure & naturali ortum. ¶Vtrùm verò nomine fornicationis impræsentiarum nefandum etiam crimẽ comprehendatur ad faciendum diuortium, Innocen. super cap. Maritus, de adulter. & glo. in c. Omnes. 32. q. 7. negant, eo q; cõiuges sola legitima membra & vsum ad generationem videntur sub fide cõiugij sibi mutuò obligare. Et possumus nos id ex illo confirmare, quod distin. præcedenti diximus: nempe, q; nefandus incestus contra naturam non impedit matrimonium nec eius vsum: quia ad affinitatem non pertinet. Nihilominus opinio Panormi. eod. cap. & S. Thomæ impræsentiarum & Paludani & Sylue. verb. Diuortium. q. 7. & cõis est, q; hmõi crimen ad diuortium sufficiat, tametsi propter pudorẽ, vt ait S. Tho. non noiẽtur. Et ratio est, quia noie fornicatiõis oĩs illicitus coitus comprehenditur. can. Meretrices. 32. q. 4. & can. Non solum. q. 7. Seminatio tñ extra vas non sufficit, quicquid Paludanus hic insinuare videatur, & multò minùs tactus vel affectus impudicitiam mulier non fit vna caro cum altero, atq; adeò nec carnẽ suam diuidit. Ad Innocentium ergo respondetur, coniuges non solùm per legitimum vsum, sed etiam per illegitimum in vase perpetratum carnem suã diuidere, & fidem cõiugalem frangere, licèt per illum vsum non cõtrahatur affinitas: cuius ratio dist. 41. patebit. ¶Quòd si contra cõclusionem quis arguat. Vicaria solutio debiti inter

Conclusio affirmatiua.

Triplici inferendi.

Rõ prima.

Rõ secũda.

Rõ tertia.

ob fornicationem.

August.

An nefandum crimẽ sit fit ad diuortium.

Opinio iuris peritorum.

Opinio communis.

Ratio.

Ad Innocentium.

obiectio.

Universidad de Deusto Biblioteca

ti inter coniuges, saltem obligatio est de intrinseca ratiõe matrimonij: nam vir potestatem sui corporis nõ habet, vt ait Paulus &c. ergo per nullam sententiam Ecclesiæ obligatio hæc extingui potest. Ex superioribus solutio colligit, ꝙ id ecclesia non facit iure suo tantũ ꝓprio, sed diuino & naturali: vtrũq; enim illa iura insinuant: scilicet, quod & seruanti fidem seruatur, & frangenti frãgi possit. ¶ Sunt autem septem casus, qui ab hac cõclusione meritò excipiũtur, quibus vir adulteram vxorem deserere non sinitur. Nempe, quia vel vxor culpæ immunis est, vel vterq; æqualem habent. Primus est, si vir quoq; adulterio se deturpauerit. Secũdus si ipse vxorem prostituerit. In his enim tã culpãdus est vir q̃ vxor. Tertius si vxor virum suum defunctum bonis coniecturis propter diuturnã eius absentiam existimans, alteri nupserit. Quartus si latẽti fraude ab eo cognita fuerit qui sub specie mariti se in eius lectũ insinuauit. Et quintus, si vi fuerit oppressa. Hi enim euentus culpam ei vel auferũt, vel extenuãt. Sextus, si post commissum adulterium eam uir suo toro susceptam reconciliauerit. Iam enim tunc noxã ei condonauit. ¶ Septimus demum casus est, si in infidelitate vxor, cui maritus libellum repudij dederat, alteri nupserit: tunc enim si ambo sacro fonte abluãtur, tenet vir eam in matrimoniũ resumere. ¶ De his autem casibus in genere percontari quispiam posset, sint ne duntaxat per instituta ecclesiæ excepti, an verò iure diuino & naturali. Videtur em̃ sola ecclesia eos excepisse, qm̃ Christus nullum exceptũ reliquit, sed generaliter facultatem fecit viro adulteram vxorem traducendi. Attamen ab altera parte argumentũ existit: quod si Christ' generalem facultatem viro præbuisset, nequiuisset ecclesia exceptis illis casibus eandem facultatem restringere: quippe quę supra ius diuinum nulla fungitur potestate. Rñdere vero quisquã posset, ꝙ cùm Christus nõ iusserit dimittendam fornicariã vxorem, sed permiserit, potuit ecclesia non obstãte permissione, quę ob delictum vxoris facta est, idem diuortium vetare. Quemadmodũ, licet iure diuino permittamur toto anno carnes edere, potuit ecclesia virtutem abstinentiæ interpretãdo earum esum in Quadragesima prohibere. Attamẽ non est hoc satis scitẽ dictũ: quoniam non est simile: de abstinentia nanque non dedit Deus præceptum nisi in genere, vt comedamus quæ, & quando & vbi oporteat. Quare ecclesiæ relicta est facultas determinãdi cibum & tempus edendi, sicut in præcepto confessionis definiẽdi tempus, & in sanctificatione festorum designandi dies. Sed tamen de diuortio fecit singularem permissionem. Quare fas non videtur, vt illam possit ecclesia restringere, nisi tanquam diuinii ipsi' naturalisq; iuris interpres. ¶ Qua propter dicendum restat omnes huiusmodi exceptos casus deduci ex iure diuino & naturali, vt singulos prospicienti constabit. Primus enim, quando vterq; deliquit, habetur capi. Tua fraternitas, & capit. Significasti. de diuortijs. Et fundatur in illa naturali iuris regula. l. Viro. ff. solut. matrimo. Paria delicta mutua compensatione dissoluuntur. Ob id enim ea lege, quam ambo contempserunt, neuter est vindicandus. Vnde Augu. libr. de sermone Domini in monte, Nihil iniquius est quàm causa fornicationis dimittere vxorem, si ipse conuincitur fornicari. 2. quæst. 2. can. Nihil. Occurrit enim illud Pauli ad Roma. 2. In quo alium iudicas, te ipsum cõdemnas. Qui dicis, Non mœchandum, mœcharis. Atque illud euangelicum, Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Et de adultera, Qui sine peccato est vestrũ, primus in eam lapidem mittat. ¶ Dubium autẽ ad huius casus intellectum ex dictis resultat, vtrùm quoties vir deliquerit siue ante siue post vxorem, ius amittat faciendi diuortiũ. Apparet enim semper illud perdere: quãdoquidem nihil referre videtur, quo tempore crimen admittat. Respondetur nihilominus per distinctionem. Si vir antequam vxor, adulter fuerit, iure se priuauit petendi diuortium: nam cùm prior fidem vxori fregerit, atque adeò ipsa soluta fuerit fide reddendi debitum, non potest postmodum illi crimen fractæ fidei obijcere. Neque refert occultẽne ipse fuerit adulter quando ipsa adulterata est, si modò mariti crimen ipsa probare possit. Idem iudicium est quanuis ipsa prior se fœdauerit, si ipse antequàm diuortium poscerit, idem commisit scelus. Antea nanq; quàm de diuortio agatur, aut recõcilientur, nihil refert, vter coniugum priùs peccauerit, sed quandocunque vnus de adulterio accusetur, si idem crimen potest coniugi obijcere, vt paria sint crimina, absoluendus est. Nã in prædictis capitulis, Tua fraternitas, & Significasti, nulla habetur prioris aut posterioris ratio. Imò vir, qui post vxorem adulteratus est,

Solutio. *Septem casus.* *Primus.* *Secundus.* *Tertius.* *Quartus.* *Quintus.* *Sextus.* *Septimus.* *Dubium.* *Obiectio.* *Solutio quærendam.* *Solutio imprudens.*

tus est, eam relinquere prohibetur. Secundũ dubietatis membrum est. Postq̃ causa fornicationis vxoris factum est diuortium, vtrùm vir deinceps adulterium committens, teneatur sibi vxorem reconciliare: de quo mẽbro artic. sexto habendus est sermo. ¶ Dubitatio verò, quę ancipitem videtur tenere animum est. Si ante diuortium postquam vxor vnũ, maritusque subinde alterum adulterium cõmisit, vxor iterum relabatur, ius fiat viro illam relinquendi. Apparet enim nõ fieri: quoniam semper illa accusata põt idem crimen marito obijcere. Neque valet argumẽtum si obijcias, pluries adulteratam esse vxorẽ, atq; adeò crimina non esse paria. Quoniã si vxor decies & millies priùs fuerit adulterata, & postmodum maritus semel, nequit ipse de diuortio agere: quia iura numeri rationẽ nõ habẽt, sed paria crimina cẽsent si ambo sint adulteri, nulla multiplicationis mentione facta. Neq; rursus valet si obijcias, ꝙ ipsa posterior deliquit. Nam iam dictum est, ꝙ quãuis ipse prior deliquerit, nõ potest illam postea adulterã relinquere. Profectò res est dubia. Hoc tamen est certum, ꝙ quando non nisi singula adulteria, antequàm de diuortio agerẽtur, cõmiserunt, nulla inter eos habita ordinis ratione, diuortium fieri nequit. Item & hoc certissimum est, ꝙ si quibuscunq; vtrinque adulterijs cõmissis reconciliatio fiat: nẽpe, quia vir fœminei criminis conscius illã cognoscit, tunc si post talem reconciliationem ipsa recidat, potest vir illam dimittere: quoniam reconciliatio contractũ ad suum vigorem reduxit, acsi nulla esset illuc vsq; fornicatio cõmissa. Ob idq; postea delinquens rea fit diuortij. ¶ Dubiũ ergo restat, quando nec reconciliatio præcesit nec diuortium, sed ipsa priùs adulterata est, deinde ipse, postea ipsa, ac subinde ipse, ac demum postremò ipsa, vtrùm tunc maritus ius habeat diuortiũ petendi. Apparet enim ius habere propterea ꝙ antea erãt crimina paria: si ergo ipsa post deliquit, rea videt diuortij. Fortasse sic quispiam censere potest, quoniam (vt fertur) vltima mora nocet, illaque est, quæ ad se periculum trahit. Quid autem in vsu fori exterioris versetur, nescio: ad eius tamẽ vsum res est remittenda. Crediderim tamen cum temperamento respondendum: nempe, quòd si in ista alternatione peccandi vnus corrigitur, præcipuè si alterum coniugem admoneat, tunc quia hoc quoddam genus reconciliationis est, qui post deliquerit, reus sit diuortij: nam pacta nouissima, vt ait lex. ff. de pactis, seruanda sunt. Vbi tamen neuter corrigitur, nec reconciliatio fit, arbitror (saluo saniori iudicio) propterea quòd ipsa vltimò pluriesq; fuerit fornicata, ipsum non acquirere ius, vt argumenta supra facta planè comprobare videtur. Imò quandiu res occultè agit, quousque reconciliatio vel emendatio fiat, aut diuortium petatur, idem reputatur crimen, atq; adeò omnia paria. ¶ Secundus casus idem in iure naturæ fundamentũ habet: nam si ipse per lenocinium vxorem exposuit, in ipsum culpa refundit. Casus est capit. Discretionem, de eo qui cogn. consan. vxor. & l. Cùm mulier. 1. ff. solu. matri. & l. 2. §. si publico. ff. ad leg. Iuli. de adult. vbi maritus propter lenocinium accusare prohibetur vxorem: ipsum enim maritum onerat, licèt mulierem non excuser. Sed dubium est, vtrùm satis sit, vt maritus à diuortio petendo repellatur, quod vxori occasionẽ præbuerit fornicandi: nempe, quia ei in necessarijs non prouidebat. Respondetur, id non sufficere, vt patet cap. Ex literis, de diuortijs, vbi mulier de fornicatione delata id causabatur aduersus virum, & tamen non est audita: quia ꝓpter pauperiem & egestatem nemini licet crimẽ committere. Quare nec sufficit, ꝙ vir illã domo expulerit, vt habetur cap. Significasti. eodem titul. Nisi illo animo eam eiecerit, vt fornicaretur, vel nisi adulterantem sciret, & permitteret: hoc enim est cõniuere crimini, atq; adeò lenonem esse. l. Crimen. C. de adulte. Secus si suspectam de adulterio retineat. Quapropter eiusmodi mariti propter lenociniũ lege damnantur, vt ab vxoribus publicitùs ridiculis flagellis vapulent. ¶ Quod autẽ tertius casus: scilicet, quando vxor bona fide arbitrata maritũ defunctum, alteri nupsit, ius adimat viro petendi diuortium, est decisio canonis, Cùm per bellicã. 32. q. 2. ¶ Quartus verò: videlicet, quòd si ignoranter passa fuerit adulterium, excusetur, est sententia Augustini lib. de fide & operibus can. Si virgo. & concilij Triburiensis can. In lectum. 34. quæst. 3. Et ratio naturalis est, quia crimen requirit scientiam: ignorantia tamen inuincibilis excusat, vt exemplum Iacob cum Lya documentum est. ¶ Et eadem ratione excusatur in quinto casu per violentiam, vt autor est idem August. lib. 2. de ciuit. Dei, qui refertur can. Itane, & can. Proposito. 32. quæst. 5. Intelligitur autem quando est absoluta violentia, cùm mulier inuita sic patitur, vt culpã

Secunda pt. *Dubium.* *Obiectio.* *Dilatio.* *Alia obiectio.* *Dilatio.* *Nota.* *Dubium.* *Dubium.* *Dubium.* *Nota.* *Sententia autoris.* *Primus casus.* *Secundus casus.* *Pœna lenocinij.* *Tertius casus.* *Quartus casus.* *Quintus casus.* *Dubium.* *Solutio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

non contrahat: nam si per metum ipsa consentiret, non excusaretur neq; à culpa neq; à diuortio, vt ad Damasum, vel ad Amandum

Hierony. ait Hierony. can. Omnes causationes. 32. q. 7. neq; enim metu mortis licèt contra legē agere, quæ est iuris naturę, eo quòd intrinsecam habet malitiam. ¶ Sextus casus: nempe, q̃ semel reconciliatam non posit vir, nisi iterum

Sextus casus. relabatur, abijcere, colligitur ex vtroq; can. Si quis, & ex can. Quod autem. 32. quæst. 1. Sed tamē ad reconciliationem non sufficit, quòd eam post adulterium cognouerit, sed exigitur, quòd id postquam adulteriū resciuerit, fecerit: nam vxorem cognoscens, quā adulteram esse ignorat, nō censetur eam sibi reconciliare. Neque vxor virum si graui eius metu perculsa ei debitum reddat: neq; si id faciat per ecclesiam compulsa, quia adulterium mariti probare non valuit, quem tamē scit esse adulterum. De quo infra, sicut neq; qui non illico expellit vxorem, sed expectat oportunitatem petendi diuortium, ius perdit illud petendi. Adde quòd si post celebratum diuortium vir vxorem cognoscit, recon ciliare illam censetur, atq; adeo deinceps te-

Nota. neē in matrimonio permanere. ¶ Sed nota q̃ etsi in his sex casibus, vir nequeat vxorem ab alio cognitam dimittere, nihilominus bigamiæ irregularitatem incurrit, eam cogno scendo. Et sunt casus, in quibus bigamia citra propriam culpam incurritur: nam canones, Si cuius, & Si laici. dist. 34. absolutè decer nunt, quòd vir cum adultera contrahens, vel eam retinēs, fiat irregularis, vt dist. 27. q. 3. artic. 1. diximus. ¶ Septimus casus habetur cap. Gaudemus, de diuortijs.

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur argumentum respōdetur, q̃ fornicariam vxorem liuore vindictæ dimittere peccatum est contra charitatem, licèt non contra iustitiam, & hoc est malum pro malo reddere. Id tamen ad abstergendā infamiam facere, ne vir particeps criminis videatur, vel ad turpitudinem vxoris corrigendam, vel ad prolis incertitudinem cauendā, nullum est peccatum, imò potest esse virtus.

Solutio secūdi argumē. ¶ Ad secundum respondetur, q̃ non permittitur diuortiū adulterij causa, eo q̃ sit crimē grauissimum, sed eo q̃ è diametro cum bonis matrimonij pugnat. Tollit enim adultera prolis certitudinem, frangitq; fidem, nec significationem sacramenti, quę est vnius cū vna, custodit. Peccatum autē contra naturā

Fornicatio spiritualis. fornicationis, vt dictum est, censetur species. At verò fornicatio spiritualis: nēpe, infidelitas, aut idololatria, aut apostasia: hoc est, trā situs ad Iudaismum vel Paganismum, delictum quoque censetur ad diuortium peten dum, pręcipuè dum eiusmodi criminosus cō iux alterum ad suam perniciosam sectā pertrahere molit, vt Aug. lib. 1. de sermone Dni in monte, qui referē can. Idololatria. 28. q. 1. & Alex. 3. cap, Quæsiuit, de diuortijs, autores sunt. Hæc autem fornicatio spiritualis, non fundatur in verbo Christi, vt causa fornicationis dimittatur coniux: quippe cùm non nisi de carnali loqueretur. Sed propter periculum peruertēdæ religionis. Moderatur tū hoc hic prudēter S. Tho. discrimine inter has duas fornicationes interiecto: nempe, q̃ pro pter vnū actū fornicatiōis carnalis matrimo niū dirimit, non tā propter vnū fornicatiōis spiritualis, sed ppter consuetudinē, quę pertinaciæ indiciū est. Hæc aūt materia ad dist. 39. spectat, vbi Paulinū illū locū. 1. Cor. 7. enarraturi sumus, Si qs frater vxorē habet infidelē, & hæc cōsentit habitare cum illo, non dimittat illā. Vbi & de hæresi videbimus, an ratione illius diuortiū fit faciēdum. ¶ Tertiū verò argm̄ iam in casu primo illorū septē solutū est. Sed quæris, num ob alia crimina licitū sit vxorē dimittere? Origenes super Matthæi. c. 19. q̃ uis anceps disputando procedat, tā videtur in hanc partē inclinare, q̃ ppter alia etiam crimina, quæ lege ciuili expressa sunt, vt l. Cōsensu. C. de repudijs, id etiā Christianis liceat, vt si mulier venefica est, vel liberorū interfectrix, vel substantia mariti deprę detur, &c. Veruntamen nō est in more eccle się, pręter fornicationē, diuortiū permittere, nisi propter enormē sæuitiā cōiugis: scilicet, q̃ vxor legitimè probat periculū sibi mortis à viro imminere: tunc em̄ vel cautio illi se curitatis sufficiēs danda est, vel discedendi facultas, & tunc debet maritus vel dotē illi red dere vel alimenta. capit. Literas. circa finē, de restitu. spoliatorū. Vtrùm verò maritus possit adulterā accusare, & capite plectere, alia quæstio est, quæ dist. sequenti disputabitur.

Discrimen inter carnalem & spiritualem.

Solutio tertij argumē.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm vir teneatur ex præcepto vxorē fornicantem dimittere.

QVoniam arti. præcedēti solùm de potestate dictum est dimittendi adulterā, quæritur subin de de necessitate: putà, an sit præceptum. Et arguitur à par te affir-

Partes dubitandi.

te affirmatiua. Vir, eo q̃ caput vxoris est, tenetur eam corripere: separatio autem tori ad correctionem attinet: ergo vir tenetur eius se

Secundū argumentū. cōsortio subtrahere. ¶ Secundò. Qui cōsentit, vt ait Pau. peccanti, simili pœna condēnatur: vir aūt cum adultera conuersatus, quia potest & debet eam corripere, consentit eius

Tertium argumentū. crimini: ergo se disgregare tenetur. ¶ Tertiò. Qui adhæret meretrici, vt. 1. Corin. 6. ait Pau. vnum corpus efficitur: ergo & vir adhærens adulteræ: nemo aūt esse potest corpus mere

Pars negatiua. tricis & Christi, vt ibidem habetur: ergo ille est in peccato, atq; adeò tenetur ab illa diuertere. ¶ In contrarium est, quòd sentētia Christi de dimittendā vxore fornicaria, permissio

Decisio artis. videtur, non præceptum.

¶ Hanc quęstionē Magister senten. ac subin de S. Tho. reliquiq; eius interpretes facillima distinctione definiunt. Aiunt, inquam, q̃ dū vxor adultera iam per pœnitētiam mutato corde emendata est, non teneē illam maritus relinquere. Si verò emendari renuerit, & in flagitio persistere pergat, tūc vt ait Bonauēt.

Occultum. Durand. & alij, si crimen, sit occultum, non tenetur. Tamen occultum vno modo dicit, vt opponitur publico: putà, per infamiā notorio. Alio modo, q̃ neq; est publicū, neque pōt legitimè probari. Et videntur hoc secundo modo loqui: quia tunc non potest in iudicium proferri, vt diuortiū fiat. Si aūt est publicum, tunc aiunt, tenetur eam à se pellere, ne ei consentire videatur. ¶ Sed re vera, vt rerum vsus, & tortasis ratio docere videntur, paulò accuratiùs res meditanda est. ¶ Duabus ergo conclusionibus respōdetur. Prima.

Primus conclusio. Si adultera ad cor rediens pœnitentia ducta emendetur, potest illam vir retinere, imò sæpè id consiliū est. Enimuerò cùm pœna illa diuortij ob culpam fornicationis sit posita, postq̃ culpa per emēdationem fuerit deleta, pōt vir iuri suo renunciare, & vxori pœnam

Aug. de adulteri. conuig. illā condonare. Quocirca Aug. ad Pollentiū lib. 3. can. Quod aūt. 32. q. 1. ait, non esse durū reputandū, vt coniux adultera per pœnitentiam sanata viro reconcilietur. Et infra can. Non erit, idem repetit. Quod autē hoc sæpè

Consilium. fit consiliū, inde patet, q̃ mulier emendata cùm se mariti præsidio viderit destitutā, periculum subibit, ne per inopiā oppressa turpē procuret quęstum. Verum est tū Gregoriū

Gregorius. in lib. qui, Pastor inscribitur, rem fuisse moderatum: debet em̄, inquit, maritus recipere peccatricē, quę pœnitentiā egit, sed nō sæpè: nā sæpè relapsa spem emendationis adimit.

¶ De altero verò mēbro: scilicet, dum adultera neq; emendata est, neq; emendari propo

Alterū mēbrum. nit, perplexior est rōsio. Caietanus quidē in

Caietanus. quodlib. 21. quæstionū, vigesimā disputauit, an vxor possit viro adultero & in adulterio pertinaci debitum reddere. Et diffiniuit, lici tum esse. Attamē quæstio de vxore adeò nō

Sentētia autoris. est tam difficilis, q̃ ipse putauit, vt potuisset multa præterire verba, quæ illic expēdit. Est enim creditu q̃ facillimum illud esse licitum:

Rō prima. qm̄ vxor, cùm non sit viri caput, potestatem non habet, eum corrigendi aut corripiendi. Quare licèt cum illo adultero cōmaneat, nul lum indiciū exhibet, se in adulteriū consenti re, atq; adeò nullum perhibet scandalū. Imò vsū exploratissimū est, fœminas id ęgerrimè

Rō secunda. ferre & zelotypia exuri. Neq; verò infamia vlla inde respergunt, quia nulla, aut vix vlla est virum ferre adulterum. Neq; se periculo

Rō tertia. obijciunt incertitudinis filiorum: nam ipsæ sunt quæ certissimos ędūt partus. Quare nul li sunt canones qui in hac parte de vxoribus loquantur, sed solis viris videntur iubere, vt à pertinaci adultera recedant. Quin verò cō

Nota consilium. silium à viris prudētibus perhiberi solet vxo ri viri adulteri ne torum diuidat: illa em̄ abstinentia adeò non cedit in remediū viro, vt sæpiùs esse ei consueuerit maius præcipitiū: recrudescere nanq; tunc solent viri, & peiores fieri. ¶ De viris ergo perplexior est quæstio, quando crimen est publicum, aut legiti

Quæstio de viris. mè, pbari pōt: nam alioqui pro certo præsigitur, non teneri. Quod aūt si sit publicum, teneantur viri obstinatas adulteras deserere, sunt in primis canones id admonentes. Ait em̄ Chrysosto. super Matth. c. 11. & referē. 32. q. 1. Sicut crudelis, & iniquus est qui castam dimittit vxorē, sic fatuus est & iniustus, qui retinet meretricē: patronus em̄ turpitudinis est qui celat crimen vxoris: nam vt habetur Prouerb. 18. Qui expellit mulierē bonā, expellit bonum: qui aūt tenet adulterā stultus est & insipiens. Et subdit can. Si quis, q̃ vir, qui vxorē, postq̃ in adulterio eam deprehendit, cognouit, duob' annis pœniteat, & quo vsq; à crimine fuerit purgata ab eius matrimonio abstineat. Et Hierony. ibidē can. Di-

Hierony. xit Dominus, Qui tenet adulterā stultus & impius est. Atqui & rōnes eisdem canonib' egregiè suffragantur, quæ in capite obiectæ

Rationes. sunt: nam vir aliud faciēs multis nominibus videē delinquere. Primùm, quia cùm possit

Rō prima. & debeat mulierē castigare, videtur in eius crimen consentire & conniuere: consentire

Universidad de Deusto Biblioteca

si quidem censetur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. can. Cõsentire. 83. dist. Secundò, quia periculo se subijcit prolis, vt vxor illi fallos hæredes supponat. Et tertiò significationem sacramẽti vnitatis Christi cum ecclesia violat. ¶ His nihilominus non obstãtibus miserum virum in tam arctas angustias sub præcepto citra vllam ipsius culpam conijcere, difficillimũ est. Neq; videmus vsu & more in tanto rigore seruari, neq; cõfessarios tam pressim stringere viros, vt adulteras per diuortiũ relinquant, aut ab illis abstineant. Caietanus illic in calce de viris obiter loquens, ait, q̃ nec tenenẽ ab eiusmodi vxoribꝰ abstinere, nisi subsit spes emẽdationis futurę aut ratione scandali: sed satis esse illas & verbo & verbere castigare. At re vera & hoc quoq; duriusculũ apparet. ¶ Sit ergo, sub peritiorum censura, secunda cõclusio. Viri non tenenẽ vxores quantumcunq; pertinaces & absq; spe emendatiõis obstinatas, simpliciter & absolutè loquendo, relinquere. Probatur primò, quia si Christi verba perpendantur, non iubet, sed permittit. Secũdò, quia cùm vir ob vxoris crimen nullã culpam contrahat, non obligatur illam deserere, nisi aliquod vinculum inde ad ipsum deriuetur: nam & viro pœna etiam est, vxorẽ dimittere, cùm posit iuri suo petẽdi diuortiũ renunciare. Quare citra suã culpã non tenef hoc genus supplicij subire. Vinculum autẽ hoc vno quatuor modorum põt virum ligare. Primum, inquantũ vxor ipsum offendit. Et hoc adulteram solam denudat iure petendi, virum autẽ non item: quare ex hac parte non tenetur illam abijcere. Alio modo quatenus illud crimen emendabile est pro bono ipsius vxoris. Ad quod re vera vir non tenef nisi ex præcepto correptionis fraternæ: quia licèt sit eius caput, non tamen est prælatus. Huic aũt præcepto satisfacit admonendo illam & diuina lege deterrendo: & forsan verberando eo modo, quo viro permissum est. Quòd si non se emẽdauerit, tenetur (vt Matthæi. 18. admonemur) dicere ecclesię. Sed hoc tũ intelligitur, si vlla fuerit spes emẽdæ, alioqui non tenetur illam denunciare. Neq; verò cùm denunciat, tenetur diuortiũ postulare: quia illud est ius suum, cui renunciare potest. Tertiò posset præcepto vinciri ad relinquendum illam propter bonum publicum: quia illa peccat in Deum & in rem publicã. At verò peccato, quod per se est in bonum commune, per denunciationem, & si oportuerit, per accusationem occurrendum est: adulterium autem per se non est in bonum commune, nisi adnexam habeat aliam communem perniciem: putà, hæresis vel proditionis. Quare ob solam rationẽ adulterij vir non tenetur accusare vxorem potiùs quàm alias adulteras, vel quàm alij suam ipsius. Accusare autem vel ad necem vel ad diuortiũ, cùm sint iura propria, non tenetur, quia potest condonare iniuriam. ¶ Neruus ergo & punctum rei in hoc cõsistit, vtrùm teneatur illam relinquere quatenus crimen vxoris in ipsum refunditur, quia ipsi labes impingitur quasi consentienti in crimen, qua ratione scandalum dat, acsi patronus particeps q̃ eius fiat. Vel ex altero capite: scilicet, quia sperat, quòd per diuortium vxor emendabitur, & aliàs non. De primo ergo dicendum, quòd si vsu veniret, vt vir non posset aliter monstrare se non consentire in crimen, sed ex eius cohabitatione cum vxore certum sumeretur argumentum, quòd consentit, ita vt sit scandalum datum, quia scit vicinia q̃ conscio viro & prohibere potente vxor adulteratur, atque adeò propter suam ipsius viri negligentiam & socordiam illud patratur malum, tunc certè tenetur ab illa discedere: quia ne det scandalum tenetur aliquid de iure suo perdere. Et hoc est quod rationes supra factæ & canones conuincunt. Si tamen hanc maculam potest aliter eluere, certè tũc non tenetur ab ea separari: quia tunc scandalum nõ quidem datum, seu acceptum esset: Nempe, si vehementibus carnis illecebris deuexatur, quare nequit ab vxore, nisi cum magno periculo, abstinere: re vera tunc non tenetur tali periculo se obijcere, vt vxorem relinquat. Item si est vir infirmus, aut pauper, qui labore manuum suarum viuit, quã ob rem vxore nimis indiget, quæ ei in re familiari seruiat, nec tunc tenetur se, abijciendo illam, incommodare. Exemplum mihi ab Insulanis sæpè relatum referam: vitam enim illi miseri degunt in summa necessitate vxoriæ societatis: panis nanque illorum nõ potest in crastinum adseruari, sed debet vxor quotidie eum coquere & potum conficere: aliter viri nequirent agriculturæ & alijs operis vacare. Ergo in similibus casibus profectò satis est, quòd vir vxorem acriter reprehendat, & quam poterit cautè custodiat, ita vt vicini intelligere valeant se inuito & ægerrimè ferente illam delinquere, sed manere cum illa necessitate compulsum. Neque verò

Rõ secũda. *Rõ tertia.* *Sentẽtia auctoris.* *Caietanus.* *Secunda cõclusio.* *Rõ prima.* *Rõ secũda.* *Vinculũ de ferẽdi vxorem fornicariam.* *Primum.* *Secundum.* *Nota.* *Sentẽtia auctoris.* *Tertium.* *Adulteriũ nõ est cõtra bonum cõe.*

que verò tenetur adulterum occidere: & si est vir potens, nequit eum abigere. Præterea ad petendum diuortium requiritur, processus non facilis, & ideo non tenetur tanta se onerare molestia. Præterquàm quòd diuortium facere in viri etiam infamiam resultat. Quare viri ingenui vxorem citiùs iure enecant, quàm relinquant: quod tamen ratissimè consulendũ est. ¶ De secundo autem quando putat non esse aliam emendationis spem, quàm illam relinquere, respondetur, nullum esse remedium ab vxore abstinere, & multò minus eam domo expellere: imò esset maius periculum, vt peior fieret. Secundò, quando illud esset necessarium, non tenetur vir cum tanto detrimento vxori mederi. Si autem tantum non pateretur detrimentum, consilium esset, vt faceret. Ad hæc, quæ nobis dicta sunt, suffragium accedit Abulẽsis super Matth. c. 19. q. 71. vbi post plurimas distinctiones de hac re factas, quibus præceptum de dimittenda adultera extenuatissimum relinquit, tandem cõcludit, q̃ quandiucunq; (vt verbo eius vtar) vir retinet vxorem fornicariã vel sub spe correctionis, vel vt ipse nõ infametur (addiderim ego, vel ne aliud incommodum graue patiatur) aut vt non infamet illam, non peccat. Sed tunc, inquit, videtur peccare si non dimittat, quãdo nulla est emendæ spes, & res est manifesta, & putatur vir eius crimini fauere tenendo illam. Neq; verò tunc tenetur eam in perpetuum relinquere, sed quousque spes eius emendationis renascatur. Satis enim est quatenus ad obligationem, vt diuortium sit tanquam medicina, quæ duret quanto tempore morbus exegerit, nisi perpetuus fuerit. Rationes ergo, vt diximus, probant, virum non debere criminiuxoris consentire, neque illud vlla de causa fouere. Et canones citati in hac præsumptione fundantur: nempe, q̃ vir habitans cum adultera consentit in crimen & ei patrocinatur. Quãdo verò necessitate pressus id facit, re vera non cõsentit, neque adhæret illi tanquam meretrici, sed tanquam vxori. ¶ Et per hoc tam argumenta, quàm decreta canonum soluta restant.

Circa secundam. *Secunda sententia.* *Circa primam.* *Rationes.* *Argumenta soluta.*

ARTICVLVS. III.

Vtrùm maritus proprio iudicio non expectato ecclesiastico possit vxorem adulteram dimittere.

POstquàm dictum est de potestate & præcepto, quæritur de forma, vtrùm vir nõ expectato publico iudicio ecclesiæ possit priuatim ab vxore, quam in adulterio deprehendit, se subducere. Et arguitur à parte affirmatiua, tum quia Deus iustus iudex illam iam sententiam pronunciauit in adulteram: quare non opus est alia: tum q̃ vt Matth. 1. legitur, Ioseph, cùm esset vir iustus, cogitabat occultè vxorem sibi suspectã dimittere. ¶ Secundò. Si vir adulterij vxoris conscius eam cognosceret, ius amitteret de diuortio agendi: ergo licet ei interim debitũ denegare. ¶ Tertiò. Si res ad tribunal ecclesiasticum deferẽda esset, legitima opus esset probatiõe: illa autem per quàm difficilis est: nam vt Iob. 25. legitur, oculus adulteri obseruat caliginem: ergo sententia fori non est necessaria. ¶ In cõtrarium est, quia nemini propria autoritate se ipsum vindicare licet, iuxta illud Pauli Roma. 12. Non vos defendentes: id est, vindicantes, charissimi: quia Mihi vindicta, dicit Dominus: sed si vir ,ppria autoritate vxorem dimitteret, se ipsum vindicaret: ergo illud non est legitimum.

¶ Ad quæstionem per distinctionem tribus conclusionibus respondetur. Dimissio enim vxoris propter adulterium intelligi põt aut quantum ad torum, aut quantum ad cohabitationem. De toro sit prima conclusio. Potest vir priuata autoritate vxorẽ à se in adulterio deprehensam dimittere: hoc est, ab eius amplexu abstinere, debitumq; illi etiam petenti denegare. Probatur, quoniam iam tũc certus est fidem sibi illam fregisse, atq; adeò diuina lege solutum se esse obligatione reddendi. Item quia si eam post notum adulterium cognouerit, tum bigamiæ irregularitatem incurrit, vt art. 1. dictũ est, tum & se iure petendi diuortium priuat. Quare non tenef hæc subire incõmoda. ¶ Secunda conclusio. Nemini licet adulteram quantum ad cohabitationem sine iudicio ecclesiæ domo pellere, saltem si matrimonium fuerit in facie ecclesiæ celebratum. Probatur, quia publicum supplicium nemo nisi iudex publicus inferre valet, idque testibus aut alia legitima via iuridicè comprobatũ: traducere autem vxorem domo pellẽdo quam publicitùs sibi copulauit, est publicum supplicium: nemo ergo id priuata autoritate inferre valet: idem enim tunc esset & iudex & actor: quod iura abhorrent. Tandem eadem conclusio desi-

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum. *Secundũ argumentũ.* *Tertium argumentũ.* *Pars negatiua.* *Diuortium duplex.* *Prima conclusio.* *Ratio cõclusionis.* *Secunda cõclusio.* *Ratio cõclusionis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nita est decreto Alexãdri.3.cap.Porrò,de diuortijs.Dixerim, si matrimoniũ fuerit in facie ecclesiæ celebratũ, quod intellige,vel coram testibus, quib⁹ legitimè probari possit: qm̃ si clandestinũ fuit, priuatim pōt eam dimittere,etiam quoad cohabitationem,vt autor est,dist.præsenti Ricardus.q.3.qm̃ latentia non opus est in iudiciũ ecclesiæ, nisi pœnitentiale,deferri. Si autem matrimoniũ fuit modo prædicto publicum, tunc quanuis crimen publicũ esset & notorium :semper est adeundus iudex,vt habetur in d.c.Porrò.Tametsi tam notoriũ esse pōt,vt possit maritus eã absq; alio iudicio deserere, vtpote si adultera in ædes adulteri se receperit,cũ quo publicè habitat, vt ait Sylvest. verb. Diuortiũ. q.8.Aliàs si priuata autoritate quis vxorẽ dimittat,& ipsa restitutionem petat,cōpellendus est illam in domum recipere,nisi incontinenti testimonia ipse legitima fornicatiōis perhibeat,iuxta cap.Literas, de restitu. spoliato. ¶Tertia ex his colligitur conclusio. Diuortium fieri priuata autoritate non potest, sed sola publica ecclesiæ.Quoniam diuortiũ non dicit solùm abstinentiã illam occultam & priuatã ab vsu coniugali,sed diuersionem hanc,vt nomen sonat, vt facultas innocenti fiat non cohabitandi cum vxore, neq; in re familiari communicandi.

Tertia conclusio.

¶Circa singulas tri primarũ conclusionum nonnulla dubia oriuntur.Et primũ circa primam quæritur, quænam cognitio criminis exigatur, vt vir possit vxori debitũ denegare?Rndetur illam satis esse, quæ in foro ecclesię ad faciendũ diuortium sufficeret:nempe, si eam cum adultero in codẽ cubili repererit, aut aliter amplexatos:nam alia minora indicia & rumores leuiores non sufficerent. Vnde verbum illud Hieronymi super Matth.c. 19.quod citatur can.Dixit Dominus.32.q.1. Vbicunq; fornicatio est,vel fornicationis suspicio,liberè vxor dimittitur, non sic intelligitur,vt suspicio sola sufficiat, vt bene ait ibi glossa, sed q̃ sit causa inquirendi legitima testimonia. Nisi suspicio vehementissima fuerit,quæ pro legitimo testimonio & præsumptiōe valeat.¶Quòd si roges, vtrùm vir possit, posłq̃ vxoris adulteriũ intellexit, ab illa debitũ petere, nõ tñ reddere. Et videt posse: cùm ius petendi non perdiderit.Rndetur tñ nequaq̃ id licere,sed eligere debet aut nec petere nec reddere,aut si petierit,reddere : non enim debet claudicare coniugiũ. Quare petendo iam censetur illam sibi reconciliare.

Circa prima conclusionẽ dubium.

Solutio dubij.

Dubium.

¶Vtrùm verò vxor, quæ clam viro adultera est,certò tñ credit, q̃ si ille sciret,eam traduceret,possit debitum ab eo exigere.Apparet enim non posse, eo q̃ fracta fide videtur ius perdidisse.Rndetur nihilominus posse,vt in opusculo quodã ait Caietanus:quia rea non debet esse sui ipsius accusatrix, nec suũ prodere crimen,sed maritus, vel iudex debet eã suo iure expoliare: quare quandiu crimẽ latet,possessionem habet eiusdem iuris. ¶Alia est ambiguitas fortasse grauior,si mulier que relam apud iudicem deponat,q̃ vir renuit ei debitum reddere,& ipse adulterium probare nequeat, vtrùm Ecclesia cōpellere ipsum possit,vt reddat. Respondetur id optimo iure,etiam per censuras,posse,quia debet iudicare secundùm allegata & probata. Attamẽ vir sic potest,si velit, parẽre sentẽtiæ,vt tamẽ non teneatur.Quia licèt sententia in foro exteriori fuerit legitima, tamẽ quia in falsa fuit præsumptiōe fundata: scilicet, q̃ illa nõ erat adultera,non ligat conscientiam: quare non tenetur ad illam accedere,neq; excōicatione in foro interiori ligatur, sed debet exteriora iudicia & molestias patiẽter tolerare. Potest tamen,vt diximus, compelli, vt illam domi retineat & alat.

Dubium.

Solutio.

Caietan.

Dubium.

Solutio.

Nota.

¶Circa secundam cōclusionem rogabit fortasse quispiam,vtrùm in foro cōscientię possit vir innocens adulteram priuata autoritate à suis ædibus excludere, & diuortiũ inconsulta ecclesia facere.Respondẽ, q̃ si id absq; scandalo fieri possit, neq; ipsa ad tribunal recurreret,posset quidem: quia re vera in conscientia nec debet ei copulam,nec alimenta, nec humanum cōuictum.Et ideo si ipsa in separationem consentit, neq; scandalũ exoritur,neq; ecclesia cogit eos cohabitare, tutas habebunt separati conscientias. Quare si ipse vult peregrè proficisci & illã deserere, nullum eum ius vetabit. De alijs pœnis ciuilis iuris,quas adultera incurrit,quo modo sit dotę priuanda,& ad quem dos pertineat, & de via,qua legitimè debeat diuortium probari, non ad theologos, sed ad Iurisconsultos decernere spectat.

Dubium.

Solutio.

Pœnæ ciuiles.

¶Ad primum igitur membrum primi argumenti rndetur, Dominum duntaxat legẽ tulisse, quare lege naturæ sententia iudicis requiritur,qua ius ad factũ accommodetur.Et ad secundum membrum rndetur, q̃ Ioseph (vt nonnulli interpretant) non volebat vxorem tanq̃ sibi suspectã occultè dimittere, sed propter reuerentiam,quia nonnihil diuinitatis in

Solutio primi argumenti.

Solutio secundi argumenti.

Alia solutio.

tis in ipsa olfaciebat. Vel secundùm alios, quanuis habuisset suspectam,non tamen volebat traducere: quia tunc adultera non ad diuortium,vt modò,sed ad lapidationem petebatur. Et ideo cogitabat fortè, quomodo eam citra illam accusationẽ dimitteret.¶Ad secundum iam satis per primam conclusionem respōsum est:licet enim ei denegare debitum,non tamẽ expellere domo. ¶Ad tertium vero respondetur, quòd licèt oculatos testes turpitudinis difficillimum sit inuenire,tamen potest vir ei,quem suspectum habet,insidias tendere, vt solam cum solo deprehendat:aliaue indicia expiscari, quæ sint ad diuortium legitima.

Solutio secundi.

Solutio tertij.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm vir & vxor in causa diuortij pari iure gaudeant.

Actenus de viro, subsequitur ergo de vxore,& arguit, quòd non eodem iure, quo maritus possit vxor diuortium petere. Diuortium nanq; in euangelio loco repudij veteris legis successit: in illo autem non erant coniuges pares,quia non poterat vxor virum repudiare, sicut vir vxorem, neque verò in polygamia: haud enim vxori plures concedebantur viri, vt viro plures vxores:ergo neq; in lege diuortij sunt pares. ¶Secundò. Maius nocumentum infert adulterium vxoris,quàm viri:nam tollit prolium certitudinem:acriùs ergo debet puniri, atque adeò eius diuortium peti,quam legem vir subire non debet: Præsertim cùm vir, vt ait Paul.1.ad Corinth.7.caput sit vxoris,qui ideo maiori iure fungitur corrigendi vxorem, quàm è conuerso. ¶In contrarium est Innocentius Papa can. Christiana.32.quæst. 5.vbi ait, quòd Christiana religio adulteriũ in vtroq; sexu pari ratione condemnat.

Partineget hæc assumptam primum.

Secundò ar guitur.

Vxori affirmatiua.

Cœtera opinio.

¶Quæ itionem præsentem vniuersi Doctores in partem affirmatiuam definiunt: quia sacri canones ita iubent.Caietanus autem super Matthæi. 19. non solùm rem in dubium adduxit,verùm & partem negatiuam affirmare videtur. Ait quippe, quòd Dominus non id ius vxoribus concessit,quod viris: nã non est par ratio, quare de solo viro locutus ait, q̃ ob fornicationis causam valeat vxorẽ dimittere. Fuit autem hęc assertio illi Parisijs condemnata, tametsi ipse labem abstergere conatus dixerit,id non asseruisse. Protulit tamen hæc verba, Nemo ex euangelio colligat vxori licere virum dimittere: quoniam Deus id non concessit. Quibus certè verbis suam negatiuam mentem satis aperuit.

Affirmatiua Caietani Parisijs damnata.

¶Duabus ergo conclusionibus respōdetur. Prima, quã inficiari nefas est.In causa diuortij vir & vxor ad paria iudicantur, Par, inquam, facultas conceditur vxori dimittendi virum,& viro dimittendi vxorem. Determinatio est ecclesiæ can.citato Christiana,& eadem cau.quæst.7.can.Apostolus,qui est Augustini,& can. Vxor à viro, qui est Ambrosij. Et ex concilio Mileuitano can. Placuit. ¶At verò nõ solis ecclesiasticis sanctionibus, sed ex euangelio & Paulo eadem colligitur conclusio:quoniam cùm Apostolus æquali iure dicat, vxorem non habere potestatem corporis sui,sed virũ,nec virum,sui,sed vxorem: pari quoque iure tenetur vir fidẽ vxori seruare,vt vxor viro. Si ergo propter fractionem fidei ab vxore vir diuertere potest, vt ait Dominus,planè inde colligitur, idem ius vxori fauere.Dominus verò,quia de Iudæorum lege & more oborta fuerat quæstio,inter quos vxori non permittebatur virum repudiare, cùm inde gradum fecit ad legem euangelicam,non meminit nisi virorũ, dicẽs, quòd quanuis illis antea alijs de causis impunè permittebatur repudium, in ecclesia sua non erat permittẽdum nisi solius fornicationis causa. Sed tamen quia æqualis obligatio fidei seruandæ existit in vtroq;, propter quã vir diuortium facit, tanquã notissimum inde reliquit,vxori quoq; idẽ ius patrocinari. Quanuis in lege veteri ad repudium non faueret,quod erat nõ solùm separatio tori, sed de facto distractio matrimonij. ¶ Id ipsum Apostolus alijs verbis cõfirmat, vbi ait,His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego sed Dominus,vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manẽre innuptam. Vxorem autem à viro discedere,vt Aug.lib. de adulterinis cõiugijs aduersus Pollentium arguit,nũquam fas est, nisi ob fornicationẽ. Cùm ergo Paulus non expelli,sed discedere, dicat,insinuat non tantũ virum posse illam expellere,sed mulieri causa fornicationis viri liberũ esse discedere.¶Demum per verbũ illud,Et erunt duo in carne vna,itidem confirmat:nam vt vxor tradens se alteri carnẽ diuidit,ita & vir : ius aũt diuortij est,vt à cõiuge, qui carnem diuisit,alter se subtrahat. ¶Secũda cõclusio. Non est par causa in vtroq; abscedendi. Vnde dici consuetum est, ad paria

Prima conclusio.

Can. Christiana.

Ex euangelio.

Paulus.

August.

Secunda cõclusio.

Universidad de Deusto Biblioteca

se habere, sed non pariter. Nam licèt causa in viro maior sit discedendi, tamen quæ est in fœmina ad idipsum sufficit. Solent em̃ duo homicidæ pari capitis supplicio plecti, quanuis vnius scelus atrocius, q̃ alterius fuerit. Notandum enim est, ꝙ adulterium consideraf & quasi fornicatio contra temperantiam, & quasi adulterium contra iustitiam. Atqui in prima consideratione masculus & fœmina mutuò confertuntur tanquam excedens & excessum: nam propensio ad Venerem ex duabus radicibus nascif: scilicet, & ex superfluente humiditate, & ex vegeto calore ad digerendũ. In fœmineo aũt sexu plus humoris redũdat, ex qua parte attenuatur culpa, vsq; adeò vt Philosophus. 8. Ethic. fœminas non simpliciter incõtinentes appellet: nam incõtinens est, qui à vehementibus insultibus carnis vincitur, cùm resistere debeat: & mulieres vix resistere valent, ceu bruta. Ex hac ergo parte potius esset mulieri indulgendum, q̃ viro. Veruntamẽ in viro plus caloris viget ad digerendũ & egerendũ, qua ratiõe remissior est in eo culpa propter maiorẽ excitationẽ. Rursus quanquã in fœmina, quæ subdita est viro, quò vilius in re illa seruit, maior debeat esse pudor, tamẽ in viro plus debet vigẽre ratio, quæ omnium est affectuũ moderatrix. Atq; eam ob rem, simpliciter loquendo, grauius est viro crimen carni succũbere, q̃ fœminæ. ¶ Si aũt coniugis fornicatio in quantum adulteriũ consideret, etsi vir, quia est caput & custos vxoris, peiùs delinquat: nempe, cõtra secundũ finem matrimonij, quæ est familiæ gubernatio, tñ mulier longè scelestiùs & perniciosiùs contra primarium finem delinquit propter prolis incertitudinem, cuius est causa. Nihilominus fractio fidei in viro sufficiens est, vt ius faciat vxori diuortiũ petẽdi. ¶ Ex quo fit pariter vxorẽ adulterij viri consciam posse priuatim sine iudicio ecclesiæ debitum negare ei debitũ, illis modis & formis, quib⁹ ius viri expositũ est. Imò verò q̃uis semel aut pluries vir cogat vxorẽ pugnis & violẽtia, vt debitum reddat, & illo modo reddat, ius nõ amittit denegandi debitũ, atq; adeò petendi diuortiũ. ¶ Non tñ tam vel honestum vel cõsuetum est vxorem diuortiũ petere, q̃ virum. Quin verò, vt sic rem cõcludamus, ius ciuile coniuges hac parte non facit æquales. Concedit em̃ viro, vt vxorẽ ad suppliciũ capitis petere valeat, vxori autẽ non item. Imò vbi criminaliter defertur nihil ei exceptio suffragaf, quanuis viro simile crimen obijciat. Ius enim ciuile nõ tam æqualitatis mutuæ fidei inter coniuges rationem habet, q̃ honestatis & subiectionis vxoris. Et super hęc incertitudinis prolium, quæ falsos hæredes supponẽs Rempublicam perturbat. De hoc autem distinct. sequenti latiùs.

Adulterij duplex consideratio.

Prima consideratio.

Secunda cõsideratio.

Vxor potest denegare debitum viro adultero.

Ius ciuile.

¶ Ad primum igitur argumentũ rñdetur, ꝙ repudiũ illic nõ permittebatur, nisi ad vitandum vxoricidiũ in viris: à fœminis autẽ non imminebat illud periculum. Et ideo quanuis in fide tori pares essent, non tamen fœminis illud permittebatur. Polygamia verò viro cõcedebaf, non vxori, ꝓpter incertitudinẽ prolis, quæ ab vxore oriretur, non à viro. ¶ Secũdo verò argumẽto cõclusio secũda satisfecit.

Solutio primi argumẽti.

Polygamia viro concessa.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm celebrato diuortio viro ius relinquatur aliud ineundi matrimonium.

Ondum hucusq; diuortij naturam explicuimus, & ideo quæritur, vtrùm sit matrimonij dissolutio, vt viro liceat aliam accipere. Et arguitur à parte affirmatiua. Vir non tenetur ob culpã vxoris, cuius ipse non fuit causa, perpetuam seruare continentiam: compellitur aũt quandoque, vt ex secundo art. superiori colligitur, in perpetuò diuortio ab obstinatissima fornicaria quæ spem correctionis nunq̃ã de se offert, perseuerare: ergo tunc põt aliam sibi cõiungere. ¶ Secũdò. Non est peccanti occasio offerenda peiùs peccandi: si aũt dimissæ, ꝓpter fornicationẽ aliæ interdicuntur nuptiæ, occasio ei offertur se in suis sordibus volutãdi. ¶ Tertiò arguitur, ꝙ cùm per diuortiũ obligatione sit iam soluta & debitũ reddendi & cohabitãdi cũ viro, vẽ & à lege cõiugij esse liberata. ¶ In contrariũ est illud Apli. 1. Cor. 7. Præcipio nõ ego, sed Dñs, vxorẽ à viro nõ discedere, ꝙ si discesserit, manere innuptam.

Partes affirmatiuæ.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Pars negatiua.

Sententia Ambrosij.

Lectio.

Caietanus.

¶ Præsentem quæstionẽ, quam & canonicæ sanctiones & rõnes naturales planè in partẽ negatiuã concludunt, vnus tantùm locus in dubiũ quibusdã vertit, qui apud Ambrosiũ reperif super illo modò citato Apli. 1. Cor. 7. & citatur. 32. q. 7. can. Vxor à viro, vbi videf partem affirmatiuam tueri. Et difficultatem auxit nostra tẽpestate Caietanus qui super Matth. ca. 19. non solùm Ambrosiano testimonio, verùm & verbis, vt sibi apparet, euãgelicis subnixus id ipsum adstruxit. Saluatamen,

men, inquit, definitione ecclesiæ, quæ hactenus nõ apparet: nam Decretales, inquit, Põtificiæ de hac materia nõ sunt definitiuæ fidei, sed iudiciales facti. Hæc ille. ¶ Nescio tñ, vt bona venia dixerim, an Erasmi sniam de hac re pluris fecerit, q̃ par erat. Miror enim quo genio vir doctissimus hoiem in theologia vix vllo noie dignũ tam frequẽter obaudiebat. Erasmus nanq; tũ super Matth. c. 19. & in Paraphrasi, & in annotationibus, tum latissimè super Pau. 1. Corin. 7. non solùm ob fornicationem, verùm & innumeris alijs de causis nititur Ecclesiæ persuadere, vt matrimonium dissolueret, atq; adeò fornicationis causa nõ tantùm viro, sed etiã vxori contendit licere alias nuptias inire. Quare nõ absq; causa sua opera naufragiũ iam sub sanctissimo Paulo. 4. fecerunt. Peperit em̃, sicut alibi crebrò, ita & hic oua, quæ postmodũ Lutherus incubauit, vt pullos excluderet. Vñ Lutherani, vt Ekius homil. 74. de matrimonio fideliter refert, q̃ plurimis, eisdemque leuissimis de causis coniugibus indulgẽt, matrimoniũ discindere, atq; alia optare. Vt si alter debitum recuset, aut crimẽ dignum supplicio cõmiserit, aut peregrè fuerit profectus. Has enim, aliasq; causas auditu indignas suo arbitratu confingunt. Alij suspicantur nõ ambobus cõiugibus æquale ius patrocinari, sed innocenti, vt alias nuptias inire valeat, quæ nocenti interdicunt. ¶ His ergo nihil obstantibus conclusio hæc firmissima, quæ ad quęstionem rñdet, statuitur. Cuius cõtrarium, vt manifestari⁹ error, reputandũ est. Neutiq; seu viro seu vxori post diuortiũ ad alias nuptias cõmigrare fas est, sed vtriq; lex præscribitur (vt cap. Ex literis, de diuortijs) vt nisi reconciliari maluerint, in perpetua castitate vitam deinceps ducant. Et quidẽ conclusio in de pendet, an per diuortiũ matrimoniũ dirimaf. Si em̃ dirimitur, liberũ vtriq; est alia matrimonia pacisci. Si verò nõ dirimif, liquidũ est id nequaq̃ posse. Quocirca de spõsalibus de futuro nihil hic disputamus: quippe quæ anteq̃ fuerint per copulã cõsummata, ꝓcul dubio per fornicationẽ dirimi pñt, si vult innocens à pacto recedere, vt supra dist. 27. mõstratũ est, sed loquimur de matrimonio de pñtũ rato siue etiã cõsummato: vtroq; enim modo diuortiũ adulterij gratia fieri potest. Atqui q̃uis apud catholicos satis sit Sanctorum canones allegare, tñ ad obuiandũ hæreticis, his maximè temporibus, atq; in re tanto periculo obnoxia, oportet, vt Apostolus Petrus admonet, rõnes quoq; huius catholicæ veritatis reddere. Funiculo ergo triplici asserenda est: scilicet, sacræ scripturæ fundamento, & sanctorũ testimonio, ac demum rationũ energia. Et quo ab expositione euãgelij ordiamur, ait Caietanus, ꝙ cùm Christus Iudæis rñderet, quibus repudiũ: hoc est, matrimonij dissolutio in more erat, colligitur, ꝙ cùm dixit, fornicationis causa licere vxorem dimittere, intellexerit eo ipso modo, quo inter Iudæos, matrimonio distracto, ad secundas nuptias cõmigrare licebat. Hoc tamen glossema multis modis retundif. Primùm, si verum est, quod supra arbitror satis esse à nobis cõmonstratum, repudium illud nunq̃ fuisse licitum, neq; matrimoniũ per libellum dissolutũ, sed permissum duntaxat, vt impunè fieret, adeò Caietanus, nihil concludit, vt hoc sit egregium argumentũ ad nostrã stabiliendam veritatẽ. Nunq̃ enim matrimoniũ legitimũ, nisi causa religionis Chrianæ profitendæ dissolui licuit. Igitur q̃uis eodẽ modo permitteret Chrianis fornicationis causa diuortiũ, quo Iudæis, non sequif, illud vsq; ad discisionem vinculi permisisse. ¶ Secũdò rñdetur, ꝙ estò disputatiõis gratia admittam, apud Iudæos per repudiũ verè matrimoniũ dissolui, nullũ est Caietani argm̃: nam Christus ex lege veteri gradũ fecit ad suam euangelicã, & duos illius mores corrigere voluit. Primus erat, ꝙ multis de causis vxor abijciebatur. Et secũdus, ꝙ illa abiecta, vterq; ad secũda matrimonia trãsibat, Et ideo cõtra primum ait, Dico aũt vobis, ꝙ quicũq; dimiserit vxorẽ suam, nisi ob fornicationẽ, mœchatur: putà, fidẽ infringit coniugalẽ, atq; adeò & sibi & vxori periculũ offert mœchãdi. Et cõtinuo contra secundũ subdit, & qui aliam duxerit mœchaf: nempe, quia dimissio illa non est matrimonij dissolutio. Et eadẽ rõne qui dimissam duxerit mœchaf, veluti ipsa, Quocirca illa enũciatio, vt ait hic S. Tho. copulatiua fuit, vt verbum, mœchatur, bis referatur & ad dimittere vxorẽ, & ad aliã ducere. ¶ At verò hęc est lis altera, quã nobis Caietanus, & sui contestanf. Contendunt quippe non esse copulatiuam, sed de copulato subiecto, vt mœchari, non ad singulas partes diuisim, sed simul ad ambas cõplexim referatur. In hoc sensu. Oĩs, qui quauis de causa vxorẽ dimiserit, & aliam duxerit, mœchatur, excepta causa fornicationis, vt exceptio feratur in ambas partes complexim, videlicet, vt significetur, causa fornicatiõis vtrũq; licere;

Nota de Caietano.

Erasmus.

Erasmi operam prohibitis.

Lutherani.

Conclusio.

An per diuortiũ matrimoniũ dirimatur.

Probatio triplex.

Argumentum primũ contra Caietanum.

Secundũ argumentũ.

Prim⁹ mos.

Secundus.

Matth. 19. Qui dimiserit. &c.

Caietanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licere, scilicet, & vxorem dimittere, & aliam ducere. Sed tamẽ q̃ hic sensus Erasini & Caietani vim textui inferat, probatur. Primò, quia inde colligeretur, dimittere vxorẽ quauis alia de causa extra fornicationem, dum modò nec dimittens nec dimissa ad alias trãsirent nuptias, non esse per verba Christi, prohibitum. Consequens tamen absurdissimũ est: quoniam Christus planè prohibuit vlla prorsus de causa vxorẽ dimittere, etiam quo ad torum, nisi ob solam fornicationem. At quia Christus ad morem Iudæorum loquebatur, qui dimittebant vxores, vt alias ducerent, ambas simul coniunxit partes, sed tamen in sensu diuiso. Atq; hoc luculẽtiùs explicatur Matth.5. vbi distinctissimam copulatiuam ponit, Omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. ¶ Secũdus locus, idemq; planissimus est ille Pauli proximè citatus. 1. Corinth. 7. His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptã, aut viro suo recõciliari. Hoc autem cauillo Erasmus illum locum eludere contendit dicens, quòd loquebat de illis fœminis, quæ alia, q̃ fornicationis causa à viris discederent, quæ quidem debent absque spe coniugij viuere, secus si fornicationis causa discederent. Sed hanc suam impostura certum est apud Augustinum explosam legisse, si fidem illi voluisset adhibere. Illa enim erat hallucinatio Pollentij, qui hoc istorum errore tenebatur, cuius causa Augustinus tres contra ipsum libros de adulterinis coniugijs cõscripsit. Vbi statim lib. 1. cap. 2. & infra ostendit, neutiquã illum esse posse apostolicum intellectũ: qm̃ secundum euangelium, quod Apostolus interpretabatur, nulla de causa præter fornicationem licet vxori à viro discedere: nã neque vt vacetur orationi, nisi ex mutuo cõsensu, liberũ est coniugibus carnali se debito defraudare: quia vxor non habet potestatẽ sui corporis, sed vir, neq; vir sui, sed vxor. Et ideo si alter ab altero se substrahat, furtum sui ipsi facit: si ergo nefas est alia de causa discedere, documentum est de illo discessu ob fornicationem Apostoli sermonem intelligi, quãdo præcipit, vt innupta maneat. Id quod & verbo subsequenti confirmatur, aut viro suo reconciliari: nam reconciliari non est, nisi ab adulterij crimine, quod fuerat diuortij causa. ¶ Tertius denique locus, qui hanc veritatẽ confirmat, est apud eundem Apostolũ Roma. 7. Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Vbi nõ solis Iudæis sed ipsis conuersis atque vniuersis Christianis loquebatur, docens, viuente viro nullam causam interuenire posse vinculi matrimonij abrumpendi, sed solam mortem id facere. Vnde colligit, Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: Nullam hic excipit fornicationis causam, sed quancunque viuente viro alteri nubentem adulterij condemnat. ¶ Secũdùm hæc canones sanctorum patrum, summorumq; Pontificum eandem veritatem ceu orthodoxam vbique asserunt. Et vt Ambrosiũ, qui de hac re malè audit, in capite præponamus, Magister senten. dist. præsenti, & D. Tho. super eundẽ locum Pauli ad Corin. & Gratian⁹, can. Quod proposuisti. 32. q. 7. & quotquot sunt catholici aiũt, illa Ambrosij verba esse à falsarijs deprauata. Verba Ambrosij sunt, q̃ Apostolus præcipiens vxorem à viro discedentem manere innuptam, ideo nõ subdit de viro, sicut de muliere: quia licet viro aliam ducere. Et quod hæc fuerit deprauatio fit magna coniectura ex similibus ferè Augustini verbis super eundem locum, quæ Magister hic citat, & Gratianus. 32. q. 7. can. Apostolus. Verba sunt. Quare non addidit Paulus, de viro (ita enim legendum est) quod præmisit de muliere (videlicet, vt discedens maneret innuptus) nisi q̃ similem formam vult intelligi, q̃ si dimiserit (quod causa fornicatiõis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori. Et re vera ita Ambrosius conijcit scripsisse. ¶ Sed accedit ratio maior q̃ cõiectura. Et hoc sit contra Caietanum & Erasinũ per pendendum argumentũ. Si Ambrosius sensisset viro dimittẽti vxorem ius patrocinari accersendi alteram, profectò illud non denegasset vxori: quia ius illud viri ex dissoluto matrimonio nasceretur: quapropter & vxor libera esset à lege viri, vt posset sibi alterum copulare. Quod quidem argumentum contra Caietanum militat tenentem licere viro alias nuptias, non autem vxori. Nam discrimen, quod ex veterilege adfert, videlicet, q̃ viro licebat repudiare vxorem, non autem vxori virum, nullius est valoris: quoniã licẽt hoc verum esset, tamen facto iam repudio: quia putabant matrimoniũ dissolui, credebãt pariter ambos posse alia inire mrimonia. ¶ Quocirca Erasmus bene intellexit, q̃ facta viro

Sensus Caietani textui inimicus.
Matth. 5.
Secundus locus scripturæ.
Erasmi cauillus.
Aug. Erasmi impostura retundit.
Tertius locus.
Caietanus.
Ambros. locus deprauatus.
Ambros. verba.
Christus non habet.
Erasmus.

ta viro repudianti facultate, eadem fieri deberet repudiatæ accersendi sibi alium maritum, quod ipse concedit. Sed tamen ipsum condẽnat Ambrosius, quin verò Paulus præcipiens dimissam manere innuptam. Vnde idem Ambrosius super eũdem Apostolum loco citato ad Roma. 7. Quod mulier viuente viro alligata est legi eius, ait, Hæc idcirco prosequitur, vt doceat, q̃ mulier, etiã si à viro fuerit deiecta, nubendi licentiam non habet. Quicquid tamen Ambrosius de marito illo tẽpore sensérit, quo ecclesia non erat tantis sanctorũ testimonijs prouecta (nam idem opinatus fuit Lactãtius lib. 6. diui. insti. c. 23.) nihilominus postquã iam modò tam multis est instructa, nõ debet Ambrosium reliquo Sanctorum cœtui præferre. Vnde Hieronym. Matth. 19. & refertur. 32. q. 1. can. Dixit Dominus. Vbicunq; est fornicatio liberè vxor dimittitur: & quia poterat accidere, vt quis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptialem veteri copulæ crimẽ impingeret, sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt prima viuente, secũdam non habeat. Et super eundem locum Epistolæ ad Corin. ad Amandum (sic enim legendũ est, non Damasum) ead. causa. q. 7. Omnes, inquit, causationes Apostolus amputans apertissimè diffiniuit viuente viro, siue adulter sit, siue Sodomita, adulterã esse mulierem si alteri nupserit: nam quomodocunq; derelictus, tamẽ maritus est eius semper reputandus. Idemq; prorsus de viro sentit. Augustinum aũt non opus esset allegare, cùm tres integros libros super hoc argumento ad Pollentium scripserit. Licitè enim, inquit, dimittitur vxor causa fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterij quicunq; dimissam duxerit. can. Licitè. 32. q. 7. Et subdit commodatissimum exemplum, quòd sicut Christianus dum excõmunicatur manet in sacramento regenerationis, ita coniux propter crimen ab altero separatus non carebit sacramento coniugij. Et idem repetit can. Quemadmodum, ex eod. lib. Demum libr. 2. cap. 9. ambos cõiuges in hac causa exæquãs: scilicet, q̃ sicut vxor viuente viro, vt ait Paulus, alligata est ei, ita vicissim & mulieri vir. Cõcludit dicẽs, Vnde necesse est ex duobus cõiugijs quatuor adulteros fieri si & ille alterã duxit, & illa alteri nupserit. Idem in libr. de bono coniugali can. Interueniente, ead. cau. & quæst. Interueniente, inquit, diuortio non aboletur confœderatio nuptialis, ita vt sibi cõiuges sint, etiam separati. Et can. Tantum, idem ait. Vnde can. Vsq; adeò, concludit dicens, Vsque adeò inter viuentes manẽt inita iura nuptiarum, vt potiùs inter se sint coniuges etiam separati, q̃ cum his, quibus adhæserunt. Et magnus Gregorius, can. Hi verò. 32. q. 7. Qui vxores suas in adulterio deprehẽdunt, non licebit neq; eum neq; eam aliam vxorem accipere, neq; virum. Et Beda super verbum Pauli. 1. Cor. 7. idem prorsus tam de viro relinquente q̃ de relicta vxore cum Augustino sentit. ¶ Quòd si Græcos consulere lubet, Origenes homilia. 7. super Matth. eandem edocet in viro & in muliere inesse rationem, vt alteruter posit alterum fornicatiõis gratia dimittere, cæterum neuter potest altera inire connubia, tamẽ si alteruter id faciat mœchat. Et Chrysost. homil. 17. super verb. Christi Matth. 5. Qui dimiserit vxorem suã facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat, ait, q̃ tam ille dimittens, qui aliam ducit, q̃ ipsa dimissa alteri nubens adulterium cõmittit. Et ne dicat Caietanus aliud concedi viro q̃ vxori, subdit Chrysosto. q̃ de muliere eo nihil Christus locutus est, q̃ cùm muliebris sexus infirmior sit, dum deterret virum, vitium quoq; vxoris emendat. Idem Theophylactus super Matth. c. 19. Causa, inquit, hoïs cum muliere perpetua & inseparabilis vnio est. ¶ Sed ait Caietanus has nõ esse ecclesiæ definitiones. At quando tales non essent, saltem profectò error esset manifestarius tantos negare patres: erroris enim noïe falsa assertio censetur, quæ adeò sacris literis dissona videtur, & sanctis est patribus cõtraria, vt sit hæresi q̃ proxima. Præsertim cùm eadem veritas iam decretis tum cõciliorum, tum & Sanctorum Põtificum effulgeat. Sic enim habet cõcilium Mileuitanum, Placuit, vt secundùm euangelicam & apostolicam disciplinam neq; dimissus ab vxore, neque dimissa à marito alteri cõiungantur &c. 32. q. 7. can. Placuit. Idemq; in concilio Elibertino can. Fidelis. Et Innocen. 3. can. Quanto, de diuortijs, Sacramentum, inquit, fidei, quod semel est admissum, nunquàm amittitur, sed ipsum in coniugibus perdurat. ¶ His demũ accedat conci. Florentinum, vbi in Armenorum instructione sic legitur. Quamuis ex causa fornicatiõis liceat tori separationẽ facere, non inde aliud matrimonium cõtrahere fas est, cùm matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuũ sit. Certè non video quomodo istæ non sint tanq̃ Ecclesiæ definitiones haben-

Ambros.
Hieronym.
Gregorius.
Beda.
Origenes.
Chrysostom.
Theophylactus.
Aug. de adulterinis coniugij.
Exemplum
Aug.
Aug.
Aug.
Concil. Mileuita.
Concil. Florentin.
Nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

Error Parisij damnatus. habendæ. Quare Parisijs primùm contra Erasmum, ac subinde contra Caietanum hic error condemnatus est. ¶At verò, vt tertiam argumentorũ sedem rationibus instruamus, quæritur, si fornicatiõis causa dirimitur matrimonium, quonam temporis articulo dirimatur. Aut enim cùm primum coniux adulteratur: quod affirmari nõ potest: nã postea liberum est alteri coniugi adulterum sibi sine nouo consensu denuo contrahendi recõciliare. Vel quando ecclesia facit diuortium: verùm neq; hoc asserere licet: quia tunc Ecclesia non facit nisi pronunciare sententiam illius separationis, quæ per fornicationem illue vsq; incognitam acciderat. Et patet hoc manifestè, nam post diuortium celebratum potest vir dimissam sibi reconciliare: imò si fornicetur, potest ad reconciliationem compelli, vt articulo proximo dicemus. Reliquũ ergo fit, q̃ non dirimitur quousque ipse trãseat ad secundas nuptias. Itaq;, vt supra de repudio dicebamus, diuortium secũdùm istos non dirimeret, sed faceret facultatem dirimẽdi. Esset autem concessio per q̃ absurda dicere, q̃ matrimonium ratum & consummatũ per transitum ad secundas nuptias dirimat, cùm neq; per ascẽsum ad religionem dirimi valeat. Ad hæc, vt Hierony. loco supra citato docet, si matrimoniũ per diuortiũ omnino rumperetur, tunc id, quod flagitiosis in supplicium decretum est, in lucrum & commodum sæpissimè eis cederet. Nam cùm primũ coniuges animo dissiderent, & inuisa mulier viro esse inciperet, aut vxori maritus, aut si maritus aliam deamaret, aut vxor alium, facilè alteruter adulterium committeret, vt per illam occasionem matrimonio distracto ad alias optatas nuptias conuolaret. Imò vir facilè occasionem offerret vxori adulterandi, & vxor viro, & (quæ audacia odientium & amantium esse solet) falsos testes disquireret, quibus se alter ab altero extricaret, vt ad noua ineunda connubia se succingeret. Qua vtiq; rõne diuortium, quod odiosissimũ inter Christianos esse debet, & velut infame effugiendum, fieret sæpè opratissimum. Sed non opus est pluribus aduersus istos agere, satis enim validum argumentum reputãdum est, q̃ nunq̃ in ecclesia aliqua natio vel prouincia inuenta est, vbi diuortium tale auditum sit, quò fuerit matrimonium discissum. ¶Ad primum igitur argumentum respõdetur, quòd quanuis per se nulla in innocente oriatur obligatio perpetuò abstinendi, potest tamen per accidentarium euentum oriri. Quoties enim vnus coniugum in morbũ incidit incurabilẽ, quo rei vxoriæ perpetuò fiat inhabilis, aut si sit perpetuo carceri mancipatus vel in exilium missus, tenetur alter perpetuò abstinere. Eadem ergo ratiõe si sit perpetuò incorrigibilis, & alter citra scandalum datũ non possit cum illo habitare. ¶Ad secundum respõdetur, quòd diuortiũ per se nõ est tanta occasio, vt sordida sordescat adhuc, q̃ est remedium resipiscendi: quia illud opprobrium deberet errantem confundere & in viam reducere. Si autem tam peuersa est, vt occasionem inde mali nanciscatur, sua sit culpa. ¶Ad tertium demum respõdetur, q̃ quanuis celebrato diuortio vterq; sit liber ab obligatione reddẽdi debitum, non tamẽ matrimonium dirimitur: & ideo quomodocunque siue dimittẽs ad alteram, siue dimissa ad alterum accedat, committit adulteriũ. Potest tamen vterq; votum castitatis siue solenne siue simplex emittere, altero manente in seculo: attamen neq; per votum ipsum solẽne dissoluitur matrimonium. Est nihilominus votum ipsum, quantumuis simplex, validum, ita vt qui vouit nõ possit amplius debitum reddere coniugi, neq; ab illo exigere propter votum, quanuis se reconciliare voluerint, nisi per dispensationem, si esset votũ simplex: secus autem si esset solenne. Quinuerò, vt supra dixim⁹, maritus siue dimissus potest sacris initiari & fieri presbyter vxore in seculo relicta. At verò si postmodum Ecclesia comperiat se per falsos testes fuisse deceptam, & diuortium re vera non fuisse validum, debet saltem altero petẽte iteratò illos reconciliare: & tunc ille, qui votum fecit quãuis solenne, tenetur exire à conuentu & debitum reddere, non tamen exigere, quanuis votum non fuerit nisi simplex, quandoquidem bona fide susceptum est. Habet tamen iustam causam, vt cum illo debeat dispensari, postquam cogitur cum ea habitare.

Argumenta cõtra Caietã.

Nota argumentum.

Ratio.

Hierony.

Incommodum.

Nota.

Validũ argumẽtum.

Solutio primi argum.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm post celebratum diuortium locus habeat reconciliatio.

QVæritur tandem vtrùm diuortiũ vim habeat perpetuã, vt nullus postea reconciliationi detur locus. Et arguitur non posse separatos post recõciliari. Nã si reconciliatio esset licita, id propter pœnitentiam

tiam vxoris adulteræ accideret: at verò si pœnitentia facit reconciliationem licitam, videtur illam facere necessariam: scilicet, vt pœnitẽs possit cogere virum, vt ad ipsam rediret: hoc tamen est falsum: ergo reconciliatio nõ est licita. ¶Secũdò. Sequeretur, quòd si post diuortium vir innocens vellet reconciliationem facere, teneretur ipsa, quæ fuerat dimissa ad eum redire: consequens tamen est falsum: nam per sententiam ecclesiæ videtur ab vsu coniugali liberata. ¶Et tertiò. Si reconciliatio post diuortium locum haberet, sequeretur quòd si vir innocens, qui vxorem dimiserat, postea adulterium committeret, teneretur ad illam redire: nam si ante diuortium inuentus fuisset adulter, non posset diuortium facere: ergo ipsum eius adulterium, quod antea fuisset impedimentum diuortij petendi, esse debet postea causa, vt diuortium postea infectum reddatur. ¶Quartò deniq; arguit. Si ante diuortium vir occultum committẽs adulterium, quod vxor probare non potest, ipsam adulteram per iudiciũ Ecclesiæ dimittat, videtur diuortium iniquè postulatũ ex parte viri: ergo si in aliquo casu reconciliatio haberet locum, esset in isto: & tã in hoc vir non cogitur vxorem sibi reconciliare: ergo reconciliatio post diuortium non habet locum. ¶In cõtrarium est verbum Pauli. 1. Corinth. 7. Si vxor à viro discesserit, maneat innupta, aut viro suo reconcilietur.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Quartũ argumentũ.

Vera affirmatio.

¶Ad quæstionem illi, qui tenẽt celebrato diuortio ius fieri coniugibus ad aliud migrãdi matrimonium, cogi videntur cõcedere, post diuortiũ non fieri reconciliationi reliquũ locum: quia putant illud esse dissolutũ. Verum tamen secundùm rei veritatẽ facillima est responsio, quæ vnica conclusione bimẽbri cõtinetur. Si post diuortiũ adultera resipiscat, ita vt constet emendatam esse, potest eam sibi vir reconciliare, quemadmodũ antea poterat retinere: sin autem incorrigibilis appareat, nõ licet eam resumere eo modo, quo antea non licebat eam retinere. Prima pars patet, quoniam diuortium solùm fit propter crimen: illo ergo cessante, potest & diuortiũ cessare, siue antequam fiat, siue postquam factum fuerit: nam cùm diuortium in fauorem innocentis fiat, qui obligatione reddendi debitum absoluitur, eandem libertatem, quam ante diuortium habebat ad retinendam vxorem, habet postea ad resumẽdam, si vult iuri suo cedere. Quòd si in cõtrarium regulam illam iuris obijcias. Quod semel bene definitum est, nulla debet iteratiõe retractari. Respondetur, quòd definitio ecclesiæ non est compulsoria, vt coniux necessario dimittat adulteram, sed permissoria, vt dimittat si velit: quare semper est ei integrum, etiã facto diuortio, illam ad se reducere. ¶Secundam verò partem conclusionis, quòd incorrigibilem non potest sibi reconciliare, cum eisdem moderaminibus intelligito, quæ arti. 2. posita sunt inter disputandum, an illam teneatur relinquere. Difficultates ergo, si vllæ sunt, per argumenta reserantur.

Conclusio.

Prima pars conclusionis.

Obiectio.

Dilutio.

Secunda pars conclusionis.

¶Ad primum igitur respondetur, quòd pœnitentia vxoris quãuis debeat virum emollire & ad veniam inducere, tamen eum nõ cogit. Quare sicut vxor ante diuortium pœnitentiam suam & correctionem in iudicio allegans non auditur nisi ad mitigandum virum, ita nec post diuortiũ ipsum cogit. ¶Secundum verò maioris est difficultatis. Videtur enim vxor dimissa non teneri amplius ad virum redire. Nihilominus Diuus Thom. impræsentiarum ait, quòd cùm diuortiũ in fauorem innocentis fiat, vt absoluatur reddi tione debiti, non debet ei nocere & incõmodare, vt priuetur iure petẽdi: & ideo quotiescunque ipse velit, tenetur rea ei obtemperare. Certè est bona ratio, & antequam diuortium fiat, omnino conuincens: sed tamen facto diuortio non videtur tam efficax. Nihilominus semper videtur habere vigorem, nisi iam votum ipsa emiserit. Sed addit S. Thomas de licentia ipsius viri. Crediderim tamẽ profectò sententiam ipsam diuortij valere pro vouendi licentia: nam postquam ipse noluit illi parcere, & persistit vsque ad sententiam, re vera per talem sententiam vxor liberatur, vt saltem antequam ipse eam repetat, possit ipso inconsulto votum castitatis facere. Quare si sit solenne, nunquam eam Ecclesia reuocabit ad virum, quantumcunque ipse petat: imò vero, vt reor, licèt fuerit simplex, si legitimè illa iurauerit & probauerit illud iam votum emisisse. ¶At verò tertium argumentum est intricatius, in quo dissoluendo variæ versantur opiniones: nam iurisperiti tenent virum post diuortium fornicantẽ compelli ad vxorem redire, ad quod citant capi. fina. de adulter. Illud verò nihil ad rem facit: nam illic sermo non habetur, nisi de viro, qui si ante diuortium fuerit adulter, non potest adulteram eadem de causa dimittere. Est tamen textus, qui videtur expressus, capit. Ex literis, de diuortijs. Sed nihilominus

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

D. Tho.

Sũa diuortij pro licentia.

Solutio tertij argumẽ.

Capi. fin. de adulter.

Cap. Ex literis, de diuortijs.

D. Tho.

Universidad de Deusto Biblioteca

D.Tho.in hac præsenti distinctione &.q.in solu.ad 4.ait, q̃ propter adulterium, quod vir innocens post diuortium committit, secũdùm rigorẽ iuris non debet cogi ad recipiendum vxorem adulteram. Priùs tñ ex æquitate iuris iudex ex officio suo debet eum cogere, vt caueat periculo animę suæ & scandalo aliorũ: quanuis vxor non possit recõciliationem petere. Et tamen D.Tho. textum illũ Alexãdri 3.viderat, qui eo fuit antiquior. ¶Et re vera pro hac opinione S.Thomæ ratio militat, q̃ per diuortium vir absoluit̃ ab obligatione reddendi debitum vxori, atque adeo ille contractus societatis quoad torum & cohabitationem dissolutus videtur: quare licèt postea vir peccet in Deum adulterando, quia manet verum matrimonium, non tamen videtur in vxorem iam dimissam peccare, atq; adeo cogi nõ potest, vt ad illam reuertatur. Et confirmatur hoc maximè, quia sententia diuortij non fertur sub conditiõe, nisi vir deliquerit, sed absolutè vt separẽtur. Quapropter ad textũ illum responderi posset, intentionẽ Pontificis non esse facere decretum vniuersale, quod haberet vim legis: nam si hoc S.Tho.intellexisset, nunq̃ dixisset, q̃ rigore iuris nõ posset ille cogi: sed fuit sentẽtia particularis in illo casu propter circunstãtias particulares. Vir em̃ ille priùs fuerat causatus, q̃ per vim vxorem illam duxerat, & quia illo modo nõ potuit illam expellere, crimen ei fornicationis obiecit, quod illa non conuicta confessa est: quæquidem indicia erant ipsos propter mutuum odium separationem concupijsse: & ideo Episcopus cõsilio capituli permisit eos, vt separatim viuerent, dum modò cõtinentiam obseruarẽt. Quæquidem permissio nõ videtur omnino sententiam cõtinuisse diuortij, sed cuiusdam permissionis. Deinde vir rebellis cõtra admonitionem ecclesiæ nõ solùm adulteratus est, sed nuptias contraxit nouas, vnde in suspicionem venit, q̃ affectu illarum nuptiarum technas alias subtexuisset. Quocirca meritò compulsus fuit ad illam redire. Quare certè inde lex nõ planè colligitur in alijs diuortijs necessario seruanda. Et re vera solutio hæc omnino videtur textui satisfacere. ¶At verò quia hæc ad vsum, qui vniuersalis in Ecclesia seruaẽ, referẽda sunt, dico primò, q̃ vir post diuortium adulteratus non tenetur in conscientia ante compulsionem Ecclesiæ ad vxorem redire. Quia si fortè tenetur, non est nisi in pœnam criminis, quam ideo exequi ante condemnationem nõ tenetur: cum nõ debeat idem esse reus & iudex. Secundò addiderim, q̃ neq; iudex ex officio tenet eum cõpellere, ni forsan perditissimè viueret, & magnum suis adulterijs scandalũ daret. Tandem adiecerim, q̃ si vxor eum in iudicium deferat reconciliationem petẽs, Ecclesia tanquam inobedientem suis mandatis, quibus ei præcepit, vt castè viueret, propter sua scandala potest eum compellere, vt cum sua vxore viuat. ¶Ad quartum demùm respõdetur, q̃ vir occultè adulter peccat adulteram vxorem de eodem crimine accusans: quippequi (vt verbis Pauli vtamur) cùm dicat alterinõ mœchandum, mœchatur. Quare illo casu, quo ante diuortium fuit adulter, si vxor reconciliationem petat, in conscientia tenetur vxori parcere: nam licèt illa eius crimen probare non possit, non inde iure suo priuatur: quemadmodum qui re vera æs cõtraxit alienum, quanuis creditor id probare nequeat, debitor nihilominus est.

S.Tho.textum vidit.

Rõ prima.

Rõ secunda.

Intellectus cap. Ex litera.

Casus illius decretalis.

Nota.

In conscientia.

Index.

Solutio ti argumẽti.

In conscientia.

DISTINCTIO

Trigesima septima, De alijs criminibus, quæ sunt matrimonij impedimenta.

POsthæc alia sunt criminis impedimenta, quæ matrimonio obsunt cõtrahendo, contractum verò minimè dirimũt, atq̃ alia, quæ etiam contractum dissoluunt. Prioris generis sunt incestus post matrimonium commissus, raptus alienæ sponsæ, homicidium simplex proprię vxoris, baptizatio proprij filij, interfectio presbyteri, sacrilegum matrimoniũ cum moniali, quibus & solennis pœnitentia adiũgitur. Posterioris verò sunt incestus

Textus.

Capitulum.

incestus matrimonio antecedẽs, adulteriũ cũ homicidio coniunctũ, adulteriũ fide adulteræ data post obitum coniugis contrahẽdi cum illa, ac deniq̃ matrimoniũ inter cõiugatos de facto contractum.

Cap. ij. ¶Igitur, si quis cũ aliqua fuerit fornicatus, & cũ eius postea cõsanguinea cõtraxerit, mr̃imoniũ iure propter ĩcestũ dirimit̃: q̃ verò post mr̃imoniũ cũ cõsanguinea vxoris incestuosum adulteriũ cõmiserit, sic iure petẽdi debitũ nudatur, vt tñ teneatur reddere. Vnde cõciliũ apud Miciã, Si quis cũ filiastra sua scieter fornicatus fuerit, neq̃ à matre vnq̃ debitũ petere, neq̃ filiã vnq̃ habere põt vxorẽ. Et in cõcil. Aurelianẽ. Qui dormierit cũ duabus sororib⁹ & vna antea vxor fuerit, neutrã ex ipsis habeat, neq̃ ipsi adulteri vnq̃ in coniugio copulẽtur. Quod autẽ ait, neutrã ex ipsis habeat, non sic intelligitur, quòd vxorem debeat dimittere, sed quòd debitũ ab ea petere nequeat. Et pariter id intelligitur Zacharię, Concubuisti cum sorore vxoris tuæ, si fecisti, neutrã habeas. Quod autem subdit, Et si illa, quæ vxor tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere nõ vult, nubat in Domino cui velit, intelligitur, viro vita defuncto.

Cap. ij. ¶Interfectores aũt suarum coniugum Nicolaus Papa ceu homicidas condẽnat can. Interfectores. Id quod si absque publica autoritate perpetrent, interpretandũ est. Nam Cæsarea iura id sanè bona causa permittunt, q̃uis ecclesia hmõi gladio tẽporali non vtatur, vt idẽ Pontifex can. Inter hæc, illic admonet. Ob idq̃ ead.q. Pius Papa, Quicũq̃ inquit, propriã vxorẽ absq̃ lege & sine causa interfecerit, aliamq̃ duxerit, publicam agat pœnitentiam. ¶Ad hæc & ligaminis impedimẽtum accedit. Qui enim vno matrimonio deuinctus est, aliud viuẽte cõiuge inire non valet, quod si inierit, distrahendũ est. Quocirca cõiugata, quæ absentẽ suũ coniugẽ defunctũ arbitratur, quousq̃ vel per certũ nunciũ vel alia legitima via certior facta sit, aliũ sibi coniugẽ adsciscere nõ valet, vt Clemens Papa c. In pręsentia, & Lucius c. Dñs, admonent. Quod si illud contraxerint, priorq̃ cõiux pòst cõparuerit, prius est matrimoniũ obseruandũ, vt Leo, atq̃ Innoc. 34.q.2. iubẽt.

Capit. de qui cognouisset suam vxor.

Canon. Qui dormierit. 27.q.2.et sequ.q.7.

Can. Concubuisti. 32.q.7. septima.

33.quæst.2.

Cap. iiij.

De sponsalibus.

De secund. nupt.

Can. Cum p. bellicam.

Can. Cum ĩ captiuitate.

DISTINCTIONIS

Trigesimæ septimæ, Quæstio vnica, De alijs criminibus, quę sunt matrimonij impedimenta.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm sint aliqua crimina, quæ matrimonium contrahendum impediant, contractum verò non dirimant.

IN tribus præcedẽtibus distinctionibus de illis impedimentis disputatum est, quæ non sunt necessaria, atq; adeò cõstituunt personas medias: id est, nec penitus legitimas, nec prorsum illegitimas. Subsequi

Universidad de Deusto Biblioteca

tur ergo consideratio de impedimentis necessarijs, quæ prius personas illegitimas reddunt. Quæquidem consideratio per sex protenditur distinctiones. In tribus ergo prioribus disputabitur de impedimentis, quæ ex actionibus oriũtur: scilicet, ratione criminis, aut suscepti ordinis, aut emissi voti, aut suscepta Christianæ religiõis. Et in tribus postremis de impedimentis ex cognatione contractis: nempe, ex cõsanguinitate & affinitate. Magister autem senten. in hac distin. agit de ordine, veruntamẽ (vt supra diximus) cõmodiùs hic de reliquis criminibus disputatur, vt hæc distinctio præcedẽti cohæreat, vt in subsequenti de ordine & voto, quæ connexionẽ habent, simul disputetur. ¶ Igitur præter simplex adulterium de quo distin. præcedenti dictum est, quæritur, vtrùm alia sint crimina matrimoniũ impedientia, non autem illud dirimentia. Et arguitur à parte negatiua. Matrimonium institutũ est tum in officium ad propagandum humanũ genus, tum & in remedium contra concupiscentiã: crimen autẽ peculiare hominis non debet toti generi incõmodare, neq; illo modo puniri, qui offendiculum homini obijciat, vt perpetuò coniugio priuatus identidem illecebris carnis succumbat. ¶ Secũdò arguitur. Si aliquod esset huiusmodi crimen, maximè incestus cũ consanguinea vxoris, vt habetur ca.1.&.2. de eo, qui cognouit consang. vxoris: hoc tamẽ non vsque adeò rationi consonũ videtur: nã scelestius est cognatam propriam incestu polluere, q̃ consanguineam vxoris, quæ tantùm est viro affinis: sed incestus ille non legitur matrimonium impedire: ergo neq; iste. ¶ In cõtrariũ sunt sancti canones huiusmodi pœnã quibusdam criminibus decernentes.

Partiunegatiuæ argumẽtũ primum.

Secũdũ argumẽtum.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

¶ Ad quæstionem duabus cõclusionibus respondetur. Prima. Sex sunt crimina, quę matrimoniũ contrahendũ impediũt, non tamẽ contractũ dirimunt: scilicet, incestus, raptus alienæ sponsæ, vxoricidiũ, baptizatio ꝓprij filij, vt vir ab vxore separet, interfectio ꝓsbyteri, & matrimoniũ sacrilegum cum moniali. His additur & septimũ impedimentũ, pœnitentia solẽnis, quæ licẽt non sit crimen, agitur tã propter crimen. Vnde carmina, Incestus, raptus sponsatæ, mors mulieris, Susceptus, ꝓpriæ sobolis, mors presbyteralis, Vel si pœniteat solenniter, aut monialẽ accipiat.

Versiculi.

Nota.

Prohibent hæc coniugiũ sociandum. ¶ Inter hæc autẽ crimina duo sunt, quæ vno modo considerata duntaxat impediunt matrimonium contrahendum, sed altero modo dirimunt etiã contractum. Hæc sunt incestus & vxoricidium. Vbi notandũ, q̃ incestus aut committitur cum consanguinea vxoris, aut cum propria cognata. Atqui prior aut committitur ante contractum matrimoniũ, aut post. Si ante, tunc propriè non est incestus, sed tamen dirimit matrimonium contrahendum cum cõsanguinea illius, cum qua fornicatum est, atq; hac ratione dicitur incestus. De quo impedimento art. proximo disputabitur. Si verò post matrimoniũ committat, tunc duos habet effectus, quorũ vnus est, q̃ incestuosus non pòt debitum exigere. Secũdus effectus est, q̃ impeditur, ne etiam mortua coniuge possit aliud matrimoniũ cõtrahere, non tã si illud cõtraxerit, est rescindendum. Primus effectus pertinet itidẽ ad subsequentẽ articulũ, & secũdus ad istum. De incestu quantũ ad vtrumq; istorum duorũ effectuum extant decreta, in.c.1.&c. Veniens, & cap. Transmissæ, de eo qui cogno. consang. vxor. & can. Qui dormierit, & Concubuisti, & Si quis nouercã. 32.q.7. Quòd si roges, vtrùm si mortua vxore vir cõmittat incestũ cum eius consanguinea pariter impediat matrimoniũ contrahendũ, dubium esse pòt, sed tã crediderim nõ esse impedimentũ: quã hęc impedimenta restringenda sunt. Et tã canones non loquunt nisi de incestu viuente vxore. At si incestus fiat cum propria cõsanguinea siue ante matrimoniũ siue post (nihil enim ad rem pertinet) est etiam impedimentum contrahendi matrimonij, non tã illud dirimit, vt can. Si quis viduam, ead. cau. &. q. vbi id asseritur de incestu cum nepte, aut cõsobrina, aut filia auunculi. Et ratio huius impedimenti nõ est alia, nisi q̃ qui tam impudica Venere se polluit, interdicitur, ne alioqui licita vtatur. Vtrùm verò talis incestus cum ꝓpria cognata impediat matrimonij vsum, ne incestuosus iure valeat debitũ petere, artis. seq. videbimus. ¶ Simplex itẽ vxoris interfectio: videlicet, q̃ non fit animo contrahẽdi cum altera, sed propter odium, aliaue de causa, impedit etiam matrimoniũ cõtrahendũ, sed non dirimit contractũ. 33.q.2. can. Admonẽre, & can. Interfectores. Ratio aũt huiꝰ impedimenti est, quod quivnam vxorẽ tam atroci affecit iniuria, indignus meritò est cui alia committatur. Sylueſter aũt verb. Matrimonium. 7.q.6. adnotauit, non inueniri scriptũ ius, vbi vxor, quæ maritũ occidit, matrimonio contrahendo prohibeatur. Sed tamẽ optimo

Incestus.

Vxoricidium.

Ratio.

Sylueſter.

optimo similitudinis argumento colligitur. Vxoricidiũ verò causa & affectu conciliãdi alterius matrimoniũ non solùm impedit cõtrahendũ, verùm dirimit contractum, vt art. 4. disputabitur. ¶ De raptore alienæ sponsæ, q̃ ineundo matrimonio priuetur, habet in concilio Toletano can. Statutum est. 27.q.2. Et ratio est, quia expedit, vt qui alienum matrimoniũ perturbare ausus est, iure proprij contrahendi priuetur, vt in eo puniatur, in quo deliquit. ¶ Atqui de eo, qui proprium filium baptizauit, vt affinitatem cum propria vxore contraheret, habetur ex concilio Maguntinensi can. De eo. 30.q.1. Intelligitur aũt si consultò ob eum finem filium quis de proprio fonte leuauerit, vt discidium quo ad torum inter ipsum & vxorẽ fiat, tunc eũ ab ipsa debitum petere, & ea mortua aliud inire coniugiũ prohibetur, eo q̃ infideliter in primo se gesserit. ¶ De interfectore verò presbyteri habetur ex eodem concil. Maguntinen. capi. Qui presbyterũ, de pœnitẽ. & remissio. In cuius glossa reliqui omnes casus appendũtur. ¶ Sed de eo, qui matrimonium cum moniali contraxit habetur ex Concilio Triburiensi can. Hi ergo, & can. Si quis. 27.quęst.1. ¶ De solenniter pœnitentibus habetur can. De his, & can. Antiqui. 33.q.2. Illud autẽ non impedit, nisi quandiu pœnitentia durat, vt ex illis capitulis colligitur.

Raptus alienæ sponsæ.

Ratio.

Baptizatio propriæ prolis.

Cõtra pref byteri.

Cum moniali.

Pœnitentia solenni.

Episcopus dispensat.

¶ Circa hoc autem omnes casus & impedimenta contrahendi, quæ contractũ non dirimunt, hoc in primis animaduertendũ, q̃ citra dubium super omnibꝰ pòt episcopus dispẽsare, vt de incestu ait Panor. capi. 1. De eo, qui duxit in matrimo. quã polluit per adulte. iuxta canonẽ Si duo. 35.q.2. Sed præcipuè id adstruit Caie. verb. Matrimoniũ. Quin verò addit. q̃ si contẽptus desit, contrahere cũ istis impedimẽtis absq; dispensatione, vbi nõ est consuetũ illam petere, non est iudicandũ mortale. Et vbi nõ est in hominũ memoria, vt epi dispensent circa hæc, videnf tacitè consentire. Quãuis tutius sit secretè per tertiam personã dispensationẽ postulare. Atqui Panor. capi. Literis, de præsumptio. incestũ occultum nullum esse impedimentũ, ait, matrimonij contrahẽdi. Et super cap. Qui presbyterũ. de pœnit. & remissio. asserit, q̃ neq; occisor presbyteri arcetur à matrimonio, nisi fuerit conuictus. ¶ Et re vera cùm oẽs illi canones impedimentorũ non sint, nisi cõciliorum prouincialiũ, nihil mirum si iam nunc tẽporis non tanta eorũ habeat ratio. Etenim fortasse olim in vsu erant quantum ad forũ pœnitentiale, vt cõfessarij illas pœnitentias iniungerent: qui mos iam non viget. ¶ Tandem ad pacãdas cõscientias notandũ, q̃ vbi etiam consuetudo perseueret petendi dispensationẽ, quanq̃ esset peccatũ mortale absq; illa contrahere, tã postquã contractũ fuerit, nulla opus est dispensatione: quia & matrimoniũ solidum est, & nullum horũ impedimẽtorũ præcedentiũ matrimonio aut solutionẽ aut exactionem debiti coniugalis impedit.

Pœnitentia solenni.

Episcopus dispensat.

Panormit.

Caietanus.

Vsus eorũ i foro pœnitẽtiæ.

¶ Secunda conclusio. Præter hæc septẽ sunt & alia quatuor impedimẽta matrimonij cõtrahendi, sed non dirimentia, quæ non sunt crimina. Hæc ibidem à Caietano recẽsentur. Primum, si eps aliquibus rationabili de causa contrahere inhibeat: esset enim tunc peccatum mortale non parẽre mandato. Secundum, si quis in catechismo ante baptismum puerum catechizandum tenuit, vt dist. 41. vi debimus. Et hoc ligat sub peccato mortali, sed tamen est ab episcopo dispensabile. Tertium est, sponsalia de futuro, tunc enim peccatũ mortale suo genere esset absq; legitima causa dirimente cum alia matrimoniũ cõtrahere. Neq; cadit sub dispensatione, quia est in præiudiciũ tertij. Quartũ deniq; est, votũ simplex castitatis, post quod graue peccatũ esset, si homo se in matrimoniũ immergeret. Neq; episcopus, sed solus Papa dispẽsare potest. Post contractũ verò poterit episcopus super petitione debiti dispensare.

Secunda cõclusio.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quis dispenset.

¶ Ad primum igitur argumentũ iam respõsum est, vbi rationes reddidimus, cur hmõi crimina matrimoniũ impediãt. Haud enim graue supplicium æstimandũ est, vt propter carnalia crimina arceatur homo à re vxoria: potissimùm cùm hæc impedimẽta facillimę sint dispensationis. ¶ Et pariter secundũ solutum est, nam quantum ad matrimonium futurum etiam incestus cum propria cognata impedit, vt patet can. citato, Si quis viduã.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm incestus, quo quis cognouit vxoris consanguineam, sit impedimentum dirimens matrimonium.

Secundo quæritur de incestu: & arguitur q̃ matrimoniũ non dirimat. Propter peccatũ eũ vniꝰ nõ debet alter puniri: ergo propter incestum Petri cum Ioanna, non debet Maria

Partiunegatiuæ argumẽtum primum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Maria Ioannæ cognata, phiberi à matrimonio cum Petro. ¶Secundo. Grauius crimen est viro ad propriam cognatam accedere, q̃ ad cognatam vxoris: sed propter primum nec dirimitur matrimonium, nec spoliat homo iure petendi debitum: ergo nec propter secundum. ¶In contrarium est, quod per incestum contrahitur affinitas cum cõsanguinea illius, cum qua commissum est crimen: affinitas autem matrimonium impedit.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶Incestus generali significatione idem est quod pollutio, & incestare idem, quod polluere. Et dicitur à cestu, quod erat Veneris cingulũ, quo Marti lumbos succinxit, quasi eum constringens, vt fidem tori ei ipsi seruaret. Quare in rigore quodcunq; adulteriũ dici poterat incestus, quo torus coniugalis commaculatur. Sed tamen ecclesiastico vsu arctatum est nomen ad pollutionẽ propriæ cõsanguineę, vel vxoris infra quartũ gradũ. ¶Ad quæstionem ergo duabus conclusionibus respondetur. Prima. Incestus cum cõsanguinea futuræ vxoris matrimonium præcedens, etiam si sponsalia antecesserint, impedit matrimonium contrahẽdum, & dirimit contractum. Incestus, inquam, cõsummatus in vase legitimo, nam extra vel nefariè in vase illegitimo perpetratus non impedit, vt patet can. Extraordinaria. 35. q. 2. & 3. In quo canone vna negatio redundat, sic enim legendum est, Extraordinaria pollutio, nisi in naturalibus admissa, non videtur matrimoniũ impedire. Nam etsi fornicatio illa cum consanguinea futuræ vxoris non propriè tunc dicatur incestus: tamen quia post haberet rationem incestus, si cum consanguinea illius fornicatiè contraheretur, dicitur incestus impedimentum contrahendi. Conclusio patet ex decreto concilij apud Meciam capita. De eo qui cognouit consang. vxor. & capi. Veniẽs, & Ex literis, atq; alijs supra citatis eodem titulo & 35. q. 7. Hoc autem impedimentũ nõ habet in iure naturæ perinde atq; frigiditas & defectus rationis fundamẽtum, sed est merum ius positiuũ: quia decreuit ecclesia per crimen incestus contrahi affinitatem, veluti per matrimonium. Vnde sicut qui cõtraxit cum Maria, non potest ea mortua contrahere cum Mariæ cognata, ita neq; qui illã fornicatione polluerit. Cur autem affinitas constituidebuerit impedimentum, dist. 41. declarabimus: pertinet enim ad honestatem & decorem matrimonij. ¶Secunda cõclusio. Si verò incestus matrimonium subsequatur, siue consummatum, siue non nisi ratum, matrimonium non dirimit: nam vt crebrò repetitum est, matrimonium ratum per solum ingressum religionis dirimitur. Impedit tamẽ in incestuoso matrimonij vsum, ne petere debitum valeat. Ita eisdem citatis capitulis, & cap. Tuæ fraternitatis, & 32. q. 7. can. Si quis viduam, & reliquis, decernitur. Quare petere peccatum est genere suo mortale contra ecclesiæ prohibitionem. Atqui in hoc pari iure vir & fœmina tenentur. Quæ enim consanguineo Petri succubuit, nequit cũ illo copulari, & si post contractum matrimonium incestuosum hoc adulterium commiserit, iure petendi etiam priuatur: tenetur tamen incestuosus petenti reddere, vt eod. cap. Tuæ fraternitatis, & cap. Iordanæ, definitur. Hoc cũ decretum institutum est in pœnam criminis incestus, vt scilicet illud incommodum non petendi patiatur. Crimen autem vnius non debet alteri innocenti nocere, & ius auferre suum. Quocirca quod Magister senten. dist. præsenti cap. De his. 2. ait, scilicet, q̃ incestuosus propriæ vxori reddere non potest debitum, non tenetur, nisi reddere, laxè pro eo, quod est, petere, vsurpet. Rursus hic adnotãdum, q̃ in foro conscientiæ quanuis incestus secretè cõmissus fuerit, matrimoniũ post cõtractum dirimit, tametsi in foro ecclesiæ dirimi non debeat, nisi legitimè fuerit comprobatus, vt habet cap. De illo, & c. Transmissæ, eod. titu. licèt ambo incestum fateantur. cap. Super eo. Et idem est de cõmisso post cõtractum matrimoniũ quo ad petitionẽ debiti: ne fraudibus ansa offeratur. ¶Deber aũt pœna hæc nõ petendi debitũ mitigari: primùm, quia periculosum est coniuges cõcumbere, & virũ petẽdi iure carere, consiliũ est, vt cùm primũ fieri possit dispensatio procuret, idq; q̃ fieri põt secretè, ne innocens coniux intelligat. Attamẽ dum incestus est scelestissimus, vt cum sorore vxoris & potissimùm si est cũ socru: cùm multo maiori difficultate & acerrima iniuncta pœnitentia dispensandum est: & si possibilis est ad illũ accessus, ad Papam res est secretò referenda. Præterea si vir crimen cõmisit, & fœmina est innocẽs, quia mulieres raro præ verecundia exigere cõsueuerunt, grauamen esset vxoris virũ nunq̃ exigere: & ideo licebit viro, imò debet nõnunq̃ insinuare se vxori, & offerre se ad illũ vsum: nã genus illud petendi quodãmodo est reddere. Adhæc dum incestus ex ignorantia inuincibili processit: dum vir, inquam, adulteratus

Prima conclusio.

Probatur iure.

Can. Extraordinaria.

emẽdatur.

Secunda cõclusio.

Opinio Sylu. fal.

Pœna petẽti.

Dubia.

ratus est cum consanguinea vxoris, cuius cognationem prorsus ignorabat, quanq̃ affinitatem cõtrahat cum vxore, non tũ censetur iure petendi priuari: nam cùm pœnæ sint restringendæ, & hæc priuatio in pœnã sit culpæ incestus & illic nulla præcesserit incestus macula propter ignorantiam speciei criminis, non debet iudicari priuatus. Et extat casus ad hoc attinens propositum cap. Discretionem, eod. titu. vbi refertur, quendam qui quandã sibi per verba de præsenti desponsauerat, quia odiosam habebat, anteq̃ eam cognosceret reclamantẽ & inuitam suo ipsius viri consanguineo in vxorẽ tradidisse: & nihilominus prior vir compulsus fuit illam resumere. Si ergo quia inuita incestum cõmiserat, non priuatur iure petendi, minus priuabitur qui eũ per ignorantiã cõmiserit. Cautè ergo illi Canones legendi sunt, quos in textu retulimus. 32. q. 7. Quod enim in can. Qui dormierit. & in can. Zachariẽ, Concubuisti, legitur: scilicet, vt qui cum sorore vxoris suæ dormierit, neutrã habeat, non sic intelligit, q̃ suam debeat relinquere, sed q̃ debitũ ab ea non petat: hoc enim est eam non tenere, qa ad libitum ea nõ potest vti: tenetur tũ ei reddere, quod est ab illa teneri. Et quod ait Zacharias, videlicet, q̃ quæ vxor eius fuerit, nubat in dõo cui velit, intelligitur, postq̃ vidua fuerit: sed quod subiungit, adulteros absque spe coniugij manere, verũ est, vt præcedenti ar. dictũ est. ¶Dubium aũt circa has duas cõclusiones occurrit, quisnam possit super hoc impedimento dispensare. Ad hoc cũ distinctione rũdendum. Aut enim crimẽ subsequitur matrimoniũ, aut antecedit. Si sequatur, tunc, vt dictum est, nõ dirimit, sed interdicit petitionẽ debiti. Super hoc igitur certò credi derim eũm posse, imò & debere dispensare, quanuis crimen ante cõsummatũ matrimoniũ post ratum intercesserit, saltem si ad Romam nõ pateret incestuoso facilis aditus, aut ꝓpter ciꝰ paupertatẽ, aut infirmitatẽ, aut ꝓpter vię longitudinẽ, aut ob alia quęcũq; impedimẽta, in quibus nullũ obijcerem scrupulum: quis non essent tam manifesta: quia fortasse sine istis impedimentis etiam põt, cùm in hmõi dispensationibus potestatẽ eũs haberet ordinariã, nisi per Papam fuerit cohibitus, & in his non videt cohibitus. Opinio est cõis, vt Paludani in pũti dist. & Sylue. verb. Debitum coniugale. q. 9. & verb. Matrimonium. 8. q. 15. & omniũ. ¶Si aũt crimen præcesserit impediens matrimoniũ cõtrahendũ & dirimens contractũ, non tam affirmanter hoc assererem, q̃ alios video id docere. Syluester nanq; in verb. Dispensatio. q. 9. ait, q̃ qũ ad Papam non põt haberi recursus, & separatio illorum, qui de facto cõtraxerunt, sine magno scandalo fieri non põt, eũs potest dispensare, sicut sæpè accidit in mulieribus cognitis à consanguineis viri anteq̃ matrimonium cõtrahatur. Hæc ille. Idq; alibi etiã repetit. ¶Quam vtiq; opinionẽ, fateor (saltem tam gñaliter assertam) nunq̃ mihi potuisse persuasam habere. Enimuerò cùm dispensare super matrimonio cõtrahendo, qũ impedimentũ est dirimens, ad solũ summũ Pontificẽ iure ordinario pertineat, vt more & vsu ecclesiæ cõstat, nõ est vlla exceptio faciẽda, nisi fortè vbi ingens necessitas ingrueret: nulla aũt necessitas cogit dispensandi super matrimonio cõtrahendo ꝓpter solũ scãdalum: scilicet, quia non pũt sine illo separari: ergo eũs non põt dispensare: quia in illud scandalum ipsi se sua culpa coniecerũt. Loquor de illis, qui mala fide contraxerunt: putà, si vir sciens cõmisisse incestũ cum consanguinea Mariæ, & illud esse impedimentũ ecclesiæ, cõtrahit cum ea. Culpa nanq; illorũ nõ põt esse in causa, vt eũs dispenset super illo, super quo aliàs nõ poterat. Item quia pũt separare torum. Attamẽ qũ matrimoniũ legitimè ante incestũ contractũ est, tunc, quia non põt dirimi, necessariũ videt, vt facultas fiat petendi debitũ, atq; adeo tunc eũs valet dispẽsare. ¶Et per hoc rũdet ad argumentũ, quod isti ꝓ se faciũt: videlicet, si qs post votũ simplex castitatis matrimoniũ contrahat, põt cum illo eũs dispẽsare, vt debitum exigat: ergo & cum incestuoso, vt eius matrimoniũ postea contractũ, conualescat. Etenim licèt antecedens verũ sit, vt credo & confiteor, tũ consequẽtia nihil habet vigoris: quia matrimoniũ post votũ simplex est validũ, & dirimi non põt: quare graue esset periculũ si cũ illo post matrimoniũ cõtractum non dispensaret in vsu: tũ illud, quod cum cõsanguinea pollutæ priùs per fornicationẽ contrahit, nullum est: & ideo nulla est dispensandi necessitas super illo. ¶Secundũ aũt argumentũ, quod me vehementiùs vrget, est, q̃ opinio hęc technis & fraudibus viam aperit. Certum enim est, vt isti fatentur, eũm nõ posse dispensare super matrimonio cõtrahendo præcedẽti incestu, nisi de facto sit contractũ: igitur si fornicarius illo astu contraheret de facto cum illa suę amicæ consanguinea, vt postea eũs dispensaret,

In incestu q̃ possit dispensare.

Primus casus.

Secunda cõclusio.

Sylueſter.

Sentẽtia autoris.

Rõ prima.

Nota.

Rõ secũda.

Obiectio.

Dilatio.

Secundũ argumẽtum.

Universidad de Deusto Biblioteca

multò minus pōt. Re vera nescio quis consequentiā neget: nam matrimoniū illud attentatum nullum est prorsus, sed crimen fuit illud attentare. Nulla ergo ratio admittit, vt quod non erat dispēsabile, techna illa & cautela faceret dispensabile. Profectò vbi matrimoniū mala fide & clam post incestū cōtrahitur, adduci non possem, vt talem dispensationem consulerem aut permitterem. ¶ Præterea arguitur, quia idem quis statim inferret de alijs impedimētis: nempe, quod si quis contraxit de facto cum consanguinea vel affine prioris vxoris mortuæ, & nequeunt cōmodè sine scandalo separari: quia scilicet plures procrearūt liberos, etiam tunc posset eōs dispensare, quod non credo vllus concedet. Illatio aūt patet: nam etsi maius scandalū fit relinquere vxorem propter occultum crimē præcedens, q̄ propter aliud honestum impedimentum: tamē iste paruus excessus rei naturam non mutat, vt facultatem eōo conferat, quam aliàs nō haberet. Ista non sunt per solam opinionum recitationem & hominū placita concludenda, sed rationibus examinanda. Quādo verò bona fide matrimoniū non clam, sed in facie ecclesiæ, esset celebratum: nempe, quia ille neutiquā fuerat suspicatus, illam, quam cognouerat, cōsanguineā fuisse istius, cum qua contrahit, sed post cōtractum matrimonium id intelligit: hæc fortasse censenda esset honesta necessitas, vt nisi patēret aditus ad Vrbem, posset eōs dispēsare. Quanuis & hoc sapientiorum prudētiæ relinquimus. ¶ Dubium aūt est, vtrùm incestus cum propria consanguinea pariter petitionem debiti impediat. Nam Panormit. super cap. 1. De eo qui cogno. consang. vxor. videns talem incestum impedire matrimoniū contrahendum, licēt non dirimat contractū, vt art. proximo ex can. Si quis viduam, retulimus, subinde impedire putat, ne talis incestuosus post matrimoniū contractū posit à propria vxore debitum exigere. Et sequitur cum Angelus in sua summa verb. Incestus. Et posset qs simile deducere ab illo, qui post votum simplex castitatis matrimoniū contraxit. At verò cum huiusmodi impedimēta potiùs restringenda sint, q̄ ampliāda, & hoc vt ait Archidia. quem Syluester verb. Matrimonium. 7. §. vlti. refert, nullibi reperiatur in iure, neq; ille textus, quem Panor. glossat, cale insinuet, fit vt talis incestus nullū sit impedimentū existimandū ad petendum debitū, vt S. Tho. in præsentiarū & Ricardus & omnes Theologi docent. Neq; est simile de voto simplici castitatis ante matrimoniū emissum: nam illud cohibitionem petendi debitū secum adfert: quod de incestu cum propria consanguinea nullibi legitur.

Nota. *Tertium argumentū.* *Illatum probatur.* *Notata sum.* *Dubium.* *Panormit.* *Angelus simile.* *Syluest.* *Theologi.*

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, q̄ non punitur soror Ioannæ, sed fit affinis. Et ideo si crimen præcesit, impedit matrimonium cum illa, sin verò sequatur, punit incestuosus ne debitum petat. ¶ Ad secundū respondetur, q̄ quanuis grauius sit virum accedere ad propriam cognatam, q̄ ad cognatam vxoris, non tā sequitur, vt sit par impedimentum exigendi debitum, quia hoc impedimentum non enascitur ex grauitate delicti, sed ex quodam affinitatis genere, quam vir contrahit cum vxore per hoc q̄ eius consanguineā nouit: quam vtiq; non contrahit, quanuis propriā sororē polluat. Item vt ait Ricardus, quia maiorē irrogat iniuriā fidei, quā debet vxori, si cū ei⁹ cognata cōgrediat.

Solutio primi argu. *Solutio secundi argu.* *Ricardus.*

ARTICVLVS. III.

Vtrùm vxoricidium sit in aliquo eueniu licitum.

ALiud crimen matrimoniū impediens est vxoricidiū, quærit aūt, vtrùm aliquo modo sit licitum. Et arguitur à parte affirmatiua. Lex diuina adulteras lapidari permittebat, vt Ioan. 8. legitur: ex lege aūt agere licitum est: ergo licitum est viro vxorē in adulterio deprehensam interimere. ¶ Secundò. Viri est vxorē propriam corripere & castigare, legitimāq; subinde pœnā infligere: sed vxor ab alio iudicari non pōt, aut disponi, q̄ à ꝓprio viro, vt ait Calixtus can. Sicut alterius. 7. q. 1. ergo pōt eam legitimo supplicio afficere, qualis est mors iure decreta. ¶ Tertiò arguitur ex can. Interfectores. 33. q. 2. Interfectores suarū coniugū sine iudicio cùm non addis adulterarū, quid aliud habendi sunt q̄ homicidæ? vnde à cōtrario sensu videtur colligi, q̄ adulterarū occisores nō sint homicidij rei. ¶ In contrariū est textus illic proximus Nicolai can. Inter hæc, vbi ait, q̄ sanctia Dei ecclesia mūdanis legibus: scilicet, de occidendis vxoribus, non constringitur. ¶ Ad quæstionem conclusionibus tribus tādetur. Prima. Viro nō licet autoritate priuata vxorē quantūuis in flagranti adulterio deprehēsam enecare. can. Interfectores, & can. Quicunq; propriā. 33. q. 2. Conclusio hæc ex ijs, quæ

Parte affirmatiua. *Secundo.* *Tertiò.* *Contrario.* *Prima conclusio.*

ijs, quæ lib. 5. De iustitia & iure. q. 1. art. 3. diximus, colligitur: nemini eā priuata autoritate vindicare se licet nisi vim vi cū moderamine inculpatæ tutelæ repellere. Nam cùm hō sui sit ipsius amātissimus, iniquus esset sui ipsius vindex, vt supra q̄ par esset, suppliciū de hoste sumeret. Vnde Paul. ad Roma. 12. non vos defendentes: id est, vindicantes, charissimi: nam mihi vindictā, & ego retribuā. Quapropter malefactorū vltio ad publicum iudicem spectat, qui nullo corrupto affectu ex lege agat in reum. Vnde idem Apostolus ibidem ca. 13. De publico iudice, Dei, inquit, minister est, nec sine causa gladium portat, vindex in iram ei, qui malum agit. Ex quo fit, vt maritus, q̄ miserā adulterā priuatim occidit, graue pēcātū cōmittat cōtra præceptū, Nō occides, vt can. Admonēre. 33. q. 2. ait Stephanus Papa, rationē subdens, q̄ quæ inuenta est adultera secundùm legis tramitem debet accipere vltionis vindictā. Ob idq; can. Quicūq; propriā, ait Pontifex, q̄ quicunq; propriam vxorē absq; lege & sine causa & certa probatione interfecerit, publicā agat pœnitētiam. Et confirmat, quia si priuatā autoritatē spectes, vxor cum viro pari iure militat, vt in superioribus visum est, præterq̄ in domesticis mitioribus correptionibus: vxori aūt non licet virum adulterantē occidere: ergo nec viro vxorem, quanuis vxor grauiùs peccasset. ¶ Secunda cōclusio. Occidenti vxorē in flagranti adulterio quāuis & adulterū simul cō fodiat, nullū est decretū suppliciū publicū. Iure quidē antiquo cōmuni id de adultero tantùm permittebat, qui esset vilis conditionis, tū postmodū, vt nationi Hispanorū moris est, indiscriminatim, etiā si fuerit nobilis, impunè occidi permittitur. Meditati nanq; legislatores eximiū animi dolorē, quē zelotypia suscitat, indulgentiam illi decreuerunt. l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adulter. & l. Marito. ff. eod. tit. Quinimò & patri olim licebat filiam in adulterio captā enecare l. Patri, & l. Neq; in ea. ff. eod. & l. Castitati. C. eod. tit. Nihilominus maritus ille incurrit pœnam iuris ecclesiastici, vt sit ineundo matrimonio cohibitus. Dixerim, in flagranti adulterio deprehensam: nam si extra illum turpitudinis articulum eam occidat, quanuis postea legitimè probet, eam fuisse adulteram, non eximitur à pœna iuris in homicidas decreta. Et ob eādem causam ecclesia cum, qui in clericū cū sua vxore, vel sorore vel filia turpiter deprehensum manus iniecerit violentas, à sniia excōicationis excipit, cap. Si verò, in. 1. de sentē. excōi. Posset quis verò ex hac pœnarū incolumitate arguere, nō esse peccatū: nam cùm leges id permittant, videntur dare maritis facultatē illam occidēdi tanq̄ ministris iustitiæ, veluti nonnunq̄ fit etiam facultas filijs occidi hoīs occidendi homicidam patris, & ciuibus latrones publicos interimēdi. De his casibus loco illo citato lib. 5. De iusti. & iur. diximus: id scilicet, non nisi q̄ rarissimè, & ꝓpter atrocissima aduersus Rempub. crimina fas esse. Adulteriū verò nō est tam enorme flagitiū, vt tam atroci rigore iuris esset vlciscendum, potissimùm inter Christianos, vbi sæpenumero euenirent, vt adultera repente sine præuio sacramento interfecta tam animæ q̄ corporis morte deperiret. ¶ Tertia cōclusio. Autoritate publica ciuili marito adulterā, q̄ nō in adulterio deprehēdat, sed legitimis testimonijs cōuincat, licet occidere. Ratio est, quia adulteriū est graue crimē, potissimùm in vxore, ꝓpter prolis incertitudinē, & falsos hæredes, quos adulteræ solēt putatis patribus supponere: ergo illud est suppliciū capitis dignū, atq; adeo ab aliqua publica autoritate licitū est marito eiusmodi vindictā deposcere: nō aūt ab ecclesiastica: nā vt ait Papa can. citato. Inter hæc, Ecclesia gladiū nō habet nisi spiritualē, quo nō occidit, sed viuificat: ergo æquitas fuit, vt respublica ciuilis, cui incūbit de cōiugijs, quatenus ad pacē & tranquillum statū Reipublicæ & legitimas hæreditates, disponere, eiusmodi capitale suppliciū in adulteras decerneret. Quod ait Pontifex, ecclesiā nō habere gladiū, nisi spiritualē, intelligitur in vlciscēdis criminibus secus ad sui ipsius defensionē. Lex aūt adulteræ occidendę extabat inter Mosaycas legales Leuiti. 20. & Deutero. 22. qua iubebat adultera lapidibus obrui: & legaliū exēplo licet Christianis similes ædere leges. Extant & leges ciuiles supracitatæ. C. & ff. ad leg. Iul. de adulte. Verū est tū, q̄ leges illæ priscæ suppliciū capitis adulteris decernētes tēperatæ fuerūt in auth. Sed hodie. C. eod. tit. vt scilicet adultera postquā verberibus vapularet in monasteriū includeretur. Quæquidē lex Gallis vsu & more recepta est, & nunc etiā obseruatur in nonnullis Christianorū prouincijs. Aliæ verò gentes rigorē antiqui iuris obseruāt, vt Hispani. Et re vera Hispanorū ingenio hmōi animaduersio cōpetens est & congrua: alioquin vix possent crebrerima adulteria caueri. ¶ Scotus verò in. 4. dist. 15. q. 3. ait, q̄ licēt populo Israeliti co fue-

Ratio. *Paulus.* *Idem.* *Nota.* *Secunda cōclusio.* *Deuter. 22.* *Antiquales tempe-ra.* *Hispani.* *Scoti opinio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

co fuerit diuinit' einsmodi lex aduersus adulteras decreta, nihilomin' eã Christus Ioan. 8. reuocauit dicẽs, Nemo te condemnauit mulier, neq; ego te condẽno. At verò locus euãgelicus hmõi abrogationẽ minimè insinuat: nã Christus illic solùm officiũ iudicãdi recusauit, ostendens se non venisse ad iudicandũ mundũ, vt ait Ioan. 3. Atq; eandẽ ob rẽ dixit alibi, Quis me constituit iudicem inter vos? Quocirca tanq; rex regni cœlorũ æquitatem diuini iuris expresit dicẽs, Qui sine peccato est vestrũm primũ in eam lapidẽ mittat, vbi nõ negauit, adulterã supplicio illo esse dignã, sed declarauit, ꝙ qui in peccato sunt, non rectè aliena peccata vlciscuntur. Quare concludens, Nemo te condẽnauit, nec ego te condẽno, non abrogauit legẽ, sed tm ostendit, se nolle illius causæ iudicẽ agere. ¶Est tã adnotandũ, Hispanos rigorem legis antiquæ moderari. Non enim adulterã necessaria morte cõdemnant, vt fures & homicidas, sed arbitrio mariti supplicium cõmittunt. Traditur enim ei in manus, vt quod libuerit de illa decernat. ¶Vtrùm verò ille occidens delictum cõmittat, inter aliquos ambigitur: imò nõ desunt qui affirment, mortaliter occidendo delinquere. Appãret enim eis ob id delictum, ꝙ in sua voluntate est ei ignoscere. At verò proculdubio nullius est criminis reus in cõscientia apud Deum quanuis ipsam occidat. Primùm, quia si peccaret, nefas inter Christianos esset publica solenniq; autoritate illam ei in manus tradere, vt apud Deũ delinqueret: neq; ecclesia id vnquã fieri sineret. Neq; valet respõsio dicentium, solùm ei permitti, vt impunè eam occidat: qm̃ hmõi permissiones non fiunt nisi in delictis, quæ priuata autoritate cõmittuntur, quemadmodũ in fornicatiõibus & si vir vxorẽ priuatim adulterãtem enecasset. Cùm ergo eam criminis dãnatam publicè & solenniter iudex ei in manus tradat, & si quis eã surripere vellet, iudex ipse id defenderet, signũ est manifestũ, ꝙ traditur ei tanq; iustitiæ ministro, non quidẽ necessario, vt lictori, sed spõtaneo, vt faciat quod velit. ¶Neminẽ ergo fallat verbũ S. Tho. distpñti. q. 2. in solu. ad. 2. scilicet, ꝙ lex ciuilis nõ cõmisit viro occisionem vxoris quasi præcipiẽs, quia tũc non peccaret, vbi insinuat, eũ peccare: loquit emm̃ de occisione, quã priuata autoritate facit, nã de publica autoritate præmiserat, licitũ esse eã accusare, & vsq; ad mortem persequi. ¶Attamẽ lex Hispana cõsultò adulteram non lictori tradit, qui iussu viri in eius præsentia eã iugulet, sed ipsi viro, vt cõmiserandus aspectus supplicis fœminæ vehementiùs eius viscera ad misericordiã commoueat, & cruentũ ipsum facinus eius animum deterreat, ne proprias scilicet manus sanguine intingat, vileq; officium atq; infame exerceat. Hęc emm̃ omnia pñt feruentẽ bilem hoïs stupore illo mitigare. Nihilominus tam perdita esse posset mulier, tamq; eius emẽdatio desperata, & ex altera parte tanta infamia virum respergens, vt potiùs viro esset ad iustitiam, q̃ ad misericordiã propendendũ. Euentus tamen hmõi q̃ rarissimus est, quare cõsulendũ est illi, vt à rigore illo animũ temperet. ¶Colligito ergo inter diuortij iudiciũ & necis discrimẽ. Etenim qm̃ diuortium ad emendationẽ flagitiosæ fœminæ, atq; ad eius spiritualem salutem celebratur, ad tribunal ecclesiæ, cui incumbit de sacramẽto matrimonij, quatenus sanctificans est, decernere, iudiciũ illud defertur. Alterum verò iudicium, quod ad vindictã fit, ad forum ciuile pertinet. Rursum in priori iudicio & foro admittitur vxoris exceptio viro idem flagitium obijcientis, qua ideo exceptione protegitur, in posteriori verò eadem exceptio nõ audit. Nam cùm adulterium viri nec tam infame sit, nec tam perniciosum in proles & hæredes, nequaquã criminali pœna vindicat. At verò superidem crimẽ non admittitur vtrumq; iudiciũ. Quare si vir diuortium ab ecclesia poscat & obtineat, nequit postea vxoris caput in foro ciuili petere, nisi post diuortiũ iterum pertinax ad spurcitiæ volutabrum reuertatur. Ad hęc demum si vir priuatim deprehẽsam in adulterio interimit, ius retinendæ dotis amittit, cùm verò publica autoritate eam capite trũcat, dotẽ iure sibi acquirit & arras, vt Doctores super l. penult. ff. solu. matri. adnotant. Et Hispanis Taurina lege. 82. sancitum est.

Sentẽtia auctoris. — *Nota.* — *Aut occidẽs adulteram peccet.* — *Sentẽtia auctoris.* — *Obiectionis dilutio.* — *S. Thomæ expositio.* — *Nota.*

¶Ad primum igitur argumentũ rñdetur, ꝙ ex lege agere priuatis personis ob rõnes superius allatas non permittit, sed est in publico iudicio rea, cognita causa, cõdemnanda. ¶Ad secundũ respondetur, ꝙ correptio patris familias non vltra se extendit q̃ vsq; ad correctionẽ & emendationẽ familiæ. Quare ei non permittitur carceres habere aut iudiciale forum, sed flagellare, aut aliquid hmõi leue. Atq; adeò multò minùs ei conuenit extremum supplicium capitis infligere aut mutilationis, sed hoc iudicio Reipublicę reseruatur. ¶Canon verò Interfectores, qui tertio argumento adductus est, insinuat, interfectores adulteras adulterarũ, dũ modò id publica autoritate faciãt, nõ esse censendos homicidas, secus si vxoricidiũ perpetrent autoritate priuata.

Adulterij crimen ob mariti sententiam. — *Discrimen vtriusq; iudicij.* — *Iudicium in priori reprehensum.* — *Dotis amissio.* — *Solutio primi argumẽti.* — *Solutio secundi argumẽti.* — *Solutio tertij argumẽti.*

ARTICVLVS. IIIII.

Vtrùm vxoricidium sit impedimentum matrimonij ipsum dirimens.

Pertinẽcia huius argumẽti primum. — *Secundũ argumẽtum.* — *Ter. affirmatiua.* — *Prima conclusio.* — *Secunda cõclusio.*

¶Vbsequit' de impedimento vxoricidij, & arguitur, ꝙ matrimonium non dirimat. Interfectio vxoris si consideretur quatenus fidei matrimonij obstat, minus matrimonio repugnare videtur, q̃ adulteriũ: si verò consideret' ratione grauitatis, grauius est matrem occidere: sed tamen neq; adulterium neq; matris occisio est impedimẽtum: ergo neq; vxoricidium. ¶Secundò arguitur. Grauius peccatum videtur occidere alterius vxorem vel maritum propter adulterium, q̃ propriam, quia minus ad eum attinet illorũ correptio: sed tamen occisio alterius mariti non impedit matrimonium, vt patet exemplo Dauidis, qui postq̃ cum Bersabe adulterium commisit, ipsius marito Vria occiso eã sibi matrimonio copulauit: ergo vxoricidiũ non impedit matrimoniũ. ¶In contrarium est can. Interfectores. 33. q. 2. quo interfectores suarum coniugum ad pœnitentiam commonent, & deinde aliarũ coniugio priuãtur. ¶Hic in primis distinctio trimembris suppo nenda est, atq; adeò trina conclusione respõdendum. Aut enim vxor publica autoritate à marito occiditur, aut priuata. ¶Si publica, tunc prima conclusio fit, quod hmõi vxoricidium nullum censendũ est matrimonij impedimentum: nam sacri canones hoc impedimentum non nisi ob solum peccatum decernunt: cùm igitur illic nullũ committatur: fit, vt nullum inde contrahatur impedimentum. ¶Si verò tale vxoris homicidium priuata autoritate patretur, tunc aut id fit ꝓpter odium, aut propter fornicationem, aut propter aliam quãuis id genus occasionem aut causam, & de hoc sequitur conclusio secũda, quòd tale vxoricidium impedit matrimoniũ contrahendum, sed non dirimit cõtractum, vt art. 1. dictum est. Et hoc est quod sancitur can. Interfectores, & can. Admonẽre. 33. q. 2. Quare licẽt vir vxorem in flagrãti adulterio deprehensam occidat, hmõi surgit impedimẽtum: quia culpæ labe commaculatur. Est tamen impedimentum, vt illic diximus, per

episcopum dispensabile. ¶Sed si vxoricidiũ fit cum adulterio aut alio iniquo proposito aliarum nuptiarum commixtum, de hoc statuitur tertia conclusio. Tria sunt crimina ad mortem coniugis relata, quæ matrimonium non modò impediunt contrahendũ, verùm & contractũ dirimunt, quæ Alexand. 3. in c. Proposuit, de eo qui duxit in matrimo. quã polluit per adulte. & D. Tho. impresentiarũ, Ricardusq; & cæteri referũt. Primũ est, adulteriũ cum machinatiõe in mortẽ alterius cõiugis. Secundum, adulteriũ cum fide, quam adulter dat adulteræ, quòd eam post mortẽ coniugis ducet. Tertium, qũ qui vxorem habet, cum altera de facto contrahit, si tn̄ adulteriũ interueniat. ¶Obijciat quis forsan statim decretũ Leonis primi, can. Nullus. 31. q. 1. qui generalissimus est: scilicet, nemo ducat in matrimoniũ, quã priùs polluit per adulteriũ, vnde titulus Decretaliũ desumptus est. Illic enim adulteriũ ponit' pro impedimẽto, q̃uis nulla mortis machinatio intercedat. At verò, vt bene ait glossa, cõdimento & moderamine opus habet canõ ille, vt verus sit. Nã adulteriũ, nisi in tribus positis casibus, nõ impedit, quin mortuis coniugibus adulter cum adultera contrahere possit. Et pariter est restringendũ can. Illud verò, ibidem, vbi idem statuit: scilicet, ꝙ qui fornicatus est cũ vxore alterius, mortuo eius viro non possint matrimonio cõiungi nã solũ adulteriũ nõ pôt esse causa tã atrocis pœnæ. ¶Quãdo aũt adulteri machinant' mortẽ ipsorũ coniugũ, tunc in perpetuũ spe matrimonij inter se frustrãtur, can. Si quis viuente. 31. q. 1. & capi. Super hoc, de eo qui duxit in matrimo. quã polluit per adulter. Et causa huius impedimẽti est enormitas criminis, vt ait Ricardus: quia non solùm violatur torus, sed interficitur cõiux. Et præterea si in tali casu adulteri non in perpetuum interdicerentur inter se matrimonio, occasio daretur adulteris suos enecandi coniuges, vt se inuicem copularent. Quando verò talis machinatio mortis non interuenit, non eadem ratio currit, vt sit impedimentum, sed locum tunc habet sententia Augustini, de nuptijs & concupiscẽ. eadem cau. & quęst. can. Denique, vbi ait, ꝙ mortuo eo, cũ quo fuit verum connubiũ, fieri potest coniugium cum qua præcessit adulterium. Et in de bono cõiugali, Posse, inquit, sanè fieri legitimas nuptias ex personis illicitè coniunctis, honesto placito subsequente, manifestũ est. Nam concubinarij possunt postea cõiugari.

Tertia conclusio. — *Primum.* — *Secundum.* — *Tertium.* — *Obiectio.* — *Solutio.* — *Can. Illud 31. quæst. 1.* — *Machinatio mortis.* — *August.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Et intelligiť crimen æqualiter ex vtraq; parte, vt si adulter machinať mortē, ppriæ vxoris, aut mariti adulteræ, aut adultera pari modo Ricard. verò hic, & Sylueſt. verb. Matrimoniū. 8. q. 9. aiūt q̃ requiriť, vt machinatio in mortē ſit illo fine veſtita cōtrahēdi matrimoniū. Quare ſi adulter maritū adulteræ in bello interfecerit, aut alia cauſa aut caſu, non impediť, quin poſtea poſſint adulteri cōtrahere. Caietanus verò in ſumma verb. Matrimoniū, impedimēto. 5. hanc exceptionē nō approbat: quia canones illā non faciunt. Videtur aūt dicendū q̃ quantū ad pręſumptionem eccleſiæ quomodocūq; ſequereť homicidiū, impedireť matrimoniū, quia cenſereť illo fine factū. Sed in conſciētia ſi homicidiū fieret non illo fine, & eſſet occultū, nec in iudiciū delatū, credo nō impediret. ¶ Maius autem dubiū eſt, vtrùm ſufficiat homicidiū ſine adulterio: vt ſi duo, qui mutuis complexibus frui cupiūt, impediunť, quia alter illorū eſt cōiugatus, occidunt coniugē anteq̃ ſe poluant, vt poſtea copulenť. De hoc dicendū, q̃ ſi ambo adulteri in mortē coniugis machinentur, homicidiū ſine pręcedenti adulterio ſufficit ad dirimendū poſtea matrimonium. Et eſt caſus in cap. Laudabilē, de cōuerſio. infideli. videlicet, q̃ quidā Saraceni ſuggeſtiōe quarundā Chriſtianarū viros earum occiderunt, & poſtea cōuerſi per eaſdē Chriſtianas ad fidē volebant eas ducere, quibus tū Cæleſtinus. 3. præcepit, ne ducerent, aut ſi duxiſſent, ſeparareneť. Hinc infert Sylueſter cū aliis, q̃ ſi tantùm vxores machinatæ fuiſſent in mortē ſuorū virorū, aut tantùm Saraceni ſine earū conſilio, nō eſſet impedimentū, qa adulteriū non præceſſerat, ſecus ſi præceſsiſſet. Adulteriū verò ſolū etiā cum machinatione in mortē, niſi mors in effectu ſequatur, vt hic planè ait S. Tho. nō ſufficit, quia prædicti canones de morte loquuntur. ¶ Secūdus caſus habeť in citato cap. Propoſitū. & c. Veniens, & capit. Si quis vxore, de eo qui duxit in matrimo. quā polluit &c. Et potiſsimū in cōcilio Triburieſi can. Relatum. 31. q. 1. vbi habetur, q̃ qui viuente ,ppria vxore, ei, cū qua adulterať, fidē præbet, q̃ mortua vxore illā ducet, in perpetuū impediť cum illa cōtrahere, etſi contrahať matrimoniū, dirimiť. Et ratio huius impedimēti eſt, ne fide illa data affectantes illi cōiugis mortē, eam procurent. Et idē eſt ſi iuramentū vnius interueniat, dūmodò adulteriū de facto perpetreť ſiue ante ſiue poſt fidē datam. ¶ Tertiū verò crimē his ſimillimū eſt, qn̄ de facto adulteri contrahūt viuente alterius vel vtriuſq; coniuge. capi. ſi. De eo, qui duxit in matrimo. quā polluit per adulte. Iſta verò duo poſtrema crimina intelliguntur qn̄ adultera, cui fides datur, vel cū qua contrahitur, conſcia erat adulterū tunc eſſe cōiugatum, ſecus ſi id ignoraſſet, vt hic ait S. Tho. Imò & ipſi canones id planè explicant. Et intelligitur impedimentū ſi adulter ſolutus poſtquā ſciuit alterū habere maritum, illam eo viuente fide data cognouit, vel poſtq̃ eam cognouit, fidem dedit. Si verò viuente marito ſolum alterum præceſsit: ſcilicet, vel adulterium vel contractus matrimonij de facto, aut fides, licèt illo mortuo alterū contingat, nō impeditur matrimoniū: quia mortuo marito non cōmittitur adulterium. ¶ Quod dicimus de adultero dante fidē adulteræ, vel cū illa cōtrahente, intelligendū etiā eſt è conuerſo de adultera præbente adultero fidem. Et ait Ricardus, q̃ nuda promiſsio cum adulterio ſufficit, vt ſit impedimētum: nam illa reputatur ſponſalia de futuro. Dicitur autem ſcire, non ſolùm qui certò ſcit, ſed qui probabilē habet opinionē, capi. Inquiſitioni, de ſent. excōi. At verò adulteriū ſine fide data, aut matrimonio cōtracto non impedit quominus poſtea defunctis coniugibus poſſint cōtrahere, vt capit. Significaſti, de eo qui duxit &c. ¶ Dubium aūt eſt ſi cōiugatus fidem dedit Mariæ ſine adulterio, & mortua vxore ducit Bertā, & poſtea adulterať cum Maria, vtrū tunc exurgat impedimentū, vt mortua Berta nequeat cōtrahere cū Maria. Ioan. And. ſuper cap. Si quis, eod. tit. ait non eſſe matrimoniū: quia iam cōcurrit fides data cū adulterio, licet in diuerſis matrimonijs. Panormi. verò ibidē, id negat: quia cōtrahēs cum Berta vī receſsiſſe à fide data Mariæ. Et profectò hæc eſt vera opinio, vt ait Sylueſt. verb. Matrimoniū. 8. q. 9. quia hoc crimē dādi fidē propterea eſt impedimentū, quia gignitur inde ſpes contrahendi, & inde machinatio in mortē: ſed per ſecundū matrimoniū iam tolliť illa ſpes: quare niſi machinatio & mors intercedat, non eſt impedimentum. ¶ Poſtremus caſus eſt, quē ponit impræſentiarum Ricardus, ſi Maria ſub hac fide cum Petro in adulterium conſentit, vt defuncto marito ipſius Mariæ, & vxore Petri, ducet eam in vxorem, quam Berta eidem conſuluerit: & poſtea mortuis coniugibus Berta conſulit Petro, vt ducat Mariam, vtrùm poſſit eam ducere. Reſpondetur, quòd ſi Maria

Caietanus.
Sentētia autoris.
In conſcientia.
An impediat homicidium ſine adulterio.
Reſponſio.
Caſus capi. Laudabilē.
Appēdix.
Fides data adulteræ.
Iuramentum.
Coniugatus contrahens.
Secundo.
Nota.
Nuda promiſsio.
Nota.
Dubium.
Ioan. And.
Panormi.
Vera opinio.
Poſtremus caſus.
Solutio.

Maria hoc fecit fraudulenter ſciens Bertam conſulturam Petro, vt ſe ipſam Mariam duceret, certè eſt impedimentum: quia Maria fraude ſeduxit Petrum: quare perinde reputatur acſi fides daretur ei. Quare licèt ipſe bona fide illud promitteret, tamen ex fraude Mariæ ortum eſt impedimētum: quia fraus & dolus nemini debet patrocinari, capi. Aduerſus, extra, de immunita. eccleſia. Si verò Maria illam fidem à Petro non per fraudē, ſed alia cauſa, accepit: ſcilicet, quia credebat à Berta bene conſultum iri Petro, vt probam vxorem eligeret, nullum emergit impedimentum.

¶ Ad primum igitur argumentum reſpondetur, q̃ licèt adulterium directiùs fidei coniugum opponatur, tamen occiſio vxoris atrociùs amorem violat, quo debent eſſe cōiuges confœderati: & ideo magis reddit hominem indignum, cui vxor altera concredatur. Sed quādo adulterium vſq; ad machinationem mortis vxoris prorūpit, quanuis non ſit tam atrox, q̃ occiſio matris, eſt tamē legibus matrimonij aduerſiſsimū. Qua de cauſa & præterea ad cauendā vxoris necem, quæ vſu ſem per ex affectu ad tranſitum ad alias nuptias accidere ſolet, ſanctè inſtitutum eſt, vt matrimonium cum tanta pernicie contractum dirimatur. ¶ Ad ſecundum reſpondetur, quòd qui caſu alienum maritum occidit, non tam contrarius eſt alterius matrimonio, quàm ſi vxorem occideret. Si tū illud faciat, vt adulteram ſibi matrimonio adiungat, iam dictum eſt eſſe impedimentum. Ad aliud autem de Dauide & Berſabe reſpōdetur, quod in lege Moſayca multa permittebantur circa matrimoniū, vt plures habere vxores, & repudiū, quæ in lege euangelica permitti non licet.

Solutio primi argum.
Nota.
Solutio ſecūdi argumē.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm ligamen ſit impedimētum matrimonium dirimens.

ALiud impedimentum ſolet ſuperioribus adhiberi, quod eſt ligamen: nempe, cùm quis matrimonium de præſenti cōtraxit: tale enim matrimonium, licèt non ſit peccatum, ſed genere ſuo virtus, eſt tū impedimentū, quod dicitur ligamen, quòd & votū, vt diſt. ſeq. videbimus. Arguitur autem q̃ hoc non ſit impedimentū. Alioquin ſequeretur, q̃ ſæpè coniux citra ſuam culpam compulſus eſſet vitam cœlibem perpetuò ducere, vt ſi alter perpetua infirmitate laboraret. ¶ Et ſecundò ſequeretur, vt quāuis maritus longiſsimo tempore abeſſet, neq; vxor certior fieri poſſet, mortuusne eſſet, an viuus, nunquam poſſet cum altero pacto matrimoniali coniungi, quod eſt conceſſu difficile. ¶ In contrarium tamen eſt cap. Accepiſti, atq; omnes alij ſub titulo de ſponſa duorum, vbi duo connubia tanquam iure diuino interdicta prohibentur.

Tertiū argumē.
Secundū argumentū.
Pars affirmatiua.

¶ Quæſtio hæc ex his, quæ ſuperiùs diuerſis locis dicta ſunt, ſolutionem ſortitur. In primis deſponſalibus de futuro, quo modo diſſoluātur, dictum eſt diſt. 27. q. 2. De matrimonio verò rato non cōſummato, q̃ nō niſi per ſolum religionis ingreſſum dirimi valeat, oſtendimus. ead. diſt. q. 1. vbi oſtenſum etiam eſt ſuper matrimonio rato Pontificem Maximum neutiquàm diſpenſare poſſe, vt illo diſtracto alia poſſint coniuges inire connubia. Atq; adeo ſubinde monſtratum eſt matrimonium conſummatum nullo modo aut via poſſe diſſolui. Id quod diſt. 33. q. 2. rurſus confirmatum eſt: nempe, q̃ repudio antiquæ legis nullatenus in noua locus concedatur. Ac demum ead. diſt. q. 1. pro conſtitutiſsimo reliquimus per legem euangelicam neutiquā polygamiam licēre, neq; viam diſpenſationi ſuper hoc patēre. ¶ Ex ijs ergo omnibus colliguntur tres concluſiones, quibus ad quæſtionem reſpondetur, Prima. Matrimonium per verba de præſenti legitimè contractum ſiue conſummatum fuerit, ſiue nō niſi ratum, ligamen eſt & impedimentum dirimens quodcunq; aliud viuente coniuge contractum, perinde ac de ordine ſacro & ſolenni voto ſubſequēs nos diſtinctio docebit. Id quod & titulus de ſpōſa duorum admonet. Ad canonem autem Gregorij. Quod propoſuiſti. 32. q. 7 quo permittere videtur, vt viuēte vna vxore maritus aliam ducat, diſt. 33. ſatis reſponſum eſt. ¶ Igitur vbi coniugato (& idem de fœmina cenſendum) acciderit propter aliquā ignorantiā nouas inire nuptias, duæ ſunt cōſiderationes habēdæ, prior de facto, vtrùm matrimoniū teneat, poſterior de fide, qua contractū eſt, an bona fuerit, an culpæ rea. ¶ Sit ergo ſecūda cōcluſio quantū ad factum. Quodcunq; matrimonium viuente cōiuge, qui mortuus creditur, contractum, quantumuis optima fide & abſque culpa fuerit initum, quotieſcunque compertum fuerit priorem coniugem viuere, dirimendum

Decimo articuli.
Prima concluſio.
Secunda concluſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum est, vt prius matrimonium in suo vigore permaneat. Itaque licet maritus viginti aut triginta pluribusue annis fuerit absens, idemq; mortē obijsse creditus, atq; vxor idoneis legitimisq; testibus certior eius mortis facta alium virū, ex illoq; plures liberos, susceperit, qñcunq; prior comparuerit, tenetur, secūdo matrimonio soluto, ei, vt legitimo cōiugi adhærēre. Decretū est Leonis Papæ can. Cūm per bellicam. & can. Cum in captiuitate, &, Si virgo. 34. q. 2. Et ratio est manifesta, quia prius nunq; fuit solutū, atq; adeò neq; sedm fuit solidū, quantūuis absq; culpa contractū. Et ideo ait in tali euentu illic Pōtifex, q̃ cùm præceptū sit, vt quos Deus coniūxit homo non separet, necesse est, vt legitimarū fœdera nuptiarū redintegranda credamus.

Leo Papa. Ratio.

¶ Ex hac sequitur tertia conclusio à contrario sensu, q̃ quāuis mala fide, ac subinde grauī culpa secundum fuerit contractū: nempe, quia vehemēs opinio vigebat priorē maritū viuere, si mutuus adfuerit de præsenti cōsensus, cum intentione cōtrahendi & re vera illerat vita defunctus, matrimoniū secundū tenet: quia omnia tūc, quæ sunt de essentia cōcurrerunt. Itaq; stat, q̃ sint veri coniuges, & nihilominus reddendo & petendo debitum propter malā fidem delictum cōmittant. Si verò tanta erat mala fides, q̃ contrahens credebat matrimoniū non tenēre, tunc nō posset adesse intentio contrahendi, & sic matrimoniū nullū esset. Secus si iure credebat matrimoniū tenere cū illo minus probabili dubio de morte viri, licet esset peccatū. ¶ Quatenus verò res ad bonam vel malam fidem attinet, dubitatur, quanta certitudo sit necessaria, vt absente cōiuge possit alter ad alias trāsire nuptias. Est enim casus vsu frequentissimus idemq; perplexissimus. ¶ Sit ergo quarta conclusio. Ad hoc q̃ hmōi fides bona fit, & à culpa liberetur, exigitur moralis certitudo secundū arbitriū & iudiciū prudentū: scilicet, per nunciū, aut per æquiualens testimonium. Sic nos admonet Clemēs. 3. cap. In præsentia, de spōsalib. Quæsitum enim illic fuit, vtrùm quæ post septenniū absentem præstolata est virum, nec certificari pōt de eius morte quanuis solicitudinem diligentē ad id adhibuerit, & præ iuuenili ætate continēre nō potuerit, posit ad alias transire nuptias. Et respondet Papa q̃ cùm quantocunq; tempore absentes fuerint, ijdemq; viuentes, viri, nequeant aliud inire coniugium, non est cum limōi fœminis dispensandū, donec certū nūcium recipiant de morte virorum. Et Lucius Papa cap. Dominus, de secund. nuptijs, similiter ait, vt nullus talis ad secūdas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, q̃ ab hac vita migrauerit coniux eius. Idemq; & iure ciuili cautissimū est, vt C. de repudijs, Auth. Hodie. Et in Authen. vt liceat matri & auiæ. §. Quod autem. colla. 8. ¶ De hac verò certitudine, quæ sufficit dubium coniugē secundas nuptias conciliantē à culpa excipere, Iurisconsulti multa congeminant verba, vt refert Syluest. verb. Matrimo. 8. q. 13. Sunt enim qui dicant, non requiri oīno certum nuncium, sed sat esse probabilitatē moralē: nam prædicta capitula, quæ certum nuncium requirunt, loquuntur quantū ad Ecclesiæ certificationē, quę requirit, vt licentiā conferat cōtrahendi. Maior em̄, aiunt, certitudo requirit in Ecclesia propter suam grauē autoritatē, q̃ in persona, vt priuatim contrahat. Sed re vera hoc non satis tutò assertum est. Crediderim nāq; non minorem certitudinē requiri in persona q̃ in ecclesia, si tale testimoniū posset ad eandem Ecclesiā deferri. ¶ In primis ergo hoc in præsentia est obseruandū, q̃ re dubia potius inclinandū est in fauorē prioris matrimonij, ne contrahatur secundū, quandoquidē possessio, cuius melior conditio est, in fauorem prioris proclamat. Et in contrahendo secundo matrimonio imminet periculum, q̃ nullum sit, & in abstinēdo ab illo nullum timet. Hinc fit, q̃ quandiu res est dubia: nempe, q̃ nullus est vel assensus vel dissensus, sed animus pendet (hæc enim dicitur res dubia) nullatenus licet ad alias nuptias cōmigrare: quia illic esse nequit bona fides. Neq; verò sufficit tenuis opinio de morte coniugis, sed requiritur tanta aut per nuncium, aut saltem per testes, vt iudicio prudentum non solùm probabile, sed certum iudicetur. Quare, vt reor, nec cōiectura, nec fama sufficit. Nisi forsan re diligenter exquisita lōgitudo absentiæ, vel vniuersalis fama, vbi coniux cōmorabatur, obitum eius cōtestetur. Quod dictū est de morte absentis coniugis, id quoq; intelligendum est post matrimoniū ratū non consummatū dum fertur religionē esse professum. ¶ Dum verò coniugatus, qui ad secundū transiuit cōiugiū de vita coniugis hęsitat, tūc iubet Pōtifex in allegato capit. Dominus, de secund. nupt. vt debitū reddat, non tū exigat. Idēq; habetur capit. Inquisitioni, de sent. excom. Hanc autem consultā sententiam auscultandam reor secundùm intelligentiam, quam dist. 27.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Cap. In præsentia.

Capitula.

Quatenus dissentiat.

Opinio Canonistarum.

Sententia tuta.

Note.

Ratio dubitandi licet, non dubitandum.

Cōsentit Sapien.

dist. 27. quæst. 1. arti. 3. explicuimus. Meditandum quippe est, vtrùm possessio bonæ fit, an malæ fidei. Quienim mala fide in secundum illud matrimonium se immersit, ius petēdi non acquisiuit: quia mala fides nemini suffragatur: & ideo neq; exigere neque reddere potest: quia matrimonium fuit clandicans ex parte iniquē contrahentis, ob idque nequeipse neq; alter coniux possessionem exigendi acquisiuit. Si verò bona fide pactū fuit contractūq; matrimonium, tunc locum habēt prædicta decreta. Intelligūtur quippe de illo qui bona fide non dubitans, sed secūdum arbitrium prudētum contraxit, & post modum quia nouus audit rumores de coniugis vita incipit dubitare, non quidem scrupulo leui, sed morali. Tunc enim reddere quidem debet, exigere tamen nequit. Quod tamē sic intelligere mihi videor, q̃ non possit exigere quousque rursus diligentem nouam inquisitionem peragat ad explorandum vtrum coniux viuat. Illa tamen arbitrio sapiē tum adhibita si nihil cōperti habere potest, licebit & deinceps sua vti petendi possessione, quam bona fide ingressus est, vt non solùm reddere, verùm & exigere valeat. ¶ Atqui ad hoc propositum Magister senten. distinct. 38. ait, q̃ si vir relicta in patria sua vxore in longinquam abiens regionē aliam ducat (scilicet mala fide credēs priorem superstitem) & deinde pœnitentia ductus secundam dimittere volēs ad priorem legitimam reddere conetur, sed ecclesia ad petionem secundæ ex falsa præsumptione procedens eā cum eadem secūda commanere compellat, incipit, inquit, excusari propter obedictiam & timorem de hoc, quod poscēti mulieri debitum reddit, à qua ipse nunquam poscere debet. In hoc autem Magister non tenetur, sed meritò reprobatur illis rationibus, quas dist. 38. art. 2. demonstrauimus. Imò vt venerabilis Hugo parte. 11. de sacramen. cap. 6. locupletissimē disseruit, citiùs debet talis coniux martyrium perpeti, quàm debitum contra conscientiam reddere: & tunc maximè quando cōscientia legitima est, & rationi cōsona: nam reddendo fornicationem cōmittit, ad quam Ecclesia hominem compellere non potest. Sententia enim ecclesiæ ex falsa præsumptione procedens eum nō ligat, qui certus est, contra veritatem fuisse prolatam, tametsi ecclesia iustum ferat iudicium quando secundùm allegata & probata sentētiam pronunciat.

Opinio ista hoc propositum Dñi sunt.

Magister non tenetur.

¶ Argumenta igitur in contrariū soluta per *solutio argumētorū.* hæc, quæ dicta sunt, censentur. Nihil enim absurdi habet, quod homo propter euentus, qui accidere solent, manēre debeat vsu coniugali priuatus.

DISTINCTIO
Trigesima octaua, De impedimentis ordinis, & voti.

Hactenus de impedimentis tum alijs, tum etiam criminum, nunc verò & de alijs ad religionem pertinētibus initur sermo. De ordinibus ergo sic discernere sacris canonib? admonemur, vt minores quidē nullatenus matrimonium respuant. Sic enim ait Leo Papa, can. Seriatim. distinct. 32. Lectores, ostiarios, exorcistas, acolytos, si extra votum & habitum inueniuntur, & continentiam profiteri nolunt, vxorem ducere virginem Ecclesia Romana permittit, non viduam nec repudiatam, alioqui ad subdiaconatum deinceps proueni non poterunt. Maiores verò, qui sacri habentur, ordines tum ineūdo matrimonio obsunt, tum, etiam si contrahatur, dirimunt, vt in concilio Carthaginensi sub his verbis habetur. Placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos etiam ab vxoribus abstinere: quod si non fecerint, etiā ab ecclesiastico

Textus. Capit. j.

Leo Papa.

Ead. distin. can. Placuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

siastico remoueantur officio: cæteros verò clericos ad hoc non cogi. Adeò ergo semper fuit sacris ordinibus hæc habita reuerentia, vt neque occidentalis, neque verò orientalis ecclesia cuipiam sacris ordinibus initiato ad nuptiarum contractum retrogradi siuerit. Vnde antiquissimus Calixtus, can. Presbyteris. distinctione. 28. Presbyteris, inquit, diaconibus, subdiaconibus & monachis concubinas habere, seu matrimonium contrahere penitus interdicimus, cõtractaq; matrimonia ab huiusmodi personis disiungi iuxta sacrorum canonum definitionem iudicamus. Et in sexta Græcorum synodo, Si quis eorum, qui ad clericatum accedunt, voluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

Calixtus.

Can. si qu. 32. distinct.

Cap. ij. ¶At verò quoniam Græci ordinibus non admittunt adnexum solenne votum castitatis, quãuis propter ordinis dignitatem eos, qui ordinati sunt, coniugari deinceps nõ sinant, coniugatos tamen neque ab ordinibus suscipiendis repellunt, neque ab vxorio vsu cohibent, vt ex sexta synodo Gratianus can. Quoniam, retulit. Veruntamen ecclesia Latina, ab ipso Apostolorum tempore sic instituta, huiusmodi solẽne votum ordinibus agnoscit adnexum: ob idque coniugatos, nisi vel diuortio celebrato vel de consensu vxoris castitatem vouentis nullatenus sacris ordinibus initiari permittit, vt Gregorius Papa hisce verbis ait, Nullum facere Diaconum Episcopi præsumant, nisi qui se castè victurum promiserit: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ordinem fuerit approbata. Quãuis quomodocunque ordines sacri matrimonio superueniant, sacramẽtum cum suo charactere suscipiatur. Quo fit, vt Græcorum mos non ex aliqua ecclesiæ sanctione, sed ex Vigilantij aut Nicolaitarum errore originem duxerit, qui, vt ait, Hieronymus, & libro. de hæresibus Augustinus, neminem, nisi priùs coniugatum, ad sacros ordines admittebant. Hunc enim errorem Niceta Græcus suæ genti persuasit, vt Vmbertus Leonis noui legatus in libro contra ipsum refert. Quorum duriciem ecclesia Latina miserata cum ipsis dispensare censetur.

Distin. 31.

28. distinct. can. Diaconi.

¶Cæterùm vt sacris ordinibus vo Capitorum religionem ea præcisa ratione, qua ad rem præsentem attinet, adiungamus, votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, eiusue diuis, & ex ijs, quæ Dei sunt, propriè fieri debet. Votorum autẽ, vt alias à loco præsenti extraneas diuisiones omittam, aliud est priuatũ & simplex, aliud verò solenne. Simplex quidẽ est nuda promissio, qua homo se aut sua Deo pollicetur. Solenne verò

ne verò est illud, quo se se in dominium & possessionem Dei & prælati eius vicem gerentis tradit. Quo fit, vt simplex votũ matrimoniũ quidem sub reatu mortalis labis interdicat contrahendum: esset enim fidem Deo obstrictã infringere: illud tamẽ non dirimit: nam qui promisit, nõdum dominio expoliatus est, quominus si se alteri dedat, contractus cõsistat. Votum verò solenne non solùm contrahẽdum impedit, verùm & cõtractũ diluit: nam dominium Deo traditum ab illo abdicari non valet. Vnde ad Iulianum Augu. In viduali cõtinẽtia & virginali excellẽtia virtute electa & voto oblata iam non solùm capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle dãnabile est. Et Hierony. Vouẽtibus, inquit, virginitatem & viduitatẽ nõ solùm nubere, sed velle damnabile est. Id quod Apostolus Timotheo scribens admonet, viduas enim, inquit, adolescentiores euita: cũ enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem (scilicet quam Deo vouerunt) irritam fecerunt. Hisce ergo verbis Augustinus & Hieronymus, tam simplex votum quàm solenne designant. At verò Gregorius ad Bonifacium scribens distinctiùs ait, Viduas à proposito discedentes viduitatis (per nuptias videlicet) nisi conuertantur, apostolica autoritate damnandas censemus: nempe, quousque ad bonum, quod cœperunt, vel voluntariæ vel inuitæ reuertantur. Hactenus de solenni voto. Et subdit statim. De virginibus autem non velatis (putà quę votum duntaxat simplex susceperunt) si deuiauerint, à sanctæ memoriæ prædecessore nostro Papa Innocentio taliter decretum habemus. Hæ verò, quæ nondum sacro velamine sunt tectæ si nupserint, aliquanto tempore ijs agenda pœnitentia est: quia sponsio à Domino tenebatur. Virgines enim nõ velatas eas censet, quæ votum solenne non susceperunt. Et extat decretum Innocentij ibidem canone, Hæ verò.

distinctio.

Can. Nuptiarũ. 27. quæst. 1.

27. distin.

Ad Iuliam. Augu.

Hieron. ad Timoth. 5.

Can. Viduas. 27. q. 1. primo.

Can. Hæ verò.

Can. Hæ verò. 27. q. 1.

¶Qui ergo post votũ simplex nuptiarũ sarcinam sibi imposuit, exigere quidem coniugale debitum propter fidem voti non potest, reddere tamen propter fidem coniugi datam tenetur. Sic nos enim Põtifices sub titulo. de conuersione coniugatorum, atq; alibi pluribus decretis commonent. Ad hæc Innocentius Pontifex, capit. Cùm ad monasterium, de statu monachorum, adiecit, quòd abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeò adnexa est regulæ monachali, vt cõtra eam nec summus Pontifex possit indulgere. Vbi diuinum ius interpretatus super votum solenne nullam dispensationem locum habere decernit.

Cap. iiij.

Capit. Quidam. & ea placet. Innocen.

DISTIN-

Universidad de Deusto Biblioteca

DISTINCTIONIS Trigesimæ octauæ, Quæstio prima, De impedimento ordinis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm ordo matrimonium impediat.

SVbsequitur in hac distinct. de ordine & voto disputare: quę igitur distinctio duabus opus habet quęstionib⁹, quarum prima est de ordine, atq; altera de voto, Arguitur ergo quòd susceptus ordo nullum sit matrimonio impedimentum. Nihil impedit nisi à suo contrario: ordo verò non est matrimonio contrarius, quia vtrumq; est sacramentum, imò verò cùm matrimoniũ coniunctionem Christi & ecclesiæ significet, i. ministris potissimùm eiusdem Christi & ecclesiæ congruens esse videtur, vt eadem significatio per matrimonium fulgeat. ¶ Secundo. Si ordo matrimonium impedit, id quidẽ virtute spiritualis rationis facit: spiritualis verò ratio in omnibus, etiam minoribus ordinibus, inest: ergo & minores ordines impedimenta essent matrimonij, cuius contrarium decreuit Alexander. 3. cap. 1. de clericis coniugatis, & can. Seriatim, dist. 32. ergo ordo non est impedimentum. ¶ Tertiò. Eadem nobis est cum orientalibus Gręcis ecclesia: illorum verò presbyteri à re vxoria non cohibentur, vt can. Aliter, dist. 31. Stephanus Papa refert: ergo neq; nostri arceri deberent. ¶ In contrarium est eadem Alexandri Decretalis, Si in subdiaconatu & alijs superioribus ordinibus vxorem suscepisse noscuntur, eos vxores dimittere compellere procuretis.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶ Quæstio hæc latissimum nobis dicẽdi campum offerebat, q̃ ecclesiasticos ministros florida vitæ castitas deceat, nisi quæstio sexta, quam septimo libro, De iustitia & iure locupletissimè disputauimus, & pro tenui ingenio nostro de hac re elaborauimus, ab hoc nos modò labore & negocio liberasset. Impudentissima enim hæresis, quæ sacerdotũ cœlibatum labefactare contendit, à Iouiniano (quicquid alij dicant) cæpit, quam Vigilantius, vt Hieronymus ad Riparium epistola 2. refert, impudẽtissimè auxit, non solùm permittens, sed compellens, vt nullus ordinaretur diaconus anteq̃ matrimonium iniret. Hanc ebibit hæresim postmodũ V Vitclefi, vt Thomas V Valdensis tomo 2. de sacramentis. cap. 118. refert. Ac subinde Lutherus in illo suo sæpè damnato libello de abrogandâ missa priuata, Satanica rabie furens, contra clericorum cœlibatũ inuehit dicens, nequaq̃ Papam posse clericis matrimonium interdicere. Hęc omnia illic copiosè art. 1. retulimus, abundeq; perinde illis demõstrauimus, qui Græcanicum morem Latinis impingere affectant, q̃ sit ex visceribus euangelij sancta hęc institutio deducta, vt sacri Ecclesiæ ministri à re vxoria esse debeat alienissimi. Christus etenim ipse, qui vtiq; de intacta virgine natus, virginitatis ipse decus, ecclesiam, ceu columbam candore virgineo nitentem, sibi cõnubio copulauit, id exemplo suo sacerdotes docuit, quibus eandem ecclesiam desponsauit, vt virgini si non virgines, saltim cœlibes fidem seruarent. Mox & cordis nitor, & corporis mundicies, quam tractatio corporis & sanguinis Christi expostulat, id ipsum eos cõmonet. Deinde & altissima meditatio alij q̃ duaq; orationis perseuerantia, & sacrorũ impensissima lectio, quibus dediti esse debent, cõiugali consortio è diametro aduersantur. Præterea solertissima cura, quam erga pauperes, viduas & orphanos gerere tenẽtur, solicitudinem familiæ, vxore & liberis occupatæ non permittit. Neq; verò autoritas & dignitatis splendor, quibus reliquo populo antecellere debent, finit vt cum vxoribus, sicuti reliquum vulgus, misceantur. Præterq; q̃ si liberos fas illis esset procreare, omnes illuc neruos intenderent, vt quasi hæreditario iure illis sacerdotia relinquerẽt. Hæc paucâ ex illa disputatione detrũcauimus, quam solertissimus quisque amplissimam illic & copiosissimam visere meditatiq; potest. ¶ Quo ergo satis præsenti loco faciamus: quæstio hæc geminum habet sensum: primum de ordinibus, quemadmodum susceptiì impedimento sint, ne matrimoniũ deinceps contrahatur. Secundũ verò vice versa quemadmodũ contractum matrimoniũ ordinibus suscipiẽdis viâ claudat. De vno disputabit articulus primus, & de altero secũdus. ¶ Ad priorẽ igitur vnica illaq; bimembri conclusione respõdetur. Ex ordinibus minores quidem, qui sacri nõ censentur, nullum sunt matrimonio contrahendo impedimentum: maiores verò, qui de sacri

Primum.

Secundum.

Primus.

Secundus.

sacri sunt, non solùm contrahendum impediunt, verùm & contractũ dissoluũt. Vtraq; conclusionis pars constitutio est Conci. Carthaginensis can. Placuit, & Leonis Pontificis contra epistolam Nicetæ Abbatis can. Omnium, & can. Seriatim. 32. dist. & Alexãdri decretali citata, de cleri. cõiuga. cap. 1. Multisq; subinde alijs decretis & celebri Occidentalis ecclesiæ vsu est constabilita. Cur autem quatuor minores ordines non dicant sacri: subdiaconatus verò & reliqui duo superiores, vt sacri habeantur, dist. 24. q. 1. art. 4. præscripsimus. Qui enim autumant minores quoque esse sacramenta, aiunt ob id non esse sacros, quòd eorũ vsus non est sacras species eucharistiæ tractare. Nos verò arbitrati sumus ob id non esse sacros, quòd non sunt verè sacramenta. Atq; inde argumẽtum excurgit, q̃ nõ fuerit necessariũ minores illos ministros remouere non vxoria interdiceret: quia neq; illa mentis spiritusq; puritas aut corporis mũdicies eis necessaria sunt, qui sacramẽta nõ administrãt. Minimè verò decet absq; necessitate tantam hominum multitudinem à nuptiarum ritu repellere. Atq; eandẽ ob rem neq; onere persoluendi statis horis sacros psalmos obstringuntur. ¶ Dum autem dicimus maiores ordines matrimonium dissoluere, non intelligimus si fuerat legitimum. Dum enim quis de consensu vxoris religionem vouentis, vel eadem per diuortiũ dimissa sacris initiatur, matrimonium non dissoluitur, sed vsus eius cessat. Dicuntur autem ipsum dirimere, vt in superioribus expositum est, quia post ordines sacros contractum nullum est, vt præter cæteris 27. distin. ¶ Dubium tamen est, quo iure ordo sacer à matrimonio ordinatum cohibeat: vtrùm scilicet iure diuino, vt religionis professio. Quidam enim neotherici, vt Maiores in 4. dist. 24. q. 2. & Clichtoueus lib. de cõtinentia sacerdotali. ca. 13. arbitrantur iure diuino esse prohibitũ sacerdotibus matrimonium: quare, inquiunt, super hoc Papa dispẽsare nõ potest. Neutiquam tamen sententiã suam probant. Arguamus nos ergo in eorũ gratiam. Apparet enim tam intrinseca ratione votum esse ordinibus sacris adnexum, q̃ religioni: & ideo ambo inuicem comparant cap. vnico. de voto lib. 6. Quare sicut iure diuino cum religioso dispensari non potest, vt matrimonium contrahat, ita nec cum sacerdote. Responsio tamẽ huius ex illo discrimine colligitur, quod libr. 7. De iustitia & iure, quæst. 5. art. 3. elucidauimus: nempe, votũ sic esse penitus de ratione religionis, vt eo exclusso religio desinat esse religio. Hoc enim ipsum nomen religionis sonat, quòd solenne votum, quemadmodum si rationale sustuleris, hominem prorsus abstulisti: non tamen sic est intrinsecum sacerdotio. Nil enim repugnat, quominus absq; castitatis voto verè sit homo sacerdos, vt Græcorum mos nobis documento est. Doctrina est S. Thomæ. 2. 2. quæst. 88. arti. 11. Quicquid Caietanus reclamet, quem loco citato satis oppugnauimus. Ex hoc ergo fit consequens, q̃ & si ordo quãdam suapte natura secum adferat congruentiam decentiamq; castitatis matrimonio repugnantem, non tamẽ ex se parit virtutem præcepti, vt eo ipso diuino iure, quo ordinis sacramentum institutum est, sint ordinati à matrimonio prohibiti. Sed præceptum hoc & prohibitio iure põtificio posita est. Quod quidem præceptum ecclesia ex decẽtia functionis sacrorum ordinum deduxit. Et ideo nihilominus potest super eodẽ præcepto dispensare, quanuis dispensatio cum sacerdotibus indecentissima esset, & ecclesiæ pestifera, vt loco citato, De iustitia & iure demõstrauimus. Quocirca pestilentissima est hæresis Lutheri negantis ecclesiam tale præceptum ædere potuisse. ¶ Est tamen animaduertendum discrimen, quod hic S. Tho. inter Græcos & Latinos dignoscit: videlicet, q̃ apud Græcos ordo sacer solùm ex vi ordinis matrimoniũ impedit: & ideo post susceptos ordines neminem nuptias cõciliare permittũt: non tamen habent ordinibus adnexum votum, vt Innoc. ait cap. Cùm olim, de cler. coniuga. Et ideo non solùm cõiugatos sacris initiant, verùm & initiatos in vsu coniugali viuere sinunt, exceptis hebdomadib⁹, quibus altaris ministerio vacant. Vnde in sexta Grẽcorum synodo can. Si quis. dist. 32. Si quis, inquit, eorum qui ad clericatum accedunt, voluerit mulieri nuptiali iure copulari, hoc ante ordinationem diaconatus faciat. At verò Latini non modò propter ordinum dignitatem, verùm & propter votum, quod habent adnexum, à matrimonio ineundo cohibentur: nam licẽt qui ordinatur, votum illic non exprimat, tamen ex statuto ecclesiæ ibidem includitur. Quapropter non solùm ordinati matrimoniũ contrahere prohibẽtur, & si id attentent, nullum est, sed etiam post contractum ab ordinibus suscipiendis excludũtur: nam votum in illis inclusum nõ modò contrahen-

Probatur cõclusio.

Nota.

Dubium.

Argumentum.

Solutio.

Continẽtia ordinib⁹ sacris adnexa iure positiua.

Dispensatio Pontificis.

Discrimẽ.

Latini quare prohibẽtur.

Nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

Discrimen. trahēdo matrimonio, verùm & eius vsui impedimēto est. Extat tñ discriminis plurimũ, q̃ susceptí ordines sacri matrimoniũ, quod pòst attentatur, prorsus tollunt, vt sit nullũ: matrimonium verò cõtractum non sic ordinibus obstat, quin si coniugati illos susceperint, verum sit sacramentũ, vt arti. proximo repetendum restat. ¶ Colligito ex his ergo nusquam gentium ab orbe vsq; redẽpto vsu fuisse receptum, vt sacris ordinibus initiati (saltem presbyteratu) matrimoniũ contrahere permitterentur. Semper emñ in hoc sancto ordinis sacramento illa fuit cognita confessaq; dignitas, vt respuere matrimoniũ crederetur propter illas nuper à nobis insinuatas, & loco citato, De iustitia & iure, amplificatas atq; alijs pluribus auctas rationes. Quocirca, vt illic adnotauimus, demirandum se Caietanus exhibuit. q. 11. primi quodlib. vbi hãc veritatem inficiatus ait, in more Græcis olim fuisse cõtrarium, propter verbum Stephani Papæ can. Aliter. dist. 31. quod est hoc, Græcorum sacerdotes, diaconi & subdiaconi in matrimonio copulantur, ineptam existimãs glossam, quæ verbum, copulantur, exponit: id est, copulato vtuntur. Nam copulant, inquit, non sonat, nisi q̃ post ordines mãimonia contrahunt. Sed re vera verbũ illud passiuum non actionẽ tunc præsentẽ, sed permanentiam in præterito designat, vt ait glossa. Sed absurdius profectò Panor. super c. Cùm olim, de cleri. coniuga. consultum iri ecclesiæ arbitratus est, si sacerdotibus abstinẽre nolẽtibus facultas fieret vxores sibi associandi. Hæc ille. Verum est tñ aliquandiu durasse apud Græcos, vt subdiaconi ad matrimoniũ permitterent, vt Gregorius can. Ante triennũ. 31. dist. insinuat. Imò durum illic reputat eos more Romanæ ecclesiæ vsu vxorio arcerẽ. Quinetiam & diaconi si in ipsa ordinatione protestati essent, q̃ vellent habere vxores, permittebantur illas postmodum accipere. At verò ipse idẽ Gregorius decreto suo inhibuit, quenquã in subdiaconũ ordinari, antequã se castè victurum promisisset, can. Nullum. dist. 28. & can. Multorũ. dist. 31. Et in cõcilio Carthaginensi can. Placuit. dist. 31. atq; alijs supra à nobis allegatis. Ac demũ clerici in sacris de facto contrahentes anathematis cẽsura feriuntur per clem. vnicã. de consang. & affini. officioq; & beneficio priuãtur, cap. Decernimus. & can. De his. 28. distin. & can. Presbyter. ead. distin. iubẽtur deponi. & can. Eos qui. dist. 31. ¶ Quòd si mihi plurimos obiecerís, cũ quibus Papa dispensauit post subdiaconatũ, imò & post diaconatum ad matrimonia cõmigrare. Maioris, & Clicthouei vbi supra, responderent, dispensationẽ non tenere. Id tamen absq; vlla probabilitate. Igitur secundùm veritatẽ respondet, de dispensationis causa, an fuerit legitima, nõ esse nostrum iudicare. Attamen cùm votum, vt diximus, non sit de intrinseca ratione ordinis, sed de iure pontificio, quanuis accidere possit, vt qui hmõi dispensationem petiuit, grauiter peccauerit, tñ facta dispensatione matrimoniũ est firmũ & legitimũ. Quare post pœnitentiã prioris peccati, si aliqd̃ cõmisit, tuta cõscientia debitũ reddere debet, & si dispensationem habet, etiam exigere valet, ac demum in matrimonio perseuerare.

Nota. *Caietanus.* *Glossa cap. Aliter. distin. 31.* *Panormit.* *Gregor.* *obiecis.*

Dilatio.

¶ Ad primum igitur argumentum respõdetur, q̃ etsi quatenus ambo sunt sacramenta, ordo & matrimonium non sibi inuicem adueršentur, vsus tamen matrimonij ordinum functionem dedecet. Illam aũt desponsationem Christi & ecclesiæ dignius ac præstantiùs per sua obsequia spiritualia referunt, nõ habentes alias spõsas nisi ecclesiam, q̃ si alias haberent. ¶ Ad secundum respondetur, ordinem non ob quancunq; rationem spiritualẽ esse impedimentum matrimonio, sed ꝓpter illam, quæ est in tractandis rebus sacris ad eucharistiam pertinentibus: quæ quidem ratio in minoribus ordinibus non inest. At verò cùm beneficiorum possessio in stipendium spiritualiũ obsequiorũ sit instituta, quibus obsequijs exhibendis se se coniugati inidoneos reddunt, ecclesia sanciuit, vt clerici coniugati beneficijs ecclesiasticis expolientur. cap. Sane, & Quod ad te, atque alijs in titulo de clericis coniugat. ¶ Ad tertium iam respõsum est, Græcorum morem non esse ordinatis matrimoniũ permittere, sed cõiugatos ordinari, atqui in vsu coniugali relinquere. De quo vtique more dicere pergimus.

Solutio primi argumẽti. *Solutio secũdi argumẽti.* *Solutio tertij argumẽti.*

ARTICVLVS. II.

Vtrùm matrimonio ordo sacer superuenire possit.

QVæritur secundò vice versa, vtrùm post matrimonium ordo sacer locum habeat. Et arguitur à parte negatiua. Quantùm ordo obstat matrimonio, tantum è conuerso: sed ordo præcedens sic impedit matrimonium, vt nullum sit: ergo & præce-

dens matrimonium eodem modo impedit ordinem: vt nullus imprimatur character. ¶ Secundò arguitur, q̃ saltem si coniugatus inuita vxore ordinetur, nullum recipiat sacramentum. Quoniã tunc ratione voti adnexi atq; ordinum decentiæ nequiret rei vxoriæ vacare, atq; adeò iniuriam irrogaret vxori, quæ ius habet petendi debitum: ordo aũt, cùm res sancta sit, non debet cum iustitia pugnare, præsertim cùm secundùm monitum Apostoli 1. Cor. 7. neuter cõiugum posit sine alterius licẽtia, etiam vt orationi vacet, alterũ in tẽpus defraudare. ¶ In contrariũ est, quòd non minus, imò plus religiosi ad continentiam obligantur, quàm ordinibus consecrati: & nihilominus post matrimoniũ possunt coniuges religionem vouere: ergo & vir ordines suscipere sacros.

Secũdũ argumẽtum. *Pars affirmatiua.* *Decisio quæstionis.*

¶ Quæstio præsens maius nobis negotium exhibet iuxta Græcorum morem, q̃ secundùm Latinorum consuetudinem. Quare distinguẽdum est tum inter matrimonium & eius vsum, tum etiam inter hoc, quod est, ordinem dignè suscipere, & hoc, quod est, ordinem verè suscipere, quanuis illicitè. Atque adeò ad quæstionẽ quatuor conclusionibus respondendũ. ¶ Prima Latinis cum Græcis cõis est. Post matrimonium siue adnuente siue renuente vxore susceptí ordines verè sunt sacramentum. Hoc iam superiori artic. declarauimus. Quoniam ordo est sacramentũ character, hoc est, forma & intentio adest, verè imprimitur: quare siue cõiugatus, siue seruus, siue ante vsum rõnis quisquã cum vera intentione ordinet, verè fit tam sacerdos q̃ diaconus aut subdiaconus. ¶ Secunda cõclusio. Coniugatus cõsentiente vxore iure & more atque adeò licitè põt quoscunq; ordines, etiã sacerdotalẽ, suscipere. Imò verò facto fornicatiõis causa diuortio nulla indiget maritus vxoris facultate, vt licitè vel religionẽ profiteatur, vel initietur ordinibus. Quod autẽ dicimus, consentiente vxore, quod diuus Tho. hic, atque alij doctores aiunt, intelligitur quemadmodum distin. 27. quæst. 2. arti. 5. de ingressu religionis dicebamus. Haud quippe talis consensus sufficit, nisi ipsa religionem approbatam profiteatur, aut sexagenaria sit, tunc emñ potest in seculo manere. ¶ Tertia conclusio. Citra diuortium vxore inscia vel inuita ordines sacros suscipere graue delictum & sacrilegium est. Enimuero hmõi homo & vxori & ordinibus ipsis sacris insignitè iniurius est, quare perpetuò manet ab eorum vsu suspensus. Quinimò, vt Ioannes. 22. in Extrauagan. Antiquæ, de voto, ordinauit, nõ modò in ordine suscepto ministrare cohibetur, verùm & ad superiores ordines prouehi, quod est esse irregularem, neq; aliquod beneficiũ aut officium ecclesiasticum obtinere. Veruntamen per eosdẽ susceptos sacros ordines matrimonium præcedens, etiam si duntaxat ratum fuerit, nondum consummatum, nequaquam dirimitur. Quocirca & vxor debitum petere potest, & ipse tenetur reddere, neutiq̃ tamen exigendi ius habet. Adde q̃ etiã matrimonio, vt ibidem cauetur, soluto per vxoris mortem, manet irregularis, nisi aliquam tunc religionem approbatam fuerit professus: & tunc diœcesanus poterit dispẽsare. Viuente tamen vxore ingredi religionem nequit, nisi ipsa vel sexagenaria sit & consentiat, vel religionẽ pariter ingrediatur. ¶ Quarta conclusio. Ex his sit cõsequens (quod hoc vno excepto casu huius tertiæ conclusionis, q̃ scilicet reclamante vxore tenetur clericus debitum reddere) coniugatus, qui ordines sacros post coniugium quomodocunq; suscipiat, tenetur vitam perpetuò cœlibem viuere. Hæc est conclusio, quam vniuersi supra citati canones constituunt, & ecclesia occidentalis more & vsu perſanctè colit.

Prima conclusio. *Secũda cõclusio.* *Tertia conclusio.* *Irregularis.* *Nota.* *Quarta conclusio.*

¶ Dubium aũt hic grauissimum offertur, atque hac præcipuè tempestate necessariũ scitu, qua non solùm hæretici, verùm alij, qui catholicorum nomine cẽsentur, vt sacerdotes cum vxoribus copulentur, optant & procurant, vtrùm Græcorum cõtrarius mos in aliqua legitima synodo, aut ecclesiæ autoritate, aut deductione ex sacris literis fundamentũ habeat, an verò præter legem & rationẽ fuerit inuectũ, ac perinde ab ecclesia Latina, ceu alij eius gentis errores, permissus. Enimuerò vniuersi ferè Doctores illum morem tanquã legitimum existimant, imò nõnulli canones id insinuare censentur. Attamen si res penitiùs oculatiùsque inspiciatur, longè contra, ni fallor, iudicabitur. Quocirca eod. libro nostro citato septimo, De iustitia & iure q. 6. artic. 2. latissimam & locupletissimam disputationem scripsimus, vtrùm sacerdotalis continẽtia ab ipsis statim ecclesiæ incunabulis cœperit. Vbi partem affirmatiuam non modò coniecturis, verum & rationibus & autoritatibus fultam curauimus. Quando enim alia non esset ratio, mos ipse illorum id vtiq; docet. Cùm enim constitutissimum illis sit post susce-

Mos Græcorũ vnde ortus. *Illicitum illorũ & permissum.* *Continẽtia ordinib̃ sacris adnexa.*

Universidad de Deusto Biblioteca

susceptos ordines nemini matrimoniũ permittere, eodem more fatentur eos, qui ante matrimoniũ sacro clericatui addicuntur, ad cœlibatum teneri. Si ergo ita est, inde consequitur, vt coniugatos nullatenus ad ordines admittere debeant, nisi voto etiam castitatis cœlibatum profiteantur. Nam si cõiugatos, qui postmodum ordinantur, in vsu coniugij viuere sinunt, quidnam causæ esse potuit legitimæ, vt ordinatis matrimonia interdiceerent? Quandoquidem cùm ipsa sacrorum ordinum functio eadẽ sit in omnibus, eandẽq; subinde vitæ mundiciem exigat: vnde proinde iniquum sit, vt alij cœlibes viuere cogantur, alij verò cum vxoribus permittãtur. Nãratio Clichtouæi, quòd propter dignitatem ordinis non permittuntur ordinati ad matrimoniũ retrocedere, profectò nulla est. Quoniam si votum excludas, tam indecens apparet coniugatum ordinari, q̃ ordinatũ coniugari. Sed ais, In primitiua ecclesia erat raritas Christianorum, qui idoneè possent ad sacerdotium promoueri, & ideo admittebãtur cõiugati. Hanc equidem veritatẽ fateor. Attamen non tanta erat raritas coniugatorũ, qui non sua sponte consentiẽtibus vxoribus dũ ordinibus initiabãtur, votum castitatis emitterẽt. ¶Quare profectò nõ dubito, quin tũc id fiebat, sicuti modò Latinà ecclesia more seruat: videlicet, q̃ sine consensu & voto vxoris nemo ordinabatur, & ordinatus voto se quoq; cœlibatus cõstringebat. Nisi q̃ tũc vxores non cogebantur religionem ingredi (quia nec erant hmõi monasteria) sed satisillis erat votum simplex castitatis emittere, & alebantur ab ipsis maritis iam ordinatis, & fortasse nõ in eadem domo cõmorantibus. Quapropter votum castitatis semper fuit à lata euãgelica lege ordinibus sacris adnexũ. Id quod inde præterea constat, q̃ aliàs nunq̃ ecclesia Latina tam graue onus sacerdotibus imponeret, nisi per apostolos edocta. Accedit, q̃ Calixtus, qui autor fuit canonis citati Presbyteris, distin. 27. antiquissimus est: scilicet, anno domini ducentesimo quartodecimo: nempe, centum annis ante Nicenũ concilium. Et illic dicit Calixtus, q̃ cõtracta matrimonia à presbyteris, diaconis & subdiaconis separari debent iuxta sacrorum canonũ definitionem. Vbi docet à primordijs ecclesiæ definitum esse, vt ordinibus sacris votum sit adnexum. Vnde Epiphanius antiquissimus autor tomo. 1. libr. 2. in hæresi Catharorum, Ecclesia, inquit, post Christi aduentum eos non suscipit ad sacerdotium, qui mortua vxore aliam duxerint, imò neq; eum, qui viuentem vxorẽ habet, & filios gignit, sed eũ, qui se ab ea continuit. Quod si alij (ad Græcos alludens) cõtra faciunt, non iuxta canonem, sed iuxta hominũ mentẽ, quæ per tempus elanguit, id faciunt. Et tomo. 2. lib. 3. circa finem expressè ait, non esse ad sacerdotium admittẽdos, nisi eos, qui virgines sunt, aut cõtinentiã à proprijs vxoribus seruant. ¶Pluribus hanc veritatem illic constituimus, visat cui libuerit. Vbi ostendimus Græcos errorẽ Vigilantij in hac parte fuisse secutos: quoniã non solùm permittunt presbyteros rei vxoriæ vacare, verùm neminẽ ordinãt, nisi priùs interrogatus responderit, coniugatum esse: quod re vera inter sacros canones nusquã reperitur. Nam canõ sextæ synodi, Si quis cui synodo ipsi nituntur. 31. dist. non habet, nisi q̃ si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Quãuis nec ille canon firma pollear autoritate. Sed illa fuit hæresis Vigilantij, vt ait ad Cromãtium Hierony. & Nicolaitarum, vt refert lib. de hæresibus Augu. qui sic verbum illud Paulinum intelligebant, Oportet presbyterum esse vnius vxoris virum, quasi verbum, oportet, esset præceptum, ita q̃ nemo nisi cõiugatus ordinaretur ad sacrilegas fornicatiões cauẽdas. Quem postea errorem Nicæta Græcus suæ genti persuasit, vt Vmbertus Leonis noni legatus in lib. contra ipsum refert. Quiquidem Pontifex veritatem euangelicã contra ipsum Nicætam abbatem, ac subinde cõtra Græcos constituit, can. Omnino. 31. dist. Omnino, inquit, confitemur non licere episcopo, presbytero aut diacono propriã vxorem causa religiõis à cura sua abijcere, sed vt ei victum & vestitum largiatur, sed non eum ea carnaliter ex more iaceat. Sicut sanctos apostolos legimus egisse. ¶Quocirca Gratianus illum canon. Quoniam. 31. distin. non debuisset ex sexta synodo tam syncerè interpretari decreta referre, quiquidem canõ, vt iacet, videtur Græcis patrocinari, cùm tũ boni autores, vt Albertus Pygius, atque alij, satis doceant non fuisse canonem illum in sexta synodo æditum, sed viginti septem pòst annis, vt ex tertio canone eiusdẽ sextæ synodi colligitur. Imò verò neq; verba illius canonis autoritatem aut maiestatem aliquam præ se ferunt, sed inuidiam & odium sacrosanctæ Romanę ecclesiæ, quod sanctam synodum non decebat.

Ratio Clichtouæi. *Obiectio.* *Dilutio.* *Vxores ordinatorũ.* *Calixtus.* *Epiphanius.* *Idem.* *Vigilantij errores.* *Can. si qui.* *Paulinus.* *Leo. Pontifex.* *Omnino.* *Gratianus.* *Pygius.*

Canon. Quoniã. 31. dist. decebat. Audi verba. Quoniã in Romani ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt diaconi vel presbyteri conteri q̃ non suis iam copulẽtur vxoribus antiquum sequentes canonem apostolicæ diligentiæ, & constitutiones sacrorum virorum legales nuptias amodò valere volumus, nullo modo cum vxoribus suis eorum connubia dissoluentes aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tẽpore opportuno. ¶Hęc ibi. In primis hinc conijcitur illic tunc nõ sedisse Romanum legatum, nam in præsentia illius non fuisset canon Romanus tam indignè abiectus sub illis verbis, antiquum nos sequentes canonem apostolicæ diligentię, & constitutiones sacrorum virorum. Imò quãuis illic non sedisset, videtur verba illa nescio quid insolentiæ redolère atq; odij sacerdotalis castitatis, ac perinde ecclesiæ Romanæ. Præterquam quòd canon ille, apostolicæ diligentiæ, illic citatus nullibi extat: nã glossa, quæ dicit referri ad Paulinum verbũ, ne concingas seipsos defraudent, cõmentitia est: q̃m Paulinum verbum, de secularibus coniugijs intelligitur, illud ergo ad cõnubium sacerdotum confirmandũ afferre, iniquissima esset collectio. Item dũ subdit, & cõstitutiones sacrorum virorum, non alludit ad Paulũ. Quapropter non fit allusio nisi ad conciliũ Carthaginense secũdum & sextum. Fuit autem temeritas concilium prouinciale œcumenico Romano anteferre. Præterquàm q̃ ipse synodi Carthaginenses cum ecclesia Romana expressissimè sentiunt, vt patet can. Episcopus. dist. 31. & can. Cùm in præterito, & Cùm de quorundam. dist. 84. Sed illi Græci consilio sui Nicætæ prædictos canones deprauarunt. Et vbi legitur, in dict. cap. Cùm de quorundam Placuit, episcopos, presbyteros & diaconos secundùm priora statuta (scilicet præcedentiũ Conciliorum Carthaginensiũ) ab vxoribus continère, adiecerunt, Cùm instaret tempus sacrificij. Ac subinde addiderunt, vt sacerdotes tempore ordinatiõis profiteri castitatẽ non cogerẽtur. Et ideo Adrianus illam synodum, quia corruptam intellexit, noluit suscipere, nisi quatenus Romanis institutis non repugnaret. Pariter & quintũ Apostolorum canonem præuaricati sunt, & refertur can. Si quis docuerit. dist. 28. Est emẽ canon, Ne episcopi, presbyteri aut diaconi vxores suas prætextu religiõis abijciant, quẽquidem ipsi intelligunt, quasi præceptũ sit, vt illis vtantur. Cùm tamẽ non sit intelligendus, nisi sicut Leo nonus cap. Omnino, citato interpretatur, vt non omnino eijciant, sed victum & vestitum suppeditent, tamẽ absq; tori contubernio. Et similiter detruncant & vitiant verbum epistolæ cuiusdãm, quæ dicitur Clementis, vbi habetur, Ministri altaris ad dominica tales eligãtur officia, qui si semper continere noluerint, ante ordinationem coniuges suas nouerint. Ipsi amputarunt, si semper continere noluerint, interpretantes illud esse præceptum, ne quis ad sacerdotiũ eligatur anteq̃ sit cõiugatus. Alia quamplura illic coagmẽtauimus, vt Græcorum vsum ostenderemus nulla fulciri legitima autoritate aut ratione, sed esse errorẽ aduersus primũ Apostolorum institutum. Quare can. Quæsitum. de pœnitẽ. & remissio. & can. Aliter. 21. dist. & cap. Cùm olim. de clericis coniuga. & alij plures, quibus asseritur Orientalem ecclesiam non admisisse votum adnexum ordinibus, nõ refertur ille vsus tanq̃ legitimus, sed tanq̃ error à Latinis toleratus. ¶Restat tamen verbum Nicenæ synodi, quod refert can. Nicena. 31. dist. quod contra nos pugnare videtur. Cùm enim illic de hac re sentẽtia interrogaretur, Pamnutius coniugalem concubitum respondit sacerdotibus permittendum. Cui quidem sentẽtiæ reliqui patres auscultarunt. Ad hoc autem illic respõdimus, illam historiam inter canones Nicenæ synodi non extare, sed Gratianus ex Cassiodoro desumpsit lib. 2. Tripartitæ. capi. 14. Et re vera si illud decretum illic fuit sancitum, missũ est quomodo in illo eiusdem synodi canone, quo fœminæ à domibus sacerdotum expelli iussæ sunt, excepta matre, sorore aut auia, nõ fuerit pariter excepta vxor, si sacerdoti cohabitare fas erat. Sed vt fidei historicæ nõ derogemus, respondetur, q̃ quia iam tunc corruptis sacerdotũ moribus, vt ex Epiphanio citauimus, cœperant cum vxoribus habitare, synodusq; cogitaret rem ad primæuũ institutũ reuocare, ille bonus pater, quia id facilè fieri posse non videbat, cõsuluit permittendum esse abusum, potiùs q̃ nationẽ Græcam deturbandam, sicut modò ecclesia illos permittit liberè. Et simili modo intelligẽdus est canon. Si quis discerni. 28. dist. vbi inbet, quòd sacerdotes nolentes abstinere, nõ sunt ideo à sacris arcendi. Et per hæc respõdetur illis, qui nos hic rogabunt, vtrùm sacerdotes Græci nunc in peccato perseuerẽt vxoribus vtentes. Respõdetur, inquam, q̃ cùm votum castitatis adnexum ordinibus non sit de iure di-

Canon. Quoniã. 31. dist. *Romanus legatus illic non sedit.* *Nota.* *Canon. Si qui. dist. 28.* *Epistol. Clementis.* *Intellectus plurium canonum.* *Cano. Nicena. 31. dist.* *Solutio. 1.* *Solutio. 2.* *Dubium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

re diuino, sed Pontificio, videtur ecclesia latina eorum tolerando duriciē, cum illis dispēsare. Hæc ex illa copiosa nostra disputatione decerpsimus, reliqua illuc vise.

Solutio primi argum. ¶Ad primum igitur argumentum negatur maior. Ordo nanq; est sacramentum secum adferens characterē atq; adeò causam à Deo determinatam, neq; ex nostro consensu dependentem. Quare matrimoniū præcedens non obstat, quominus si coniugatus illud velit recipere, si adsit materia & forma, illud suscipiat. Matrimonium verò, quia ex consensu contrahentiū pendet tanq ex causa, subinde quoq; pēdet ex ecclesiæ arbitrio, quæ potest nostrum consensum irritare: & ideo matrimonium post sacros ordines contractum non tenet. Non ergo matrimonium tanta vi obstat ordini, quāta ordo matrimonio. ¶Ad secundum per secundam & tertiam conclusionem responsum est, q scilicet, si quis sine vxoris licētia ordinetur, peccat grauiter, sed nihilominus sacramentum tenet, cuius essentia (vt modò dicebamus) à voluntate humana non pendet. Et quanuis aliquatenus nexum coniugalem violet, nihilominus contra iustitiam vxoris non facit, quia ab obligatione reddendi debitum non absoluitur. Si autem id de eius licentia faciat, nullam ei irrogat iniuriam. Imò & Græci quanuis post sacerdotiū cum vxoribus cohabitent, nequeūt tamen absq; earum facultate ad ordines promoueri, ppterea q per intercalatas hebdomadas torum ab illis separant.

Solutio secūdi argumē.

De Græcis.

QVAESTIO SEcunda, De impedimento voti.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm votum simplex sit matrimonij impedimentum ipsum dirimens.

Magistri Sententiarum interpretes ipsum secuti occasione huius, q votum impedit matrimonium, totam materiam de voto, quæ latissimè patet, præsenti loco pertractant. Ob id præsertim, q cùm Magister ipse de doctrina philosophiæ moralis non seorsum tractauerit, Theologi fragmenta moralia quauis nacta occasione in libris sententiarū frustratim interserunt. Atverò huiusmodi disputationes ordinis luce carent. Atq; eam ob rem diuus Tho. de virtutibus moralibus ac theologicis selectissimè, simul ac locupletissimè secundam partem suę summæ composuit, atq; adeò in materia iustitiæ, ad quam disputatio voti spectat: nempe. 2.2.q.88. disertè affatimq; disseruit: & nos totum septimum librum, De iustitia & iure hac eadem voti tractatione totum insumpsimus. Quapropter impræsentiarū molestissimos nos exhiberemus, si eandem repeteremus materiam. Rursum, quia dixit hic Magister, q solenne votum violare peccatū est & scandalū, ansam inde Sententiarij arripuerunt, totam tractandi materiā scandali, cùm tū tractatio hæc ad materiam attineat charitatis. Quapropter S. Tho. 2.2.q.43. hunc tractatum appositè collocauit. Aliud verò impedimentum ligaminis, quod hic Magister immiscuit, dist. præcedēti nos aptiùs præmisimus. Ac simul de coniuge, qui alterū arbitratus defunctum, ad alias se transfert nuptias: nam hæc non sunt religionis, vt ordo & votum, sed ligaminis impedimenta. Nobis igitur de tota dist. 38. vt est apud Magistrum, nihil fermè quod dicamus, fit reliquum. Quæ quidem vna fuit causa, vt impedimentū ordinis huc transferremus, quod est cum impedimento voti coniunctum. ¶Vt ergo quod de materia voti ad hunc locum attinet, de illo septimo libro, De iustitia & iure abscindamus, quæritur vtrùm votum simplex sit impedimentum matrimonium dirimens. Et arguitur à parte affirmatiua. Vinculū fortius illud, quod debilius est, abrumpit: vinculum autem voti simplicis nexu matrimonij fortius est: ergo illum dissoluit. ¶Secundò. Præceptum Dei valentius est, q præceptum ecclesiæ: sed præceptum ecclesiæ, quo consanguinei prohibentur contrahere, matrimonium dirimit: ergo & præceptum Dei de voto ipsi reddendo eundem habet effectū. ¶In contrarium est sententia Bonifacij, de voto cap. vnico. lib. 6. vbi ait, q etsi vota simplicia quandoq; impediant matrimonium contrahendum, non tamen rescindere possunt matrimonia pòst contracta.

Rejicit quæ antea adinuenerat.

Parte affirmatiua.

Primus gr.

Secundus gr.

Tertius gr.

Parte negatiua.

Ratio sanctissima.

¶Ad solutionem quęstionis primum suppo nendum est, quòd votum, vt ait hic Magister sententiarum est testificatio promissionis spontaneæ, quæ Deo & de ijs, quæ Dei

Voti finitio explicata.

sunt propriè fieri debet. Quam definitionē lib. illo nostro septimo citato, De iustitia & iure. q. 1. artic. 2. explicitam curauimus. Non enim ad rationem voti sufficit propositū aliquid agendi, nisi accedat deliberata promissio, siue interna siue externa. Et dicitur testificatio, quia ad maiorem firmitatem solebat vouens adhibere testes, imò & nonnunq; scripturā, can. Omnes fœminæ. 27. q. 1. quāuis si secretè, imò & internè in corde Deo fiat, ipse pro mille testibus sufficiat. Quare, pmissio, quæ nec Deo nec eius sit diuis, sed mortalib hominibus, minimè voti nomine censetur.

Votum duplex. ¶Ex omnibus verò voti generibus quod ad nostrum spectat propositum solum est votum castitatis aut religionis. Id quod, alijs etiam diuisionibus prætermissis, diuiditur in simplex & solenne. De priori præsenti articulo agitur, & de solenni in subsequēti. Sed quia ad hoc propositum magni refert discriminen hoc internoscere, notanda ea sunt, quæ eod. lib. quæst. 2. art. 5. scripta reliquimus. Caietanus. ieta, quippe. 2.2. quæst. 88. arti. 7. arbitrat, votum solenne non aliter à simplici, quàm solo ecclesiæ statuto differre, quæ vtiq; statuit, vt votum solenne non dicatur nisi cum tali ceremonia. Nam vt habetur eod. cap. vnico. de voto lib. 6. solennitas voti sola institutione ecclesiæ est inuenta. Quare ecclesia, vt ait Caieta, statuere posset, vt votum coram tribus testibus emissum haberetur solenne, quanuis in manu superioris non fieret. Et eadem est opinio Scoti dist. præsenti, & Paludani, vt articu. proximo videbitur. At verò S. Tho. illo artic. citato, in. 2.2. & impræsentiarum longè exactiùs rei punctum attingit. Ait quippe essentiale discrimen esse, q votū simplex nō aliud est, q promissio quædam, solenne verò est traditio in possessionem alterius: nempe, Dei. Et eadem est opinio Ricardi distin. præsenti artic. 7. quæst. 2. & Bonauenturæ atque Alexandri, & omnium antiquorum theologorum. Sicuti inter homines aliud est, rem quamlibet alteri promittere, aliud verò eam in eius possessionem traducere: nam per simplicem promissionem non transfertur dominium, sed penes promittentem remanet. Et probat hoc optimè D. Tho. quoniam si solenne votum solo statuto ecclesiæ, & non diuino iure hominem faceret religiosum matrimonioq; inhabilem, consequeretur inde per contrarium eiusdem ecclesiæ statutū fieri posse, vt votū solēne sub dispensatione caderet: quod D. Tho. & quotquot fuerūt clarissimi autores nunq; sunt concedere ausi. At verò Caietanus inde ex suo peruerso principio solennitatis voti collegit esse dispensabile. De hoc tamē illic latissimè disputauimus, & articulo proximo dicemus. ¶Quod ergo ad rem modò satis fuerit adnotare, est, quòd dùm Bonifacius ait, voti solennitatem ex sola constitutione ecclesiæ inuentam, sic intelligitur, quòd cùm solenne votum sit traditio personæ: & traditio non fit nisi vbi persona recipitur, illa ceremonia, qua ecclesia personam Dei nomine recipit, inuenta est ecclesiastico statuto. Attamen substantia solēnis voti non cōsistit, nisi in traditione ipsa, & trāslatione dominij, qua homo sub alterius potestate fit. Vnde si Papa statueret, quòd votū coram tribus testibus emissum iudicaret solenne, illam reputaret traditionem & à vouē te factam & ab ipsa ecclesia receptam. Sed re vera statutum illud minimè deceret. Et ideo ecclesia nunquam ab spiritu sancto id facere permittetur. ¶Et quanuis Glossa in ca. Rursus. qui clerici vel vouen. referat tres modos voti solennis, reducuntur tamen illi ad duos: scilicet, per religionis professionem, & per susceptionē sacri ordinis, vt statuit Bonifacius, cap. vnico. de voto lib. 6. nam tertius modus, qui est per susceptionem habitus, qui à professis indui consuenit, in primum recidit. Vnde fit, non idem esse votum publicum, & solenne. Publicum enim est, quod coram testibus suscipitur, etiam si sit simplex. Solenne verò est, quo homo se prælato nomine Dei tradit, quod & secretè fieri potest.

Caietanus.

Intellectus capi. vnici. de voto i. 6.

Votum bifariam fit solenne.

¶Ad quæstionem ergo quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Post votum simplex castitatis, religionis aut sacri ordinis ad coniugium transmigrare scelus mortale est, idemq; ingens: quippe cùm tunc Deo fides frangatur. Atq; hic est intellectus verbi Cælestini in cap. Rursus, qui clerici vel vouētes, dicentis, q simplex votum apud Deum non minus obliget, quàm solenne. Non enim intelligit, quod perinde simplex votum matrimonium dirimat, ac solenne, sed q sit etiam peccatum mortale simplex defrangere, sicut solenne, quanuis non tantū. Nam vt ait Magister dist. præsenti, simplex violare, peccatū est, solenne verò peccatum & scandalum. Et ratio conclusionis est, quòd qui solutionem obligationis impossibilem reddit, fidifragus est: matrimoniū autem è diametro voto castitatis opponitur, quippe cùm coniux lege iustitiæ teneatur alteri debitū coniugale solu-

Prima conclusio.

Intellectus ca. Rursus.

Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uere: ergo in matrimonium eum, qui vouit, cõtrahere, peccatum mortale estimo, vt verbis Hieronymi vtamur, Vouentibus virginitatẽ non solùm nubere, sed velle nubere damnabile est, distin. 27. Et can. subsequenti, Si nupserit virgo non peccat: non illa virgo, quæ semet cultui diuino dedicauit. Harum autẽ si quis nupserit habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit, etiam de simplici voto intelligit. Et est allusio ad illud Pauli. 1. ad Timoth. 5. Adolescentiores viduas deuita: cùm enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Loquitur enim de viduis, quæ votum simplex castitatis emiserant. ¶ Atqui super voto simplici perpetuæ castitatis solus Papa dispensare potest, vt libr. 7. citato. De iusti. & iure. q. 4. artic. 1. & 2. late monstrauimus. Idq; iusta de causa: quare ille, cum quo sine causa dispensatur, non manet tutus in conscientia, vt lib. 1. eiusdẽ operis. q. 7. art. 3. dicebamus. Animaduertendum tamen est, q̃ votum precisè non contrahendi matrimonium, non est votum castitatis, neq; per fornicationẽ violatur: & ideo super eiusmodi voto episcopus pōt dispensare. Sicuti fortè & super votum castitatis non perpetuæ, sed in tempus: quia illud non dicitur propriè votum castitatis. ¶ Secũda cõclusio. Matrimonium post votum simplex contractum, siue castitatis sit, siue religionis aut ordinis, firmum est & solidũ. Itaque huiusmodi votum matrimonium impedit contrahiendum, non tamen dirimit contractum: etiam si votum fuerit iureiurando confirmatum. Conclusio est Bonifacij loco citato, & Alexandri. 3. cap. Consuluit, & Cælestini cap. Rursus, qui cleri. vel vouen. Vnde illud Augustini de bono coniugali, quod refertur can. Quidam, dist. 27. de voto simplici intelligendum est, Quidam nubẽtes post votum asserunt adulteros esse: ego aūt dico vobis q̃ graviter peccant qui tales diuidūt. Et similiter proximus can. Si vir. Rationẽ conclusioni hanc, Magister sentent. subdit: quia votum simplex, eo q̃ fuerit occultũ, probari non pōt, & ideo nō dirimit. ¶ Ratio aūt nullius est ponderis, quia etiam si legitimè probaretur, matrimoniũ non iudicaretur dissolvendum. Rationem ergo optimã, subiungit hanc D. Tho. Qui rem suã promisit, nō subinde dominio eiusdem rei expoliatus est: votum aūt simplex non est aliud q̃ promissio, qua se homo Deo pollicet cõtinenter viuere: ergo per hmõi votum dominium sui nondũ amittit: quicunq; autem habet dominiũ rei, potest alteri tradere, saltem traditio tenebit, quanuis si alteri eam obligauerat, peccet. Et enim etsi ego Petro decẽ fuerim aureos pollicitus, si illos Paulo dono, firma est donatio: ergo si qui votum simplex emisit in matrimonium se alteri dedat, contractus tenet, atque adeò sacramẽtum indissolubile celebratur. Neq; vllo pacto commentatio Hugonis in præfato c. Rursus, cui Bernardus illic adstipulatur, audienda est, dicentis votum simplex perpetuæ continentiæ absq; vlla solennitate matrimoniũ dirimere: qm̃ non solùm decretum ecclesiæ capi. vnico, de voto lib. 6. ei refragatur, vbi solum votum solenne sancitur matrimoniũ dirimere, verùm & ratio modò facta: quia tale votum nō est nisi promissio. Sed isti non solent rationes rerũ consulere. ¶ Contra has tamen duas conclusiões exurgit extemplò argumentum, quod secũ inuicem ambæ pugnent. Contractus enim, per quem quispiã ad id se obligat, quod est delictum, irritus est natura sua: quia nemo se potest ad delinquendũ obligare: nempe, ad furtum vel homicidium perpetrandum: qui aūt post votum se matrimonio cõplicat, peccatum facit: ergo cõtractus non tenet. Item, quando datio aliqua est per legem prohibita, nō tenet, vt si quis per simoniam sacerdotium alteri contulerit, quemadmodum ait Sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 62. artic. 5. traditio autem personæ per matrimonium est ei prohibita, qui votum simplex emisit: ergo huiusmodi traditio non tenet.

¶ Ad primum respōdetur, fallaciam in argumento latẽre. Nam etsi contractus, per quẽ homo ad delinquendũ se obligat, nō tenet, non tũ inde sequitur, q̃ omnis donatio, quæ per se est peccatum, sit inualida. Qui enim sua bona prodigè donat, prodigalitatis peccatũ committit, & tũ donatio tenet. Quod si rursum redarguas. Cõiugatus obligat se ad reddendũ debitum: ergo ad peccandũ. Negatur consequentia, quia reddere non est peccatũ ad exigendum tũ non se obligat. Ad secundum respondetur, q̃ datio alicuius rei potest esse illicita dupliciter, vno modo quia datio ipsa per se ex natura rei est illicita, atque adeò prohibita, vt emptio & venditio simoniaca, quia spiritualia non sunt mercatu venalia. Alio modo, quia prohibita est & illicita, nō quatenus datio est, ratione generis & substantiæ dationis, sed ratione circũstantiæ scilicet,

Hieronym.
Papa dispensat.
Cum causa.
Nota.
Secunda cõclusio.
Cõfirmatio.
Augu.
Ratio Sancti Thomæ.

scilicet, quia excessiua est, vt donatio prodiga, vel ratione subiecti, quia alteri virtuti repugnat. Datio ergo prioris generis nulla est, datio verò secundi est valida. Et hoc secũdo modo traditio per matrimoniũ ab eo, qui fecit votum, est illicita, nõ q̃ matrimoniũ per se illicitum sit, sed ratione subiecti, quia repugnat promissioni castitatis, quam fecit. Et ideo quãuis datio sit illicita, nihilominus, tenet. Precium aūt, quod datur meretrici, non est ad propositum: quia datio illa licita est, licèt pro re fiat absurda. ¶ Contra primam cõclusionem forsan quis iterum arguat, q̃ contrahere matrimonium post votum simplex non sit peccatũ, sed illud per copulã consummare: quia pōt ante consummationem votũ castitatis per ingressum religiõis implere. Ita sentiunt & docent Sum. Angelica & Calder. super citato cap. Rursus, atq; alij. Attamẽ dicendũ potiùs, q̃ non solùm consummare, verùm & cõtrahere peccatũ est, vt bene ait in præsentiarũ S. Tho. cum toto Theologorũ cetu. Nam si nō fiat animo ingrediendi religionẽ, res est liquida, si tũ fiat illo animo, illudetur coniux: quippe cùm matrimonium nō nisi, ꝓposito consummãdi pacisci consueuerit, vt supra dist. 27. q. 2. art. 5. super cap. Cõmissum, de sponsalib. dicebamus. Item quia per contractũ matrimonij tradit cõiux potestatẽ sui corporis alteri, per quod iniuria irrogatur voto. Quare beata virgo, vt supra diximus non creditur votũ emisisse anteq̃ matrimoniũ cõtraheret: preterea quia aliud est expresè contra canones supra citatos. 27. di. & tit. Qui clerici vel vouẽtes &c. quibus caueẽ, ne post votũ simplex matrimoniũ contrahatur. ¶ Quid autẽ remedij adhibendũ si post hmõi simplex votũ matrimoniũ contrahat. Rñdetur, q̃ si fuerit votũ religionis etiã post ratum matrimoniũ, anteq̃ cõsummetur, vis obligatoria durat, vt teneatur ille etiam tunc inuitam vxorẽ dimittere, & religionẽ ingredi. Neq; poterit tunc eps dispẽsare, sed solus Papa. Nam cùm tũc res integra sit, vt possit religionẽ optare, tenetur quidẽ. Consummato aūt matrimonio id, nisi de cõsensu vxoris religionẽ etiam ꝓfitentis, facere nequit. Imò vero quanuis votũ non nisi castitatis emiserit, ait Sylvester verb. Matrimoniũ. 7. q. 5. ad eundẽ religionis ingressum qui vouit, tenetur: quia illo modo, & non alio, pōt votum implere. Durum tũ est eiusmodi hominem in tam arctas angustias adigere: non enim tenetur votum castitatis cum tanto dispẽdio implere, nisi suapte sponte voluerit. Quare satis ei est delicti pœnitere, & debitum citra exactionem reddere. Atq; idem dixerim si votũ emiserit sacri ordinis: nam religio est res ardua. Qui verò post ratum matrimonium religionem ingreditur, & quia bona fide eam experienti non videtur tolerabilis, ad seculũ regreditur, tenetur ad idem matrimoniũ redire: quia vsque ad professionem non dirimitur. ¶ Aliud verò ex supradictis dubiolum emergit, vtrùm præter peccatũ, quod est matrimonium cõtrahere, aliud sit nouum illud consummare. Arguitur enim sic esse, saltem si votum fuit religionis: quoniam cùm post ratas nuptias integrum illi sit religionem ingredi antequam consummet, consummatio ipsa, per quam fit iam remedium impossibile, erit peccatum. Et ita D. Tho. præsenti distin. q. 1. art. 3. & Ricard. arti. 7. q. 1. cẽsent. Sed ex altera parte pugnat argumentum, quia non apparet, quòd per matrimoniũ post votum committatur nisi vnum peccatum: quare si illud committitur contrahendo, non cõmittitur aliud consummando. Responderi profectò potest, quòd contrahere sit vnum peccatum, propterea q̃ tunc contrahens facit facultatem sui corporis alteri, quæ est iniuria voti. Item si votum præcessit religionis; tunc aliud peccatum committit consummãdo, quanuis id faciat reddendo debitum prima vice: quia illuc vsq; durabat obligatio voti: & tunc fit impletio eius impossibilis, Et de isto voto satis est diuum Thomam intellige re. Qui verò votum tantùm fecit castitatis, si post ratum non tenetur religionem ingredi, vt diximus, fit vt neq; consummãdo peccet, nisi id exigendo debitum faciat. ¶ Tertia cõclusio. Qui post votum simplex solius castitatis matrimonij se vinculo innodauit, petere nequit debitum, reddere tũ tenetur. Decisio est cap. Quidam, & cap. Placet. de conuersio. coniug. & à simili in c. Transmissæ, de eo qui cogno. cõsang. vxor. Tametsi nõnulli ex sacrorũ canonũ interpretib⁹, quia omnia in opinionẽ vertunt, opinentur, q̃ cùm primùm ille qui vouit, debitũ exigit, tũc peccat, postmodũ verò minimè. Quorũ est Host. & Cardina. super dict. c. Rursus, atq; alij, quos citat glossa in c. Si quis post votũ. 27. q. 1. Est tamẽ opinio omni probabilitate destituta: nã votum perpetuę castitatis ad sui obseruationẽ, quandiu in facultate vouẽtis fuerit, obligat. Includit enim negationem: scilicet, q̃ nunq̃ se vouens polluet. Quod isti nō animaduertunt,

Precium turpe. Obiectio.
Angelus. Sentẽtia auctoris.
Obiectio.
Obiectio.
Obiectio.
Obiectio.
Obiectio.
Sylvester.
Sentẽtia auctoris.
Sentẽtia auctoris.
Post ratum matrimo.
Dubiolum.
Dilutio.
Tertia cõclusio.
Sentẽtia auctoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunt. Et ideo nulla est vel apparens ratio, quòd in illa prima transgresiõe voti obligatio extinguatur. Sed quocunque actu se ille polluit, votum frangit: perinde acsi lex diuina esset, ne se polluere t: habet enim votum illud vim perpetuæ legis. Et confirmatur autoritate citatorũ canonũ de conuersio. coniuga. atq; aliorum similium, quibus simpliciter vouens arcetur, ne debitum exigat. Atq; hæc est S. Thomæ, Ricardi, & omnium theologorũ concors sentẽtia. Cui & plana demũ accedit alia ratio: nã si ille qui vouerat, postea fiat vxore viduus, tenetur castitatem perpetuò seruare: nunquam ergo obligatio extinguitur, nisi fiat super ea dispensatio. Reddere tamẽ ob id tenetur, quod ex natura matrimonij exurgit obligatoria illa iustitia: nã, vt ait Paul. vir non habet potestatẽ corporis sui, sed mulier, & vice versa. Quòd si obijcias, coniuges debere esse pares in exigendo. Respondetur id verum esse, nisi alter sua sponte iuri suo per votum renũciauerit. ¶ Reddere etiam debet virtualiter petenti, vt si vxor præ verecũdia non petat, debet se vir, qui votum fecerat, insinuare. Potest tamen episcopus iusta de causa, vt si non pateat accessus ad Vrbem, vel alia vrgenti, super illa petitione debiti dispensare, imò debet ad cauẽdum periculum. Haud tamen ob id dispensare potest simpliciter super voto (nisi solus Papa) quominus defuncto coniuge teneatur votũ seruare. ¶ Quarta conclusio. Qui votum emisit simplex religionis non explicando castitatem, si postea vxorem accipiat, non solùm reddere debet, verùm & exigere absq; vlla dispensatione debitum valet. Hanc conclusionem eod. lib. 7. De iustitia & iure. q. 2. artic. 1. demonstrauimus. Qui enim religionem vouet, ad id solùm obligatur, vt illum religiõis statum suscipiat: attamẽ quo vsq; illum profiteatur, ceremonijs ac legibus eiusdem status nõ perstringitur: quia obligatio illarum legum ex professione status emergit. Quemadmodum licẽt vniuersi mortales ad baptismi sacramentum suscipiendum teneãtur, tamen quousque eodem baptismate intingantur, peculiaribus Christianismi legibus non subduntur. Atque id in voto religionis mos ipse & vsus manifestat. Non enim cùm primùm quis votum religionis simplex suscepit, ad ieiunia & abstinentias ordinis & ad clausuram, neque verò ad obedientiam seruandam constringitur: ergo neque ad castitatis votum, quod postea ex professione na-

Cõfirmatio. *Opinio communis.* *Ratio.* *Obiectio.* *Episcopus dispensat.* *Quarta conclusio.* *Ratio.* *Simile.*

scitur. Quare dum huiusmodi homo fornicatur, nihil contra votum committit, sed simplici fornicatione commaculatur. Imò quanuis sit in mora ingrediendi religionẽ, solum peccabit, quia non adimplet votum, non tamen quia non seruat religiõis statuta. Cùm ergo cõtractum post votum matrimonium teneat, sit, vt cõiugalis vsus, etiam petitio, sit licita, neq; vlla opus habeat dispẽsatione cõtra votum, sed satis ei erit delicti, quod cõtrahendo commisit, pœnitere, & propositum seruare firmum, quòd mortuo coniuge religionem intrabit. Latiùs hæc loco citato diduximus.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd votum etiam simplex quãtum ad eum, cui fit, fortius est quàm matrimonium: nam per votũ adstringitur fides Deo, & per matrimonium homini. Sed quantum ad vim ligãdi fortius est vinculum matrimonij: quippe quod est traditio, quàm votum simplex, quod non est nisi promissio. ¶ Ad secundum negatur consequentia: quoniam præceptum ecclesiæ, quæ cognatos inhabiles reddit matrimonio contrahendo, non dirimit matrimoniũ eo quòd fortiùs sit quàm diuinum, sed quia materiam matrimonij facit illegitimam. Deus autem non ita promissum voti simplicis exigit, vt personã reddat matrimonio illegitimam.

Solutio primi argumẽti. *Solutio secũdi argumẽti.*

ARTICVLVS. II.

Vtrùm votum solenne sit impedimentũ matrimonium contractum dirimens.

ALtera species voti est id, quod est solenne, de quo subinde quæritur, vtrùm matrimoniũ dirimat. Et arguitur à parte negatiua. Votum simplex, vt Cælestinus ait capit. Rursus, Qui clerici vel vouent, non minus obligat apud Deum quàm solenne: imò plus obligationis videtur simplex iureiurando firmatum, quàm solenne continere: quoniam solennitas voti non est nisi de iure positiuo, vt ait Bonifacius de voto lib. 6. & tamen iuramentum obligat iure diuino: sed simplex non dirimit: ergo nec solenne. ¶ Secũdò. In matrimonio nihil claudit quod voto solẽni castitatis repugnet, nã maximè id esset carnalis copula: sed hæc nõ est de essentia, quia coniuges possunt per votũ ius illud congrediendi à se abdicare: ergo sicut ma-

Pars negatiua. *Secũda.*

cut matrimonium consummatũ per ingressum religionis nõ dirimitur, ita neq; votum solenne præcedens debet id dirimere, quod pòst contrahitur. ¶ In contrarium est decretum Calixti can. Presbyteris. distin. 27. quo matrimonia post votum sacrorum ordinũ contracta dirimuntur. Et can. proximo ait Hieronymus, Virgines, quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem duabus cõclusionibus respondetur. Prima. Votum solenne non modò matrimonium impedit contrahendũ, verùm & contractum dirimit. Hæc conclusio canonibus citatis, & cap. Insinuante, qui clerici vel vouent, & can. Viduas à proposito. 27. q. 1. plurimisq; alijs decretis ecclesiæ constabilita est. Quapropter non solùm omnes, vt ait hic S. Tho. vno animo eam concedunt, sed etiam habenda est tanquam orthodoxa veritas, cui nemo ex catholicis reclamat, sed eius negatio hæresis est. Imò & apud Græcos, vt diximus, est etiam receptissima & cõstantissima. Ait verò S. Tho. quosdam scandalum in causam huius conclusionis afferre, & alludit ad sententiam Magistrum, qui ait, votum solenne infringere, peccatum & scandalum esse. Quæ vtique vocula occasionẽ obtulit eius interpretibus scandali materiã hic tractandi. Quanuis clarè non dixerit, solum scandalum esse causam. Cuiuscunq; aũt hæc fuerit opinio, nihil ad rem attulit: nam & fractio voti simplicis, quãdo publicum est, scandalum quoq; offert. Et re vera solum scandalum non sufficeret voti speciem sic demutare, vt propter ipsum solum dirimeretur matrimonium. Item quia indissolubilitas matrimonij ad veritatem vitæ & status attinet: scã dalum autem accidentarium est, quod ideo matrimonium dirimere nequiret. Ratio ergo legitima illa est, quæ ex discrimine voti simplicis & solennis supra designato colligitur: nempe, q votũ solenne non tantùm promissio, vt simplex, est, sed vera traditio in potestatem alterius. Qui enim castitatẽ per religiõis ingressum vouit, iam se se dedit, Deoq; se in illam obediẽtiam, castitatem & paupertatem seruandam mãcipauit. Quocirca dein ceps non est sui iuris, vt possit se in coniugiũ alteri dedere. Et hæc est vniuersalis scholæ theologicæ ratio. Eam tã Scotus dist. pãti ni hili pẽdit: quia per votũ inquit, etiã simplex & priuatum dat homo corpus suum Deo quantum ad actum voti: nam traditio consistit in actu voluntatis, per quam ideo homo dum votum etiam simplex facit trãsfert dominiũ sui in Deum. Sed re vera, vt bona venia insignis doctoris dixerim, gratis videtur argumentũ hoc veritati obmoliri. Nam etsi quisquis iuris sui est, possit dominium sui in alterũ transferre, non tamen per solam pollicitationem hoc facit: quia promittere nõ est dare. ¶ Præterea ad eandem conclusionẽ arguitur. Votum solenne religionis quædã est spiritualis desponsatio & matrimoniũ cum Deo. Nam etsi Paulus vniuersis Christianã religionẽ profitentibus dicat, Desponsi vos vni viro (scilicet per baptismũ) virginem castam exhibere Christo: quia illic se fideles diuino cultui dedicant, tã quia religionis nomen per antonomasiam professioni solẽnis voti competit, per eiusmodi professionẽ celebratur singulare coniugium cum Deo, & peculiariter cum Christo, In cuius testimonium virgines, cùm solenni voto religionis consecrãtur, eodem velantur modo, quo nuptæ dum suis traduntur viris. Atq; adeò qui sic vouerunt, omnem à se facultatem abdicarunt tradendi se alteri in matrimoniũ. ¶ Accedit demum, q religionis status perfectior est longèq; sublimior statu nuptiali, quam ideo religionem vbiq; ecclesia fœliciorẽ frugem censet. Haud ergo fas est ab hmõi statu ad aliũ inferiorem retrogradi. Quarẽ ad hoc propositum appositissimè illud Christi verbum adaptatur Lucæ. 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retrò aptus est regno Dei. Quod autem status solẽnis voti castitatis dignitate & priuilegio statui coniugali apud Deũ antecellat, nõ vacat hic affatim disserere: neque verò ad id aptus est locus, sed lib. 7. citato, De iustitia & iure. q. 6. art. 1. pro virili nr̃a mõstrauimus. Est eũ status ille perfectionis, quo Christus Seruator noster adolescentẽ, qui se mandata custodisse respondit, inuitauit. Atq; adeò peculiariter eos, qui se propter regnum cœlorum castrauerunt, & seculo abrenunciantes obsequio obedientiæ manciparunt, beatos illic pronunciauit, vbi ait, Beati pauperes, & mites, & qui lugent. Obidque Paulus omnes sicut seipsum esse volebat, sed nõ omnibus datum est. Et ideo propter eius sublimitatẽ ait, de virginibus se præceptum Dñi non habere, consilium tamẽ dare. Et tandem coniugatos cum his, qui nuptiarũ expertes sunt, conferẽs ait, q qui sine vxore est, solicit* est quæ Dñi sunt, quomodo placeat Deo. Qui autẽ cum

Ratio vera. *Secũdum.* *Tertia.* *Lucæ. 9.* *Status cœlebris coniugalem præcellit.* *Matth. 5.* *Paulus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mũdi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu: quę aũt nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

An super voto solẽni castitatis posit Papa dispensare.

¶ De his ergo, quæ hactenus dicta sunt, nemo, qui catholici nomine cẽseatur, ambigit. Hoc autem in litem sunt qui vertant, vtrum super votum solenne castitatis Papa valeat dispensare, vt qui illud suscepit citra delictũ posit coniugari. Quæstio hæc præcipui est momenti, quippe cuius decisio magnopere ad ecclesiasticam Rempublicam refert. Eam tamen lib.7. De iustitia & iure. q.5. arti.2. pro exilitate facultatis nostræ copiose disputauimus. Et ideo hic breuiùs eam perstringẽm.

Pars affirmatiua.

Opinio quidem affirmatiua: scilicet, ꝙ Papa posit dispensare, patronos habet nõ infimæ autoritatis: videlicet, Henricum Gãdensem quodlib.5.q.25. &.26. & Ricardum dist. pũti arti.9. & Durandum quæst.2. & Paluda. q.4. Quinverò & Scotus id ipsum insinuat dicẽs, vt Palud. & cęteri, ꝙ ecclesia illegitimauit vouentem solenniter, ne possit matrimoniũ cõtrahere: quasi nõ sit de iure diuino. Imò nec S. Tho. impræsentiarũ illam respuit opinionem. Et Caieta. 2.2.q.88. & quæst. n.1. quodlibeti, nõ solùm idem mordicùs tenet, verùm & adstruit diuum Thomam illam nõ denegasse. ¶ His tamen nihil obstantibus secũda

Secunda cõclusio.

fit huius præsentis articuli conclusio. Super votum solenne religionis nulla cadit ecclesię dispensatio. Hanc conclusionem expresè & ex professo constituit D. Tho. 2.2.q.88. ar.11. Eademq; fuit indubitata opinio semper antiquorum patrum. vt Altissiodorẽsis, & Alexandri Alensis. 3. par. & Bonauẽturæ distinpũti in fine: & inter iuniores Syluestri verb. Votum. 4. q.5. & glossæ in cap. Cùm ad monasterium. de statu monacho. Et procul dubio non solùm sanior est & tutior opinio, verùm, ni fallor, omnino tenenda, vt ibidem latiùs stabilire curauimus. Imò est assertio Innocen. Pontificis capi. Cùm ad monasteriũ de statu monacho. Cuius verba sunt, Abdicatio, pprietatis, sicut etiam custodia castitatis adeò adnexa est regulæ monachali, vt cõtra eam nec summus Pontifex posit indulgere. Quod quidẽ decretũ D. Tho. inter sua fundamẽta refert. ¶ Et vt claritatis causa ambo coniungamus, qui dicunt, Papam posse

Innocent.

Prioris opinionis corollarium.

dispensare in voto solenni, subinde inferunt eiusmodi votũ, non quidẽ ex natura sua iure diuino, sed solo iure Pontificum impedire dirimereq; matrimoniũ, quemadmodum id facit cõsanguinitas. Atq; id loco citato Scotus opinatur, & alij. Qui verò tenẽt esse indispẽsabile, subsequenter aiunt ex natura sua iure diuino votum dirimere matrimoniũ, sicuti ligamen vnius matrimonij subsequens dirimit, vt dist. præcedenti dicebamus. Quò aũt assertum hoc exactè firmetur, distinguendũ est inter votum solenne sacrorum ordinum, & votum solenne religionis, vt D. Tho. loco citato. 2.2. doctè distinguit. Nam votũ continentiæ non est de intrinseca ratione sacrorũ ordinum: si quidem Græci sine illo sunt veri sacerdotes. Quare licẽt indecentissimũ esset, Papam cum sacerdotibus nostris dispẽsare, nihilominus dispẽsatio teneret, essentq; veri sacerdotes. Ex quo fit, eiusmodi sacerdotale votum non diuino sed Pontificio iure matrimonium dirimere. Votum aũt continentiæ de intrinseca est ratione religiõis: ita q; sublato voto, non esset religio: hoc enim per se sola religio sonat, quod quidem ordo sacer nõ significat, sed est ei accidentariũ votũ. Et mirandũ est, ꝙ Caietanus quæst. citata. n. cùm hanc differentiã agnouerit, nihilominus adstruxerit, solenne religionis votum esse dispensabile. ¶ Discrimen ergo harum opinionum, prætermissis alijs, quæ quæst. citata latiùs deduximus, in hoc consistit, ꝙ aduersarii putant, solennitatem voti esse de iure positiuo, propterea ꝙ ceremonia solẽnitatis ex statuto ecclesiæ inuenta est. Sed tn D. Tho. veritatem docens, ait consistere in hoc, ꝙ se homo Deo per tale votũ mancipat, & re vera se se tradit, perq; abrenunciationem secuti & propriæ volũtatis in illum statum se cõsecrat. Quare sicut Papa non potest facere, vt qui se vni per matrimonium dedit vxori, ab illa semoueatur quantum ad vinculũ: ita, imò multò minus, amouẽre à religione põt religiosum. Quod ꝙ tã certo ducit D. Tho. vt prẽter suum ingenium subiungat, quosdã Canonistas ignoranter contrariũ dicere. Neque mirum, quia hoc ad ius diuinũ attinet, quod eis exponere non incumbit. Sed Paluda. & Caiet. in hoc apud diuũ Thomam falluntur, quòd hmõi solẽnitatem ad quandã benedictionẽ & consecrationẽ ipse referre videtur, quæ fit dum religiosus solenniter profitetur: & ideo ait, ꝙ illud, quod semel Deo consecratur, perpetuò debet consecratũ manẽre, vt altaria, & vestes sacræ, & illa, quæ in antiqua lege Deo sanctificabantur, vt Leuit.

Posterioris opinionis pendãs.

Diffinitio voti solẽnis.

Papa dispẽsare.

Sacer ordo iure cãonico matrimoniũ dirimit.

Opinionum discrimẽ.

D. Tho.

Nota.

Caietanus.

vlti. legitur: quare aũ diuino cultu sequestrari nequeunt. Inde ergo inferunt, ꝙ cùm illa cõsecratio & bnḋictio sit de iure positiuo, possit Pontificia autoritate auferri. Debuissent tã animaduertere Diuum Thomã illam cõsecrationẽ & benedictionẽ nõ attulisse tanq; id, in quo substantia solennis voti consistat, sed tanq; signa, quibus eadem mãcipatio approbatur, Deoq; offertur. Nã in ordine nro post emissum solenne votum illa fit benedictio, sicut in matrimonio postq; contractum est, solennes fiunt benedictiones. ¶ Stat ergo firmissima ratio S. Thomæ, cui nos illic secundam cõfirmationẽ adiunximus. Si enim religiosus per dispensationem fieri posset nõ religiosus, infirmissima esset ratio, qua affirmatur, per ingressum religiõis matrimoniũ ratum dirimi. Demus enim maritũ post matrimoniũ ratum ante copulam religionẽ, psiteri, vxoremq; subinde alium sibi copulare coniugẽ, tũc si cum illo religioso fieri posset dispensatio, posset profectò subsequenter aliàs inire nuptias: quoniam matrimoniũ ab vxore cum alio contractum dissolui nequit, cùm legitimè fuerit contractũ. Vnde fit consequens, ꝙ post matrimoniũ ratum possent coniuges ad alia transire matrimonia, quod est omnino absurdum. Nam etsi Caietanus immeritò concedat, Papam posse super matrimonio rato dispensare, vt dist. 27. q.1. ar.4. retulimus, in nostro tũ casu citra talem dispẽsationẽ hoc contingeret. ¶ Et confirmat ratio. Quia non a...a ratiõe per promotionem ad sacros ordines, vt supra diximus, non dirimitur matrimonium ratum, nisi quia votũ castitatis nõ est intrinseca ratione adnexum ordinibus, imò locum habet super eiusmodi voto dispẽsatio: ergo à contrario sensu si per votum religionis ratum matrimoniũ dissoluitur, euidens signum est, continere votum perpetuæ castitatis indispensabile adnexũ. Certè nescio quidnam Caietanus & alij fautores contrarię opinionis respõdẽrent. ¶ Perpendamus ergo obiectionum contrariæ opinionis energiam. Potissimum, quod fatetur Caiet. cum mouẽre, est gestum Pontificum: nam vt Paludanus refert, dispensauit quandoq; Apostolica sedes cum Rege Aragoniæ, vt vxorem duceret. Et Cælestinus tertius fertur dispensasse cum sanctimoniali Constantia Rogerij filia. Et ait, quòd si tempore diui Thomæ Papa dixisset contrà, q̃ dixit Innocentius, ipse quoque sensisset cum illo. ¶ Sed profectò (vt detur venia verbo) satis mirari

Lapsus D. Thomæ.

Ratio stãs firmissima D. Thomæ cõfirmatur.

Caietani argumentũ.

Dispensatio quandam Pontifici.

nequeo, quomodo Caietanus tãtam autoritatem vni Pontifici aduersus alium Pontificem arrogauerit, vt credat diuum Thomam illum potius, quem ipse Caietanus sequitur, secuturum, q̃ alterum, quem secutus est. Præsertim ꝙ illa historia Regis Aragonum apocrypha est, neq; alio fulta testimonio, q̃ Paludani aut aliorum, qui originalem historiam non referunt. Et loco citato Syluester verb. Votum. 4. quæst. 5. refert alios dicentes, illũ monachum non fuisse professum. Et inter annales Aragonum illa historia nõ refertur. Et tamen decretum Innocentij est inter decreta Põtificia relatum, quo asserit nõ posse Romanum Pontificem dispensare. Et Syluester vbi supra ait, ꝙ si alij cõtrarium fecerũt, id quidem de plenitudine potestatis, non tamẽ de iure fecerunt, vt ait glossa in dict. ca. Cùm ad monasterium. Et addit, quòd ipse vidit Pontificem maiora faciẽtem cum scandalo totius Christianitatis. Paludanus verò eludere vult decretũ Innoc. dicens, Pontificẽ id tantũ intellexisse, ꝙ cũ monacho permanẽte monacho non põt in castitate dispensare. At verò Papa talem moderationẽ nõ insinuat, sed simpliciter ait, non posse dispẽsare cũ monacho in castitate siue manẽte monacho, siue non manente. Alias glossas confarcinat glossator super eod. cap. ¶ At verò nec decet de summo Pontifice sic irreuerẽter loqui, neque oportet ad illas glossas recurrere. Sed rei veritas, cuius sæpè meminimus, est, quòd Pontificum sententiæ in litibus occurrentibus, & eorum gesta non sunt habenda tanquã canonicæ leges, & multò minus tanquam articuli fidei, quia neq; sub illa forma constituuntur. Sed in rebus, quæ sub diuersis opinionibus versantur Pontifices nonnũquam vnam opinionem doctorum sequuntur, non tamen eam tanquam legem constituentes, neque contrariam condemnãtes. Et ideo quanuis cõcedamus, Põtifices aliquos super voto solennũ castitatis dispensasse, non illud habeẽ pro lege, põtissimùm cùm inter decreta non referatur. Et mirandũ, prẽterea est Caietanũ non animaduertisse, quòd Cælestino tertio, qui fertur cum Constantia dispensasse, proximè Innoc. 3. successit, qui nõ obstante facto sui prẽcessoris capitulũ. Cùm ad monasterium, de indispensabilitate voti solennis inter decreta retulit. Quocirca Diuus Thomas idem gestum Cælestini, si verum fuit, nõ ignorauit, sed quia non erat inter decreta relatum, nullam eius vel rationẽ habuit,

Historia regis Aragonũ apocrypha.

Syluest.

Paludanus.

Sentẽtia autoris.

Nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

habuit, vel mentionē fecit, sed decretum est Innocentij, tanquam de iure diuino, venera tus. Arguit rursus Paluda. q̃ in omni voto, etiam solenni, includitur voluntas Papæ, nisi aliud ipse voluerit: quare pro bono cōmuni totius Reipublicæ potest in voto solenni dispensare. Sed tamen nescio vnde illam maximam suam corraserit. Si enim homo dum se per matrimonium coniugi tradit nulla illic Pontificis voluntas includitur dispensandi, nec pro salute totius reipub. matrimoniū Papa dirimere valet: cur cum traditio voluntatis per votū solēne sit de iure diuino: nō sit illa etiam absoluta, neq; à Pontifice vllo modo dependens? Reliqua in quæst. nobis citata, De iustitia & iure locupletiùs dicta sunt.

Paludani argu.

Solutio primi argum. ¶ Primum argumentum sæpè & sæpissimè solutum est ex discrimine inter votum simplex & solenne. Votum enim simplex quanuis apud Deum sub reatu etiā mortali obliget (qui intellectus est lōco citato Pōtificis) est tamen mera promissio, & quanuis sit iure iurando firmatum, contractum matrimonium non dirimit. Solenne verò quanuis ceremonia solēnitatis sit de iure Pontificio, est tamen vera traditio hominis eiusque libertatis, & hac rōne iure diuino, imò & naturali, est indispensabile, vt satis superque expositum est. ¶ Ad secundum etiam in superioribus respōsum est, q̃ quāuis copula nō sit de essentia matrimonij, traditio tamē corporis & libertatis ad illū vsum est de eius essentia: & hac parte repugnat religionis voto, per quod se homo suāq; libertatē Deo dederat.

Solutio secūdi argumē.

DISTINCTIO

Trigesima nona, De cultus disparitate.

Textus. Capit. j.

POST sacros ordines religionisq; votum, quibus cōnubialis cōtractus impeditur, reliquum fit, vt de cultus disparitate exploretur, quemadmodū eiusdem sit matrimonij impedimentum. Vbi hoc præiactum sit fundamentum. Inter infideles matrimonium constat legitimum: quippe cùm illud Deus & natura ab orbe cōdito, vt in superioribus dictum reliquimus, in officium generandi constituerit, & aduersus concupiscentiā in remedium. Illud verò quanuis nomen sacramenti inde fuerit sortitum, quòd vt ait ad Ephes. 5. Paulus, mysteriū erat in Christo & ecclesia: qua vtiq; ratione Innocentius cap. Gaudemus, de diuortijs, ait, sacramentum coniugij apud fideles & infideles existere: non tñ perfectum fuit, omninoq; ratum sacramentum gratiam conferens quoq; lege Euangelica hoc ei Christus ornamentum adiunxit.

Innocē.

¶ Fideli aūt cum infideli contrahere, quod ecclesia vetat, non modò sacrilegiū mortale est, verùm & res nullius momēti: quippe cùm eiusmodi matrimonium ob cultus disparitatē irritū sit & vanū. Nā & propter simile periculū, quod fideli ab infideli coniuge offertur, in Deuteronomio cautū erat, ne populus Israel vxores de filiabus alienigenarū acciperet, ne post Deos suos illos traducerent. Quare Esdras, quas Deus accipere vetuit, abijcere iussit. Vnde ad Pollētium Augustinus. Ne nubat, inquit, fœmina nisi religionis viro, vel ne vir talem ducat vxorem iubet Dominus, monet Apostolus, vtrumque præcipit testamentum. Et Ambrosius,

Cap.

Deuter. 7.

Esdras 10.

Cap. 27. mulier.

Mat. 7.

Can. Caue. 28. q. 1.

sius lib. de Patriarchis capi. 9. Caue Christiane Gentili vel Iudæo filiam tuam tradere. Et in Concilio Vrbanensi iubetur, quòd si quis Iudaicæ prauitati coniugali societate coniūgatur, à Christiano cœtu & cōuiuio ac communione ecclesiæ protinus segregetur.

Can. Iniqui. Iudæ.

Cap. iij. ¶ Hoc veruntamen non obstante si infidelium coniugum alter in fidem Christianæ familiæ nomen dederit, alterq; cum eo absque iniuria fidei & contumelia Saluatoris commorari consenserit, consilium est Pauli, vt eum non abijciat. Si quis, inquit, frater sororem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virū infidelē, &c. Sāctificatus enim est vir per vxorē fidelem & vxor per virum. Quę verba Augustinus eodem loco enarrans subdit, Aliud esse de matrimonio inter fidelem infidelemq; contrahendo, aliud verò de illo, quod ab infidelibus in sua cæcitate fuerat contractum. Illud enim nullū est: de hoc verò ait Apostolus, quòd Deus non iubet, sed tamen ipse dicit, vt fidelis infidelem, si lucrandi eum spes fuerit vlla, non deserat. Iam verò nunc temporis dum infidelis requisitus & monitus, vt Christianismum cum suo coniuge suscipiat, illum respuit, meritò censetur citra contumeliam Saluatoris nequire cum coniuge habitare. Ob id q̃ iuxta tenorem Concilij Toletani, coniuges ea lege distrahū tur, vt fideli liberum sit aliud inire matrimoniū, per cuius contractionem antiquū dissoluitur. Id enim Gregorius attestatur dicens, Contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eū, qui relinquitur. Vn de Augu. in sermone Domini, sic verbum Christi de vxore fornicationis causa dimittenda interpretatur dicens, Idololatriā, omnem q̃ noxiam superstitionem fornicatio nē esse. Imò verò Apostolus ipse, Ambrosio ibidē interprete in hoc sensu ait, quòd si infidelis discedit, discedat: non enim est seruituti subiectus frater aut soror in hujusmodi.

Can. Iudai. 28. q. 1.

Can. Si infidelis. 28. q. secunda.

Can. Idolatria. 28. q. 1.

Can. Si infidelis. 28. q. 1.

¶ Sunt tandem alia crimina, quæ licēt vinculū matrimonij nō rumpant, ius tamen tori diuidundi tribuunt: nempe, dum coniux in fœdera matrimonij perniciosus est, vt si vxor venefica sit, aut quæ liberos enecat: aut si vir sæuitiā in vxorem exercet, aut si alter alterum ad latrocinia vel lenocinia incitat, aliosue id genus corruptos mores ei impingere molitur. Id enim nos Christus curauit admonitos dicens, Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eū, & proijce abs te. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eā & proijce abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorū tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

Cap. iiij.

Matth. 5.

DISTIN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISTINCTIONIS Trigesimæ nonæ, Quæstio vnica, De cultus disparitate.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm inter infideles legitimum possit matrimonium contrahi.

HIS, quæ superiori distinctione de sacris ordinibus & solenni voto, nuptiarum vincula dirimentibus disputata sunt, proximè de religione Christiana accedit sermo, vtrùm dirimere etiam possit matrimonium. Primò ergo quæritur, vtrùm inter infideles possit matrimonium cõsistere. Et arguitur à parte negatiua. Matrimonium est sacramentum ecclesiæ: sed baptismus est sacramentorũ ianua: ergo infideles, qui nondum baptismate loti sunt, matrimoniũ inire nequeunt, sicuti neq; alijs sacramentis exornari. ¶ Secundò. Duo mala vehemẽtius sunt boni impedimentum, q̃ vnum tantùm: sed fidelis cũ infideli cõtrahere nequit: ergo multò minus infidelis cum infideli. ¶ Tertiò arguitur, q̃ saltem inter duos infideles diuersarum sectarum matrimonium non sit legitimum. Disparitas enim cultus inter Christianum & Gentilem matrimonium dirimit: ergo & inter Iudæum & Gentilem, seu inter Iudæum & Saracenum. ¶ In contrarium tamen est verbum Pauli. 1. Corinth. 7. vbi ait, Si quis frater vxorem habet infidelẽ, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Vbi infidelem vxorem appellat, quæ si vult, saluo honore fidei, manere cum viro fideli sine nouo consensu est vera vxor.

Partiunegatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶ Ad quæstionem duabus breuissimis conclusionibus sub distinctione respondeo. Matrimonium enim, vt in superioribus mõstratum est, trinam induit rationẽ. Est enim contractus naturæ in officium propagatiõis humani generis. Cedit etiam & in remediũ aduersus concupiscentiam. Sortiturq; deinde sacramenti virtutem ex institutione Christi. Sit ergo prima conclusio. Inter infideles põt contrahi cõstareq; matrimonium quatenus est naturæ contractus & concupiscentiæ remedium, quod quidem vinculum habet indissolubile nisi per solam Dei dispensationẽ religionis causa dissoluatur. Conclusio probatur. Natura Deusq; eius parens & institutor in medijs ad finem necessarijs non deficiunt: finis autem propagandi humanigeneris illico ex eius creatione ortum habuit: ergo & tũc medium ad id necessarium fuit institutum: illud autem fuit matrimonium, vt dictum est: ergo in statu naturæ integræ institutũ est, dum dixit Deus, Crescite & multiplicate: id quòd insinuauit Adam dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea, propter hanc relinquet homo patrẽ & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, vt latiùs dist. 26. præmonstratũ est. Eadem ratione constat, illico post lapsum primorum parentum, vt ibidem adiecimus, idem matrimoniũ in remedium cõcupiscentiæ cessisse. Hinc fit matrimonij vinculum, ab illo tunc tẽpore conditi orbis esse suapte natura indissolubile, vt dist. 27. q. 2. ostendimus: nam tale tunc institutũ est, quale finis eius exigebat, qui erat procreatio educatioq; prolis, quæ sine perpetuitate matrimonij fieri nequit cõmodè. Quocirca Christus Matth. 19. indissolubilitatem matrimonij ad priscam eius institutionẽ retulit, atq; adeò vim antiquæ legis naturæ confirmans conclusit, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Sed nihilominꝰ Deo ipso autore naturæ dispensante per suscep[illegible]ionem Christianismi infidelium matrimoniũ dirimitur, veluti & inter nos matrimonium ratum per religionis ingressum. ¶ Quod si mihi legem diuortij obieceris, qua licebat vxores repudiare, iam dist. 33. responsum reliquimus credentes, diuortium mun̄q̃ tanquam licitum fuisse permissum, sed vt impunè fieret. Quod si secundùm alios admittatur, dispẽsatum fuisse cum Iudæis, nihil contra nos: quia Deus tanquam autor naturæ dispẽsare poterat. Cum gentibus tamen nõ video quo modo fuerit merit. ¶ Secunda conclusio. Matrimonium, quatenus sacramẽtum nouæ legis est gratiã conferens, ante Christum eius institutorem nusquã gentiũ extitit. Res est liquida, quoniam sacramenta ex latere Christi pendẽtis in cruce promanãrunt, indeq; per ipsius institutionem virtutem conferendi gratiã adepta sunt. Quocirca nec sub lege Mosayca, neque verò sub lege naturę illis, qui in gratia & amicitia

Prima conclusio.

Ratio.

Confirmatio.

Indifferentia matrimonij.

Matth. 19.

Matrimonij perfectio duplex.

amicitia Dei matrimonia confœderabant, vlla virtute operis conferebatur gratia, neq; si modò catechumeni matrimonia cõtraherent. ¶ Et hoc est, quod primum argumentũ conuincit: nam baptismus est ianua sacramẽtorũ, & ideo ante ipsum nuptiæ non sunt sacramentum: sunt tamẽ matrimonium & in officiũ & in remedium. Quòd si contra quis illud obijciat Pauli ad Ephes. 5. vbi inducens illud, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carne vna, subdit Sacramentum hoc magnum est: ego autẽ dico in Christo & ecclesia: vnde insinuatur ante Christum natum matrimoniũ fuisse sacramentũ. Respondetur, sacramentũ bifariam accipi, vno modo secundùm propriam, sed tamen nudam rationem sacramẽti, quæ est, esse signum rei sacræ, quanuis gratiam non conferat, vt erant sacramẽta veteris legis. Et hoc pacto matrimonium etiam in lege naturæ erat sacramentum: id est, mysterium & signum significans vnionem Christi & ecclesiæ futuram, per quam nos sanctificamur. Et hoc est, quod ait Innoc. in ca. Gaudemus. de diuort. q̃ sacramentum cõiugij apud fideles & infideles existit. Non tamẽ erat sacramentum nouæ legis, qui est secundus modus: scilicet, ratio perfecta sacramenti. ¶ Ex his consequitur, q̃ matrimonium anteq̃ esset sacramentum, quanuis esset perfectum perfectione naturali, vt per quod proles tum gigni poterat, tum naturalibus legibus imbui & educari, non tamen erat omnino perfectum perfectione supra naturali, quæ consistit in gratia Dei. Nam etsi possent tunc coniuges per cõuersionem in Deum gratiam obtinere, vt dignè possent filios procreare, non tũ illam gratiam virtute matrimonij nanciscebãtur, ad eiusmodi liberos tanquã filios Dei adoptiuos educãdos. Quapropter perfectio matrimonij in lege naturæ erat materialis, respectu perfe[illegible]onis euangelicæ, quæ ceu suprema form[illegible]i complementũ adhibet. ¶ Vnde Magist[illegible]enten. præsenti dist. quem Gratianus sequitur. 28. q. 1. can. Si quis, tres species matrimonij colligit. Est enim coniugium legitimum sed non ratum, vt inter infideles: quia secũdùm leges naturales & mores prouincię cõtrahitur, non tũ est ratum, quia dissolubile est per repudium. Ego aũt d[illegible]erim per solam susceptionẽ Christianismi. Secundum est vice versa ratum, sed non legitimũ, vt inter fideles clandestinum: quia indissolubile est, sed præter leges & iuris solennitates.

Solutio primi argum.

Obiectio.

Dilutio.

Primum.

Secunda.

Tertia.

Sed tertium est ratum & legitimum, vt sacramentum matrimonij solenniter celebratum iuxta decretum Euaristij. 30. q. 5. can. Aliter. Quanquã profectò sacramentum gentilium simpliciter potest dici ratum, quia nisi Deo dispensante per conuersionem ad fidem indissolubile est, sicuti & inter fideles matrimonium per verba de præsenti ratum quidẽ est, licèt per ingressum religiõis dissoluatur. ¶ Quod si quis argumenta Gratiani obijciat eadem. 28. q. 1. in capite. quæ à theologis mutuatus est. Omne quod non est ex fide, vt ait ad Roma. 14. Pau. peccatum est: coniunctio aũt infidelium nõ est ex fide: ergo est pctũ, ac perinde nec vr̃ esse matrimoniũ, cùm matrimoniũ sit à Deo. Item secundùm Augustinum, Non est vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua: matrimonium autẽ culpam tollit impudicitiæ: ergo illic non est verum matrimonium. ¶ Ad primum respõdetur, sensum Apostoli non esse, q̃ omnia opera infidelium sint peccata, sed illa, quæ ex infidelitate procedunt. Imò sensus eius legitimus est, vocare fidem conscientiam: quod enim fit contra conscientiam peccatũ est. Et ideo neq; contractus matrimonij inter infideles neq; eius vsus, si fiat causa procreandæ prolis seruandęq; fidei vxoris peccatum est, sed est actus moraliter bonus. Attamẽ absq; charitate nullum opus obtinet virtutis absolutè gradum aut verẽ nomẽ, sed est virtus secundùm quid. Et hoc est, quod ait Augustinus, pudicitiam infidelium non esse veram virtutem: quod & de Christianis in peccato agentibus asserere simili modo poterat.

Obiectio. 1.

Obiectio. 2.

Dilutio primæ obiectionis.

Dilutio secunda obiectionis.

¶ Primum igitur argumentum iam solutum est. Et ad secundum negatur, duo mala: scilicet, duo infideles plus obstare matrimonio, q̃ obstat Christianus cũ infideli: quia in hoc secundo disparitas cultus trahit proles ad diuersos mores & instituta. Quod quidem obstat educationi liberorum non solùm secundùm gratiam, quæ est supernaturalis perfectio sacramenti, verùm etiam secundùm virtutes naturales, quæ est naturalis eius perfectio: nam ipsæ virtutes naturales in Christianismo perfectè docentur, in infidelitate verò imperfectè. Quando verò ambo coniuges sunt infideles eiusmodi educatio per rationem matrimonij non impeditur: quia non est disparitas cultus. Præterquam quòd ecclesia ius habet super fideles, super infideles verò non item: quia, vt ait Pau. de ijs, qui foris sunt, nihil ad nos.

Solutio secũdi argumẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertij arg. suppellex. ¶Circa materiam verò tertij argumenti, si inter infideles ipsos esset cultus disparitas, vt pote diuersæ sectæ, quæ matrimonium impedirent, notandum est, quòd ante legem scriptam, cùm non alia vigeret lex, quàm naturæ, nulla erat talis disparitas, sed promiscuè omnes gentes poterant inter se iure naturæ matrimonia contrahere. Tametsi Abraham noluerit filio suo Isaac ex gente Chananæa, vbi commorabat, mulierem desponsare propter mysterium inimicitiarũ, quæ inter gentem illam & suam sobolem erãt futuræ. Sed Rebeccam ex cognatione sua accersi iussit. Ioseph autem Hebræus Assenem Aegyptiã duxit: & Moyses ipse Sephoram Madianitã. Postmodũ verò sub lege Mosayca Deus populo illi matrimonia cum gẽtibus terræ promissæ interdixit. Sic enim cautũ legitur Deutero. 7. ne cum Hethæis & Gergezæis & Amorrẽis & Chananæis & Pherezẽis & Euæis & Iebuzæis septem gentibus coniugia sociarent. Et ratio erat, ne illorum idololatria & corruptis moribus contaminarentur. Quapropter statuerat Deus gẽtes illas ex illa terra stirpitus conuellere. Cum alijs verò gentibus illud non prohibuit, imò lex erat Deutero. 21. Si egressus ad pugnam videris mulierẽ pulchram in medio captiuorum, & adamaueris eam introeas ad eã dormiesq; cum ea, & erit tibi vxor. Quod verbum, vt ait Sanctus Thomas vel intelligitur de alijs nationibus, cum quibus licitè poterant iniri connubia, vel loquitur, quando illa captiua ad cultum & legem Dei conuerti volebat.

Isaac & Rebecca. *Ioseph & Assenem.* *Lex Moysi.* *Ratio illius legis.* *Deutero. 21.*

Dubiũ circa legem Moysi. ¶Dubium tamen est, vtrùm prohibitio illa Deutero. 7. contrahendi matrimonia cum illis septem gẽtibus intelligeretur solùm tanq; præceptũ obligans ad mortale: an verò tanquam matrimonium irritans, veluti si modò fidelis cum infideli contraheret. Quod enim in primo sensu duntaxat intelligeretur, inde apparet, quòd post illam legem Salmon duxit Raab ex Hiericho Chananæam, Iesue. 6. & Booz filius eius Ruth Moabitidem, & Hester nupsit Assuero. Et quod vrgentiùs mouet Salomon, vt legitur. 3. Regum. 11. duxit alienigenas plurimas, vt filiam Pharaonis & Moabitidas, atq; alias ex illis gentibus, quas Deus prohibuerat. Et tamen subditur, quòd fuerunt ei vxores quasi reginæ septuaginta, & concubinæ trecentę: vbi vxores nominantur à concubinis distinctæ. Et idem arguitur de Samsone, qui Dalilam duxit è genere gigantæo. ¶Sed profectò ijs non obstantibus probabile videtur (quanuis nec contrarium probabilitate careat) intellectum illius legis, illegitimas fecisse personas illas ad matrimonium, nisi vellent ad Iudaismum conuerti, sicut modò non posset infidelis cum fideli cõtrahere, nisi conuerteretur ad fidem. Et ratio est, quia lex illa erat lex Dei, per quam peculiarem populum ad suum ipsius cultum instituebat: atque adeò tanta fermè erat inter illos fideles & infideles cultus disparitas, quãta modò inter infideles & nos. Non ergo satis videret illi populo consultum, nisi matrimonia cum corruptissimis illis alienigenis idololatris inita manentibus in sua perfidia essent irrita. De alijs verò gẽtilibus non erat par ratio, vt arti. seq. dicturi sumus. Vnde Esdras, vt libr. 1. capit. 10. legitur, quia filij Israel præuaricati fuerant, vxores alienigenas ducentes, iussit coegitque illos ab vxoribus illis separari: quod nõ fecisset si matrimonia fuissent valida. Tametsi Aug. ad Pollentium de Adulterin. coniugijs lib. 1. ca. 18. licèt non asserat, insinuat tamẽ fuisse coniuges, sed iussu Dei propter periculum idololatriæ, quod maritis imminebat, fuisse depulsas. At verò fortasse quando Israelitæ eas duxerunt, fuerunt ad Iudaismum conuersæ, sed postea ad idololatriam reuersę. Vel fortasse alienigenę illæ erant ex alijs gentibus, cum quibus non erant matrimonia interdicta. Veruntamen etiam si ex Chananęis & alijs gentibus interdictis aliqui vellent legem circũcisionis profiteri, non erant repellendi, neque ab ipsorũ Iudæorum nuptijs arcendi. Lex enim generalis extat Exodi. 12. quòd si quis peregrinorum vellet in eorum coloniam transire, circũcisus admitteretur. Et hoc est quod S. Tho. nuperrimè citatus insinuauit, dicens sub diffiunctione, quòd poterant cum captiuis conciliari connubia vel ex alijs nationibus, vel si vellent Iudaismũ suscipere. ¶Et ideo ad obiecta respondetur, quòd Raab ad [illegible] ismum fuit conuersa antequam nuberet [illegible] non, & pariter Ruth. Hester verò, vt e[illegible] historia colligitur, reuelatione & iussu Dei nupsit Assuero. Et Samson Dalilæ, Iudicũ enim. 14. legitur, connubium illud à Domino factum esse, vt quęreret occasionẽ contra Philistijn. Præterquam q̃ neq; Assuerus neque Dalila era[illegible] x alienigenis interdictis. De Salomone verò non est tam facilè respondere: natu expressè habet historia, quòd accepit Amonitidas & Sidonias & Hethæas de gentibus, de quibus Deus iusserat, ne cum illis matrimo-

Sentẽtia autoris. *Lex.* *Aegyptia.* *Obiectio.* *Dubium.* *Obiectio. 2.* *Obiectio. 3.*

monium contraherent. Attamen in primis, quòd in huiusmodi copulãdis sibi vxoribus grauissimè peccauerit, historia ipsa prędicat: & ideo nil mirum si dicamus, q̃ ex illis alienigenis vxoribus illæ quidem, quæ ad Iudaismum conuertebant (quod forsan faciebant, vt tanto fruerentur honore) erant verè vxores: illæ verò, quæ non cõuertebantur, erant vxores de facto, cum quibus scilicet de facto contrahebat, non tamen de iure: atquę adeò illa matrimonia non erant legitima, vt 33. distin. de libello repudij diximus. Adde q̃ filia Pharaonis, & forsan aliarum aliquæ nõ erant ex interdictis, sed ex alijs gentibus.

¶Sed aliud quispiam forsan interrogabit, vtrùm inter ethnicos potuissent respublicæ ciuiles & principes leges condere, quibus matrimonia cum extraneis prohiberent taliter, vt nulla essent. Apparet enim id minimè potuisse, cùm ius naturæ eam facultatem fecerit vniuersis. Sanctus Tho. hic art. 2. ad. 3. arg. nihil aliud respondet, quàm quòd iure naturali aut diuino non prohibeat, quominus qui cunq; infideles possint cum alijs etiam diuersi ritus & sectę contrahere: quia apud Deum nihil refert, qualitercunq; quis à fide deuiet. Neq; verò ecclesia id prohibet, cùm non sint suæ iurisdictionis. Concedit tamen quòd ius naturæ per ius positiuũ potest restringi, sed silentio de principibus infidelium præterimi sit, an possint talia matrimonia cohibere.

Solutio. 1. dubij. ¶Ad hoc ergo dubium primùm respondet, quòd ante orbẽm redemptum nulli gẽtium poterant cum Iudæis matrimonia cohibere si vellent Iudaismum profiteri, sicut modò non possunt prohibere cũ Christianis si vellent ad religionem cõuerti: quia illa erat lex Dei, cui nullum ius humanum reniti poterat. Secundò dicimus, quòd lex illa iudicialis synagogæ prohibens matrimonia cum illis gẽtibus prorsus iam expirauit: quia tota lex quantũ ad illa iudicialia antiquata est. Et ideo si ina ciuando habebãt Rempublicam legem [illegible] similem non tulerũt, cum quibuscunq; gentium pñt nũc nuptialia cõfortia confœderare. Tertiò cum probabilitate possumus afferere, quòd quæcunq; respublica etiam infidelium potest leges cõdere matrimonia irritantes si suæ Reipublicæ expedierit. Verbi gratia, si diuersæ sectæ ix utilium inter se inimicitias gererent, posset vtraq; respublica matrimonia cum altera interdicere, vt non tenerẽt. Nam matrimonialis contractus est partim ciuilis, qua vtiq; ratione subditur Reipublicæ quatenus ad pacem & tranquillum statum Reipublicę pertinet: in hac enim parte infideles non sunt fidelibus inferiores: & fideles principes nostri, vt dist. sequenti dicemus, possunt hmõi leges facere, nisi ab ecclesia cohibeãtur. Ecclesia verò non potest in hac re, quæ ad suam ipsorũ attinet Rempublicã, infideles cohibere. Hoc dixerim, quia fertur Saracenos lege sua publicè lata esse prohibitos cum Iudæis per nuptias cõmisceri. Quod si ita est, profectò suspicor illa matrimonia non tenere. Et ideo si tales coniuges fidem nostram susciperent, deberent ad tollẽdum scrupulum denuò in matrimoniũ cõsentire, alioqui nullum esset. Si tamen lex illa sic inter eos obseruatur, vt non reputetur matrimonium. Et per hæc solutum restat tertium argumentum.

Solutio. 2. *Solutio. 3.* *Saracenorũ mos.*

ARTICVLVS. II.

Vtrùm fidelibus modò liceat cum infidelibus inire coniugia.

EXpedita re de infidelibus, quæritur subinde de fidelibus Christianis, vtrùm liceat eis cum infidelibus matrimonia contrahere. Et arguitur à parte affirmatiua. Antiquo Israelitico populo licebat cum aliquibus ethnicorum, etsi Iudaismum non profiterentur, matrimonia contrahere: ergo non est cur etiam nunc in ecclesia non liceat: quia tunc tanta erat cultus disparitas inter illum populum & idololatras, quanta modò inter nos & ipsos. ¶Secũdò arguitur. Sponsalia ad matrimonia ordinantur: sed sponsalia inter fidelem & infidelem sub conditione, si velit conuerti, sunt firma & obligatoria: ergo & matrimonium. ¶Tertiò. Inter duos Christianos potest esse disparitas cultus, vt si vnus esset hæreticus vel apostata, & alter catholicus: sed matrimoniũ inter istos est validum, neq; dirimitur: ergo similiter inter fidelem & infidelem matrimonium consistit. ¶In cõtrarium est verbum Pauli. 2. Corinth. 6. Quæ cõuentio lucis ad tenebras? maxima autem temporalis conuentio, quæ inter homines esse potest, est cõnubialis: ergo inter eũ, qui fidei luce resplendet, & eũ, qui tenebris infidelitatis caligat, nequeunt fœdera matrimonialia conuenire.

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum. *Secundũ argumentũ.* *Tertium argumentũ.* *Pars negatiua.*

¶Ad quæstionem duabus cõclusionibus respondetur. Prima. Matrimonium inter fidelem

Prima conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem & infidelem & peccatum graue sacrilegij est, quo scilicet sacra religio commaculat, & nullum est prorsus. Hæc enim propriè est cultus disparitas: quippe cùm Christiani verum Deum colant, infideles verò nõ nisi falsos. Ob idq; cultus disparitas inter impedimenta connumeratur matrimoniũ dirimentia. ¶ De ratione autẽ & fundamẽto, cui conclusio hęc innititur, dubitatur, vtrùm scilicet sit de iure naturali aut diuino, an verò solo iure Pontificio sancita. Arguitur enim q̃ sit de iure naturali. Finis enim naturalis matrimonij est non solùm generatio (quam vtiq; cultus disparitas non impedit) verùm & liberorum educatio, quęquidem vtriq; simul parenti curæ esse debet, vt concordi proposito liberos moribus imbuant: fidelis autem infideli in hoc negotio concors esse nequit: quia cùm minimè eandem profiteantur religionem; neq; verò eadem sacramenta & sacrificia aut ceremonias colant, vterq; prolem ad suam religionem pertrahet, atq; adeò educatio eius impediretur. Eadem ratiõe & hmõi cultus disparitas secũdo matrimonij fini, qui est tranquilla cohabitatio in eadẽ domo, aduersatur: nam inter quos religio & vitæ institutum non cõuenit, re vera pax constare nõ potest, neq; amor coalescere. ¶ Secundò & eadem conclusio videtur iure diuino præcepta, vt patet ex illo præallegato Pauli, vbi ad literam commercium fidelium cum infidelibus vetabat, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quę societas lucis ad tenebras? Quæ autem cõuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autẽ consensus tẽplo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui, &c. Et. 1. Corinth. 7. Mulier si dormierit vir eius, liberata est: cui autẽ vult nubat, tantùm in Domino: quodquidẽ verbum Pol'entius, cõtra quem Augustinus de adulterinis coniugijs scripsit, glossabat: id est, tantùm Christiano. Vnde colligebat, solùm inter Christianos cõstare matrimonia, ob idq; Apostolum contra præceptum Domini permittere, vt fidelis maneat cum infideli, si vult manẽre sine contumelia saluatoris. Augustinus verò per distinctionem ei respondebat concedens, illud verbum intelligi de matrimonio contrahendo, inter fidelẽ & infidelem: quod ait esse contra præceptũ noui & veteris testamenti: aliud verò, quòd manẽre posit fidelis cũ infideli, intelligi de matrimonio in infidelitate contracto: & refert à

Quæstio.

De iure naturali.

De iure diuino.

2. Corint. 6.

Paulus.

Tantùm in Domino.

Augustini dilutio.

Gratiano. 28. q. 1. can. Sic enim. Eadem expositio tantùm in Domino, fuit antiqui Tertulliani lib. 2. ad vxorem, estq; Ambrosij in cõmẽtarijs eiusdem epistolæ. Et Hieronymi aduersus Ioui. libr. 1. & ad Gerontiam. Item ad idem arguitur exemplo veteris legis, in qua, vt art. superiori diximus, nuptiæ inter fidelẽ populum & gẽtes illas terræ promissæ iussu Dei inhibitæ erant. ¶ Et tandem arguitur, q̃ hmõi matrimonium præsentaneũ secum adferat periculum peruersionis fidelis cõiugis, vt exemplo Salomonis. 3. Reg. 11. constat: vbi legitur, alienigenas vxores cor eius deprauasse & in idololatriam suam immersisse. Idemq; 1. Esdræ. 10. habetur documentum. Et Samsonis coniugium cum Dalila eius fuit internicies. Cuius exemplum inducit Ambro. lib. 9. epistolarum epistola. 1. quæ est ad Vigiliũ: cùm alio de Phinees, qui gladio Hebræũ & Madianitem transfixit, vbi multis rationibus probat esse cõtra ius naturale & diuinũ, vt fidelis cum infideli contrahat. Nam cùm ipsum, inquit, coniugium velamine sacerdotali & benedictiõe sanctificari oporteat: quomodo potest coniugium dici vbi non est fidei concordia? Cùm oratio cõmunis esse debeat, quo modo inter dispares deuotione potest esse coniugij communis charitas? Iure ergo diuino & naturali videtur cultus disparitas matrimonium impedire. ¶ His tamen nihil obstantibus communis opinio tum theologorum, tum etiam Iurisprudentium est, q̃ non sit impedimentũ dirimens nisi tantùm iure Pontificio. Et patet hoc, quia in tota lege euangelica non habetur tale impedimentum matrimoniũ dirimens. Inò verò Christus, vt sæpè dixim⁹, nihil iuris naturæ in matrimonio immutauit, pręterq̃ q̃ fecit, vt esset sacramentũ gratiã conferens. Quin euidẽtur gumentũ est, non esse de iure diuino eiusmodi matrimoniũ fidelis cum infideli prohibitum: aliòqui per hoc, q̃ alter infidelium conuerteretur ad fidem, matrimonium diriueretur. Quare Paulus non potuisset cõsulere, q̃ si infidelis velit sine contumelia saluatoris cum fideli manẽre, cum fidelis nõ desereret. Neq; verò in veteri lege, vt præcedenti art. dicebamus, cõnubium erat cum omnibus infidelibus fidelibus interdictũ. Sed solùm eũ septem illis gentibus terræ promissæ, ppter imminẽs periculũ idololatrãdi. Quod Christus suæ familiæ nõ vsq; adeò timuit, sed suæ ecclesiæ rem concredidit, vt de hmõi connubijs disponeret. Et quicquid fuerit de illa vetusta

In Domino tantùm.

Can. sicut alterius. 7. quæst. 1.

De Salomone.

Ambro.

Rõ opinio.

tusta lege, legalia eius iam cessauerũt. Et verbum illud Paulinum, nubat tantùm in Domino, Calixtus in epistola ad vniuersos Galliarum episcopos, atq; alij non exponunt, ni si q̃ nubat tantùm regulariter: id est, secundum leges coniugij. Admonet enim vt matrimonium fiat ad gloriam Dei. Et hic est legitimus sensus. Sed nihilominus licèt fiat in peccato, non propterea dirimitur. Adde, q̃ neq; omnia Pauli præcepta sunt de iure diuino, vt supra inter tractandum de bigamia dicebamus. Neq; illud, Quæ cõuentio lucis ad tenebras? cõnubiale commercium expressè vetat. Quin adde, q̃ si ius positiuum non obstaret, euenire posset, vt salubre esset fideli cũ infideli contrahere: scilicet, qũ certus esset sibi non imminere periculum, sed spes ei fieret, q̃ posset infidelem lucrifacere. Tunc eũ consulit Paulus, ne fidelis infidelem deserat. Quare & posset illam ducere. ¶ Apparet ergo cum moderamine & tẽperata distinctione respondendum. Aliud enim est de impedimento loqui, ne tale matrimonium fiat, aliud verò de impedimento illud dirimente. Enimuerò, iure etiam Põtificio secluso, stando in mero iure naturali & diuino, si Christi fidelis cum infideli cõtraheret, illud esset genere suo mortale, nisi aliqua vrgẽs vel expediens causa culpã excusaret. Et hoc est quod ait Aug. esse contra præcepta veteris & noui testamenti. Præceptum enim nouitestamenti appellat illud Pauli de filijs Belial cum filijs lucis: & illud, Nubat tantùm in domino: quæ non sunt propriè præcepta diuina. Sed re vera rationes inductæ id confirmare videtur: vix enim absq; imminẽti periculo fidei tale matrimonium iniri posset: quin in magnam iniuriam fidei resultaret, religioq̃ Christiana maximè inde contenebresceret, si filij Belial legibus connubialibus cum filijs lucis commiscerentur. Et ægrè fieri posset, quominus liberi in periculo versarentur deflectendi ad infidelitatem, vt patet si mondò Christiana fœmina Iudæo vel Saraceno nuberet. ¶ Statuitur nihilominus præsentis articuli secunda conclusio. Matrimonium per cultus disparitatem dirimi, ius est merè positiuum ecclesiasticum. Sed tamen re vera si decreta consulas, neque hoc in iure alicubi apparet expressum, nam omnes, qui citãtur canones, sunt sanctorum patrum, vt Augustini, Ambrosij aut Cypriani, aut conciliorũ prouincialiũ. Asserta verò sanctorũ, nisi publica autoritas vniuersalis ecclesiæ accedat: nempe, Pontificis, aut œcumenici concilij, non habent vim aut articuli fidei aut legis ecclesiam obligãtis. Neq; synodi prouinciales sine vniuersali talem habẽt autoritatẽ. Item can. Caue. 28. q. 1. Ambrosius nõ solùm cauẽre iubet connubia cũ Gentili aut Iudęo, verùm eodem verborũ tenore etiam cum hæretico. Et similiter can. Non oportet, concilium Agathense cum hęreticis prohibet iniri coniugia: & tũ connubia cum hæreticis, vt paulò post videbimus, nõ dirimunt. Et can. Si quis Iudaicæ, cohibens connubia cum Iudæo non est nisi concilij prouincialis Vrbanẽsis, sicuti & conci. Toletanũ. 3. quod ca. 14. id ipsum prohibet. Neq; loquunt nisi specialiter de Iudæis. Imò sunt qui dicant, nullũ vniuersale concilium quidpiam de hac re decreuisse. Sed isti non viderant conci. Calcedonẽse œcumenicum vnumq; ex quatuor præcipuis, vt ait Gregor. vbi capi. 14. fidelium nuptiæ cum infidelibus iniri prohibent. Similiter tamen cum hæreticis: & ideo quia si cum hæreticis contrahantur, non diriminuntur, nõ inde clarè colligitur, q̃ si cum infidelibus copulentur, sint dirimenda. Igitur, in nullo citatorum canonum, neq; alibi in iure expressè habetur, q̃ matrimonium, si inter fidelem & infidelem contraliatur, sit dirimendũ, sed solùm præcipitur ne fiat. Nam c. Iudæi. 28. q. 1. de matrimonio inter infideles cõtracto cum alter cõiugum fidem suscipit, præcipit, vt dirimatur. Atqui & Cyprianus in sermone de lapsis licèt ad malos mores pertinere confirmet, iungere cum infidelibus vincula matrimonij, insinuat tamen tunc in more fuisse talia connubia, & tamen dissoluere ea non iubet, sed ait, illud esse prostituere gẽtibus mẽbra Christi. Quamquidem Cypriani sniam referẽs Augustinus libr. 1. de fide & operibus cap. 19. ait (quasi consuetudinem deplorãdo) Nostris temporibus iam non putantur esse peccata: qm̃ re vera in nouo testamento nihil inde præceptum est: & ideo aut licẽre creditum est, aut velut dubium derelictũ est. Ex quibus sanctorum verbis colligitur, illo seculo morem viguisse, vt fideles cum infidelibus nuptias texerent. ¶ Hæc aũt dicere constituimus, non quidem ad infirmãdam conclusionis catholicam veritatem, sed vt huic, quæ eius infirmitas videtur, medeamur. Cõclusionem ergo mos vniuersalis ecclesiæ receptissimus satis superq; confirmat. Neq; catholicis alia est exploranda ratio, sed vt hęreticis etiã respondeatur, dicimus, ecclesiam sanctorum

In Domino.

Aut eris sp. latio.

Secundaclusio.

Nota.

Aug. cap. 28. rem. in pat. 28. q. 1.

Cyprian.

Aug. lib. de fide & operib.

Notãdi

Cõclusio mo reseruatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

testimonijs & rationibus præfatis edoctam, imò traditione apostolorum instructam & sancto flamine irradiatam hanc sustinere veritatem, vt matrimonium inter fidelem & infidelem si contrahatur sit nullum. Quoniam non opus est, vt omnes ecclesiæ consuetudines sint scriptis mandatę aut inter decreta relatæ dicente Apostolo. 2. ad Tessalo. 2. Tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram. Neq; verò illo seculo prope ætatem Cypriani aut Hieronymi hæc cœpit institutio, sed certè ab apostolis, licèt tunc nequam Christiani sanctum morem corrumpere pergerēt, quibus ideo sancti patres reclamabāt. Quinimo ætate apostolorum in contrariū plus iusto Christiani propendebāt: scilicet, vt cùm primùm quis fidem susciperet, coniugem desereret. Cui quidem mori Paulus se se obiecit consulens, vt si coniux infidelis cum fideli vellet sine iniuria Saluatoris manêre, non repelleretur, sed potiùs fidelis eum lucrifacere satageret. ¶ Hinc fit, ꝙ quanuis fidelis cum catechumena antequam sacramētum suscipiat, contrahere tentet, non obstante quòd illa credatur in gratia & amicitia Dei existere, matrimoniū sit nullum. Et ille est sensus Ambrosiani verbi citato capi. Caue, ꝙ etsi Christiana sit: nempe, catechumena, nō est satis, nisi ambo initiati sint sacramento baptismatis. Etenim cùm matrimonium verè sit sacramentum, & baptismus sit omniū sacramentorum ianua, per quem homo peccatis moriens & ad innocentiam resurgens, ceu virgo vti ait Paul. Christo nubit, fit vt legitima materia matrimonij carnalis cōtrahendi nō sit nisi Christianus cum Christiana: nempe, vt spirituale matrimoniū carnali antecedat. Quocirca & legibus ciuilibus ijs Christianis, qui talia intentant sacrilega matrimonia, potiùs ficta, quàm vera, decreta sunt supplicia, vt, l. Nequis Christianā. C. de Iudęis vt scilicet tanquàm adulteri puniantur. ¶ Vnde verbū concilij Calcedonēsis supra citati, quo Christianis non permittitur in sacramento cōiugij iungi Iudæo vel pagano, nisi fortè spopōderit se venire ad orthodoxam fidem intelligitur de sponsalibus sub conditione suscipiēdæ fidei: nam si intelligatur de matrimonio de presenti, nullum erit antequam fidem ille per baptismum suscipiat. Glossa nanq; super cap. Veniens. de presbytero non baptizato, quæ ait, ante baptismum fluminis solū flaminis sat esse, vt posit quispiam sacramētum eucharistiæ suscipere, explodenda est tā quàm erronea. Imò esset peccatum illud suscipere, & ei ministrari. Sed glossatorem verbum textus fefellit, quo videtur Innocentius insinuare, baptismum non esse ianuā omniū sacramentorum, quodquidem vt dist. 26. q. 2. art. 3. in fine, præmonuimus, non nisi narrando & disputando refert: imò contrarium ibi de presbytero non baptizato definit. ¶ Ex hac secunda conclusione responsum colligitur si quis sciscitetur, vtrùm Papa possit dispēsare, vt fidelis cum infideli per matrimoniū copuletur. Etenim cùm super omne ius positiuū Papa ex rationabili causa dispēsare queat, fit vt super eiusmodi matrimonium id ipsum valeat. Imò quanuis absq; vlla causa vt contraheretur dispensaret, matrimonium teneret. Sed tamen absq; vrgentissima id facere fas non esset.

Prohibitionis huius ortus.

Tēpore apostolorum.

Paulus.

Cum catechumena.

Ratio.

Pœna.

Conci. Calcedonen.

Gloss. cap. Veniens.

¶ Ad primum igitur argumentū posset quis fortè neq; absque omni prorsus probabilitate respondere, quòd Iudęis cum nullis infidelium fas erat matrimonia cōtrahere, nisi circuncisionis legem susciperēt. Vt lex illa Deutero. 21. de contrahendo cum captiuis fœminis intelligeretur, si vellent Iudaicam legem suscipere: nam eadem ratio militare videtur de omnibus idololatris, quæ de Chananæis propter cultus disparitatem, & propter periculum Iudæis oblatum idololatrandicū vxoribus. Nihilominus secūdum aliam opinionē rñdetur, ꝙ nō erat tunc tanta cultusdisparitas inter Iudæos & gentes, quanta modò inter nos & infideles. Et ratio est, qui a lex illa non obligabat vniuersum orbem, sed peculiarem illum populum. Quocirca in lege naturæ poterant homines saluari. Et ideo ratio fidei synagogæ non excludebat naturale ius matrimonij cum alijs gentibus: quanuis per accidens peccatum esset cum illis contrahere, si periculum Iudæo crearetur idololatrandi. Et ideo non nisi peculiariter fuit illis interdictum matrimonium cum illis idololatris terræ promissæ. Sancta verò lex euangelica non vni angulo, sed vniuerso orbi proposita est, extra quam nemini patet salus: oblidq; adeò Christianis cum omnibus infidelibus inhibitæ sunt nuptiæ. Adde ꝙ tunc matrimonium nō erat sacramentum, vti est modò: quare ex natura eius non repugnabat cū infidelibus copulari: modò autem carnales nuptiæ matrimonium spirituale cum ecclesia in illis prærequirunt, qui futuri sunt coniuges. ¶ Ad secundum respondetur, consequentiam non valere. Quoniam sponsalia non secum commercium adferunt indissolubile, vt matrimonium: & ideo nihil obstat quominus valeant sub conditione profitendi fidem confœderari. ¶ Ad tertium deniq; egregiè Diuus Thomas respōdet, quòd cùm matrimonium sit vnum ex septem sacramētis, eam præcisè vt necessariam exigit paritatem cultus, quæ pertinet ad sacramentum fidei: hoc est, ad baptismum, quo fit professio fidei. Non tamen quantum ad necessitatem exigit paritatem fidei interioris. Quam ob rem hoc, de quo modò agimus, impedimentum non dicitur disparitas fidei: nam illa esse potest in coniugibus corrupta, sed disparitas cultus, quiquidem cultus ad externum in operibus seruitium & religionis imaginē spectat. Cùm ergo hæretici re vera sint Christiani, characterem Christianismi seruantes, imò & apostatæ, licèt à fide descisentes ad aliam sectam perfugiant, quanuis cū illis matrimonium cōtrahatur, non ideo est irritum, sed validum. Est tamen peccatum mortale cum hæreticis contrahere propter periculum. Et hoc significatur citatis canonibus Caue, & Non oportet. 28. quæstione prima, vbi cum hæreticis matrimonia interdicta legūtur. Nam cùm Paulus admoneat, hæreticum pertinacem euitare, & Ioannes prohibeat, aue peruersis & corruptoribus fidei dicere, planè colligitur, multò minus licēre consuetudinem, quanta est inter coniuges, cum illis cōtrahere.

Cap. Veniens. de presbytero non baptizato.

Solutio primi argumenti.

Secundum argumentum.

Solutio secundi argumenti.

Solutio tertij.

Disparitas cultus.

Matrimonium cum hæreticis.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm coniux ad fidem conuersus possit cum coniuge eandem fidem renuēte commanere.

Postquam de contrahendo matrimonio inter fidelem & infidelem dictum est, quæritur de contracto inter infideles, vtrùm per cōgis non dirimatur, sed posit fidelis cum infideli commanêre. Et arguitur à parte negatiua. Vbi idem periculum extat, eadem debet adhiberi cautela: propter periculum autem subuersionis fidei prohibetur fidelis ne cum infideli contrahat, imò eiuscemodi matrimonium dirimitur: ergo cùm idem sit periculum dum matrimonium fuerat in infidelitate contractum, necessariò per conuersionem alterius altero eandem conuersionē renuente dirimitur. ¶ Secundò. Si fidelis posset cum infideli coniuge commanêre, consequens fieret, vt ad id quoque obligaretur, saltem si spes esset conuersionis eius, tum quòd contra charitatem esset eam dimittere, cuius saluti retinendo consulere vir posset, tum ꝙ etiam esset contra iustitiam soluendi debitum, quod coniux exigere potest. ¶ Tertiò. In cōcilio Toletano. 4. vt can. Iudæi. 28. quæstione prima. relatum est, iubetur, vt Iudæi, qui Christianas habent vxores: nempe, quæ post matrimonium in Iudaismo cōtractum conuersæ sunt, admoneantur eandem fidem Christianam cum vxoribus, psiteri, aliòqui ab eisdem vxoribus distrahantur: ergo non potest fidelis cum infideli manêre. ¶ Quartò arguitur. Matrimonium inter fideles contractum præstantius est illo, quod inter infideles initur: sed si fideles contrahant in gradu prohibito, matrimonium dirimitur: ergo si conuersus in infidelitate contraxit cum consanguinea, non poterit eam retinêre. ¶ Quintò. Sequeretur, quòd si ille in infidelitate plures habuisset vxores, quas legitimè ducere quiuerat, posset manêre cum omnibus: consequens tamen est falsum, quia id per legem euangelicam non licet: ergo in tali casu cum nulla manêre potest. ¶ Sextò. Vsu etiam venire potest, vt infidelis vxorem aliquam repudiasset, aliamque subinde duxisset, quod secundùm ritum suum legitimè facere poterat: ergo tunc saltem si huiusmodi infidelis conuertatur, nequit cum illa secunda manêre. ¶ In contrario autem est consiliū Pauli 1. Corinth. 7. vt si infidelis manêre posit sine contumelia Saluatoris, fidelis coniugem illum non expellat, sed studeat lucrifacere.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Quartū argumentū.

Quintū argumentū.

Sextum argumentū.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima, eademq; capitale fundamentum sit. Matrimonium inter infideles legitimè contractum per conuersionē ad fidem catholicam siue amborum simul coniugum, siue vnius tantùm, non necessariò dirimitur. Hanc conclusionem Augu. contra Pollentium de adulterinis coniugi. qui contrarium asserebat, cōstituit: cuius lata disputatio atque decisio refertur can. Sic enim. 28. quæst. 1. Eandem conclusionem præfixerat idem August. in libr. de sermone Domini in monte. Vnde Innocentius. cap. Gaudemus, de diuort. Per sacramentum, inquit, baptismi non soluuntur coniugia, sed crimina diluuntur.

Prima conclusio.

August.

Universidad de Deusto Biblioteca

luuntur. Ratio autem conclusionis, illaque optima est, quòd fides naturam nõ tollit neq; eius iura, sed perficit: cùm ergo matrimonia, vt dictum est, inter infideles iure naturæ coalescant & cõsistant, professio fidei catholicæ per se eiusmodi vincula non rumpit, nisi aliquod obstaculum fidei inde obijciatur. ¶Igitur de conuersione infidelium, cuius titulus libr. 3. Decretalium extat, pluribus est modis distinguendum. Aut enim ambo conuertuntur, aut non nisi alter. Si ambo, nemo dubitat, quin matrimonium antiquum sine nouo consensu permaneat. Id nanq; ex conclusione modò præfixa subsequit: quia cùm per se fides naturam non destruat neque alius inde obex fidei obijciatur, certũ est matrimonium persistere. Si verò non nisi vnus, eam, altero repellente, fidem suscipiat, tunc aut infidelis ille adeò est pertinax, vt sine Saluatoris cõtumelia cohabitare nequeat cum fideli. ¶Et tunc fit secunda conclusio. In tali casu fidelis nequit, neque vnquam quiuit cũ infideli cohabitare, sed saltem quoad torũ tenetur, tenebaturque apostolorum seculo ab illo discedere: quanuis, per hoc solùm matrimonium nõ dirimebatur quoad vinculum. Probatur prius membrum: quoniam cùm per fidem fiat connubium spirituale & supra naturale cum Christo, quodquidem longè præstantius est carnali, fides naturalis solendi debitum coniugi cum detrimento fidei, quæ Christo præstatur, non est seruanda, imò frangenda. Et cõfirmatur, quia cùm hæreticum pertinacem iubeat Paulus euitare, à fortiori est infidelium, qui Christi fidem blasphemant, consortium, etiam connubiale, vitandum. Atque hic legitimus est Apostoli sensus. 1. Corinth. 7. qui locus ex Ambrosio citatur can. Si infidelis. 28. quæstione prima. vbi ait Paulus, Si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi: in pace autem vocauit nos Deus. ¶Secundum verò conclusionis membrum: scilicet, quòd matrimonium non protinus dirimatur (quod artic. 5. apertiùs confirmabitur) obiter nunc probatur. Nam quis post conuersionem vnius coniugum alter paulo tempore conuerti renuat, si tamen antea quàm fidelis ad alias transeat nuptias, ad cor rediens conuertatur, matrimonium antiquum custodiẽdum est. ¶Tertia conclusio. Si infidelis, quanquàm baptismum renuat, non tamen adeò fit iniquus, quin velit absque iniuria fidei & contumelia Christi cum cõiuge fideli commorari, potest, si Apostolica verba cõsideres, fidelis cũ eodem infideli cõiuge cohabitare & rei vxoriæ cum illo vacare. Imò verò quandiu spes durat eius conuersionis consilium est Pauli cum illo viuere. Hæc cõclusio habetur apud Apostolum. 1. Corinth. 7. quam Augustinus locis citatis in libro. de sermone Domini, & ad Pollentium ceu catholicam defendit. Ait quippe illic Paulus, Cæteris (id est, indispari cultu coniugatis) ego dico, non Dominus, si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo (fidem scilicet non aspernãdo nec contumelijs afficiendo) non dimittat illam. Verbo enim illo, dico ego, non Dominus, docet, non esse præceptũ Domini manêre cum tali infideli, sed suũ ipsius consilium, sicut paulò inferiùs de virginitate subdit dicens, De virginibus autẽ præceptum Domini non habeo, consilium autẽ do. Pari nanq; consilio admonet fidelem cõiugem ne infidelem dimittat: sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis (idest, sanctificari assolet) per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Dixerim, si apostolica verba consideres, quia vtrùm nunc idem mos in ecclesia vigeat, illico videbimus. Illa ergo, verba can. citato. Sic enim, scilicet. Non nisi eiusdem religionis & fidei coniugia maneant copulata, falsò tanq; Augustini citantur, sed erant Pollentij negãtis posse fidelem cũ infideli in matrimonio priùs contracto manere. Et ideo Aug. rñdet, q; licèt non possint talia matrimonia cõtrahi, psint tamẽ in infidelitate cõtracta manere. ¶Quarta cõclusio. Quanuis infidelis velit sine contumelia seruatoris cõmorari cum fideli, fidelis non tenet, neq; tempore apostolorum tenebatur manêre cum illo, sed erat ei liberũ vel abijcere coniugẽ, quoad torum, vel retinêre. Conclusio colligitur ex verbis Apostoli dictis, Ego dico, non Dominus, vbi insinuat, non esse præceptũ cõmanendi, sed facultatẽ, & quãdoq; consiliũ. Idq; subinde Apostolus verbis citatis insinuat dicens, Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi: nõ enim id tantùm significat, q; qũ infidelis discedit, tunc fidelis debeat discedere, sed q; siue infidelis discedat siue manêre velit, non est ei subiectus fidelis, sed possit, si libuerit, eũ relinquere, nec cogitur cum illo manêre, nisi ille catholicã fidẽ oprauerit. Et ideo non iubet, ne discedat: quia ius etiã tũc habet discedendi, sed cõsulit, vt non discedat.

Ratio cõclusionis.
Cõuersio infidelium multiplex.
Secunda cõclusio.
Ratio prioris partis.
Alia cõfirmatio.
Ratio secundæ partis.
Tertia conclusio.
Paul. 1. Corinthij.
Quarta cõclusio.

Et ratio

Ratio.

Et ratio cõclusionis est, quia secundũ aliam atque aliam vitam diuersa homini cõpetunt & expediunt: per baptismũ aũt homo mori tur priori vitę & resurgit in nouam: est enim baptismus regeneratio quædam, vt ait Christus: ergo ille tũc homo liber à seruitute pręteritæ vitæ fit, ad quam præcedens matrimonium attinebat, atq; adeò liberũ eidem dein de fit, vxori, etiam optanti manêre cũ illo de bitum reddere vel negare: sicuti qui statum religionis profiteẽ in sua habet potestate illa vota, quæ in seculo fecerat, eidemq; religioni non aduersantur, aut perficere, aut missa facere. ¶Durãdus rõnes has debiles esse cẽset. At verò quanuis non sint demõstratoriæ, tũ supposita veritate, quæ ex verbis Pauli colligitur, re vera sunt satis ad rẽ aptę. Enimuero vt per baptismum à peccatis & infidelitate liberamur, ita & à seruitute, quę erat in illa lege infidelitatis & peccati à qua periculum imminet peruersionis. Adde quod cũ in infidelitate nemò saluari valeat, status fidei liberat hoẽm à seruitute matrimonij, quæ erat in illo statu. Quare sub lege naturę si quispiã ad Iudaismũ conuerteret, non ei suffragaret eadem ratio, vt posset vxorẽ non conuersam deserere: quia illa poterat in lege naturæ salua fieri. ¶Præterea id per similitudinẽ cõfirmatur. Infidelitas emẽ fornicatio quędam spiritualis est: ergo sicut ob carnalẽ fornicationem si obstinata vxor fuerit, debet innocens cõiux, vt dist. 16. dicebamus, eam deserere: si aũt pœnitentiã ducta emẽdetur, põt eam innocens retinêre, sed non tenetur, imò si velit põt eam relinquere: ita olim vsu & more in conuersione infidelium seruabatur. Et est animaduertendũ, pari iure sub lege his quatuor conclusionibus explicita, maritũ & vxorem militare: nihil emẽ refert, maritus ne sit ille qui prior cõuertitur, & vxor, quę eum relinquit, an vice versa vxor conuertat, & maritus eam relinquat. Etenim infidelis est, qui dicitur relinquẽs dum nõ vult fidẽ suscipere & fidelis relinquitur, vt eod. cap. citato. Si infidelis, ait Gregor. Ait quippe, q; ius matrimonij soluit per contumeliã circa eum, qui relinquit: putà, circa fidelem, qui iure soluitur cohabitãdi cum infideli. Quasi dicat, non perinde solui circa relinquentem: scilicet, circa infidelẽ, qui iure diuino tenet baptismate lotus suũ coniugẽ sequi. Quare infidelis discedens & in Deũ peccat (baptismum respuens) & in matrimoniũ, quod sua causa dissoluitur. ¶Sed rogas. Quidnam est, infidelẽ manere nolle sine contumelia Saluatoris? Videtur emẽ nemo absq; illa manêre posse: qm̃ ipsa eadem opera infidelitatis exercere est contumelia Saluatoris. Rñdetur, q; illud exercitium præcisẽ anteq; fides suscipiatur, non censetur in præsentia cõtumelia Saluatoris, sed si Christum blasphemet, aut in ipsius fidem cõuicia iactet, aut si fidelẽ coniugẽ ad suam sectã peruertere moliat, aut alia morum corruptela inficere: tũc emẽ eius est consortium propellendũ. Cætera inter soluẽda argumẽta clariùs elucescent. ¶Ex primo igitur argumento duo oborti sunt errores. Pollentius quippe, vt supra diximus, credens prohibitionem esse diuinam matrimonij inter fidelem & infidelem, dixit, Paulum contra eiusmodi prohibitionẽ permisisse fidelem cum infideli manêre. Alij, etiam è Iureconsultis, è conuerso permissioni Pauli plus iusto insistentes aiunt, ecclesiam contra mentem Apostoli inhibere ne fidelis cum infideli contrahat. Vterque verò error ex ignorantia distinctionis pullulauit. Aliud enim est, vt ait Augustinus contrahendum prohibere, aliudque contractum dissoluere. Faciliùs enim res, ne fiat, prohibetur, quàm facta, rescinditur. Consultissima ergo ecclesiæ prohibitio matrimonium, si inter fidelem & infidelem cõtrahatur, irritantis & cassantis, minimè cõtraria est Apostolo consulenti, ne si in infidelitate fuerit contractum, dissoluatur. Neque consilium Pauli est contra Dei iussionem: quia Deus nunq; cohabitationem fidelis cũ infideli oĩno cohibuit. ¶Secundi aũt argumenti quod contra quartam conclusionem obiectum est, negatur cõsequentia: quoniam susceptio baptismi in libertate hominẽ constituit, vt tanq; nouam vitam professus non teneat antiquæ seruire, atq; adeò neq; coniugi in illo antiquo instituto persistenti, sed solùm est opus misericordiæ, quod ideo in rigore iustitiæ nõ obligat. ¶Et per hoc aliud soluitur argm̃, quod quis ab adulterio ducere potest. Dum ambo coniuges sunt adulterio cõmaculati, q̃uis vnus per pœnitentiã emẽdetur, non põt ab altero diuortium facere: ergo neq; si ex duobus infidelibus vnus conuertat. Negatur emẽ consequentia: qm̃ pœnitentia non est regeneratio in nouã vitam, & mors prioris, vt baptismus. ¶Quod si rursum arguas. Saltẽ si cõsummatũ fuerit mrĩmoniũ vr̃ coniux nõ posse absq; consensu alterius Christianismũ profiteri, sicut nequit Chrĩanus sine consensu Chrĩanæ vxoris ad religionẽ transire. Negatur conse-

Gregorius.
Dubium.
Error primus.
Error secũdus.
Solutio secũdi argumẽ.
obiectio.
Aliud argumentũ.
solutio.

Universidad de Deusto Biblioteca

quētia: quoniam susceptio baptismi non est solùm perfectior status, vt religio, sed mors in Christo, cui, vt ait Pau. illic consepelimur, & regeneramur: & ideo sicut per mortē temporalem viri, vt idem ait Apostolus, mulier nexu cōjugali soluta est, ita & per baptismū obligatione soluitur reddendi debitum infideli: quare eius cōsensus non exposcitur. Præsertim quòd religio non est de præcepto, sed de consilio: præceptum verò suscipiendi baptismi vniuersos obligat mortales: & ideo culpa infidelis coniugis est, quod alterum in fide suscipienda non imitetur. ¶ Arguitur autem præterea, quòd saltem postquā ille, qui conuersus est, infidelem coniugem cognouerit, non possit eam relinquere, vt patet ex similitudine à fornicatiōe carnali ducta: si eā maritus vxorem, cuius adulterij cōscius est, agnouerit, non potest eam dimittere. Respōdetur autem, exemplum non omnino cōuenire: quoniam culpa fornicationis carnalis per carnalem copulam coniugis censetur cōdonata: fornicatio verò spiritualis minimè. ¶ Aliud argumētum etiam contra eandem quartam conclusionem militare videtur de seruitute: quoniā seruus cōuersus ad fidem, vt. 1. ad Timoth. 6. ait Paul. non sit à seruitute immunis: tanta autem videtur obligatio matrimonij, quanta seruitutis: ergo per conuersionem non deobligatur coniux ab alterius iugo. Negatur minor, saltem obligatio coniugalis & seruitutis non est eiusdem generis: primùm, quia cōiux non est alteri alligatus coniugi tanquàm eius possessio, ceu est seruus sub potestate Domini, sed per modum societatis cuiusdam, vt. 1. Corin. 7. docet Apostolus. Præterea seruitus perfectioni Christianæ non repugnat, imò ad eius humilitatem spectat: esse autem Christianum infideli alligatū eidem Christianæ professioni multùm derogat. Et per hoc alia soluitur redargutio. Si quis ancillam, cuius conditionem nouit, vxorem ducat siue seruus siue liber, non potest eam relinquere: ergo neq; fidelis infidelem. Negatur enim consequētia: nam cultus disparitas simpliciter facit personam illegitimam ad contrahendum: seruitus verò nō nisi quando ignorat. ¶ Dubitatio tandem hûc subit, quando alter infidelium conuertitur, proles quem sequi debeant. Videtur enim ꝙ debeant sequi matrē, sicut in seruitute, can. Liberi. 32. quæstione. 4. Veruntamen distinguendum est. Si eā filius est doli capax, non est cogendus ad fidem. 23. quæstione. 5. can. Ad fidem. & 45. distin. can. De Iudæis. Quare siue pater siue mater cōuertatur, suo arbitrio filius relinquēdus est, & solis rationibus & monitis adducendus. Si verò non est doli capax, debet sequi cōditionem fœliciorem. Quare si pater conuertatur, illi adiudicādus est, vt capit. Ex literis, de conuersio. infidel. Et si mater, etiam eandem sequi debet, vt capit. Iudæi, quod nunc tractamus. 28. quæstione. 1. Et ratio est, quòd alteruter coniugatorum fidem suscipiat, ius acquirit ecclesiæ eū cogendi, vt filios baptizet, can. Cùm multæ. 15. quæstio. 8. Non ergo eadem est ratio, quæ de seruitute: nam illa propter rationes, quas distinctione. 35. posuimus, sequitur ventrem, religio verò fidem. Solet præscribi tempus septennij, vt dicatur proles non doli capax: nā illuc vsque durat infantia: sed tamen potiùs ad lucem rationis, quæ in prole fulget, spectandum est: quāuis in re dubia in fauorem fidei est inclinandum.

Aliq obiectio. *Dilutio.* *Aliud argumētū.* *Solutio.* *Dubium.*

¶ Ad tertium argumentum posset vno modo responderi, canonem illum Toletanæ synodi non esse vniuersalem, sed peculiarem de Iudæis, eisdemque masculini generis. Loquitur enim de matrimonio in Iudaismo cōtracto: admonetque vt si vxores fidem catholicam profiteantur, viri admoneantur, ꝙ si cum eisdem vxoribus manēre voluerint, Christianismum suscipiant, aliôqui separentur: quia cùm perfidia Iudæorum peior sit quàm ethnicorum infidelitas, maiorique odio Crucem Christi insectentur, prælentaneum periculum à maritis crearetur vxoribus, ne ab illis peruertant. Quare dicere quis posset, eundem canonem ad alios infideles non protēdi. ¶ Sed nihilominus Diuus Thomas, & Ricardus & aliorum plerique prudentiùs tria tempora dignoscunt. Primus enim decursus processit ab Apostolorum ætate per annos sexcentos, quo quidem seculo fetuor sanguinis Christi durauit, atq; adeò conuersio infidelium omnium, etiam Iudæorū, frequens erat. Quo ideo tempore consilium Apostoli vsu seruabatur, ne fidelis coniux infidelem abijceret, sed illum ad Christum adducere studēret. Et præterea ne cōiugati metuentes à coniugibus suis distrahi, grauem & odiosam haberent catholicam fidem, ab eaque suscipienda absterrerent. Illoq; medio tēpore floruit Aug. qui illud Apostoli consilium contra Pollentiū asseruit. Aliud deinde subsecutū est seculū, quo Iudæi, potissimū in Hispania, obstinaciùs suā perfidiā tuebant. Et ideo

Dilutio. *Tria tempora.*

Et ideo tūc circa annum Domini DCXL. facta est Toleti illa Synodalis constitutio, vt Iudæi nisi admoniti Christianismum susciperent, ab vxoribus distraherentur. Gentilium verò mariti non cū tanto rigore à Christianis vxoribus abigebantur. Tametsi eodem concilio aliud adiectum sit decretum, quod refertur can. Sēpè, eadem causa & quæstione, quo iussi sunt Christiani infidelium consortia vitare. Postmodum verò seculorū successione vsus inoleuit ecclesiæ, vt nemo infidelium cuiusuis sectæ fideli coniugi commorari permittatur. Neq; verò mos iste Paulino consilio contrarius est: nam cùm consilium illud non sit diuinum ius, sed tantùm Apostoli quatenus ecclesiæ pastoris, potuit post eadem ecclesia pro temporum varietate & conditione diuersa idem interpretari aut mutare consilium. Intellexit nanque neminem infidelium postquàm admonitus renuerit fidem suscipere, vllam de se spem relinquere conuersionis atque adeò neque tuto posse absque iniuria fidei & Christi contumelia cum coniuge fideli vitam ducere. Fine autem & ratione, ob quam cōdita est humana lex, in vniuersum cessante, lex ipsa abolēri debet. ¶ Quod si roges, vtrùm si nunc vlla spes existeret conuersionis coniugis, posset fidelis consilium Pauli sequi? vtpote si admonitus non sic fidē respueret, vt spem prorsus suæ conuersionis extingueret, sed diceret temporis se fortasse decursu nomen in Christianismum daturum? Respondetur, minimè id licere, nam lex non respicit ea, quæ rarò accidunt, sed quæ plurimùm contingunt. Et ideo postquam ab ecclesia præscriptus est modus, quæcunq; alia spes affulgeat, ille seruandus est. Admonendus, inquam, & requirendus est ecclesiastico more: quòd si in mora fuerit conuersionem procrastinādo, non diutiùs expectandus est, sed diuortium fieri debet. Veruntamen iustum legitimumque tempus expectandū est, quo possit catechismis erudiri. ¶ In Insulis verò & in alijs infidelium prouincijs, vbi cōuersiones crebriùs fiunt, Papa posset, imò verò episcopus, indutias illas, quādo fœlix euentus sperarē, nec quippiā periculi superesset, prolōgare. Nam cùm hæc prohibitio ne fidelis cū infideli cohabitet, non diuino, sed Pontificio iure vim habet, non diuino, sed Pontificio iure vim fuerit sortita, potest, vt supra diximus, super hoc, per summum Pontificem fieri dispensatio. Est tamen cautè videnda & cauenda infidelium simulatio, quorū pectus aliud condit, & aliud lingua profert. ¶ Sed alia hinc emergit non dissimulanda dubitatio, quanto scilicet rigore ecclesia cohabitationem interdixerit fideli cum infideli coniuge: videlicet, si Turcarum aliquis vel aliorum infidelium in sua prouincia conuerteretur ad fidem, & tamen si suam coniugē abijceret, capite truncaret, vtrùm deberet potiùs mori quàm habitare cum illa. Respondetur, fortasse non posse rem eiuscemodi euenire: nam neophytus ille propter conuersionem citiùs, quàm propter diuortium occideretur. Si tamen latenter esset Christianus, & ne pderetur, maneret cum vxore, certè nullum contraheret peccatum: quia ecclesia non vult cum tanto periculo quempiam hac lege obligare. Dum tamen ius seruaret diuinū, quo tenetur quisque cauēre, ne consortium corrupti coniugis præsentaneum sibi offerat periculū peruersionis.

Dubium. *Dilutio.* *In Insulis.* *Solutio.* *Dubium.*

¶ Ad quartum respōdent Theologi omnes, & secundùm eos Innocent. cap. Gaudemus, de diuort. quòd qui dum infidelitatis nebula tenebantur in gradibus contraxerunt ab ecclesia prohibitis, si sacro fonte abluantur, tenētur in matrimonio persistere: quoniam cùm ecclesiastica prohibitio eos, qui extra ecclesiam sunt, non comprehendat, dicente Paulo, De ijs, qui foris sunt, nihil ad nos, eorum matrimonium fuerat legitimum. At verò quia ius naturale & diuinū vniuersos obligat mortales, si forsan contraxerant in gradibus tali iure prohibitis, qui Leuitici. 18. referuntur, tales nuptiæ tanquàm nefariæ sunt dirimendæ. Non tamen de omnibus casibus illic prohibitis id intelligas, vt distinct. proxima explicaturi sumus: sed si quis contraxisset cum matre, filia, aut sorore: & fortè cum auia vt illico illic patebit.

Solutio quārti argumē. *Notā.*

¶ Ad quintum citra controuersiam & à cunctis Theologis, & ab eodem Pōtifice per eandem modò dictam rationem respondetur, ꝙ cùm Polygamia: scilicet, multitudo vxorum viuentium, sit contra ius naturæ: & quanuis illa Iudæis diuinitus fuisset permissa, tamen per euāgelicam legem eadem permissio fuerit extincta, & res ad ius naturæ reuocata, nequeūt illa geminata matrimonia in Christianismo tolerari, sed tanquam illegitima sunt dissoluenda, præterquam cum prima vxore, quæ vtique si conuertatur, sola est legitima vxor. Si verò illa conuersionem respuat, aliæque conuertantur, poterit maritus fidelis cum quacunq; illarum, si libuerit, matri-

Solutio quīti argumē.

Universidad de Deusto - Biblioteca

matrimonium contrahere, sed non tenetur.

Solutio sexti argumẽ. ¶Pari prorsus iure ad sextum argumentum de repudiatis vxoribus respondetur. Est enim repudium contra ius naturæ, vt latè & fusè distinctione. 33. demonstrauimus. Et ideo si quis in infidelitatis cæcitate vxore repudiata aliam duxerit, cùm primùm fidem susceperit, debet illam, quam secundò accepit, abijcere, quia non est vera vxor. Sed si prima voluerit conuerti, cum illa debet, tanquam legitima, vitam viuere. Et quanuis illa alteri nupserit, non potest illam tanquã fornicationis ream repellere: quia consentiente viro, imò ab ipso repudiata nupsit. Si verò aliter fuerit fornicata, pŏt ab illa diuerti quoad torum. Decisio est eiusdem Innocentij eodem capi. Quòd si prima noluerit conuerti, cum secunda poterit cõtrahere, non obstante mœchia, quam cum illa commiserat. Et simili modo intelligendus est can. Euticiani Papæ. 28. q. 1. Si quis gentilis gentilem vxorẽ duxerit ante baptismũ, post baptismum in eius potestate erit eam habere vel non habere: nam si demiserit per repudium absq; tali fornicatione, & illa conuertatur, non poterit eam non retinere: si verò non conuertatur, non poterit eam retinere.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm fidelis ab vxore infideli discedens possit aliam ducere.

Endulus hucusq; est sermo, nisi naturam diuortij inter fidelem & infidelem penetrem⁹, vtrùm scilicet fidelis relictus possit ad alias transire nuptias. Et arguit

Partis negatiuæ argumẽtũ primum. à parte negatiua. Nexus matrimonij, vt dist. 26. demonstrauimus, indissolubilis suaptenatura est, adeò, vt quemadmodum dist. 33. dicebamus, Iudaicus libellus repudij contra naturam militauerit: matrimonium verò, vt sæpè diximus, inter infideles contractum legitimum est: ergo nulla prorsus ratione est dissolubile. ¶Secundò. Non minus est vxori infideli quàm filijs consulendum: & tã quãuis filius dum est infidelitatis pertinax ius paternæ hæreditatis amittat, nihilominꝰ quotiescunq; postea conuertatur, eadem hæreditas, etiam si in alius possesionem transierit, est eiin integrum restituenda: ergo pari modo quanuis vxor iniqui propositi tenax in infidelitate aliquandiu persistat, quoties conuertat restituenda est viro suo: quòd, si ille aliud matrimonũ iniuerat, fieri non pŏt: ergo ille nequit ad aliud matrimonũ transire. ¶Tertiò. Hæresis tam pestifera est & perniciosa fidei, q̃ infidelitas: imò vt in. 2. canonica capi. 2. ait Petrus, peius est crimẽ: Melius enim, ait, erat illis non cognouisse viam iustitię, q̃ post agnitionem retrorsum cõuerti ab illo, quod eis traditum est, sancto mandato: & tamẽ catholicus non potest ab hæretico coniuge sic discedere, vt coniugale vinculum rumpatur: imò cùm primùm hæreticus ad sanam mentem redeat, tenetur coniux illum & domo & toro suscipere: ergo neq; inter fidelem & infidelem locum habet tale repudium. ¶Quartò arguitur. Si propter infidelitatem, quę est spiritualis fornicatio, fas esset matrimonium dirimere, consequeretur, id ipsum ob quodcunq; peccatum mortale licere: omne enim peccatum ex superbia descendit: initium autem superbiæ, vt habetur Ecclesiastici. 10. est apostatare à Deo: & peculiariter de auaritia ait Pau. ad Ephes. 5. quòd sit idolorum seruitus, atq; adeò infidelitatis genus: sed ratione istorum non licet diuortium facere: ergo neque ratione infidelitatis. ¶In cõtrarium est, quòd matrimonium infidelium licèt sit iure naturæ legitimum & ratum, tamen non sic iure diuino ratum habetur, quin sit fidei gratia dissolubile: alioqui si infidelis sine contumelia saluatoris manêre nequiret, deberet fidelis ob bonum fidei grauamẽ illud perpeti, vt perpetuò esset coniuge orbatus.

Secundũ argumentũ. *Tertium argumẽtũ.* *2. Petri. 2.*

¶Ad quæstionem sub distinctione duabus conclusionibus respondetur. Supponitur enim ex primo articulo, quòd per solã susceptionem baptismi matrimonium non dirimitur. Quare si alter admonitus conuersionem pollicetur, expectandus est, dum non est in mora: & si conuertatur, matrimonium antiquum perseuerat, & fit simpliciter indissolubile. ¶Si verò alter duntaxat conuertatur, tunc aut infidelis vult sine contumelia Saluatoris cohabitare cum illo, de hoc est prima conclusio. Potest quidem tunc fidelis diuortium quoad torum facere, non tamen sic infidelem coniugem repudiare, vt possit illo vel illa viuente ad alias transire nuptias. ¶At si infidelis manêre renuit cum fideli sine iniuria fidei: itaq; vel est in fide iniurius, vel in Christum blasphemus, vel in cõiugem scandalosus, quia illum conatur peruertere: de hoc subditur secũda conclusio. In tali euentu fidelis potest & debet ab infideli

Primus casus. *Secundus casus.*

discedere & sic potest eum repudiare, vt ipso viuente possit ad alias nuptias commigrare. Et intelliguntur cõclusiones, vt in superiori arti. pari iure de vtroq; cõiuge, siue maritus prior cõuertat q̃ vxor, siue è diuerso. Distinctio est hic S. Thomę, & Ricardi, & omnium Theologorum, & Gratiani can. Si infidelis. 28. q. 2. vbi Gregorius ait, q̃ contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. Et eadem est prorsus distinctio Innocentij cap. Quanto, de diuort. vbi easdem conclusiones constituit. Atq; idem docet ca. Gaudemus. eo. tit. Ratio verò discriminis harum cõclusionum est, q̃ cùm in priori casu: scilicet, optante infideli cum fideli cõiuge sine iniuria Saluatoris manêre, nõ sit fideli necessarium infidelem abijcere, sed liberè possit eam retinêre, non est cur eam liberè relinquens, aliam sibi possit copulare. In secundo verò casu cùm necessariũ ei sit ab illa diuertere, nõ debet citra suam culpam absq; vxore in cœlibatu viuere. Ob idq; tunc iure diuino causa fidei matrimonium dirimitur, vt aliud possit iniri. Et in hoc casu aiunt in eisdẽ locis citati Pontifices habere locum verbum Pauli, si infidelis discedit, discedat: quia tunc frater conuersus aut soror, non subiectus est infideli plusquã si fuisset simpliciter mortuꝰ. Si verò voluerit sine contumelia fidei manêre cum illo, tunc licèt conuersus non sit simpliciter subiectus quoad cohabitationem, si non vult, est tamen eatenus, vt interim nequeat aliud celebrare coniugium. ¶Est tamẽ hic cõsideratẽ inter tempora distinguendũ, ne eorũ confusio lectorẽ seducat. Conclusiones enim istæ sub eo sunt constitutæ tenore, vt temporibus inseruirẽt, quibus fideli cum infidele coniuge consentiente manêre cum illo, licitum erat, imò consilium commanêre. Etenim iam modò si infidelis admonitus conuerti renuit, necessario debet fidelis ab illo dimoueri, atque adeò iure potest secundæ conclusionis vti alias optando nuptias. ¶Aduersus hanc tamen conclusionem extant nõ nulla argumenta solutu necessaria. Christus enim Matthæi. 19. simpliciter iussit, vt quos Deus coniunxit, homo non separet, nullam faciens distinctionem. Eandemq; sniam exponens subdit, Quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur, vbi nullam causam, nisi solam fornicationem, exemit. Quod si quis dicat, nomine fornicationis intellexisse etiam spiritualẽ, cùm quis cultus disparitate fornicatur, reuera commentum hoc gratis videtur inuentũ: tunc quia illic solùm lis agitabatur de fornicatione carnali: deinde quia eadem ratione quoduis peccatum mortale, posset dici fornicatio, vt per quod homo Deum relinquit, licèt non tam propriè quàm infidelitas, per quam radicitus eius fidem respuit. Tandem quia nec facultatem illic dimittendi vxorem fecit, nisi quoad torum. Item Paul. Roma. 7. nunquam mulierem matrimoniali iugo solui censet, quàm per mortem coniugis. Accedit can. Si quis habuerit. 28. quæst. 2. vbi cẽset Meldensis synodus seu potiùs Triburiensis cap. 39. quòd si quis habuerit vxorem virginem ante baptismũ, viuente illa post baptismum alteram habere non potest. Postremò denique arguitur, quòd ex verbis Pauli eiusmodi matrimonij dissolutio non colligatur: id enim duntaxat ait, quòd si infidelis discedere voluerit, discedat: non enim illi seruituti subiectus est frater aut soror conuersa, sed debet Christianus vxorem, & patrem & matrem & filios atque omnes necessarios, vt ait Redemptor, propter ipsum relinquere: non tamẽ ait quòd possit alias inire nuptias. Vn de Caieta. super eundem locum non solùm miratur, sed stupet, quòd torrens doctorum (verbum eius est) ex hoc Paulino loco, cùm Christus nõ exceperit nisi fornicationis causam, interpretetur, quòd causa fornicationis spiritualis matrimonium dissoluatur. Sed tamen negare minimè ausus est eadem de causa dissolui propter antiquum ecclesiæ vsum. ¶At verò non est vsq; adeò demirandum: nam præterquam quòd sancti patres, potissimùm in synodo considentes non humanis tantùm rationibus subnixi, sed sancto flamine suffusi sacra interpretantur oracula. Verba etiam ipsa Pauli non obscurè id edocent. Non enim illic generalem sermonem, vt Caietanus arbitratur, de omnibus cognatis relinquendis facit, sed peculiarem de discedente coniuge. Nam quod ait, fratrem & sororem non esse in huiusmodi subiectos, non refertur ad hoc, quòd frater fidelis debet relinquere sororem carnalem infidelem, aut soror fidelis fratrem infidelem, sed Christianos omnes more nascentis ecclesiæ appellat fratres & sorores. Quasi dicat, neq; conuersus subiectus est vxori infideli, neque conuersa infideli marito. Et dicens, non esse subiectos, intelligit esse à prisco matrimonio liberos, sicut dixit ad Roma. 7. per mortem viri libera

Vna opinio distinctionis. *Secunda distinctio.* *Tertia distinctio.* *Can. Si qu.* *Caietani opinio.* *Paul. 1. Corinth. 7.* *Paul. Ro. 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam esse vxorem quo. Secundò & inde quoque patres eũdem sensum venati sunt, quòd aliòqui infideles rem durissimam existimarent, & quæ illos à sacro baptismate absterrère posset, si neophytos à suis vxoribus necessariò abigeret, neq; aliarum eis coniugia permitteret. Hinc, inquam, colligitur, Deum rationem dirimendi matrimonia Apostolos ac subinde Ecclesiam docuisse. Et tertia ratio, eademq; potissima est, quòd illi, qui fidẽ baptismi Deo non offerũt, ad quam vniuersos mortales obligauit, digni non sunt, quibus coniugale fœdus seruetur. Meritissimò ergo Gregorius & Innocẽtius, non quidem ex suo capite, sed ecclesiam Apostolorũ traditione sic intelligentes institutam, eandem pronunciarunt veritatem. Et Ambrosius super eundem locum Pauli, & Augu. in lib. de fide ad Petrum, qui refertur can. Vxor legitima. 28. quæstione. 1.

Ratio. 2. *Ratio. 3.* *Gregorius.* *August.*

¶ Ad primum igitur obiectorum respondet, quòd cùm fidelis ab infideli discedit, nõ homo sed Deus dissoluit illud matrimonium: non quidem propter illam exceptionẽ, quã Christus Matth. 19. facit, quasi hæc sit fornicatio, vt multi arbitrantur. Nam, vt modò arguebamus, illic non fit mentio nisi de fornicatione carnali, non spirituali: & quod infidelitas dicatur fornicatio, est sensus typicus, qui vt ait Aug. non est efficax, vt inde argumentum sumatur, neq; loquitur nisi de diuortio quãtum ad torum: sed propter rationes modo factas & testimonium Pauli sanè intellectum. Itaq; Deus quemadmodum eo ipso, quòd religionem ceu perfectiorem statum instituit, per eius professionẽ dirimi voluit matrimoniũ ratum Christianorum, ita & tanquam autor fidei, in qua sola patet salus, per eius professionem alterius cõiugis, si alter eam detrectauerit, matrimonium dirimit, quod hoꝰ dirimere nequiuerat. ¶ Propter canonẽ autem Triburiensis synodi non defuerunt qui cõtra assertam veritatem fuerint opinati. At præterquã quòd synodus illa non fuit, nisi prouincialis, respondetur canonem illum intelligẽdum secundùm interpretationem Pontificum, & sanctorum patrũ, qui iam allegati sunt: scilicet, si illa absq; cõtumelia Saluatoris cum illo cõmorari voluerit. Quod aũt ait, Virginem, nullum secũdùm glossam claudit mysteriũ. Potuisset eũ generaliter loqui, etiã de corrupta. Quanuis forsan insinuauit, q̃ si cõtraxisset cum vidua, liberiùs illam relinquere potuisset, ne bigamiam post baptismum contraheret. Opinabatur enim fortasse synodus cum Hieronymo bigamiã ante baptismũ per ipsum extingui. Si verò illa vxor cum marito vellet conuerti, nullatenus poterat deseri, quia matrimonium fiebat indissolubile.

Solutio prima obiectionis. *Ad can. Si quis. 28. q. secunda.* *Virginem.*

¶ Alia verò dubia circa easdem cõclusiones sunt re vera perplexa. Primum enim ambigitur, quãdo eiusmodi matrimonium dissoluatur? postq̃, vt dictum est, per solam susceptionem fidei non dissoluitur. D. Tho. loco præsenti in solutione. 1. ait, q̃ matrimonium, quod pòst in fide Christi contrahitur, soluit matrimonium, quod priùs in infidelitate cõtractum erat. Itaq; docet, nunq̃ matrimoniũ dissolui quantũuis infidelis habitare cum in fideli recuset, quousq; fidelis aliud matrimonium contrahat. Et tunc generatio vnius est corruptio alterius. Quare si nũquam fidelis contrahit, nunq̃ antiquum dirimitur. Ricardo verò art. 2. q. 2. hęc nõ vsq; adeò placet opinio. Et argumẽtum eius est: quia non videt quo modo posit fidelis secũdum matrimonium conciliare, nisi primũ fuerit antea solutum. Et ideo ait, q̃ matrimoniũ soluit cùm primùm infidelis renuit sine contumelia habitare cum fideli. Atq; ad hanc opinionẽ videtur Scotus propendere artic. 1. dubio. 2. & glossa super citato ca. Si infidelis. 28. q. 2. Vnde carmen illud emanauit, Spernas spernentẽ vel blasphemare volentẽ: nam sunt absq; mora sic vincula rupta priora. Et videt text ipse Gregorij opinioni huic patrocinari, cuius verba sunt. Contumelia quippe creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. ¶ Nihilominus profectò multò est probabilior opinio Diui Thomæ, cui Paluda. cum Durando adstipulatur. Et ratio est, quæ ex Innocentio cap. Gaudemus, de diuort. colligitur: nempe, q̃ quantumuis infidelis vxor in sua perfidia persistat, iugumq̃; suaue Dñi recuset, si tamen postea resipiscat, & anteq̃ fidelis maritus aliud matrimonium cõtrahat, baptizetur, cogetur ille manẽre cum illa tanquã cum vera coniuge. Neq; obstat, q̃ ecclesia, vti ait allegata glossa, suiam diuortij protulerit: tum q̃ eiusmodi suia fortè non est necessaria, tum q̃ illa ecclesiæ suia vinculũ matrimonij non rumpit, sed facultatẽ facit fideli illum per alias nuptias rumpẽdi. ¶ Respondent autem autores eius opinionis, q̃ ecclesia, imò ipsa contumelia infidelis dirimit matrimoniũ. Tamẽ postea dum idem infidelis conuertitur, cogitur tunc fidelis in fauorem fidei

Quando infidelis matrimonium dissoluit. *D. Tho.* *Ricardus.* *Perplexa.* *Can. Si infidelis. 28. q. secunda.* *Solutio.* *Ratio.*

fidei eundem coniugem resumere, sed tamen per nouum cõsensum, acsi diremptum matrimonium sponsaliorum vim retinuerit. Sed certè hoc non est verisimile, imò credide rim, q̃ absq; nouo consensu priscum matrimonium perduret. Accedunt & ad hanc veritatem exempla, q̃ sicut sponsalia cum Maria contracta per matrimonium de præsenti cum alia contractum franguntur, & matrimonium ratum per ingressum religionis dirimitur, ita & matrimonium in infidelitate contractum, vt ait D. Tho. per aliud in religione Christiana initum dissoluatur. Solutio hæc non parui refert: nam si vera est, quãuis infidelis ante matrimonium à fideli celebratum, cum altero infideli cõtrahat, & ambo pòst simul fidei lumine irradiati baptizẽtur, dissoluẽdum est matrimonium illud, & suus coniux reddẽdus priori conuerso. ¶ Ad verbum ergo Gregorij vno modo respondetur, q̃ non ait, contumeliam infidelis soluere vinculum, sed solùm ius petendi debitũ ante eius conuersionem. Et hoc denotat adiectio illa, Circa eum, qui relinquitur, quasi ille fidelis relictus soluatur ab obligatione tori. Secũdò respõdetur, q̃ licèt intelligatur, vinculum etiam rumpi, non tamen id significatur per solam contumeliam fieri, sed illam ius tribuere aliud fideli ineũdi matrimoniũ, per quod alterũ dissoluatur. ¶ Secũda dubitatio huic proxima est, vtrùm infidelis coniux, qui dicitur relinquens, eadẽ gaudeat libertate contrahendi aliud matrimoniũ, qua fidelis, qui relinquitur. Glossa enim super sæpè citato cap. Si infidelis. in dubium reuocat, num infidelis quãdiu manet in infidelitate, posit cõtrahere. Et vtramq; opinionẽ videtur vt probabilem relinquere. At verò S. Tho. hic, & Ricardus art. 2. q. 3. & eadem glossa tripertito respondent. Ait enim primò D. Tho. matrimoniũ infidelium per illud, quod fidelis cõtrahit, omnino dissolui quod ad essentiã. Et ideo quantùm ad ius attinet naturæ, illico posset etiã infidelis contrahere: quoniam matrimoniũ non claudicat ex altera parte. Quare si matrimonium ex parte fidelis iam solutum est, pari iure dicẽdum restat ex parte infidelis esse distractum. Addit verò secundò, q̃ matrimoniũ claudicat quantũ ad effectum: scilicet, alterũ contrahendi, quia propter crimen infidelis, qui non conuertitur, indicitur ei, ne posit matrimoniũ aliud inire altero viuente coniuge, etiam si ad alias conuolauerit nuptias. ¶ Contra hoc tñ assertum mili tare videtur, q̃ cùm ecclesia infidelibꝰ ius nõ dicat, nequit eis hmõi pœnã indicere: & cùm ius naturale, neq; diuinũ, vt ait Ricardus & alij, infidelem illum iam priori matrimonio solutũ nullatenus ab alio ineundo cohibeat, non apparet, quo iure illa decernatur pœna. Ad hoc respondendum crediderim primùm, quòd si eiusmodi infidelis alias cõcinnet nuptias, matrimoniũ tenebit, quod nec S. Thomas negat, neque vllus negare potest, postquã ille à prioris nexu enodatus est: sed tamen culpam committit mortalem contrahendo. Etenim (si mea nõ me fallit coniectura) ius ipsum diuinum suscipiendi baptismũ, quod vniuersos mortales obligat, eo temporis articulo, quo alter coniugum orthodoxã fidem profitetur, peculiari ratione matrimonij, quo alter scilicet infidelis est fideli deuinctus, tenetur eum in eadẽ Christiana religione sequi: & ideo si non cõuertitur, peccat nõ solùm in Deum, vt sapientissimè ait Grego. sed etiam in matrimonium. Quam ob rem non quidem ab ecclesia, quæ tali iurisdictione non fungitur, sed iure ipso naturali & diuino indicitur ei, ne fidelem coniugem relinquens, alterum sibi copulet. ¶ At verò (quod tertium dictum est D. Thomę) si tandem ad fidem conuertatur, & eius coniux altero est coniugio colligatus, conceditur ei, vt alteras eligat nuptias. Intelligitur tamen, nisi forsan postquam eius cõiux in Christianismo cum altera contraxerat, infidelis ante conuersionem alium adsciuisset maritum: nam tunc, si coniux illa cum suo marito conuertantur, matrimoniũ illud ceu firmũ manẽre debet.

Exemplum se eundem. *Exempla.* *Can. Si infidelis. 28. q. secunda.* *Responsio. 1.* *Obiectio.* *Dilutio.* *Can. Si infidelis. 28. q. secunda.* *Responsio. 3.*

¶ Sed alia hũc quæstio protinus se insinuat: vtrùm votum solenne à neophyto susceptũ eandem vim habeat dirimendi matrimoniũ antiquum, ac si nouum ipse pacisceretur. In primis quæstio est, quando infidelis requisitus & cõmonefactus renuit conuerti: nam antea fidelis, vt nequit alio se implicare coniugio, ita nec religiõis voto: non solùm quia infidelis coniux difficiliùs tunc conuerteretur, verùm, q̃ neq; omnino fidelis ab obligatione reddendi debitum est absolutus. At verò postq̃ admonitus infidelis baptismum reculauerit, nõ est dubium, quin fidelis posit, vt matrimonium inire, ita & votum suscipere religionis: quin verò & citra religionem ad sacros ordines promoueri. Sed vtrùm per tale votum sic dirimatur matrimonium, vt infidelis posit ad aliud cõmigrare. D. Tho. non rñdet. Nihilominus de voto religionis non

Tertium dubium. *Proponitur dubitatio.* *Dilutio.* *Dubium præsens.*

Universidad de Deusto Biblioteca

non dubitaſ, vt ait Ricardus, & omnes alij, quin perinde ac nuptiæ, matrimonium dirimat. Idem eñ in hac parte de matrimonio infidelium consummato censendũ, quod de rato nondũ consummato inter Christianos, quod quidem per professam religionem dissoluitur. ¶Sed re vera sacrorũ ordinũ susceptio perplexum me hoc loco habet, an matrimonium in infidelitate consummatum dirimat. Videtur enim D. Tho. in responsione quarti, responsum dissimulasse: nam voto religionis tacito quasi compertũ sit, matrimonium illud dirimere, de sacris ordinibus initiato subdit. Quòd si vxor pòst cõuertatur, non est sibi vir suus reddẽdus: & hoc certissimum est propter votum adnexum ordinibus, quos ille legitimè susceperat. Subdit verò, Sed debet sibi imputare in pœnam suæ tardæ conuersionis, quòd viro suo priuetur. Quibus verbis insinuat, non posse alteri nubere. ¶Atqui si de mrimonio rato inter Christianos argumentum ducas, id ipsum confirmatur: nam vt dist. 27. q. 1. secundùm extranagan. Antiquæ concertationi. Ioan. 22. sub titu. De voto. monstratum est, susceptio sacrorum ordinum matrimonium ratum nequaquam dirimit. Item ad id vrgentiùs arguitur, Si eiusmodi ordinum susceptio matrimonium cum infideli consummatũ dirimeret, sequeretur ꝙ si postea coniux conuerteretur, posset alteri nubere: quodquidem hoc pacto redarguitur. Si Papa pòst super votũ sacerdotale castitatis dispensaret, quæ quidẽ dispensatio, vt dist. præcedenti dicebamus, si fieret, teneret, posset ille sacerdos secum aliã coniugem copulare. Quapropter inter Christianos contingeret, vt citra religionis votũ qui veri erant coniuges, alia matrimonia potuissent contrahere. Certè argumenta cõuincere videntur, matrimonium illud per sacros ordines neutiquam dirimi, atq; adeò vxorẽ siue infidelitatis tenacem, siue fidem professam debere superstite marito, nec religionẽ profitente vitam cœlibem ducere. Cui diuersa opinio fortè arriserit, debet similitudinem matrimonij rati inter Christianos repellere, & conclusionem postremi argumenti, quæ absurda videtur, concedere.

Nota. *S. Thomæ solutio.* *A simili.* *Argumentum.* *Redargutio* *Nota.* *Contraria opinio.*

¶Ad primum igitur capitalium argumentorum satis responsum est. Nam etsi matrimonium infidelium sit natura legitimũ, nec per legem naturæ dissolubile, non est tamen sacramentum, neq; tam perfectum & ratum, quin iure diuino ratione fidei catholicę, quę fortius est vinculum, dirimatur, per quam tandem perficitur, firmque simpliciter indissolubile. ¶Quòd si redarguendo resurgas. Crimen matrimonio superueniẽs illud non dissoluit: sed si coniux infidelis vult sine contumelia saluatoris cum fideli cohabitare, matrimonium non dirimitur: ergo crimẽ superueniens contumeliæ nollentis cohabitare illud non dirimit. Ad hoc, qui tenent matrimoniũ per contumeliã dirimi, negarent antecedẽs: nos tamen concedimus per solum illud crimen non dirimi: sed tamen fit per illud facultas, vt per superueniens vel matrimoniũ vel solenne votum religionis dissoluatur. ¶Sed ad secundum respondetur, non existere parem rationem de prole & vxore: nam per disparem cultũ superueniente nouo matrimonio fidelis antiquum rumpitur, in quo ideo vxorẽ restitui amplius non est possibile. Sed tamen per eandem cultus disparitatẽ ius paternum nõ extinguitur, quominus filij quotiescunq; pòst cõuertantur, iure & beneficio postliminij gaudere debeant: hoc est, ad eorum hæreditatem admitti can. Deinde, dist. 26. & Authen. Idem est de Nestorianis. C. de hæreticis. & in Authen. Vt cum de appellanis. §. Generalem. colla. 8. Postliminiũ enim est cùm ille, qui post limina prouinciæ relegatus fuerat, tandẽ reuertitur, cui ideo iura sua restituẽda sunt. Vnde titulus in. ff. nouo extat, De captiuis & postliminio reuersis. Et eadem de causa etiam vxor quotiescũque reuertatur, debet dotis priuilegio gaudere, vt doctores super cap. Placet, de diuortijs, adnotare solent. Et mulieres, quę credentes maritos in bello occisos vel aliter defunctos, ad alias nuptias euolarunt, ipsis reuersis sunt restituendæ. can. Cùm per bellicam. 34. quæstione secunda.

Solutio. *Solutio ad argum.* *Postliminio gaudet.*

¶Ad tertium de cõiuge inhæresim lapso in primis respondetur, per hæresim aut apostasiam nullatenus matrimonium soluì: quia vt sæpè diximus, matrimonium ratum per solum ingressum religionis soluitur, consummatum verò per solam conuersionem ad fidem alio superinducto matrimonio, vt Innocen. capi. Gaudemus, & expressius capit. Quãto, de diuortijs, cautũ duxit. Quinimò, vt art. 1. dicebamus, licèt cum hęretico & apostata matrimonium cõtrahatur, tener ratiõe characteris baptismalis. Licèt fœmina hæretico nubens dotem amittat, capit. Decreuit. de hæret. in. 6. Et vidi causam hãc in Germania agitari. Contendebat enim illustris quidam

Solutio ad 3. arg. *Innocen.*

dam vxorem hæreticam repudiare, & alias inire nuptias, sed non fuit auditus. At verò potest & debet diuortium fieri quoad torũ, præcipuè si periculum subuersionis catholico immineat, quod vtiq; semper imminẽre censendum est. Verbum enim Pauli, Hæreticum hominem post primam & secundã correptionem deuita, ad paternum & coniugale atq; ad alia omnia necessaria vincula extenditur, vt illis, non obstãtibus commertiũ talium hæreticorum euitetur. Atqui hic est omnium euentuum potissimus, in quo veritatem fortitur admonitio Christi, Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filium aduersus matrem suam &c. Matth. 10. ¶Si verò talis hæreticus resipiscẽs ad obediẽtiam ecclesiæ redeat, illiq; reconciliet, est dubiũ, vtrùm catholicus teneat reconciliatã in suam domũ & torũ suscipere. Sed distinguẽdum est. Nam si hæresis nõ processit vsq; ad ecclesiæ cõdemnationem, sed fuit ille vel illa coniux priuatim emendata, tenetur catholicus pœnitentem, siverè pœnitens est, illam sibi recõciliare. Si verò illa coniux publico ecclesiæ iudicio fuit hæresis damnata ac subinde à coniuge separata, eidẽq; ecclesiæ reconciliata, tunc maritus catholicus potest, si vult etiam inuita vxore, religionem approbatã ingredi & profiteri, illam scilicet religionem, cuius solẽnis professio impedit & dirimit matrimonium. Et idem est de vxore si maritus fuerit hęreticus. Decretum est ca. Mulier, de cõuersio. coniuga. Et hoc catholico indulgetur ad cauendam infamiam facti, quæ ex cohabitatione cum hæretico vel hæretica recõciliata contrahitur. Quare tunc illa reconciliata non compellitur religionẽ ingredi, sed potest manere in seculo: quia facultas, quæ fit catholico non debet vim inferre reconciliatæ religionem profitendi. Si verò non vult religiosus fieri, compellitur pœnitẽtem coniugem ad coniugale commercium suscipere, cap. De illa. & cap. Quanto, de diuort. Intelligitur autem hæc compulsio dum modò ille reconciliatus sit adeò pœnitens, vt absque periculo posit coniux manere cum illo. ¶Quòd si arguas. Peior est fornicatio spiritualis per hæresim, quàm carnalis per adulterium: sed post separationem tori fornicationis causa, etiam si adultera emendetur, nõ tenetur innocens eam pœnitentem suscipere: ergo nec resipiscentem hæreticam. Negatur consequẽtia multis de causis, quas glossa eodem cap. recitat: nam per hęresim sola anima commaculatur, sed per fornicationẽ anima & corpus, quod coniux magis abhorret. Item, quia si adulteram pòst maritus agnosceret, bigamiæ labem contraheret. Adde tertiò, quòd fornicatio magis è diametro fidei matrimonij aduersatur. ¶Si verò scisciteris, vtrùm ille coniux recõciliatus possit inuita vxore catholica, vel vxor reconciliata inuito viro catholico religionem ingredi, respõdeẽ, minimè posse sine catholici facultate: nã illa indulgentia facta est innocenti in eius fauorem. Quare nec sufficit licentia catholici, nisi ipse etiã ingrediatur religionẽ. ¶Vtrùm verò catholicus possit inuita vxore, quæ fuerat hæretica, sacros ordines suscipere & manẽre in perpetuo diuortio. Respõdetur, ꝙ licèt hoc non sit expressum in iure, credendũ tamen est illud posse. Ratio enim quare potest religionẽ profiteri, est, ꝙ cùm diuortiũ quoad torum iudicio ecclesiæ condemnãtis vxorem de hæresi factum fuerit, facta est facultas catholico per votum solẽne castitatis in perpetuo diuortio permanere, quodquidem votum sacris etiã ordinib' adnexũ est. Et ideo sicut de diuortio fornicationis causa dicebamus, potest vir vt religionis votũ, ita & ordines sacros in seculo suscipere. ¶Quartum argumentum partim dist. 36. arti. 1. dilutum reliquimus, illic enim disputauimus, vtrùm propter alia peccata quàm fornicationis causa liceat diuortium facere quoad torum. Nunc ergo hoc tantùm adijciendũ est, vt cuncta liquidò sub compendio clarescãt. Crimen enim simpliciter loquendo, nullum est, quod matrimonium possit dissoluere siue cõsummatum, siue non nisi ratum. Nam inter Christianos ratũ solùm per ingressum religionis dirimitur, inter infideles verò altero eorum conuerso coniuge crimen alterius conuerti renuentis non sufficit per se matrimonium dirimere, sed ius fact, vt per sequẽs matrimonium dirimatur. Præter hunc tamẽ casum vniuersalis est cõclusio, ꝙ ob nullum prorsus crimen aut causam matrimonium quoad vinculum dirimitur. Attamẽ quoad torum multifida opus est distinctione. Potest enim fieri diuortium quoad torum & propter fornicationem carnalem, & propter lapsum in hæresim vel apostasiam, quę fornicatio spiritualis est: diuersimodè tamẽ: nam in fornicatione vnicus sufficit actus, sed tamen in hæresi nõ propter vnicũ aut duos faciendum est diuortium, vt Diuus Thomas distinct. 35. art. 1. in solu. 3. adnotauit, quousq;

Matth. 10. *Obiectio.* *Solutio.* *Rationes differentiæ.* *Dubium.* *Solutioquarti argumẽ.* *Crimen nequit matrimoniũ dissoluere.* *Conclusio.* *Quoad torum.*

 persi-

Universidad de Deusto Biblioteca

perſiſtat poſt admonitionē hæreticus in ſua perfidia, vel periculum alteri coniugi offe-
Nota. rat. Atque hæc ſola peccata ſunt, quæ per ſe diuortium quoad torum ſecum adferūt. Pri mum ſcilicet, quia fidei matrimonij contra-
Alierū cri minum di ſtinctio. rium eſt, & ſecūdum, quia catholicæ fidei ad uerſatur. ¶ Cæterùm inter alia vniuerſa crimi na ſcelera & flagitia diſtinguēdum eſt: quia aut ſic ſunt peccata in vno cōiuge, vt ille nō moliatur alterum peruertere. Et ſecundùm hanc conſiderationem peccata non adferūt rationem diuortij, neque ius habet alter con iux ea ratione à ſceleſto diſcedendi, niſi fortè, vt hìc ait Sanctus Thomas in tēpus ſe velit vir ab vxore ſcelerata ſubtrahere, vt per priuationē illius ſolatij caſtigata emēdetur. Atq; id potiſsimùm quando crimina eſſent grauia, quod & vxor eodē iure valeret, ſi de
Nota. facto poſſet. At verò ſi crimina illa vel in per niciem vergunt corporalem & periculū con iugis, aut potiſsimùm in detrimentum ſpiri tuale, tunc poſſet deberetq; alter à cōſortio eius diſiungi, & dum per ſe non poſſet, debe ret beneficio iudicis aut eccleſiaſtici aut ciui lis vti. Crimina primi generis ſunt illa, quę le
1. Cōſenſu. procedit hodie quoad diuortiū tori. ge Cōſenſu. C. de repudijs, exprimūtur. Vt ſi vxor venefica ſit, aut liberorū interfectrix, aub ſubſtātiam maritide prędetur: aut ſi ma ritus periculum necis vxori offert, aut ſæuitiam in eam exercet, vt habetur cap. Literas, de reſtit. ſpol. Secundi generis crimina ſunt, ſi coniux cōiugem ad latrocinia inflecteret, vel alios corruptos mores ei moliret impingere: tunc enim poſſet deberetq; alter à nequam illo & corruptore coniuge diſcedere, vt habetur cap. Quæſiuit. de diuortijs. iuxta Domini admonitionem Matth. 5. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & eijce à te: & ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proijce abs te: vbi gloſſa in dextro oculo dexteraq; manu, vxorem, pa trem & filios atq; alios neceſſarios agnoſcit.
obiectio. ¶ Quòd ſi arguas. Nullum ergo eſt diſcrimē inter fornicationem aut alia vitia quoad ra tionem diuortij. Negatur omnino conſe quentia, imò eſt diſcriminis plurimum: for nicatio enim ratione iniuſtitiæ toro coniu gali illatæ ius facit alteri ab eodem toro diuertēdi. Et ideo quantūuis fuerit fornicatio iam pridem elapſa, & correcta, pōt vir vxo rem in perpetuum dimittere. Sed propter a lia crimina diſcedere non poteſt, niſi quādo de præſenti fiunt, & non emendant, dirigun turq; & referuntur ad peruertendum coniu gem. His enim cauſis ceſſantib' repetēdum eſt coniugale commercium. Et per hoc ſolu tum reſtat argumētum. Nomen quippe for nicationis in ſenſu proprio & literali nō niſi carnali turpitudini cōuenit: cætera verò pec cata nō niſi per metaphoram ſpirituales for nicationes nominantur: inter quas infideli tas & hæreſis potiſsimùm eodem nomine de ſignatur: ob id quòd prima deſpōſatio cum Deo fit per fidem, iuxta illud Oſeæ. 2. Deſpō ſabo te mihi per fidem, & iuxta illud Pauli, Deſpondi enim vos vni viro virginem, &c. Quare Aug. can. Idololatria. 28. q. 1. idolola triam & omnem ſuperſtitionem fornicatio nis nomine cenſet. Quocirca hæc duo crimi na ſpecialem rationem habent diuortij, reli qua verò minimè. Nam & auaritia itidē per tranſlationem & ſimilitudinem dicitur ido lorum ſeruitus: ob id quod auarus perinde aurum adorat & colit, quod fallens bonū eſt, atq; idololatra falſos Deos.

Fornicationis nomine quæ intelligatur.

Aug.

DISTINCTIO quadrageſima, De cognatione carnali.



INter impedimenta, quæ confœderandis ſcipulādiſq; nuptijs obſtāt, cognatio tandem poſtremum obtinet locū. Eſt autē triplex, ſcilicet carnalis, ſpiritualis & legalis. Carnalis autē in conſanguinitatem & affinitatem bipertitur. Eſt ergo cōſanguinitas vinculum ab eodem ſtipite deſcendentiū carnali propagatione contractum. Et quanuis olim plures gradus texerentur, iam tamen nunc temporis ſatis eſt vſq; ad quartum gradum bicornem arborem, duorum ſcilicet ramorum, extendere, vt ſtipite extra numerum poſito fratres ſint in pri-

Textus. Capitula. Consanguinitas quid. Affinitas.

mo primo, & in ſecūdo nepotes, & pronepotes in tertio, ac demum ab nepotes in quarto, vt ex canone Zacharię Pontificis colligitur. In qui bus duabus lineis hoc obſeruandum, vt nemo vnius rami propinquior eſſe ſanguine cenſeatur alteri alterius rami, quàm ipſe eſt ſtipiti: nempe, vt quartus vnius lineæ eodem quarto gradu à quocunq; alterius: ſcilicet, tam ab eo, qui eſt in primo, quàm ab eo, qui eſt in quarto, diſtet. Ille autem, qui propinquior eſt ſtipiti per diuerſos gradus ab alijs alteri lineæ diſtat. Qui enim in vno cornu eſt in primo gradu ab eo, qui in altero eſt in ſecundo gradu, eodem ſecundo gradu diſtat: & ab eo, qui eſt in tertio diſtat tertio &c. Itaq; quoto gradu remotior ab ſtipite, eodem ambo inter ſe diſtant.

Cap. Parentela. 35. q. 5.

Cap. ij. ¶ Ex ſic cōpoſitis diſpoſitisq; gradibus aliqui ſunt, qui iure naturæ à nuptiarum ritu depulſi ſunt, atque alij, quos ius diuinum ſub lege Moſayca prohibebat, demum alij, quos lex pontificia vetat. At verò cùm vetuſta lex, quātùm ad ea, quæ ceremonialia iudicialiaq; continebat, per legem euangelicā fuerit prorſus antiquata, illarū prohibitionum, quæ Leuit. 18. extant, nulla penitus ſub euangelica lege ducenda eſt ratio, niſi quatenus præcepta moralia inſinuabāt, quæ ex iure naturæ perpendenda ſunt. Gradus ergo primus rectilineus, qui eſt inter parētes & natos, ſic eſt prorſus, id clamante natura à coniugali copula explouſus, vt ob nullam vnquam neceſsitatē fuerit tale matrimoniū permiſſum. Eſt enim filius, vt ait Philoſophus, pars patris. Quapropter coniunctionem patris cum filia, aut filij cum matre natura quantùm poteſt, tantùm ſemper exhorruit. Imò & inter auos & nepotes ſimilem cōmiſtionē fortè abominatur. Tametſi quòd conſanguinitatis neceſsitudo in infinitū abeat, nulla ratio perſuadet. Cęterùm primus cōſanguinitatis gradus in trāſuerſa linea: nēpe, inter fratres, licet non tantam, quantam in recta, efficaciam habeat, quapropter in orbis ortu ob neceſsitatem propagandi generis noſtri fratres iure matrimonij cōuenerint, nihilominus illa expleta neceſsitate ſic ille gradus, vt 15. de ciuit. Dei autor eſt Aug. nuptijs aduerſatur, quaſi nunquam licere potuerit.

Leuit. 18.

Aug. ca. 6.

¶ Alios verò ſecundos ac ſubinde longiùs ſemotos gradus nō natura, neque verò iam poſt orbem redemptum lex vlla diuina, ſed tamē eccleſia diuinitus inſtructa à conuectendis nuptijs meritò coercendos curauit. Et primū quidē, quanuis, vt apud Gregorium Magnum & Iſidorum atque alios antiquos patres. 35. q. 3. & 5. videre eſt, qui ad ſextum vel ſeptimū ſecundùm variam ſupputationē illos protēdebant: tū temporis curriculum expe

Cap. iij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rimento docuit tam longã decurtandam seriem. Quocirca sanctũ concilium sub Innocentio tertio, capit. Non debet. de consanguinitate & affinitate. satis duxit vsque ad quartum gradum eodem sanguine cognatos, ne coniuges fierent, prohibere. Causæ etenim, quibus huiusmodi prohibitiones honestantur, vltra illum gradum non procedunt. Affertur enim in causis primùm, quòd cùm eiusdem sanguinis feruor amorem in generet, non decet, vt Philosophus in Polyticis author est, carnalem alium ei adhibere, ne carnis illecebræ nimium per congeminatum amorẽ exardescant. Mox quia cùm cõsanguinei intra eosdem lares commorentur, nisi eis religio aditum ad matrimonia occluderet, in præsentaneo incestorum periculo versarentur. Demum vt nuptiarum iura inter diuersos sanguines composita amicitiarum rationes latiùs propagarent. Nihil tamẽ istorum vltra quartum gradum locum habet, sanè cùm tam longa auorum & proauorum series in rebus humanis superstes esse nõ posit, atque propaginum ordo vsque adeò tunc elangueat, vt vix ampliùs ius amicitiæ & familiaritatis retinere sufficiat. Quare non est cur vltra quasi in carceribus & repagulis homines, ne se nuptiarũ ritu confœderent, teneantur.

Innocent.3. *Prohibitionis causæ.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.*

DISTINCTIONIS quadragesimæ, Quæstio vnica, De cognatione carnali.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm definitio consanguinitatis constituì solita rei definitæ competat.

RActatum impedimentorum matrimonij, distin. 34. in nouẽ distinctiones: nempe, in tres ternos dispertiti sum⁹, in quorum hoc postremo: his videlicet tribus subsequentibus distinctiõibus, de impedimẽto cognationis & affinitatis tractare proposuimus. Quæritur ergo de noïe & re consanguinitatis, vtrùm scilicet cõsanguinitatis definitio constituì solita sit legitima. Illa verò apud oẽs, tam theologiæ q̃ vtriusq; iuris professores hæc est receptissima. Cõsanguinitas est vinculũ ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et arguit primò cõtra nomẽ. Laban, vt Gen. 29. legit, dixit ad Iacob, Os meũ & caro mea es: idq; rõne cognatiõis inter eos cõtractæ: ergo eiusmodi ꝓpinquitas potiùs carnalitas debet, q̃ cõsanguinitas nũcupari. ¶ Secundò. Si cõsanguinitas ꝓpter propagationẽ ab eodem stipite cõtraheretur, vniuersi mortales, vt potè qui ab Adam deriuant, cõsanguineorũ noïe censendi essent: quod tamẽ vsus non recipit. ¶ Tertiò. Si generatio ex eodẽ sanguine consanguineos procrearet, etiam inter bruta eadem esset necessitudo, quod tamen absurdũ est, & concessũ ridiculum. ¶ In contrariũ tamen est vniuersalis doctorum autoritas.

Consanguinitatis definitio. *Cognatio triplex.*

¶ Primùm omnium vt à nomine proficiscamur, cognatio secundùm amplitudinẽ suę significationis superius nomẽ est q̃ consanguinitas. Est em̃ cognatio triplex: scilicet, carnalis, spiritualis & legalis. Carnalis est, quæ nomine consanguinitatis designatur, ex per carnalem generationẽ deriuatur. Spiritualis verò est, quæ per regenerationẽ in sacro fonte baptismatis contrahitur. Et legalis, quæ per adoptionẽ lege acquiritur. At verò si cognatio specialiùs pro carnali accipiatur, idẽ est prorsus quod cõsanguinitas. Græcè enim συγγενεια hoc est,

Iurisperiti. hoc est, cõgeniti, idem est latinè quod cognati & cõsanguinei. Tametsi Iuriscõsultis inter agnatos & cognatos sic distinguere placuerit, vt agnatio genus sit, cognatio verò species. l. Inter agnatos. ff. vnde legitimi. & l. Iuriscõsultus. ff. de gradibus. Itaq; cognati non dicant̃, nisi qui per lineã maternã descendũt, vt auunculus, qui est frater matris: agnati verò appellent̃ quomodocũq; ad eundẽ sanguinem attineant, vt patruus: nempe, frater patris, tam agnatus sit q̃ cognatus. Titulus aũt iuris canonici has distinctiones nõ meditat̃, sed generaliter inscriptus est, De consanguinitate & affinitate, vt cõsanguinitas dicatur cõiunctio, in eodẽ sanguine: sed affinitas sit coniunctio quæ per carnalẽ fit copulã. Nam cùm vir & vxor per copulã fiant vna caro, fit vt consanguinei vnius fiant alteri affines. ¶ In hac ergo distinctione disputandum nobis est de consanguinitate, & in subsequenti de affinitate, & in quadragesima secunda de aliis duabus cognationibus: scilicet, spirituali, & legali. Ad quæstionẽ ergo vnica breuissima cõclusione rẽdetur, prædictã consanguinitatis definitionẽ esse optimã. Vbi adnotãdum est, omnẽ amicitiã, vt 8. Ethic. autor est Philosophus, super aliqua societate & cõicatione collocari. Hæc aũt societas aut naturalis est, aut ciuilis: nam oïs cõicatio ad vnum vinculum refertur, quo plura cõicant, & ceu nodo quodã colligant̃. Ob idq; secundùm diuersas vinculorũ rõnes diuersæ species amicitiæ sumunt̃, quæ diuersa sortiunt̃ noïa. Et vt à ciuilibus exordiamur, inter Regem & ciues, interq; ipsos eosdem ciues amicitia interceditin illa cõicatione & societate fundata, quæ est gubernatio. Rex em̃, vt ibidẽ ait Philosophus, ad ciues, vt pastor se ad oues gerere debet. Ob id nanq; Homerus Agamenonem pastorẽ populorũ nuncupauit. Et qui eiusdẽ sunt sortis, consortes appellantur: hoc est, eiusdẽ conditiõis & qualitatis: & qui eadẽ mensa participant, cõmensales. Eadẽ ergo rõne in naturæ necessitudine & vinculo qui ex eodẽ sanguine nati sunt, cõsanguinei nuncupant̃, veluti qui eodẽ lacte fuerunt nutriti, appellant̃, collactanei fratres, quãuis diuersis fuerint parentibus geniti. Vnde Philosophus ibidẽ cap. 12. cõsanguinitatẽ naturale amicitiæ genus esse docuit. ¶ Igitur cùm in definitione dicit̃, consanguinitas est vinculũ, Ricardus atq; alij non arbitrant̃ esse prædicationẽ (vt cum dialecticis loquamur) sed causalem: hoc est, cõsanguinitas est vinculũ

Rõdet consang. & affin. *Conclusio.* *Amicitia diuersæ species.*

Homerus.

Consanguinitas in definitione.

ii causa. Attamen fortè è cõuerso potius dicẽdum est, vinculũ esse causam consanguinitatis: cognatorũ em̃ vinculũ est idẽ sanguis, & consanguinitas est cõmunio pluriũ in eodẽ sanguine, quæ ideo nihil aliud est q̃ relatio quędã & habitudo realis ad eundẽ sanguinẽ. Si quidem sanguis vinculum est, & glutinũ, quo plures colligãtur. Quanuis si vinculum accipiatur pro amicitiæ iure, quo consanguinei obligantur, consanguinitas, potest dici eiusdem vinculi causa. Stipes autem est persona & origo, à qua tanquàm à fonte eiusmodi ꝓmanauit sanguis. Veluti Adam prima radix fuit & stipes humani gẽris, à quo vniuersi mortales ceu rami eiusdem arboris pullularũt. ¶ Sed arguas forsan cõtra definitionẽ. Sequeret inde, patrẽ & filium non esse cõsanguineos: quia non ab eodẽ stipite ambo descendunt, sed vnus ab altero. Rẽdetur primò, ꝓ ambo descendunt ab auo, præterq̃ Adam & eius filij. Secundò, ꝓ sub disiunctione sensus est, vel ambos ab vno descendere, vel vnũ ab altero. Neq; verò descẽsus per carnalẽ concubitũ requirit: q̃m Christus & eius sacratissima mater opera spiritus sancti consanguinei fuerunt. Eua tamẽ nullatenus fuit Adæ consanguinea: quia ab illo non carnali propagatione descendit. Carnalis em̃ propagatio fit per decisum sanguinẽ vel vtriusque parẽtis vel saltem matris, vt in beatissima virgine. Eua verò nec per semen nec per sanguinem ab Adam descẽdit, sed ex eius osse Deo carnem superducente fabricata est, non in ventre, sed extra. Quare nec genita fuit ab Adam, nec cõcepta nec parta. Neq; verò ambo per carnalẽ propagationẽ, sed à Deo ambo creati sunt. ¶ Quòd si quis tandẽ arguat. Cõsanguinitas nomen quoddã conueniẽtiæ est: conuenire aũt hoïes, qui ex materia tantùm & forma cõstant, non pñt nisi aut ratione formæ, aut ratione materiæ: conueniẽtia verò rõne formę est specifica, in qua vniuersi mortales cõueniunt: in materia verò oẽs differunt, etiã fratres: quia secũdùm materiã homines numero distinguunt̃: ergo cõsanguinitas nulla est cõuenientia. Rẽdetur, cõsanguinitatẽ non esse conuenientiã specificã rõne formæ, sed materialẽ: sanguis em̃ ad materiã spectat, vt caro. Et quanuis in diuersis indiuiduis diuersæ sint numero materiæ, est tñ idẽ sanguis in ordine ad cãm efficientẽ: quia scilicet ab eodẽ stipite & radice pullulat: veluti idem est riuulus, qui ab eodem effluit fonte. ¶ Ad primum igitur argũ rẽdetur, denoïa-

Stipes qd. *Obiectio.* *Dilutio.1.* *Dilutio.2.* *Eua.* *Alia obiectio.* *Solutio.* *Solutio primi argumẽ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionē à ꝓxima materia fieri debere, quęquidem se habet vt forma respectu materiæ remotæ. Id aũt, quod proximè in semen cõuertitur, nõ est alimentũ aut caro, sed sanguis, vt 15. de aĩalibus autor est Philosoph⁹. Obidq; vinculũ illud, quo cõsanguinei cõglutinant, est sanguis. Quare cognatorũ cõicatio consanguinitas potiùs q̃ carnalitas dicit. Tametsi cõsueuerint cognati vnũ os, vnaq; caro ob id nũcupari, ꝙ sanguis, qui in semen viri, aut in menstruũ fœminæ cõuertit, potentia est caro & os. ¶ Ad secundũ negat cõsequētia. Est em̃ definitio sanè intelligēda, vt cùm dicitur, vinculũ descendentiũ ab eodē stipite, intelligat cuius stipitis virtus in eisdem perseueret. Virtus autē agētis cùm per multa deducitur media, attenuari incipit & debilitari, adeò vt tandem deficiat. Virtus tñ patris non solùm mouet ad id, quod est speciei, secundùm quã vniuersi mortales sunt similes, verùm & ad id, quod est propriũ indiuidui. Qua vtiq; ratione filius patris, & nonnunquã aui nepos imaginē refert, cõplexionisq; & morum effigiē, quæquidē indiuidualis cõuenientia dicit cõsanguinitas. Attamē virtus illa paterna nõ secundũ totam perfectionē descēdit in filiũ, & debiliùs elabitur in nepotē: qua vtiq; rõne vt lib. 11. Etymologiarũ, cap. 6. ait Isidorus, & refert dist. 35. q. 4. can. Cõsanguinitas, dũ virtus illa paulatim per ꝓpaginis ordinē exhauritur, cõsanguinitas extinguit. Quemadmodũ in arbore truncus radicibus ꝓximus robustior est, mox rami, quò trũco ꝓpinquiores, eò sunt valentiores: deinde tñ ramusculi adeò ꝓpagantur exiles, vt tandē in cacumine euanescāt. Ricardus verò & alij non ꝓrsus hanc rationē approbant, eo ꝙ hæc virtus fortior est multò in vno q̃ in alio. Et ideo cõsanguinitas in vno stipite latiùs ꝓpagaret, q̃ ab alio descendēs. Nõ tñ tã superstitiosè rõnes, què à similitudine ducunt vsurpādę sunt, sed secundũ ea, quæ plurimũ contingunt. Et certè similitudo arboris optima est: nã illo modo nobilitates, familiæq; strenuæ & illustres quò à trunco plus elongant, eò magis degenerant, & tandē fieri cõtingit, vt in pauperta tē collapsæ dispereāt. Atq; hac de causa iura primogenituræ, & facultatũ diuitiarũq; amplitudines inuētæ sunt, vt domus illustres veluti ossa reipublicæ & colũnæ perseuerarēt: nã gen⁹ & virtus, vt ait Lyricus, sine re vilior alga est. Accedit nihilominus & alia ratio, ꝙ cùm cõsanguinitas, vt ait Philosoph⁹, genus sit amicitiæ, eatenus ꝓtendit, quatenus secũdum cõem cursum eiusmodi amicitiæ affectionisq; respectus & cognitio perdurat. Per quot aũt gradus iure naturæ dilatet, art. 4. vi debimus. ¶ Ad tertiũ per idē rñdetur fundamentũ. Non, inquã, cõicatio sanguinis nudè cõsiderata cõsanguinitatis nomen obtinet, sed quatenⁿ est amicitiæ & humanitatis fundamentũ. Brutæ verò animãtes, quia cognitione finis carēt, & libertate, qua suarũ possint actionũ habere dominiũ, nõ sunt amicitiæ capaces: tametsi nonnullã præ se ferāt societatis effigiem & amoris. Ob idque in brutis consanguinitas non habet locum.

Solutio secũdi argumē.

Filius patrē quãdoq; imitatur.

Nota.

Simile.

Ricardus.

Nota.

Cõ tertia.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm consanguinitas per lineas & gradus commodè distinguatur.

Voniã cõsanguinitas instar arboris depingit, quærit vtrùm per lineas & gradus distinguatur. Et arguitur à parte negatiua. Linea cõsanguinitatis nihil aliud est, q̃ personarũ collectio, quæ sunt cõsanguinitate cõiunctę: collectio aũt hmõi ea dē ipsa cõsanguinitas est: nõ ergo linea pars est, ex qua cõsanguinitas cõstet. ¶ Secundò. Gradus est habitudo distantiũ personarum: cõsanguinitas aũt est propinquitas vnius ad aliũ: distantia verò & ꝓpinquitas sibi opponunt: ergo cõsanguinitas nõ cõstat ex gradibus, alioqui vnũ contrariorũ cõponeret ex altero. ¶ Tertiò. Si cõsanguinitas per gradus distinguit & cognoscit, sequeret ꝙ quicunq; inter se eodē gradu distarēt, æquali cõsanguinitate tertiũ attingerēt: cõsequens tñ est falsum, vt colligit ex can. Gregorij, Porrò. 35. q. 5. nã ego & frater meus in primo gradu distamus: & tñ filius fratris, qui primo gradu distat à suo patre, secũdo distat à me. ¶ In contrariũ aũt est autoritas Isidori, quę refert eadē cau. & quęst. can. Primo gradu. & can. Ad sedem, Alexandri. 2. quibus consanguinitas per lineas & gradus distinguitur.

Partinęta ad argumēta pro.

Secundò ad argumēta.

Tertium ad argumēta.

¶ Ad intelligentiã quæstiõis huius prænosse oportet, ꝙ linea cõsanguinitatis, vt D. Thomas & doctores aiũt, est ordinata collectio personarũ cõsanguinitate coniunctarũ ab eodē stipite descēdentiũ diuersos cõtinēs gradus. Collectio, aũt personarũ, vt ad primũ argumentũ cũ D. Thoma rñdeamus, non est ideo quod cõsanguinitas: nam collectio sunt ipse personæ cõplexim sumptæ, vt pater, filius & nepos &c. Veluti populus est personarum multitudo. Cõsanguinitas verò est relatio ipsa: putà, habitudo & respect⁹ inter personas: veluti ordo est relatio inter magistratus & reliquos ciues. Itaq; linea dicit personas, quæ sunt relatiõis cõsanguinitatis extrema. ¶ Gradus verò est habitudo distantiũ personarũ, qua cognoscit quanta distantia personæ interse differāt: vt habitudo filij ad patrem est primus gradus: qm̃ inter illos nulla persona media distat, sed dicitur primus gradus: quia est prima distantia. Gradus quippe ascēsum siue descensum significat: descensus aũt duo extrema & terminos designat: scilicet, à quo & ad quē. Quare eiusdē ad se ipsum gradus esse non pōt. Et ideo cauēda est fallacia, quã quis posset cõtrahere, imò aliqui contrahũt ex illo verbo Inst. & ff. de gradib⁹, desumpto ab Isidoro can. Primo gradu. 35. q. 5, vbi habetur, ꝙ primo gradu sunt supra pater mater: infrà filius filia. Non em̃ pater & mater ponunt primus gradus, sed vt primũ extremũ primi gradus, qui terminat ad filios. Quod si arguas. Gradus idē est, quod cõsanguinitas: nam eadē ipsa distantia inter patrē & filium est cõsanguinitas. Rñdetur, ꝙ quanuis eadē inter capedo sit gradus & consanguinitas, diuersis tñ rõnibus cõsideratur: nam per idē spaciũ res duæ appropinquãt: per quod distãt. Propinquitas ergo filij ad patrē est consanguinitas, sed qua rõne, distat dicitur primus gradus: & ideo sunt duæ relationes rõne distinctæ. ¶ Et per hoc rñdetur ad secundũ argumentũ. Distãtia em̃ hmõi & consanguinitas nõ opponũtur, sed sunt idē re rõne diuersa. Sed distãtia illa, quæ eo vsq; à primo stipite ꝓcedit, vt oēs cõsanguinitatis gradus trãsgredīat: nēpe, si in quinto gradu quis ab stipite distaret, illa iam esset cõsanguinitati cõtraria. ¶ Hinc fit, ꝙ linea ex pluribus gradib⁹ cõstat: est em̃ linea personarũ series, vt quæ cõstat ex patre, filio, nepote, ꝓnepote & ab nepote. Quod si arguas, Linea inter duo tantùm extrema puncta secũdùm Philosophos concludit: ergo non potest ex pluribus constare gradib⁹. Distinguit antecedēs. Si em̃ accipiatur linea pro vna dimensione & specie quantitatis, vt superficies & corpus, concedatur duo dũtaxat habere puncta in actu, sed tamen habet plura in potentia: quia in quolibet puncto secari potest, vt in duas medietates, & quatuor partes &c. Impręsentiarum vero accipitur linea pro rebus ipsis dimẽsis, & linealiter ordinatis, quæquidem linea constat ex pluribus vnitatibus seorsum diuisis, sicut numerus. ¶ Ex his ergo colligitur affirmatiua conclusio, qua ad quæstionem respõdetur. Consanguinitas per lineas & gradus distinguitur. Quod est dicere, Sanguinis propinquitas instar arboris per ramos pluresq; inbinde ramusculos diffunditur & propagatur. ¶ Distinguitur autem linea triplex: scilicet, descendentium, ascendentium & transuersalis, quæ est collateralium. Nam cùm cõsanguinitas, vt. 8. Ethico. capi. 12. ait Philosophus, sit sanguinis communicatio, triplex, inquit, est. Vna siquidem consideratur secundùm habitudinem principij ad principiatũ, qualis est descensus patris ad filium, filijque ad nepotem &c. Vnde ait, quòd patres diligunt filios tanq̃ partes ab ipsis decisas, atque ab ipsis existentes. Alia verò est secũdùm habitudinem principiati ad principium, qualis est ascensus filij ad patrem, & patris ad auũ, &c. Et ideo ait, quod filij diligunt patres tanquam illos, à quibus existunt, & sicut partes suum totum. Quo fit vt hæ duę lineæ nõ sint re diuersæ, sed sola ratione & cõsideratione: nam per eandem scalam descenditur & ascēditur. Tertia est linea transuersalis, quæ ad collaterales transuertit, qualis est inter duos fratres, & inter duos fratrueles, qui sunt fratruum filij: & inter patruũ, qui est frater patris, & filium fratris. Igitur si hunc ramorum ordinem & graduum cõsanguinitatis inspexeris, reliqui omnes gradus à primo, qui est inter patrem & filium oriũtur, & in illo tanquam linea in centro connectuntur. Ratione enim patris auus & proauus connectuntur filio eiusdē patris, sicuti & nepos & pronepos & reliqui ratione eiusdem filij vniunt eius patri & superioribus. Item fratres ratione parentum inter se vniuntur: & ratione eiusdem trunci colligantur patrueles cũ consobrinis, & omnes breuiter trãsuersalis lineę. Velutiomnes affines, vt distin. seq. dicturi sumus, compinguntur & compaginãtur in vinculo mariti & vxoris. Etenim quia illi per copulam carnalem efficiũtur vna caro, omnes consanguinei vxoris efficiuntur affines mariti, & vicissim omnes consanguinei mariti fiunt affines vxoris. ¶ Hanc consanguinitatis arborem, vt. 35. quæst. 5. & in titulo de consanguini. & affinita. est videre, tanta ramorũ & ramusculorum multitudine interpretes depingunt, vt confusionē potijs oculis q̃ lucē offundāt: cùm tñ ad rei intelligentiã satis sit duas lineas ab eodē stipite quatuor gradibus cadētes sub hac bicorni forma delineare.

Gradus qd.

Solutio secũdi argumē.

Linea.

Conclusio.

Linea triplex.

Consanguinitas triplex.

Transuersalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Declaratio arboris. IN QVA vtiq; figura ab Adam primoparente per alterutrã lineã rectã descẽditur, cuius primus gradus est filius, secundus nepos, tertius, pnepos, & quartus abnepos. Et per eandẽ rursus ascendit: eo tñ ordine, vt qui erat descendẽdo abnepos, reliquat tanquã primus filius & terminus. Vnde primus gradus sit pater, qui descẽdendo erat pronepos. Secũdus, auus: & tertius, pauus: & quartus, abauus, qui est ipse Adam. Transuersim aũt ab vna linea ad alteram diuertãt, vt inter duos primos filios & filias qui sunt germani fratres primus gradus agnoscãt: & inter nepotes, secundus &c. ¶ Verum est tñ q̃ in ista supputatiõe trãsuersaliũ linearũ diuersam rationem Cæsares suis ciuilibus legibus secuti *disjunxerunt*, sunt,

sunt, quàm in suis canonibus Pontifices. Nã iure ciuili ex vno gradu Iuris canonici fiunt duo: qua vtique ratione duplantur, ac subinde reduplantur, vt Alexander. 2. can. Ad sedem. 35. quæst. 5. refert, qui quidem canon in concilio Lateranensi ad condemnandam supputationem ciuilem sancitus fuit. Enimuerò Iustinianus in Authentica, de hæredibus ab intestato venient. colla. 8. ob solam successionem hæreditatum ab intestato, gradus constituit, quàm ideo decurtare volens, cùm vsq; ad sextũ gradũ eiusmodi hæredes vocarent, cogitauit sextũ in tertio hac rõne terminare, quòd cùm vnusquisilibet filiorũ vno gradu à parẽtibus distet, iunxit duos inter se fratres duobus gradibus distare: scilicet, vt vnus distaret ab altero vno gradu, & alter ab altero reciprocè altero gradu. Et eadem rõne de nepotibus: quia vterq; ab auo distat duobus gradibus, promulgauit ambos inter se quatuor gradibus distare. Ac subinde pronepotes in sextto, vltra quẽ gradum noluit ab intestato hæredes succedere. Et pót in fauorẽ Iuris ciuilis diuisionis sic argui. Sicut nepos distat ab auo duobus gradibus, ob id q̃ filius interstat medius, ita & duo filij videntur duobus distare: quia pater est medius. Rñdetur tñ, q̃ inter filios non est medius pater, quasi filij sint duo extrema distincta in eadẽ linea, sed quia ambo eadẽ linea & gradu cadũt ab ipso. Et ideo ius canonicũ non habet rationẽ numeri personarũ cadentiũ ab stipite, sed solius distantiæ & casus, qui est vnus amborũ fratrũ. ¶ Quod si rursus arguas. Filius ppinquior est sanguine patri q̃ fratri suo: distant aũt vno gradu à patre: ergo pluribꝰ à fratre. Respondet, q̃ sicut vna albedo esse pót altera maior vel intensiuè ppter maiorẽ perfectionẽ, vel extensiuè, quia per maiorẽ quantitatẽ dilatat, ita filius est magis consanguineus patri, q̃ suo fratri ex eodẽ patre: quia arctius & perfectius est vinculũ inter genitũ & genitorem: eo q̃ sunt sicut effectus & causa, q̃ sit inter duos fratres, qui non se habẽt nisi sicut duo effectus ad eandẽ causam: licẽt frater non sit propinquior suo patri q̃ suo fratri: quia fratres non distant à se inuicem nisi quantùm distãt à patre, qui est vnus gradus. ¶ Refert subinde idẽ ibidẽ Pontifex quorundã morẽ, qui nõ primũ patrẽ, sed primã gnationẽ stipitẽ constituunt: & quia prima gnatio est filiorũ, supputationẽ à filijs tanq̃ à primo trunco exordiunt, vt primus gradus fit à filijs in nepotes, & secũdus in pronepotibus.

Iustinianus

Vtrum gradus duo.

Filius.

Vtrum ppinquior.

Filius.

Mos supputandi quandam.

Et fuit fortè ab Isidoro desumptꝰ can. Series 35. q. 5. vbi ait, q̃ filius & filia: scilicet, frater & soror, sit ipse truncus: sed nepos & neptis primus inde ramusculus. Sed tñ ecclesia iam vniuersalis nõ habet nisi vnũ supputãdi modũ, vt primus gradus sit inter germanos fratres, vti ait Zacharias Papa can. Parentelæ. eadẽ can. & quæst. Secundus inter nepotes, qui si sint fratruũ filij, fratrueles dicunt, & si sororum, sobrini: hoc est, sororini, & tertius inter pronepotes: ac deniq; quartus inter abnepotes. Quauis iam oẽs illi sub fratribus collaterales cõsobrini dicantur. ¶ Hinc ergo iudicia geria regula & index colligit. Ad cognoscendũ em quoto gradu duo inter se distẽt, animaduertendũ est, vtrùm sint ambo in eadẽ linea recta: an verò sint collaterales duarũ linearũ. Si sunt in eadem linea, & inter illos nulla est persona media, sunt consanguinei in primo gradu, vt pater & filius. Si verò intersit persona media, tunc cõnumeratis oĩbus medijs & extremis, sunt in tot gradibus, quot sunt personæ vna dempta. Vt quia pater & filius & nepos sunt tres personæ, nepos distat ab auo secundo gradu, & pronepos tertio, & sic descendendo. Si verò illi duo sint transuersales in diuersis lineis, & æqualiter ab stipite distent, quoto gradu distant ab stipite, distant inter se. Vt fratres distant inter se primo gradu, quo distant à patre. Si verò ab stipite inæqualiter distent, tunc quoto gradu remotior distat ab stipite, distant & ipsi inter se: capit. Vir qui ab stipite, de consang. & affinita. vt filius Adæ Abel distabat ab Enos nepote Adæ duobus gradibus, quibus Enos distabat à suo auo Adam. Et idem Abel tertio gradu distauit à Cainam pronepote eiusdem Adæ, & in quarto à Malaleel abnepote eius. Et ratio huius regulæ liquida est hæc: quòd cùm collaterales non habeant inter se consanguinitatem, nisi quam habent ratione primi stipitis, in quo vniunt, nullus vnius lineæ maiorem habere potest propinquitatem ad lineam alterius, quàm habet ad stipitẽ: & cùm propinquitas inter duos sit relatio æqualitatis & similitudinis: fit vt abnepos nõ sit propinquior filio abaui, quàm sit ipsi abauo: putà, in quarto gradu, atq; adeo nec filius abaui sit eidem abnepoti propinquior q̃ in eodẽ quarto gradu. ¶ Igitur si oculos ad figuram suprascriptam retuleris, & postremũ: nempe abnepotem vnius lineæ, conferas ad alteram lineã, omnes eodem gradu attingit: scilicet, quarto: videlicet, abnepotem

Vsus cõmunis supputandi.

Regula generalis.

In linea recta.

In linea trãsuersa.

Regula generalis.

Ratio regulæ.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem alterius lineę, & pronepotē, & nepotem & filium. Si verò filium vnius lineæ ad alteram conferas lineam, nō omnes personas eodem attingit gradu: sed filiū alterius lineæ attingit primo gradu, & nepotem secūdo, sed pronepotē tertio, & abnepotē quarto. Itaq; nemo vnius lineæ propinquiùs quenq; alterius attingere potest, q̃ attingat stipitē. Pōtamen remotiùs se ad illum habere propter maiorem distantiam eius ab eodem stipite.

Nota.

¶ Et per hoc tertium argumentū principale solutum restat: nam quanuis auus & nepos eodem gradu inter se distent, tñ filius eiusdē aui, qui est nepotis patruus, primo gradu attingit auum, & secūdo nepotem: quia respectu radicis non æqualiter distant. ¶ Hinc rursus sequitur, quoscunq; duos siue in linea recta, siue in transuersali eodem gradu inter se differre. Quo enim gradu Petrus refertur ad Paulum, Paulus refertur ad Petrum: licēt nō semper ad stipitem eodē referant. Filius enim & nepos in eadē linea inter se in primo gradu referunt: quia se habent, vt pater & filius, sed tñ ab auo pater distat vno gradu, & nepos duobus. Et idem est de filio vnius lineæ, qui est patruus nepotis alterius: referuntur enim inter se secundo gradu, sicut nepos ab auo: & tñ filius ad eundē auum non refertur, nisi primo. ¶ Atq; hoc obsernandum est, vt dum de dispensatione inter istos gradus sermonem habituri sumus, perpendamus, q̃ si vnus ab stipite distat quarto gradu, licēt alij distet nō nisi tertio, vel secūdo, nontū videt maior faciēda difficultas, q̃ si ambo essent in quarto: qa non sunt sanguine ꝓpinquiores.

Solutio tertij argumēt.

Appēdix.

Circa dispēsationem.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm gradus quispiam cōsanguinitatis in linea recta iure naturali matrimonium impediat.

PLantata consanguinitatis arbore per suasque lineas & gradus distributa, reliquū fit, vt exploremus, quemadmodū cōcilian dis nuptijs impedimētum obijciat. Et quia hoc pōt iure naturali diuino & humano cōtingere, exordiēdo à iure naturali arguitur, q̃ nullus consanguinitatis gradus tali iure matrimoniū impediat. Nulla mulier tam ꝓpinqua viro esse pōt, q̃ Eua fuit Adæ: quęquidē cōfessio ipsius fuit dicentis Gen.2. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: fuerūt nihilominus matrimonio cōiunctī: ergo nulla carnis vel sanguinis cōiunctio iure naturæ cōiugalem nexū exhorret. ¶ Secundò. Si lex naturalis inter parentes & natos matrimonia impediret, similiter & auos & nepotes à nuptijs arceret: nā aui, magni patres dicunt: hoc tñ falsum esse videtur: nā si talis esset prohibitio naturalis, cōsequeretur, vt nec matrimoniū inter auū & neptē esset fixum, atq; adeo dum conuerterent ad fidē esset necessariò rescindendū: consequēs aūt videt, vt falsum decernere Innocent. cap. Gaudemus, de diuortijs, vbi ait, q̃ qui in secūdo vel tertio gradu contraxerunt, non sunt separandi. ¶ Tertiò. Ius naturale est, quod natura oīa animalia docuit: sed brutæ animantes nullū in coitu sanguinis respectū habent: ergo ius naturæ hominib⁹ talem respectum habere non iubet. ¶ In contrariū est, q̃ illud iure naturę mrīmonio obstat, quod eius fini repugnat: fratres aūt mrīmonio cōiungi fini generatiōis obstat: nam idem Gregorius loco citato ait, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere: qua ratione illud interdicit: ergo iure naturæ impeditur.

Secundū.

Tertium.

Quartum.

Pars affirmatiua.

¶ Quæstio hæc præcipui momenti est, & à plerisq; doctorū multis agitata nominibus. Quo aūt fulgentiori luce ꝓcedat, ꝓponēdæ statim ante oculos sunt nuptiarū prohibitiones, quas antiquo populo Leui. 18. Deus præscriplit, quæ q̃uis sint numero duodecim, ad sex tñ gradus penitiùs perspectæ resoluuntur. Prohibent nanq; nuptię in primo & secūdo gradu in linea recta cōsanguinitatis: scilicet, inter patrē & filiā, & matrē & filium, qui est primus gradus: & inter auū & neptē, ac subinde inter auiā & nepotē, qui est secūdus: atq; in transuersali quidē in primo, vt inter fratrē & sororē, & in secūdo ascendēdo: scilicet, inter consobrinū & amitā scilicet sororē patris & pariter cum materterra videlicet sororē matris. Isti em, licēt duo appareāt gradus, nō est nisi vnicus: scilicet, secūdus cōsanguinitatis ascendentiū in linea transuersali. Rursum inter affines prohibent quoq; matrimonia in primo gradu duobus modis: scilicet ascendendo & ad latera. Primo modo, ne q̃s agnoscat matrē & filiā: putà, ne quis ducat priuignam: id est, filiam vxoris suæ, neque gener socrum suam: neque vna nubat patri & filio: videlicet, ne nurus nubat socero patri mariti sui, neq; priuignus ducat nouercam. Omnes enim isti quatuor sunt idem gradus affinitatis. Prohibetur etiā secūdo modo mrīmoniū in primo gradu affinitatis: videlicet, ne quis ducat sorores duas, aut vna duobus fratribus nubat. Hic enim etiam primus gradus est licēt nō tam efficax vt priori modo. Disputatio aūt de duobus modis primi gradus affinitatis ad proximā attinet distinctionē. At q̃m oēs quatuor gradus cōsanguinitatis nimiū extenderēt articulū vnum, in duos eū secuimus. ¶ In capite ergo totius disputationis id præstituere oportet, vtrùm ꝓhibitiones illæ Leuit. 18. vim modò in lege nra retineant. Operæpreciū em est hanc quæstionē ad duos effectus dissoluere. Primùm ad vidēdū, vtrū infideles, qui in illis gradibus cōtraxerūt, si modò cōuertant, sint separandi. Et deinde ad iudicandū, vtrùm Papa modò possit super aliquē illorū graduū dispensare. Hæc em duo mēbra mutua cōsecutione connectunt. Si em ius illud diuinū modò perseuerat, nullū est mrīmoniū inter infideles, nec Papa dispensare pōt. Si verò abdicatū est, vtriusq; mēbri contrariū est tenendū. Et quidem quæstio nō solū cum hæreticis disputāda est, verū, & inter catholicos controuertit. Etenim VViteleff, vt est videre apud VValdensem tomo. 2. de sacram. c. 134. dicebat oēs illas ꝓhibitiones modò vim suā iure diuino retinere: & ideo in illis gradibus mrīmonia esse illicita, nec esse dispensabilia: ecclesiā tñ non posse alios ꝓhibere. Eundēq; errorem mordicus tenēt Lutherani. De hoc verò secū do mēbro: scilicet de ecclesiæ facultate ad ꝓhibendū gradus artic. 5. nos docebit: sed primū est modò examinandū. Atqui inter catholicos, saltē si in superficie illos aspexeris, cōis ferè opinio est, illos gradus esse modò iure diuino ꝓhibitos. Ita tenere videt Bonauētura dist. pnti art. 1. q. 2. & eod. loco Ricardus. Inò & S. Tho. dist. 39. art. 3. ad. 3. argu. ait, q̃ si infideles, qui in gradibus contraxerūt in Leuitico prohibitis, conuertant, sunt separādi. Et Sylues. verb. Matrimoniū. 8. q. 6. & verb. Papa. 6. 17. ait, oēs ferè illos grad⁹ esse iure naturæ prohibitos, in quibus ideo Papa dispensare non valet. Et idē ait Maioris. Et potissimū VValdēsis. At verò Paluda. moderatiùs se exponit dicēs, q̃ ferè oēs gradus illic ꝓhibiti sunt de iure naturę. Cui sub eisdē verbis adstipulat Arch. Florē. 3. par. tit. 1. c. 14. In cōtrario extremo sunt Caieta. & Thomas de Argentina, qui dicunt, ius naturæ solùm parentes & liberos prohibere, non tamen fratres. ¶ His tñ prænarratis opiniōibus ad quęstionē tribus rndetur cōclusionibus. Prima. Præcepta illa ꝓhibitoria Leuitici ea rōne, qua illa lege posita sunt, nullū apud nos vigorē retinent, sed prorsus extincta cessarūt. Solùm aūt persistunt quatenus moralia sunt: videlicet, quatenus vim retinēt naturalis iuris. Posterior pars nota est: quia Christus ius naturæ non quidem extinxit, sed potiùs perfecit. Prior verò pars probat. Certū enim est totā illam vetustā legē, qua rōne illi populo posita fuit, penitus per Christū abolitā fuisse & antiquatā. Venit em, vt eam adimpleret, vt idē ait Matth. 5. Et ideo in morte eius & resurrectione, vbi tota veritas, cuius ipsa fuerat figura, cōpleta est, illa fuit extincta, quod verbum illud in cruce prolatū significat. Consummatū est. Vnde Pau. ad Hebr. 7. Trāslato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat: cùm ergo in Chro translatū fuerit sacerdotiū veteris legis in sacerdotium Melchisedech, fit vt & legis translatio facta fuerit. Et subdit. Reprobatio quidē fit prioris mādati ꝓpter infirmitatē eius & inutilitatem. Et ad Hebr. 8. testimoniū Hieremiæ. 31. ad id confirmandū refert, Ecce dies veniūt, dicit Dns, & cōsummabo super domū Israel testamentū nouū. Vnde subdit Pau. q̃ nouū antiquauit prius: quod aūt antiquatur & senescit, ꝓpè interitū est. Idemq; cōfirmat ad Rom. 7. per mulieris similitudinē, quæ sub viro est, mortuo tñ viro soluta est à lege viri. Sic em nos per mortē Christi liberati sumus à lege veteri. Et ad Gala. 4. id ipsum per allegoriā Abrahæ declarat, qui habuit duos filios, vnū de ancilla, & alterū de libera, qui duo testamēta significāt: sed filius ancillæ eiectus est, & filij⁹ liberæ mansit, quo lex nra libertatis designatur. Quocirca, vt Actuum. 15. legitur, apostolorū conciliū, Pharisæorū pertinaciā contendentiū circuncisionē cum euāgelio seruandā sic pronūciauit, Visum est spiritui sancto & nobis nihil vltra vobis imponere oneris q̃ hæc necessaria &c. ¶ Igitur doctores huc deberēt oculos cōjcere, vt intelligerent, nullū posse argm desumi ex prisca illa lege modò post Christū passum, nisi quatenus natiuam vim habet naturalis iuris. Quinuerò oculatiùs deberent attēdere, hæresim esse illas prohibitiones, quatenus legales erāt, modò tanquā obseruādas allegare perinde acsi legē circuncisionis retinere cōtenderēt. ¶ Et accedit prętereа euidētissima rō, Pręcepta illa Leuit. 18. quatenus erāt pręcepta illius legis Mosaycæ alias gentes non obligabāt, quę lege circūcisionis non tenebant: ergo neq; nos lex illa modò obliigat: quia non magis nos, q̃ Gentiles com-

Gradū prohibitio Leuitica. an de iure diuino.

Hieron.

Maioris.

Primū conclusio.

Secundū.

Tertium.

Quartum.

Inter affines prohibitiones.

Secunda conclusio.

Leuitica.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

Lex vetus antiquata.

Paulus.

Hebræ. 8.

Rom. 7.

Ad Gal. 4.

Nota.

Rō optima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

les cōprehendit: si quidē ab illa, vt Rom. 8. ait Paulus, iam nos Christus liberauit. ¶ Solùm ergo perpendendum est, quantum iuris naturalis illæ ꝓhibitiones contineant: qm̄ non ampliùs nos obligāt. ¶ At verò fortasse quispiā obijciāt hic nobis August. q. 53. super Leuiti. vbi ait, oīa illa mandata in decalogo esse præcēcepta, insinuās esse moralia: quo testimonio VValdē. tomo. 2. de sacram. c. 134. fundat, vt dicat oēs illas ꝓhibitiones nūc esse de iure diuino. Verūtamē, vt demus quodāmodo esse moralia, nō tn̄ subinde colligit, vt illa virtute mr̄imonia dirimāt. Aliud quippe est, rem aliquā præcepto morali & naturali esse ꝓhibitā, aliud verò eodē iure esse irritā. Nam ꝓhibitio moralis solùm inducit pctm̄ si contra fiat, nō tn̄ subinde si fiat, euacuat & irritatur. Iure em̄ diuino & naturali prohibita est bn̄ficiorū incōpatibiliū multitudo, & pctm̄ est illa possidere, nō tn̄ ideo collatio eorū nō tenet. Itē ꝓdigalitas iure naturæ ꝓhibet, & tn̄ ꝓdiga donatio tenet. Præterea q̄ post votū simplex castitatis mr̄imoniū cōtrahit, peccat quidē, sed eius nihilominus mr̄imoniū tenet. Et post spōsalia aliud mr̄imoniū cōtrahere, pctm̄ est cōtra ius naturę, & tn̄ mr̄imoniū valet. Et mr̄imoniū clandestinū q̄uis sit culpabile, nihilominꝰ est validū. Quin verò ꝓhibitio illa, cuius supra meminimꝰ, ne ppls ille cūgētibus illis terræ ꝓmisse mr̄imonia necēteret, fortasse non erat nisi obligatoria sub reatu mortali, nō tn̄ q̄ nuptias irritaret: nā hoc sub lite reliqmus. Pariter ergo ex illis ꝓhibitiōibus Leuit. 18. planè colligit, absurdū esse pctm̄ iure naturæ talia mr̄imonia cōtrahere, nō tn̄ subinde cōsequitur esse nulla. Sed solū subsequit, expediēs fuisse modò in lege euangelica, vt illa mr̄imonia iure positiuo impedirent, vt factū est. Et accedit super hęc oīa magnū argm̄, q̄ in Leuitico aliqui gradꝰ vetant, qbꝰ iure naturæ similes nō vetant. Prohibet nāq; cōsobrinus cū amita vel matertera: hoc est, cū sorore pr̄is aut mr̄is copulari, & tn̄ nō ꝓhibet neptis seu cōsobrina patruo vel auūculo nubere, cū tn̄ iure naturæ idē sit gradꝰ. Illud em̄, Turpitudinē patrui tui non reuelabis, nō sic intelligitur, vt neptis nō nubat patruo, sed q̄ cōsobrinus nō ducat vxorem patrui. Cū em̄ dr̄, Turpitudinē patrui tui nō reuelabis, per modū expositionis subdit, Neq; accedes ad vxorē eiꝰ, q̄ tibi affinitate cōiūgit. Si ergo de iure naturæ aliq̄ illic vetant, & aliq̄ permittunt, nō est cur nūc illę ꝓhibitiōes tāq̄ iure naturæ mr̄imoniū dirimētes sint auscultādæ. ¶ Restat ergo in illis prohibitionibus energiā esse perpendendā, quā à iure naturæ mutuant. At verò nō desunt qui dicāt cūctas ꝓhibitiōes illas esse de iure naturę, vt est dist. pnti Palud. cui Archiepꝰ Florēt. 3. par. tit. 1. c. 14. 14. subscribit, ait, ferè oēs esse de iure diuino. Et recētiores, in qbus est Ioā. Maioris, & Sylue. verb. Papa. §. 17. illa rōne arbitrant nō posse super illis Papā dispēsare. His tn̄ nō obstātibus dicendū est, sic oēs ꝓhibitiōes illas esse de iure naturali, vt tn̄ inter eas sit ordo digno scēdus. Multiplex quippe discrimē est in iure naturæ: quędā em̄ sunt tanq̄ prima principia, alia verò tanq̄ cōclusiones, ꝓpinquiùs lōgiusue ex illis deductę. Igit inter eiusmodi ꝓhibitiōes, aliquæ sunt sic iure naturæ validæ, vt eodem iure matrimoniū irritēt, atq; aliæ, quæ licēt iure naturæ id ꝓhibeāt, nō tn̄ eodē iure irritent: attamē cōgruit, vt ecclesia sic ratia mr̄imonia cohibeat, vt eadē casset & annullet, sed nihilominus poterit super ipsis dispēsare. ¶ His ita præhabitis sit huius articuli cōclusio secūda. Inter patrē & filiā, sicuti inter matrē & filiū iure naturæ ac perinde diuino sic prohibitū est mr̄imoniū, vt q̄uis nulla alia lex id ꝓhiberet, esset nullū. Et ideo ꝓhibitio hæc Leuit. 18. in capite posita fuit. Turpitudinē pr̄is tui & matris tuæ nō discooperies. Mater tua est, nō reuelabis turpitudinē eius. At quia dictū est, vim illius legis solo iure naturæ esse perpendendā, illud est perspiciendū. Rationes aūt à natura ꝓfectas adfert hic D. Tho. q̄tuor, sed luculentiùs. 2. 2. vbi de incestu disputat. q. 154. art. 9. Quæquidē q̄uis ad alios consanguinitatis gradus referri etiā possint, tn̄ ad parētes & liberos peculiari emphasi attinēt. Prima sumit, à turpitudine cōtra primū finē mr̄imonij. Et est hæc. Illud est mr̄imonio cōtrahēdo contrariū, quod eiꝰ potissimo fini, qui est gn̄atio aduersat: congressus aūt parentū cū liberis eidem fini è diametro opponit: ergo est impedimentū dirimēs. Probat minor. Nā etsi pater ex filia posset filios suscipere & educare, sicuti & filius ex matre id tn̄ fieri neqret, nisi modo indedecētissimo & fœdissimo. Et em̄ iura oīa diuina & naturalia cōsonantissimo cōcentu sibi mutuo cōcordant: iure aūt naturę & diuino liberi tenent parētes reuereri adeò, vt quēadmodū 5. Ethi. ait Philosꝰ ipsis veluti Deo paria debitis obseqa reddere nō possimꝰ: ad reuerētiā aūt potissimū attinet, vt eorū, quos veneramur, honorē colamus, & ipsorū pudicitię & honestatis simꝰ in primis custodes. Qua rōne Valerius Maximus refert, liberis inter Romanos non fuisse permissum simul cum parentibus balneari, ne se nudos conspicerēt: in re aūt vxoria summa detegitur turpitudo, adeò vt ipsę coniuges pudore tunc suffundant: reuerentiæ ergo, quā liberi parētibus debēt, maximè repugnat eorum turpitudinē detegere. Atq; hæc causa est, quam lex citata diuina cōmemorat. ¶ Secunda ratio sumitur à cōcupiscētia cōtra secundū matrimonij finē: & est hęc. Matrimoniū præterq̄ in officiū generatiōis, institutū etiam est in remediū concupiscentię: si aūt inter parētes & liberos, imò & inter illos, quos necesse est in eadē familia cōmorari, licitū esset, ingens offerretur periculum rei Venereæ: assidua quippe illa conuersatio de se incendium esset libidinis. Quòd si arguas. Etiā mulieris pulchra forma irritat: & tn̄ nō impedit matrimoniū. Hoc verum est, sed tn̄ pōt eius consortiū caueri. Cōuersatio aūt intra easdem ædes creberrimas offert illecebras & lapsus occasiones: quare nisi veti tum esset inter domesticos matrimoniū, oēs domus incestibus sordescerent. Quare & vxor zelotypia exureret in maritū & filias: solēt em̄ patres nimiū esse filiarū amātes: quare vxores nunq̄ auderent filias permittere vt in secessu cum patribus colloquerent, aut illos amplexarentur: sed religio, quæ tales nuptias abominatur, facit vt cōmercia illa tutò permittant. ¶ Tertia ratio eōdē prorsus tendit, quæ est. 2. Politic. Aristo. vbi contra polytiam Socratis easdem incestas nuptias reprehendit. Amor em̄ venereus illi, qui ex sanguinis coniunctiōe oritur, adiectus nimiū ardoris libidinē suscitaret, & irritaret: nā cùm per se vterq; ingens sit, ille certè, qui consanguineus est, alterū libidinosum, nisi per prudentiam & temperantiā arceat, parturit: & ideo q̄ū secundus inter cognatos flammas emittit, vehemētissimus est, atq; adeò nisi inter ipsos interdictæ essent nuptiæ, nimiùm hoīes emollescerēt, & matrimonio, quod remediū est concupiscentiæ, ad maiorē libidinē abuterentur. Documentū profectò rei huius illę pronunciæ perhibent, quę postq̄ sacramentū cōfessiōis abiecerūt, domesticis fœdissimisq; incestibus scaturiunt. Vnde barbarus ferinor. illo mos erat, quem Ouid. lib. 10. Metamor. refert. Gentes tn̄ esse ferunt i Iungitur, vt pietas geminato crescat amore. Quemquidē concubitum idem lib. 7. hoc carmine vituperat. Dextera Cylleneę est, in

Prohibitio. *Obiectio.* *Dilutio.* *Simile.* *Prohibitio Leuit. 18.* *Rō optima.*

Valer. Maximus. *Leuit. 18.* *Rō secūda.* *Obiectio.* *Dilutio.* *Tertia.* *Ratio.* *Ratio. 4.* *Aug. rationes.* *Paulus.* *Matris & filij matrimonium.* *Matrimoniū parētū cum filijs.*

qua cum matre Menephron, Concubiturus erat sæuarū more ferarū. Istæ ergo rōnes licēt vehementiorem habeant de parentibus & liberis energiam, de omnibus nihilominus consanguineis procedunt. Quare Leuit. 18. peculiariùs eorum concubitus & matrimonia vetabantur, quos in eisdem ædibus commorari cōuersari q; oportebat. ¶ Quarta demum ratio ad matrimoniū. quatenus sacramentū, refertur: & sumitur ex Aug. loco citato. 15. de ciuit. Dei capi. 16. Sacramentū enim matrimonij signū symbolumq; est charitatis Christi & ecclesiæ ergo rōne sacramenti charitas est inter Chrianos propaganda & amplificanda: cùm ergo inter cōsanguineos ipsa sanguinis coniunctio charitatē conglutinet, condecens est, vt per nuptiarū vincula diuersi sanguines affinitate copulent: quaratione noua amicitiarum genera orian̄t. Etenim, vt illic ait Augu. si pater filiam duceret, idem esset pater & maritus, imò idem auus & pater. Quæ vtiq; ratio etiā alios cōsanguineos attingit. Si enim frater sorori per conubium colligaretur, idem esset illis pater, & socer. Quòd si rursus nepos & neptis cōiungerentur, essent cōiuges, & fratrueles, & eorum pater esset eis pater, & socer & auunculus: & mater esset simul socrus & amita. Istæ ergo necessitudines dū ad diuersos sanguines disseminantur, vt alij sint cōsanguinei, atq; alij affines, latiùs honestiùs & pulchriùs pūt propagari. Quin verò ipsa per se absurditas est, vt tanta cōfusione iura cōsanguineorū & affinium cōmisceant. Ait Paulus, naturali affectione virū quærere quo modo placeat vxori, & vxorē quomodo placeat viro: indecorū aūt esset maximè patrē solicitū esse quomodo placeret filiæ, & matrē quomodo placeret filio, cùm ius consanguinitatis contrariū iubeat. Et multò absurdius esset, si vir, qui cōsanguinitate est inferior, per matrimoniū fieret superior. Absurdius em̄ esset cui vehemētiùs natura reclamaret, si filius matrē cognosceret q̄ si filia patri nuberet: quia cùm maritus debeat vxoris esse caput illiq̄ que superior, abominatio esset, si matrem filius superueniret. Et eadem ratione fœdiùs cōsobrinus ducit amitā, q̄ auunculus consobrinā. Honores em̄, qui maioribus iure consanguinitatis debentur, ratione affinitatis inter cognatos cōtractæ indecorè sæpissimè peruertuntur.

¶ Sed vt alijs prætermissis gradibus ad parētes & natos reuertamur, hæc superioribus adhibetur ratio naturalis. In generatione, vt supe-

Universidad de Deusto Biblioteca

superiùs ex Aristotele retulimus, vir se habet vt agens, & fœmina vt patiens, qui per copulam efficiuntur vna caro: cùm ergo liberi, vt idem ait Philosophus, sint sicut partes parẽtum, atque adeò pater & filia sint quodammodo vna caro sicut pater & filiꝰ, natura exhortatur, vt filij & parentes, non cõiungantur vt agens & patiens: esset enim quasi reciproca actio, vt idẽ ageret in se ipsum. ¶Atq; eam ob rem non ineptè sancti interpretes & hunc quoq; sensum ex illis verbis enucleãt, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ: hoc est, causa huius coniugalis nexus nec pater ascisetur in maritum, neq; in vxorem mater. Quãuis & alter addatur intellectus: scilicet, ꝙ ratione vacandi rei familiari & vxoriæ posthabẽdi sunt parentes atq; alij cognati. ¶Accedit in confirmationem huius veritatis & enormis ætatis disparitas: nam cùm mulier parit, plurimùm attingere consueuit annum ferè vigesimum: quando ergo filio nuberet, esset quadragenaria, atq; adeò ad concipiendum inepta. Sed quid opus est pluribus? Cùm liberi à parentibus ea ratione prodeant, vt successiõe perpetua soboles vltra ꝓcedat: quidnam scelestius illo nefando regressu excogitari potest, vt vir eũdem vterum, vnde exijt, deturpare audeat, & fœmina eodem semine, quo sata fuit, polluatur? ¶Adde ꝙ quacũq; extiterint Barbari feritate, nulli tamen, aut vix vlli talia matrimonia excogitasse feruntur, quod perquã euidens naturæ documentum est tale facinus abhorrẽtis. Referunt quidem Tertullianus in Apologetico cap. 9. & Strabo, lib. 15. & Quintus Curtius lib. 7. & nõ nulli alij, Persis huiusmodi incesta connubia in more esse. Sed isti si hęc nõ impostura potiùs, vt quidam aiunt, q̃ historia est, non sunt digni qui inter homines adscribantur: est enim hmõi ritus belluinus potiùs q̃ humanꝰ: cùm & bruta etiam ipsa tales per horrescant congressus. Scribunt enim tum Aristoteles lib. 9. de historia animalium cap. 47. tum & Plinius lib. 8. capi. 42. de camelo & equo, qui opperimento contectas matres superuenire coacti, postq̃ agnouerũt matres esse, alter camelarium morsu defixo interemit, alter verò se præcipitem dedit. ¶Vnde Ambr. lib. 8. epistolarũ epistola. 66. ad Paternum, contra connubia consanguineorum multa confert, vbi obiter ait, non reperiri specialiter sermone legis prohibitum, ne pater filiam suã accipiat vxorem. Quodquidam putant lapsum memoria dixisse, cùm id Leuiti. 18. expresè prohibitũ sit. At verò Ambro. in illo verbo, Turpitudinem patris tui non reuelabis, non agnouit expresè prohibitum matrimoniũ filiæ cum patre: quia non censetur vxor reuelare turpitudinem viri. Sed turpitudinem patris putauit appellari vas vxoris patris, qa sunt duo in carne vna: atq; adeò prohibitum illic expresè matrimonium filij cum matre, sed virtualiter & implicitè intelligi, ne filia nubat patri. Attamen cùm distinctè sint positę, turpitudo patris, & turpitudo matris, cõmunis doctorum schola ambo matrimonia censet expresè prohibita, Nam & vxor quodãmodo discooperit verẽda mariti. ¶Quòd si sciscitetis, vtrùm eatenus hoc sit iure naturæ prohibitũ, vt etiam natura integra id ipsum vetaret? Videtur enim, ꝙ si primus parens non fuisset præuaricatus, matrimonia inter parentes & liberos non fuissent prohibita: qm̃ prima, eadẽq; potissima ratio, quã fecimus, in illo statu non militaret: quandoquidem peccatum fuit in causa, vt hominũ nuditas turpis esset & verecundiam offunderet: etenim quousq; primi parẽtes prolapsi fuẽre, non fuerũt in obscœnis motibus verecundiam passi: fit ergo consequens, vt in illo statu absq; vlla turpitudine fieret generatio, atq; adeò filius matrem cognoscẽs non reuelaret eius turpitudinem. Item neque timendum tunc fuisset, ne carnis illecebræ vltra iustum excitarentur, quia nihil incommodi illis potuisset accidere: neq; verò opus esset iure nuptiarum amicitiarum vincula prolatare: quia omnes essent sibi satis amicitia deuincti. Respõdetur nihilominus, ꝙ etiam in illo statu natura hoĩes docuisset, nefas esse talia inire connubia. Eandem enim reuerentiam & honorem deberent parentibus liberi, vt modò. Hæc ergo argumẽta illius status sæpè fallunt. Etenim quãuis illo durante nullum potuisset peccatũ existere, tñ sicut peresum ligni vetiti illum amiserũt, ita eundem per quodcunq; mortale delictum contra ius naturæ commissum perdidissent, vt si filius cognosceret matrẽ, statum perderet, & tunc concubitus ille fieret turpis. Item consanguinei plus se quàm alios etiam tunc diligerent: quare aliæ quoque rationes factæ tunc suo modo militarent.

Propter hoc relinquet, &c.

Aliaratio.

Rõ optima.

Barbari.

Bruta.

Plinius.

Ambro.

Rõ solida.

¶Sed acrius dubiũ est, vtrùm vsq; adeò iure naturæ sit tale matrimonium repulsum, vt nullam ob causam quantumcunq; publicã posit super eo dispensari. Martinus enim, de tem-

Dubium.

de temperantia, quæst. de incestu tenet, ratione boni communis, ne scilicet humanum genus pereat, licere patri filiam, & filio matrem cognoscere. Casus eius est, Si Adam forsan non nisi filias ex Eua suscideret: & intelligeret maribus concipiendis ineptam fuisse. Vel fortè si eam tunc Deus sustulisset in cœlum, tunc, inquit, absq; alia Dei dispensatione potuisset ad filiã accedere causa procreandi masculos. Vel demus nũc ex hominibus nõ esse superstites nisi patrem & filiam, qui crederent orbem abolitum iri, quod filiæ Loth cùm se se patri summiserunt arbitratæ sunt, tunc videtur ille pater causa conseruandi humani generis posse filiam matrimonio sibi adiungere: veluti dist. 26. q. 1. art. 2. de religiosis diximus, qui non obstante solenni voto possent tunc matrimonia contrahere: & 33. dist. de pluribus vxoribus eadem necessitate ducendis. ¶Atqui Caietanus quæst. illa citata. 154. art. 9. vsq; adeò arbitratur matrimonium patris cum filia esse indispensabile, vt ob nullam penitus necessitatem, etiam propagandi humani generis posset fieri licitè. Arbitratur, inquam, adeò esse prorsus intrinsecè malum, vt mentiri & furari, à quibus nequitia inseparabilis est. Sed certè plus nimio rem exaggerat. Etenim si tã intrinsecè esset malum, consequens fieret, vt neq; Deus ipse posset dispensare: nam vt. 1. 2. q. 100. arti. 8. autor est D. Tho. cui Caie. ipse fidem adhibet, Deus super his, quæ sunt eo modo intrinsecè mala, vt super præcepta decalogi, dispensare non põt. Et tamen idem Caietanus loco citato insinuat, q̃ posset Deus dispensare super matrimonio patris cum filia. Non ergo sibi satis cõstat. ¶Igitur quicquid ipse vel alij sentirent, ego negare minimè auderẽ, Deum super eiusmodi matrimonium dispensare posse. Quo fit, vt non sit tam intrinsecè malũ, vt mẽtiri aut peierare. Nihilominus addiderim secundò contrà Martinũ, casum eius & euentum non esse admittendum: nempe, ꝙ Eua conceptioni masculorum esse posset inidonea: nam cùm Deus illos parẽtes ceu prima femina, quibus humanum genus disseminãdum erat, creasset, suæ prouidentiæ repugnaret, ꝙ nõ essent ambo ad id muneris idoneit aut si permisisset vt propagatio non nisi per tam fœdas nuptias, quales sunt inter parentes & liberos, fieri posset. ¶Si tamen sciscitãdo vrgeas. Quid si modò non essent in orbe nisi pater & filia, aut mater & filiꝰ? Profectò, saluo peritorũ iudicio, compelli mihi videor, vt dicam, tunc tale connubium fore licitum: quandoquidem non sit tam intrinsecè malum, quàm illa, quę primis principijs iuris naturæ sunt contraria. Cauillum enim illum, ꝙ tunc credendum esset, finem adesse mundi, nunq̃ facilè admiserim: nam cùm cognitio illa supra naturalis sit, quia de die illa nemo scit, nõ esset fas hominibus illud credere, sed tenerentur omnia naturalia remedia adhibere credentes, ꝙ natura ipsa, & qui eius autor est Deus in tali casu dispẽsaret. Alij forsan erunt nimium reuelationũ amatores, qui dicent, tunc expectandam fore Dei reuelationem. At verò extra illũ casum in tale matrimonium nulla cadit pontificia dispensatio. ¶Hoc de parentibus & liberis cõstituto, quęritur vtrùm in linea recta idem ius naturæ remotiores gradu à mãimonio pariter arceat. Ricardus hic, Scotus, Durandus & Paludanus & Caius Iurisconsultus in l. Nuptiæ. 2. ff. de ritu nuptia. (adeò vt cõmunis opinio censeatur) aiunt, lineam rectam in infinitum cõnubia interdicere, vsq; adeò vt Adã, qui nõgentis triginta annis vixit, si viduus tunc esset, imò si modò resurgeret, cũ nulla posset matrimonium componere. Quare Enoch, qui in fine mundi cum Elia appariturus est, cum nulla contrahere fœmina poterit: quoniam Noe, ex quo omnes originẽ trahimus, eius fuit soboles. Caietanus verò in illa citata quæst. 154. art. 9. in. 2. 2. & opusculo ad Clemẽtem septimum de coniugio Regis Angliæ tenet iure diuino solùm, phiberi vnus gradus in linea recta: scilicet, parentum & natorum. Et sumpsit fundamentum ex verbo S. Thomæ in solutione ad. 3. vbi ait, ꝙ in cõmixtiõe personarum coniũctarum aliquid est, quod est secundùm se indecens & repugnans naturali rationi, sicut commistio inter parẽtes & filios. Aliæ verò personę, quæ non coniunguntur secundùm se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex se ipsis indecentiam, sed variatur illa secundùm consuetudinem & legem humanam vel diuinã. Ait ergo Caieta. ꝙ ad rõnem filij attinet, vt deriuet ex sanguinibus vtriusq; parentis, vel saltẽ matris, vt Christus. Filio aũt per accidẽs cõtingit habere auos ratione parentum: scilicet, quia patres, alios habuerũt patres: quare filij Adæ absq; auis fuerunt vere filij: id autẽ, quod est per se, secundùm Aristo. est necessarium, vt ignem esse calidũ: id verò quod accidit, est contingens, vt hoĩem calescere. Quare inter patrẽ & filiam est necessaria vnitas, quæ

Caietanus.

Dubium.

Nota.

In recta linea an solꝰ quariꝰ gradus an remotiores phibeant.

Caietanus.

Verba sancti Thomæ.

Rõ Martini.

Dubium.

Sciscitatio.

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ iure naturæ matrimonium excludit: inter alios vero nõ item. ¶ Vtraq; verò opinio videtur extrema, & ideo constituitur conclusio media, quæ sit huius articuli secunda. Inter auum & neporem ius naturæ matrimonium cohibet, licèt in infinitum huiusmodi impedimentũ non progrediatur. Prior pars probatur quoniam Leuit. 18. post interdictũ primi gradus inter parẽtes & filios, subditur in recta linea de auis & nepotibus, Turpitudinem filiæ filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est: quasi nepotes sint etiam quodãmodo auorum partes. Quocirca quanuis non omnia illa præcepta sint purè moralia, quę debeant durare in noua lege, vt dictum est, nihilominus profectò in secundo illo gradu natura ipsa videtur nuptias execrari: nam & aui solẽt appellari magni patres. Ob idq; rationes supra de patre & filia factæ si intimè inspiciant, pari ferè vigore militãt de auo & nepte. Et ideo licèt nõ tanta cum turpitudine, tñ accessus aui ad neptẽ videtur reciprocatio quędam agentis ad se ipsum tanquam ad passum. ¶ Ratio verò metaphysica Caietani licèt non sit omnino inefficax ad probandũ longè esse absurdius matrimonium inter patres & filios, quàm inter remotiores, non tamẽ vrget, nullam esse fœditatem inter auum & neptem: imò qua parte auus senior est, plùs quodammodo deformitatis adfert. Et quanuis non tam per se nepotes ad auos referantur, quàm patres, satis est tam vicinum ab illis sanguinem ducere. Et Diuus Thomas noluit fratres & auos à naturali prohibitione excludere, sed tantùm in re euidentiori exemplum ponere. Quare non dixit, reliquas personas non habere indecentiam ex se ipsis, sed non ita ex se ipsis habere: id est, non habere tantam. ¶ Secunda verò pars: scilicet, quòd progressus nõ fiat in infinitum probatur: quoniam ludicra ridiculaq; videtur tam longa consanguinitatum series. Et cõfirmatur primo ratione morali: nam consanguinitas consideratur, vt radix & fons amicitiæ: communi autem ordine naturali amicitia inter ascendentes & descendentes nimium dilãtes euanescit, & tandem disperit: ergo non est cur semper sit cõsanguinitas reputanda. Et confirmatur secũdò, quia videmus prosapias & illustriũ stemmata temporum longitudine omnino euanescere & mutari, & humano iudicio cõsanguinitatem aboleri: ligamina verò naturalis iuris ex communi hominum iudicio & æstimatione pensari debẽt. Profectò propinquiùs se videntur sanguine cõtingere Hispani, & Galli, & Itali, quàm Adam vel eius filij, si modò vixissent, ad nos accederent, imò q̃ nos Noe & Iapeth, qui fertur Europam populis repletũisse, attingerẽt. Accedit q̃ cõsanguinitas, vt diximus, arboris instar propagatur: ergo sicut in arbore atq; in alijs rebus datur methodus & terminus, vltra quẽ non est progredi, ita in consanguinitate. ¶ Sed adhibetur denum & tertia ratio legalis. Etenim si linea recta in infinitum matrimonia interdiceret, id ius ecclesiasticum, quo gradus cõsanguinitatis prohibentur, admonitum curasset: at verò sine vlla discrepantia rectę aut transuersalis lineę duntaxat fuerũt olim prohibiti vel sextus vel septimus gradus, & modò duntaxat quartus: ergo cùm ecclesia adnersus ius naturæ nihil valeat decernere, signum est consanguinitatem lineæ rectæ iure naturæ perinde ac trãsuersalis finiri. Et re vera si modò tritauus, qui à trinepte quinto gradu distat, inter viuos existeret, à matrimonio cum illa contrahendo minimè cohibetur. Nam forma capituli, Vir qui à stipite, citati tale matrimonium non respuit. Id quod patroni illi° infinitatis ,pspicere debuissent, atque alij, qui dicunt eiusmodi prohibitoria lineam rectam vsque ad vigesimum vel trigesimum gradum progredi: quod absque vlla verisimili coniectura temere, vt libet, diuinare videntur. Certum eñ est, quod quantùm ad nuptias texendas vltra quartum gradum nulla linea descendit. ¶ Quo autem ad prædictum secundum gradum reuertamur, fortasse Papa non valet inter auum & neptem coniugium dispensando permittere, saltem nunquàm fecisse legitur, nec credo facere auderet: propterea quòd aui & nepotes proximè ad parentes & natos accedẽtes, quasi patres & filij reputantur. In alijs verò gradibus rectæ lineæ vsque ad quartum, neq; vt dispẽsaret consulendum videtur, neque si vrgenti causa id faceret, reclamandũ. Sed res est, quæ per quàm rarissimè potest vsu venire.

¶ Ad primum igitur argumentum respõdetur, quòd etsi Eua ex osse fuerit Adæ composita, non tamen eius fuit filia, imò nec cõsanguinea: quia non fuit genita ex eius lumbis, sed ex osse à Deo diuinit° fabricata, sicut ex eodẽ osse poterat Deus facere quoduis animal. ¶ Ad secũdum, si vera sit opinio, quam veram credimus: nempe, inter auum & neptem iure naturæ matrimonium interdici necessa-

Secunda cõclusio.

Prima pars probatio.

Rõ Caieta.

Secunda pt.

Rõ prima.

Rõ secunda.

necessarium est Innocentium restrictè glossare, & certè ita interpretandus videtur, in secundo gradu cõsanguinitatis in linea transuersali: putà, inter patruum & neptem, & inter fratrueles: & pariter in secundo affinitatis, & in quocunq; tertio. ¶ Ad tertiũ respondetur, q̃ ius naturale, vt alibi iam supra dictũ est, dicitur illud, quod natura omnia animalia docuit: diuersimodè tamen secundùm ingenium quorumcunq; animalium. Bruta verò fœderis iurisq; consanguinitatis minimè capacia sunt, quia finem suarum operationũ non cognoscunt, atq; adeò nec reuerẽtiam, quam nati parentibus debent, aut amicitiæ officia: consanguinitas autem ob id vinculũ naturale est, quòd inde enascuntur reuerentiæ & amicitiæ iura. Item quia cùm non habent suarum actionum dominium & libertatem, sed mero instinctu naturali agantur, non sunt aut fœlicitatis capacia, aut iniuriæ: ob idq; nec consanguinitatis fructu potiuntur, nec propriè eius necessitudinẽ violant.

Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm aliquis gradus consanguinitatis in linea trãsuersali impediat iure naturæ matrimonium.

Vbsequitur de linea trãsuersali consanguinitatis, & arguitur, q̃ nuptias non impediat. Si enim impediret, maximè primus gradus, qui est inter fratrem & sororem. Quod autem iure naturæ illas nõ impediat, probatur. Lex naturalis eadem est apud omnes gentes: sed tamen vt Augu. 15. de ciuit. Dei cap. 16. refert, Barbaris gentibus in more sunt fraterna coniugia: ergo non sunt iure naturæ prohibita. ¶ Secundò arguitur. Non solùm filij Adæ matrimonium inter se contraxerunt, vt Caim & Seth cum suis sororibus, verùm & Abraham cum Sara sorore sua matrimonio se coniugauit: arguenti enim eum Abimelech, quòd dixisset Saram sororem suam esse, cùm esset vxor, respõdit, Verè soror mea est filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorẽ. ¶ Tertio arguitur. Si primus gradus: scilicet, inter fratrem & sororem matrimoniũ iure naturæ impediret, sequeretur, q̃ etiam secundus gradus idẽ impedimentũ secum ferret: putà, inter patruũ vel auunculum & consobrinã: nã patruus est alter pater: & ideo simili modo & contextu hic gradus Leuit. 18. prohibitus est, Turpitudinem sororis patris tui aut matris tuæ non discooperies: quod aũt hoc non sit naturale impedimentum, indeapparet, q̃ ecclesia super hunc gradum dispensare assolet: ergo gradus transuersalis consanguinitatis iure naturæ non impedit. ¶ In cõtrarium tamen est, q̃ gradus transuersalis inter fratres etiam est primus, vt inter patrem & filiam: ergo iure naturæ idem cõtrahendis nuptijs impedimentum obijcit.

Partis affirmatiuæ argumẽta pri.

Secundũ argumẽtũ.

Tertium argumẽtũ.

Pars negatiua.

¶ Quemadmodum in linea recta consanguinitatis, ita & in trãsuersali duo gradus distinguntur, qui difficultatem habent, an iure naturæ sint impedimenta. Primus enim est inter fratres, qui eodem gradu cadunt à patre, & secundus est inter ascendentes & descendentes, vt inter patruum vel auunculum & consobrinos, qui ratione prioris vinculi coniunguntur. Et ideo ad quæstionem duabus, vt ad superiorem, conclusionibus est respondendum. Igitur de primo gradu inter fratres Caietanus eodem loco citato. 2.2. partẽ similiter negatiuam sustinet, vt de auo & nepte: nempe, q̃ iure naturæ fratribus nõ sunt nuptiæ interdictę. Idemq; sentit Ricard. dist. præsenti. q. 2. & Durand. imò & Scotus. Reliqui verò præter Caietanum, videtur nõ constanter loqui, sed pugnantia dicere. Aiunt quippe non esse illum gradum iure naturæ prohibitum, prohiberi tamen etiam post ordinem redemptum iure diuino ob id quod Leuit. 18. habetur, Turpitudinem sororis tuæ siue ex patre siue ex matre non reuelabis. Et ideo autores isti (vt conijcio) nõ concederẽt, Papam posse super matrimonium inter fratres dispensare. Sed re vera non seruãt dicendi consecutionem: qm̃ licèt iure diuino vetustæ legis illa fuerit facta prohibitio, modò tñ certè id esse non põt de iure diuino, nisi sit de iure naturali. Nam lex illa quoad ceremonialia & iudicialia, vt satis supra monstrauimus per euangelium explosa est, sed solùm quantùm ad moralia perseuerat: præcepta verò moralia sunt de iure naturę, pręter pręcepta supranaturalia fidei & sacramentorũ, quæ Christus in euangelio adiecit. Cùm ergo idẽ Redemptor in lege gratiæ nullam nuptiarũ prohibitionẽ inter consanguineos fecerit, fit vt si modò prohibitio inter fratres est de iure diuino, sit etiam de iure naturali. Ob idq; Caietanus: quia arbitratur, non esse de iure naturali, subsequenter censet nec esse de iure diuino: atq; adeò expressè concedit, q̃ Papa

Decisio artẽculi.

Inter fratres. Caietanus.

Circa dispẽsationem.

Lex vetus.

Nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

posset modò super tale matrimoniũ dispensare. Et Thomas de Argentina, qui dist. præsenti ante ipsum tiusdẽ fuit opinionis, subinde infert, q̃ si frater in infidelitate cum sorore contraxisset, connersi ad fidem non sunt separandi. Rationes suas Caietanus sic disponit. Primùm enim arguit, q̃ si fraternũ cõnubium iure esset naturali interdictum, nulla prorsus ex causa posset super illud dispensari, nisi ab autore naturæ: inter fratrem verò & sororem in orbis ortu fuerunt cõtexta cõiugia, vt inter filios Adæ: nam non erant tũc vxores aliæ q̃ sorores. Et tamen nulla illic legitur diuina dispensatio. Neq; verò interuenisse creditur: qm̃ cùm ius naturæ diuinitus conditum sit, ridiculum esset dicere, Deum ceu naturæ autorem fraterna cõiugia interdixisse, super quo tũ interdicto illico erat dispensaturus. ¶ Secundò vtitur eadem ratiõe, qua supra de auo & nepte: quia fratres, inquit, non coniungũtur per se, sed ratione patris: tamẽ S. Tho. ibidem ait, q̃ personæ, quæ non iunguntur nisi ex ordine ad parentes, non habent ita ex se ipsis indecentiã. ¶ Tertiò demum id sibi videtur palãm cõcludere: quia Pontifices in hoc gradu dispensasse leguntur, vt cum rege Portugalliæ Emanuele, qui duas deinceps sorores duxit: & cum Catherina filia Ferdinandi & Elisabeth Hispaniarum Regum, quæ duobus nupsit fratribus regibus Angliæ. Et potest eadem opinio per historiam illam foueri. 2. Reg. 13. de Thamar, quæ fratri suo Amon incestuosum stuprum cum ea cõmittere conanti, respondit, Noli facere stultitiam hanc, quin potiùs loquere ad Regẽ, & non negabit me tibi: quod certè nisi fraterna connubia tunc essent licita, nunquam dixisset.

Tho. de Argentina. *Primum argumentũ. Caietani.* *Secundũ argumentũ.* *Tertium argumentũ.* *Historia Thamar.*

¶ His tamen non obstantibus statuitur hic prima conclusio. Matrimonium fratris cum sorore vsq; adeò naturali iure prohibitũ est, vt si attentetur, nullũ sit, neq;, vt sit validũ, ecclesia per dispensationem efficere valeat. Cõclusio non inde solùm probat, q̃ gradus hic sit in Leuitico expressus, sed q̃ sit consanguinitatis primus. Et enim sicut filij ad patrẽ in linea recta, ita fratris ad sororẽ in trãsuersali primus est consanguinitatis gradus. Et ideo quanuis intensiue, vt diximus, efficacior sit filij ad patrẽ, nihilominus eadem natura inter fratres eandem prohibitionẽ interponit: quandoquidẽ patri proximè & sine medio accedũt. Imò verò arctior est inter fratres cõsanguinitatis nexus, q̃ inter auum & nepotẽ: quia ille est primus, hic verò secundus. Et secundò arguitur: quia oẽs illæ rationes, quas superius de patre & filia accumulauimus, de fratribus quoq; militant: nam ferè idem est pudor, si frater sororẽ cognoscat, ac si pater filiã adoriretur: & tam necessariò fratres in eadem domo habitant, imò sæpè in eodẽ cubili iacent, vt pater & filia. Et vti. 8. Ethic. c. 12. ait Philosophus, amicitia fraterna ingentissima est. Amant enim se fratres tanq̃ idem se ipsum: quia eodem sunt sanguine geniti, & lacte nutriti & moribus imbuti, & arctissima consuetudine iuncti. Quare nisi religio eas nuptias vetaret, eadem succrescerent libidinis irritamenta. Quapropter Aristoteles. 2. Politicorum contra Politiam Platonis eodem ferè modo fraterna connubia atque paterna abominatur. Vnde. C. de episcopis & cleri. l. Eum qui. vbi sacerdotibus matres & germanas sorores domi habere permittitur. In his, inquit, nihil sæui criminis existimari fœdus naturale permittit. Et Lucanus, omnesq; Poetæ lumine naturali docti incestos appellant sororum partus ex fratribus. Et Lucianus in Necromantia eiusmodi connubia tanquam nefanda apud inferos haberi refert. Vnde Ouidius lib. 9. Meta. impudicã Byblim inducit conquestam, q̃ sibi non liceret cum fratre cõmisceri sicut Dijs, qui suas duxerunt sorores. Sic Saturnus Opem iunctam sibi sanguine duxit, Oceanus Thetym, Iunonem rector olympi. Illa enim Gentilitũ Deorum monstra similia ferũt, inculcasse connubia. In his, quæ iuri naturæ nituntur, sacris fas est profana miscere. ¶ Itẽ Gen. 20. & 26. Ob id Abraham iussit vxori suæ, vt diceret, sororem se eius esse, vt illo nomine celaretur esse vxorem. Quare cùm primùm Abimelech resciuit esse vxorem, intellexit, non esse sororem. Quæ quidem historia documentum perhibet etiam gentibus illis luminẽ naturali innotuisse, fraterna cõnubia esse nefanda. Et tandem Diuus Augustinus loco citato de ciuita. Dei, ait q̃ non nisi peruersis legibus permittebant fraterna coniugia. Ñõ liortamen, inquit, cõsuetudo, ipsam mauult exhorrere licentiam. Et ad Paternum Ambrosius libr. 9. episto. 66. in easdem sceleratas nuptias vehementer inuehit. Iam verò & lege ciuili inter fratrẽ & sororẽ nuptiæ prohibitæ sunt siue vtroq; parẽte siue altero tm progenitos. Inst. de nuptijs. §. Inter eas. Ac demũ iure canonico apud Iuno. ca. Gaudemus, de diuor. decretũ est, vt infideles, qui in primo gradu con-

Rõ suadet. *Aristo.* *Lucanus.* *Lucianus.* *Ouidius.* *Rõ inuita.* *August.* *Ambros.* *Lege ciuili fraterna connubia prohibet.* *Cõ. Gaudemus.*

du contraxisse fuerunt reperti, non permittantur in matrimonio permanere: sed illi dũtaxat, qui in secundo vel tertio gradu cõtraxerint. Et necesse est intelligi de consanguinitate: nam de affinitate non est forsan tam certum, vt dist. seq. disputaturi sumus. Igitur primus gradus, qualis est inter fratres, iure naturę est prohibitus. Neq; scio quid habeat contraria opinio, quod ad hoc respondere possit.

Nota. *Solutio primi argum.*

¶ Ad primum igitur argumentum Caietani respondetur, consecutionem non esse legitimam, vt si aliquid iure naturali prohibitum est, nullam possit dispensationem suscipere: nam matrimonium inter infideles est natura sua perpetuum, & tamen per conuersionẽ alterius ad fidẽ dissoluitur ab autore ipsius naturæ. Sicuti & matrimonium ratum fidelium per religionis ingressum. Veluti è contrario plures vxores vni viro coniungi contra ius naturæ est, vt dist. 33. ostendimus, sed nihilominus Deus ad propagandum populum Israel super illud dispensauit. Et Caietanus ipse fatetur, nuptias inter patrem & filiam iurẽ naturæ esse nullas: & tamen nõ negauit dispensationem diuinam illic locũ habere: q̃ re vera nemini est dubitãdũ. ¶ Huic ordini patris & filię proximè accedit ordo fratrũ inter se, adeò vt nõ sit secũdus gradus, sed primus sicuti ille, licèt ille vehemẽtiorẽ habeat efficaciam. Et ideo qua particula ab illo deficit, licèt sit eodem iure naturæ matrimoniũ in illo prohibitum, eodem ipso tamen naturali iure in extrema necessitate procreandi humani generis, fuit super illo dispensatum. Idem enim est dispensari à natura, & à Deo tanq̃ autore naturæ. Et ideo in exordio mũdi non alia opus fuit reuelatione præter clamorem ipsius naturę, vt fratres sororibus cõmiscerentur. Quanuis inter patrem & filiam nunq̃ fuerit dispẽsatum, prouidente Deo, vt nulla id necessitas exigeret. Cessante verò illa necessitate omnino indispensabile restat. Vnde Aug. eod. loco de ciuit. Dei citato. Sorores, inquit accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuit: illa tamen necessitate cessante, sic naturæ aduersatur, quasi nunquam licere potuerit. Quare omni pro culdubio certissimum est Innocentium in cap. Gaudemus, hunc primum gradum tam lineæ transuersalis q̃ rectę censuisse tanq̃ iure naturæ simpliciter prohibitũ. Et ideo neq; inter infideles fuisse vnquam in tali gradu validũ matrimoniũ. Quo fit, vt arctius sit vinculũ inter fratres ad irritandum matrimoniũ, quàm inter auũ & neptẽ: quia iste iã est secũdus gradus, & plus ponderis habet primus gradus in trãsuersa linea q̃ secundus in recta: quoniã immediatiùs fratres vniuntur patri, à quo sine medio deriuantur, cùm tamẽ inter auũ & neptẽ medius sit pater. ¶ Et per hoc solutũ restat aliud metaphysicũ argumentũ Caietani: nã etsi fratres inter se nõ per se ipsos coniũgantur, sed ratione parentũ, satis tamẽ est tã propinquo strictoq; nexu in illo vniri, vt quasi idẽ reputentur. Nã si filius, vt ait Aristoteles, est pars patris, filius & soror tanquã partes totius reputantur. ¶ Tertiũ autẽ argumentũ vt cũ reuerentia Caietani, quę illi vbiq; debetur, loquar, intelligere nequeo. Vnde enim illa cõsequentia? Papa dispensauit, vt idem vnã ac subinde alteram sororẽ duceret, & vt vna duobus similiter fratribus nuberet: ergo dispẽsauit, aut dispensare potest inter fratres. Est arguere à gradu affinitatis ad gradũ cõsanguinitatis, qui longissimè distant. Sororius enim cõtrahẽs cum sorore vxoris, non contrahit cũ sua ipsius consanguinea, sed cũ affini: & similiter, quæ nubit leuiro: scilicet, fratri mariti. De quo gradu dist. sequenti futurus est sermo. ¶ Imò nusquã ab orbe redẽpto talis dispensatio facta legitur. Quin etiam in Gallorũ annalibus extat de Comite Armeniaco, qui nullũ nõ lapidẽ mouit, vt sororẽ, quã perditè deamabat, matrimonio sibi iungeret, obtulitq; Pontifici amplissima munera, & allato sibi dispẽsationis breui, nuptias celebrauit. Qua re admiratus Rex misit ad Pontificem, qui vehemẽtiùs demiratus fuit, id sibi fuisse impositũ. Et repertus fuit Apostolicus notarius, qui literas ceu Apostolicas falsò subscripserat. Cuius criminis pœnas dedit. Quamobrem Comes renuens sororẽ relinquere, bello à Rege inuasus fuit, suoq; patrimonio expoliatus. Sylues. verò verb. Papa. q. 17. falsus est dicens, q̃ Archiepiscopus Florenti. 3. par. tit. 1. cap. 11. referat Martinum quintum dispẽsasse cũ fratre & sorore in matrimonio: nõ enim dispẽsauit nisi cũ quodã, vt contraheret cũ illa, cuius germanam occultã fornicatione polluerat, vt dist. seq. art. 3. videbimus. ¶ Ad aliud autẽ de Thamar cũ fratre Amon, Paludanus respõdet, q̃ fortè Dauid non fuit verus pater Thamar, sed nutritius. Sunt enim qui dicant Thamar filiã fuisse cuiusdã captiuæ Dauidis, quam bello cepit, ex qua suscepit Absalõ, qui ideo erat fra-

Inter fratres nuptiæ iure naturæ nulla. *Solutio alius arg. Caietani.* *Solutio tertij eiusdẽ.* *Nunquam dispẽsatũ.* *Ad argũ. Thamar.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter Thamar maternus: nam Amon ex alia vxore genitus fuit. At verò vt.2.Reg.3. legit, Maacha mater Absalon, fuit filia Regis Iesur: quã non est vero simile fuisse captiuam. Creditur ergo Thamar filia fuisse Dauidis. Et ideo forsan melius est dicere, q̃ inopinata repentinaq; sceleris immanitate perturbata verbum illud protulit, non tñ q̃ crederet per legem illi licere vxorem esse fratris, cùm expressè in lege esset, phibitio illa præscripta: quamquidẽ scriptam legẽ pluris ipsi, quàm legem naturæ æstimabant.

Solutio primi argum. ¶Simili ergo modo primum argumentum principale solutũ restat. Barbari nanq; detestandis fratrũ nuptijs vtentes non id iure naturæ faciunt, sed illud adulterantes: quare talia matrimonia nullius sunt vinculi. ¶Ad secundum verò de Abraham, vtrùm ei fuerit Sara & vxor & simul germana soror, nõ desunt qui id affirment. Quorum est Caiet. super Genesim cap.20. vbi, postquã Abraham in Geraris de vxore sua affirmauerat, soror mea est, quo nomine celaret esse vxorẽ, Abimelech Regi Geraris cùm eum mendacij redargueret, rñdit, non esse mentitum: nam verè, inquit, soror mea est, filia patris mei, & nõ filia matris meę, & duxi eam in vxorem: quę vtiq; verba põderans ait Caietanus nihil expressius dicere potuisse, q̃ verè soror mea est, præsertim cum adiecerit, filia patris mei & non filia matris meę: nam si sororem esse clarè asserere voluisset, non id alijs vtiq; verbis potuisset explicare. ¶Accedit, q̃ si erat cõsobrina: scilicet, filia Aram fratris eius, vt cõis habet opinio, atque adeò dicens, filia fratris mei, intelligeret, neptis, non adiecisset, & nõ filia matris meæ: qm̃ pariter etiam esset neptis matris eius: quia Abraham, inquit, & Aram vtroq; parente fratres erant. Eandem opinionẽ tenet Clemens Alexãdrinus lib.2. Stromatum nõ multùm ante finem, dicens propterea adiecisse, & non filia matris meæ: quia licebat ducere vxorem ex parte patris, & nõ ex parte matris. ¶Atqui rõnibus Caietani adhuc alia adiungit, q̃ si nõ erat nisi cõsobrina, qm̃ postea Abimelech insimulauit eum de mendacio, facilè crimen potuisset diluere dicens, Soror mea est, filia fratris mei: mos enim nobis est propinquos cognatos appellare fratres & sorores, vt verè sunt apud nos: & tñ hoc non dixit, sed ait, non simpliciter, soror, sed verè soror: & ad explicandum quomodo esset soror, adiecit natiuã rationẽ sororis: scilicet, q̃ esset filia patris eius. ¶Præterea quanuis fratrueles & cõsobrini fratres dici possent, quia sunt pares, tñ maiores natu, vt patrui, nõ solent appellare consobrinas sorores, sed potiùs filias. ¶Item Abraham senior fuisse videtur, q̃ frater eius Aram: nam Gen.11. prior refertur q̃ alij fratres: & tñ non superabat ætate vxorẽ nisi decẽ annis: erat em̃ nonagenaria, vt Gen.17. legitur, qm̃ Isaac concepit, & Abraham, vt cap.21. refertur, centenarius: ergo non potuit Sara esse Aram filia. ¶Magnum demũ rei huius colligitur argumentũ ex Genesi capit.11. vbi habetur, q̃ Abrahã & frater eius Nachor duxerunt vxores: nomen vxoris Abrahæ Sarai: & nomen vxoris Nachor Melcha filia Arã patris Melchæ & patris Ieschæ: cũ ergo Melcha explicaẽ fuisse filia Arã, si Sara eius quoq; fuisset nata, idem pariter explicaretur: potissimùm cùm pluris referret id de Sara scire, q̃ de Melcha. ¶Ad hæc si nõ erat verè soror, fefellit Regem, qui credidit esse germanã sororẽ, aliàs non colligeret non esse eius vxorem. Re vera his comecturis suo põdere libratis res videtur valdè fieri probabilis, q̃ fuerit verè soror. ¶Veruntamẽ hoc nec credendũ est, neq; vllo pacto, vt reor, asserẽdum, qua ratione id Caietanus affirmare censetur: nempe, q̃ iure naturæ non esset connubium fratris cum sorore prohibitũ. Imò profectò, vt bona venia dixerim, crediderim hoc erroneũ esse: præsertim cùm, vt diximus, Innocen. in capi. Gaudemus, doceat, matrimoniũ infideliũ in primo gradu non tenere. Et idem cui illa opinio placuerit, dicere subinde cõpellitur, tale matrimoniũ Abraham cum sorore non nisi speciali Dei reuelatione contraxisse, vt sicut in primordijs mundi ad propagandum humanum genus licuit fratribus sorores accipere, sic cùm Abraham ex infideli Vr Chaldæorum iussu Dei egressus seminatur esset Dei populum, iussus fuerit religiosam fidelissimamq; sororem suam vxorem ad id muneris accipere. ¶At verò cùm neq; ista necessitas tam vrgens appareat, neque illa reuelatio scripto sit memoriæ prodita, consultiùs tum Iosephus libr.1. de antiquita. capit.14. tum & sancti Patres non potuerunt sibi tale matrimonium persuadere, contra quod naturam prorsus reclamare videbant. Et ideo Hieronymus tum in quæstiõibus Hebraicis super eundem locum Genesis.20 tum contra Eluidium, & in prologo super Iob. & August. 16. de ciuitate Dei capit.19. Sed latiùs.22. contra Faustum cap.35. & in quæstio. Gen. & referẽ,

Sara an fuerit & soror & coniux Abrahæ.

Caieta. arg. primum.

Secundũ argumentũ.

Clemẽs Alexãdrin.

Tertium argumentũ.

Quartũ argumentũ.

Quintũ argumentũ.

Sextũ argumentũ.

Septimũ argumentũ.

Sentũtia Petri.

Hieron.

August.

22.q.2. can. Quæritur. asseueranter docent Saram nõ fuisse nisi filiam Aram fratris Abrahæ, ac perinde sororem Loth, quem Aram, vt Gen.11. legitur, genuit. Et eãdem sententiam amplexus est D. Tho.2.2.q.110.art.3. Et quannis Chrysostomus Homilia.45. super Genesim videatur in cõtrariam opinionem deflectere, non tamen ita planè hoc affirmat, solùm em̃ addit ad verba textus, Data est mihi in vxorem, quia & eundem patrẽ vocat, quem & ego, & ideo eam sororẽ vocaui. Enimuerò quia Thare erat pater familias illius domus, quę à Babylonia recesserat, illeque totam ductabat administrabatq; familiam, nõ solùm filij, verùm etiam nepotes appellabant eum patrem. ¶Et per hoc soluitur argumentũ ex Gene.20. collectum. Dixit em̃ nõ solùm esse sororẽ, sed verè sororem: quia soror & verè soror idem est: sed adiecit, filia patris mei: nam illa ratione omnes dicebantur fratres, quòd Thare omnes appellabant patrem. Atq; id planè cõfirmatur, quia similiter Isaac de Rebecca Gen.26. quam constat nõ fuisse sororem eius, sed filiam Nachor fratris Abrahæ, rogatus à viris Geraris, Quæ nã esset, respondit, Soror mea est. Et Gen.13. ait Abraham ad Loth, fratres sumus, quod si dixit, quia erat cõsobrinus eius, eodem modo Saram appellauit sororem: si verò, quia erat leuir: scilicet, frater Saræ vxoris ipsius Abrahæ, idem colligitur: videlicet, q̃ Sara erat filia Aram patris Loth. ¶Cuius præterea magnum argumentum est, q̃ Gen.11. vbi familia Thare recensetur, sic legitur. Tulit itaque Thare Abraham filium suum, & Loth filiũ Aram filij sui, & Sarai nurum suam vxorem Abrahæ filij sui: si autem Sara esset filia sua, id quoque expressisset, sicuti de Aram & Abraham: & tamen non appellauit nisi nurũ, vxorem filij sui Abrahæ. ¶Ad aliud verò argumentũ, quod ex eod. cap. obiecimus, q̃ scilicet Melcha refertur illic filia Aram, & non Sara, respondet Hierony. Gen.20. ac subinde Augu. lib.16. de ciui. Dei cap.11. q̃ vbi legitur Aram pater Melchæ & pater Ieschæ, illa Ieschæ creditur ipsa esse etiã Sarai vxor Abrahæ. ¶In summa vnũ pro omnibus argumentis hoc est concludentissimum, q̃ Abraham absq; expressa reuelatione & dispensatione Dei non potuit cum sorore contrahere, vnhoc pacto colligit, Cùm igitur Abraham eo tempore viueret in rebus humanis, quo quidem iam fratres ex vtroque vel altero vel altera parente natos necti coniugio non licebat, filios autem fratrũ aliosque longinquiori gradu generis consanguineos, nulla lege nullaq; potestate prohibita consuetudo iungebat, quid mirum si sororem suam: id est, ex patris sui sanguine procreatã habebat vxorem? Nam & Tobias, vt cap.6. legitur, quam accepturus erat in vxorem sororem appellauit, eo quòd ex eius cognatione fuisset exorta. Hoc enim idiomate fratrueles & alij cognati Christi fratres Domini vocãtur. ¶Ad aliud autem argumentum, filia patris mei, & nõ filia matris meæ, dicere possumus, quòd Thare ex altera vxore genuit Abraham, & ex altera Aram patrem Saræ. Id enim ipsum Caietanus dicere cogitur tenens Sarã fuisse sororem Abrahæ: nempe, quòd ex altera vxore Thare ipsam genuerit. Commentum enim Clementis Alexandrini nulla fulcitur autoritate, imò illud Augustinus loco nuperrimè citato planè refutauit. ¶Aliud verò argumẽtum molestius est de ætate Abrahæ & Saræ, qui non nisi decennio distabant. Sed respondetur cum Abulensi quæst. 27. super Gen. ca.11. quòd etsi ordine prior Abraham propter eius dignitatem fuerit nominatus, quàm eius fratres, fuit tamen omnium natu minimus, & Aram maximus. Itaque vbi legitur Gen.11. quòd Thare septuagesimo anno ætatis suæ genuit Abrahã, Nachor & Aram, intelligitur tunc genuisse Abraham, sed antea, cùm esset forsan quadragenarius vel sexagenarius genuerat Aram, quiquidẽ Aram decennio post natiuitatem Abrahæ genuit Saram, & cùm vita ille defunctus fuisset in Vr Chaldæorum, Thare tulit alios duos filios Nachor & Abraham, & duas neptes filias Aram, vt commigraret in terram Chanaam. Et ideo vnam neptem nuptui tradidit vni filio, atque alteram alteri.

Sara consobrina Abrahæ.

D. Tho.

Chrysost.

Tobiæ. 6.

Solutio secũdi argumẽ.

Ad Clemẽtem Alexãdrinum.

Solutio quãti argumẽ.

Abulensis.

Genesis.11.

¶Tertium argumentum in secundo gradu consanguinitatis inter ascendẽtes & descendentes: putà, inter patruum, vel auunculũ & consobrinam, alteram à nobis cõclusionem efflagitat. Et idem est de amita vel matertera cum consobrino: qui vtique secundus gradus pariter est in Leuitico prohibitus. VVitcleff, vt est videre apud VValdẽsem tomo.2. de sacrament. cap.134. opinatus, omnes illas Leuitici prohibitiones vim suam sub lege Euangelica retinere, dicebat, hunc quoque secundum gradum minimè sub dispensatione Pontificis cadere, vt matrimonium teneat, addens quòd neque Papa neq; ecclesia vllos

Solutio secũdi argumẽ.

VVitcleff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alios gradus prohibere possit. Hoc autem secundum assertum artic. sequen. reprobabitur. Primùm tamen etiam Maioris atq; alij adstruunt, vt Sylvest. verb. Matrimonium. 8. quæst. 6. & verb. Papa. §. 17. & glossa super cap. Literas, de restit. spoliato. Omnes enim isti dicunt, super gradus iure diuino prohibitos non posse Papam dispensare. Et vocant ius diuinum illud antiquũ Leuitici. Et glossa subiungit exemplũ in matrimonio materteræ cum consobrino, & patrui cum consobrina. Quare inter fratrueles, quia non erant illa lege prohibiti, non negat, matrimonium per dispensationem ecclesiæ posse constare.

Super gradus in Leuitico prohibitos an possit Papa dispẽsare.

Sentẽtia aut oris.

¶At verò vt contra istos hoc in primis animaduertam[8], in Leuitico, vt paulo ante prænotauimus, non exprimitur prohibitio, inter patruũ, vel auũculum & consobrinã, sed inter consobrinum & amitam vel materteram, cùm tamen, vt Ambrosius in illa citata epistola. 66. libr. 9. ad Paternum ait, similiter non solùm diuino, sed etiam naturali iure prohiberi matrimonium patrui cum consobrina. Volebat enim ille filium suum cum nepte ex altero filio copulare, de quo vehementer reprehendit eum Ambrosius.

Ambros.

¶Illis ergo citatis opinionibus nihil obstantibus statuitur hic secunda conclusio. Secundus hic gradus consanguinitatis ascendentium & descendẽtium nullo diuino iure aut naturali sic modò prohibitus est, quominus Papa super illo dispẽsare valeat. Et primùm quãtum ad ius diuinum probatur. Est enim ius diuinum vnum positiuum, quod non est de iure naturæ, vt præcepta fidei & sacramẽtorum in euangelio, aliud verò est ius diuinũ & simul naturale. Præceptum prioris generis sub lege euangelica nullum est positum, quo eiusmodi matrimonia prohibeantur: illæ verò Leuiticæ inhibitiones, vt satis probatum est, abolitæ sunt prorsus, nisi quatenus vim naturalis iuris retinẽt: nullum ergo iam modò diuinum ius censendum est in matrimonio nisi quatenus est naturale. ¶Vt ergo ius hoc in hoc gradu secundo ascendentium perpendamus, quanuis tantum absurditatis adferat, vt condecuerit ecclesiam tale matrimonium irritare: nihilominus merum ius naturæ non vsque adeò illud vetat, vt secluso iure Pontificio illud redderet nullum. Probatur primò, quoniam rationes illæ, quas de patre & filia deque fratre & sorore, & fortè de auo & nepte supra instructæ sunt, vltra illos gradus non vsque adeò vrgent, vt matrimonium ostendant esse nullum: neque eũ tanta conuersatio est inter patruum & consobrinam, neque tanta naturalis amicitia, vt idoneo vsui matrimonij sint illæ personæ tam repugnantes, neque tantum fœditatis habent, vt coniungantur. Quare certè sub lege naturæ nullatenus credendum est, hunc gradum fuisse prohibitum. ¶Secũdò. Id palam conuincitur, nam Thare pater Abrahæ & Nachor, qui pater fuit illius familiæ, quã Deus vt plantationem sui populi selegerat, ambobus illis filijs neptes: nẽpe filias primi filij Aram matrimonio iunxit, quod planũ documentum est sub lege naturæ non fuisse prohibitum: nam illud ante legem scriptam plusquam quatuorcentis annis fuit. ¶Et tertiò ex illa prohibitione Leuitici argumentũ sumitur: nam si huiusmodi gradus iure naturæ esset prohibitus, profectò non solùm amita & matertera prohiberetur consobrino nubere, verùm & patruus & auunculus consobrinam ducere, quandoquidem, vt ait Ambro. par ius sit in vtroq;: sed tamen in Leuitico tantùm fuerunt prohibitæ fœminæ maiores natu contrahere cum consobrinis secundùm S. Thomã: quia sorores patris aut matris solent in eadem domo cum pueris consobrinis commorari, & ideo si possent contrahere, periculum oriretur incestus. Fratres verò parentum domo consueuerunt esse separati. Vel fortè ratio fuit, quòd plus absurditatis oculis omnium offert, vt cõsobrinus, qui subditus debet esse amitæ & materteræ, illam ducat vxorem, quæ sibi debet esse ratione coniugij subiecta: si enim patruus ducat consobrinam vtroque iure & consanguinitatis & coniugij erit illa subiecta. Et ideo Abraham duxit consobrinam, sed non legitur amita consobrino nupsisse. ¶Igitur Ambrosius non intelligit iure naturæ sic esse institum gradum prohibitũ, vt secluso iure positiuo matrimonium esset nullum, sed quòd pari iure naturæ cohibetur patruus à consobrina, quo amita à consobrino quantùm ad peccatum si matrimonium fiat. Et ideo coniectura fit, iam tunc morem ecclesiæ cœpisse, vt iste gradus secundus prohiberetur non solùm in ascendentibus istis, verùm & in lateralibus: scilicet, inter fratrueles, vt colligitur ex Gregorio can. Quædam lex. 35. quæstione. 2. ¶Supremum autem argumentum, quod rem præsentem conuincit, est sententia Innocentij capit. Gaudemus, qui ait, infideles, qui in secundo gradu contraxe-

Secundaclusio.

Probãt conclusio.

Nota.

Rõ prima.

Rationes.

Argumentũ primũ.

runt, si conuertantur, non esse separandos: vbi planè docet, non esse impedimentum de iure naturę. Ex quo rursus colligitur Papam super illo gradu posse dispensare. Quod & ecclesia more & vsu ostendit. Hanc ergo definitionem debuissent Maioris & alij animaduertere ante quam dixissent, id Papam facere non posse. Glossa ergo citata capit. Literas, dicens Papam posse dispensare in secundo gradu collateralium: scilicet, inter fratrueles, non tamen inter ascendentes, nullo nititur fundamento: quoniam textus nõ habet, nisi quod contrahẽtes in gradibus, quos lex diuina prohibuit, non possunt permanere. Intelligit autem, lex diuina naturalis, primũ prohibens gradum. Quandoquidem in allegato cap. Gaudemus. idem Pontifex eodem modo loquitur de secundo gradu nulla facta distinctione inter ascendentes aut laterales. De capitulo verò finali eiusdem tituli de diuortijs, vbi habetur, quòd Iudæa, quæ secundùm legem Mosaycam nupsit fratri viri sui defuncti sine liberis, non separetur, dicemus distinctione sequenti.

Rõ secũda.

Glos. cap. Literas. de restitu. spoliato.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm gradus consanguinitatis matrimonia prohibentes potuerit ecclesia vsq; ad quartum taxare.

PRæmissis gradibus, quos ius naturæ videtur à matrimonio prohibere, subsequitur de alijs, quos ecclesia adhibuit. Et quæritur, vtrùm potuerit vsque ad quatuor eos extẽdere & taxare. Et arguit à parte negatiua. Mandatum Chri est Matthæi. 19. vt quos Deus coniunxit, homo non separet: eos autem, qui in secundo aut tertio gradu iuncti sunt, Deus coniunxit: quandoquidem ius diuinum antiquum illud non vetuit: ergo non possunt per ecclesiam separari. ¶Secundò. Matrimonij vinculum, vt distinct. 26. dicebamus, est naturale: nempe, naturæ instinctu constitutum: ius verò naturale nequit lex humana vel decurtare vel ampliare: ergo ecclesia non potuit gradus huiusmodi præscribere. ¶Tertiò. Matrimonium est sacramentum, veluti baptismus: nequit autem ecclesia materiam baptismi sic mutare, quominus qui illum recta intentione suscipere velit, verè baptizetur, & character suscipiat: ergo nec valet materiam matrimonij: hoc est, cõtrahẽtes, aliter quàm ius diuinum vel naturale, definire. ¶In contrarium est, quòd præceptum ecclesiæ, quæ spiritu sancto regitur, diuinitus habet firmitatem iuxta illud, qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit: sed ecclesia huiusmodi gradus decreuit non esse nuptijs consœderandis idoneos: ergo illa prohibitio est legitima.

Argumẽta pro parte negatiua.

Argumẽtũ primũ.

Secũdũ argumẽtũ.

Tertium argumẽtũ.

Pars affirmatiua.

¶De hac quæstione, vt articu. 3. dicebamus, hæretici, vt VViteleff apud VValdensem tomo. 2. de sacrament. capit. 134. & eius assecłę Lutherani à catholica veritate dissentiũt, Pontifici vtique & ecclesiæ facultatem adimentes prohibendi à nuptiarum iure gradus aliquos consanguinitatis vel affinitatis. Ad quæstionem nihilominus tribus conclusionibus respondetur. Prima. In facultate ecclesiæ munere Christi institutæ & sancto flamine gubernatæ positum est, vt paciscendis coniungendisque nuptijs legitimas illegitimasque decernat, ob sanguinis propinquitatem personas. Probatur. Connubialis contractus, ab orbe cõdito naturalis, fuit ab autore naturæ Deo in officium naturæ institutus: nempe, ad nostrum genus propagandũ: sed tamen quia & ad pacem tranquillumq; reipublicæ ciuilis statum attinet, ad ciuilem quoque rempublicam de ipso statuere pertinebat, sicut de reliquis ciuilibus contractibus & stipulationibus, quorum peruersitate potest respublica perturbari: per legem verò euangelicam autore Christo seruatore nostro idem matrimonium in sacramentum statutum est: ergo cùm sacramentorum administrationem & dispensationem idem redemptor ecclesiæ commiserit, huius etiam curam illi concredidit, vt pro locorum & temporum & gentium varietate de eius causis & conditionibus disponeret. Quocirca ius, quod penes rempublicam ciuilem erat de causis matrimonialibus decernendi, dum non erat sacramentum, ad ecclesiam facto sacramento translatum est. Legibus autem ciuilibus, vt patet. ff. de ritu nuptiarum. l. Sorores. l. Semper. & l. fina. & ferè cunctis eiusdem tituli. & l. Si adulterium cum incestu. ff. ad legem Iuliam de adulter. & compluribus alijs, certi personarum gradus sunt à pactis connubiorum repulsi: multo ergo sanctiori iure ecclesia fungitur, vt eosdem valeat diffinire gradus. ¶Et confirmatur. Naturalis rationis lumen ostendit absurditatis plurimũ quos-

Decisio artículi.

Prima conclusio.

Ratio.

Leges ciuiles.

Rationis cõfirmatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quospiam eiusmodi graduum afferre si per matrimonia commisceantur: sed tamen non satis lumen ipsum naturæ ostēdit quantum se absurditas ostendat: ergo necessaria est ad id discernēdum in republica facultas, quam vtique maximè condecuit ecclesiæ tribui, cui Christus sacramentorum curam commisit. Enimuerò, vt circa alia sacramenta multa ecclesia dispensat de temporibus eorum & ritibus: & ad sacramentum ordinis, non prouiouet bigamos, homicidas atque alios, ita potest & à sacramento matrimonij consanguineos arcere. ¶ Sed redarguat quis forsan. In alijs non potest facere, vt sacramentum sit nullum, quanuis faciat esse peccatum id contra eius iussionem suscipere: ergo nec potest facere, vt matrimonium, quod aliàs validum esset, sit prorsus nullum. Negatur consequentia. Hoc enim discrimen ex natura sacramentorum colligitur: illa nāque, quæ characterem imprimunt, quia suū secum adferūt effectum, qui à voluntate humana non pendet: si legitima intentione & conferantur & suscipiantur, impedire ecclesia non potest quominus sint valida, quanuis per delictum suscipiantur. Secus autem in his, quæ ex humana pendent voluntate. Vnde sicut potest per excommunicatiōem & suspensionem efficere, vt sacramentum absolutionis sit nullum, & votum solenne, nisi iuxta suas leges suscipiatur, sit irritum, ita quia matrimonium consensibus humanis contrahentium conglutinatur, potest illos consensus super tali materia eneruare, vt cassi sint, veluti in alijs stipulationibus, quæ per merū ius naturæ firmæ essent, humana lege infringūtur. ¶ In summa, cùm Deus in lege Mosayca de huiusmodi gradibus prohibitiones decreuerit, quæquidem prohibitiones per legem euangelicam, quatenus erant legis illius mādata, antiquata sunt, mandam Christus Dominus ecclesiam suam relinqueret, nisi illa facultate eam communiret, qua posset eiusmodi gradus secundùm naturalem decentiam & ornatum taxare & definire.

Ratio.3. *Obiectio.* *Diluitio.* *Discrimen.* *Ratio.4.*

An seculares principes possint leges connubiales condere. *Pars affirmatiua.*

¶ Sed scisciteberis forsan, vtrùm seculares principes, etiam sub lege Euangelica, eadem facultate polleant & iure sic cohibendi matrimonia, vt si contra eorum prohibitiones fiant, sint nulla. Apparet enim ex vna parte id posse: quoniam cùm naturæ iura fides non sustulerit, sed perfecerit: & ante Euangelium in lege naturæ potuerint Cæsares huiusmodi leges de coniugijs condere: apparet & eandem nunc facultatem retinere. Sed tamen ex altera parte extat argumentum, quòd si sub lege Euangelica eadem fungerentur facultate, cùm eadem penes ecclesiā existat, accideret, vt sæpè sibi eiusmodi potestates contradicerent, quod in perniciem ecclesiæ vergeret. ¶ Interrogationis huius bimembre responsum est. Respublica, inquam, ciuilis, & princeps, qui eius habet facultatem: leges potest de paciscendis stipulandisque nuptijs condere, atque adeò sic consanguineos & affines à matrimonijs contrahendis arcere, vt si illa contrà inire tentauerint, nulla sint. Veruntamen in huiusmodi ferendis legibus Respublica ciuilis subdita prorsus est ecclesiasticæ, vt absque permissu concilij, aut Pontificis Maximi eas ferre nequeat: quod si Papa contradixerit, irritæ erunt prorsus & inanes. Prima pars responsionis sic patet. Respublica ciuilis & principis potestas in pacem & prosperum Reipublicæ statum instituta est: huiusmodi autem pax & trāquilla fœlicitas plurimùm ex nuptijs contrahendis pendet: imò plus q̄ ex alijs ciuilibus contractibus: ergo potest legibus eiusmodi matrimonia definire & dirigere. ¶ Secundò, quia rationes illæ, ob quas gradus cognationis prohibentur, lumine naturali innotescunt: nempe, quia fœditatem habent, & quia cùm consanguinei in eadem habitent domo in periculo incestuum versarentur, quos quidem incestus Principi incumbit suæ Reipublicæ cauere. Item principi etiam incumbit amicitias in sua Republica propagare, quod per matrimonia diuersi sanguinis contexta fieri potest: ergo de huiusmodi coniugijs leges potest condere. ¶ Neque obstat cauillus, quòd cùm matrimonium iam sit sacramentum, non potest princeps materiam eius & subiectum mutare: hoc est, prohibere, vt si cognati contraherent, matrimonium non teneret. Non, inquam, hoc obstat, quoniam institutio sacramenti non abstulit quomimus matrimonium sit ciuilis contractus: & qua ratione contractus ciuilis est, à potestate ciuili non eximitur. Et sæpè matrimonia inter consanguineos in perniciem Reipublicæ vergerent. Vnde Diuus Thomas distinctione.26. quæstione.2. articu. 1. ait, quòd matrimonium, quatenus ad ciuiles vtilitates, qualis est amicitia & mutuum obsequium, institutionem habet à lege ciuili. Et distin. 34. articu.1.

Pars prima. *Secunda.* *Tertia.* *Ratio.5.* *Ratio.6.* *Obiectio.* *Diluitio.* *D. Thom.*

articu.1. ad quartum, ait, quòd in quantum est in officium communitatis, statuitur lege ciuili. His demum accedit, quòd iure ciuili adoptiones filiorum instituūtur & approbantur, ex quibus legale vinculum contrahitur matrimonium impediens, vt. §. 1. instituta, de nuptijs.

Secunda solutionis pars.

¶ Nihilominus secundum membrum eiusdem responsi probatur: nam cùm ecclesiæ incumbat de sacramentis censere, & vt distinctione. 35. dicebamus, in his, quæ pertinent ad regnum cœlorum, respublica ciuilis spirituali sit subdita, nequit ciuilis in matrimonialibus causis, præsertim in constituendis personis legitimis vel illegitimis ab ecclesiæ sanctionibus & potestate deflectere: alioqui duo essent capita, quod vtique monstrum vineam Domini demoliret. Vnde D. Thomas distinctione. 42. quæstione. 2. articu. 2. ad quartum. Prohibitio, inquit, legis humanæ non sufficeret ad impedimentum matrimonij, nisi interueniret autoritas ecclesiæ, quæ idem etiam interdicit. Et idem obseruandum est in discernendo quodnam matrimonium sit legitimum, quod re vera iudicium ad ecclesiam spectat. De dotibus verò & hæreditatibus, decernere atq; de alijs, quæ merè secularia sunt, ad seculare attinet iudicium. ¶ Secunda conclusio. Gradus consanguinitatis (nam de affinitate pòst dicturi sumus) temporum lapsu & successione varietatem quantum ad nuptias coniungendas susceperunt. Etenim primus consanguinitatis gradus in linea rectà adeò est iure naturæ à matrimonio repulsus, vt nulla vnquam necessitate fuerit permissus: putà, patris cum filia: neque verò secundus: scilicet, aui cum nepte. Primus verò gradus collateralium: nempe, inter fratres, quia paullo minus efficaciæ habet, in primo orbis ortu propter extremam necessitatem dispensationem admisit. Sed tamen, vt supra citatus Augustinus, ait, adeò postmodum vbique gentium, vbi tantillus rationis radius illucebat, prohibitus est acsi nunquàm potuisset esse permissus. Quare matrimonia in hoc primo gradu, seu rectæ, seu transuersæ lineæ, post orbis initia sub nulla lege potuerunt esse firma & valida. Deinde sub lege scripta huic gradui adhibitus fuit secundus ascendentium & descendentium: nempe, materteræ vel amitæ cum consobrino, vt patet Leuiti. 18. (nam de affinitate modò non loquimur.) Quæquidem prohibitio nō vsque quaque fuit moralis, sed iudicialis, vt articu. præcedenti diximus. Quare hic secūdus gradus Pontificis dispensationem tolerare potest. Postmodum verò sub lege Euangelica tempore Augustini quadringentis annis ab orbe Redempto non solùm ille gradus, verùm & secūdus collateralis lineæ: nempe, inter filios & filias fratrum, qui fratrueles dicuntur, iam erat à nuptijs confœderandis exclusus, vt ipse. 15. de ciuitate Dei cap. 16. docet. Et Gregorius in epistola ad Augustinum Anglorum episcopum, & refertur can. Quædam lex. 35. quæstione. 3. vbi Romanam legem condemnat, quæ huiusmodi connubia inter fratrueles permittebat: quoniā ex huiusmodi, inquit, coniugio experimēto didicimus, sobolem non posse succrescere. Indulget tamen, vt in quinto vel quarto gradu cōtrahatur. At verò vt bene Alexander. 3. in can. Ad sedem, eadem causa quæst. 5. admonuit, indulgentia illa solùm intelligebatur re specīu gentis Anglorum, quæ tunc recenter cōuertebatur ad fidem: nam vt eodem can. Quædam lex. subiungitur, interrogatus Gregorius à Fœlice Messaniæ Siciliæ præsule an eādem licētia possent sui subditi vti, respondit minimè posse. ¶ Iam ergo prohibitio tūc vsque ad sextum vel septimum gradum fuerat prolatata, vt patet can. De affinitate. & can. De consanguinitate, & can. Progeniem. & can. Porrò. 35. quæstione. 3. & can. Series. & Ad sedem, & reliquis, eadem causa quæstione. 5. At verò neminem gradus ille sextus vel septimus fallet, non enim re, sed solo nomine secūdùm diuersam supputationem differt, vt Isidorus ibidem can. Primo gradu. exponit. Qui enim primum stipitem: scilicet, primum patrem tanquam primū gradum faciebant, septem numerabant gradus vsq; ad quintum nepotē, vt patres essent in primo, & fratres in secūdo, ac quinti nepotes in septimo. Sed qui (vt moris iam modò est) stipitem non connumerabant, sed fratres in primo gradu collocabant, non statuebant nisi sex vsque ad eosdem quintos nepotes, vltra quos nullus fuit vnquam consanguinitatis gradus à matrimonio seclusus. Et subdebatur numeri ratio, eo quòd hebdomada septem diebus decurrit, ac subinde eodem iterato numero recurrit. Quæquidem non est, vt vrgens ratio æstimanda, sed tanquam adaptatio quædā audienda. Ratio enim non erat, nisi quòd cùm consanguinitas tanquam fundamentū amicitię & familiaritatis habea-

Secundo gradus. *Secūd. grādus lineæ collateralis.* *Gregorius.* *Alexan.* *Gradus sextus & septimus idem.* *Septenarij numeri rō.* *Ratio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeatur, vltra illos ſex gradus nullus vel odor amicitiæ ſit reliquus: quia nemo poteſt natiuitatem quinti nepotis attingere. Vnum enim integrum ſeculum centum annorum & eo amplius inter ſtipitem & ſextum in ſobolis ſucceſsione effluit. ¶ Tertia conclusio. Iam nunc temporis conſanguinei in ſolo quarto gradu, fratribus in primo collocatis, à nexu coniugali cohibentur. Decretum eſt concilij generalis Lateranenſis ſub Innocentio 3. capit. Non debet, de conſang. & affinita. Et intelligitur, quòd per alterutram lineam perſona in quinto gradu ab ſtipite diſtet, poteſt cum quocunq; alterius lineæ ſiue in quarto ſiue in primo differat, cõtrahere, vt Gregorius nonus. capit. Vir qui ab ſtipite. declarauit. Quoniam, vt articul. 2. dictum eſt, nemo vnius lineæ alteri alterius propinquior eſt, quàm ſtipiti. ¶ Quòd ſi arguas. Vbi eadem eſt cauſa eundem conuenit effectum exiſtere: ergo non debuit tanta varietate eccleſia in his prohibitionibus vti. Ad hoc reſpondet ibi Innocentius, quòd non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundùm varietatem temporum ſtatuta quoque varientur humana, præſertim cùm vſus neceſsitas vel euidens vtilitas id expoſcit: quia Dominus de veteri teſtamento multa in nouo mutauit. Et experientia compertum eſt expedire gradus illos decurtari. Enimuerò eccleſia quodammodo ius naturale contemplata huiuſmodi gradus prohibuit: nam etſi idem naturę ius non ſic omnes prohibuerit, vt matrimonia eſſent nulla, nihilominus nõ nihil abſurditatis admonet præ ſe ferre in illis gradibus coniugia componi. ¶ Accedunt & rationes in tertio articulo adductæ, quæ licèt non tam efficaciter in alijs gradibus militent, quàm inter parentes & natos, nihilominus quandam habent honeſtatem & decentiam. ¶ Veruntamen vltra quartum gradum omnes profecto ceſſant, tum quòd vix vſu venire poteſt, vt pater abnepotem, qui in quarto gradu eſt, agnoſcat, vt dicebamus de ſeptimo, propter breuiorem vitæ periodum, quæ ſeneſcente mundo breuior fit in dies, tum etiam quòd tepeſcente iam quotidie charitate vix inter ꝓpinquos in illo gradu vllus ſanguinis calor viget, qui amorem retineat, & ideo illa de cauſa nõ eſt cur à coniugijs cohibeãtur. ¶ Præterea tam longa graduũ ſerie interdicta difficile eſt inuenire pares, inter quos coniugia debitè confœderari valeant. Atque alia ſubinde incommoda ſubſequuntur. ¶ Adducit illic Põtifex alias congruitates in quarto gradu, quæ licèt non ſint tanquàm neceſſariæ audiendæ, non ſunt tamen ineptæ. In primis, vt Deuterono. 5. legitur, Deus viſitat peccata parentum in filios vſque in tertiam & quartam generationem. Et homo habet quatuor humores quatuor elementis ſimiles. Quare ſanguis parentum in primo gradu: ſcilicet, in filijs, amittit quod ſubtiliſsimum eſt, vt naturam ignis: & in ſecundo: ſcilicet, in fratruelibus, quod minus tenue eſt, vt aereum: & in tertio aqueum, & in quarto terreum: vbi ergo conſanguinitas prorſus euaneſcit. ¶ Imò verò non ita multum abſurditatis ineſt, quãdo cauſa ſubeſt, in diſpenſando, ſaltem ſuper quarto gradu. Quapropter in Tridentino concilio tanquã res expediens inter patres agitabatur, vt quartus amoueretur gradus, veluti iam certè non vſque adeò vtilis & cõmodus, dum tamen ſanctiſsimè ſtatueretur tertius & ſuperiores, vt nunquam, vel non niſi ex vrgentiſsima cauſa vlla admitteretur diſpenſatio, ſed omnis diſpẽſandi occluderetur via. ¶ Sed eſt tandem hic vnum, quod notiſsimum eſt, adnotandum, quòd cùm leges præterita non reſpiciant, ſed proſpiciant in futurum, quando Innocentius verbi gratia ſubmouit quintum vel ſextum gradum, non diſpenſauit cum illis, qui in quinto contra eccleſię interdictum contraxerant: quia illud nullum erat matrimonium: & vice verſa ſi modò quintus gradus prohiberetur, non ideo ſeparandi eſſent qui in tali gradu hucuſque contraxerant, ſed prohibitio à tempore promulgatæ legis vim obtinet ſuam.

¶ Ad primum igitur argumentum reſpondetur, quòd cùm Chriſtus eccleſiæ ſuæ poteſtatem tradiderit Chriſtianam familiam, & potiſsimùm in ſacramentis, adminiſtrandi, legeſque ſubinde condendi, ſit vt Deus ſicut illos, qui contra ius naturale diuinum contrahunt, non coniungat, ita neque eos, qui contra eccleſiaſtica iuſſa copulantur.

¶ Ad ſecundum reſpondetur conceſſo quòd coniugium, naturale ſit vinculum, & pariter quòd cõſanguinitas, naturalis ſit neceſſitudo, & ideo eccleſia nec vinculum diſſoluere poteſt poſtquam legitimum eſt, nec conſanguinitatem mutare, vt qui non erant conſanguinei, ſint, aut qui erant, non ſint: attamen, quòd cõſanguinitas matrimonium impediat, ne vinculum exurgat, non eſt naturale, niſi in quibuſdam gradibus, vt expoſitum eſt.

Tertia conclusio. — Obiectio. — Dilutio. — Graduum prohibitio. — Rationes. — Rõ prima. — Rõ secunda.

tum eſt. Et ideò cõdere leges per diuinam facultatem valet, quibus pro temporum varietate varij gradus matrimonium impediant. ¶ Ad tertium iam ſupra reſponſum eſt: baptiſmus nanque eſt ſacramentum nullatenus ex humana voluntate dependens: quare vbi legitima intentio adeſt, eccleſia nihil poteſt variare. Matrimonium autem ſic eſt ſacramentum, vt ſit etiam ciuilis cõtractus ab humano conſenſu dependens, quem eccleſia prohibere poteſt.

Dilutio tertij argumẽ.

DISTINCTIO
quadrageſima prima,
De affinitate.

Textus. Capit. j.

Vemadmodũ in vnitate ſanguinis, quæ à patre deſcẽdit in filium, conſanguinitas fundatur, quæ per ſobolem diffunditur, ita & per coniunctionem mariti & vxoris, qui vt Geneſis. 2. legitur, fiunt duo in carne vna, compingitur affinitas, quæ ex duobus illic coniunctis ſanguinibus conglutinatur. Et ideo conſanguinei vnius alteri fiunt coniugi affines, & vice verſa. Vnde Gregor. 35. q. 10. Si coniuges, inquit, vna caro fiunt, quomodo poteſt aliquis eorum propinquus vni pertinere, niſi pertineat alteri? Hoc minimè credendum eſt. Non tamen ſubinde conſanguinei vnius cum conſanguineis alterius affinitatem colligunt, imò poſſunt duo fratres cum duabus ſororibus commiſceri, vt Alexand. 2. can. Quod autem. 35. q. 5. ait, ſicuti & filius vnius ex altera vxore cum filia alterius ex alio marito. Eſt ergo affinitas perſonarum propinquitas ex carnali copula proueniẽs omni carens parentela: hoc eſt, in ſua ratione non includens, vt ab eiſdem parentibus deſcendant.

Gregorius. — Definitio affinitatis.

¶ Et quanuis antiquitus tria extiterint affinitatis genera, iam verò reliqua ab vſu aboleuerũt, & tantùm primum hoc reliquum eſt in vſu. Solebantq; perinde ac conſanguinitatis, ita & affinitatis gradus ad ſextum & ſeptimum protendi, ſed iã modò iſti, ſicuti illi, reciſi ſunt, vt vltra quartum nullus obſeruetur, vt Lateranenſi ſynodo ſub Innocentio. 3. cap. Non debet, de conſanguinit. & affinit. definitum eſt. Quapropter canones illos vetuſtos aliorum generum & graduũ hic recenſere ſuperuacaneum eſt. Vnde cùm affinitatis gradus non per ſe, ſed ratione conſanguinitatis, vnde originem trahunt, diſtinguantur, quo gradu quiſque ſanguinis ab vxore diſtat, eodem affinitatis elongatur à marito, & vice verſa, vt ex Gregorio can. Porrò de affinitate. 35. quæſtione. 5. colligitur. Ob idque facile eſt conſtitutis marito & vxore vtrinque gradus affinitatis depingere.

Cap. ij. — Capi. Nõ debet. — Gregorius.

¶ Contrahitur aũt affinitas nõ modò ex legitimo connubio, verũ & ex fornicario cõcubitu, dũ tũ in vaſe legitimo conſummetur: quãdoquidem

Cap. iij.

Universidad de Deusto Biblioteca

quidē per hmōi congressum duo etiam fiant in carne vna ad generationem idonei, iuxta verbum Pau-
1.Corint. 6. li. 1. Corin. 6. Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur. Idemq; ex can. Si homo. 35. q. 3. colligitur. Ex nefanda verò seminatione, vt can. Extraordinaria. eadem cau. & quæst. habetur, eiusmodi affinitas non emergit. Per sponsalia verò, licèt nō propriè affinitas, quippiam tamen paulo minus: nempe, publi-
Alexan. 3. ca honestas pullulat, vt Alexāder. 3. cap. Ad audientiam, de sponsalib. & cod. titu. cap. vnico. lib. 6. Bonifacius affirmant. Quocirca longè efficaciùs vel eadem honestas, vel fortè affinitas per matrimoniū ratum ante eius consummationem conglutinatur.

Cap. iiij. ¶Effectus autem affinitatis est matrimonium deinceps, quod scilicet antea non præcesserat, impedire, & attentatum dirimere. Vnde Iullius
Cano. Æqualiter. 35. quæst. 3. Papa. 35. quæstiōe. 3. Aequaliter inquit, vir coniungatur consanguineis proprijs & consanguineis vxoris suæ. Idemq; cauetur can. Sanè, atq; alijs eadem cau. Atq; idem est prorsus effectus publicæ honestatis, iuxta tenorem præcitati cap. Ad audientiam. de sponsalibus. & cap. vnici. eodem titul. in. 6. Vtrùm verò aliquis affinitatis gradus sic iure naturæ sit à matrimonio repulsus, vt omni alio secluso iure, ipsum irritet, non desunt qui ambigant. At verò primo gradu excepto, eodemq; inter ascendentes & descendentes: scilicet, inter vitricū & priuignam, & inter nouercam & priuignum, inter nurum & socerum, ac inter generū & socrum, de quo nulla vnquam legitur in ecclesia facta dispensatio, atq; adeò fortasse neq; est factibilis (quanuis contrarium probabilitate non careat) in cæteris locus Pontificiæ dispensationi non est negādus, quan-
Innocent. doquidem Innocentius. 3. cap. vlti. de diuort. cum quodam dispensasse legitur, vt cum vxore defuncti fratris sui contraheret, cuius similes dispensatiōes alios subinde Pontifices fecisse constat.

Cap. v. ¶Cæterùm filij, qui extra matrimonium procreantur, illegitimi censentur, atq; adeò à parentū hæreditate maiori minoriue rigore abdicantur. Procreantur enim illi aut per simplicem fornicationem, aut per stuprum virginis, aut per raptū aut per adulterij iniquitatem, aut per incestas cognatorum sordes, aut per sacrilegij nefas, quod sacræ personæ committunt: nam nefan-
Augst. dum crimen, quod autore Augustino can. Adulterij. 32. q. 7. istorum omniū pessimum est, extra lineam generatiōis ponitur. Sed de istis nō est hic locus dicere. Atqui quanuis plures soleant illegitimorū species discerni, satis tū ad rē est duas denotare. Sunt enim naturales & mãzeres, qui ex simplici fornicatione procreātur, qui ideo ab intestato matri

matri absque legitima prole decedenti succedunt. Sunt item spurij & nothi, qui ex adulterio vel sacrilegio suscipiūtur, qui ideo illo successionis beneficio non gaudent.

Cap. vj. ¶Quo ergo tandem res sit conclusa, vbi matrimonium, impedimento aliquo consanguinitatis vel affinitatis laborat, dissoluendum est: nempe, si clam contractum fuerit, & de impedimento constiterit, priuatim se possunt debētq; cōiuges separare: quod autem in facie ecclesiæ fuerit contractum, eius est iudicio dirimēdum. Imò licèt illud decepta vt validum pronunciauerit, cùm primùm impedimentum innotuerit, suam debet sentētiam rescindere secundùm formam præscriptam sub titulo. Qui matrimonium accusare possunt. & 25. quæstione. 6. & alibi crebrò.

DISTINCTIONIS quadragesimæ primæ, Quæstio vnica, De affinitate & eius annexis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm ex matrimonio affinitas aliqua contrahatur.

Tertia ratio ex ratione pri mum.

AD consanguinitatē cōsequitur affinitas, de qua in præsenti distinctiōe disputatur. Primò igitur quæritur, vtrùm ex connubio vterque coniugum cum consanguineis alterius affinitatem contrahat. Et arguitur à parte negatiua per regulā Philosophi ex. 2. posterioribus. Id, propter quod vnumquodq; est, magis est: vxor autē propter copulam matrimonij non fit affinis mariti: ergo neq; eius consanguinei fiunt propter ipsam eidem marito affines. ¶Secundò. Si aliqua sunt inter se separata, ex eo q̄ aliqd vni eorum iungatur, non subsequitur vt coniungatur alijs: consanguinei aūt inter se separati sunt: ergo propterea q̄ vna mulier per matrimonium iungatur vni, non censetur alijs mariti consanguineis coniungi, alioqui etiā consanguinei vxoris fierent affines consanguineorū mariti, quod est falsum. ¶Tertiò. Si affinitas ratione vnius cōiugis alteri competeret, sequeretur, q̄ mortuo illo coniuge affinitas cessaret: nā cessante causa cessat effectus: consequens tamen est falsum & contra Gregorium can. Fraternitatis. 35. q. 10. ergo nulla est affinitas. ¶In contrarium est, q̄ cùm vir & vxor per copulam vna caro fiāt, iuxta illud Gene. 2. Erunt duo in carne vna: fit vt cōsanguinei vxoris fiāt marito affines, & consanguinei mariti fiant affines vxori.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Pars affirmatiua.

¶Ad quæstionem duabus conclusiōibus rñdetur. Prima. Per matrimonium cōtrahitur affinitas inter vnū coniugem & consanguineos alterius, & vice versa. Probatur conclusio. Affinitas idem est, q̄ confinitas: id est, finium propinquitas: dicūtur enim agri affines siue confines, quia finis vnius proximus est fini alterius & ipsum attingēs: cùm ergo per copulam carnalem fiant vir & vxor vna caro, sanguis vnius attingit sanguinē alterius, & vice versa, atque adeò consanguinei vnius efficiūtur alteri affines. Itaq; sicut stipes consanguinitatis est pater, & cōsanguinei iungūtur in vnione patris & filij, ita fundamētum affinitatis est copulatio mariti & vxoris. Ex quibus elicitur illa vulgata definitio. Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula prouenienS omni carens parentela. Quam quidē postremā particulā ob id adijciunt, vt à consanguinitate secernatur, quæ propriè dicitur parentela. Quanuis Gregor. can. Porrò de affinitate. 35. q. 5. non neget, affinitatē speciem quandā esse parentelæ. ¶Secundò probat eadem cōclusio ratione naturali Aristotelis. 8. Ethico. Consanguinitas enim, vt supra diximus, ob id vinculum naturale est, quia est fundamentum amicitiæ & familiaritatis inter cognatos, qui in eodē stipite connectuntur: sed affinitas simile fundamentum est amicitiæ & familiaritatis ratione copulationis viri & vxoris, quę copulatio iure naturæ instituta est: ergo pari modo est naturale

Prima conclusio.

Affinitas.

Stipes affinitatis sunt maritus & vxor.

Affinitatis definitio.

Rō secūda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturale vinculum & necessitudo, qua hoïes coniunguntur. Quapropter duas illic Aristoteles naturales amicitiæ necessitudines dignouit: vnã scilicet, quę per carnis propagationẽ descendit, alterã verò, quæ per carnis coniunctionem ad eandem generationem conglutinatur. Sunt autem duæ istæ necessitudines ratione diuersæ. Nam illa, quæ per generationem descendit, quia personæ eundẽ sanguinem ab eadem radice trahunt, eandẽrem & nomen semper retinent: successores enim filij consanguinei patris sunt, sicut antecessores patris cõsanguinei filij, licèt plus minusue distent: at verò quia vxor non trahit sanguinẽ à marito, nec maritus ab vxore, cõsanguinei vxoris non retinent eandẽ rem & nomen cum marito, vt dicantur eius cõsanguinei, sed transit necessitudo & coniunctio in aliam speciẽ, vt dicantur affines: & similiter consanguinei mariti respectu vxoris. Et hoc significatur illo versiculo. Mutat nupta genus, sed generata gradum: quia scilicet vxor mutat necessitudinis & attinentiæ (vt aiunt) speciem, nam cõsanguineos facit affines: genita verò proles non mutat genus, quia manet consanguinea, sed elongationẽ gradus. Discriminantur ergo duæ istæ pertinẽtię seu necessitudines sicut ordo in causis vniuocis: & ille, qui est in causis æquiuocis: sol enim & homo generant hoïem: homo aũt est causa vniuoca: hoc est, eiusdem speciei & noïs cum effectu: nempe, cum homine genito, & huic assimilatur consanguinitas: sol verò est causa æquiuoca: & ideo ex sole non generatur sol, sed res alius speciei. ¶ Et pari modo vxor non facit suos consanguineos cognatos mariti, sed affines. Et est tenor conclusionis adnotandus: scilicet, q̃ consanguinei vxoris efficiuntur affines mariti: non enim subinde fiunt affines consanguineorũ mariti: quare filia vxoris ex alio marito põt nubere filio sui mariti ex alia vxore, & duæ sorores duobus fratribus, quæquidem tunc sorores dicũtur ianitrices, quasi eandẽ ianuam intrantes, vt ait Alexander. 2. can. Quod autem. 35. q. 5. ¶ Dubium tamen est, vtrùm affinitates sint cõcatenatæ, vt vna oriat̃ ex alia. Et apparet esse sic: qa cõmistio carnis per copulã perinde affinitatẽ parit, ac propagatio per gñationem consanguinitatẽ: sed vna consanguinitas trahit aliam: nam propterea q̃ filius est consanguineus patris, nepos est eiusdẽ consanguineus: ergo pariter affinitas vna aliam nectit. Idemq; confirmat̃ autoritate Iullij Papæ can. Contradicimus. 35. q. 3. vbi ait. Relictam consanguineorũ vxoris suæ nullus ducat vxorem: & can. proximo Porrò, ait idem Pontifex, Duæ consanguineorũ vxores vni viro vnam post alteram nubere prohibẽtur. ¶ Nihilominus subnectitur secunda conclusio. Quanuis antiquo iure tria essent necessitudinũ genera, quas pertinentias & quodãmodo genera affinitatis appellabant, vt in citatis canonibus cõtinetur, iam verò iure nouo secundũ & tertium genus extincta sunt, & solùm durat primum, quod aliud neutiquam parit. Exempli gratia, quemadmodũ D. Tho. Ricardus & Bonauentura explicãt. Si Maria fratri meo esset matrimonio cõiuncta, erat mihi & sorori meæ affinis in primo genere. Si aũt fratre meo defuncto eadẽ Maria nuberet Petro, ille fiebat mihi & sorori meæ affinis in secũdo genere. Et si Maria defuncta ille postea Petrus duceret Annam, illa efficiebatur mihi affinis in tertio genere. Dicebantur aũt istæ non gradus, sed genera affinitatis: quia non erant eiusdẽ speciei cum prima affinitate: nã in causis æquiuocis semper effectus mutat genus causæ, vt diximus in sole & homine, sol em̃ non generat solem, sed alios effectus alterius speciei. Vnde sicut copula coniugalis non generat consanguinitatem, sed aliud genus: putà, affinitatem, ita si mortuo primo marito vxor alteri nuberet non exurgebat propriè affinitas inter fratrẽ vel sororem prioris mariti, & secundum maritum, sed aliud genus attinentiæ aut necessitudinis. Et eadem rõne si mortua illa vxore secundus maritus alteram duceret, inter fratres primi mariti & illam non contrahebat̃ secundũ necessitudinis genus, sed tertium, iuxta versiculũ citatum, Mutat nupta genus, sed generata gradum. ¶ Antiquitus etgo ad omnes istas coniunctiones impedimẽta matrimonij extendebantur, vt nec consanguinea primi mariti posset cum secundo marito mortua vxore contrahere, neque consanguinea secundi mariti cũ tertio marito. Non quidem propter consanguinitatem aut affinitatem, quæ nulla erat, sed propter iustitiã publicæ honestatis. Iam verò illa impedimẽta prorsus euanuerunt, & nullum iure nouo fit reliquum nisi in primo genere affinitatis, vt patet can. Non deber. de consan. & affini. Quocirca loco illo Iullij, qui can. Contradicimus. 35. q. 3. citatur, vbi exprimitur ius antiquũ, non est legendum, vt mendosa impressio apud S. Tho. dist. pñti art. 1. quæstiũcu. 5. habet,

Duo amicitiæ genera.
Consanguinei vxoris fiũt affines mariti.
Versiculus.
Discrimen.
Cõclusio declaratur.
Affinitas vna an aliã trahat.
Iull. Papa.
Secunda cõclusio.
Exemplum.
Versiculus.
Can. Contradicimus. 35. q. 3.

habet, Relictam consanguineam vxoris suæ nullus ducat in vxorem: nam illud ius nouũ est, & seruandũ: sensus enim est, q̃ nullus maritus mortua sua vxore ducat consanguineã eiusdem vxoris vsque ad quartum gradum. Sed legendum est, Relictam cõsanguinei seu consanguineorum (vt ait Gratianus) vxoris suæ: erat em̃ ius illud, vt maritus mortua sua vxore non posset ducere relictam fratris suæ vxoris aut aliorũ consanguineorũ eius. Et si militer can. Porrò duorum, habetur, q̃ cõiuges duorũ consanguineorũ: putà, duorũ fratrum aut fratruelium maritis mortuis nõ possent successiuè eidẽ postea viro nubere propter iustitiã publicæ honestatis: quodquidẽ impedimentum iam sublatum est, & meritò: alioqui si q̃s duas mulieres cognosceret, neutra posset eidẽ nubere, quod est absurdũ. Itẽ si consanguineę vxoris non efficiunt̃ affines consanguineorũ mariti, vt dictum est, multò minus illi, qui postea vxori affinitate cõiunguntur, efficient̃ affines mariti. Quare canones hìc citati iam antiquati sunt. Igitur secũdum ius nouum Constantiensis synodi gradus affinitatis ad normam graduum consanguinitatis exigẽdi sunt. ¶ Solet autem arbor affinitatis depingi tum trunca, tum nimium confusa. Pingitur autem secũdùm tenorem can. Porrò de affinitate. 35. quæstio. 5. vbi ait Gregorius. Ego & soror vxoris meæ in vno & primo gradu (scilicet affinitatis) erimus: filius verò eius) nempe sororis vxoris meæ) in secundo gradu erit à me: neptis verò in tertio, & proneptis in quarto. At verò non ille solus est primus gradus: quoniam & parẽtes & filij vxoris meæ attingunt quoq; me in primo gradu, idẽq; arctiùs quàm eius fratres & sorores. Sed quia si isti gradus vsq; ad quartũ cum omnibus suis lateribus delinearentur, arbor crescceret opacissima & confusissima, satis est primum gradũ oculis obijcere, per quem solertissimus quisque alias diducendo lineas potest reliquos facilè percipere. Esto ergo hæc exempli gratia figura.

Can. Porrò duorum.
Gradus affinitatis.
Arbor affinitatis.

Figura affinitatis.



Conclusio notabilis.

VBI hoc in primis cum D. Thoma, hìc adnotandũ est, q̃ grad̃ affinitatis nõ distinguntur per se, sed ratione consanguinitatis, vnde nascit̃. Consanguinitas em̃ est, quæ per se habet

Universidad de Deusto Biblioteca

se habet ramos ratione cadentis sanguinis, sed affinitas non nisi ratione eiusdem sanguinis, cui maritus per vxorem cõiungitur, aut vice versa. In hac igitur figura sunt tres circuli dextri maritum circunstantes: scilicet, parentum, filiorum & fratrum. Isti ergo primo gradu affinitatis vxorem attingunt, & pariter tres sinistri eodem gradu ad maritũ pertinent. Itaq; quo gradu consanguinitatis persona distat à marito, eodem gradu affinitatis distat ab vxore, & vice versa. Quare si protrahas lineas sursum ad auos, & deorsum ad nepotes, & ad latera ad filios fratrum eiusdem mariti, omnes distant secũdo gradu affinitatis ab vxore. Idemque in vxore contempleris respectu mariti. &c.

Solutio primi argum. ¶Ad primum igitur argumentũ per ea, quæ dicta sunt respondetur, nam quanuis causa præstantior sit effectu, nihilominus in ęquiuocis id, quod est in effectu, non eodem modo, sed præstantiori est in causa. Calor enim eminentiori modo est in sole, quàm in ipsa terra, quam ille calefacit. Eodem ergo modo licèt vxor copulata viro affinitatem generet suorum consanguineorum cum marito, ipsa tamẽ non fit ei affinis, sed quid ꝓpinquius: nempe, quodãmodo eadem caro: quemadmodum eiusdem ad se ipsum non est similitudo aut æqualitas, sed identitas. ¶Ad secundum rñdetur, ꝙ consanguinei licèt inter se sint separati, quia sunt diuersæ personę, sunt nihilominus quodãmodo idem, ꝓpter vnionem sanguinis: & hac ratione vxor copulata marito quodammodo coniungitur illis.

Solutio secũdi argumẽ.

Obiectio. ¶Quòd si metaphysicè arguas. Illi cõsanguinei mariti propter eius matrimoniũ nullatenus mutati sunt: ergo non acquirunt relationem affinitatis cum illa vxore. Negatur consequentia. Quemadmodum enim ego fio alij similis dum habitum ille meæ religiõis induit, licèt ego non muter, propterea ꝙ eandem religiõnem ego antea fueram ꝓfessus, eodem modo isti propterea quòd eodẽ sanguine, quo Petrus, fuerant geniti, accidit eis vt Petro vxorẽ ducente, efficiãtur vxoris affines. Non tamen sequitur, quòd cõsanguinei vnius efficiantur affines consanguineorum alterius: quoniam requiritur vna immediata coniunctio, quam alia consequatur. Vxor enim quia proximè vnitur marito, fit cum eo vna caro & ideo vnitur cõsanguineis mariti: sed tamen cõsanguinei mariti non vniũtur immediatè eius vxori, nec fiunt vna caro cum illa, & ideo non efficiuntur affines consanguineorum eius. cap. Quod super. de consangui. & affinita. ¶Ad tertium deniquè respondetur prima consequentia interemptæ nunquam enim affinitas deletur, quandiu illi, qui eam contraxerant, superstites fuerint. Relatio etenim illa affinitatis non fundatur in actione transeũte, sicut illa, quæ est mouẽtis ad id, quod mouetur, & è conuerso: sed in eo, quod factum est, quodquidẽ semper permanet. Veluti filius in humanis non dicitur & est filius patris, quia nunc actu gignitur, sed quia ab illo genitus est. Eodem, inquam, pacto quia Maria meo nupsit fratri, affinis mea est: quare sicut mortuo fratre nihilominus in me semper manet consanguinitas respectu illius, ita & affinitas respectu vxoris eius viduæ. Nam cùm affinitas, vt diximus, ex cõsanguinitate oriatur, sicut consanguinitas *Affinitas ut sanguinitas* est perpetua viuẽte persona, ita & affinitas. *perpetua.* Quocirca licèt, vt ait Apostolus ad Roma. 7. mortuo viro vxor soluatur à lege viri, nõ tamen ab affinitate eius cõsanguineorum qui sunt superstites. Imò quanuis ipsa moreretur, & postea resurgeret, vt de consanguinitate diximus, non possemus matrimonium transigere. Nam affinitas vt cum moriente mortua fuerat, ita cum resurgẽte resurrexit.

Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm affinitas, vel aliquod matrimonij impedimentum per sponsalia contrahatur.

QVæritur subinde vtrũ sicut per matrimonium, ita per sponsalia contrahatur affinitas. Et arguitur à parte negatiua. Affinitas potiùs per copulam contrahitur, quàm per cõsensum desponsatiõis: quia per illam fiunt duo in carne vna: sed per fornicarium concubitum non videtur affinitas contrahi: ergo nec per spõsalia. Probatur minor, tum quia affinitas est res honesta, quare non debet per turpem amplexum contrahi: tum ꝙ alioqui contraheretur per flagitium contra naturam commissum, quod can. Extraordinaria. 35. q. 3. negat. ¶Secundò. Si per sponsalia contraheretur affinitas, sequeretur quod per omnia sponsalia contraheretur. Nã eadem causa eundem semper effectum profert: non tũ per omnia contrahitur, vt colligitur ex cap. Literas, de desponsatio. impub. ergo per nulla contrahitur. ¶Tertiò. Per matrimoniũ ratum non consummatũ propriè non oritur

Pars affirmatiua.

Diuisio artic.

Prima conclusio.

Ratio nata ritalis.

Arg. primum.

Arg. secundum.

Can. filius.

oritur affinitas, eo quòd cõiuges nisi per copulam non efficiuntur vna caro: ergo multò minus contrahitur per sponsalia. ¶In cõtrarium est textus Eugenij Papæ capit. Iuuenis. de sponsalib. vbi ex spõsalibus aliquid affinitati simile contrahi censet, quo matrimoniũ cum consanguinea sponsæ impediẽ. ¶Tria in præsentiarti. per tria proposita argumenta insinuãtur ad superioris intelligentiam pertinentia: scilicet, vtrùm affinitas contrahatur per illicitum concubitũ, & per spõsalia, & per matrimonium ratum non consummatum. Ad quam ideo quæstionem tribus conclusionibus respondetur: Prima. Per illicitum concubitum, dummodò in vase legitimo copula consummetur, contrahiẽ affinitas. Probatur primò naturali ratione. Maritalis quippe coniunctio duos habet, vt suprà visum est, fines: vnus qui est prolium germinatio, ac secundarius alter, qui ad cõmunionem & consortiũ officiorum spectat. Et quanuis secũdus non nisi inter coniuges cõstat, primus tamẽ in quacunq; copula, quę suapte natura genitrix est, reperitur. Hinc ergo argumentum hoc colligitur. Matrimonium quatenus carnis commistio est ad germinandum, affinitatem parit: in illicito aũt concubitu eadem est corporum commistio: ergo ex illo profertur affinitas. ¶Secũdò explicatiùs arguitur. Affinitas ob id ex matrimonio contrahitur, quòd duo illic vna caro fiunt, iuxta verbum Gregorij can. Fraternitatis. 35. q. 10. vbi citãs illud, Erunt duo in carne vna, infert. Si vna caro fuerint, quomodo potest aliquis eorum propinquus vni pertinere, nisi pertineat alteri? Hoc minimè posse fieri credendum est: sed qui adhæret meretrici, vt 1. Cor. 6. ait Paul. vnum corpus efficitur: vbi idem citat testimoniũ, Erunt duo in carne vna, ex Gen. 2. ergo per illicitum concubitum contrahitur affinitas. Accedit, ꝙ cùm per illicitum concubitum etiam fiat generatio, si fornicarius cõtraheret cum matre fornicariæ, idẽ esset & filius eius, & priuignus: nempe, nepos vxoris suę: etsi contraheret cũ sorore fornicariæ, idem esset & filius & consobrinus: & sic geniti ex fornicaria & ex legitima vxore necessitudines consanguinitatis confunderent. ¶Idem confirmatur ex can. Si homo. 35. q. 3. vbi habetur, ꝙ si homo fornicatus fuerit cũ muliere, & frater eius nesciẽs eandem duxerit vxorem, ipsa sine spe coniugij maneat. Atque hac de causa in definitiõe affinitatis non diximus contrahi duntaxat ex legitima copula coniugali, sed in genere ex quacunq; copula, per quam duo fiũt vna caro. ¶Ex quo fit, nec per oscula, & impudicos tactus, imò nec per solam penetrationẽ, nec per effusionem seminis extra legitimum vas affinitatem exurgere: quia per nullum illorum fiunt duo in carne vna, quousq; seminatio in legitimo vase fiat. Neq; obstat capicitatum Iuuenis, de spõsalib. cuius casus est, q licèt iuuenis puellam nondum septẽnem vitiare tentaret, nec tũ complere potuisset, nihilominus affinitatem cõtraxit, ne posset eius consobrinã ducere: quoniã illa affinitas non fuit contracta propter illos impudicos tactus, sed quia illã sibi dispõsauerat. ¶Quã propter neq; per nefariam seminationẽ contra naturam, vt ait Vrbanus Papa can. Extraordinaria. 35. q. 3. vbi mẽdosa est litera, quę habet, Extraordinaria pollutio non nisi in naturalibus admissa &c. sed expuncta priori negatione legendum est, Extraordinaria pollutio nisi in naturalibus admissa nõ videt matrimoniũ impedire. ¶Quòd si redarguas. Eiusmodi nefanda pollutio ius facit innocenti coniugi petendi diuortium, vt dist. 36. prædiximus: ergo pari ratione sufficit ad contrahendam affinitatem. Negatur consequẽtia: quoniam perillam coniux frangit fidẽ, quã coniugi debet: quia diuidit corpus suum in duo. Sed tamẽ non propriè illa fit vna caro cum altero ad sensum illius verbi, Erunt duo in carne vna: scilicet, ad generandũ. ¶Quòd si obijcias textũ in ca. Fraternitati. de eo, qui cogno. consang. vxo. vbi ille, qui extraordinaria pollutione quandã deturpauerat, prohibitus est enim eiusdem puellæ sorore contrahere. Respondetur illud diuortiũ non esse factũ propter affinitatem rõne pollutionis, sed propter publicæ honestatis iustitiã: quia cum eadem puella sponsalia pepigerat. ¶Aliter tamen arguitur. Affinitas, vt dicebamus, est propinquitas personarum ex carnali copula prouenienS, omni carens parentela: si autem per illicitum concubitum contraheretur, non omni affinitati hæc definitio conueniret, vtpote si quis cum sorore vel alia sua consanguinea incestum cõmitteret: tunc em fieret affinis eisdem, quibus erat consanguineus: quæ ideo affinitas non careret parentela. Respondetur, quòd cum parentela à parentibus propriè dicatur, voluerunt Doctores puram & mudam affinitatem per hoc definire, quòd non esset admixta consanguinitati. Nihilominus nihil vetat ambos respectus

Appẽdix.

Coitus nefarius non parit affinitatem.

Can. Extraordinaria emẽdatur.

Obiectio.

Dilutio.

Aliud argumentũ.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus eidem conuenire posse. Imò non modò per incestum, verùm & per legitimũ matrimonium, vt si qui mihi ex parte mei patris consanguineus est, consanguineã meam ex parte meæ matris duceret, quæ illi non erat cõsanguinea. Tunc em̃ meus cõsanguineus sit ex alia parte meus affinis. Satis ergo est, vt affinitas, quãtum est de sua propria ratione, sit carens parẽtela. Ex quo fit, q̃ si aliqui duo ex vna parte consanguinei sunt, & ex altera affines, super vtrumq; impedimentum debeat Pontificia dispensatio obtineri antequam coniugio copulentur. ¶ Vnde ad primum argumentũ respondet, q̃ quanuis affinitas res sit honesta, nihilominus ex turpi cõgressu contrahitur, non quatenus turpitudinem habet, qua à matrimonio differt, sed quatenus cum matrimonio hoc habet naturale cõmune, q̃ per ipsum fit duorum vna caro. Ad aliud verò membrum de nefanda copula iam dictũ est, non esse affinitatis causam. ¶ Secunda conclusio. Per sponsalia impedimentum cõtrahitur, quod matrimoniũ tum impedit, tum subinde dirimit, quod licèt propriè nõ sit affinitas, est tamen quippiam ei simile: nempe, publica honestas. Decretum est Alexandri tertij capi. Ad audientiam. Et cap. Iuuenis. de sponsalib. Et capit. vnico. eod. tit. lib. 6. Et cap. Discretionem, de eo qui cogno. consang. vxor. Quod autẽ illa nõ sit propriè affinitas, probatur: nam cùm sponsalia non consummata perfectam non obtineant matrimonij rationem, sed quandam inchoationem ac præparationem, consequens fit, vt nec propriè affinitatem ingenerẽt, sed quidpiam aliquantulo minus. Vnde publicæ honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahẽs ab ecclesiæ institutione propter eius honestatem. Consequitur ergo vt citra copulam carnalem contrahatur: nam si copula superueniat cum maritali affectu, in affinitatem transit. Quòd si contra conclusionẽ obijcias. Sponsalia non faciunt perpetuũ vinculum, nam genere suo multis modis dirimunt, neque faciunt obligationẽ cohabitandi, neq; facultatem mutuam corporum: ergo nullũ impedimentũ matrimonij secum adferunt. Negatur consequentia: quoniam sponsalia nullum adferũt impedimentũ ex se ratione nodi, quem in se habent, sed ratione vinculi matrimonij, ad quod ordinantur & referuntur: & ideo sicut matrimonium est perpetuũ vinculum, ita & publica honestas, quæ ex sponsalibus contrahitur, est perpetua. ¶ Emergit hinc autem dubium, vtrùm ex quocunque sponsaliorum genere, quomodocunque illa componantur, publica honestas oriatur. S. Tho. quęstiũcula pũti ad. 3. arg. respondet, q̃ omnia impedimenta, quæ faciunt sponsalia non esse sponsalia, non permittũt ex pactione nuptiarum affinitatẽ fieri. Vnde siue habens defectum ætatis, siue votum solenne cõtinentiæ, aut aliquod huiusmodi impedimẽtum, sponsalia de facto cõtrahat, ex hoc non sequitur vlla publica honestas: quia nec sponsalia vlla sunt, nec aliquis affinitatis modus. Et idem ait Ricardus, & antiqui omnes. Syluester verò verb. Matrimoniũ. 8. q. 14. dicit S. Thomam fuisse secundùm rationem naturalem locutum, quæ docet, vt quod nihil est, nihil efficiat: & secundùm antiquas expositiones canonum. Nihilominus post secula S. Thomæ Bonifacius. 8. cap. vnico. de sponsalib. in. 6. decreuit, q̃ quocunq; vitientur impedimento sponsalia siue consanguinitatis, siue affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione sint nulla, dummodò nõ sint nulla ex defectu consensus, oritur efficax impedimentum iustitiæ publicæ honestatis ad impediendum & dirimendum subsequentia sponsalia & matrimonia, non autem præcedentia. Sed profectò nequeo satis D. Thomã Ricardum & alios intelligere: nam idem Alexander tertius, quem ipsi longè antiquiorẽ ipsis citant, cap. Ad audiẽtiam, de sponsalib. id ipsum decernit, quod postea Bonifacius, sanè vbi casus refertur, q̃ cùm quidem cum puella sponsalia contraxisset, inter quos impedimentum cõsanguinitatis fuisset postea repertum ex parte patris sponsæ, frater eius ex altera matre matrimoniũ cum eadẽ contrahere tentauit, & non fuit permissus. Causa verò huius Pontificiæ sanctionis, vt sponsalia, quæ iure ipso nulla sunt, impedimentũ alteri matrimonio cũ prioris consanguineo obijciant, non aliam adferre possimus, q̃ q̃ consulta fuerit cautio ad obuiandum fraudibus, & ad propellendam iniquitatem eorũ qui contra impedimenta iuris sponsalia contexere nituntur: scientes enim per illa publicam honestatem contrahi, cauebunt illa retare. ¶ Consultò tũ Bonifacius ait, si sponsalia sint pura & certa. Pura em̃ sunt, quæ sine cõditione absolutè contrahuntur: nam si contrahantur sub cõditione, & anteq̃ adimpleatur, alter illorũ cum alterius cõsanguinea cõtraxerit, secundũ matrimoniũ tenet, vt eod. capit. sancitur: q̃m cùm conditio non fuerit adimpleta, locum non habuit publica honestas, dummodò conditio non sit impossibilis aut turpis, aut illarum, quæ habentur pro non adiectis, sed sit honesta, quæ faciat sponsalia esse in futurũ pendentia: nam tunc quousq; conditio sit impleta, sponsalia non sunt firma, atque adeò nec oritur publica honestas. Certa verò sunt, quę cum certa persona: nempe, cum Maria vel Ioanna contrahunt: nam si quis in genere sponsalia cõtrahat cũ aliqua filia Petri, certè illa non sunt efficacia ad concinnãdam publicam honestatẽ. Item requiritur, q̃ defectus non sit ex parte cõsensus: nempe, quia defuit rationis vsus, cuius causs habetur cap. Literas, de despõsatis impub. nam cum quidã perfectæ ætatis puellulam in cunabulis sibi desponsasset, postmodum contraxit cum puellę matre, & matrimoniũ pronunciatum est validum propter defectũ vsus rationis in puella. Neq; obstat cap. Iuuenis. de spõsalib. citatum: nam illa puella iam proximè septenniũ attigerat, & ideo præsumpta est vsum habuisse rationis. Alioqui sponsalia cõtracta ante septenniũ ex defectu consensus non pariũt publicam honestatẽ. Imò neq; si contrahantur per parentes ante septẽnium filiorũ, nisi sponsi post septenniũ consentiant, vel scientes non cõtradicant. Et idẽ est si defectus consensus fuerit vel per errorẽ habitus, vel per metum cadentem in cõstantem virũ extu rtus. ¶ Vbi tũ spõsalia fuerint pura & certa liberoq; cõsensu firmata puellę, quę cũ sacerdote vel monacho, vel frigido vel aliàs impedito illa contraxerit, non põt cum consanguineo illius intra quartum gradum sine dispensatione contrahere. ¶ Aliud verò ait loco citato S. Tho. videlicet q̃ si quis re vera frigidus vel maleficiat° in tenella ætate anteq̃ defectus per experientiam explorari posset, post septennium tũ vel propè cum adulta sponsalia contrahat, iure sunt legitima: quia tunc incognitus defectus sponsalia non impediebat. ¶ Et per hoc solutum restat argumentum secundũ. Explicitum enim est quæ nam sponsalia pariãt honestatem, quæ verò minimè. ¶ Sequitur tandem de matrimonio rato non consummato, de quo tertia subtexitur conclusio. Per matrimonium ratum non consummatum contrahitur impedimentum, quod matrimonium contrahendum impedit, & cõtractum dirimit. Conclusio notissima est, tum quia illud est verum & legitimum matrimonium, tum q̃ si ex sponsalibus tale oritur impedimẽtum, multo efficacius ex matrimonio rato per verba de præsenti pullulabit. ¶ Dubium tamen est, an tale impedimẽtum sit affinitas, an verò publica honestas. Nam D. Tho. impræsentiarum ait, esse affinitatẽ: Scotus verò hic, cui Paludanus adnuere videtur, & Panor. cap. Sponsam. de sponsalib. & iuris canonici professores aiunt esse publicam honestatem. Et possunt se illa ratione tueri, quam tertio loco in capite proposuimus, q̃ affinitas nõ videtur contrahi nisi per carnalem commistionem, qua coniuges vna caro fiunt. ¶ Ad hoc tamẽ primùm respondetur, quæstionem non esse de re, sed de noïe: nam de re nemo dubitat, quin per matrimoniũ ratum efficacius impedimentũ contrahat, q̃ per sponsalia: quæstio autem de nomine minimi momenti est. Sed nihilominus D. Tho. videtur ad rem viciniùs loqui: nam certum est, per matrimonium ratum maius vinculum contrahi, imò alterius generis, q̃ per sponsalia, cùm sponsalia non nisi in virtute matrimonij impedimẽtum germinent: & id quod ratum est, verum matrimoniũ existat: cùm ergo inter publicã honestatem & affinitatem nullum intersit medium, colligitur vt impedimentum, quod fit per matrimonium ratum, nomen affinitatis obtineat. Et ideo bene ait S. Tho. quòd affinitas non solùm ratione carnalis copulæ in actu contrahatur, sed etiam secundùm societatem coniugalẽ, quæ naturali eodemque perpetuo vinculo perficitur. ¶ Vnde ad argumentũ in contrarium rndetur, q̃ quamuis per copulam carnalem fiant coniuges vna caro, nihilominus quia in matrimonio rato traditur facultas corporum ad eandem copulam, per illud dicitur etiam fieri vna caro. Syluest. verb. Matrimo. 8. quæst. 14. ait, q̃ dicatur affinitas inchoatiuè. Sed quando de re inter nos conuenit; parui refert quomodo loquamur.

Nota.
Solutio primi argum.
Secunda cõclusio.
Publica honestas qd.
Obiectio.
Dilutio.
Dubium.
S. Thomas.
Certa.
Sylues.
Pars S. Tho. canonistas.
Nota.
Casus vnus.
Ad audiẽtiam.
Ratio.
Nota.
Rigidi aut maleficiati.
Solutio secũdi argumẽti.
Tertia conclusio.
Pura & certa.
Dubium.
Solutio arg. alterius opinionis.
Syluest.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm affinitas matrimonium impediat.

SEquitur de affinitatis effectu, vtrùm scilicet matrimonium impediat, & arguitur à parte negatiua. Effectus rei non videt esse causa impedimẽti eius: affinitas autem contrahit ex matrimonio: ergo illud non impedit. ¶ Secundò. Ille qui mulierem per carnem cognoscit, immediatiùs ad illam attinet,

Partiunegatiuæ argumẽtum primum.
Secundũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

attinet, quàm eius consanguinei, qui non nisi ratione illius efficiuntur mulieris propinqui: sed qui cum muliere fornicatur, potest cum illa deinceps contrahere: ergo affinitas matrimonio nihil obstat. ¶In contrarium autem est decretum Iulij Papæ can. Aequaliter. 35. quæstiõe. 3. vbi ait, Aequaliter vir coniungatur consanguineis proprijs & consanguineis vxoris suæ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

¶Ad quæstionem duabus cõclusionibus respondetur. Prima. Omnis affinitas vsque ad quartum gradum impedimentum est matrimonium contrahendum impediens, & contractum dirimens. Decretum est, can. citati. 35. quæstione. 3. cum alijs ei ibidem multis adhærentibus: scilicet, can. Et hoc, & Sanè. & Si vir. & can. Porrò de affinitate. eadem. causa quæst. 5. & can. Fraternitatis. quæstiõe. 10. Et capit. Discretionem. de eo qui cognoscit consang. vxo. suæ. Idemque vt supra expositum est, de iustitia publicæ honestatis asserendũ. Et quemadmodum superiori distinctiõe de consanguinitate diximus, id ipsum de affinitate sentiendũ: nempe, quòd antiquitus vsq; ad septimum gradum interdictũ matrimonij proserebatur, iam verò post conciliũ Lateranense non vltra quartum protenditur, cuius verba sunt in capit. Non debet, de consangui. & affinita. Prohibitio copulæ coniugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedat. Meminisseque subinde oportet eius, quod artic. 1. diximus, videlicet, secundum & tertium affinitatis genus iam esse abolita, quorũ vnum alterum pariebat. Quare iam solum primũ durat, vt non nisi soli vxori cõsanguinei mariti fiant affines, & consanguinei vxoris soli marito. Quapropter quatuor illic canones, Si cuius. & tres sequentes, Si qua mulier. 35. quæstione. 10. iam non sunt in vsu, quibus caueba tur, ne si defuncto marito vxor ex altero sobolem susceperit, liceret consanguineis prioris mariti cum illa sobole secundi matrimonio sociari. Imò verò possunt fratres prioris mariti cum filijs vxoris ex altero marito coniugari. Sed si prior maritus resurgeret, ille non posset.

Affinitas quoto gradu prohibita.

Nota.

Solutio primi argum.

¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd affinitas non impedit matrimonium, ex quo contrahitur, sed alia deinceps propter illas rationes, quæ in consanguinitate adduximus, & potissimùm ad ampliandam amicitiam. Et quia cùm coniux efficiat vna caro cum altero, quodammodò efficitur cum eius consanguineis. ¶Aliud verò sophisma est: nam qui carnaliter mulierem cognoscit, neque efficitur eius consanguineus neque affinis, sed vna caro, quę non impedit vinculum, imò illud facit.

Solutio secundi argumen.

¶Potissimum autem dubium huius articuli est simile illi, quod de consanguinitate disputauimus, vtrùm aliquis affinitatis gradus iure naturæ sic matrimonium impediat & dirimat, vt neque in lege naturæ fuerit validũ, neque modò per Papam possit super eo dispensari. Et totum ambiguitatis pondus in primum gradum incumbit: nam de secundo & duobus sequentibus Innocentius cap. Gaudemus. de diuortijs respondere videtur, non eo rigore esse prohibitos iure naturæ, quin inter infideles in eisdem gradibus inita connubia sint solida & valida. ¶Primus autem affinitatis gradus instar primi gradus consanguinitatis, imò ratione prorsus ipsius constituit. Est ergo in duplici specie: scilicet, secũdùm lineam rectam, & secundũ lateralẽ. In linea recta ascendentium est, si quis matrem & post filiam ducat, aut si maritus matris ea mortua ducat priuignã, aut si gener socrum. Aut si vna nubat patri & filio, vt si nouerca nubat priuigno, aut si nurus socero. In alia laterali specie primus gradus est, si quis duas successiuè ducat vxores, aut si vna duobus fratribus nubat. Et ex his speciebus efficacior est illa, quæ est in linea ascendentium: nam sicut in consanguinitate arctior est nexus inter patrem & filiam, quàm inter duos fratres, licèt ambo sint primus gradus, ita in affinitate. Quare turpius esset matrimonium si quis matrem & filiam duceret, quàm si duas sorores sibi copularet. ¶Dispũtemus ergo priùs id, quod minus præ se fert dehonestatis: nempe, in laterali. Et quidem casus vterq; iam vsu venit in Hispania. Nam Rex Portugalliæ Emanuel per dispensationem Alexandri sexti, duas subinde sororem matrimonio sibi coniunxit filias Catholicorum Regum Hispaniæ Ferdinandi & Elisabeth. Et deinde serenissima Catherina eorundem Regum filia, quæ Regi Arcturo Angliæ fuerat per verba de præsenti desponsata, eodem absque liberis defuncto per dispensationem Iulij secundi nupsit Ieuiro: scilicet, mariti fratri Henrico octauo, ex quo Mariam genuit. Postmodum verò idem Henricus occasionem ex quodam negotio arripiens, quod ei non ex voto successerat, ardẽtissima correptus cupidine gignendi masculinam

Cap. Gaudemus.

Primus gradus affinitatis.

Rectalinea.

Transversalis linea.

Primus gradus collateralis.

Maria Angliæ Regina.

linam prolem, causari cœpit, non potuisse summum Pontificem super matrimonium eius cum fratria dispensare, atq; adeò posse aliam optare vxorem. Quæquidem cõcepta opinio monstruosam illam malorũ Hydram peperit, quæ Angliam hæresum clade prostrauit. ¶Fautores autem illius opinionis primum ei fundamentum ex Leuit. 18. subijciebant, vbi legitur, Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui est, vbi idem gradus prohibetur. Quare Paluda. dist. præsenti quæst. 1. tenet, ꝙ super hoc gradu affinitatis Papa dispensare nequeat, sicut & Maioris supra citatus. ¶Mox secundum obmoliebantur argumentum, ꝙ Ioannes Baptista, vt Matth. 14. & Marc. 6. legitur, ob id martyrio coronatus est, ꝙ Herodem de incesto matrimonio vituperabat cũ Herodiade vxore fratris sui Philippi: vnde collectio fieri videtur, adeò esse contra ius naturæ, vt nullis vnquam gentium fuerit licitum. ¶Deinde & ex capit. Gaudemus. de diuortijs, maius ducitur argumentum, vbi ait Innocentius, quòd infideles ad lucem fidei conuersi si in primo gradu reperiantur contraxisse, separentur: quod non dixisset, si gradus ille in lumine naturæ matrimonium nõ dirimeret: hic autem est primus gradus affinitatis. ¶Nihilominus statuitur conclusio, quæ sit huius articuli secunda. Connubium inter leuirum & fratriam: scilicet, vxorẽ fratris: & inter socrorem vxoris & sororiũ: nempe, maritum sororis, licèt aliquam præ se ferat iure naturæ turpitudinem & fœditatem, non tamen vsq; adeò eodem iure eiusmodi matrimonium vetitum est, vt exclusõ quocunq; iure ecclesiastico fuerit sub eadem lege naturæ nullum. Ad probationem conclusionis illud præ oculis semper habẽdum est, quod distin. præcedenti abundè monstrasse credimus: nempe, ex lege Mosayca nullum ad euangelicam argumẽtum trahi, nisi quatenus eius præcepta moralia erãt, & iure naturæ cõstituta: nam quod in ea iudiciale aut ceremoniale erat, totum abolitũ & antiquatum est. Rursus & illius quoq; meminisse oportet, quòd vt illic dicebamus, quanuis ius naturæ propter turpitudinem matrimoniũ vetet, non inde fit consequens, vt illud faciat nullum, alioqui in secundo & reliquis cõsanguinitatis gradibus annularet matrimoniũ: quia in illis contrahere, etiam quidpiam naturalis fœditatis habet, cuius de causa ecclesia eos gradus prohibuit. In iure aũt naturę, vt dicebamus, tres gradus discernuntur. Quędam enim sunt sicut prima principia, quę intrinsecè indiuiduam & inseparabilem rectitudinem iustitiæ includunt, quæ ob id indispensabilia sunt, vt præcepta decalogi. Alia sunt, quæ licèt iure naturę sint honesta, & eorum contraria inhonesta, nihilominus extrema necessitas boni communis, potest ea iure ipso naturali mutare, & quod inhonestũ erat facere honestũ, vt diximus de matrimonio fratrum in primordijs mundi: sed tñ illa extrema necessitate cessante nulla lex humana potest illa mutare. Alia sunt in tertio gradu iure quidẽ naturę honesta, & eorũ contraria inhonesta, quæ etiã citra extremã necessitatẽ propter honestas causas & fines, præsertim si ad bonum publicum spectẽt, possunt iura gẽtium & ciuilia, & multo efficaciùs ecclesiastica variare & mutare: nam id, quod ex mero iure naturæ inhonestum erat, põt per aliud bonum repẽsari & honestari. Imò & iusipsum naturæ hanc mutationem persuadet. Nam natura integra omnia vt essent cõia admonebat, quæ tamen corrupta persuasit, vt res per proprias possessiones distribuerent & diuiderẽtur. ¶Quod ergo nostra asserit conclusio est, connubium in primo gradu affinitatis esse iure naturę turpe & inhonestum in hoc tertio gradu. Quod enim turpe per se sit, si nudè consideretur absque alia honestante causa, verba illa legis ostendunt: sanè cùm in omnibus prohibitionibus dicatur, Turpitudinem patris tui, aut matris tuæ &c. non reuelabis. Et eodem modo subiungitur, Turpitudinẽ vxoris fratris tui non reuelabis. Lumen ergo ipsum naturæ turpitudinem oculis in huiusmodi connubijs offundit. Et illa inter alias de causa tum olim Deus, tum modò ecclesia eiusmodi cõiugia interdixit. Quod autem ius naturæ non vsq; adeò tale matrimoniũ inhibeat, vt illud prorsus irritet & casset, probatur: quia ratio naturalis ex fine sumenda est: quod autem quis duas subinde sorores ducat, aut aliqua duobus fratribus nubat, neque primo fini matrimonij: nempe prolibus gignendis & educandis, neque secundo: scilicet, cohabitandi & in domesticis officijs communicandi obstat: ergo iure naturæ tale matrimonium nõ irritatur. ¶Quòd si arguas. Neque verò inter patrem & filiam matrimonium eisdem finibus contra pugnat, & nihilominus diximus iure naturæ nullum. Respõdetur, quòd alia ratio supra relata militat in patre & filia,

Primum argumentũ.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Secundata conclusio.

Primus gradus affinitatis collateralis.

Probatio conclusionis ad nullum deinde argumentũ.

Nota.

Iuris naturæ tres sunt gradus.

Secundus gradus.

Tertius gradus.

Conclu. declaratur.

Ius naturæ hmõi matrimo. non inhibet.

Obiectio.

Dilutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ inter huiusmodi affines non eandē vim obtinet: nempe, quòd filia est pars patris ex eius lumbis decisa, & filius pars matris ex eius ventre decisus, cui proximè accedunt fratres ex eodem vtero prolati, quod quidem inter leuirum & fratriam non reperitur: nulla ergo naturali ratione tale matrimonium euacuatur. ¶ Secundò probatur Philosophorum autoritate, qui naturali lumine peregrè philosophati sunt, quorum fuêre Aristoteles & Plato atque alij id genus prælari, qui nullibi tale connubium tanquam nullum condemnasse leguntur. ¶ Tertiò arguitur exemplo sanctorum patrum sub lege naturæ. Iacob enim ante scriptam legem Leuitici duas sorores vnam ac deinceps alteram ambas superstites sibi associauit & tamen nulla vel legitur vel creditur facta dispensatio: quia non erat tanta dispensandi necessitas: ergo id fecit, quia sciebat iure naturæ nō esse adeò vetitum, quia bona de causa fieri posset licitè. ¶ Tandem & ecclesiæ autoritas, quæ super hunc gradum dispensat & apud catholicos summum habet in terris momentum, quoscunque deberet conuincere, quæ postquam id facit, credenda est ius naturæ intelligere, vt si faciat, certum sit tenere. Haud enim Alexander sextus, qui cùm Rege Portugalliæ dispensauit, aut Iullius.2. qui despōsauit cum Rege Angliæ, primi huiuscemodi dispensationis fuerunt autores, quoniam & Innocentius tertius, vt capi. vlti. de diuortijs relatum est, cum quodam Lugoniensi dispensauit, vt vxorem fratris duceret, licèt ibidem prohibuerit, ne deinceps fieret: quod est signum non tam lege naturæ, quàm ecclesiastica tale matrimonium esse prohibitum. Et Archiepiscopus Florenti. 3. part. titu. 1. capit. 11. in fine refert Martinum quintum theologorum consilio dispensasse cum quodam, vt contraheret cum illa, cuius germanam fornicariè occultè tamen cognouerat. Non quod certè dispēsauerit vt frater cum sorore contraheret, vt putauit Syluester verb. Papa quæstione. 17. Imò verò quòd aliquando talis dispensatio expediat & decet. ¶ In cuius confirmationem noua ex veteri lege argumēta ducuntur. Primum enim in Leuitico solùm prohibetur, ne leuir vxorem fratris ducat: scilicet, ne vna vxor duobus fratribus nubat: non autem prohibetur, ne soror vxoris leuiro nubat: scilicet, ne quis duas sorores ducat: & profectò si ius merum naturæ consulas, eadem est prorsus coniunctio & necessitudo, atque adeò prohibitio: nam est idem primus gradus affinitatis: quam ob rem ecclesia vtrumque pari iure prohibet: ergo prohibere matrimonium leuiri cum fratria, & non è conuerso sororis vxoris cum sororio, certè non erat prorsus moralis, sed partim iudicialis mandati: quare nullum inde ad nos argumentum trahitur. ¶ Sed tandem efficacius arguitur. Lex illa Leuitici non erat omnino indispensabilis, quin bona de causa posset super illam dispēsatio cadere. Imò alia erat huiusmodi lex Deutero. 25. Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomē illius appellabit, vt non deleatur nomē eius ex Israel. Quæquidem leges prima facie pugnare sibi videntur. Ob idque Maioris dist. 40. quæstione. 3. sustinens super nullum casum Leuitici posse Papam dispensare, & certum dispensatum esse cum Regibus Portugalliæ & Angliæ, ausus est dicere, illam prohibitionem, ne quis reuelaret turpitudinem vxoris fratris, nō esse Leuiticam, sed scriptorum errore fuisse adiectā. Vide quo nimius amor proprię opinionis prorumpere soleat. Ambigere enim nefas est talem prohibitionem illic esse cum alijs. Dicēdum ergo quòd lex Leuitica in genere posita est de vxore fratris siue defuncti siue viui, siue liberos habentis, siue illis carentis. Illa autem Deuteronomi erat specialis de vxore fratris sine liberis defuncti, & simul habitantis &c.

¶ Has autem leges sic forsan quis posset intelligere, vt secunda esset dispensatio primæ hoc pacto, quòd quemadmodum nunc omne matrimonium in quarto gradu prohibitum est, & nihilominus Papa singulariter cum Maria & Petro dispensat, ita in Leuitico vniuersim matrimoniū cum vxore fratris esset prohibitum, sed postea dispensatum est fieri cum vxore defuncti sine liberis. Sed re vera hæc interpretatio non videtur idonea: quoniam dispensatio nunquam ponitur per modum legis. Multo autem minus credendus est Deus duas tulisse leges, vnam quæ esset dispensatio alterius. Non enim diuina sapientia & prouidentia permittit, vt credamus omne prorsus matrimonium leuiri cum fratria primum prohibuisse, & illud statim per alteram legem relaxasse.

¶ Colligitur ergo, quòd lex illa Leuitici nun quam

Rō secunda.
Rō tertia.
Ratio. 4.
Argumenta ex Leuitico. 18.
Aliud argumentū.
Deutero. 25.
Iod. Maior.
Solutio primi argum.
Differentia harū legū.
Nota.
Solutio secūdi argumē.
Solutio tertij argumē.
Similitudo.
Epilogus.

quam prohibuit connubium leuiri cum vxore fratris defuncti sine liberis sicut lex, Non occides, nunquam prohibuit homicidium, quod fit à iustitia, vel ab illo, qui se cautè, inculpatèque defendit. Et tamen si merum ius naturæ perspicias, æqualiter omne matrimonium respuit cum vxore fratris defuncti, seu cum liberis, seu sine liberis. Nō ergo lex illa omnino moralis fuit, sed iudicialis. Et ideo nunc talis prohibitio ecclesiastica est & Pontificia. ¶ Postremum igitur argumentum à fortiori ex illa lege deducitur. Si enim Deus illam ob causam tale matrimonium leuiri cum vxore fratris defuncti permisit, vt semen fratris suscitaret, ne domus successoribus orbaretur, id quod nondum certum erat fore: nam poterat & secundus frater sterilis quoque esse, vt prior, & forte vxor simpliciter ad pariendum inhabilis: profectò nunc tam expediens esse potest eiusmodi dispensatio: nam possunt causę concurrere publicæ, quæ illam naturalem turpitudinem abluant, & matrimonium honestent, vt si fieret ratione pacis inter principes componendæ, aut ob aliam causam publicam: nam propter alias leuioris momenti non deceret.

¶ Ad primam ergo propositarum obiectionum de Leuitico iam responsum est, vim modò non retinere, nisi quatenus erat moralis, quæ huiusmodi matrimonium inter affines non reddidit nullum. Ex quo sequitur, & est adnōtandum, quòd si Iudæus nūc, qui cum vxore defuncti fratris contraxit, ad fidem modò cum sua vxore conuertatur, nō sunt separandi: non quia virtute legis antiquæ matrimonium tenebat: quoniam lex illa, vt diximus, post orbem redemptum quassata est prorsus & annullata, sed quia ius naturæ non sic tale matrimonium prohibet, vt nullum reddat. ¶ Ioannes verò Baptista Herodem illius criminis increpabat, quòd cum vxore viuentis fratris sui incestum committeret, quod siue matrimoniū esset siue adulterium, nefarium erat. Si verò defuncto fratre fratriam in vxorem duceret, vel illum non obiurgasset, vel non tantum, vt martyrium illam ob causam oppetiret. ¶ Ad aliud verò Innocentij capit. Gaudemus. dicentis infideles, qui in primo gradu contraxerunt, esse separandos, respondendum est per suam ipsius Decretalem citatam vltimam de diuortijs: nam postquam super illo gradu dispensauit, sensit tale matrimonium non esse contra ius naturę, quod illud irritaret. Atque adeò in capit. Gaudemus, non loquitur de illo primo gradu affinitatis in linea laterali, sed consanguinitatis, vt diximus, & fortasse affinitatis in linea recta ascendentium & descendentium, de qua disputare iam pergimus.

¶ Quæritur ergo vtrùm primus affinitatis gradus in linea ascendentium & descendentium sic iure naturæ sit à matrimonio repulsus, vt illud irritum & inane efficiat. A parte enim affirmatiua videtur Apostolus 1. ad Corinthios quinto. proclamare: Omnino, inquit, auditur inter vos fornicatio qualis neque inter gentes, (scilicet auditur) vt vxorem patris sui aliquis habeat. Intelligit enim de nouerca, inter quam & priuignum primus est gradus affinitatis in prima specie: scilicet, in linea ascendentium & descendentium. Et idem est de genero cum socru, & de nuru cum socero, & de vitrico: scilicet, marito matris, cum priuigna. Secundò est magnum argumentum, quòd ille gradus proximè accedit ad illum consanguinitatis, qui est inter patrem & filiam: vnde in Leuitico simul componebantur. Turpitudinem matris tuæ non discooperies, mater tua est. Et turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: turpitudo enim patris tui est: eandem enim ferè pietatem filij nouercis debent, quam patribus, & filiæ vitricis: cùm ergo primus ille cōsanguinitatis gradus tanto cum rigore sit iure naturę prohibitus, profectò adeò nefas apparet similia matrimonia contrahere, vt iure naturæ videantur esse nulla. Nam cùm coniuges, vt dictum est, vna fiant caro, profectò eodem propè modum iure respui videtur matrimonium cum vxore patris, quo cum matre. Vnde quoniam Rubem cum Bala vxore patris sui Iacob se se commiscuit, vt Genesis. 35. refertur, acerbam postmodum ab eodem patre maledictionem, vt cap. 49. legitur, audiuit. Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Et vt ibidem. 38. capi. videre est, Thamar nurus Iudæ, quia per fraudem socero se submisit, enorme flagitium commisisse censetur, quanuis id ea causa fecisset, quòd socer nolebat fratrem mariti defuncti sine liberis cum ea coniugare ad suscitandum eius semen. Accedit quòd & priuigno cum nouerca, aut nurui cum socero non est idonea ætatis ad matrimonium æqualitas. ¶ Profectò quanuis contraria opinio

Dubium.
Paul. 1. Cor. quinto.
Secundū argumentū.
Genesis. 2c.
Genesis. 38.
Aliud argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nio probabilitate fortè non careat, probabilius tamen videtur hanc primi gradus speciẽ affinitatis sic esse natura prohibitam, vt super illam Papa dispensare non valeat. Et ita tenet præsenti distinctione Paludanus, imò & Diuus Thomas. 1. Corinth. 7. id sentire videtur. Et est prægrande argumentum, quòd nunquam talis dispensatio facta legitur. Nihilominus, vt dicebam, contraria opinio nõ omni probabilitate destituta est: quia certè nouerca non est verè mater: & sic tale matrimonium non est prorsus contra eius finem. Paulus nanq; 1. Corinthios. 5. loquebatur de filio, qui viuente patre cum nouerca consuetudinem habebat. Quod patet primò, quia alioqui non appellasset eam fornicationem qualis neque inter gentes auditur. Item quia in 2. epistola cap. 7. ait, reprehensionem prioris epistolæ non misisse, propter eum qui fecit iniuriam, nec ꝓpter eum, qui passus est: scilicet, pater, sed ad manifestandam, inquit, solicitudinem vestram. Et Persis, libr. 3. quæstionum in Leuiticum quæstione. 61. ait Augustinus moris fuisse, vt mortuo patre filius nouercam duceret. Et Plutarchus in vita Demetrij de Seleuco narrat, qui filio suo Stratonicam, quæ sua fuerat, in vxorem dedit. Et Adonias filius Dauid petijt Abisac Sunamitidem, quæ fuerat patris vxor. ¶ At verò Persarum argumenta, & aliarum gentium non sunt satis idonea. Imò Chrysostomus in. 26. Homilia Pentecostes Persas de hoc tanquam de incestu obiurgat. Et Abisac non fuerat Dauidi cognita, imò non desunt qui negent eius fuisse vxorem. Præterquam quòd Adonias repulsam fuit passus.

Argumentũ optimũ. *Persarum mos.* *Plutarch.* *Adonias.* *Solutio.*

¶ Faciamus ergo sub compendio eorum epilogum, quæ dicta sunt. Primus consanguinitatis gradus tam in linea recta patris & filiæ, quàm in transuersali fratris & sororis, adeò iure naturæ est à matrimonio propulsus, vt etiam inter infideles nullum sit: quare conuersi ad fidem separandi sunt: nec super hũc gradum Pontifex Maximus dispensare valet. De secundo verò rectilineo putà, inter auum & neptẽ, licèt res nõ sit tam certa, probabilius tamen est idem esse censendum. In secundo verò gradu consanguinitatis transuersali & in tertio & in quarto, & in ascendenti: scilicet, inter patruum & cõsobrinam, & cæteris omnibus, non est dubium inter infideles matrimonium tenere, atque adeò cõuersos ad fidem non esse separandos: quapropter super illos non ambigitur, quin dispensatio Pontificis locum habeat.

Epilogus duarum distinctionum. *Secũdus gradus cõsanguini.*

¶ At verò graduum omnium affinitatis, si modò primum excipias ascendentium (de quo proximè dicebamus, matrimoniũ iure naturę etiã inter infideles fortè dirimere) nullus est præterea matrimonia iure naturæ irritans: quare super omnibus potest Papa dispensare. ¶ Imò verò quartus gradus tam in consanguineis quàm in affinibus, vt in concilio Tridentino inter patres colloquebatur, non vsque adeò iam nunc ætatis tam necessarius videtur. Quocirca si sanctum ecclesiæ iudicium adesset, fortasse Christianæ familiæ consultum foret in illo gradu matrimonia permittere, dummodo tam frequenti dispensandi vsui via in cæteris occluderetur. Nam de illa clementia apostolicæ sanctæ sedis, quæ faciliùs super matrimonium consanguineorum de facto contractum dispensare solet, quàm dum non est contractum: vt contrahatur, vulgaris hominum astutia ansam arripuit, vt cognati de facto incesta matrimonia contrahant & consumment, quo per talem actum dispensationem faciliùs impetrare queant. Quapropter maiori cum difficultate, imò nullatenus esset cum illis dispensandum. Nam delictum graue, & excommunicatio, quam incurrunt, non deberet eis patrocinari, sed potiùs officere & nocere, ne posset eis indulgeri.

Gradus affinitatis. *Circa quartũ gradũ.*

¶ Publicæ tandem honestatis, quæ ex sponsalibus contrahitur, nullus iam aut vix vllus est vsus: quoniam pura sponsalia de futuro quàm rarissimè fiunt. Et ideo fortasse nullum esset periculum si sancta ecclesia de rigore illius legis aliquid remitteret. Imò si post sponsalia contra iustitiam publicæ honestatis aliqui cõtrahant, & expeditissimus non sit ad sacram sedem accessus, nullum esset periculum quãuis episcopus dispensaret.

Publicæ honestatis vsus. *Sponsalia de futuro.* *Episcopus dispensare.*

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm qui extra verum matrimonium nascuntur filij sint illegitimi.

AD tractatum illegitimi matrimonij spectat & de illegitimis liberis disputare. Et ideo quæritur, vtrùm extra matrimonium nascantur filij illegitimi. Et arguitur à parte negatiua. Legitimus à lege dicitur: ergo qui secundùm legem naturæ nascuntur

Partis negatiua argumenta.

scuntur quales sunt qui fornicariè sunt geniti, vt legitimi sunt habendi: sanè cùm lex illa post æternam diuinam omnium sit legũ fundamentum & basis. ¶ Secundò. Si filij ex fornicario concubitu sunt illegitimi, videntur subinde paterna hæreditate expoliandi: at verò iniquum apparet, vt quispiam propter alienum peccatum, cuius non fuit causa, puniatur: quia vt Ezechiel. 18. legitur, filius non debet puniri propter peccatum patris: qui autem ex nequam concubitu fuit genitus non fuit in culpa sui conceptus: ergo nec hæreditatis priuatione mulctãdus est. ¶ Tertiò. Si filius extra matrimonium genitus esset illegitimus, per nullam posset legem legitimus fieri: quia præteritus concubitus, qui illegitimus fuit, non potest fieri legitimus. Item quia cùm tantùm legitimus ab illegitimo distet, quantùm è conuerso: & legitimus nequeat illegitimus fieri, fit vt neque illegitimus possit fieri legitimus: consequens tamẽ videtur absurdum: ergo nulli sunt filij illegitimi. ¶ In contrarium est, quòd illegitimum id dicitur, quod est contra legem: sed qui nascuntur extra matrimonium, nascuntur contra legem: ergo sunt illegitimi.

Secundũ argumentũ. *Tertium argumentũ.* *Notũ.* *Confirmatio argumen.* *Pars affirmatiua.* *Prima conclusio.*

¶ Ad quæstionem iuxta argumentorum numerum tribus conclusionibus respondetur. Prima. Omnes filij, qui extra matrimonium ꝓcreãtur, generali nomine dicuntur illegitimi propter rationem modò factam. Est enim lex non solùm humana & diuina, verùm & hominibus naturalis, vt non nisi per matrimonium generatio fiat: quodquidem Deus & natura ad illum finem instituit ac perinde qui aliter nascunt, illegitimi sunt. Vnde quadruplex filiorum genus solet distingui: quod in glo. cap. Tanta. qui filij sint legitimi, refertur. Quidam enim sunt naturales & legitimi: nempe, qui ex legitimo matrimonio oriuntur, quippe quibus procreandis & natura & lex conuenerunt. Alij sunt naturales & non legitimi: vtpote qui ex simplici fornicatione nascũtur. Dicuntur enim naturales, quia nuda natura, qualis etiam in brutis reperitur, fuit illius generationis ministra sine alia grauiori, culpa quàm est in illo simplici congressu. At verò quia contra legem matrimonij delictum cõmittitur, sunt illegitimi. Alij verò vice versa sunt legitimi, sed non naturales, secuti filij adoptiui. Quidam denique nec legitimi sunt nec naturales, vt spurij, qui de adulterio aut stupro aut de sacrilegio proginuntur, quia non solùm

Legis. *Filiorũ quadruplex genus.* *Naturales.* *Illegitimi.* *Adoptiui.* *Spurij.*

contra legem matrimonij & humanam tam canonicam quàm ciuilem nascuntur, verùm etiam expressè contra legem naturæ, quæ homines arcet ab iniustitia adulterij, & à fœditate stupri & à sacrorum violatione, quam committit vel clericus vel monachus vel monialis. Quanuis capit. Nisi cum pridem, de renũcia. illegitimorum aliter distinguantur species. Sunt enim naturales, & præterea manzeres: nempe, qui ex ignoto scorto & vaga meretrice omnibus exposita ortum ducunt. Et spurij qui ex peculiari concubina suscipiuntur: quanuis si etymologiam spectes græcam, spurius idem est quod seminatus ab σπείρω, quod est semino. Quare hoc nomine denotantur illi qui incerto patre nascuntur, quasi à patre nihil aliud quàm semẽ habentes. Nothi verò, vt Quintilia. libr. 3. inquit, sunt illi, qui ex vxore non legitima: nẽpe, ex adulterio sunt geniti: quicquid enim incertum est Græci nothum appellant, veluti notham febrim, quæ certum terminum & periodum non seruat. Illi verò qui ex sacrilegio: nempe, ex clerico, monacho vel moniali procreati sunt, peiori etiã nomine sunt digni. Quanuis ad rem satis est has quatuor ad duas species reducere, vt naturales & mãzeres idem sint: scilicet, qui absque peiori crimine quàm fornicatione nascuntur. Spurij verò & nothi, quorum genituræ adulterium vel stuprum vel sacrilegium adijcitur.

Illegitimorũ species. *Spurij.* *Nothi.*

¶ Et per hoc primum argumentũ solutũ restat: nam etsi spurij secundùm naturę legem, quæ est etiam brutis communis, generẽtur, non tamen secundùm eam, quæ hominibus est peculiaris. ¶ Quod si arguas, legitimum matrimonium dupliciter vsu venire: scilicet, in conscientia secundùm veritatem, & in foro exteriori secũdùm iudicium ecclesiæ: tũc ergo accidere potest, vt qui sunt in rei veritate legitimi, ceu illegitimi habeantur, atque adeo contra iustitiæ veritatem ab hæreditate sint abdicati: quod nefas esse videtur. Respondetur, quod si contrahentes bona fide putent, nullum inter eos interesse impedimẽtum cognationis aut alius generis quominus matrimonium sit validum, & cõtrahant non clam, sed in facie ecclesiæ, culpæ omnino expertes sunt: & quanuis postmodũ impedimentũ compertũ fuerit, matrimoniũq; dissoluat, nihilominꝰ filij cũ illa bona fide & in facie ecclesiæ geniti habenꝰ legitimi, vt patet c. Cùm inter, qui filij sint legitimi. Si verò matrimonium fuit clandestinum, tunc igno-

Solutio primi argum. *Obiectio.* *Solutio.* *Nota.* *Clãdestinè cõtrahẽtes.*

Universidad de Deusto Biblioteca

rantia & bona fides parentum non patrocinatur liberis, vt propter illam possint se in iudicio tanquam liberi defendere: quia ecclesia in odium clandestini matrimonij bonam illam fidem repellit tum propter culpam, quam clanculò contrahendo committunt, tum quia illa ignorantia non prorsus bona fides reputatur: quoniam si publicitus contraherent, præsumuntur veritatem potuisse nosse. Et vice versa si mala fide contraxerunt: nempe, vel quia sciebant, se non posse contrahere, vel ignorantiam habebãt crassam, quam vincere tenebantur, tunc quãtuis in facie ecclesiæ publicitus contrahant, nõ tũ illa solennitas suffragatur filijs, vt habeantur legitimi propter malam fidem parentum. Vtrumque membrum, vt distin. 28. quæstione. 1. artic. 2. expositum reliquimus, definitum est capit. Cùm inhibitio. de clandesti. desponsa. Itaque ad hoc quòd filij sint legitimi vtrunq; requiritur, & bona fides parentum, & quòd matrimonium sit publicũ. Quamuis glossa ibidem, & fortasse nõ asperenda, dicat, quòd quando matrimonium est publicum sufficit bona fides alterius coniugis, vt filij habeantur legitimi.

Contrahentes mala fide.

Secunda cõclusio.

¶ Secunda conclusio, Filij illegitimi vtriusq; generis: scilicet, siue naturales sint & manzeres, siue spurij & nothi, honoribus publicis parentumque hæreditate priuantur, quamuis non omnes eodem pacto, sed magno discriminis interuallo. Hanc conclusionem latè & explicitè lib. 4. De iustitia & iure, quæstione. 5. articu. 1. pro captu nostro tractauimus. In primis omnes honoribus publicis priuantur, quia ad ordines sacros suscipiendos irregulares sunt, & ad Episcopatum inhabiles, nisi cum eis dispensetur, atque ad alia ciuilia munera obeunda secundùm quod Cæsarum leges aut aliorum Regum peculiares decreuerunt. ¶ Sed quantum ad hæreditatem naturales quidem, dum modò pater aut mater alios habeat legitimos, in nullam possunt asis partem ab intestato succedere: nam testator non videtur alienas successiones proprijs anteponere. l. Cùm acutissimi. C. de fideicommiss. Vnde lex Hispana. 9. Tauri, originem duxit, quæ spurios ab hæreditate repellit. Potest tamen mater hæredem illum ex quinta parte asis instituere, imò & pater: quia vnusquisq; potest quintam partem, exceptis legatis pijs, cuicunque extraneo legare. Si verò mater prolem non habet legitimam, tunc filius naturalis ei succedit ab intestato, non tamen patri propter eius incertitudinem. ¶ Spurij verò & nothi nempe, qui ex damnato coitu nascuntur scilicet, vel ex adulterio, stupro aut sacrilegio, neque patri neque matri ab intestato succedunt. Tenentur autem parentes iure naturæ illos alere & educare, si habeant in bonis, & possint id commodè facere. Quod dixerim propter matrem adulteram, quæ sine licentia mariti nihil potest expendere, præterquã quòd citra scandalum & periculum nequiret spurium filium nutrire. Patrem verò, licèt esset matrimonio solutus, non arbitrorri gore iuris teneri filium spurium tollere & alere, quia non tenetur credere suum esse. Neque verò si credat, cura sibi incumbit, sed matri, si potest, cuius certus est filius. Si verò mater non posset, tunc pater ex quadam naturali misericordia deberet eum educare. At verò neuter parentum vetatur quintam bonorum eis legare. ¶ Hactenus de illis qui vel ex adulterio vel incestu oriuntur. Nam de illis, qui nascuntur ex sacrilegio: nempe, de filijs sacerdotum aut monachorum peculiares leges Hispanorum acriùs acerbiùsq; in odium talis sacrilegij decernunt, vt loco citato latiùs explicuimus. Extat enim lex regia. 22. titul. 3. libr. 1. & l. 2. titu. 3. libr. 5. ordinamenti. quibus sanciturne clericorũ filij (& in. l. 9. Tauri extendit vsque ad filios religiosorum) habeant neque hæreditare possint bona suorum parentum aut consanguineorum, neque suscipiãt. Habetur enim Hispanè, Ni ayan. Quo vtique verbo videtur lex eos prorsus inhabiles reddere ad suscipiendum dominium eorum, quæ sibi per hæreditatem relinquantur. Hoc ergo, ni fallor, discrimen est inter filios ex adulterio secularium & filios clericorum, quòd licèt vtrique priuentur hæreditate, non tamen prorsus æqualiter fiunt inhabiles ad suscipiendum. Et ideo quamuis si pater adulter secularis carens legitima prole relinquat bona sua filio spurio, fiscus possit sibi adiudicare, nihilominus lex illa pœnalis est, & ideo quousque filius condemnetur, potest illa bona absque culpa possidere, atque adeò si pater bona illa secretò concredat amico, vt ea traducat in filium, tenetur ille amicus lege naturæ seruare & dare filio, nisi fiscus eum præueniat. Dico, tenetur, nisi tamen timeat, quòd fiscus post ea re comperta, ab eo sit eadem exacturus bona: quoniam non tenetur damnum illud incurrere: sed loquor dum res potest secretò

Illegitimi sunt irregulares.

Naturales non succedunt ab intestato.

L. 9. Tauri.

Spurij et nothi.

Pater autem tenetur alere spurium.

Filij prohibentur.

Secundus modus.

L. 9. Tauri.

Differentia.

Differentia.

Spurium non tenetur scandalum reddere fiscus rem.

Differentia.

secretò & cautè transigi. In filijs autem sacerdotum & monachorum non id prorsus crediderim: nam cùm sint inhabiles ad suscipiendum dominium (quæquidem lex in odium infamis sacrilegij potest esse iusta) non est expectanda condemnatio, sed si sacerdos bona sua amico suo sub illo pacto expresso vel tacito concredat, vt det filio, donatio illa non tenet, nec per illam transfertur dominium vel in amicum vel in filium, sed in conscientia succedunt hæredes eius ab intestato, vel si nullos habeat, cedunt vel in vsus pauperum, vel in alios publicos. Si tamen absolutè & sine pacto illa dederit tali amico, quãuis amicus intellexerit, animum sacerdotis esse, vt transfundat in filium, dominium nihilominꝰ acquirit, & potest cum bona conscientia, si vult, sibi retinere. Sed tamen potest, si libuerit, tanquam bona sua propria dare filio sacerdotis. Hæc latiùs loco citato, De iustitia & iure. diduximus.

Secundum argumẽ.

¶ Vnde ad secundum argumentum respondetur, quòd damnum potest quispiam dupliciter incurrere, vno modo ob id, quod ei subtrahitur, cuius iam ius sibi erat quæsitum & debitum. Et hoc pacto illegitimus filius nullum damnum incurrit. Alio modo per hoc, quòd aliquid ei non fit debitum, quod aliàs posset esse debitum. Atq; hoc modo nihil obstat, quominus filijs, qui extra matrimoniũ nascuntur, non acquiratur ius, nec debitum fiat, id quæd aliàs per matrimonium fieret debitum. Neq; hoc tribuitur pœnæ propter eorum culpã, sed potiùs naturæ & fortunæ. Haud enim reputatur pœna, q̃ qui non nascitur parentibus regibus non sit Regni hæres, neque quòd qui nascuntur ex paupere aut ex infecto sanguine, pauperiem aut aliã labem contrahãt. Nisi pœnã dixeris esse peccati Adæ. ¶ Quòd si rursus arguas. Lex humana instar diuinæ condenda est: Deus autem bona naturalia illegitimis filijs non subtrahit, imò nonnunquam locupletiùs eis largitur, quàm legitimis tam secundùm corpus, quàm secundùm animam: ergo non deceuit humanam legem illud discrimen interijnum illegitimo consideratur quod naturale est, & quod est culpabile: quatenus enim naturalis est, & legitimis & illegitimis est communis: & ideo Deus tanquam autor naturæ secundùm illam rationis æqualitatem cõcurrit ad dotandam prolem bonis naturalibus. Secũdùm autem, q̃ est coitus culpabilis, lex humana illustrata etiam diuinitus tum per naturæ lumen, tum etiam ecclesia per spiritum sanctum pronunciat filios illegitimos. Et est in lege veteri nonnullum huiusce rei exemplum. Legitur enim Gen. 25. quòd Abraham dedit omnia bona Isaac filio Saræ, filijs autem concubinarum largitus est munera: & tamen illi non erant filij illegitimi: quoniam matres eorum, licèt dicantur concubinæ, erant tamen vxores, vt distin. 33. explicuimus: ergo fortiori ratiõe potest lex humana illegitimos ab hæreditate secludere.

Dita.

Differentia.

Differentia.

Gen. 25.

¶ Tertia conclusio. Possunt filij illegitimi fieri per legem legitimi: non quidem, vt tertiũ argumentum contendebat, faciendo quòd coitus, qui illegitimus fuerat, fiat legitimus: quia ad præteritum nõ est potentia: sed hoc pacto, quòd à damnis & incommodis, quæ illegitimi per legem incurrunt, per principes quoque aut per ecclesiam liberentur. Nam quod per legem inducitur, per legem quoq; reuocari potest: cùm igitur illegitimi per legem fiant, possunt priuilegio principum legitimi fieri. ¶ Et sunt sex modi & viæ, quibus illegitimi hoc beneficium consequũtur: duo scilicet secundùm canonica iura, & quatuor secundum Cæsarea. Primus modus est, dum soluti ex simplici fornicatione filium suscipiunt, & postmodum in facie ecclesiæ matrimonium contrahunt. Decretum est Alexandri. 3. cap. 1. & capi. Tanta. qui filij sint legitimi. Id quod & legibus ciuilibus concessum est, vt. §. vlt. Inst. de nuptijs. & in l. Cùm quis. C. de naturalib. liber. & in Authen. Quibus mod. naturales effician. legit. §. Si quis igitur. colla. 7. Vtrùm verò is legitimorum modus sit etiam sufficiẽs ad honores ecclesiasticos: nempe, ad sacros ordines suscipiendos, ambigitur. At quia pœnæ restringendæ sunt, fauoresque ampliandi, verisimilius est, q̃ simpliciter fiant legitimi etiam ad sacros ordines. Si verò vir viuente vxore aut vxor viuente viro ex adulterio talem filium suscepe rint, quanuis postea defuncto coniuge legitimum matrimoniũ contrahant, proles non fit legitima, vt habetur in dicto capit. Tanta. ¶ Secundus modus est per dispensationem Pontificis. Sed tamẽ huiusmodi dispensatio locum duntaxat habet in sacris suscipiendis: nam per Pontificis dispensationem tollitur irregularitas. Sed tamen quantum ad hæreditatis successionem res deferenda est ad Cæsares & Reges. Nam quanuis capit. Per venerabilem qui filij sint legit. Papa di-

Tertia cõclusio.

Legitimãdi modi sex.

Primus modus.

Secundus modus.

Cap. Venerabilem.

Universidad de Deusto Biblioteca

pa dicat, super hoc apostolicam sedem plenam habere potestatem, etiam vt filij parentibus succedant. Quod & Ioannes Glossator illic extēdit ad totum Christianum orbem, propterea quòd dum in spiritualibus dispēsat, videtur à fortiori in temporalibus, quæ minora sunt, dispensare. Tamen glossa alia, quæ plurimùm vsu & more celebratur, est quòd idem summus Pontifex quantum ad successiones nequeat spurios legitimos facere, nisi in terris, quæ sibi sunt temporaliter subiectæ: de quibus ideo textus ille glossandus est. Id quod Alexander eodem titu. cap. Lator. sentire videtur. Nam hęreditatum successio, vt quæ res temporalis est, ad Rempublicam ciuilem spectat. Attamen causa cognoscendi matrimonium, sit ne legitimum, ex quo pendet filios esse legitimos, atque adeò hæreditas, ad summum attinet Pontificem, vt eodem capit. Lator. habetur. ¶Alij quatuor modi sunt iuris Cæsarū, quibus naturalis fit legitimus. Primus est, si pater filium naturalem curiæ Imperatoris offerat, tunc enim propter curiæ honestatem fit legitimus, vt locis citatis Institu. Authenti. & C. est videre. ¶Secundus si pater nominet eum legitimum hæredem, & filius testamentum postmodum imperatori offerat. Intelligitur tamen, nisi testator filium habeat legitimum. ¶Tertius casus est, si deficiente alio legitimo filius ipse se curię Cęsaris offerat ad officium aliquod obeundum. ¶Quartus, si pater in publico instrumento cum trium testium subscriptione eum legitimum nominet. ¶Ricardus adhuc quintum, adhibet si filia naturalis nubat officiali curiæ. ¶Et sextum, si ipsa concubina filium offerat Cæsari. Sed ista, quia ex mero iure humano pendent, in diuersis prouincijs & nationibus varietatem suscipiunt: in quibus ideo non est plus immorandum. ¶Tertium igitur argumētum partim solutum est. Sed ad alterum membrum respondetur, quòd Papa & principes possunt quidem ciuibus suis & subditis per sua priuilegia beneficia indulgere, nō tamen eosdem ciues suis iuribus sine ipsorū culpa spoliare. Et ideo pnt ex illegitimis legitimos creare, non tamē subinde eos, qui legitimi sunt, illegitimos efficere. ¶Cæterū quia dictū est per illicitum cōcubitum tum affinitatē contrahi, tum & filios illegitimos procreari, interferunt hic nonnulli interpretes Magistri Sententiarum, autorem ipsum secuti, species luxuriæ. Quæ certè ad propositum nihil attinent. Pertinet enim disputatio hæc ad materiam temperantiæ. Quam ideo materiam Sanctus Thomas. 2.2. quæst. 154. copiosissimè, quod suum ingenium est, & disertissimè pertractat. Sunt autem species istæ numero septem, quas generali nomine fornicationis Apostolus. 1. Colossen. 3. comprehendit. At verò dum mera est fornicatio soluti cum soluta, etiam si sit vidua, nomen generis trahitur ad speciem: quare simplex fornicatio ponitur prima & minima infimaque species luxuriæ ex genere suo. Secunda species ascendendo est stuprum: nempe, corruptio virginis. Additur enim illic noua ratio iniustæ læsionis propter damnum virgini illatum, & iniuriam parētibus irrogatam. Quanuis fortasse dum virgo vltro se offert species non mutetur, vt supra distinctione. 18. quæstione. 2. artic. 4. disputauimus. Siverò additur violentia est raptus. Quarta species est adulterij, per quod violatur iustitia & coniugalis fides. Quinta, incestus: putà, cum consanguinea vel affini, de quo distinctione. 37. Sexta est sacrilegium: nempe, sacerdotis, monachi vel monialis: & propterea filij ex sacrilegio nati, longè acerbiùs ab omni hæreditate propelluntur. Septima deniq; atque omnium pessima est nefandum flagitium contra naturam. De quo Augustinus in libr. de adulterinis coniugijs, & refertur can. Adulterij. 32. quæstione. 7. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu, sed horum omnium pessimum est quod contra naturam fit, vt si vir membro muliēris non ad hoc concesso vtatur. Hoc execrabiliter fit in meretrice, sed execrabiliùs fit in vxore. Horum autem disputatio præsentiloco prætereunda est.

Glossa. Alij sex modi. Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Sentēcia autoris. Solutio tertij argumē. Species luxuriæ. Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Contra. Ratio. Dubium. Dilatio. Mora.

ARTICVLVS V.

Vtrùm omne coniugium, quod inter consanguineos & affines contractum est sit per diuortium dirimendum.

Andem quæritur de modo, quo est inter cōsanguineos & affines matrimonium dirimendum. Et arguitur, quòd non omne huiusmodi coniugium debeat dissolui. Quicquid ecclesia facit, nutu Dei efficit: solet aūt aliquando secundū allegata & pbata eos cōiungere, qui re vera erāt occultè cognati: ergo illos Deus tunc coniunxit: quos autem Deus coniunxit, homo separare non debet: ergo quanuis postea impedimentum comperiatur, non est matrimoniū dissoluendum. ¶Secundò. Si deberet eiusmodi matrimonium distrahi, per viam accusationis esset procedendum: quādoquidem non nisi propter crimen dissoluitur: accusationem verò in scripto præcedere debet, quasi homo pœnæ talionis subijcit, quod impræsentiarum locum non habet: ergo non est dirimendum. ¶Tertiò. Si in iudicio ad dirimendum matrimonium esset procedendum, deberent legitimi testes adhiberi, veluti in alijs forensibus causis: hoc tamen est falsum, quia in alijs omnes fide digni producūtur, in hac verò non admittuntur extranei: ergo huiusmodi matrimonium via iuridica non dirimitur. ¶In contrarium est textus Innocentij citatus in capit. Non debet, de consangui. & affinita. vbi contrahentes in quarto gradu consanguinitatis & affinitatis separari iubentur.

Pars affirmatiua. Prima conclusio.

¶Ad quæstionem, quæ facillima est, secundùm numerum argumentorum tribus conclusionibus respondetur. Prima. Omne matrimonium, quod cum impedimēto dirimente contractum est, dissolui debet. Inter quæ quidem impedimenta, vt dictum est, consanguinitas, affinitas & publica honestas connumerantur. Conclusio est liquida: quoniā si impedimentū est dirimens, concubitus est fornicarius atque adeò peccatum, quod si coniuges ipsi reputati cauere nequeūt, per ecclesiam sunt separandi. Et quidem conclusio iam in superioribus satis est comprobata. ¶Sed de forma quæritur, vtrùm ipsi prius à se inuicem diuertere. Respondetur, q̄ si impedimētum satis nouerint, & matrimonium fuerit clandestinum, non est dubium quin vterq; altero inuito possit, imò debeat separari: quia de illo matrimonio, quod in iudicio probari non potest, non est ecclesiastica sententia expectanda. Si verò matrimonium fuerit in facie ecclesiæ celebratum: siue bona siue mala fide, & impedimentum fuerit vel antea vel pòst planè manifesteque cognitum, pariter possunt priuata autoritate ad inuicem discedere, & vterque illorum ad alias nuptias transire: nisi propter scandalū dum vicinia constare impedimentum non potest, vel nisi ecclesia eos cogere tentauerit in coniugio persistere: tunc enim debent impedimentum ei patefacere. ¶Sed contra pugnare videtur argumentum primò factum, quando ecclesia eos coniunxit, decepta tamen. Respōdetur nihilominus, quòd in iudicio ecclesiæ interuenit diuina autoritas, quā ei Christus impertitus est: & hæc semper est solida & firma: concurrit nihilominus & humanum eius iudicium, quod de hominū testimonijs colligitur: qua vtiq; ratione falli sępè potest: illos ergo tūc Deus non cōiunxit, imò verò præcepit, vt veritate cōperta ecclesia suum retractet iudicium. ¶Quòd si cōtra rursus arguas. Vinculum matrimonij fauorabilius est, q̄ dominium: rerum verò dominia certo præfinitoq; à iure tempore præscribuntur: ergo & matrimonium. Respōdetur, q̄ vt est in regulis iuris, Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit. Cùm primùm aūt coniuges impedimentum nouerint, mala fide inficiūtur. Quare vt ait ad hoc ipsum propositum Innocentius in capi. Nō debet. de consang. & affinita. diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget. Cùm ergo consanguinitas faciat, vt concubitus sit fornicarius, non habet illic locum præscriptio, potiùs q̄ super alia peccata iure diuino prohibita. Secus autē de rerum dominio, quod cōsuetudo transferre pōt, eo q̄ principes ad tranquillum statum reipublicæ ius habēt de rebus ciuium ipsis inuitis disponēdi. Imò & in iure percipiendi decimas, quanuis spirituale quid habeant adnexum, vim obtinet præscriptio, vt habetur de præscriptio. capi. De quarta. Matrimonium verò iure diuino & naturæ constitutū est, vt non nisi per consensus fiat, quosquidē ecclesia impedire pōt. Et ideo fornicatio in incestuoso mrimonio semper durat. Quapropter nullus est matrimonij fauor, q̄ per præscriptionem solidum illud fiat, quod nullum erat. ¶Accedit ad robur huius conclusionis Innocentius in cap. Quod super. de consang. & affi. vbi ne in gradibus prohibitis contrahatur, iubet Pontifex, non obstante aliqua consuetudine, quæ dicenda est potiùs corruptela, publicè inhibendum esse. ¶Secunda conclusio. Quando per rebellionem imò etiam si per ignorantiā & bonā fidē, illegitimum matrimonium retinetur, matrimonium ipsum accusationi fit obnoxium. ¶Et nota q̄ non solùm accusantur personæ in matrimonio illegitimo persistētes, verùm & matrimoniū ipsum. Etēm sicut matrimoniū, vt. 31. dist. dictū est, per se excusāt, ita q̄ cum impedimēto aliquo ecclesię contra-

Secunda ratio. Tertia ratio. Solutio primi argum. Obiectio alia. Dilatio. Rerū dominia. Decimarū ius. Secunda cōclusio.

Universidad de Deusto Biblioteca

cõtrahitur, id ipsum matrimonium accusari potest. Et ideo titulus decretalium sub illa forma inscribitur. Qui matrimonium accusare possunt. Quò fit, vt etiam dum personæ bona fide contraxerunt, & per ignorãtiam inuincibilem à culpa excusantur, nihilominus matrimoniũ ipsum accusatur. Et ita habetur illic cap. A nobis. & Videtur. & Cùm tua. Probatur conclusio: quoniam accusatio ad hoc instituta est, ne qui innocẽs existimatur, in culpa persistat: sicut autem ex ignorãtia facti culpabili contingit aliquem innocẽtem reputari, qui in culpa est, ita & ex ignorantia alicuius circunstantiæ ad contractum requisitæ vsu venit, vt contractus ipse vitiosus sit & pactum nullum: atque hac de causa potest matrimonium accusari tum propter alia impedimenta, tum propter illud, quod est consanguinitatis & affinitatis. Atqui accusatio coram ecclesia, cui incumbit de sacramentis censere, & per sacros canones fieri debet, vt cap. 1. de consang. & affinit. ¶ Quòd si arguas. Sponsaliorum contractus multo facilius dissoluitur q̃ matrimonium: & tamen sponsalia non accusantur secundùm iura: ergo nec debet accusari matrimonium. Respõdetur id, quod nondum est colligatum, non est cur accusetur vt dissoluatur: & quia sponsalia nondum habẽt perpetuum vinculum, nec sunt propriè matrimonium, ideo non accusantur. ¶ Atqui quemadmodum põt matrimonium accusari, vt dirimatur, ita potest, vt sustineatur, defendi. Vnde potest iudiciũ pro matrimonio iniri aut sub forma petitorij, vt si mulier petat hunc aut illum eam sibi desponsasse, aut duxisse, & nolle datæ fidei stare, vt cap. Super eo. eod. tit. & capi. 1. & Ex parte. & Veniens, de spõsalib. Aut potest ipsa vel ipse agere super possessorio: quia scilicet cum iure matrimonij fuerint vsi, ipsa vel ipse aliqua vana impedimẽta causatur, vt discedat, vt capi. Ex conquestione, & capit. Ex transmissa. de restitu. spoliat. Et in prima forma potest alter, qui accusatur, excipere, q̃ sint consanguinei, vel alio impedimento interdictũ. Et tunc quousq; causa cognoscatur, non sunt ad cohabitãdum cogendi. cap. vlti. de cognatio. spirituali. Veruntamen si fœmina à viro petitur, & probatur, vim à parentibus vel tutoribus pati, auferenda est ab eorũ potestate, & loco honesto sequestranda. Sed in secũdo casu, quia melior est cõditio possidentis, non obstante exceptione regulariter qui possidet restituendus est, nisi in quibusdam casibus, vt si viro petenti cohabitationem, in promptu probatur sæuitia aut metus mortis, tunc enim sequestranda est vxor, vt eodem cap. Ex transmissa. & capi. Literas, de restitu. spoliato. Aut si probationes impedimenti sunt in promptu, aut si petenti se in possessionem asseruari opponatur hæresis, aut quòd sine contumelia creatoris cohabitare renuit. cap. Gaudemus. de diuort. Aut si post matrimonium ratum petenti consummationem alter opponat se velle religionem profiteri: nam tunc induciæ duorum mensium ad deliberandũ concedendæ sunt, cap. Ex publico. de conuersi. coniuga. ¶ Quod si opponatur adulterium, cap. Significasti. de diuortijs. Dum autẽ opponitur exceptio rei iudicatæ, à qua non est appellatum, ait Palada. quæst. 2. reum esse absoluendum, vt capi. Lator. & capit. Tenor. de sententia & re iudi. At profectò contrarium ex eisdem capitulis colligitur: imò verò ex natura & conditione matrimonij: quæcunque enim sententia vel de dissoluendo vel de conseruãdo matrimonio præcesserit, etiam si reus in eam consenserit, si postmodum constiterit sententiam, quæ secundùm allegata & probata lata est, contra rei veritatem fuisse prolatam, matrimonium, quod dissolutum erat, in suam vim restituendum est, & quod pronũciatum fuerat esse validum, dirimẽdum. Nam cùm matrimonium iure diuino & naturali fuerit institutum, nec consistat nisi per consensus liberos, & per ecclesiam non impeditos, nulla præscriptio aut sententia ex falsa præsumptione procedens potest quod legitimum erat, irritare, aut quod erat nullum, consolidare. Veruntamen quando post latam sententiam, à qua non est appellatũ, accusatio præsumitur non iterari & integrari nisi ad exclibendam molestiam innocenti & ad fugiendas & eludendas iustitiæ metas, non est admittẽda. ¶ Adde quòd accusare propriè matrimoniũ nemo potest, nisi cuius interestinẽ pe, alter coniux, aut qui eius habuerit speciale mandatum: nam sua solius propriè refert matrimonium dimittere aut retinere: & quãuis matrimonium nõ sit legitimum, possunt cohabitare, & vir habere fœminam si non vt vxorem, saltem vt sororem, can. Consultatio ni. 32. q. 5. nisi ab ecclesia separent. Quare neq; cõsanguinei, neq; extranei id pũt. At verò denunciare quicunq; potest per viam correctionis fraternæ, vt iudex, ꝓprio officio, aut procurator fiscalis pertinaces compellat. Et ita intel-

Titu. Decretalium.

Ratio cõclusionis.

Coram ecclesia.

Obiectio.

Notã.

Possessorio recuperanda.

Sæuitia.

Exceptio.

Cap. Tenor.

de re iudi.

Nota.

Capit. Super eo.

ita intelligendum est cap. Quod in tua. Qui matrimo. accusa. possint. vbi agitur de matrimonij accusatore. Et ca. A nobis. & Significante. eod. tit. ¶ In ordine verò denunciãdi præferuntur consanguinei. cap. Consanguineos. 35. q. 6. vt pater, mater, soror &c. Verba capituli sunt, Consanguineos extraneorum nullus accuset, sed ꝓpinqui, &c. vbi ait glossa, q̃ accusare illic vsurpatur ꝓ agere, seu denunciare: nam certè propriè accusare nõ potest nisi coniux. Deficiente autem parentela possunt extranei admitti. Imò ordo ille non videtur necessarius, sed per viam correctiõis fraternæ põt quicunq; denunciare. Verum est, q̃ cùm filij sint sicut partes parẽtum, fortasse parẽtes possunt accusare pro filijs. Præsertim q̃ cùm accusatio matrimonij non sit accusatio contrahentiũ, sed contractus: quia illi possunt se per ignorãtiam à culpa defendere, parum refert si illa cognatorũ actio cẽsentur accusatio. Et rationem illius ordinis accusatorũ exponit hic D. Tho. hanc esse, q̃ cùm extranei cognationem scire non præsumantur nisi per consanguineos, qũ consanguineis tacẽtibus accusant extranei, in suspicionem veniunt, q̃ ex maleuolentia aut alia iniqua causa id faciant. Et ideo in præsentia consanguineorũ ab accusatione repellũtur. ¶ Est tamen discrimen, q̃ qũ matrimonium ob aliquod impedimentum accusatur, quod perpetuum est, & matrimonium dirimens, parentes etiam ipsi admittũtur, vt eod. can. Consanguineos, sancitur. & can. Subsequenti, Videtur, qui est Cælestini Papæ, quod etiã citatur extra, Qui matrimo. accusa. possunt. Quanuis in criminalibus causis & contractibus non admittantur in testes, vt illic habetur, iuxta illud vulgatum, Pater non recipiatur in causa filij: nam tunc sunt suspecti. ¶ Et eadem ratione quando accusatur matrimonium non propter impedimentum, sed quia negatur de facto fuisse contractum, parẽtes, vt ait hic S. Tho. suspecti sunt. Si enim sunt diuites, & sua nõ refert, vt filius visem mulierem duxerit, non admittuntur in testes propter suspicionem. Nec vice versa si sint pauperes, & filius eius aut filia cũ aliquo vel aliqua superioris classis fuerint coniugati. Et isti sunt casus ca. Super eo. de testibus. quod eius interpretes malè vexare solet. Repellitur enim mater illic à testimonio ferendo circa matrimoniũ filij, cùm tũ in multis canonibus parentes in tali casu preferantur. Sed est distinguendum, q̃ in causa, in qua agitur de impedimento consanguinitatis, præferuntur parentes, qũ verò agitur de facto, vtrùm sit contractum, si è re sua sit esse validum, aut non esse validum, tunc sunt suspecti. Et ideo ait Papa, q̃ quia mater filiæ incrementũ & honorem videt diligere, vbi vir superior est diuitijs, nobilitate, potentia vel honore, testimonium matris asserentis matrimoniũ esse validum, est suspectum. ¶ Propter eandẽ denique causam qui cùm matrimonium celebrabatur, accusare poterant, si tunc siluerũt, postea accusationem molientes repelluntur, vt patet cap. citato, Cùm in tua, qui matrimoniũ accusare possunt. Nisi constiterit qũ banna fiebant absentes fuisse, aut alia ratiõe tractationem matrimonij ad suas aures peruenire non potuisse. ¶ Ad secundum igitur argumentũ respondet duo D. Tho. primũ, q̃ accusatio põt verbo & scripto fieri, & secũdò q̃ neq; accusator obnoxius fit pœnæ talionis. Et ratio est hæc sæpè relata, q̃ accusatio matrimonij non est accusatio personarũ, sed ipsiusmet contractus, qui præter legem confectus est. De hoc loquitur Innocẽtius. 3. capi. Tuæ fraternitati. de procurator. sub distinctiõe, q̃ quando vir accusat vxorẽ criminaliter de adulterio corã iudice seculari, debet accusationem in scripto porrigere: quod etiã habet can. Admonere. 33. q. 2. debetq; se pœnæ talionis submittere. Si verò accusat de de adulterio coram ecclesiastico, tunc etsi forsan oporteat libellum inscribere, non tamen se debet ad pœnam talionis obligare. Sed ille casus non est hic noster: quia ibi est accusatio de crimine ad diuortium tendens. Quando verò non accusatur crimen, sed matrimonium propter impedimentum, multò minus rationis inest, vt inde exurgat ad talionem obligatio. ¶ Tertia conclusio. In accusatione matrimonij testes sunt adhibendi: quia propter solam coniugum assertionem etiam iuratam nõ debet matrimoniũ dissolui. capit. Consanguinei. de sententia & re iudica. Vnde capi. 1. de consangui. & affinita. testes circunspecti, & omni exceptione maiores sunt coram iudice adhibendi, vt veritas cum omni diligentia inquiratur. Inter quos ad dirimendum matrimoniũ ratione cõsanguinitatis præferendi sunt cognati, imò ab stipite, si fieri potest, incipiendum est: nempe, à parentibus & germanis. capit. Tua nos. eod. tit. can. Cõsanguineos, & can. Videtur. 35. q. 6. & cap. Videtur, extra. qui matrim. accu. pũt. putà, qui certiorẽ cognatiõis notitiã habere

In ordine denũciãdi.

Discrimen.

Nota.

Capit. Cùm in tua.

Solutio secũdi argumẽ.

Capit. Tua. de procura.

Tertia conclusio.

Universidad de Deusto Biblioteca

habere censentur. De hac re habetur. 35.q.6. & illo titu. Qui matrimonium accusare possunt. ¶Sed est notãdum aliquod testimoniũ valere ad impediendum matrimoniũ cõtrahendum, quod non sufficit ad id dirimendũ postq̃ contractum fuerit. Atq; hic est secundus casus cap. Super eo. de testib. vbi asserit, q̃ si dum tractatur de matrimonio iuuenis, mater aut pater alterutri' asseruerit eos esse consanguineos, prohibendi sunt propter periculum, ne cõtrahant, quousq; res fuerit cõprobata. Si autem fuerit iam contractũ, propter testimonium vnius non est dirimendũ, sed plura sunt accumulanda testimonia: nã cùm melior sit conditio possidentis, plus requiritur ad distrahendum matrimonium, q̃ ad contrahendum. ¶Addit præterea hic S. Tho. q̃ in hac causa, qua non crimen, sed matrimonium accusatur, vt aiunt Iurisconsulti, plurima inueniuntur specialia, quæ in alijs causarum speciebus non admittũtur. Potest enim esse hic vnus accusator & testis, præsertim si qui accusat non est ipse coniux: nam aliorum accusatio imaginẽ potiùs habet denunciationis q̃ accusationis: & denunciator potest esse testis. Item neq; hic iuramentum calumniẽ exigitur. Tertiò parentes & cognati in testimonium admittũtur, quod in alijs causis non fit, capi. Si testes. 4.q.3. Neque ad amussim ordo iudiciarius seruatur: quia denunciatiõe facta contumax potest excõicari lite non contestata. Et admittitur testimonium de auditu. Et post publicationes testiũ testes etiam alij admittunt. ¶Hoc tamen vltimum assertum inter canonũ pfessores sunt qui non admittant, vt refert glossa super ca. Iurauit. de probatio. Sed illorũ opinio inde procedit, q̃ nõ distingunt inter sponsalia & verum matrimonium. Hæc enim, quæ in accusatione matrimonij peculiariter, secus q̃ in alijs causis conceduntur, duo habent fundamenta. Primum in fauorem matrimonij, ne aut quod non est legitimum, sustẽtetur, aut quod legitimũ est, irritetur. Et secundũ fundamentum est ne aut in peccato fornicationis existimati cõiuges persistant, aut qui verè sunt coniuges, fidem tori non seruẽt. Hæc autem in sponsalibus non habent locũ, quia illic nullum est verum matrimonium: quare non est fauor matrimonij, vt spõsalia tãtopere defendantur, imò melius illis esset aliũ statum castitatis eligere. Neque est idem periculum peccãdi. Et ideo causa in sponsalibus tractatur, vt reliquæ forenses. Vnde in dicto cap. Iurauit, quia quidam iurauerat sponsalia, & alij legitimè probauerant illorũ cõsanguinitatem, dum postea voluit alius probare eosdem nõ esse consanguineos, non sunt admissi secundi testes. Quare eidem capitulo non aduersantur alia: scilicet, Fraternitatis, & Series, de testibus, vt bene ait glossa eiusdem cap. Iurauit. quia in illo agit de sponsalibus ad contrahendum matrimoniũ, vbi nullum est periculum, licẽt non contrahant. Sed in cap. Fraternitatis, & Series. agebatur de matrimonio iam contracto: & ideo post publicationem testium propter periculũ admissi sunt noui testes contrarij. Et quãuis in dicto cap. Fraternitatis, admissi fuerint propter noua capitula emergentia, nihilominus & propter eadem sunt admittẽdi, vt insinuatur in dicto cap. Series. In summa, tantus est fauor & præminentia matrimonij cõtracti, vt semper pro illo clamantes, aut reclamantes sint audiendi si non vanam aut maleuolam, sed legitimam adferant probabilitatẽ. ¶Et per hæc solutũ restat tertiũ argumẽtũ.

Nota.

Capi. Super eo.

S. Tho.

Accusator & testis.

Post publicatas attestationes.

Rõ prima.

Rõ secũda.

Iurauit. de probatio.

Concilia canonum.

DISTINCTIO quadragesima secunda, De cognatione spirituali, & de legali, & de secundis nuptijs.

Textus.

Capitula.

VO demum tractatum coniugalis huius sacramẽti sua periodo cõcludamus, quẽadmodum per sanguinis lineam cõsanguinitas, & per coniugalem nexum mariti & vxoris affinitas carnalis contrahitur, ita & ex sacramẽto baptismi & confirmationis spiritualis cognatio pullulat. Est quippe spiritualis propinquitas quædam personarum ex collatione sacramenti vel tentione statuto ecclesiæ proueniẽs. Enimuerò sicut per carnalem copulam anima infundi tur, ita & per collationẽ baptismi confertur gratia, quæ anima spiritualis est. Quare tunc homo quasi in vtero ecclesiæ concipitur & gignitur, iuxta verbum Domini, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. At verò quẽadmodum baptismus sacramentum est fidei, ita & in cõfirmatione robur adijcitur gratiẽ, ad eandẽ fidem publicitus propugnãdam, quæ idcirco iam veluti quædam est publica ex vtero natiuitas: quod cùm cæteris nõ cõpetat sacramẽtis, fit vt per nullum aliud cognatio contrahatur. Quod enim Symmachus ait, Omnes, quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt & ipsi, quos vel nobis suscipientibus vel sub trinæ mersionis vocabulo mergentibus vnda baptismatis regenerauit, aliã spiritualis vinculi rationem insinuat: scilicet, quòd cùm absolutionis gratia quædam sit cum Deo reconciliatio, quodãmodo pœnitentes fiunt spirituales sacerdotis filij. At cùm non sit regeneratio, non habet propriam cognationis spiritualis vim, quæ matrimonia vetet.

Iuo. 3.

Sym. ca. Omnes.

Cap. iij.

¶Effectus autem huius cognationis est si præcesserit, matrimonium subsequens non solùm impedire, verùm & dirimere: si verò nuptias iam contractas subsequatur, illas nequaquã dirimit: veruntamen sic vsum coniugalem interdicit, vt ille, qui in culpa fuerit, iure petendi debitum expolietur, tametsi innocenti reddere teneatur, vt si vir vxoris filium baptizauerit, aut ad baptismum vel confirmationem tenuerit, vt. 30.q.1. & sub titu. de cognatione spirituali, & lib. 6. multis est canonibus sancitum. Quapropter qui de industria filium vxoris suæ baptizauit, graui pœnitẽtia punitur, vt synodus Maguntinensis can. De eo. definiuit. Per catechismũ verò talis cognatio matrimonium dirimẽs non contrahitur, tametsi illam inde emergere Bonifacio visum fuerit eod. tit. lib. 6. quæ contrahendum matrimonium impediat.

Synod. Maguntinen.

¶Huius autẽ cognationis tres sunt non tam gradus quàm species: scilicet, paternitas, compaternitas (vt patrum vocibus vti liceat) & fraternitas. Paternitas quippe inter baptizantem intercedit, eademq̃ inter susceptorem & baptizatum. Compaternitas verò inter baptizantem & similiter inter susceptorẽ & parentes baptizati. Addeq̃ quòd eandẽ cognationem tam baptizãs quàm suscipiens in suas cõiuges transmittit, vt sint pariter & baptizati matres, & eius parentum commatres, similiterq̃ ab vxoribus transfertur in viros. Fraternitas verò inter filios baptizantis & inter filios susceptoris cum ipso dũtaxat baptizato, nõ

Cap. iij.

Universidad de Deusto Biblioteca

autem ad fratres eiusdem baptizati protenditur. Hæc. 30. q. 1. & 2. & extra de cognatiõe spirituali, & lib. 6. definita sunt. At verò hmõi spiritualis cognatio nequaquã nisi inter eos contrahitur, qui sacramẽto fidei baptizati sunt: quare neq; nõ baptizatus, licèt baptizet, illam cõtrahit, neq; cum non baptizato ab eo, qui eius filium sacro fonte aut tinxerit, aut leuarit, contrahitur.

Cap. iiij. ¶ Tertia demum cognatio est legalis: nempe, quæ lege per adoptionẽ introducta est. Hæc enim (præsertim si perfecta sit, quam abrogationem appellant perquam filius qui adoptatur in potestatem adoptãtis transmittitur) matrimonium non solum impedit, verum etiã dissoluit: id q; inter tres personarum sortes. Pater enim ille qui filiam adoptat non solùm cum ipsa, verùm cum eius descendentibus: vsq; ad quartũ gradũ hmõi contrahit cognationis vinculum. Deinde inter adoptatum filium & vxorem adoptantis, quæ illi velut nouerca fit, pariq; rõne inter adoptantẽ & adoptati vxorẽ, quæ ceu nurus eius habetur, atq; hæc impedimẽta perpetua sunt vt more & vsu ecclesię solenne est, de quibus institu. de nuptijs. §. ergo. &. l. adoptiuis. ff. de ritu nuptiarum.

Cap. v. ¶ Tertio deniq; & inter filiũ adoptatũ & naturales adoptantis proles, idẽ impedimentũ intercedit nõ tñ perpetuũ, sed quãdiu naturales filij sub paterna potestate extiterint (vt ait Nicol. Papa. 3. q. 3. & ca. vni co. de cognatione legali.

¶ Sermo igitur de secundis nuptijs Capp. tractatũ nuptiarum claudat: Nouatus quippe, Montanus, Cataphrige & Tertullian⁹ secũdas conati sunt extirpare nuptias: sed tñ contra Apostolicã veritatẽ. Mulier enim (vt ad Rom. 7. ait Paulus) viuẽte viro ligata est legi. Si aũt mortuus fuerit vir soluta est lege. Quare. 1. Cor. admonet viduas, quæ abstinere non possunt, vt in domino nubant. Nubere autẽ in domino non nisi rem honestam designat. Vnde ad Pammachiũ Hiero. Non damno inquit bigamos imò nec trigamos & si dici potest octogamos. Idemque Aug. de bono viduitatis. Et libr. 2. contra aduersarium legis, & super epistolam ad Corinth. Hæc de septem ecclesiæ sacramentis.

DISTINCTIONIS quadragesimæ secundæ, Quęstio prima, De cognatione spirituali.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm spiritualis cognatio sit matrimonij impedimentum.

RactatusHic demũ de impedimẽtis matrimonij vt suam periodum finiat, trib⁹ paruis quæstionibus concluditur, qui in hac distinctione de spirituali cognatiõe & de legali & de secundis nuptijs disputant.

Tertia negatiua argumentũ primum. Quæritur ergo primò vtrùm spiritualis cognatio impedimentũ sit matrimonij. Et arguitur à parte negatiua. Nil est matrimonij impedimentũ, nisi ei fuerit contrarium: quia vna quælibet res per suum contrariũ impeditur: cognatio verò spiritualis non est matrimonio contraria: quia nulli eius bono aut fini repugnat: ergo non est ei impedimẽtum.

Secundũ argumentũ. ¶ Secundò. Vnio spiritus non transit in carnem: sed matrimonium est carnalis coniugatio, & cognatio spiritualis spirituũ coniunctio: ergo hæc non est illius impedimentum.

Tertium argumentũ. ¶ Tertiò. Ex duobus contrarijs non idẽ emanat effectus: spiritualis aũt cognatio disparitati cultus videtur contraria, cùm illa sit sacramentorum communio, hæc verò sacramentorum discrepantia: cultus autem disparitas impedit matrimonium: ergo cognatio spiritualis illud non impedit.

Pars affirmatiua. ¶ Contrarium decernitur. 30. quæstione. 1. can. De eo. & de cognatione spirituali, per totum.

Prima conclusio. ¶ Ad quæstionem tribus conclusionibus respõdetur. Prima. Cognatio spiritualis est impedimentum matrimonij. Cõclusio est, quæ determinatur causa & ritu. citatis, & signanter cap. Veniens. & cap. vlti. eod. tit. Et theologa ratio est hæc. Quemadmodum homo per carnis propaginem esse accipit naturæ, ita & per sacramenta suscipit spirituale esse gratiæ: ergo sicut vinculum ex carnis propagatione cõtrahitur, quod est naturale hominis in quantum est res quædam naturę, sic & vinculum ex sacramentorum susceptione resultat, quod est ei supranaturale inquantum fit membrum ecclesiæ. Ex quo fit rursum, q; vt carnalis cognatio matrimonium impedit, ita & spũalis. ¶ Vnde cognatio spiritualis est propinquitas quædam personarum ex collatiõe sacramẽti vel tentione proueniens ex statuto ecclesiæ. Fit enim baptizans, ac subinde susceptor, quem patrinum appellant, spiritualis baptizati pater: quæquidem cognatio spiritualis est. Adiecimus aũt, ex statuto ecclesiæ, ad significandũ non modò, q; hmõi cognatio per decretum ecclesiæ est impedimentum (nam & hoc quibusdam etiam gradibus consanguinitatis & affinitatis cõuenit) verùm & ad admonendũ, q; eadẽ ipsa spũalis cognatio non habet fundamentũ in natura, vt cognatio carnalis, quæ per carnalem generationẽ cõtrahit, sed in ecclesiæ statuto, per quod baptizans, & suscipiens seu tenens patres spirituales declarantur, eo q; per sacramentum gratia infundit, quæ animæ vitam tribuit æternã, iuxta verbum Christi, Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ Dei. ¶ Ex quo subsequitur, hanc spiritualem cognationem ante legem euangelicam non viguisse, sed ex lege euangelica, cuius sacramenta gratiã conferunt, ortum ducere. Nã etsi in circũcisione gratia cõferretur: tñ quia non conferebatur ratione sacramenti, sed fidei, nulla contrahebatur cognatio. Solet inter baptizantem & suscipientem sic non ineptè distingui, q; baptizans sit sicut pater generans, & susceptor sicut mater, quæ nomine ecclesiæ suo gremio baptizatum suscipit: quãuis vterque sit ecclesiæ minister: nam & vnus nomine ecclesiæ fidem exigit à baptizato, & alter pro baptizato illam pollicetur.

Cognatio spiritualis post legẽ euãge.

Cognatio spiritualis an dirimat matrimoniũ.

¶ Si autem roges, quale hoc sit impedimentum, vtrùm matrimoniũ duntaxat impediẽs contrahendũ, an verò contractum etiam dirimens? Per distinctionẽ rñdetur. Etenim videndum est, vtrùm eiusmodi cognatio matrimonio antecedat, an verò ipsum subsequatur. Et ideo statuitur secunda conclusio huius articuli: si talis cognatio matrimonio antecedat, ipsum impedit ac dirimit, veluti si esset cognatio carnalis. Si verò ante talem cognationem matrimoniũ fuerit contractum, nullatenus per illam subsequentem dirimit. cap. Si vir. de cognatio. spirituali. & can. Dictum, & Ad limina. 30. q. 1. Vbi aũt eod. cap. Si vir. dicitur, generaliter fuisse statutum, vt debeãt separari, allusio fit ad can. Peruenit, ead. cau. &. q. vbi hoc videtur constitui. Hoc tamen art. seq. repetendum est. Persistẽdum enim est in illa generali regula, q; matrimonium semel legitimè initum nunq; dirimitur quoad vinculum, nisi Christianismi aut religionis gratia, modis supra expositis. ¶ At verò in hoc casu de vsu matrimonij distinguendum est, vt tertia hæc subiungatur cõclusio, Vbi hmõi spiritualis cognatio causa necessitatis, aut per inculpabilem ignorantiam fuerit inducta, nequaquã coniugalem vsum aut in petendo, aut in reddendo interdicit. Si verò fuerit aut extra casum necessitatis, aut ex ignorantia culpabili contracta, impedit eũ, cuius culpa inducta fuerit, ne debitum petere valeat: tenetur tamẽ semper exactum reddere: quia culpa eius non est cur alteri coniugi noceat. Igitur si quis, exempli gratia, suæ coniugis filium tempore necessitatis baptizauerit, licèt cognationem spiritualem cum ea sub-

Secunda cõclusio.

Regula generalis.

Tertia cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea subinde contraxerit, potest tamen & debitum petere & reddere: quia necessitas, vt caret lege, ita & à pœna legis excusat. Et eadem est ratio si quis suũ, vxorisq; suæ filium facta sufficienti diligentia putans non esse suum baptizauerit. Quod verò dum citra necessitatem sciens ac prudens eum baptizauerit, aut per ignorantiam crassam, quæ scientiæ æquipollet, tunc debitum à sua coniuge exigere nequeat, licèt, vt ait Durand. non sit expressum in iure, colligitur tamẽ ex capitulis supra citatis: nam capit. Si vir, habetur, q̃ debitum alteri subtrahi non debet, vbi insinuatur, q̃ exigere nequeat. Item colligit ex finali verbo, q̃ illi fraus vel dolus patrocinari non debet. Et idem insinuatur altero can. De eo. Et est simile de cõiuge, qui incestum cum consanguinea alterius coniugis cõmittit, is enim iure petendi priuatur, ab obligatione tamen reddendi non absoluitur, vt capit. 1. & reliquis, de eo qui cognouit cõsang. vxor. ¶ Dubium tamen hic profectò potest cuilibet in animum subrepere, vtrùm qui in extrema necessitate paruulum mortiproximum absq; solennitate baptizat, talem cum matre affinitatem spiritualem cõtrahat, quę matrimonium cum ipsa impediat, & contractum dirimat. Et ratio dubitandi est, q̃ sicut extrema necessitas post contractũ matrimonium baptizantem excusat, vt liberè possit à sua vxore debitũ petere, profectò ratio persuadere videtur, vt eadem necessitas ius non adimat baptizanti contrahendi cum matre baptizati. Nam cum ius petendi debitum ex cõtractu matrimonij oriatur, videtur necessitas, quæ ius exigendi non tollit, neq; facultatem contrahendi auferre. Et cõfirmatur hoc, hominem priuare iure cõtrahendi matrimonium cum aliqua molestum grauamen est: ergo si propter baptismum in extrema necessitate collatum illud onus baptizanti imponeretur, multi illud officium recusarent, atq; adeò periculum paruulis extrema patiẽtibus crearetur, vt absq; baptismo perirent. ¶ Et tertiò arguit. Baptizare in extrema necessitate iure diuino oẽs obligantur: ergo ecclesia non potuit, aut saltem non debuit hoc detrimẽtum illis offerre qui munus illud obirent. Enimuerò q̃ solenniter baptizatur, sacerdotes, qui sacramentũ administrãt, vltrò ordines susceperunt, & susceptores sua sponte ad illud se officium offerunt: quare nõ est mirum si cognationem illam spiritualẽ contrahant: sed q̃ illi, qui ex necessitate iuri diuino obtemperant, illud patiantur incõmodũ, durum apparet. ¶ Profectò rationes nõ sunt contẽnendæ. Et quidã ex Iuriscõsultis, quos refert Paluda. aiunt, de hoc esse Papam cõsulendũ. At verò in his, quę ex mero statuto ecclesiæ pendent, non est tanta vsurpãda licentia, vt ex similitudinibus aut cõiecturis in tanti momenti iudiciũ sumatur. Et ideo dicẽdum q̃ eiusmodi baptismi causa est spiritualis cognationis. Nam canones absq; vlla exceptione aiunt baptizantẽ & susceptorẽ cognationem contrahere cũ baptizato. Et baptismus in extrema necessitate verè sacramẽtum est. Et ideo cùm postea in ecclesia adhibentur sacramentalia, non contrahit cognatio, vt illico repetemus: quare nisi priùs in baptismate nasceretur, nunq̃ oriretur. Veruntamen quia illic non celebratur solenniter sacramentũ, non planè affirmarem, q̃ si quis puerũ teneret, cui alter aquam infunderet, tenens ille cognationem contraheret: quia vbi non est solennitas, nõ dicitur proprie susceptor. ¶ Vnde ad obiectorũ primum rẽdetur, q̃ cùm post contractũ matrimoniũ iusiam sit quæstũ ad petendũ debitum, consentaneũ rationi est, vt cùm adest necessitas, cõiux illo iure non denudetur: secus autẽ ante contractũ, vbi nondũ ius vllum acquisitum est. Et ad secundũ respondetur, cognationẽ in extrema necessitate contractam non propriè dici grauamen, sed potius ius amicitiæ, quę cum baptizato & parentibus eius cõtrahitur. Et ideo quanuis iure dicẽno vnusquisilibet teneatur baptizare, nihilominus ecclesia potuit ratione amicitiæ prolatandæ statuere, vt matrimonium non cum illis, sed cum alijs iniret. Nihilominus profectò adiecerim, quòd si sancta ecclesia casum illum extremæ necessitatis exciperet, vt eiusmodi matrimonia non impediret, vel saltem non dirimeret, fortasse nihil aliud quàm operæpretium faceret. Neque si episcopus dispensaret, dum facillimus non esset ad curiam transitus, vllum (ni fallor) subesset periculum.

Ignorantia an excuset.

Dubium.

Partinegatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Quartũ argumentũ.

Sentiũ ad tertiũ.

Solutio tertij argumẽ.

Primum argumẽtum.

Secundũ argumẽtum.

Solutio ad primum argumẽtum.

¶ Ad primum igitur capitalium argumentũ respondetur, q̃ quanuis cognatio spiritualis propagationem non impediat carnalẽ, neq; verò cohabitationem domesticam, qui sunt matrimonij fines, decurtat tũ amicitię amplitudinem: nã cùm ipsa per se sit sufficiẽs amicitiæ nexus, expedit, vt per matrimonia cadẽ amicitiæ iura ad alios profundant. ¶ Ad secundũ rẽdetur, q̃ in matrimonio non tantum coniunctio inest corporalis, verùm & spiritualis, & ideo quanuis cognatio spiritualis non transeat in carnalẽ, nihilominus impedit matrimoniũ: quia expedit, vt spiritualis coniunctio ad alios, qui non sunt illo modo coniuncti, dilatetur. ¶ Ad tertium deniq; rẽdetur, minimè repugnare, vt duo cõtraria eidem tertio diuersis ratiõibus aduersentur, sicut magnum & paruum per duo extrema opponũtur æquali. Qua vtiq; ratione & cultus disparitas & cognatio matrimonio aduersantur: illa quidem, quia plus distat, hæc verò quia plus appropinquat, quàm ratio matrimonij contrahendi permittit.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm per solum baptismum spiritualis cognatio contrahatur.

POstquam constitutũ est cognationem spũalem obstaculũ matrimonio opponere, consequẽs est, vt exploremus, per quid cõtrahitur, vtrùm per solum baptismum. Et arguitur à parte affirmatiua, ex proportione corporalis ad spiritualẽ cognationem. Cognatio corporalis per solam carnis generationẽ contrahitur: sed inter sacramenta solus baptismus formam habet generationis: ergo per ipsum solum cognatio spiritualis exurgit. ¶ Secundò. Si ex alio sacramento à baptismo spiritualis pullularet cognatio, maximè, vt fertur, ex cõfirmatione: sed hoc non: quia potissimùm id accideret propter characterem, qui illic imprimit: sed tunc similiter deberet ex datione sacrorũ ordinũ oriri, quod est falsum: ergo ex solo baptismo talis cognatio exurgit. ¶ In contrarium autẽ est textus Bonifacij octaui capit. 1. de cognatio. spirituali. lib. 6.

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Secundũ argumẽtũ.

Tertiũ argumẽtũ.

Primũ opinio.

¶ De ista quæstiõe, vt hic D. Tho. refert, tres fuerunt opiniones. Quidam enim dixerunt, q̃ spiritualis regeneratio sicut per septiformem spiritus sancti gratiam datur, ita per septem efficitur incipiendo à primo pabulo salis sacramenti vsq; ad confirmationẽ per episcopum factam: & per quodlibet eorũ spiritualis cognatio contrahitur. Pabulum salis nominatur, dum inter catechizandum catechumenum, sal eius ori apponit. Et hæc opinio refertur can. Peruenit. 30. q. 1. Sed re vera nunquã creditur in vniuersali ecclesia illud fuisse vsu & more receptũ: quia neq; vlla id ratio permittit. Enimuerò cum à generatiõe carnali ad spiritualẽ ducere exemplũ oporteat, sicut consanguinitas non nisi ex generatione enascitur, ita neq; spiritualis filiatio nisi per generationem spiritualem, quæquidem non nisi per sacramentum fit, vbi gratia animæ viuificatrix confertur: cùm ergo illa, quæ baptismum antecedunt, non sint sacramentum, sed sacramentalia, fit vt per illa nulla cõtrahatur spiritualis cognatio. Glossandus ergo vtcunq; canon ille est, non q̃ sigillatim per illos catechismos cõtrahatur cognatio, sed complexim, vt per omnia simul, si tamen vsquẽ ad baptismum fuerit peruentum, talis oriatur cognatio. Similiter & aliud quod eod. can. Peruenit, institutum apparet, q̃ si maritus filium vxoris suæ vel à se genitum vel ab alio viro, vel si vxor filium mariti sui baptizauerit, separentur, nunquam receptum est, vt cap. Si vir. de cognatio. spiritua. ait Alex. 3. Quare Magister senten. ait, vel illud solùm ad terrorem dictum esse, vel intelligendum fore quãdo cognatio illa matrimonium antecessit. ¶ Alij deinde dixerunt, q̃ cognatio cõtrahatur per tria: scilicet, per baptismum, & per catechismum & per sacramentũ confirmationis. Sed isti, vt ait S. Tho. propriam vocem ignorarunt, connumerantes catechismum inter sacramẽta. ¶ Ad quæstionem ergo vnica conclusione respondet. Cognatio spiritualis dũtaxat per duo sacramenta baptismi & confirmationis contrahitur, vt can. citato Bonifacius. 8. ait. Et quidẽ de baptismo plures sunt canones, vt citati, & alij. 30. q. 1. & de cognatio. spirituali. Sed de confirmatione extat ead. cau. & quæst. can. Si quis, filiastrum suum vel filiastram ante episcopum tenuerit ad confirmationem separetur ab vxore, & nunquam aliam accipiat. Intelligitur autem si tenuerit ante matrimonium, sed si post, solùm impeditur ab exactione debiti. Ratio verò conclusionis est hæc. Cognatio spiritualis per generationem spiritualem succrescit: generatio autem spiritualis per baptismum fit, & per confirmationem confirmatur: confirmatio enim, vt dist. 7. explicuimus, nihil aliud est quàm augmẽtatio quædam baptismalis gratiæ: per baptismũ enim recipitur esse spirituale, & per cõfirmationem irroboratur Christianus ad publicam fidei defensionem, sicut per generationem fit homo, & per quãtitatis augmẽtum validus homo. Alijs verbis eandem veritatẽ D. Tho. in præsentia & Ricardus explicant dicentes, q̃ sicut in generatione natura

Ratio.

Can. Peruenit. 30. q. 1.

Secũda opinio.

Conclusio.

Ratio.

Ricardus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

li præcedunt dispositiones, & subsequitur generatio, quam tandem consequitur natiuitas, ita in spirituali antecedũt catechismi, qui sunt præparamẽta, & subsequitur baptismꝰ, ac demum consequitur confirmatio, quæ est velut natiuitas, per quam homo publicitus exponitur ad defendendam fidem. Et ideo sicut duplex est natiuitas: scilicet in vtero, & ex vtero: ita gñatio per baptisma est natiuitas in vtero, qua scilicet homo in vtero ecclesiæ concipitur quasi ab ipsa fouendus iuxta verbũ Christi, Nisi quis renatꝰ fuerit ex aqua & spiritu sancto. Sed tñ per cõfirmationem exponitur iam homo extra vterum quasi fide irroboratus, vt publicitus confessionem nominis Christi tueatur in ambobus assignantur susceptores. ¶ Atque hinc consequitur ratio, quare per nullum aliud sacramentorum huiusmodi cognatio contrahat. Ratio enim est, quòd aliorum nullum censetur generatio, sed vel alimentatio, vt euchariſtia, vel sanatio & reconciliatio, vt pœnitentia &c. ¶ Quòd si canonem, Omnes, 30. q. 1. obijcias, vbi Symmachus Papa ait, Omnes, quos in pœnitẽtia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt & ipsi, quos vel nobis suscipientibus, vel sub trinæ mersionis vocabulo mergentibus vnda sacri baptismatis regenerauit. Respondetur, q̃ pœnitentes non dicuntur ea ratione sacerdotis filij, vt cognatio illa matrimonium baptizati cum filia sacerdotis impediat: alioqui eius filij cum nullo de tota parœcia possent cõtrahere. Sed dicuntur filij spirituales, quia per doctrinam, & monita atque administrationem sacramẽti recõciliat eos Deo, quod quandam gerit cum spirituali genitura similitudinem. Illud autem Symmachus ob id induxit, vt duos subinde canones appenderet, quibus cauere sacerdotibus & deinde episcopis iubet, ne se cum illis, quas à peccatis absoluerint, carnaliter cõmisceãt, esset enim graue sacrilegium. Et ait hic D. Tho. tantum esse peccatum, quãtum si cum filijs spiritualibus delinqueret: quod vtrùm verum sit nescio: potest enim ex circũstantijs esse tam graue, imò grauius, præsertim si ex cõfessione sacerdos nactus esset anſam complicandi se cum filia pœnitenti. Attamen illa species peccati spiritualis incestus qui committitur inter cognatos spirituales, non committitur nisi cum illis, quos vel sacerdos vel alius baptizauit, vel leuauit de fonte. ¶ Aliud argumentũ ex illo verbo Pauli. 2. Cor. 13. existit, In Christo Iesu per euangeliũ ego vos genui: vbi docet, per prædicationem euangelij prædicatores fieri patres spirituales, & per pastoralem curam. Sed facilè respõdetur, quòd dicuntur patres per metaphorã quia conferunt subditis tria, quæ secundùm Philosophum. 8. Ethic. natis impendunt patres: scilicet, esse per gratiam sacramẽtorũ, & nutrimentum per doctrinæ pabulum, & instructionem per legum lationem, Non tamẽ hoc sufficit ad contrahendam cognationem spiritualem, sed sola collatio gratiæ per modum generationis, qua anima spiritualis infunditur aut corroboratur. ¶ Vrgentius tamen argumentum imminet ex decreto Bonifacij. 8. Per catechismum, de cognatio. spiritua. lib. 6. vbi ait, Per catechismum, qui præcedit baptismum contrahendum matrimonium impediri. Adhoc autem duo respõdentur. Primum, illud non asseruisse nisi quia id sibi visus est ex decreto Clementis. 3. euidenter collegisse: & tamẽ in collectione non est tanta euidentia. Verba enim Clementis cap. Contracto extra. eod. titul. sunt hæc, Quod etsi constaret, quòd vxor Petri filium eiusdẽ ante matrimonium in catechismo tenuisset, vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret. Ex hoc ergo, quum ait, vix afferret, colligit Bonifacius Clementem sensisse, quòd tale impedimentum afferret: cùm tamẽ eius verba potiùs sint dubitantis, quàm quidpiam asserentis. Secundò respondetur, vt ait hic Sanctus Thomas, quòd secundùm aliquos ex catechismo cõtrahitur aliquid debilius quàm cognatio: videlicet, quòd impediat matrimonium contrahendum. (Et hoc est quod Bonifacius ex Clemente colligit) non tamen dirimit contractum. Et ducitur exemplum de spõsalibus: nam sicut ex illis, quia nõ sunt verè matrimoniũ, sed eius præparatio, nõ nascitur affinitas, quæ matrimonium dirimat, sed sola publica honestas, quę impediat contrahendum, ita ex catechismo, quia est dispositio baptismi, cõtrahitur non cognatio prorsus, sed debilius quiddam. Sed profectò, nescio an hoc vsu iam obseruetur. ¶ Ex his prudentissimus quisq; colligat quo tẽporis articulo cognatio hæc spiritualis cõtrahatur. Putat enim vulgus, q̃ qui ducunt infantẽ, eumq; in ecclesiam comitantur, patrini, quosipsi nominãt, existant, cùm tñ nõ solùm hoc falsum sit, verùm neq; qui illũ ad valuas ecclesiæ vel super fontem ad catechismos & exorcismos, & vnctiones tenet, villã cõtrahit cognationẽ: quia nec sacerdos illam contra-

Ratio.

Obiectio.

Solutio.

Can. Oẽs. 30 quæst. 1.

Aliud argumentũ.

Nota.

contrahit, saltem quæ matrimoniũ dirimat. Quare si contingeret, vt Petrus baptizandũ ad omnes illas ceremonias teneret, sed illo articulo, quo baptizandus est, alter infantẽ acciperet, qui eum dum aqua infunditur, teneret, vel de fonte leuaret, solus ille secũdus cognationẽ contraheret, Petrus verò minimè. Contrahitur ergo tũc propriè cognatio hæc cùm quis infantẽ tenet dum sacerdos aquã suffundit, vel tunc cùm illum de manibus sacerdotis dum illum emersit, suscipit. Ille verò qui postea de manibꝰ susceptoris accipit, & inuoluit, minimè. Et idem est de cõfirmatione dicẽdum: ille enim solus, qui tenet puerum dum ab episcopo vngitur, iuxta tenorẽ cap. citati, Si quis filiastrum, contrahit cõsanguinitatem. ¶ Sylueſt. verb. Matrimo. 8. q. 7. §. 13. multa, pdigit verba de istis tactibus, quibus cõtrahitur cognatio, an scilicet, sufficiat tangere puerum vel lintheamina. Attamen vbi res rationibus definitur, nõ opus est opinionibus. Re vera tangere vel vestes vel puerum ipsum etiam ea intentione, vt contrahatur affinitas minimè sufficit. Nam solent fœminæ esse auidæ, vt dicantur commatres, & ideo tangunt puerum: & tamẽ ridiculum est dicere, q̃ tangere digito aut manu sufficiat: requiritur enim q̃ sic eum quis tangat, vt teneat vel leuet ex sacro fonte: illud enim est esse susceptorem. Nec refert, an teneat vestitum tactis vestibus, an nudum. Imò si eum teneret in disco argẽteo honoris gratia satis esset. Quapropter si multi ea intentione, nõ dico tangant, sed teneant, omnes contrahũt cum baptizato consanguinitatẽ, vt habetur cap. Quanuis. de cognat. spiri. in. 6. licèt peccatum sit plures esse susceptores: quia prohibitum est, de consecratio. dist. 4. can. Nõ plures. Nisi cõsuetudo patriæ excuset, vel honoris gratia fiat. Imò nisi ex cõtemptu legis id fieret, fortasse mnũ esset mortale: quia non tanti illa prohibitio refert, sed solùm ne impedimenta matrimonij multiplicentur. ¶ Hinc fit, q̃ si quis adultus baptizetur aut cõfirmetur, necesse est, quo cognatio contrahatur à suscipiente, vt baptizandũ teneat ad baptismum sicuti & confirmandũ: quãuis cùm illa tentio ceremonia sit, & adultus per se stare possit, satis est assistat quasi in suam curã suscipiens. Tametsi tutius sit, vt manu teneat. Ex quo fit rursus, q̃ nec rñdere ad catechismos & exorcismos ad cognationẽ sat est, neque verò requiritur, sed sufficit suscipere, vt nomen susceptoris admonet. ¶ Atque adeò ex his tãdem colligitur, q̃ si infans domi ob necessitatẽ baptizatus fuerit, dum postea in ecclesia hæ sacramentales ceremoniæ adhibenẽ, nulla contrahiẽ cognatio. Neq; si vel error, vel de industria iteraretur baptizatio, contraheret: quia illud secundũ non esset sacramentũ. ¶ Sũt multi iuris canonici, pfessores, qui contrariũ putant, dicentes illud esse sacramentũ: nam aliâs non diceretur iterari. Sed isti diuinã sacramenti rationẽ non penetrant: nam baptizatus aut cõfirmatus nõ est materia simile sacramenti iterum suscipiẽdi. Sed dicitur iterari, quantum est de intentiõe rebaptizantis aut reordinantis: quia tentans quod facere nequit, iniuriã irrogat sacramento. Imò quanuis sub cõditione, si non est baptizatus, baptizetur: si re vera erat baptizatus, licèt baptizans excusetur à culpa, re vera nullam cõtrahit cognationẽ, sed propter dubium ab ecclesia præsumiẽ contraxisse. Qua propter si postmodum cõstaret illum fuisse priùs baptizatum, pronunciareẽ cognationẽ non fuisse contractã. ¶ Consueuit aũt inter magnates, præcipuè inter principes & reges vt absentes contendant esse susceptores per procuratores vel nuncios, quos ad id muneris delegant, queritur ergo an tales principes verè cognationẽ contrahant. De quo Sylue. verb. Matrimo. 8. q. 7. §. 14. multos suo more vtrinq; citat. At verò cùm hæc impedimenta potiùs in re dubia restringẽda sint, q̃ ampliãda, credendum est nullam cognationẽ contrahere: præsertim cùm ratio huic parti lõgè plus faueat. Illa enim quæ per consensum & ratihabitionem transigi pñt, nil obstat quominus per procuratorẽ confici valeant, quales sunt forenses causæ, ad quas agendas procuratores substituunt. Et eadem ratione põt matrimoniũ per procuratorẽ contrahi, ca. fi. de procurato. lib. 6. quia solus consensus ad id sufficit, quiquidẽ per procuratorẽ aut literas, vt diximus, explicari põt. Ea aũt, quæ in actione personali suapte natura consistunt, nequeunt per procuratorẽ fieri. Qua vtiq; ratione dist. 18. diximus, per literas vel per procuratorẽ neminẽ posse confiteri, aut sacramẽtaliter absolui: cùm ergo susceptoris officiũ in actione personali consistat, quę est tenere & suscipere baptizatũ: re vera nemo per procuratorẽ valet esse susceptor, vt cognationẽ ipse contrahat. Sed sunt illæ ceremoniæ, quę ad colendã pacem & amicitiã fieri consueuerunt. Quare tũc procurator ille delegatus, est verè susceptor cognationem contrahens. Si-

Dicitur autem iterari.

Sylueſt.

Dicitur autem iterari.

Dicitur.

Similis.

Solutio.

Solutio.

Solutio.

Cognatio spiritualis non contrahitur per procuratorẽ.

Quæ per procuratorẽ agi nequeunt.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuti si Papa officium confirmandi simplici presbytero committeret, tunc non Papa, sed ille presbyter esset confirmator. ¶Simili de causa neq; tota ciuitas vel collegiũ pōt esse susceptor, sed ille, quē ad id muneris delegaret.

Vniuersitas anpoßit quē leuare.

Solutio primi argum.

¶Ad primum igitur argumentũ iam respondum est, ꝙ quãuis propriè regeneratio in baptismate fiat, nihilominus confirmatio est quædã baptismatis irroboratio & quasi quędam natiuitas ex vtero ad publicam fidei cōfessionem. ¶Et per eãdem solutionem diluitur secundum argumentum. Non enim ratione solius characteris est cognationis causa, sed quia est quædam generationis confirmatio & natiuitas.

Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm cognatio spiritualis duntaxat inter baptizantem & baptizatũ contrahatur.

Vbsequitur tandem vt de personis dicamus, inter quas hæc spiritualis cognatio intercedit. Quæritur ergo vtrùm solùm inter baptizãtem & baptizatum cōtrahatur. Et arguitur à parte affirmatiua. Si inter alios contraheretur, id maximè inter suscipientem & baptizatum, vt dictum est: hoc autem nullam ex cognatione carnali similitudinem ducit: quippe quæ non nisi ab illo, cuius semine proles gignitur, deriuatur: ex parte nanq; natum suscipientis in fantem nulla contrahitur: ergo neq; susceptor spiritualem vllam contrahit. ¶Secundò. Si susceptor illam cōtraheret à viro transmitteretur in vxorem, vt fertur, & ab vxore in virum, vt si Petrus esset susceptor, eius vxor fieret cognata baptizato: huius tamen falsitas inde videtur colligi, quòd cùm coniunctio, quæ est inter virum & vxorẽ, sit carnalis, cognatio verò sacramentalis sit spiritualis: carnalis verò & spiritualis sint res disparatæ: non videtur per carnalem spiritualis transmitti.

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

¶Tertiò. Si præter baptizantem alij quoque affinitatem contraherẽt, id etiam filijs baptizantis & susceptoris contingeret, vt à parentibus traduceretur in filios: hoc autẽ falsum apparet, tum ꝙ alioqui gradus in hac cognatione distinguerentur: quia persona generata, vt dictum est, mutat gradum, tum etiam quia eadem ratione transfunderetur ad patrem & fratrem: nam sicut filius patrem, ita frater fratrem primo gradu consanguinitatis attingit: consequens tamẽ est falsum: quia non tantùm extenditur: ergo solus baptizãs est qui cum baptizato cognationem contrahit. ¶In contrarium tamen est, quòd bona spiritualia plus sunt quàm corporalia effusa: consanguinitas autem corporalis transit ad filios, & per affinitatem ad vxores: ergo & spiritualis cognatio.

Pars negatiua.

¶Tres per tria proposita argumenta designantur cognationis spiritualis species, quas præsenti articulo explicare operæpreciũ est. Istæ autem species sunt, paternitas, compaternitas (vt aiunt) & fraternitas. Et ideo ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima. Inter baptizantem & similiter inter susceptorem & baptizatum contrahitur spiritualis paternitas impediẽs dirimẽsq; matrimonium, vt patet can. De eo. & can. Nosse. 30. quæst. 1. & 33. q. 2. can. si quis cum matre. & alijs eod. titu. de cognatio. spiritua. & cap. 1. eod. tit. in. 6. Probatur exemplo carnalis generationis. Enimuerò quemadmodum homo naturaliter ex patre nascitur & matre, ita & spiritualiter per sacramentũ in baptismo nascitur filius Dei tãquam patris, & ecclesiæ tanquam matris, quæ in suo gremio eum suscipit: minister autem, qui nomine Dei eius vice functus baptizat, gerit personam patris, susceptor verò personam matris, quæ eum ad fouendum, educandum & instruẽdum suscipit. Non negatur, quinetiã baptizans sit ecclesię minister, sed tamẽ quia illa potestas, qua gratia confertur, à Deo collata est sacramento, quod administrat, dicitur gerere personam patris.

Decisio quæstionis.

Primaria conclusio.

Ratio ꝓbans.

¶Et per hoc soluitur primum argumẽtum: non enim in generatione naturali filius solius patris dicitur semen ministrãtis, sed eriã matris ipsum concipiẽtis, cuius typum in spirituali generatione susceptor gerit. ¶Quod si rursus arguas. Catechismus, vt dictum est, nempe eruditio catechumeni nō sufficit ad contrahendam cognationem: sed susceptoris officium non est aliud, q̃ filium spiritualẽ catechismis erudire, & ideo apud Dionysiũ appellatur ἀνάδοχος: ergo ille nō contrahit paternitatem. Negatur minor, nam etsi officiũ susceptoris sit erudire, non tamen ob id colligit paternitatem, sed quia suscipit curam tanquã mater: ἀνάδοχος enim idem est quod fidei iussor. De officio aũt & functione susceptoris supra dist. 4. art. 5. dictum est. ¶Perplexior aũt ambiguitas est, vtrùm ille, qui nondum baptizatus est, alium baptizet, vel de eiusdem sacro fonte leuet, consanguinitatem contrahat. Est enim glossa can. In baptismate. de cō sect. dist. 4. quæ sub distinctione respōdet dicens, baptizantẽ contrahere cognationẽ, susceptorẽ verò nō item. Quam glossam sequũtur summa angelica, & summa Rosella. Est tã glossa nulla rōne fulcita. Quapropter D. Tho. Ricardus & theologi omnes, veritatem meditati, negatiue de ambobus respōdent. Nam in primis infidelis susceptor esse non pōt: quia qui non est Christianè eruditus, cuiam erudiẽdi Christiani suscipere non valet: at verò licèt baptizare queat, cognatus tamẽ esse nequit spiritualis: cognatio siquidẽ hæc fundamentũ habet in fide, imò & in sacramẽto fidei: nam sicut qui nondũ carnaliter natus est nulli pōt esse aut pater aut cognatus, ita qui nondũ baptismate regeneratꝰ est, pater aut cognatus spũalis esse nequit. Quare licèt catechumenus baptizet, nullam acquirit cognationẽ: ꝙ si nulla ante baptismum contrahit, fit vt neq; si post modũ ille baptizans cōuertatur, illam contrahat, quia quod à principio nullum fuit, cōualescere nequit.

Obiectio.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽti.

Tertia obiectio.

Secunda cōclusio.

Affirmatiua in possitiue cō tenere cōfirmandũ.

¶Ex quo fit ꝙ si baptizatus q̃uis non confirmatus teneat eum, qui confirmatur, verè cōtrahit cognationem: quia est Christianus, & ideo capax cognationis spiritualis: & pariter hæreticus, quia habet characterẽ Christiani.

¶Secunda cōclusio. Compaternitas duobus modis cōtrahitur: scilicet, inter baptizantẽ simiiter & inter susceptorẽ & baptizati parẽtes: præterea inter baptizatũ & coniuges baptizantis & susceptoris, & idẽ est de cōfirmatiōe. Itaq; radix & centrũ cognatiōis spũalis est habitudo baptizãtis & suscipiẽtis ad baptizatũ, & inde transferẽ cognatio in parentes baptizati, vt sint baptizãtis & susceptoris spũales affines. Et ratio huius est, quod cùm baptizans & susceptor sint patres spirituales baptizati, & qui eum genuerunt, sint patres carnales, fit vt inter se sint cōpatres: id est, simul patres eiusdẽ filij diuersis rationibus. Et similiter baptizãs & susceptor eandẽ cognationem transferunt in suas coniuges, vt pari ratiōe sint baptizati affines. Cuius ratio est, quod cùm maritꝰ & vxor sint vna caro, affinitatẽ quã vnus cōtrahit cum baptizato, cōtrahit & alter. Affinitatẽ, inquam, q̃m etsi oẽs tres species inter canonũ professores generali nomine dicãtur cognatio: tamẽ propriè cognatio, vtpote quæ à nascendo dicitur, inter patres spũales: scilicet, baptizãtem vel susceptorem & baptizatũ consistit: sed mediante baptizato, eius parẽtes efficiunt baptizantis & susceptoris affines. Et ideo significãter ait S. Tho. hoc fieri per modũ cuiusdã affinitatis: sicut in cognatione carnali consanguinei vxoris efficiunt affines mariti. De vtroq; affinitatis modo habet eod. ca. 1. de cog. spir. li. 6. Et de primo rursum cap. Super eo. & cap. Veniens. de cogn. spiri. De secũdo est casus cap. Martinus. eod. tit. vbi habetur, ꝙ Lotharius quidã Theberge maritꝰ Martini filiũ de fonte leuauerat, deinde Lothario defuncto Martinus tentauit cum eadẽ Theberga contrahere, & tã nō fuit permissus: qm̃ Lotharius trãsmiserat cognationẽ Martini in Thebergam. Idẽ casus habetur can. Scisciatur. 30. q. 4. qui est Nicolai. vbi quidã, cuius vxor filiũ Bertæ de fonte leuauerat, prohibitus est cũ eadẽ Berta matrimoniũ cōtrahere: & ibi habet, ꝙ nō potuit duas cōmatres successiuè sibi matrimonio coniungere. Et idẽ habetur in conci. Calcedonen. ibid. can. Si pater. Contrariũ tã definiri videt ibid. can. Post vxoris, vbi refertur, ꝙ post vxoris obitũ cum cōmatre vxoris liceat matrimoniũ contrahere. Quos quidem canones illic Gratianus sic cōciliare meditatus est, ꝙ si Petrus postq̃ vxor sua cōmater facta est alterius mulieris, eandẽ vxorẽ cognouerit, non poterit postea vxore orbatus cum illa cōmatre cōtrahere iuxta decretum Nicolai & Calcedonẽsis synodi. Si verò vxorẽ post non cognouerit, poterit illã commatrẽ ducere. At verò Gratianꝰ hoc loco, vt ait glossa, hallucinatꝰ est, nec rei punctũ tetigit. ¶Est ergo oculatè hũc cũ D. Tho. adnotandum, ꝙ si quis cognationẽ spiritualẽ non per actum propriũ sed per alienũ contrahat, illã cognationẽ minimè in suã vxorẽ transfert, vt si Petrus leuauit de fonte vel baptizauit filium Pauli qui non erat filius vxoris eiusdẽ Pauli, tũc vxor Pauli nō fit affinis Petri quia Paulus nō per se cōtraxerat cũ Petro cognationẽ, sed per actũ Petri. Secus si fuisset filius vxoris Pauli, quia tunc pariter vxor & maritus contraherent eandẽ affinitatẽ. At verò si Paulus baptizaret vel leuaret de fonte filium Petri, tunc quia per propriũ actũ cōtraheret cognationẽ cũ Petro, eandẽ trãsfunderet in suam vxorẽ: scilicet, Pauli, vt esset affinis eidẽ Petro. Transfertur eã actio, sed non passio. Qua de re versus hi circumferuntur. Quæ mihi vel cuius mea natum fonte leuauit. Hæc mea cōmater fieri mea non valet vxor. Hoc est, mulier quę vel mihi natũ, putà meũ filiũ, leuauit de fonte, vel cuius natũ mea leuauit,

Secunda cōclusio.

Affinitas ex parte vxoris.

Casus capi. Martinus.

Conciliatio Gratiani.

Gratianus hallucinatus.

Regula generalis Sancti Thomæ.

Versiculi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic fit mea commater, vt nequeat fieri mea vxor. Sed mea dicaſ, quæ carne me ſociatur. Et ſequitur. Si qua meæ natum non ex me fonte leuauit. Hanc poſt fata meæ non inde vetabor habere. Hoc eſt, Si qua mulier natũ vxoris meæ, quem non ex me genuit, fonte leuauit, poſt fata: id eſt, poſt obitum vxoris meæ, non vetabor illam ducere: quia nõ eſt affinis mea. Igitur canõ Nicolai, & Calcedonenſis intelligunt in ſecundo caſu, q̃ nullus contrahat cum commatre vxoris ſuæ defunctæ: ſi tũ vxor illa per actum proprium facta eſt cõmater alterius durante matrimonio cũ illo viro. Vel ſi altera facta fuit Petro cõmater, quia leuauit filium ſuũ de fonte. Sed canon, Poſt vxoris, loquiſ qñ vxor Petri erat commater alterius fœminæ, quæ nõ erat cõmater Petri: quia ſcilicet, illa fœmina leuauerat de fonte filium vxoris Petri ex alio marito. Et idem habetur in conci. Triburiẽſi can. Qui ſpiritualem. ead. cau. & queſt. ¶ Adde q̃ vt baptizans vel leuans cognationẽ in vxorẽ tranſmittat, exigitur, vt iam tunc dum baptizat vel leuat habeat illam vxorem conſummato matrimonio, vt habetur eod. c. 1. de cogna. ſpiri. lib. 6 qñ cognatio illa nõ tranſfertur, niſi quia ſunt duo in carne vna: & tamẽ non fiunt vna caro niſi per conſummationẽ copulæ. Quare ſi non eſt tunc niſi matrimonium ratum, licẽt poſtea conſummetur, non tranſmittiť, & multò minus ad illas, cum quibus poſtea cõtraxerit. Et codẽ modo pũt verificari canones, Qui ſpũalem, & Poſt vxoris. Quod aũt dictum eſt de baptiſmo, oĩno de confirmatione intelligatur, vt habeť ibidem can. Si quis ex vno. & eod. tit. li. 6. ¶ Dubium autem, quod hic graue reputatur, eſt, vtrùm cognatio hæc per fornicariam cõmiſtionem trãſmittatur, vt ſi Petrus baptizat, aut de fonte leuat quempiam, oẽs mulieres cũ quibus illuc vſq; ille fuerat fornicatus, cõtrahant ſpiritualẽ affinitatẽ cum eodẽ baptizato. Ricardus quidẽ & Palud. negant quidẽ per impudicum concubitũ talem cõtrahi affinitatẽ: quam opinionẽ complures Iuriſconſultorũ ſuper cap. 1. eod. tit. lib. 6. ſequuntur, quos refert Syluester, verb. Matrimo. 8. q. 7. §. 5. At verò D. Tho. impræſentiarũ & Albertus Magnus & antiqui nihil hęſitantes aiũt, perinde contrahi affinitatẽ ex cõcubitu fornicario, ac ex maritali. Idem tenet glo. in c. Si quis. 30. q. 4. Et re vera qui non opinantiũ numero, ſed pondere rẽ fuerit ſpeculatus aliud ſentire nequibit. Enimuerò ratio hmõi cognationis à coniuge in coniugem tranſmittendæ non eſt ſpũalis virtus animorum, quę eſt in cõiugio, aut indiſſolubile vinculũ, ſed quia ambo ſunt vna caro, vt canones aiunt: qua vtique ratione per matrimoniũ duntaxat ratum niſi fuerit conſummatũ non trãſmittitur: in cõmiſtione aũt fornicaria ſimiliter vir & fœmina efficiuntur vna caro: quia vt ait Paul. 1. Corint. 6. qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur: ergo per eandẽ tranſfertur cognatio. Et confirmatur hoc planè. Quoniam ob hanc eandem rationem ſupra diximus per fornicarium concubitum contrahi affinitatem. Sed ait Ricardus, ob id nõ contrahi per fornicationem: quia ſpiritualis cognatio per purè carnalem non contrahiť. Hoc tamen gratis dictum eſt: nam tam purè carnalis commiſtio eſt coniugalis q̃ fornicaria: quia purè carnale nõ eo dicť, quod ſit peccatum: ſiquidem coniugalis actus, qualis eſt clandeſtinus contra prohibitionem eccleſiæ, poſſet eſſe peccatũ, ſed dicitur carnalis: quia eſt cõmiſtio carnis cum carne. Et ideo in dicto can. Sciſcitatur. vbi ad hoc propoſitum dicitur, q̃ vir & vxor per connubiũ fiũt vna caro, exponit gloſſa, per carnalem copulam. Et idẽ habetur in gloſſa ſuper can. Agathoſa. 27. q. 2. Quapropter in verſiculo ſupra citato dicitur, Sed mea dicať, quæ carne meſociatur. ¶ Addit præterea ſupplementũ eſſe ſibi mirabile dictu, q̃ ex peccato abominabili oriatur ſpiritualis parentela: ſicut ex glacie calor: & q̃ publica meretrix fieret ſpiritualis cognata pluribus de ciuitate. Sed argumẽta hæc, vt ait Syluester, rudia ſunt: procedunt enim ex ſenſu, ſed non è rerũ rõne. Admiratio enim inde procedit, q̃ non perpendiť rei cauſa. Concedimus ergo illa, & pręterea q̃ ſi impudicitia parœcialis presbyteri tãta eſſet, vt plurimas parœcianas cognoſceret, q̃ plurimas cognationes ſpũales diſſeminaret. ¶ Reſpondetur ergo ad ſecundum argumentum principale, quòd quanuis vniones corporales & ſpirituales ſint diſparatæ quoad eſſe, quia vna nequit eſſe altera, non tamen ſic diſtant, quominus vna poſſit eſſe cauſa alterius, ſaltem per accidens. ¶ Quòd ſi redarguas. Inter duos ſuſceptores nulla contrahitur affinitas: & videntur magis coniungi in illo ſacramento, cùm ſint patres ſpirituales, quàm ſuſceptor & ſua vxor: ergo ſuſceptor non transfert illam cognationem in vxorem. Reſpondetur, quòd duo ſuſceptores non per ſe, ſed per accidens concurrunt ad idem

Nota.

Cognatio ſpũalis an oriatur ex illicito coitu.

Ricard.

Opinio Sancti Thomæ.

Sentẽtia autoris.

Rõ claviſ.

Obiectio Ricardi.

Solutio.

Glo.

Paludanus.

Reſponſio Syluestri.

Solutio ſecundi argumẽti.

Obiectio.

Dubium.

adidem ſacramentum, & ideo nullam interſe contrahunt cognationem, neq; baptizans cum ſuſceptore, vt verſiculus ille admonet. Vnus ſemper erit compatrum ſpiritualis, alter carnalis: nec fallit regula talis. Maritus verò & vxor ſunt per ſe vna caro, & ideo vnus tranſmittit ſuam cognationem in alterum. Hinc ergo fit, quòd ſi maritus & vxor filium amicileuarent de fonte, vterque duplici ratione eſſet pater baptizati: ſcilicet, & per actum proprium & per actum coniugis. ¶ Poſtrema ex his dubitatio exurgit, vtrũ ſi quis baptizet aut leuet de fonte filium Iudæi vel Gentilis, contrahat cum patre affinitatem. Gloſſa can. 1. 30. quæſtione. 1. illud affirmat. At verò Diuus Thomas, id meritiſsimò negat, neque in dubium reuocari debet: quoniam fundamentum ſpiritualis cognationis eſt eſſe ſpirituale, quod per regenerationem baptiſmi ſuſcipimus: & ideo ſicut non baptizatus baptizans nullam contrahit cognationem cum baptizato, ita ex aduerſo neq; baptizatus vllam contrahit cũ non baptizato. ¶ Secunda concluſio. Cõfraternitas cõtrahitur inter filios baptizantis (& pariter ſuſceptoris) & baptizatum. Et idem de confirmatione. Concluſio eſt, quæ cap. 1. & Ex literis. de cognatio. ſpiritua. habetur: & eodem titu. libr. 6. & 30. quæſtione. 3. can. Pictatium, & Non oportet, & reliquis. Et ratio eſt hæc. Filius, vt. 8. Ethico. ait Philoſophus, eſt aliquid patris, non tamen è diuerſo pater eſt aliquid filij, aut frater, aliquid fratris: & ideo baptizans & ſuſceptor tranſmittit cognationem in proprios filios, vt ſint confratres baptizati, non tamen tranſmittũt eandem in parentes ſuos aut fratres. Sed iſta cõſanguinitas filiorum baptizantis aut ſuſceptoris ſolùm intelligitur cum perſona baptizata, non tñ cũ fratribus eius. Et hoc eſt decretum Vrbani can. Super quibus. 30. quæſtione. 3, cuius verba ſunt. Spiritualium parentum filij vel filię ante vel poſt paternitatem genitæ poſſunt legitimè coniungi, præter illam perſonam, quæ compatres ſunt effecti. Eſt enim ſenſus, quòd ſi Petrus leuauit de fonte Mariam filiam Pauli, & Paulus habet alios filios & filias, omnes filij & filiæ Petri tam antequam poſt compaternitatem genitæ poſſunt contrahere cum omnibus filijs & filiabus Pauli, præterquam cum Maria. Textus autem illico Paſchalis. Poſt ſuſceptum, ait, quòd geniti poſt compaternitatem ſiue à ſuſceptore ſiue à parentibus baptizati non poſſunt contrahere: quemquidem tex. Alexãder. 3. cap. 1. extra de cogna. ſpirit. putat eſſe contrarium priori: quia reſtringit facultatẽ illã ad natos ante compaternitatẽ. Et ideo ait illum textũ Paſchalis abrogatũ eſſe per textum Vrbani. Quòd ſi verũ eſt, neceſſe eſt textum illũ non eſſe Paſchalis ſecundi, quippe qui ſedit poſt Vrbanum, ſed Paſchalis primi, qui eũ anteceſsit. Hugo verò gloſſator eiuſdẽ can. Poſt ſuſceptum, ait, Alexandrũ illum non intelleXiſſe: nam Paſchalis noluit prohibere matrimonium niſi inter filios baptizantis ſeu ſuſceptoris & baptizatam. Et ideo nec contradixit Vrbano, nec canon ille eſt abrogatus. Sed profectò Alexander meliùs q̃ Hugo caput illud intellexit: qñ ſi noluiſſet prohibere matrimoniũ niſi cum baptizata, non feciſſet reſtrictionẽ ad filios genitos poſt cõpaternitatem: qñquidem neq; prægeniti poterant cũ illa contrahere. Et ideo Vrbanus cõſultò expreſsit ante vel poſt genitos à cõpatribus, vt corrigens dictũ Paſchalis eorũ matrimoniũ permitteret, præterq̃ cum baptizato, vel baptizata. Et eodẽ modo intelligẽdus eſt text. Innocentij cap. Tua nos. de cognat. ſpiri. vbi ait q̃ natus ante compaternitatẽ filiam compatris ſui non põt matrimonialiter copulare: intelligitur em̃ de filia, quã pater illius nati leuauit de fonte, vt bene ibidem admonet gloſſa: nam cũ alia ſorore bene poterat, ſicuti & ſuſceptor ipſe, vt habeť can. Per adoptionem. 30. q. 3. ¶ Ex his ergo tertium argumentũ ſoluti ũ reſtat. Dictum enim eſt cur baptizans aut ſuſceptor non transferat cognationẽ in patres aut in fratres. Atq; adeò ex dictis cauſã colligitur cur in hac cognatione ſpirituali non diſtinguantur gradus: qm̃ gradus intelliguntur in eodem genere, quẽadmodum in conſanguinitate & affinitate viſum eſt. Tria autem hæc genere differunt: nempe, paternitas, quæ eſt ad baptizatũ, & compaternitas ad eius parentes, & confraternitas inter filios baptizantis ſeu ſuſceptoris & ipſum baptizatum. Et quanuis velimus illos gradus vocare, certè paternitas baptizantis ad baptizatum, & fraternitas filij ipſius ad eũdem baptizatum, idem eſt gradus, ſed ſpecie differunt: nã vna eſt, vt dicimus, propriè cognatio, & alia quaſi affinitas ſpiritualis. Et ſimiliter eadem eſt cõpaternitas inter baptizantem & patrem baptizati, & inter vxorem ipſius baptizantis (ſi erat ſacerdos Græcus) & ipſum baptizatum: quanuis hæc ſecunda oriatur mediante prima.

Cap. 1. de cognat. ſpirit.

Glo.

Solutio tertij argumẽti.

Differẽtia.

Vrbanus.

Teſtualis.

QVAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO SECUNDA, De cognatione legali.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm adoptio sit iure appositè definita.

ADspiritualem adhibet cognatio legalis quæ fit per adoptionē. Quę ritur ergo primum, vtrū definitio adoptionis iure posita sit rei apta, quæ est hæc. Adoptio est extraneæ personę in filium vel nepotem vel deinceps legitima assumptio. Et arguitur à parte negatiua. Filius debet esse patri subiectus, & in eius hæreditate succedere, iuxta verbū Pauli. 1. Cor. 12. Parētes debēt filijs thesaurizare: sed aliqū adoptat⁹ neq; est subditus patri, neq; eius necessarius hęres: ergo adoptio nō est assumptio in filiū &c. ¶ Secundò. Adoptio, per quā quispiā in filiū assumit, naturali gnationi debet assimilari, in cuius vtiq; defectum instituta est: ergo nulli debent iure adoptādi excludi: excludunt autē & defectū generādi, vt eunuchi, & defectu sexus, vt fœminæ, & defectu ætatis, vt minores viginti quinq; annis: ergo adoptio nō est res legitima, atq; adeò nec eius definitio. ¶ In cōtrariū est ius ciuile Inst. & ff. de adoptio. quibus eiusmodi adoptio constituta legitur.

Partis negatiuæ argumentū primum.

Secundū argumentū.

Pars affirmatiua.

¶ Optare idem est in præsentia quod eligere: vnde adoptare idē est, quod adsciscere, vtdum quis alium per electionē ad se adiūgit. sed vsu iuris vsurpat⁹ pro eo, quod est quempiam in filiū vel filiam assumere, vt q̄ natura non suppetit, electio suppleat. Vnde filius adoptiuus naturali opponit: vnus enim per naturā gignitur, sed alter per gratiā substituitur. Tanta em̄ est à natura mortalibus insita cupido suam perpetuādi successionē & sobolem, vt fuerit iure gentiū introductū, vt qui naturalib⁹ filijs orbati sunt, defectui illi per aliorum adoptionē mederētur. ¶ Quam ob rem inde amplius charitas erga nos Dei commendatur, q̄ cùm filiū haberet naturalē sibi coæternum, cui per naturam cum sua substātia cuncta bona cōmunicauerat, nos etiā per gratiam in filios adoptauit, hæredes quidem eius, cohæredes autem eiusdem eius filij, vt ait ad Roma. Pau. Vnde ad Ephes. 1. Benedictus, inquit, Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui elegit nos ante mundi constitutionē, & prædestinauit nos in adoptionē filiorum per Iesum Christum &c. Atqui & Christus ipse adeò nobis nō inuidit, vt quod per naturā ipse erat, nos quoq; per gratiam nominaremur & essemus, vt quo hoc nobis beneficiū præstaret, & nostram carnē assumpserit, & suam insumpserit vitam. ¶ De adoptione ergo, qua ratione ad hæreditatis successionē attinet, iure ciuili constituta est, sed qua parte matrimoniū impedit, ecclesiæ autoritate & decreto vim illā obtinuit. Duabus ergo cōclusionibus ad quæstionē respondet. Prima. Illa definitio in capite proposita est optima. Etenim adoptio iuridica actione fit, & respectū habitudinemq; dicit. Iuriscōsulti ergo eam describūt ratione actionis, qua fit, dicentes, q̄ adoptio est legitimus actus, per quē fit quis filius, qui nō est, aut nepos penè naturā imitans. Et quo finis eius exprimat, dicunt alij, q̄ sit legalis actio ad solatiū eorū, qui liberos non habēt. Inst. de adoptio. in gl. Et pari ratione theologi aiunt, q̄ adoptio est extraneæ personæ in filiū vel nepotē vel deinceps legitima assumptio. Atque omnes in idē recidūt. Nam adoptare & adoptio actio legalis est. Nisi q̄ hæc theologa causas oēs significātiùs exponit. Etenim quia ars naturā imitatur, eiusq; defectū supplet: & ius est ars æqui & boni, excogitauerūt iuris cōditores, vt quemadmodū per naturalē generationē quispiā producit, ita vbi natura deficeret: scilicet, filios nō produceret, posset quispiā per suam voluntatē & spontaneā electionē quēpiam extraneū instar naturalis in filiū assumere, quo defectū illum supplens solacium acciperet. ¶ Vnde sicut in gnatione naturali duplex est termin⁹: scilicet, à quo, & ad quē, quiquidē sunt formæ contrariæ, vt ex nō homine fiat homo, & ex non albo album, ita per adoptionem legalem fit ex non filio filius, & ex non nepote nepos. Quapropter in prædicta definitione verbum illud, assumptio, locum generis obtinet: sed cùm dicitur, legitima, distinguitur à naturali: nam sicut per naturam, ita & per legem suscipitur & assumitur filius. Sed vbi additur, extraneæ personæ, explicatur terminus à quo: & cùm subditur, in filium vel nepotem, concluditur terminus ad quem. Hæc omnia colligun tur ex Instit. de adoptio. & ff. eodem titulo. Verbo autē, extraneæ, non excluditur, quin

Adoptio.

Definitio theologorum.

Ratio.

Solu.

Assumptio.

Extraneæ personæ.

posit etiam adoptari consanguineus, vt habetur Inst. de adoptio. §. sed hodie. Et vt legitur Hester. 2. Mardochæ⁹ adoptauit Hester, quæ erat filia fratris sui. Sed extraneus intelligitur ille, qui non erat sub potestate adoptātis, & per adoptionē manet sub eius potestate. Ex quo fit, q̄ adoptio, non est idem quod filiatio legalis, sed habent se sicut generatio & consanguinitas. Etenim sicut cōsanguinitas est relatio & habitudo inter personas aliquas ex generatione resultans, ita & filiatio legalis est habitudo filij ad patrem ex legali adoptione pullulans. ¶ Ad maiorē aūt explicationem subnectitur secunda conclusio. Adoptio generalis duplex est: scilicet, imperfecta & perfecta. l. Generalis. ff. eod. tit. & Instit. §. Adoptio. Eiusmodi aūt adoptiones quatuor quinquēue modis, qui ex eadem lege colliguntur, differunt. Primò in nomine: nam imperfecta dicit simplex adoptio: perfecta verò dicitur adrogatio. Secundò differunt effectu: nam per simplicem adoptionē filius non transit omnino in potestatē adoptantis, neq; habet necessariò legitimam in bonis adoptantis, neq; pater tenetur ei quotam asis legare: succedit aūt ab intestato. Adrogatus verò transit in potestatem adrogantis, sicut fili⁹ est in potestate patris, fortiturq; subinde necessario legitimam, saltem quartam partem, à qua non potest testator eū excludere, præterēq̄ q̄ etiam succedit ab intestato. Tertiò differunt, quia adoptari etiam simpliciter pōt ille qui non est sui iuris: putà ille, qui est sub potestate patris naturalis: adrogari verò nequit nisi ille, qui sit sui iuris: nempe, emāncipatus à patre, sitq; liber homo, alioqui non posset in potestatē adrogantis trāsire. Vnde Inst. eod. tit. §. Apud Catonem, habetur, q̄ si quis filium suū alteri adoptat, eadem ratiōe libertate donat. Quartò differūt in forma, nā ad adoptandū simpliciter non sunt verba expressa iure cōstituta, sed ad adrogandum requiritur, vt qui adrogādus est interroget, an velit esse adrogantis filius aut nepos. Atq; inde vt ait lex, deriuatum est nomen, vt dicat adrogatio. Tametsi adrogare profectò in præsentia non est nisi ad se aduocare & assumere & ad se applicare. Quintò deniq; differunt, quia adoptatio fieri potest sola autoritate magistratus, adrogare verò non nisi imperio principis. Atq; ex his composita sunt carmina. Adrogo qui suus est, & habet meus esse necesse: id est, adrogo eum, qui sui iuris est, & debet fieri meus: hoc est, sub mea potestate. Patris adopto suum, nec patris desinit esse: hoc est, possum adoptare eum, qui non est sui iuris, sed patris, nec per adoptionem desinit esse suus. Est hæres primus firmanteq; principe firmus. Atqui discrimen hoc adoptionis & adrogationis exprimitur, Inst. eod. tit. §. Sed hodie. q̄ si pater naturalis filiū extraneæ personæ in adoptionem dederit, non propterea eum à sua potestate emancipat: quare nec transit in potestatem alterius. Si verò eum in adoptionem tradat socero suo: scilicet, auo eiusdem filij, aut alteri sanguine propinquo, tūc quia iura naturalis & legalis cognationis concurrunt, potest ille transire in potestatē illius, cui in adoptionem datur. Hæc autē & similia ad professionem ciuilis iuris attinent.

Adoptiet filiatio legalis habēt se sicut generatio & consanguinitas.

Secunda cōclusio. Adoptio duplex.

Prima differentia.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Vesicali.

Alia differentia.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, priorem præmissam habere verū solùm de adrogato: posteriorem verò in simplici adoptato. ¶ Ad secundum respondetur, quòd cùm adoptio ordinetur tum ad supplēdum filiorū defectum, tum & ad hæreditatis successionem, fit, vt illi tantùm possint adoptare, qui per naturam gignere possunt, vel saltem coire, dum tamen de suis bonis disponere valeant. Vnde lex. ff. eod. tit. Adoptio, inquit, in his personis locum habet, in quibus etiam natura potest habere. Atq; adeò Inst. eod. tit. §. sed illud. Castrati omnino excludūtur ne adoptare possint: quoniam neq; generare neq; coire valent. Et non oportet, vt quibus natura suffragata non est, ius patrocinetur. Spadones verò non excludūtur, quo nomine illi designantur qui obstrictos habent testiculos, qui scilicet quamuis coire possint, & matrimoniū consummare, non tū gignere. Quapropter frigidi adoptare non pnt, sed bene illi, qui steriles sunt. Imò in supplementū sterilitatis adoptio filiorū substituta est. Atq; eadē ratione fœminæ, vt illic habetur. §. Fœminæ. quia nec naturales liberos in sua potestate habent. Tametsi beneficio principis pnt illo solacio frui, vt adoptare permittantur. Similiter & minores viginti quinque annis, quia illuc vsq; sua bona administrare non possunt, adoptare quoq; prohibentur. Neque minor natu potest maiorem adrogare, vt habetur illic. §. Minorem: qm̄ ratio non fert, vt maior sit sub potestate minoris, tanq̄ fili⁹ sub patre. ¶ Quòd si rursus arguas. In hac cognatione legali nō sunt gradus, nec plus distat in hac cognatione nepos ab auo, q̄ filius à patre. Respondet, q̄ quia contingit & filios

Solutio primi argum.

Solutio secūdi argumē.

Castrati.

Spadones.

Frigidi.

Fœminæ.

Minores 25. annis.

Obiectio.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& filios quis amittere & nepotes & pronepotes, indulsit lex vt tam in nepotem possit quis sibi quempiã q̃ in filiũ adoptare. Quan q̃ possit & ille in nepotẽ aliquẽ sibi adoptare qui filio caret. §. licet. Inst. eod. Itaq; adoptare in nepotem est, sic recipere ac si esset filius proprij filij. l. Adoptiones. ff. eodem titu. siue filium habeat, siue filijs careat.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm legalis cognatio matrimonium impediat.

QVæritur ergo subinde vtrùm eiusmodi cognatio legalis impedimentũ sit matrimonij. Et arguitur à parte negatiua. Adoptio nihil aliud est, vt proximè dicebamus, q̃ assumptio alicuius in propriã potestatẽ: scilicet, ad eum nutriendũ & educandũ: sed tñ necessitudo hæc nullum videt impedimentũ afferre matrimonio, alioqui prælatus contraheret cognationem cum suis subditis, quæ matrimoniũ impediret, & pater familias cum omnibus suæ domus, & nutrices & pædagogi cum suis clientulis, quod est falsum. ¶Secundò. Adoptio legalis iure ciuili & gentium introducta est: sed ius ciuile sine autoritate ecclesiæ non põt impedimentum matrimonio obijcere: ergo talis cognatio nõ est impedimentũ. ¶Tertiò. Si eiusmodi cognatio matrimoniũ impediret, descẽderet per suos gradus, sicut dictũ est de cognatione carnali, aut transmitteretur ad coniunctas personas, sicut dictũ est de spirituali: sed neutrũ istorũ huic cognatiõi accidere videt: quia neq; inter adoptatũ & neptẽ adoptãtis neq; inter adoptantẽ & matrẽ naturalẽ adoptati vllũ interpositũ est impedimentũ. ¶In contrariũ est decretũ Nicolai ca. vnico de cognat. legali, vbi tale impedimentũ cõstituit. ¶Ad quæstionẽ quatuor cõclusionibus rñdetur. Prima. Cognatio legalis, quæ ex adoptione resultat, impedimentũ est matrimonij. Probatur. Omnis cognatio impedimentũ est matrimonij: sed cognatio legalis est cognatio quẽdã instar naturalis instituta: ergo debet esse impedimentũ, non quidẽ naturale, postq̃ ipsa non est naturalis, sed ex ecclesię instituto, sicuti de cognatione spũali dictum est. Et secundò eadẽ conclusio probatur. Rationes, quibus supra probatũ est, cognationẽ carnalẽ esse impedimẽtum matrimonij, suo modo & de hac cognatione legali militant: nã postq̃ adoptio ad cõcilianda amicitiæ iura sufficiens est vinculũ, condecens fuit, vt ad eadem iura propagãda inter tales cognatos nuptiæ prohiberent. Item quia eiusmodi cognati eadẽ domo perpetuò tanq̃ patres filij & fratres cõmorant: ergo si inter illos matrimonia permitterent, occasio offerretur, vt inter se mutuò amore conflagrarent, vnde periculũ iniquæ libidinis crearetur. ¶Secunda cõclusio. Triplex est legalis cognatio, prima quasi ascendentiũ & descendentiũ, quæ contrahitur inter patrem adoptantẽ & filiũ & filiam adoptatos, & filium eiusdẽ filij, & nepotem eius, & deinceps vsq; in quartũ gradum. Secunda inter filium adoptatũ & filiũ naturalem eiusdẽ adoptantis. Tertia verò per modum cuiusdã affinitatis resultat inter patrẽ adoptantẽ, & vxorẽ filij adoptati, & è cõuerso inter filiũ adoptatum & vxorẽ patris adoptantis. ¶Tertia conclusio. Prima & tertia cognatio perpetuum impedimentũ sunt matrimonij: quia eiusmodi cognationes postq̃ cõtractæ sunt dissolui non pũt. ¶Quarta cõclusio. Secunda cognatio est impedimẽtum matrimonij non perpetuum, sed quandiu filius adoptantis sub potestate patris perstiterit: vnde vel eodẽ patre mortuo, vel filio emãcipato põt inter eundem filium naturalẽ & filiam adoptatam matrimonium constare. ¶Hæc aũt omnia quia iure & vsu ecclesiastico cõstituta sunt, non nisi humanis legibus, quæ, vt dictũ est, à naturalibus honestatẽ ducũt, probari pũt. Prima ergo & tertia cognatio in iure Põtificio non sunt planè, tanq̃ impedimentũ mrimonij expressæ, sed sunt Institude nuptijs. §. ergo. vbi habetur, ꝙ quę per adoptionẽ filia vel neptis est, non potest per matrimoniũ adoptãti adiungi, Et. l. Adoptiuus. ff. de ritu nuptiarum, habetur, ꝙ nec põt adoptans cum vxore adoptati: quia est incut eius nurus, neq; adoptatus cum vxore adoptantis, quia est velut nouerca eius. Vbi & perpetuitas huius impedimenti sic exprimitur, vt quanuis filius ille adoptatus emancipetur, perpetuò impedimẽtum duret. Has igitur duas cognationis species ecclesia tanquam notissima impedimẽta more & vsu suscepit. Et ratio huius perpetui impedimenti est reuerentia, quam filius & filia, qui adoptant, debent adoptanti seu patri seu matri. Attamen de secunda cognatiõe inter fratres, quia illic minor ratio apparebat matrimoniũ vetãdi, ius Pontificum legem expressit, vt Nicolaus Papa can. Ita diligere. 30. q. 3. sed expressiùs cap. vnico. de cognatio. legali. Et Paschalis can. Per adoptionẽ. ead. cau. & q. qui ad literam extat vt lex. ff. de ritu nuptiarũ. Illic enim habetur, ꝙ per adoptionẽ quæsita fraternitas eo vsq; prohibet nuptias donec manet adoptio, atq; adeò non est perpetua. ¶Vnica hic tamẽ superest dubitatio soluenda, vtrùm hæc legalis cognatio sit impedimentum non solùm impediens cõtrahendum, verùm & dirimens contractum. Ioãnes And. & Speculator tenent duntaxat impedire contrahendum, non tñ dirimere contractum. Et poterant non absq; probabilitatis colore moueri, eo ꝙ non tantùm hæc cognatio referre videtur, vt si post illam matrimonium contrahatur, sit dirimendũ. Attamen quãuis fortasse iam nunc ecclesia nihil aliud q̃ operę precium faceret si id decerneret, potissimùm quia hmõi cognatiõis per quã rarus iam vsus viget, nihilominus interim non est negandum quinetiam matrimonium dirimat, vt ait Syluester verb. Matrimo. 8. q. 8. quia ita tenet hic S. Tho. Ricardus & Theologiæ eandemq; propedum rationem afferũt, quæ de consanguinitate & affinitate militabat, eo quod illi patres & filij & fratres in eadem domo habitant. Idq; verbo Nicolai decerni videtur in dict. cap. vnico, quo ait, Quãdiu durat adoptio inter me & filiam à patre meo adoptatam, nuptię consistere non pũt. Nam certè non consistere, idem est, ꝙ dissoluendas esse. Et ita illic glossa tenet. Idq; videt confirmari ex verbis canonis, Ita diligere, bene perpẽsis. Quanuis tale impedimentũ dirimens fortasse non sit nisi in adoptione perfecta, quæ est adrogatio: nã non oportet hæc impedimenta dirimentia tam latè extẽdere. Præsertim ꝙ quãdo adoptio est imperfecta, non habitãt in eadem domo, nec tanta contingunt amicitia. Quando ergo dicitur in ti fratres nõ esse matrimoniũ perpetuum, sic sentito, ꝙ dum filius naturalis non emancipatur, si contrahat cum filio adoptato matrimoniũ dirimitur, sed si illo priùs emãcipato contrahat, matrimoniũ consistit. Et ideo si quis habens naturalem filium vult adoptare aliquam, quæ sibi sit nurus, debet emancipare filium. Et eadem ratione si vult adoptare aliquem, quem sibi esse generũ cupit, debet emancipare filiam, vt habet eod. can. Per adoptionẽ. ¶Si autẽ inuenirent eiusmodi cognati matrimoniũ contraxisse, & facillimus non pateret ad Maximum aditus, non oino negarẽ, quin ęps ordinarius posset dispẽsare.

Partiu negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

Rationes.

Ratio.

Dubium.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Prima tertiæ conclusionis.

Regula.

Confirmatur.

Obiectat.

¶Ad primũ igitur argumentũ negatur cõsequentia, qm̃ sacerdos parœcialis aut ęps docens aut prædicãs non dicitur pater nisi per metaphorã, neq; omnes subditi habitant cũ illo in eadem domo. ¶Secundũ verò per primam conclusionẽ solutum est. Nam etsi cognatio hæc iure gentium & ciuili sit introducta: quod tamen sit matrimonij impedimentum ecclesiastica autoritas facit.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

QVAESTIO TERtia, De secundis nuptijs.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm secundæ nuptiæ sint licitæ.

QVæstiuncula demum postrema, quæ nuptiarum tractatum concludit, est de secundis nuptijs. Quærit ergo primùm, an secundæ nuptiæ adeò sint licitę, vt sint etiam sacramentum. Et arguitur à parte negatiua. Primùm autoritate Chryso. super Matth. quę citatur. 31. q. 1. can. Hac rõne. Vbi ait, secũdas nuptias propter incontinẽtiam hoim esse permissas: nam secundũ veritatis rationẽ verè fornicatio sunt. ¶Secũdò. Si essent licitæ, essent verum sacramentũ: ꝙ autẽ secundæ nuptiæ non sint sacramentũ videt inde probari, ꝙ bigamia tollit significationem cõiunctionis vnius Chri cum vna ecclesia: item quia nõ adhibetur illic benedictio, saltẽ si mulier nupta fuerat. ¶In contrarium est verbũ Apostoli. 1. ad Timoth. 5. in viduarũ instructione, Volo, inquit, iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullã occasionem dare aduersario &c.

¶Ad quęstionem, cui duo sunt obiecta argumenta, duabus pariter conclusionibus respõdetur. Nouatiani enim & Cataphrygę Montani discipuli secundas nuptias condemnabant fornicarias appellantes; dicentes ob id Paulus eas permisisse, quod nondũ ad perfectũ lumẽ, vt Montanus, peruenerat, vt Aug. lib. 1. de hęresib. c. 26. & 86. & Hieronymus super epistolam ad Titum c. 1. & cõtra Iouinianum enarrãt. Cuius quidẽ hæresis Tertullianus fautor fuit & patronus: qua de re librũ de monogamia hæreticum scripsit: vbi non quidem Paulum condemnauit, sed dixit, secundas

Decisio artículi.

Partiu negatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Universidad de Deusto Biblioteca

Prima conclusio.

cundas nuptias tanquàm minus malum permisisse. ¶Cõtra hos autem hæreticos statuit prima conclusio. Secundæ nuptiæ sunt licitæ. Probatur ex illo Pauli ad Roma. 7. Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Et subdit. Igitur viuẽte viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si aũt mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Eademque verba. 1. Corinth. 7. repetit dicẽs. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est: cui autem vult nubat, tantùm in Domino. Re vera hæc verba non sunt permittentis tanquam minus malum secundas nuptias, sed tanquam minus bonum. Quoniam nubere in Domino idem est, quod nubere secũdùm rationem & leges Domini, qui sacramentum instituit. ¶Sed adducebat Tertullianus & aliam eiusdem Apostoli autoritatẽ eodem loco paulo priorem. Dico autem nõ nuptis & viduis, bonum est illis si sic permãserint, sicut & ego, quòd si non cõtinent, nubant: melius est enim nubere quàm vri: vbi cùm nubere conferatur cum malo, quod est vrere, videtur non permitti nisi tanquam minus malum. At verò si hæc argutia vllius esset vigoris, idem & de virginibus cõcluderet dum primò nubunt: nam simul componit illic Paulus non nuptas (idest, quæ nunquã nupserunt) & viduas, vtrisque consulens vt non nubant: quare primæ nuptiæ condemnarentur tanquam minus malæ. Est ergo illa comparatio impropria (vt dicunt) qua minus bonum dicitur melius quàm malũ. ¶Et loco superiùs citato ait, Volo iuniores viduas nubere, vt nullam occasionem dent aduersario: vbi manifestè tãquam bonum permittit, tum quia ait, Volo, tum quia subdit causam, ne dent occasionem aduersario: hoc est, vt peccatum caueant: quod certè non fieret si secundæ nuptię delictũ essent. ¶Sed accedit ratio plana ex fine matrimonij: nã contingere potest, vt primum matrimoniũ fuerit sterile, quare honestum tunc est aliud inire ad procreandos liberos. Et quanuis prius fuerit fructuosum, plures liberos procreare, non est nisi bonum matrimonij. Præterea quia matrimonium etiam institutum est in remedium: quapropter eis etiam viduis, quę steriles sunt, commodum est & honestum, imò nonnunquam cõsilium ad secundas cõmigrare nuptias: quod qui denegant in eorum propendent hæresim, quos Apostolus 1. ad Timoth. 4. redarguit prohibentes nubere. De hac re Augu. lib. de bono viduitatis & libr. 2. contra aduersarium legis: & super primã epistolam ad Corinth. ca. 7. & Hiero. ad Pammachium. 31. quæstio. 1. can. Aperiant, & can. Deus masculum & can. Quod si dormierit. ¶Chrysostomus autem loco citato noluit simpliciter secundas nuptias fornicationem appellare, sed causam illarum in nonnullis reprehendit: nam sine vlla causã secundas ac tertias nuptias cumulare videtur non tam honestum finem habere, q̃ ob nimium libidinis ardorem fieri, quem Chrysosto. per hyperbolem fornicationem appellauit. Ad idque alludit Ambrosius super eundem locum. 1. Corint. 7. vbi ait quod primæ nuptiæ secundum Deum sunt institutæ, secundæ verò sunt permissæ vult enim quod cum primis parentibus institutæ fuerint nuptiæ tantum illic primæ fuerunt designatæ, vbi virgines copulanẽ, sed nihilominꝰ & secũdæ tanq̃ minus bonę sunt permissæ. ¶Secunda cõclusio. Secundæ nuptiæ sunt verum sacramentum: nam quantum ad rei substantiam coniunctionem Christi cum ecclesia significat propter vinculi perpetuitatem, quod perinde in illis atque in primis exurgit cum sit verum matrimonium. Item quia illic quicquid est de essentia matrimonij reperitur. Quapropter per tale sacramẽtum confertur gratia, quod vtique negare, error esset. ¶Respondetur ergo ad secundum argumentum: quod quanuis bigami non omnino significent coniunctionem vnius Christi cum vna ecclesia: illa tamen significatio vnius cũ vna non est de essentia sacramenti. Sed solùm est, vt significet coniunctionem: & accidentarium est quod significet vnitatẽ. ¶Quam ob rem bigami non arcentur à secundis & tertijs nuptijs: sed à sacris ordinibus, in quibus vtraq; significatio ecclesiastico statuto requiritur. Et huc fortè illud pertinet verbũ Cæsariensis concilij can. De his, vbi prohibetur presbyter secundis nuptijs interesse, maximè cùm præcipiatur secundis nuptijs pœnitentiam tribuere. Illic enim non simpliciter damnantur secũdæ nuptiæ: sed vitio quodammodo datur frequenter vxores ducere & sæpius nubere: quia illud est nimiæ incontinentiæ indicium, & nonnunquam signum quod vir cupidine alterius vxoris insidietur suæ. Hactenus de matrimonio, atq; adeò de septem ecclesiæ sacramentis.

Tertullianus.

Ratio cõclusionis.

Secunda cõclusio.

Solutio ad 1. argu.

DISTIN-

DISTINCTIO Quadragesima tertia.

De Resurrectione carnis.

Textus. Capit. j.

SAcramentorũ meditatio iam expedita in alterã nos supremam mittit de carnis resurrectione, ad quam eorundem sacramentorum munere præparamur. Cũ enim summus opifex noster, non tantùm nobis anima ad eius imaginem immortali, cui eius sempiternam fœlicitatẽ impertiret, donauerit: verũ & corpus cuius mẽbra in eius obsequiũ exhiberemus adiunxerit: congruẽtissimum eius benignitati fuit, vt eadem nobis restitueret corpora, in quibus ante eius tribunal sisteremur, vt referret vnusquisque, quemadmodum ait Apostolus, propria corporis prout gessit. Adde, quod cùm Protoplastum hominẽ eatenus propter originalem iustitiã immortalẽ condiderit, vt potuisset nõ mori, ad Christi iustitiam spectabat, vt quod beneficium per Adam perdidimus, per ipsum in altero seculo cumulatius recuperaremus. Vnde Apost. Christus (inquit) surrexit à mortuis primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominẽ mors: & per hominem resurrectio mortuorũ: Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Et ad Thessalonicẽ. Nolumus vos ignorare fratres de dormiẽtibus, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credidimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus, eos qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo. ¶Est ergo nostræ resurrectiõis author, Deus quidem, sed & per eius virtutẽ Christus dominus, cui datum est iudicium facere. Eius itaq̃ resurrectio, quia caput nostrũ est, nostræ perinde existit exemplar, cuius instar debemus vtiq̃ reuiuiscere, iuxta verbũ Pauli ad Philippẽ. 3. Saluatorem expectamus dominũ nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Descẽdet autem Dominus de cœlo, vt ad Thessalo. ait Apost. in iussu & in voce Archãgeli & in tuba Dei, quinuerò Christus ipse Matth. 24. Mittet, inquit, Angelos suos cum tuba & voce magna. At quãuis hęc nostra resurrectio, non sit vtiq̃ naturalis, sed super naturã diuinitus celebranda: nihilominus natura nobis, nec pauca exhibuit, neceverò obscura eius documenta, quę Gregorius. 24. moralium, atq̃ alij sancti patres adnotarunt: lux enim quotidie quasi moriendo oculis subtrahitur, & rursus quasi resurgendo reuocatur, & arbusta viriditatem amittũt, & rursus quasi resurgendo reparantur, & semina putres-

Cap. ij.

1. Thesa. 4.

Gregorius.

Universidad de Deusto Biblioteca

putrescendo moriũtur, & rursum germinando resurgunt, Quo alludẽs Apostolus. Corpus, inquit, nostrum seminatur in corruptione, surgit in incorruptione, &c.

Cap. iij. ¶Fuit autem congruentissimum maximè tum naturali rerum ordini, tum & nostræ ipsi resurrectioni, qua in vitam sempiternam instaurãdi sumus, vt in suprema mũdi die hoc celebraretur mysteriũ, quando cum cœlorũ orbibus generationis series ac perinde lubrica hæc & caduca vita cessabit, alteraq; sempiterna sola permanebit.

Iob.19. Vnde Iob scio quod Redemptor meus viuit & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & Matth.15. Messis inquit Christus: hoc est, operum fructus & merces cõsummatio seculi est. Fuit præterea & nobis operæpreciũ, vt diem illam Christus suam celasset familiam, vt in prima secunda & tertia vigilia: hoc est, quocunq; momẽto diem illũ instar furis timeremus, ac perinde attẽtis animis expectaremus,

Matth.24. atq; hic est sensus verbi Domini.

Marci.13. De die illa & hora nemo scit, neq; Angeli cœlorum nec filius hominis, sed solus pater, id est, nescit, vt

Vltimum. vlli pandat, Vnde Apostolis id sciscitantibus, respondit. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. In momento ergo & ictu oculi, vt ait Paul. mortui resurgent appetente aurora quæ nouissimã mundi noctem totumq; subinde tempus claudet.

¶Cæterum de illis quos dies illa Cap.iij. viuentes reperiet sciscitari inter Patres assolet, vtrùm morti occumbent, vt quasi per raptum protinus excitentur. Ansam verò dubitãdi obtulit varia illius loci lectio. Omnes quidem resurgemus, sed nõ omnes immutabimur. Quemquidem locũ, vt ad Minerium, & Alexand. Hieronymus, plericq; græcorum conuersim legunt: scilicet, Non omnes resurgemus (seu non omnes dormiemus) sed omnes immutabimur. At verò, vt illi sancti Patres autores sunt, nostra transflatio tum sacris oraculis & rationibus gratiùs arridet, tum & ecclesiæ plus placet. Quare vniuersos verisimillimum est morte casuros, vt generalem mortis sententiam, qua vniuersi filij Adæ ob eius præuaricationem complicati sumus, omnes persoluãt, iuxta verbum Pauli ad Hebræos. 9. Statutũ est hominibus semel mori. Quoeirca. 1. ad Thessalonicenses. 4. vbi ait, Mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus rapiemur obuiam Christo in aera, non negat viuos passuros mortem, sed affirmat non prius viuos rapiẽdos Christo obuiã quàm vniuersi resurgant.

¶Quinuerò quando alia de causa Cap. v. mors illos non eriperet: profectò ignis qui iudicem est antecessurus eos

eos quos viuos occupauerit nõ solùm absumet: verum in cineres & puluerem prorsus resoluet, vt in vniuersum illa expleatur generalis sententia, terra es, & in terram ibis. Genesis.3.

DISTINCTIONIS quadragesimæ tertiæ. Quæstio prima, De resurrectione carnis, & eius causis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm animam esse immortalem ratione sit naturali cognitum.

Partes operis.

IN duas principes partes præsentem librum in prima eius frõte partitisumus: quarũ priorem tractatio septẽ sacramentorum sibi vendicauit, eamq; pro capitu nostro hucusq; disputando diduximus, & tandẽ fauente Deo expediuimus. Posterior ergo, quã iam hinc eodem autore auspicamur, in tractatu de postrema carnis resurrectione, deq; diuersa resurgentium sorte versatur. Etenim cùm sacramenta, instrumẽta salutis nostræ sint, ac subinde via, qua sempiternam beatitudinẽ adimus: manca eorum consideratio maneret, nisi cõtemplatio finis ipsorum & termini: nempe, conditionis resurgentium, Quartum hunc sententiarum librum cõcluderet. Hactenus ergo in re morali versati sumus, & plurimùm in sacrorum canonum expositione: quę verò à modò sequitur disputatio specularia est, & in visceribus Philosophiæ ac Theologiæ magis recondita. Est autem meditatio, quæ non minus voluptatis affert, q̃ fructus: nam mortuorum resurrectio, Christianorum fiducia est. In qua ergo contemplanda, & pro mortalium captu intelligenda labor insumitur, quo animus tum recreatur, tum inescatur, vt ad rem ipsam in præsentia contuendam auidiùs anhelet. Constitui ergo pro exilitate ingenij mei, si modò vires altissimus suppeditauerit, in præsentẽ speculationem intentioribus neruis incumbere: nempe, vt hęc particula minus indigna habeatur, quæ sit postremus comœdiæ nostræ actus. Vereor nanq; (quod meus mihi præsagit animus) ne hæc, mearum sit lucubrationũ futura postrema. Vtinam nos ergo hinc autor ipse resurrectionis Christus eô transuehat, vbi quæ hic per somnolentiam in ænigmate balbutimus, per suam illic misericordiam expergefacti in suo lumine videamus. Tractatus ergo præsens qui per octo distinctiones est proferendus tripertitus est. In primis enim tribus de resurrectionis veritate & modo deq; animarũ receptaculis & quæ pro illis offeruntur suffragijs disputabitur, & in tribus subsequentibus de finali iudicio. Nam duæ postremæ in explicãda tum fœlici agnorum beatitudine, tum & hædorum miserando supplicio versabũtur.

¶Ad rem igitur vt descendamus, quãuis intelligam exordium huius disputationis à resurrectione corporum sumendum fore, non tamen ante lineã rem auspicari mihi videor, si vnum verbum de animæ immortalitate hic præmiserimus: quoniam cùm homo ex duabus partibus constet, anima & corpore, nisi animam esse immortalẽ supponamus, vana est de corporum resurrectione disputatio. Nequeverò quærimus, vtrùm anima sit corruptibilis, quãuis sub hoc titulo S. Tho. 1. par. q. 75. art. 6. rem disputauerit, sed vtrùm hoc, quod ortodoxa fides de aĩæ immortalitate docet, ratione etiã naturali comprobetur. Nam etsi Christianæ religionis professoribus fides ipsa sufficiat, munus tamẽ Theologi est, vt ait Apostolus Petrus, rationẽ reddere eius, quæ in nobis est spei, vt ethnicis quoq; & infidelibus respondeamus. Præsertim q̃ cùm naturale lumen, vt ait Dauid, lumen sit vultus Dei, catholicos etiam delectare debet ea, quæ firma fide tenẽt, rationibus naturæ, quę fidei ancilla est, elucidare. Adde q̃ & inter Christianos non desunt, quibus hæretica super Aristotelem commenta non satis displiceant. ¶Arguitur ergo, q̃ anima sit mortalis. Primum ex illo Ecclesiastes, 3. Vnus est interitus hominis & iumentorũ, & æquã vtriusq; cõditio: cùm ergo brutorum animæ sint corruptibiles, sit vt sit etiam nostra mortalis. ¶Secundò arguitur ex illo Sapient. 2. Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam si non fuerimus. Cum ergo non solum secundum corpus, verùm & se-

Primus articulus.

Quæstio ponitur.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundũ aĩam ſimus ex nihilo conditi, fit vt ſe cundũ illam ſimus etiã in nihilũ redigendi.

Tertium argumentũ. ¶ Tertiò arguit ex Ariſtotele in prologo de anima.tex.12. Naturã animę ex propria eius operatione, quæ eſt intelligere, venari decet: vnde ſi intelligere non pōt eſſe ſine phãtaſmate, vt illic ait Philoſoph⁹, quod eſt res corporea, ſit vt neq; intellect⁹ atq; adeò nec aĩa ſine corpore eſſe poſſit: intelligere autẽ non eſt ſine phãtaſmate: qm̃ neceſſe eſt intelligentem phãtaſmata ſpeculari. 3. de aĩa textu. 39. ergo anima nequit eſſe ſine corpore.

Pars affirmatiua. ¶ In contrarium eſt, quòd anima eſt ſubſtantia intellectualis, vt Dionyſius. 4. de diuinis nominibus autor eſt, atq; adeò habet ſubſtantialem vitam inconſumptibilẽ, veluti angeli.

Deciſio articuli. ¶ In hac quæſtione ſuppoſita fide catholica de animæ immortalitate, rōnes nonnullas à natura petitas eidẽ veritati ſubnectere cōſtituim⁹. Sed quia inter Ariſtotelis interpretes nō ſolùm quid rei veritas habeat, verũ quid Ariſtoteles hac de re ſenſerit, diſputat: & nōnulli adeò ſunt Ariſtotelis amãtes, vt ,ppter eius, quã opinant autoritatẽ, nutantes ſint: & quãdoq; in errorẽ impingãt, hoc etiã obiter attingemus. ¶ Tres ergo cōcluſiones articulus preſens requirit. Prima. Animã eſſe immortalẽ firmiſsima, eadẽq; certiſsima cōfeſſio eſt chriſtianæ fidei, qua ſublata tota ſpes noſtra corruit. Hanc em̃ ſacram veritatẽ ab ipſo ſtatim capite ſacrorũ nos biblia edocẽt.

Rō prima. Fecit em̃ Deus hoiem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam, vt Gen. 1. legimus: imago aũt & ſimilitudo Dei in trinitate potentiarũ cōſiſtit, memoriæ ſcilicet, intellectus & volũtatis, quibus in hoc præditi ſumus, vt eius diuinitate perpetuò frueremur: non em̃ nos alio fine & ,ppoſito Deus creauit, q̃ vt ſuam deitatẽ ad ſuã ipſius gloriã protẽderet & amplificaret eandẽq; perinde nobis diuinitatẽ in ſempi-

Rō ſecũda. terna fœlicitate cōicaret. Quapropter q mũdum à Deo conditum confitenſ, diffiteri ne queũt quominus Deũ credant ,ppter hoiem eũ fabricaſſe, hoiemq; propter ſe ipſum: nẽpe, vt per hæc viſibilia inuiſibilia eius intellecta cōſpiceret, & cōſpiciendo amaret: quod re vera nequiret, niſi anima eius immortalis eſſet, qua poſſet tandẽ eius cōſpectu perfrui. Ea ,ppter cùm reliqua aĩalia terra in animã

Geneſis. 1. viuentẽ ,pduxerit, iuxta illud, Producat terra aĩam viuentẽ: & corp⁹ hoĩs de terra Deus plaſmauerit, de anima legiſ, q̃ inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitę: quaſi anima nō eſſet digna, ceu quæ formarũ corruptibiliũ ,pducereť, ſed ſingulari mō crearet dimino. Quã ob rem Eccles vlt. ſcriptũ eſt, Reuertatur puluis in terrã ſuam vnde erat, & ſpũs redeat ad eum, qui dedit illũ. Et pſal. 145. Exibit ſpint⁹ eius & reuertetur in terrã ſuam: nẽpe, in cœlũ, qd̃ eius eſt patria. ¶ Secũdò. Tota hiſtoria veteris teſtamẽti palam aĩorum immortalitatẽ certiſsima fide prędicat. Quorſum enim tanta ratio, quantã Deus illorũ mortaliũ habuit, niſi hoĩes cũ ipſo eſſent perpetuò victuri? Quorſum, inquã, ejectio Adę de paradiſo inundatioq; diluuij, qua tam acriter mundi crimina vltus eſt Deus? Quorſum Abrahęſe paratio à Babylonica iniquitate, & eius circũciſio, & angelorũ ad eũ miſsio, & tam immenſa bñficia Iſraelitico populo impẽſa, & tantus legũ latarũ ordo, & ſacrificiorũ inſtitutio, niſi per hæc gentẽ illam ad fructũ capeſſendũ ſupracœleſtis fœlicitatis erudiret, & inſtituẽdo perduceret? Et ſuper oĩa quorſum Meſsiæ promiſsio ad benedicendas oẽs gentes, cuius aduentũ tanto cũ deſiderio illi præſtolabãtur mortales, qui eos redimeret? Quare moriẽtes in infernũ deſcendere fatebanť, vbi aduentũ eius expectabãt? Nimirũ poſtulãtes vt cœli de ſuper rorantes juſtum pluerent, & aperta terra germinaret ſaluatorẽ, qui eos æterna fœlicitate donaret. Eſa. 45. Vnde Dauid pſal. 15. Non derelinques aĩam meã in inferno, nec dabis ſanctũ tuum videre corruptionem. Et Tobiæ. 12. Miſericordia eſt, quę fecit inuenire vitã eternã. Et Eccl. 1. 4. Qui elucidant me vitam ætẽnã habebunt. ¶ Sed vt vetera illa mittamus, inde inenarrabilia ſuppliciorũ genera demerentur qui de animæ immortalitate vllo pacto ambigunt, quòd ineffabile bñficiũ humanitatis & mortis Chriſti nō agnoſcũt. Quæ cũ cauſa eũ de cœlo potuit ad nos deducere, relĩctis ibidem nonaginta nouẽ ouibus, innumeris ſcilicet angelorũ turmis, niſi vt centeſimã: nempe, humanũ genus redemptũ illuc deportaret, quod eorũ, qui ceciderãt angelorũ ruinas impleret? Quocirca initiũ prædicationis ſuæ illud ſumpſit, vt oẽs pœnitentiã agerent, quia appropinquabat regnũ cœlorũ. Et aduerſus illos, qui aliam vitã igñorãtes apud Eſaiã. 22. dicebãt, Comedamus & bibamus: cras enim moriemur: quorũ quidã, vt ait. 1. Ethi. Philoſophus, in voluptatibus huius vitæ, atq; alij in diuitijs fœlicitatẽ collocabãt, & qui elegãtiores erãt, in honoribus: tres illas ſectas, in ea pite legis ſuæ condẽnans, ait, Beati p⁹ pere ſpiritu, qm̃ ipſorũ eſt regnum cœlorũ. Beati

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Deciſio articuli.

Prima conclusio.

Rō prima.

Rō ſecũda.

Genesis. 1.

Matth. 22.

mites, qm̃ ipſi poſſidebũt terrã. Beati qui lugent, qm̃ ipſi conſolabunť: ſcilicet, inter ſpiritus cœleſtes. Atq; adeò totã ſuam concionandi rationẽ ad vitã æternã retulit, quã mãdata ſeruantibus pollicitus eſt Matth. 16. Et rurſus, hæc eſt, inquit, vita æterna, vt cognoſcãt te ſolũ Deum verũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chrm̃. Et alios monebat, vt de mãmona iniquitatis amicos facerẽt, qui eos reciperent in æterna tabernacula, Matth. 17. Ac deinde alios Matth. 10. ne timerent eos, qui corpora pũt, non autẽ animas occidere: vbi docebat, q̃ nõ alia aĩam mors maneret, q̃ quę eſt in inferno. Demũ finale iudiciũ ob oculos repręſentãs alios mittit in vitã ęternã atq; alios in ſuppliciũ æternũ Matth. 25. Igiť veritas hæc immortalitatis aĩæ non ſolũ catholica fides eſt, verũ & articulus fidei: videlicet, nõ ob id dũtaxat fides orthodoxa eſt, q̃ ĩ cõci. Vienẽ ſi ſub Clemẽte, & in cõcil. 3. Lateranũ. ſub Leone ſeſsione. 8. definita eſt, verũ q̃ in ſacra pagina ſit creberrimẽ expreſſa & à Chrõ ipſo in euãgelio ,plata. Imò vſq; adeò eſt de fide, vt inter articulos, q̃ vniuerſis Chrianis ſunt creditu neceſſarij, ſit cõſultò relata. Sic enim ſymbolũ cõcludimus, Credo carnis reſurrectionẽ & vitã æternã. Quæ re vera abſq; aĩæ immortalitate obtineri nequit. ¶ Secũda cõcluſio. Animã eſſe immortalẽ lumine naturali, vbi nulla obducit caligine, notũ eſt. In primis Plato in Phædro de pulchro, aĩæ immortalitatem diſertè perſuaſit, imò ne ſingulos referamus, oẽs tam Hiſtorici, q̃ Poetæ, vt Virgilius, Ouidius & reliqui de cãpis Eliſeis longas texuerunt hiſtorias, vbi beatorũ aĩas ſpaciari fabulãtur. Et inde Ethnicorũ error emanauit, qui defunctos herõas in Deorum numerũ referebãt, moſq; ortus eſt defunctis parentãdi, inſtoſq; honores deferẽdi. Vnde antiqui animã à corpore ſeparatã Manem Deũ nũcupabãt. Sed hæc vulgatiſsima ſunt.

Matth. 16.

Matth. 17.

Matth. 10.

Matth. 25.

Articulus fidei.

Secũda cõcluſio.

Rō prima. ¶ Igitur quo ab ipſa aĩorum natura priores rõnes eruanť, hæc prima eſt. Anima eſt ſubſtãtia ſimplex: nẽpe, ſimplex forma ſubſtantialis, & per ſe ſubſiſtens: ergo nullatenus eſt corruptibilis, neq; aliter q̃ quẽadmodũ angelus, per ſolam annihilationẽ potẽs deficere. Probãť aſſumptũ. Quod em̃ ſit ſimplex forma: hoc eſt, non cõpoſita, eadẽq; ſubſtantia, nemo eſt Philoſophorũ, qui nõ planè fatea turť eſt quippe forma & actus corporis, quæ dat homini eſſe hoĩem. Nã priſci Philoſophi (vt Pythagoras & ſubinde Plato) qui aĩam nõ vt formã ineſſe corpori arbitrati ſunt, ſed vt motorẽ adeſſe, meritiſsimo ſunt ab ſcholis exploſi. Aduerſus quorũ errorẽ Ariſt. 2. de aĩa planè demõſtrauit, eſſe formã actũq; corporis: forma aũt, quæ dat eſſe ſubſtãtiale, nequit eſſe niſi ſubſtãtia. Itẽ ſi eſt forma, neceſſe eſt, vt ſit ſimplex: hoc enim oĩbus formis cõe eſt: cõpoſitũ nanq; nequit alteri adhęre tanq̃ forma: qm̃ ratio formæ eſt dare eſſe cõpoſito atque adeò eſſe actũ: actus verò debet eſſe à materia purus. Vnde Ariſt. 2. de anima tex. 4. Anima, inquit, eſt ſubſtantia ac perinde forma corporis naturalis. ¶ Quòd aũt ſit per ſe ſubſiſtẽs: hoc eſt, à corpore non dependẽs, vt brutorũ aĩæ, ex eius ,ppria operatiõe, quæ eſt intelligere, venamur. Nã cùm eſſe rei ſit ,ppter eius operationẽ, qualẽ modum operãdi in re cognoſcimus, talẽ habere modũ eſſendi colligim⁹. Habet aũt aĩa quaſdã operatiões, & paſsiones, vt ſentire, & alijs corporis paſsiõibus affici: ſcilicet, ira, delectatiõe &c. & has quidẽ palã eſt, nõ poſſe abſq; corpore exercere & pati: intelligere autẽ ac ſubinde amare per ſe abſq; corpore põt. Id quod Ariſt. 3. de aĩa tex. 4. & infra ſic peracutè probat. Anima intelligit vniuerſa corpora, vt notiſsimũ eſt: ergo nulli eſt corpori miſta. Eodẽ enim pacto ,pbat, viſum nullo eſſe colore affectũ, quia oẽs percipit colores. Em̃ uerò quẽadmodũ lingua amaro humore imbuta nõ valet alios ſapores guſtare, ita ſi oculus colore aliquo eſſet immiſtus, per illũ impediret, ne poſſet alios colores videre. Eadẽ ergo analogia ſi intellectus cum aliquo eſſet corpore cõmixtus, per illud impediretur, ne alia poſſet percipere corpora: cũ ergo oĩa intelligat, nullũ habet admixtũ. Si ergo ĩ ſe nõ eſt corporeus, per ſe põt abſq; corpore exiſtere. ¶ Quòd ſi arguas. Saltẽ indiget corporeo organo ad intelligendũ: nẽpe, phãtaſia: rũdetur, neq; tali organo quantũ eſt de ſe indigere: nã pari modo ſi in aliquo vitro rubeo aquã liquidã infundas, ipſa aqua apparet rubea, cuius vtiq; & ex radio ſolari per vitrinã traducto experimentũ ſumiť. Quapropter ſi ratione ſua tali corporeo organo indigeret, quo ſpecies reciperet, ſimiliter in aliorũ corporũ intellectione impediret. At verò per accidẽs: hoc eſt, quandiu aĩa eſt actus & forma corporis, non queunt materiales res intellectui tanq̃ obiectũ applicari ad intelligendũ, niſi per phãtaſmata: verũtamẽ neq; ipſa phãtaſmata intelligere valet, niſi ab ipſis virtus intellectus agẽtis abſtrahat ſpecies à corporeis cõditionibus denudatas & purificatas,

Ariſt.

Anima per ſe ſubſiſtit.

A ſimili.

obiectio.

Rō prima.

Anima organo corporeo non indiget.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus intellectus posibilis informatus notitiã intellectiuã producat. Et hoc est argũ, ꝙ quantũ sua fert natura, organo corporeo nõ indiget. Si ergo modus operandi intellectui ,ꝓprius à corpore non pendet, fit vt nec modus essendi animæ, cuius potẽtia ipse est, à corpore dependeat, sed natura sua per se subsistere posit, vt angelꝰ. ¶Ex his ergo planũ sumit argũ, vt ait D. Tho. 1p. q. 75. art. 6. non esse aiam corruptibilẽ. Rem enim quãlibet corrũpi bifariã contingit: scilicet, per se, & per accidens. Id aũt corrumpitur per accidens, quod nõ corrũpitur nisi ad corruptionem alterius: & per se quod corrumpit rõne sui: quemadmodũ equus corrumpit per se, sed sua forma substãtialis per accidẽs ad corruptionem equi. Quod aũt habet per se esse subsistens non põt corrũpi per accidens: nã cùm esse sit illud, quod per generationẽ acquiritur, & per corruptionem deperditur, fit vt nec genereꝯ ad generationẽ alterius, neq; ad corruptionẽ alterius corrumpat. Hæc ergo est differẽtia inter animã nostrã & brutorum aliorumq; corporũ formas: quod reliquæ, cũ educant de potẽtia materiç, nõ generantur, sed congenerant ad generationẽ suppositi, & pariter corrumpunt ad corruptionẽ illius: anima verò nãa non gignit ad generationẽ hoĩs, sed creatur, quia non educit de potentia materiæ, vt Arist. in lib. 2. de generatio. animaliũ cap. 3. autor est, vbi ait, mentẽ extrinsecus aduenire, & esse diuinã. De qua autoritate iterũ redibit sermo. Anima ergo quoties homo gignitur in embrione disposito diuinitus creatur & infundit. Hac ergo ratione non corrũpitur per accidens ad corruptionẽ hoĩs, sed eodem gñali concursu Dei, quo sustentat in corpore, sustentat separata. ¶Neq; vero est per se corruptibilis: rem enim corrũpi, est materiã à forma separi: eo ꝙ forma est per se actus, quæ adueniens materiæ dat esse cõposito: in forma aũt, quę simplex substantia est, non põt forma à materia separari, vt in angelo patet, quia nõ sunt res duę: imò forma ipsa per se habet vt sit actus, & ideo esse suũ non valet ab illa semouerì: nam quod rei per se cõuenit, non est ab ea separabile, vt esse rationale nõ est ab hoĩe amouibile: sit ergo vt anima, quẽadmodũ angelus, nõ sit per naturã corruptibilis, sed per solã annihilationẽ põt supranaturaliter esse desinere. ¶Imò q̃uis anima fingeret esse cõposita, nequiret corrũpi: gñationes enim & corruptiões non fiũt nisi per cõtraria, vt patet in calido & frigido: in anima verò nõ recipiunt cõtraria corruptiua, sed contrariorũ species spũales: ob id q̃, vt ait Aristoteles, contrariorũ eadem est sciẽtia, eãdem enim medicina & sanũ cognoscit & ægrũ: cùm ergo aia & angelus non habeãt in se contrarias qualitates, fit vt neq; illis cõtraria immineant agẽtia, quibus corrumpant, neq; materiã habeãt, quę sit in potẽtia ad alias formas: nã neq; cœlum talẽ materiã cõtinet. Atq; hinc alia sumit ratio. Omne enim corrũpens id quod corrũpit in se ipsum conuertit, vt ignis ex stupa generat ignẽ: ex angelo verò, & ex aia nihil aliud gigni põt: non ergo sunt per se corruptibiles. Sunt quidẽ rõnes istæ metaphysicæ, efficaces tã, atq; adeò solæ, quibus à priori animæ immortalitas colligit. ¶Sunt tã aliæ ab effectu collectæ, magis plausibiles, si earũ vim & energiam perpendamus. Intellectus enim natura quandã immaterialitatẽ & spiritualitatem palã præ se fert. Experimur enim neq; loco neq; tẽpore, quæ materiales sunt cõditiones, coerceri, sed subitò quæ quocunq; loco sunt & quocũq; tẽpore fuerint percipere: cogitat nanq; nũc subitò non solũ præsentia, sed præterita & futura, & quæ ab æterno fuẽre & quæ in æternũ futura sunt. Item & quæ hic existũt, & quæ vbiq; orbis, & quæ supra cœlũ eminent & quæ sub terra latent. Quin imò & à materialibus & à singularibus abstrahit vniuersalia, vt species rerũ & gña derepente speculetur, & rerũ naturas vsque ad earũ prima principia penetrẽt: quæ oĩa ,pfectò apertũ documẽtũ perhibent esse instar spirituũ cœlestiũ rem spũalẽ, atq; adeò sicut ipsi sunt, perpetuã. Idemq; & memoria, quæ fida apotheca tanti thesauri existit, similiter prædicat. ¶Quòd si voluntatis amplitudinẽ contẽplemur, idẽ profectò nos planè admonet. Primũ eius æquilibris libertatis facultas, quæ à nulla re necessitatẽ patit, sed quibuscunq; oblatis in particulari seu bonis seu malis sic est ab oĩbus exempta, vt possit alterutrũ, vt libuerit, eligere, ostẽdit à nullis rebus præterq̃ à Deo pendere, atque adeò esse ceu eius perpetuã imaginẽ. ¶Adde ꝙ vnaquęq; res sic esse appetit, vt esse sibi sit aptre naturã cõuenit: desideria aũt hoĩs pleraq; sunt perpetua: nemo enim est, si ingenio valeat, qui nõ anxiè cupiat in memorijs hominũ perpetuò permanere. Qua vtiq; rõne & parentes filijs thesaurizant, ædificant & plantant: & qui sapientia præstant suorũ specimen ingeniorũ relinquunt, suarũq; monimenta literarũ. Et duces

Corruptio res bifariã accidit.

Differentia aiæ nostræ & brutorum.

Lib. 2. de generatio. ial.

Corrũpi rẽ quid.

Anima incorruptibilis.

Rõnes ab effectu.

Intellectus.

Memoria.

Voluntas.

Libertas.

Gratia.

duces & principes egregia facinora intentant. Quis ergo mẽtis compos nõ planè hic videat animã consumpto corpore superstitẽ esse & ad posteros pertinere? ¶Sed aliud ex eius inquietudine elicitur eneluctabile argumentũ. Constat si quidẽ quacunq; re præsentis vitæ potiamur, nulla nos satiari, sed vbi vna fuerimus repotiti, aliud inde desiderium nobis succrescere, semperq; adeò in futurũ esse pendulos: quod quidẽ humanũ ingeniũ Eccles contẽplatus prothema illud suę concionis assumpsit, Vanitas vanitatũ & oĩa vanitas. Dixi in corde meo, Vadam & affluam delitijs & fruar bonis, & magnificaui opera mea, ędificaui domos, & plãtaui vineas, possedi seruos & ancillas, & coaceruaui mihi argentũ, & aurũ, & oĩa, quæ desiderauerũt oculi mei, nõ negaui eis, & vidi in oĩbus vanitatẽ & afflictionẽ animi. Transiui ad contẽplandam sapientiã: quid est enim homo, vt sequi possit regẽ factorem suũ? Quasi dicat, in his oĩbus nulla inueniẽ requies, sed natura ipsa ad alia nos semper inducit, quæ ipsa nobis præstare sine diuino auxilio neqt, iuxta verbũ Augustini, Fecisti nos dñe ad te, & inquietũ est cor nr̃m donec perueniat ad te. Re vera qui in hac insaciabili desideriorum perpetuitate immortalitatẽ aię non legit, talpa cæcior est. ¶Sed age, rem aliter contẽplemur, Quãdo nulla nobis alia ratio in hac re famularetur, hæc satis esset. Etenim qui de animę immortalitate vllo pacto ambigũt, oẽm prouidẽtiã & curã erga nos Dei, oẽmq; subinde amorẽ & cultũ ipsius nr̃m, omneq; inter nos & ipsum cõmerciũ, imò omne fœdus, & charitatẽ & fidẽ, qua inter nos mortales cõgluti namur, de medio tollũt: nam si aĩa immortalis nõ est, certè nullã Deus nr̃i curã gerit, vel non maiorẽ q̃ brutarũ aĩantium: scilicet, vt in diẽ nobis caduca hæc terrena prouideat, quæ in cõtinuo sunt fluxu & lapsu. At verò si altiora ab ipso nõ speraremus, neq; spem haberemus eius nos conspectu aliqũ fruituros, vt tanq̃ amicos ad suã nos fœlicitatẽ admitteret, ,pfectò legitimũ erga eũ amorẽ nequiremus habere, neq; verò timorẽ aut obedientiã vllam: amore verò Dei de genere humano sublato, nulla fieret reliqua inter mortales charitas, atq; adeò, neq; fœdus, neq; fides neq; iustitiæ aut amicitiæ iura consisterent: nam qui hoĩes ,ꝓpter Deũ non diligit, nequit eos firma fide diligere. ¶Præterea si vt illi volunt nulla nobis essent aut præmia aut supplicia æterna ,ꝓposita, sed hæc lubrica caducaq; bona, quæ perinde iniquis & reprobis atq; iustis & probis, imò q̃ sæpissimè illis fœlicius q̃ istis obueniũt: atq; illa supplicia nempe, calamitates, quæ viris egregiè bonis acerbiùs ingruere solẽt, q̃ perditis & corruptis: profectò nulla esset apud Deũ iustitię æquitas. Vnde Dauid Psalmo. 72. Zelaui, inquit, super iniquos pacem peccatorũ videns, in labore hominũ non sunt, & cum hominibus non flagellabunt, ideo tenuit eos superbia, ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerũt diuitias: & dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum, & fui flagellatus tota die. Existimabam vt cognoscerẽ, hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuariũ Dei, & intelligã in nouissimis eorũ. Si ergo nouissima mors nõ mitteret alios in præmia ęterna, atq; alios in supplicia, sed in hac vita tantùm, vt ait Paulus, in Chrõ sperãtes essemus, miserabiliores essemus omnibꝰ hominibus. ¶Imò verò vt appareat, quò se præcipitent qui aduersus immortalitatẽ animæ obmurmurant, re vera nulla in nobis tunc esset ratio aut virtutis aut delicti: nam virtus nõ est nisi propter obedientiã Dei, quæ officia iubet, neq; delictũ propriè, nisi quia est contra eius obedientiã. ¶Enimuerò: qui in officijs non aliam virtutis rationem agnoscit, quàm quod sit rationi iuriq; naturali consentaneũ profectò altissimã virtutis normã ignorat: nam prętereq̃ quod multa sunt nobis prętere naturam iussã (vt sacramentorũ fideiq; religio) præcepta ipsa iuris naturæ ex sempiterna Dei lege conditoris naturæ deriuantur: quod qui ignorat, nõ est lumine naturali satis affulsus. Ratio ergo virtutis etiã naturalis à Deo legislatore dimanat. Quis ergo nõ clarè intelligat: quos Deus legibus instituit, suũque ipsius amorẽ colere iussit, eosdẽ in suam æternã fœlicitatẽ receptũ ire, vbi corũ coronet obsequia, quæ per suum ipsius fauorẽ ei exhibuerunt? Ac perinde eos, qui eius leges transgressi sempiternã eius voluntatẽ violarunt, in sempiternas cruces missurum? Innumera sunt eiusmodi documenta, quibus qui aiæ æternitatẽ in litem vocant: obtũduntur. ¶Tertia conclusio. Animã esse immortalem Aristoles cognouit. Hanc conclusionẽ subiecerim, nõ ꝙ Chrianis tanti nosse referat, qd de hoc senserit Philosophus, sed qa sunt qui propter eundẽ perperã intellectũ de hac catholica veritate vacillent. Et in primis. 3. de anima tex. 5. planè affirmat, intellectũ posibilem immistũ esse corpori, ,ꝓpterea ꝙ per

Alia rõ.

August.

Optima.

Psalm. 72.

1. Corint. 15.

Tertia conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum vniuersa intelligimus corpora: si em corporis alicuius misturã haberet, per illud impediret, ne alia posset intelligere corpora, vt iam satis expositum est. Atq; inde rursus optimè elicuit, esse separatũ: hoc est, non dependere à corpore in sua subsistentia, atque adeò esse immortalẽ & perpetuũ. Et tex. sub inde. 19. & 20. idẽ prorsus de intellectu agenti adstruit: nempe, esse immistũ & separatum. Cùm ergo intellectus vterq; potentia sit animæ, sit vt aïa ipsa immortalis sit quoque & perpetua: nã potentia aïę habere nequit esse firmius q̃ anima ipsa, quæ cùm sit suarũ potentiarũ subiectũ, eas sustinet. Quãdoquidẽ vt in prædicamẽtis cap. 5. ait idẽ Philosoph', non subsistẽtibus substantijs non pñt accidentia, quæ eis insunt, existere. ¶ At cõmentator Auerrois locis illis crucẽ nõnullis interpretibus Aristotelis opposuit, sic ipsum interpretatus, q̃ nõ voluerit, intellectũ esse aïæ accidens & potentiã, sed substantiã per se re ipsa separatã & subsistentẽ, vnũq; subinde numero in oĩbus hoĩbus, qui nõ inest eis vt forma, sed pręest vt motor, qui idcirco mortuo hoĩe non extinguit, neque alio nascente oritur, sed veluti idæa permanens successiuè desinit in alijs esse, in alijsq; existere incipit. Et cùm Arist. 2. de anima ex professo docuerit, aïam esse actum corporis: nempe, formã ei inhærentẽ, ipsumq; viuificantẽ, tm̃ intulit discriminis inter animã & intellectũ, vt animam diceret mortalẽ esse cum hoĩe, intellectum aũt perpetuò persistere. ¶ Sed, pfectò si hanc mihi veniã illi, qui eũ secuti sunt, darent, nihil cũctarer deliram phrænesim potiùs, q̃ opinionem appellare, neq; recitatiõe dignam: tantum abest vt in mentẽ hoĩm cadat, illam alicui, qui ingenio valeat, obtrudere, aut suadere tam sinistrã fuisse Aristotelis mentẽ. Facit em̃ hęc opinio intellectũ instar Dei existere in rebus, quibus nõ inest: quod profectò diuinã quandã infinitatis imaginẽ præ se fert. Deus nanq; ob id quod est infinita substantia oĩa virtute continens, in cũctis rebus existit, per essentiã, præsentiam & potentiã, nec cum intereuntibus interit, neque cum orientibus oritur: quod alicui creaturę tribuere (dicam iterũ) dementia est. Id quod lumẽ ipsum naturale, præterq̃ cæcis hoĩbus, liquidò monstrare potest. Plato quidem, vt D. Tho. 1. parte. q. 70. art. 3. & lib. 2. cõtra gentes capi. 57. refert, nõ negabat, intellectũ esse animę potentiã, sed tm̃ suarũ dogmate Ideąrum separatarũ assuetus aiebat, aïam ipsam non inesse corpori tanq̃ formam, sed adesse tanq̃ eius motricẽ, vt intelligentię mouẽt cœlum. Quã vtiq; opinionẽ latè prosequit Plotinus lib. de immorta. aïæ, atq; alij Platonici. ¶ Veruntamen vt platonicis omissis ad Aristotelem reuertamur, planè cõmentatoriaduersatur. Primũ in ipso statim introitu eod. tex. 5. vbi ait, De animæ aũt ea parte, qua cognoscit atq; cupit siue sit separabilis siue nõ considerandũ est. Vbi apertè intellectũ possibilem appellat partẽ potentialẽ animæ. Et tex. 17. & 18. subdit, intellectũ agentẽ & possibilem existere in anima tanq̃ efficientem & materiã. Quare nunq̃ vir ille egregie Philosophus somniauit, intellectũ rem esse subsistentem ab aïa seiunctum. ¶ Et ratio profectò id palam facit, eadẽq; ex manifesto eiusdẽ Aristotelis principio, pfecta. Supponit enim. 1. de aïa tex. 64. actiones non esse naturarũ in abstracto aut partium, sed suppositorũ: aïa em̃ nõ dicit texere, aut ædificare, sed homo: & eodem modo intellectus nõ intelligit, sed homo per ipsum, vel aïa, præsertim separata. Igitur si anima, quę est actus corporis, nõ haberet in se ipsa principia & potentias, quibus suas operationes cõpleret, esset homo & natura destitutus: cùm igitur intelligere sit hoĩs operatio, eadẽq; potissima, necesse est in ipso existere potentias ad intelligendum sufficientes. ¶ Et qm̃ hic est status litis, quidnam Aristoteles de immortalitate aïæ senserit (nam si intellectus potẽtia aïæ sit, cùm dicat eũ esse perpetuũ, fit vt & aïa ipsa sit etiã perpetua) nõ molestè Theologus ferat hãc meditari philosophiã. Arguitur ergo q̃ intellectus hoĩs sit aïæ potẽtia, eidẽq; inseparabilis: appellat em̃ ibidẽ intellectũ agentẽ Philosophus habitũ & lumen: & certè nomẽ habitus inhærentẽ formã per modũ permanentis significat: sed dicitur lumen, quia species phantalię illustrat, vt sint intelligibiles, sicut lumẽ sensibile facit colores visibiles: etenim quia potẽtia nihil cognoscere valet nisi per species obiecti: & phantasmata sumpta à singularibus corporib' sunt materialia, intellectus verò immaterialis, necessaria fuit aïę virtus, quę easdẽ species à cõditionibus materialib' denudaret, quæ perinde virtus intellect' agens nuncupat. Et certè alius nõ est modus cogitabilis, q̃ q̃ mediãtibus phantasmatib' producit species immateriales & intelligibiles in intellectu possibili, qui illis informatus producit notitiã. Hinc ergo palã fit ambos intellectus esse potẽtias aïę. ¶ Et re vera quãuis in-

Intellectus agens & possib. potẽtia est aïæ.

Auerrois cõmentũ.

2. de anima.

Sentẽtia autoris.

Plato.

Plotinus.

Cõmentator repugnat.

Status litis.

Intellectus anima pars est.

Ratio.

uis intellectũ agentem aliquo, licèt tenuissimo, colore effingi possit separatũ, de possibili tm̃ nullo pacto suspicari potuit. Intellectus, inquã, agens, quia est ceu motor, potuit alicui apparere esse separatũ, vt est intelligẽtia orbis, Quaquidẽ opinione Auicenna & Alexãder Aphrodiseus imbuti fuisse videntur. Et Caieta. super tex. 17. 3. de aïa, legitima S. Thomæ expositiõe posthabita, eandẽ opinionẽ conatur Aristoteli impingere. Sed malè: qm̃ intellectus non mouet localiter corpus, vt angelus illud mouere põt, sed abstrahendo, vt diximus, à phãtasmatibus species intelligibiles, quas infundit intellectui possibili: & ideo necesse est animæ intelligẽti esse coniunctum. ¶ At verò de intellectu possibili nulla est prorsus rõnis apparentia, vt ponatur separatus: nam Aristoteles appellat illum, id quo anima sapit, & intelligit, quemadmodum visus est, quo videt, & auditus, quo audit: principium autem, quo, formaliter est in agente, præsertim cùm intelligere, vt 3. de anima text. 2. & 12. ait Philosophus, sit quoddã pati, & actio permanẽs in agẽte. Vnde cũ expressè Philosophus dicat, intellectum possibilẽ esse immixtũ & perpetuũ, id ipsum & de aïa sentire profiteť. Attamẽ Cõmentator vtrũq; intellectũ videť separatum posuisse: nã. 3. de aïa tex. 5. expressè id de possibili affirmat: in quo sensu impugnat eum D. Tho. 1. parte. q. 76. art. 1. Et de intellectu agente id etiã expressiùs subiungit super tex. 19. vbi distinctionem inter ambos intellectus cõstituit. Nescio ergo cur Cõmentator quibusdam tm̃ negotij facesserit, vt eũ sustinere contendãt, & Aristoteli Philosophorũ principi inurere hanc notã pergant, quod aïam mortalẽ contra Platonẽ & oẽs, qui Philosorum noĩe digni extiterunt, asseruerit. Fateor tã aliud Aristotelis placitum, qui mundũ ab æterno fuisse credidit, rẽ fecisse apud ipsum difficilẽ: sit em̃ inde consequẽs infinitas aïas esse productas, quæ si simul persistant, infinitæ sunt actu, quod veritati, quã ipse. 3. Physicor. doctuit, contrarium est. At verò faciliùs inde colligitur, in eo falsum fuisse, q̃ mundũ posuit ab æterno, cuius vrgentiora argumẽta. 8 Physicorũ scripsimus, q̃ q̃ animas posuerit mortales. Multa enim sunt naturalia, quæ lumine naturali absq; fidei illustratiõe plenè attingi nequeũt. Quapropter nõ solũ de mundi æternitate, qui initio caruerit, sua fuit opinione seductus, verũ & de animarũ creatione nihil firmũ, sed nutando & vacillãdo scripsit. Meritò ergo Clemẽ. Firmiter, de summa trini. & fide catholi. tanq̃ veritatẽ ex sacra pagina planè deductã explicãs, eos cõdemnat, qui dicerent, intellectũ & aïam non inesse corpori tanq̃ formã, aut nõ inesse singulis corporib' singulas aïas, aut nõ esse immortales. Idemq; in cõcil. Lateranẽsi. 3. sessione. 8. ¶ Duo aũt sunt, quę Cõmentator apud Aristotelẽ intelligere renuit. Primũ, q̃ cũ naturã aïæ ab effectu per eius operationes Aristoteles vbiq; venari pergat: & aïa perpetuitatẽ nõ habeat rõne specierũ sensibiliũ & affectionũ, quæ à corpore pendent, sed solùm rõne intellectionũ, quæ sunt res immateriales, non dixit planè animam esse perpetuam & immortalem, & immixtam, sed intellectũ & mentem, per cuius operationem constat animam esse perpetuam. Itaq; tantundem est, intellectum esse perpetuum, ac si diceret, animã, quatenus intellectiua est, esse perpetuam. ¶ Aliud itẽ apud Aristotelẽ familiare est, q̃ vbi ait, intellectũ aut mentẽ esse separatam, nõ intelligit actu tũc nulli inhærere, sed quantũ est de natura sua esse per se subsistẽtem: quod est dicere, per se natura sua per solum generalẽ Dei concursum posse subsistere extra corpus, perinde atq; in corpore, Angelus si quidem & anima sic differunt, q̃ ille est substantia spiritualis per se perfectè subsistens, adeò, vt neque vlli corpori possit tanq̃ actus & forma inhęrere, sed mouere corpus: anima verò non vsq; adeò perfectè, quin sit etiam actus & forma corporis, quo nihilominus consumpto persistit. ¶ Atqui & in hoc præterea Cõmentator, si consultò errare noluit, hallucinatus est, q̃ quanuis illic Philosophus non asseruisset, nisi intellectũ esse perpetuũ, non tm̃ ex illa affirmatiua inferre debuisset negatiuã: scilicet, animã nõ esse perpetuã. Nã aliũde præterea eandẽ aïæ immortalitatẽ potuisset colligere: nẽpe, ex eo, q̃ est substãtia spũalis: inde em̃, vt supra monstratũ est, elicere debuisset, à corpore nõ esse pendentẽ, sed per se subsistentẽ atq; adeò incorruptibilẽ: veluti est Angel': sed q̃ a creationẽ eius ignorauit, nil mirũ, si etiã in errorẽ immortalitatis ei' fuerit collapsus. Veritatẽ aũt hũc immortalitatis aïæ, præterq̃ in locis citatis, Philos. lib. 2. de gñatio. aïal. c. 3. planè affirmat dicẽs, mentẽ extrinsec' aduenire: & esse diuinã. Enimuerò mẽs pars aïæ intellectiua est: & quãuis intellectus agens species faciat intelligibiles, possibilis tm̃ est, quo homo intelligit: quapropter mens vtrũq; intellectũ ample-

Auerrois.

Caietanus.

Intellectus possibilis non est separatus.

Contra Auerroi repugnat.

Nota.

Clemen. Firmiter. de summa trinita. & fide catholi.

Commentũ Auerrois bifariã erat.

Nota.

Differentia inter angelum & animam.

Alia cõmẽtatoris hallucinatio.

Lib. 2. de generat. animal. capi. 3.

Mens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

amplectit: atq; adeò illo noīe animā intellexit, quā dixit extrinsecus aduenire ea rōne, qua mens erat. Et ꝙ hic fuerit eius sensus inde cōstat, ꝙ illic de alijs formis substātialib⁹ sermonē habebat, quæ de potentia materiæ educunt: & illa rōne exceptionē fecit de anima, quæ est forma & pars hoīs: nā de intellectu agente, si, vt ait Cōmentator, non est forma hoīs, non opus erat exceptionē facere. Imò verbū ipsum, extrinsecus aduenire, animam denotat. Nam intellectus, secundū opinionē Cōmentatoris, cùm nō sit forma, sed semper vnicus immobilis, & per se existens, nō pōt dici aduenire nec recedere, sed potiùs hoīes dum generant dicēdi sunt ei aduenire: quippe quibus tanq̄ instrumētis vtitur. ¶ Eadem veritas cōstat ex eodē Philoso. eod. 2. de anima tex. 11. vbi ait, nihil prohibere quasdā partes aīæ à corpore separari, vbi nō solū intellectū agentē sed possibilē insinuat, quos appellat partes aīæ, & lib. 3. tex. 4. etiā docet esse immateriales: nam si intellectus, inquit, esset calidus, aut frigidus, impediret, ne alia posset corpora intelligere, quēquidē intellectum asserit esse aīæ potentiā. Item. 1. de aīa tex. 92. negat eidē intellectui possibili aliquā cōpetere partē aut mistionē corporis. Et lib. 2. tex. 21. ait, contemplatiuā potentiā (quo nomine etiā intellectus possibilis includit) perpetuā esse, & ab eo qd̄ accidit: hoc est, quod corrumpit, esse quid separatū & seiunctum. Idēq; ait. 12. Metaphy. tex. 17. Cùm aūt ait se parari intellectū ab eo, quod corrumpit, nō intelligit, intellectū agentē tanq̄ perpetuū se parari à possibili tanq̄ corruptibili, vt scioli quidā suspicantur, sed ꝙ pars intellectiua & speculatiua separat à sensibili: putà, à phātasia & æstimatiua. Sed pertinacia Cōmentatoris eiusq; sequaciū est, illa loca solùm de intellectu intelligere, & non etiā, de aīa, cuius intellectus potentia existit. At quia Cōmentatori non expediebat, animam esse immortalē: mordic⁹, contēdit esse mortalē eis verò, qui nolunt eius mortē perpetuā experiri, expedit vt de eius immortalitate nō dubitent. ¶ Ad primū igitur argm̄ rndetur. Ecclesiastē concionatoris more nō protulisse verba illa affirmando, sed quasi aliorū noīe, qui illo tenebant errore, vt Sapien. 2. explicat, vbi legitur, Dixerunt impij cogitantes non rectè in corde suo, exiguū & cum tædio est tēpus vitæ nostræ, & nō est refrigeriū in fine hoīs, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: qa ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tāquā si non fuerimus. ¶ Vnde vt ad ambo simul loca rndeamus, notandū, ꝙ aliquo modo: scilicet, quantū ad corporū ortum & interitum, vnus est nobis cū brutis: nā cùm & corpora quoque nra de terra sint plasmata, pariter, vt brutorū corpora reuertunt in puluerem. Et quantū ad vitæ cursum similis est corporū processus: nā similiter, vt eisdē locis legitur, Simul spirant oīa, & fumus & flatus est in narib⁹ nostris: quasi dicat, tenuissimo aere, quo spiramus & respiramus, conseruamur, quo sublato extingueremur. At verò quantū ad aīam longè nos brutis superiores sumus: nam aīa ipsorū de potentia materiæ ducitur, iuxta illud, Producat terra aīam viuentē: nra m verò per creationē spirauit nobis Deus tanq̄ spiraculū vitæ. Vnde falsum est, quod illi dicebant, Nihil habet homo iumēto amplius. Est ergo nobis & brutis vnus interitus corporum, non tn animorū. ¶ Tertium autē argm̄ satis in superioribus solutū est, vbi discrimen inter angelum & aīam nostram illud cōstituimus, ꝙ ille sic est per se, vt nequeat esse corporis forma, aīa verò sic est corporis forma, vt possit esse per se. Rūdetur ergo, ꝙ aīa quādiu est in corpore nequit absq; phantasmate intelligere, eo ꝙ corpora non pnt intellectui nisi per corporalia obiecta applicari: illa tn phantasmata ad intellectum possibilē pertingere nequeunt, nisi virtute intellectus agentis à corporeis conditionibus denudata: quod est testimoniū, ex natura sua non pendere à phātasmatibus. Concedimus ergo quòd licet pro isto statu ab illis dependeat, non tamen simpliciter ex natura sua, & ideo est perpetua & immortalis.

Sensus Aristo.

2. de anima tex. 11.

Aristote. loca.

Solutio primi argum.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm corporum resurrectio sit futura.

IMmortalitatem animæ præmeditati paratiores ad explorandā resurrectionē corporum descendim⁹. Arguit nihilominⁿ nō esse futurā. Primò ex illo Iob. 14. Homo cùm dormierit nō resurget, donec auferatur cœlū: neutiquam tn cœlū attritum esse pōt: ergo nunq̄ fiet corporū resurrectio. ¶ Secūdò arguitur. Si resurrectio futura est, omnes mortui debent resurgere: nam quod ex natura speciei sumitur, similiter in omnibus indiuiduis eiusdē speciei reperitur: non tamē omnes resurrecturi videtur, quia Danielis. 12. non dicitur nisi, ꝙ multi qui dormiūt in puluere,

Solutio ad argum.

Primo agit de resurrectione mortuorum.

Secundò agit.

Psalm. 1.

Ver. affirmatiua.

Diffinitiua.

Plato.

Pythagoræ dogma.

Chrisostomus.

Tertullia.

Iob. 19.

Plato alia quæ vete. testam. legit.

Saducæorū secta.

Matth. 22.

Hæresum origo diuersa.

Marcionista.

uere, euigilabunt: & Dauid psalmo. 1. Non resurgent, inquit, impij in iudicio: ergo cùm æqua sit omnium ratio, nulli resurgent. ¶ In contrariū est illud Iob. 19. Scio ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circūdabor pelle mea. ¶ Resurrectio corporum vt est auditu mirabilis, ita est creditu tum iucunda, tum etiam necessaria. De qua re quanuis inter philosophos sub lumine naturali nulla præcesserit certa cognitio, apparuit eis tn nonnulla eius effigies, vt Aug. lib. 12. de ciuit. Dei cap. 13. refert, de illis philosophis, qui mūdi secula aiebant per circulum eadem numero reuolui. Et lib. 22. cap. 25. & subsequentibus refert, ꝙ Marcus Varro in libris, quos de gēte populi Romani scripsit, Genethliacos quosdam commemorat, qui aiebant παλιγγενεσίαν: hoc est, hominum resurrectionē, in annis numero quadringentis quadraginta confici, vt eadem anima illo elapso tempore ad idem corpus, cui fuerat coniuncta, regrederetur. De quo seculorū circulo artic. proximo redibit sermo. Et Plato in Phædro, quē dialogū de pulchro inscripsit, de animorū μετεμψυχώσεις: hoc est, transmigratione, quæ Pythagoræ fuit opinio, scripsit, vbi regulam Adrastiæ deæ: id est, ineuitabilis numinis eam refert, vt animam quæcunq; Deum comitata aliquid verorum inspexerit, in aliud corpus scilicet, in genituram aut viri Philosophi, aut Regis, & c. fit transmigratura. Id cuius & Cicero in fragmento de rep. ablica meminit. Vnde fabula fertur Euphorbon in Pythagorā trāsmigrasse, & in Pauū Homerum, vt Tertullianus in initio libri de resurrectiōe carnis retulit, vbi ait, illos resurrectionis veritatē prælibasse, nō tn prorsus adijsse. Agnoscebant em̄ illi mortales immortalē esse animam, atq; adeò corporis antica, & ideo hallucinantes aiebant, post discessum à corpore ad alia iteratò recurrere. Quannis illic Plato in diuersa bestiarū corpora etiā animas eorū, qui nunq̄ veritatē inspexerūt, transmigrare dixerit. ¶ Istorū autē ridiculi errores ex duob⁹ falsis principijs ortum duxerunt. Credebant em̄ primùm animam nō esse formā corporis, sed vt motorē illud intrare & gubernare: quēadmodū articulatus aer tibicinis fistulam ingressus musicam resonare facit: sic em̄ putabāt animam per diuersa corpora vagari. Rursum nec prius discriminē inter intellectū & sensum agnoscebant: haud em̄ arbitrabantur in homine aliud esse intellectū q̄ sensum: sed ꝓpter optimam eius complexionē, putabāt in eo vim egregiūs vigere. Quapropter anima secundùm istos in illud bestiæ corpus transmigrabat cuius similē vitam duxerat, vt qui fuerat luxuriæ deditus eius aīa in canis se corpus reciperet, & qui violentijs & rapinis fuerat addictus, in corpus leonis, & hunc in modū de alijs. Aliæ verò, inquit, animæ primæ vitæ finem consecutæ iudicant, iudicatæ aūt aliæ sub terra in iudicij locū euntes meritas illic pœnas sustinent. Aliæ in cœli quendā locū per iudiciū eleuatę ita degūt, vt dignū est illi vitæ, qua in hoīs figura vixerūt. Profectò nō potuit in lumine naturali veritatis fimbrias ꝓpinquiùs attingere, q̄uis feratur ab Aegyptijs multa mutuatus diuina, quæ illic Abraham ac subinde Iacob & eius soboles seminarunt. ¶ Sed Philosophorū placitis prætermissis sub lege Moysi secta Saducæorum viguit, qui corporū resurrectionē denegabāt. Nam fortasse & animas perire arbitrabant, vt Origenes & Hierony. referunt. Et Act. 23. insinuat, vbi legit, ꝙ dicebant, non esse resurrectionē mortuorū neq; angelū neq; spiritū, vbi noīe spūs insinuatur aīa postq̄ cōtra angelū distinguit. Quāuis alij censeāt eandem immortalitatem non negasse. Sed qm̄ dotes corporū gloriosorū ignorabant, arbitrabantur, resurrectionē non esse possibilē, nisi ad vitā mortalē alimētis sustinendā, & vxoribus propagandā. Et ideo, vt Matth. 22. refert, accesserūt ad Chrm̄ quasi irridēdo scisciātes, eum qui septē habuisset vxores, quā esset illarū in resurrectione resumpturus. Quibus Chrs rndit, ꝙ illic neq; nubent, neq; nuptui tradent. ¶ Post Saducæos in lege euangelica adeò fuit articulus hic persuasu difficilis, vt quāplurimi fuerint hęretici illū abnegantes, vt Simoniani à Simone Mago, & Carpocratiani atq; alij cōplures, quos Aug. lib. de hęresib. de noīe refert, & Isidorus lib. 8. Etymologiarū can. Quidam. 24. q. 3. inter quos Arabicos refert, qui aiebant animas esse mortales, quod fuit Commentatoris dogma, sed tamē cū corpore postea resurgere. ¶ At qui hæresum hæc diuersitas ex diuersis oriebatur causis. Manichæi nanq; arbitrati animam à bono Deo, corpus verò à malo fuisse conditū, aiebant, animā solam esse totam hoīs perfectionē. Porphyrius verò Platonicus, de quo Aug. libr. 22. de ciui. Dei ca. 26. meminit, dicebat, totā animæ perfectionē in separatione à corpore cōsistere, atq; adeò illud nō esse innouandū. Quare Marcionistæ apud Tertullianum

Universidad de Deusto Biblioteca

lianum multis conuicijs corpora nostra pro
scindũt, vt eorum dissuadeat resurrectionẽ.
Prima conclusio. ¶Duo ergo argumenta in initio quæstionis
ꝓposita duas cõclusiones poscũt, quibus cõ
clusioni fiat satis. Prima. Resurrectionẽ car
nis esse futurã catholica nos fides docet, cui
hic vnus articulus est. Et primũ de posibili
Possibilitas resurrectionis ꝓbatur. tate, quã cõclusio præsupponit, sunt qui illã,
vt Durand. sic demonstrẽt. Causa cur forma
inducat in materia nõ est alia querẽda, q̃ effi
ciens: sed post obitũ hoĩs manet aĩa & mate
ria prima, quæ est incorruptibilis, & Deus,
qui est causa efficiẽs: ergo resurrectio virtute
Sentẽtia autoris. Dei est posibilis. At verò ratio hæc & curta
nimiũ est, & minùs physica. Nam primũ nõ
ꝓbat, resurrectionẽ posibilem si aĩa & mate
ria nõ essent post obitũ superstites: & tñ quã
uis essent in nihilũ redactæ, posset Deus cor
ruptũ idẽ restituere, vt dist. seq. q. 1. art. 1. con
tra eundẽ Durãd. cõmonstrabimus. Itẽ quia
agens naturale non põt virtute naturali for
mã, quẽ antea fuerat separata, reunire mate
riæ, vt illico dicturi sumus, sed illã de eius po
tẽtia educere. Igitur alia est causa querẽda, q̃
quod agẽs & materia & forma existãt. Cau
Ratio supra naturalis. sa verò resurrectiõis nõ est naturalis, quã A
ristote. cognouerit, sed hæc supra naturalis.
Deus habet potentiã infinitæ virtutis, quæ
ex nulla causa secũda in agẽdo dependet, cũ
oĩa ex nihilo condiderit: ergo omniũ virtutẽ
se ipso absq; illis supplere põt: causæ aũt rei
aliæ sunt ad producendũ speciem: ignis em
est causa ignis, & equus est causa equi: aliæ
verò sunt ad producendũ indiuiduũ: scilicet,
speciẽ in tali indiuiduo, quæ sunt hæ nume
ro dispositiões in hoc loco & hoc tẽpore. Et
quia transactũ tempus & motus, quibus res
hæc fuit ꝓducta non põt rursum redire (vt
dist. seq. q. 1. arti. 1. luculentiùs mõstrabimus:
agẽs naturale nõ põt idẽ reproducere nume
ro sed dũtaxat idem specie. Deus aũt vtrasq;
ꝓpter suã infinitatẽ supplere causas põt: er
go sicut sine igne põt producere ignẽ, & si
ne equo equũ, ita rẽ illã, quæ hic & nunc per
has dispositiões ꝓducta est, põt illis trãsactis
singularib⁹ cõditionibus hic & nũc, quæ nõ
põt redire, eandem numero sine illo tẽporis
põcto & motu reproducere, siue creãdo illã
si fuerat annihilata, siue vniẽdo eandem for
mam eidẽ materiẽ, si erãt superstites, siue edu
cendo de potẽtia materiæ, vt ipsi placuerit,
quod agẽs naturale nullo pacto efficere põt.
Resurrectio ꝓbatur. ¶Supposita ergo posibilitate, rei veritas si
cuti superior à primo sacrorũ Bibliorũ capi
te deducit. Colligit em ex initio Genesis, pri
mos parẽtes à Deo cõditos eatenus immor
tales, vt possent non mori: legit nanq; cap. 2.
q̃ plantauerat Deus paradisum voluptatis à
principio, in qua inter alias arbores plãtauit
lignũ vitæ in medio paradisi & lignũ sciẽtiæ
boni & mali, vbi Deus posuit hoĩem, quem
formauerat pręcipiens, vt excepto ligno sciẽ
tiæ de omni alio ederet: lignũ aũt vitæ arbo
rem designat, quæ virtutem habebat diuinã
perpetuandi vitã. Quo colligit, Deum sicho
minẽ creasse, vt si iustitiã custodisset origina
lẽ, potuisset nõ mori. Vnde Aug. lib. 13. de ci- *Aug. lib. 13. de ciuit.*
uit. Dei c. 20. Cibus, inquit, aderat homini ne
esuriret, potus ne sitiret, & lignũ vitæ, ne se
nectus eũ dissolueret. Et quia hoc naturali
ter fieri nõ poterat, inerat in aĩa supranatu
ralis virtus ad id idonea. Quare statim cap. 3. *Genesis 3.*
cũ Deus hoĩem de paradiso eijceret, ait, Ne
fortè mittat manũ suã & sumat de ligno vi
tæ & comedat, & viuat in æternũ. Cõdecuit
em, vt quẽ Deus ad suã ipsius fœlicitatẽ par
ticipandã condiderat, ei nõ aĩam tm̃ immor
talẽ spiraret, verũ & corpus ei iuxta naturã
eiusdẽ aĩæ coaptasset, quod posset nõ mori,
vt creaturã illã, quã paulominus ab angelis
minuerat, à terrestri in cœlestẽ paradisum si
ne mortis gustu transmitteret. Quapropter
in pœnã, si de arbore scientiæ comederet, de
creta fuit illi mors, In quacunq; em hora, in
quit, comederis ex eo, morte morieris. Qua- *Duarũ arborũ*
re duarũ duntaxat arborũ mentio illic facta
est: scilicet, ligni vitæ, cuius etiãs immortalita *ratio.*
tẽ cõferret, & ligni sciẽtiæ, cuius gustus mor
tem inferret. Quocirca Sapien. 1. Deus mor
tem nõ fecit, nec lætatur in perditione viuorũ.
& cap. 2. Deus creauit hoĩem inexterminabilẽ, & ad imaginẽ & similitudinẽ sui fecit il
lum: inuidia aũt diaboli mors introiuit in or
bem terrarũ. Cui cõsonans Pau. Per vnũ, in
quit, hoĩem introiuit peccatũ in mundũ, & *Primum ꝓmptum.*
per peccatum mors. ¶Ex his ergo primum
secundùm fidem exstruitur resurrectiõis ar
gumẽtum. Christus venit, vt per suam mor
tẽ ab illa nos morte peccati eriperet, in quã
nos Adam coniecerat: nam sicut per inobe
dientiã vnius hominis, vt ait Pau. Rom. 5. pec
catores constituti sunt multi, ita & per vnius
obeditionem iusti constituentur multi: ergo
cùm peccatũ Adæ, quo aĩa occisa est, fuerit
nobis causa mortis corporalis, ita & iustifica
tio Chri, cuius gratia anima ad vitam spũa
lem restituta est, causa subinde fuit nobis vi
tę corporalis: nam vbi abundauit delictũ, sũ-
perabun-

Paulus Ro. 5. perabundauit & grã. Vnde ad Rom. 8. Lex
spiritus vitę in Chro Iesu liberauit me à lege
peccati & mortis. Cùm ergo in hac vita secũ
dùm nrãm naturã iustitia originali denuda
tam decuerit, vt ad exercitiũ virtutis ærũnas
& calamitates, ac subinde mortẽ pateremur,
cõsequẽs est, vt tandẽ hac peracta mortali vi
ta virtute passiõis Chri corporũ quoq; resur
Testimonia ex antiq. rectiõe fruamur, vt totũ, quod nobis Adam
abstulit, Christ⁹ cõferat. ¶Eandẽ veritatẽ ve
tus testamentũ perdocuit, vt ex Iob & Da
niele supra citatũ est, & Ezechiel. 37. ait Pro
pheta, q̃ in spiritu Dñi eductus fuerit in cam
pũ, qui erat plenus ossibus, & iussus est illis
vaticinari, Ecce ego intromittã in vos spũm,
& viuetis, & dabo super vos neruos, & suc
crescere faciã super vos carnes, & super extẽ
dam in vobis cutem, & dabo vobis spũm &
viuetis, & scietis quia ego Dñs. Vnde Christ⁹
Saducæis improperãs ait, Erratis nescientes
scripturas neq; virtutẽ Dei: nã suis affectib⁹
excæcati illas nõ intelligebãt, neq; putabãt
virtutẽ Dei id posse facere. Quare de resurre
Exodi. 3. ctiõe mortuorũ subdit. Non legistis quod di
ctũ est: scilicet, Moysi de rubo Exodi. 3. Ego
sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus
Isaac, & Deus Iacob. Et subiũgit, Nõ est De⁹
mortuorũ, sed viuentiũ: vbi ꝓfectò, cùm nõ
fuisset dictũ, Deus animæ Abrahæ, Isaac &
Iacob, sed De⁹ Abrahã, Isaac & Iacob, quod
dicit totũ compositũ, docuit resurrectionẽ
illic fuisse insinuatã, vt essent rursum victuri.
Imò apparet ꝓtissimè illo tunc tẽporis arti
culo, quo Deus Moysi iubebat, vt educeret
populũ de Aegypto, illius suę virtutis memi
nisse, quæ erat patres illos in vitã reuocatur⁹,
vt inde Moyses intelligeret, q̃ q̃ poterat de
Psalm. 1. sepulchris mortuos euocare, facilius posset
de Aegypto populũ educere. Et Dauid psal
mo. 1. dicẽs, Non resurgẽt impijin iudicio, re
surrectionẽ prædixit. Et Esaiæ. 26. Resurgent
mortui, & suscitabunt qui sunt in monumẽ
tis. ¶Quinimò & rebus gestis eadem resurre
Testimonia historiarum. ctio fuit illo secuło demõstrata, cũ Elias & E
lisæus, vt. 3. & 4. Reg. legit, mortuos suscitaue
rint. ¶At verò eandẽ veritatẽ Chrs palã mũ
Ioan. 5. do prædicauit, vt Ioan. 5. Venit hora, & nũc
est, q̃ mortui audient vocẽ filij Dei, & qui
audierint viuẽt: sicut em pater habet vitã in
semetipso, sic dedit & filio habere vitã in se
metipso, & potestatẽ dedit ei iudiciũ facere.
Vbi habere vitã in semetipso non solũ signi
ficat habere in se vitam humanã, qua ipse vi
uit, sed q̃ sicut pater habet potestatẽ tribuẽ
di quibuscũq; viuẽtibus vitã, ita & filius qua
tenus redẽptor habet in se potestatẽ restituẽ
di mortuis vitã: & ideo subnectit, Et potesta
tẽ dedit ei iudiciũ facere, qa in finali iudicio
hoc perfecturus est. Ob idq; subdit, qa filius
hoĩs est, nolite mirari hoc: id est, nolite mira
ri q̃ in filio hoĩs tam excelsa sit virtus: venit
em hora, in qua oẽs, qui in monumẽtis sunt,
audient vocẽ filij Dei: cùm prædixisset, filius
hoĩs, subiũxit, filius Dei vt exprimeret, qua
virtute id facturus sit. Nam etsi per vocẽ hu- *Nota.*
manã vel angeli sit mortuos euocaturus, vir
tute tñ diuina. Et procedẽt qui bona fecerũt
in resurrectionẽ vitæ, & qui mala fecerũt in
resurrectionẽ iudicij. ¶Atqui ad eandẽ cõfir
mandã resurrectiõis fidẽ & discipulis potesta
tẽ dedit mortuos suscitãdi, & ipse tum alios,
tum præcipuè Lazarũ suscitauit, Ioan. 11. vbi *Ioan. 11.*
perinde sermonẽ eiusdem fidei prolixũ cum
Martha cõferuit, quę vbi à Chro audiuit, Re
surget frater tu⁹, rñdit, Scio q̃ resurget in no
uissimo die: in cuius confirmationẽ subnexuit Chrs, Ego sum resurrectio & vita, Qui
credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet, &
oĩs, qui credit in me, nõ peribit in æternũ: &
ait illi, Credis hoc? Rñdet, Vtiq; Dñe. Et me
ritò eiusdẽ cõfessionis, quæ de Chri grã pro
cesserat, perrexit fratrẽ eius suscitare. ¶Accedit *Alia confirmatio.*
itẽ in confirmationẽ huius orthodoxæ con
fessionis resurrectio Chri, de quo vaticinat⁹
fuerat Dauid, Non derelinques aĩam meam *Psalm. 15.*
in inferno, nec dabis sanctũ tuũ videre corru
ptionẽ. Et alibi, Surge dñe in requiẽ tuã, tu *Psalm. 131.*
& arca sanctificatiõis tuæ. Sicut em sua mor
te liberauit nos à peccato, nobisq; mercatus
est vitã, ita & resurrexit, vt causa esset & exẽ
plar nrãe resurrectionis. De hoc tñ arti. 4. la
tiùs. Est ergo hæc resurrectiõis conclusio nõ
solũ de fide, sed articulus fidei, vt de vita æter
na diximus. ¶Sed præter diuina testimonia *Rationes.*
pręsto sunt etiã rõnes quibus eadem veritas
confirmatur. Anima enim cùm sit actus cor
poris, vt Philos. 3. de anima. tex. 4. ait natura
lem habet ad ipsum affectionẽ: fœlicitas aũt
quã Deus dilectis suis est retributurus, perfe
ctissima est, ac subinde affectib⁹ cũctis natu
ralibus & legitimis satisfaciens: ergo cõdecẽs
est, vt De⁹ hũc animi appetitũ in ęterna bea
titudine satiet: nimirũ in corpore rursum ad
iungat. ¶Sunt qui putant D. Thomã, hic & *D. Thom.*
arti. 4. negare aĩam separatã habere inclina
tionẽ ad corpus, ꝓpterea quod naturalis in
clinatio est illa quę ꝓ causas naturales imple
ri põt, per quas vtiq; causas illa inclinatio ex
pleri

Universidad de Deusto
Biblioteca

pleri nequit. At verò neq; hoc Diuus Tho. planè negat. Imò ait quod est semper depẽdens à corpore. Et fortasse potest esse inclinatio naturalis, licet naturaliter impleri nequeat, vt de nostra inclinatione ad videndũ Deum super D. Thomam. 1. part. q. 12. artic. 1. disputauimus. Et præterea, cùm anima sub illa fuerit inclinatione naturali creata, & quod naturale est nunq̃ separet, dicere possumus eandem postquã corpus exuit retinere: & satis est quod potuerit inclinatio illa naturaliter impleri, vt dicatur modò naturalis. Quemadmodũ graue etiam extra cœlos positum haberet inclinationem naturalẽ descẽdendi, licet naturaliter id nõ posset. Sed quicquid sit de illa inclinatione per modum habitus, qui est idem quod ipsa anima, saltem de appetitione quæ est actus elicitus, negari non pōt quin anima cupiat esse in corpore, cum eiusmodi coniunctio sit ei naturalis.

August. Imò verò Aug. 12. super Gene. ca. 35. Inest, inquit, animæ naturalis appetitus corpus administrandi: quo appetitu retardat quodam modò ne tota intentione pergat in summũ illud cœlũ, idest, in illam beantẽ visionẽ. Tametsi illa retardatio non sit per modũ cõtrarij impedimenti, quẽadmodũ calor retardat actionẽ frigoris: qm̃ per visionem Dei beatricem in quo corpora conspiciunt resumpturas consolant animæ, ne illa appetitio sit eis molesta: sed quemadmodũ D. Tho. 12. q. 4. articu. 5. interpretatur, retardatio illa fit per modũ cuiusq; defectus: appetit quippe anima sic Deo frui, vt ipsa fruitio deriuet in corpus per eorũ dotes, à quo vtiq; effectu retardatur anima separata. Miseras verò inferni animas (quicqd sit de naturali inclinatione) non est reddibile cõcupiscere corpora, quippe in quibus sunt peius cruciãdæ. ¶ Secũdò

Ratio. 2. arguit. Pulchritudinẽ vniuersi in tria Deus distribuit: condidit em̃ substantias purè spirituales, vt supra cœlestes spũs, sub his alias corporeas, vt cœlũ & elemẽta atq; alia mixta infra hoiem: inter has verò mediã, quã ex spiritu & corpore composuit, vt hoiem: non fuit ergo cõgruens, vt in perpetuũ orbis pulchritudo orbaretur hac media, qd certè contingeret, nisi tandem animæ sua reciperent corpora. ¶ Tertiò deniq; & hoc æquissimæ

Ratio. 3. iustitiæ Dei fuit congruentissimum. Creauit enim non solùm animã, quæ ei esset obediens, verùm & corpus, quod eidẽ animæ in hac obedientia seruiret: anima em̃ non tantũ per suos actus intellectus & voluntatis, sed etiam per officia corporea, & Deo seruit & ipsum offendit: imò verò nõ anima, sed homo propriè est qui Deo famulatur, eiq; vice versa eũ offendit: nã actiones sunt suppositorũ. Quare obsequiũ Dei est, corpus castigare & domare, vt Paulus se fecisse affirmat: & ad Roma. 6. Sicut exhibuistis, inquit, mẽbra vestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitię in sanctificationem. Et 2. 2. Corinth. 5. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, quæ gesit, siue bonũ siue malum: cùm ergo non anima sola, sed homo ipse per corpus de Deo bene aut malè merea tur, æquum est, vt totus homo in anima & corpore retributionẽ & bene & malefactorum suscipiat: vita em̃ hoīs super terram militia quædam est, & colluctatio carnis aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Concedet ergo, vt si anima sic edomauerit corpus, & corpus sic obedierit animæ, vt spũale fiat, gloria animæ redundet in ipsum: si verò cõtra anima se corpori sic subdiderit, vt carnalis efficiat, supplicia eius corpus itidẽ patiat. Et ideo in symbolo de Christo confitemur, non q̃ solũ, ppter animas nostras, sed, quod propter nos hoīes & propter nr̃am salutem descẽdit de cœlis. Neq; ipse solam animam assumpsit, sed integrã humanitatẽ ex corpore & anima: in quo vtiq; corpore mortẽ pro nobis pertulit. Quapropter postq̃ infirmum *Ioan. 7.* ad probaticã piscinam sanaẽt, murmurãtibus Pharisæis q̃ in die festo illud patrasset opus, ait, Si circuncisionẽ accepit homo in sabbato, mihi indignamini quia totũ hominem saluũ feci in sabbato? infirmos nanque tanq̃ resurrectiõis præsagiũ anima & corpore sanabat. ¶ His nihilominus rõnibus alias *obiectio.* obmoliri quispiã posset cõtrarias. Deus perfector est naturæ, non corruptor: perfectio aũt naturalis animæ, quippe quæ in sua substantia à corpore non pendet, est ab ipso sequestrari: nam separata similior fit Deo, *Aug. 12.* lestibusq; spiritibus, puriorq; redditur ab illis terrestribus affectionibus, quas à corpore contrahit: caro em̃, vt ait Pau. concupiscit adu ersus spiritum, imò & liberior fit ad intelligendum: est nanque intellectus, vt 3. de anima autor est Philosophus, per se agens, quia est vniuersalium cognitor, quæ à singularibus abstrahuntur: ergo non attinet ad eius perfectionem corpori rursus vniri, atque adeò carnis resurrectio non est futura.

¶ Item.

Obiectio secunda. ¶ Item. Corpore anima non nisi tanquã instrumento vtitur: instrumẽtum autem non est præmio dignũ aut supplicio: quid enim boni aut mali meretur aut demeretur fabri

Porphyrius malleus? Primo argumento victus fuit Porphyrius ille Platonicus, qui vt Augu. loco citato. 22. de ciuita. Dei refert, aiebat, vt beata esset anima, corpus omne esse fugiendum.

Marcianistæ. Quare & Marcianistæ apud Tertullianum, multa conuicia in corpora nostra iactitant, vt eorum dissuadeant resurrectionem: aiunt enim corpora ex siminis limo infirma esse, criminosa, onerosa, molesta, ignobilia &c. atque adeò vt quæ resurgãt indigna. Augustinus verò Porphyrium autoritate sui Platonis reuincit, qui Deos faciebat vel beneficio summi Dei immortales corpore & anima. Inducit enim verba Platonis quasi ore Dei non facti ad alios Deos factos prolata. Quoniam estis, inquit, orti, immortales esse & indissolubiles non potestis. Non tamen dissoluemini, neq; vos vlla mortis fata periment, neque erunt valentiora quàm consiliũ meũ, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestrã, quàm illa, quibus estis colligati. Hæc diuinus Plato: quæ profectò verba Dei nostri ad fœlices homines postquam surrexerint fieri videntur.

Solutio prima obiectionis. ¶ Ad argumẽtum ergo negatur, animæ perfectionem in separatione à corpore consistere, imò cùm suapte natura sit pars totius cõpositi, perfectio sua est illi in esse: & ideo quã uis secũdùm quid separata sit Deo similior, simpliciter tamen loquendo similior est in corpore: nam quò vnaquęque res naturam suam perfectiùs obtinet, eo magis diuinam naturam imitatur. Veluti cor tũc immobili Deo similius est, dum mouetur, quam dum quiescit: quia perfectio cordis est moueri, & quies est mori. Et quanuis liberior sit ad intelligendum à corpore corruptibili separata, tam libera tamen est in corpore glorioso, quod eius operationes non impedit, & tam

Solutio secũdæ obiectionis. p[illegible], vtpote quæ ab illo corpore nullis affectionum sordibus inficitur. Quocirca non est cur corpus nostrum, vt vile quidpiam habeatur & sordidum: nam vt in prima eius cõditione videre est, licèt è terra fuerit plasmatum, non tamen Deus terræ commisit, vt veluti cætera viuentium corpora, nostrum proferret, sed ipse limum: hoc est, purissimũ terræ selegit, & quasi suis manibus, vt more nostro loquamur, ceu figulus efformauit, stupendaq; membrorum & organorum firmitate compegit, & pulchritudine perornauit. Quare cum anima condecet, vt dotibus gloriæ in cœlesti fœlicitate corruscaret. Neque verò in corpus reijcienda est culpa sordium animæ, sed in eius consentientis volũtatem. Et quãuis lex, quam, vt ait Paul. in membris nostris sentimus, aliqua sit illarum sordium causa, illam tamen legem nobis Deus non impressit, sed ex originali culpa cõtraximus, à qua per mortem & incinerationem iustorum corpora propurgantur. ¶ Ad secundũ itidem respõdetur, q̃ secundùm Platonicos, & Pythagoricos, qui putabãt animam non inesse corpori nisi tanquam motricem, aliquam haberet concludendi vim, quia tunc corpus non esset nisi animæ instrumentum separatũ: at verò, quia vt dictum est, anima est actus & forma corporis, atque adeo pars hominis, corpus non est solùm instrumentum animæ, aeſi ipsa sit tantùm operans per ipsum, sed est instrumẽtum coniũctum: hoc est, pars hominis operantis: & ideo non tantùm animæ sed toti homini operum merces debetur. ¶ Quòd si arguas inde cõsequi, pœnas purgatorij non esse iustas, quippe quas

obiectio. sola anima absque corpore patiatur, cùm & corpus earum etiam fuerit reum. Negatur consequentia, quia illic purgantur peccata

Dilutio. venialia, quæ perfectam non habent rationem peccati: & ideo pœnæ illæ, licèt ita nominentur, non tamen habent perfectam rationem pœnæ, quæ dicatur retributio, sed potiùs sunt purgatio. Et idem est de pœna mortalibus remissis debita. Loco tamẽ illius purgationis patitur corpus mortem & incinerationem, quibus purgatur.

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur capitale argumentum respondetur, quòd Iob noluit illic resurrectionem negare, cùm planè alibi eam affirmet, sed dixit non futuram quousq; cœlum attereretur. Non quidem quoad substantiã, quæ perpetua est, sed quantum ad eius genitricem virtutem, quia corruptiones & generationes cessabũt. Quo sensu ait. 1. Corint. 7. Paul. Præterit figura huius mundi. ¶ Secundo argumento aliud submouetur dubium, vtrùm vniuersi sint resurrecturi: nõ quidem vtrùm omnes sint morituri, hoc enim inferiùs disputabimus: sed vtrùm omnes, qui fuerint mortui, resurgẽt. Ad quod igitur secũda

secunda cõclusio. affirmatiua conclusione rñdetur, oẽs fore resurrecturos. Ea enim, quorũ ratio ex natura speciei, sumitur, omnibus indiuiduis eiusdẽ speciei conuenire oportet: cùm ergo resurrectio

Universidad de Deusto Biblioteca

rectio ratione speciei humanæ, quæ corpore & anima constat, sit futura: consequitur, vt omnes tam boni quàm mali sint resurrecturi. Et ideo in autoritatibus inductis Ioan.5.& 11.dicitur, quòd omnes, qui in monumentis sunt viuent, alijq; resurgent in resurrectionē vitæ, alijq; in resurrectionem iudicij. Quo alludens Pau.1.Corinth.5. Omnes quidem, inquit, resurgemus, sed non omnes immutabimur: idest, omnes corpora resumēt, iusti quidem vt mutenī, & transeāt vt habetur Ioā.5. de morte temporali in vitam æternam: iniusti verò non vt mutētur, sed vt de morte temporali ad æternam transeāt. Quanuis alij, vt infra videbimus, aliter legāt. ¶Item cōfirmatur eadem conclusio, quia cùm resurrectio in hoc futura sit, vt vnusquisq;, vt ait Pau. recipiat prout gessit in corpore: & nullus sit, qui non sit retributiōe dignus, fit vt omnes sint resurrecturi. ¶Ad secundum ergo argumentum ex Daniele respondet Aug.20. de ciuit. Dei, quòd multi, idem est quod omnes: talis est enim modus loquendi frequēs in scriptura: vel dicendum, q̄ euigilare plus est quàm resurgere. Quare paruuli absq; baptismo defuncti resurgent quidem, sed propriè nō euigilabunt, quia discretio in eis non habebit vigorem ad sentiendum pœnas. Imò & damnati hoc modo possunt dici non euigilaturi, quia lucem non intuebuntur. ¶Verbum autem Psalmi, Non resurgent impij in iudicio, vno modo intelligitur, quòd non resurgent in iudicio discussionis cōscientiæ resurrectione spirituali per gratiam à peccato, quę fit in hac vita. Vel intelligitur de infidelibus quantum ad finale iudicium, quod vt infra videbimus, erit duplex, alterum discussionis, quo reddetur factorum ratio, & alterum cōdemnationis, quod est prolatio sententiæ. Atqui infideles, quia nō sunt de repub. Christiana, non iudicabuntur priori iudicio, sed posteriori, sicut hostes reipubl. absq; discussiōis iudicio condemnantur. Et è conuerso Ioan.5. de iustis legitur, Qui verbum meum audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam ęternā, & in iudicium non venit: scilicet, condemnationis, sed trāsit de morte ad vitam. ¶Quòd si contra arguatur. Christus Ioan.6. non promittit resurrectionem nisi venientibus ad se: ait enim, Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et.1.Corinth.15. vbi colligit Pau. quòd si Christus resurrexit, nos resurgemus, insinuat per resurrectionē debere nos assimilari Christo, cui tamen iniqui non assimilabūtur. Item quia resurrectio corporis fit per resurrectionē animæ à peccatorum culpa, saltem originalis, non fuit remissa, indigni resurrectione videntur.

Ioan.5.

1.Corint.5.

Ratio.2.conclusioni.

Solutio secūdi argumē.

Euigilare quid.

Psalmo.1.

Iudicium duplex.

Infideles.

obiectio.1.

obiectio.2.

¶Ad primum autem respondetur q̄ resurrectio alia est in vitam æternam, alia in mortē æternam: quando ergo ait Christus, quòd iustos resuscitabit, intelligit de priori resurrectione, nihilominus alij resurgēt in mortem æternam. ¶Ad aliud respondetur, q̄ duplici ter contingit assimilari Christo, vno modo quantum ad naturam speciei, quam integrā suscepit: & quantum ad hoc tam mali quàm boni debent ei assimilari resumētes vera corpora. Sed alia est assimilatio per gratiā, quæ solis iustis competit. ¶Ad tertium respondetur, q̄ resurrectio vniuersalis fiet per Christū, non quidem resurrectio singulorum per gratiam iustificantem singulis collatam, sed per gratiam vnionis humanæ naturæ toti generi impensam, in qua quantum ad sufficientiam genus nostrum redemit per crucem. Et ideo etiam illi, qui redemptionis beneficium non susceperunt, resurgent, præsertim quia pœnam mortis ob originis culpam inflictā moriendo corporaliter soluunt: pœna enim illa fuit mori, nō aūt morte detineri. ¶Quod si rursus arguas de paruulis, saltem nō baptizatis, qui cùm nihil boni vel mali gesserint in corpore, non resurgent, saltem illi, qui moriuntur in maternis vteris, qui cùm non nascantur, nō possunt per gratiam renasci, atq; adeò nec beneficio resurrectiōis frui. Respondetur primò, q̄ omnes in Adam peccauerūt. Et secundò, vt diximus, quod licēt non receperunt gratiam regenerationis, receperunt tamen gratiam vnionis Christi cum natura humana, cui omnes in resurrectione debent fieri conformes.

Solutio.1.

Solutio.2.

Solutio.3.

Obiectio.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm resurrectio sit naturalis.

VBsequitur vt de causa resurrectionis dicamus, & primò an sit naturalis. Et arguitur à parte affirmatiua. Aristoteles.8.Metaphysices capi.4. videtur dicere, quòd vbi materia est eadem & agens idem, effectus est idē: cùm ergo post rei corruptionem maneat materia prima, & sæpè idem agens, potest per naturam effectus, qui antea fuit productus, & subinde corruptus, reproduci, atq; adeò idem homo: ergo resurrectio est naturalis. ¶Secundò. Resurrectio est motus quidam ad perpetuam coniunctionem animæ & corporis, quæquidem coniunctio naturalis est vtriusq; quies, cùm vtraq; pars appetat alteri esse coniuncta: motus autem naturalis dicitur, qui ad quietem naturæ terminatur, vt Philosophus.5.Ethico. docet: ob id em descēsus rei grauis naturalis est, quod eius quies in centro est naturalis: ergo resurrectio est naturalis. ¶Tertiò arguitur autoritate Gregorij.24.Moralium, quem in textu retulimus vbi ait, quòd qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, eandem ex ratione tenere debuerant, Ecquid enim, inquit, quotidie nisi resurrectionem nostram mūdus in elementis suis imitatur? Lux enim quotidie quasi moriēdo oculis subtrahitur, & rursus quasi resurgendo reuocatur: & arbusta vitiditatem amittūt, & rursus quasi resurgentia reparantur: & semina putrescēdo moriuntur, & rursus germinando quodammodo resurgunt: quimerò Apostolus eandem rerum imaginem à seminibus ducit: nā quod seminas, inquit, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum: eodem pacto corpus nostrū seminatur in corruptione, surget in incorruptione, &c. ergo resurrectio est naturalis. ¶In cōtrarium est, quòd vt in prædicamen.capi.10. ait Philosophus, à priuatione in habitum impossibilis est regressus: mors autem est priuatio vitę: resurrectio vero, vt lib.4. cap.19. ait Damascenus, est copulatio rursus animæ & corporis: id est, eius, quod cecidit & dissolutum est, secunda surrectio: ergo resurrectio non potest esse naturalis.

Patres.

Aug.

Greg.

Arist.

Damas.

Probatio.1.

Probatio.2.

Probatio.3.

Probatio opinionis.

¶Argumentis his tribus tres quæstiunculæ insinuanī, quæ sunt prorsus differentes. Prima, vtrùm resurrectio per naturales causas fieri possit: nempe, vt quod corruptum est, idem rursus producatur. Secunda: vtrùm resurrectio, quæ revera futura est, sit aliquo pacto naturalis. Et tertiò, vtrùm per ratiōes naturales possit aliquo modo cognosci. Quas ideirco quæstiones tres disputat Scotus dist. præsenti: ad quas nos tribus conclusionibus respondebimus. Radix autem aliarū est prima de principio efficienti, vtrùm virtute naturalis agentis possit eiusdem iterata productio contingere. Et quidē de hac prima quæstione tres referuntur opiniones. Prima fuit illorum Philosophorum prisca, qui palingenesiam, vt supra retulimus, & Augusti. 11. de ciui. cap. 13. refert, docebant: nempe, q̄ certis annorū periodis cœlorum orbes ad eadē principia recurrentes eosdem prorsus effectus reuocabāt: nam ab eisdem causis idem vbique proferuntur effectus: & vt ait Philosophus.1.Meteo. hæc inferiora lationibus cœlestium orbium gubernantur. Duo autē fuerunt horum Philosophorum placita. Empedocles enim, vt.1.Physi.tex.32. & alibi. refertur, infinities aiebat mundū per circulum ad eadem redire: qua vtique ratione necesse erat, vt anima ad idem corpus completo circulo remearet, idque naturali via generationis. Pythagorici verò & Platonici nō hac de causa, sed alijs iam supra relatis, non solū ad eadem corpora, sed ad alia diuersa putabant animas transmigrare. Quam vtiq; opinionē Philosophus.1.de anima tex.51.&53. refutat. Periodus autem magni seculi secūdùm Empedoclem, vt fertur, concludebatur triginta sex annorum millibus: nam secundùm Ptolomæum octaua sphera: nempe, stellata, præter motum diurnum in cētum annis mouet retrò ab occidente ad orientem vno gradu: cùm ergo orbis trecentos sexaginta gradus contineat, fit vt triginta sex millibus annorum toto circulo peracto orbes ad idem pūctum redeant. Ad quem circulum sunt qui dicant, alludere illud Ecclesiastes.1. Quid est quod fuit? Ipsum quod futurū est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendū est. Nihil sub sole nouum, nec valet quisquā dicere, Ecce hoc recens est: iam enim præcessit in seculis, quæ fuerūt ante nos. ¶Illam verò circuitus opinionem Augu. ibidem ex sacris literis condemnat: nam secundùm illam, nō solùm mortui resurgent, verùm iterum atq; iterum occident & orientur: & tamen Paul. Rom.6. ait, q̄ Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: id est, nunq̄ amplius morietur: nam semel tantùm mortuus est: quare.1.ad Thessalo.4. idem de nobis asserit: scilicet, q̄ postq̄ resurrexerimus, semper cum Domino erimus. Et Psalmo.11. Tu Domine seruabis nos & custodies nos à generatione hac in æternū. Illa enim rerum volumina veræ fœlicitati aduersanī, quippe quæ in sempiterna tutaq; & immutabili requie consistit. Illi ergo sunt, quos illic subnotauit Dauid dicens, In circuitu impij ambulāt. Et verbum Ecclesiastes non intelligitur de rerū circuitu quantum ad numerum, sed quantum ad speciem: scilicet, quòd vbi alij moriuntur, alij eiusdem speciei generātur, & postquam

Empedocles.

Ecclesiastes.1.

Aug.11.de ciuit.a.Dei. cap.13.

Psalmo.11.

Ecclesiastes autoritas declaratur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sol occidit, iterũ exoritur, & post aquas fluminum, quæ in mare elabunt, similes ex fontibus emanant, quasi ex eodem mari recurrentes. Quanuis alij, vt ait ibidem Augustinus, ad prædestinationem verba illa spectare autument, in quavtique prædestinatione nihil est nouum: quia omnia illic ab æterno sunt præuisa. Accedit contra illam opinionem, quòd mundus tot millibus annorum nec durauit, nec duraturus est. ¶At verò & præter orthodoxam fidem rationib⁹ quoq; naturalibus illa exploditur voluminum secta. Nam primũ vt Thebit cõtra Ptolomæũ demonstrauit, octaua sphæra stellata nõ est primum mobile, sed nona superior: quare illa est, quæ illo motu gradationis motatur. Et ideo quanuis illa posset illo annorum curriculo ad idem punctum redire, tamen octaua sphæra, quæ ratione solis & stellarum in ea fixarum quamplurimùm ad generationem horum inferiorum influit, non erit in eodem puncto, imò nec orbes planetarum, quorum aspectus multùm etiam ad id conferũt. Quocirca ex solo recursu primi mobilis ad idem punctum non sequitur effectus eosdem reditum iri. ¶Imò quod præ omnibus vrgentius est argumentum. Ad hoc q̃ ijdem numero effectus redeant, non sufficit eadem causa efficiens & materia, sed exiguntur eædem indiuiduales conditiones, vt hic & nunc: & tamen idem tempus redire non potest. ¶Hac ergo opinione reiecta secunda est in alio extremo: scilicet, quòd corruptum non potest per naturam idem numero redire. Hanc verò Scotus non approbat, imò tenet tanquam probabiliorem affirmatiuam, quæ fuit etiam opinio Ricardi præsenti distinct. quæst. 1. Quibus patrocinari apparet Philosophus autoritate in primo argumento inducta. 8. Metaphysi. capit. 4. vbi dicere censetur, quòd si materia eadem & agens idẽ sunt, effectus est idem. Et cùm post rei corruptionem maneat materia, atq; idẽ agens, potest idem effectus iteratò reproduci. Videtur præterea Scotus id sibi sic persuadere, quòd cùm sol in aere producat lumen, idemq; per horam conseruet, nil obstat quominus etiam si in media tertia illius horæ esset interruptum, nihilominus idem quod erat in prima, posset manẽre in parte postrema. ¶Sed apparẽtiùs eadem opinio sic posset corroborari. Agẽs naturale potest aliud sibi simile generare educẽdo formam de potentia materiæ, vt ignis dum generat ignem, & equus dum generat equum: ergo fortiori ratione si materia & forma sint separatè permanentes, poterit illas vnire: difficiliùs enim apparet, formam, quæ non erat, de potentia materiæ educere, quàm illam, quæ superstes erat, materiæ vnire. ¶Et vrgentiùs de resurrectione hominis arguitur. Homo dum hominem gignit, non gignit animam, quia ad eius productionem non attingit, quippe quã de potẽtia materiæ non educit, sed Deus eã creat: ob id ergo solùm quòd dispositiones in materiam inducit, dicitur (idq; proprie) hominem gignere: potest autẽ homo in eandem materiam dispositiones inducere: ergo si tunc Deus animam vel beatã vel damnatam existentem in illam materiam inducẽret, perinde homo diceretur tunc hominem gignere, acsi Deus animam tunc nouam in illa materia crearet: si autem produceret animã, quæ erat Ioannis, fieret resurrectio Ioannis: ergo resurrectio est per causas naturales possibilis. At verò neq; Scotus cõcedit, neq; vllius suæ opinionis patronus concedere valet, resurrectionem hominum qualis futura est, per causas posse naturales fieri: quia agẽs naturale circa materiam corporalẽ non nisi per motum & determinato modo agere valet: resurrectio verò, vt distinct. sequenti dicturi sumus, futura est subitò nullo præuio motu, quo materia disponatur.

¶His tamen nihil obstantibus statuitur prima conclusio huius articuli. Non solùm resurrectio per causas naturales fieri nequit, imò neq; quicquã corruptum idem numero redire. Conclusio est S. Tho. quodlib. 4. art. 5. & lib. 4. contra Gentes capi. 81. & Durã di dist. præsenti. quæstione. 2. Quinetiam expresè Aristotelis non tantùm loco citato in Prædicamentis, vbi ait, A priuatione inhabitum impossibilem esse regressum, verùm & ex professo. 2. de generatione tex. 70. vbi quòd quæ naturam mobilem eandemq; immortalem obtinent, vt cœlestes orbes, eadẽ numero per circũlationes redeunt. Quorum verò mortalis dissipabilisque natura est, necesse est vt eadem specie redeant, non tamẽ eadem numero replicentur, vt cùm ex aqua fit ignis, & rursùm ex igni aqua. Quo loco legitimi omnes interpretes eandem conclusionem concordes confitentur. ¶At quia rationes adducuntur diuersæ, omniũ fundamentum est hoc. In quacunque re est considerandum & rationẽ speciei & rationem indiuidui, & vtriusque est assignanda naturalis causa & quidem speciei causa est similitudo: causa enim cur producatur ignis & non aqua, est quia fit ab igne, & vnumquodq; producit sibi simile: eadem est ratio cur homo ab homine & equus ab equo & non aliud animal progignatur: causam verò cur nũc hic ignis hunc producat ignem, & non alium, quem fortè producet cras, aut hunc numero gradum caloris, & non alium æqualem, aut cur applicata aqua hũc gradum frigoris potiùs q̃ alium corrumpat, pleriq; nominaliũ non aliam reddũt, q̃ quòd Deus sic vult: imò hoc tanq̃ optimum argumentũ vsurpant ad probandum Deum esse: quia in his naturalibus operationibus semper miscetur aliquid supranaturale. Alij dicunt prouenire ex cœlesti constellatione occulta. Sed certè responsa hæc non sunt physica, sed eorum, qui medullas naturæ non penitus inspiciunt. Deus enim dum eum agentibus naturalibus concurrit, quæ ex necessitate agunt, non cõcurrit nisi generali influentia, qua cum natura, dum illam condidit, concurrere pepigit. Sed finit vnumquodq; agere, vt sua fert natura. Constellatio verò cœlestis non agit nisi naturaliter secundùm determinationem causarum inferiorum. Igitur sicut datur causa cur res huius speciei producatur, & nõ alterius, ita reddẽda est causa naturalis in his inferioribus, cur hoc nũc producatur, & non aliud numero differens eiusdẽ speciei. Et certè causam hanc Philosophi non aliunde, quàm ex conditionibus indiuidualibus piscari potuerunt. Producitur enim hoc numero nunc & non aliud, non alia de causa, nisi quia ista singulari actione producitur, quæ ad hunc terminum ex natura sua destinata est. Indiuiduatur autẽ (vt sic cum Philosophis loquamur) hæc productio, quia fit in hac materia in hoc loco & hoc tempore, Et quia istæ cõditiones, potissimè tẽpus & interruptus motus iterum redire nequit, neq; verò idẽ temporis momentum antea esse potuit, fit vt agens naturale hunc effectum non potuerit antea producere, nec posit postea, neq; modo posit eiusdem speciei aliũ, quàm istum. Et hęc est causa cur nequeat equus eundem filium, quem antea genuit, rursum gignere, siue corruptus fuerit, siue superstes sit, neq; eadem arbor eundem numero fructum bis: neq; vlla causa (vt summatim dicamus) eundem effectum. Et quoniam Deus ex his secũdis causis in agendo non pendet, neque a[illegible] illis conditionibus temporis & loci, & motus potest id, quod corruptum est, imò etiã si annihilatum fuerit, in alio tempore reproducere, vt distinctione sequenti latius ostendemus. Et certè hæc ratio penitiùs inspecta satisfacit, præterea nulla. ¶Sed arguit cõtrà Scotus. Possunt duo motus eundem habere terminum, vt patet de motibus localibus ad eũdem locum, etiam si diuersis temporibus fiant: ergo eadem res diuersis valet actionibus produci. Negari vtique posset antecedens: quoniã licẽt duo motus locales ad eundem locum terminentur, non tamẽ ad, vbi, quæ est relatio, quæ in diuersis subiectis diuersa est. Sed hoc prætermisso, consequẽtia est sophistica. Conclusio enim nostra de terminis loquitur, quiper actiones ipsas & mutationes producuntur. Idem enim calor, qui per hanc calefactionem producitur, non potest produci per aliam, neq; idem equus, aut arbor &c. Locus autem non producitur per motum localem, sed est permanens, quem diuersa mobilia possunt diuersis temporibus subintrare.

¶Ad primum igitur argumentum in capite quæstionis propositum respondetur, quòd Philosophus illic solùm ait, quòd si materia est diuersa & agens diuersum, effectus est diuersus, vt ex lana non fit serra, sed ex ferro: & pictor non extruit gladiũ, sed faber. Non tamen infert, quòd si materia est eadem, & agens idem, effectus sit idem. Quanuisid de identitate, vt aiunt, specifica affirmandum insinuet: nam si materia est eadem & agens idem, producent effectum eiusdem speciei. Sed tamen ad producendum eundem effectum numero id non sufficit, sed præterea exigitur, vt actio quoque & motus sit idem, quod vtique fieri nisi in eodem loco & tempore non potest. ¶Quòd si redarguas. Nunquid duo agentia eodem loco & tempore eidem materiæ applicari possunt? tunc ergo duorum agentium duæ erunt actiones, & tamen sequetur idem effectus: nempe, idem calor si duo applicentur ignes. Respondetur, quòd duo agentia possunt applicari per modum vnius, & sic poterunt producere vnum intensiorem effectum, sicut si essent vnũ virtuosius: & sic duæ candelæ producũt vnum lumen intensius. Illud tamen lumẽ non possent alio loco & tempore producere. Applicari autem duo agentia eiusdem speciei eidẽ materiæ eodem & loco & tẽpore & per modum pluriũ certè non possunt, vt duos eiusdem speciei in eodem subiecto eodem mo-

August. — Prima opinio explodi tur. — Rõ prima. — Rõ secũda. — Secũda opinio. — Scoti opinio. — Primum argumentũ. — Secundũ argumentũ. — Tertium argumentũ Autoris. — Quæstio. — Conclusio. — Primum fundamentum. — Secundum fundamentum. — Scoti argumentum. — Solutio. — Sensus conclusionis. — Solutio primi argum. — Obiectio. — Diluitio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Opinio quorundam.

mento inducant. Nisi teneatur opinio dicentium intensionem fieri per additionem gradus ad gradum: nam tunc vnus gradus producetur ab vno agente atque alter ab altero, & sic erunt duæ actiones & duo effectus.

Solutio tertij argumẽtatoris.

¶ Ad aliud autem argumentum, quod nos secimus respondetur, agens naturale nullam posse producere formam, nisi eam educendo de potentia materiæ. Non loquimur de lumine, quod in hoc habet imaginem spiritualis formæ: quod nequaquam educitur de potentia aeris. Et ideo quanuis forma equi aut plantæ esset diuinitus per se separata, nõ posset naturale agens illam vnire materiæ: quia non potest equus aut planta producere formam nisi ex semine, in cuius virtute manet forma, quę inde educitur.

Solutio quarti argumẽ.

¶ Ad aliud verò, quod maiorem habet apparentiam de homine respondetur, quòd neque homo naturaliter potest producinisi per semen, in cuius virtute licet non lateat anima, vt de eius potentia educatur, latent nihilominus dispositiones organici corporis, quas naturaliter consequitur inductio animę in eandem materiam. Et ad has dispositiones singulares & indiuiduas subsequit inductio huius animæ singularis. Quare si Deus aliam formã induceret, non diceretur ille homo gigni ab illo homine, qui inducit dispositiones. Cùm ergo Petrus postquam genuit Paulum nequeat iterum idem semen easdemque dispositiones reproducere, nequit iterum ꝓgignere Paulum. Imò si alio semine alijsque dispositionibus numero productis eandem animam Pauli Deus illi infunderet, miraculum esset: quare non diceretur ille homo productus per naturam, imò fortasse non esset ille homo idem Paulus.

Solutio argum. Scoti.

¶ Ad aliud argumentũ Scoti negatur, quòd interruptio motus non sit necessaria causa vt alius sit motus, atque adeò alius effectus. Ait enim Philosophus 5. Physicorum tex. 39. quòd vnitas motus ex continuatione pendet: est enim vnus motus qui non interrumpitur. Si ergo sol in aula lumen certum producat, quandiu continua actione illud conseruat, est idem lumen: si tamen actio clausa fenestra interrumpatur, certè postea iterum aperta, noua erit luminis productio, atq; adeò nouus radius. ¶ Ecce ergo causam cur non posit idem per naturam reproduci: quia eandem actionem & motum iterari nõ est posibile propter causas iam allegatas.

Dubium.

¶ Restat hic tamen dubiũ, vtrùm quancunque rem cuiuscunque generis Deus posit iteratò producere. Huius autem dubitationis solutio ad initium proximæ distinct. spectat, vbi disputabitur, vtrùm idem prorsus homo, qui per mortẽ cecidit, in eodemque corpore sit resurrecturus.

¶ Hinc ergo gradum ad secundum membrũ quæstionis faciamus in initio propositæ, vtrùm scilicet resurrectio, quę futura est, sit dicenda naturalis. Ad quod per secundã conclusionem respondetur. Resurrectio corporum non est simpliciter naturalis censenda, imò simpliciter loquẽdo erit miraculosa, sed secundùm quid: hoc est, diminutè & moderamine quodam erit naturalis. Probatur cõclusio facillimè. Naturale enim dicit quippiam aut ratione principij agentis, aut ratione termini, qui producitur, aut ratione vtriusque. Contingit ergo aliquem motum esse vtraque ratione naturalem, quia scilicet & principium & terminus sunt à natura, vt descensus rei grauis deorsum, & generatio ignis & animalium atque plantarum: & talis motus dicitur simpliciter naturalis. Contingit autem vtrumque esse aut supra aut præter naturam, vt glorificatio corporũ in æterna beatitudine, quæ ideo simpliciter dicitur & est supra naturalis: & proiectio rei grauis sursum, vbi principium & terminus est præter naturam grauis: & ideo motus ille simpliciter est violentus. Potest tertio modo motus ratiõe termini esse naturalis, quia conueniens reinaturæ: principium verò nõ nisi aut supranaturale, aut ab arte, vt illuminatio cæci, quem Christus sanauit, & præmaturatio fructuum per artem. In his enim terminus est naturalis, non tamen principia. E conuerso verò vt principium sit naturale, & terminus non sit naturalis, fieri non potest: quia cùm natura agat determinato modo, nequeunt principia naturalia effectus nisi naturales proferre. Imò monstrum in natura humana, quanuis respectu humani seminis sit præter naturam: hoc est, præter intentionem agentis, tamen respectu aliarum causarum, quæ illam intentionem impediuêre, est naturale. Resurrectio ergo corporum respectu principij actiui supra naturalis est, vt hactenus est conclusum, sed potest dici quodammodo naturalis ratione termini: quia naturale est animam vniri corpori, & corpus per animam viuere, sed tamẽ simpliciter non potest dici naturalis, sed supranaturalis & miraculosa: primùm, quia determinatio fit ab agente, quod præstantius est quàm

Secunda conclusio.

Ratio ibidem.

Notata.

Resurrectio est supranaturalis.

Ratio secunda.

Ratio 2.

quàm materia & subiectum. Secundò, quia etiam illa potentia passiua, quæ est in materia ad formam, non dicitur naturalis, nisi respectu agentis naturalis, cui est obediens: & tamen materia non est in potentia naturali ad eãdem formam numero, quam perdidit, postquam per naturam nõ potest eandem formam numero suscipere, neq; easdem dispositiones organicas humani corporis ad eandem animam idoneas. Et ideo magis dicitur obedientia supranaturalis: scilicet, ad diuinam recipiendam actionem. Præterquam quod terminus ipse: nempe, vita animæ in corpore glorioso, nõ est naturalis, sed supranaturalis: neque verò vita animæ damnatæ in corpore, quippe quod non viuit per alimenta, imò vita illa potiùs mors quædam est.

Ratio 3.

Tertia conclusio.

¶ Et per hæc secundum etiam argumentum dilutum restat.

¶ Ad tertium tandem quæstiõis membrum conclusione tertia facillimè respondetur. Finalis resurrectio futura nequit ratiõibus naturalibus probari, imò nec persuaderi: sed tãtum potest aliquibus naturalib' similitudinibus declarari, & ostendi non esse impossibilem.

Ratio primæ partis.

Probatur prima pars. Sicut res se habet ad esse, vt ait Philosophus, sic ad cognosci: illa verò quæ sunt supranaturalia ex principijs naturæ fieri non possunt: ergo nec per eadẽ principia possunt eatenus cognosci, vt demonstrentur aut sufficienter probentur: resurrectio verò est supranaturalis: ergo nõ potest illo pacto cognosci. Quod autem similitudinibus & exemplis ad eius cognitionem deducamur, saltem ad ostendẽdum non esse impossibilem, probat Apostolus, & secundùm eum Gregorius & lib. 2. de sacra. Hugo ca. 13. Sicut enim granum cadens in terrã, vt ait in euangelio Christus, nisi mortuum fuerit, ipsum solum manet: si aũt mortuum fuerit, fert fructum, ita ait Pau. q̃ homines seminatur in corruptione & in ignobilitate, resurgent in incorruptiõe & nobilitate: quicquid enim Deus per causas secundas potest, id potest se solo. Ratio verò non demõstrat, quia granum mortuum non idem numero, sed specie resurgit, sed tamen sunt quædam quodammodo naturalia exempla rei supra naturalis. Vt occasus solis & ortus, exsiccatio plantæ & eius repullulatio somnus & à somno expergisci, atque id genus alia.

Probatur si similitudinibus naturæ impossibilem.

Contra primam partem.

¶ Aliter tamen priorem partem conclusionis impugnare possumus. Desiderium naturale non potest esse frustra: anima autem habet desiderium naturale ad corpus, & naturali ratione probat esse perpetua: ergo naturali ratione concluditur corpori aliquando restituendam. Respõdere tamen posset Philosophus, quòd quanuis habeat naturalem inclinationem ad corpus, illam tamen satiatur dum in ipsum infunditur, at verò quia postquam ipsum exuit, non potest ad ipsum naturaliter redire, quod naturalis ratio, vt diximus, demonstrat, diceretur in lumine naturali q̃ nihil illius inclinationis sit ei reliquũ. Quemadmodum proximè & de corpore diximus, quod quia non põt animam naturaliter suscipere, nõ ei propriè inest inclinatio ad ipsam. At verò potiùs est per discrimẽ animæ & corporis respondendum, quod cùm corpus abeunte anima corrũpatur, non permanet in eo inclinatio naturalis ad animã, anima verò, quia eadem permanet eandem retinet inclinationem ad corpus. Sed tamen inde non colligitur naturale argumẽtum resurrectionis: responderet eĩ naturalis Philosophus, quod illa inclinatio per cõtemplationem subsistãtiarum separatarum satiatur.

Solutio 1.

Secundũ argumentũ.

¶ Sed aliter cum Augustino lib. 3. de trinitate cap. 8. arguitur. Non solùm anima, verùm & homo ipse naturale habet beatitudinis desiderium: omnes enim beati esse volũt: cognoscitur autem naturaliter beatitudinẽ hominis in hac vita non esse perfectam, quandoquidem nulla re in hoc seculo obtenta quiescit, sed semper ad aliud anhelat: ergo quo appetitu homines cupiunt esse beati, cupiũt esse immortales. Qua vtique de causa sub mortis articulum tristantur: nẽpe, q̃ sua beatitudine expoliari se cernant, vnde illo verbo Paul. 2. Corint. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri, desiderium naturale designat: nulli enim siue iusti siue iniqui, sunt qui nõ semper esse optent, & in hoc arbitrantur suã beatitudinem consistere. Notum autem est lumine naturali desiderium naturæ, saltem totius specici, non esse frustra: ergo eodem lumine colligitur, homines immortali vita esse perenniter functuros, atque adeò resurrectionem fore.

2. Corint. 5.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Ad hoc respondetur, argumentum profectò in lumine naturali id concludere, vt supra diximus, quòd sit in nobis quippiam immortalitatis capax: nẽpe, anima. Inde enim Philosophus naturalis respõderet, insatiabilia hæc desideria immortalitatis obuenire: anima enim est per quam desideramus, atque adeò secundùm illam satis arbitraretur naturalis Philosophus, vt sem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piternæ fœlicitate potiremur. Et hæc est re-
Solutio August. sponsio Augustini ibidem capit.9. vbi ait, q̃
hæc humanis argumentationibus inuenire
conantes vix pauci magno præditi ingenio
abundantes ocio doctrinisque subtilissimis
eruditi ad indagandam solius animę immor
talitatem peruenire potuerunt. Hactenus il
le. De corporibus autem, quæ obnoxia esse
corruptioni conspiciunt, nequeunt Philoso
phi eò assurgere, vt intelligant, dotes suscep
tum ire, quibus fiant perpetua: quoniam
gloria, vnde dotes illæ dimanant, supranatu
ralis est. Perpetuitatem verò speciei huma-
næ per continẽtem indiuiduorum successio
nem in eadem specie seruari satis autumat.
Ob idque resurrectionem, quos fides nõ do
Actu.17. cet, fabulam putant. Vnde Actuum.17. re-
fertur, quòd cùm Thessalonicæ Paulus Chri
stum resurrexisse prædicasset, quidam nouo
rum dæmoniorum annunciatorẽ eum cen-
sebant, quia Iesum & resurrectionem annun
Actu.26. ciabat eis. Et capit.26. eandem mortuorum
resurrectionem prædicanti reclamauit voce
magna Festus, Insanis Paule: multæ te lite-
ræ ad insaniam vertunt.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm diuina Christi resurrectio nostræ sit resurrectionis causa.

QVoniam definitum est, quòd re
surrectio non naturalem, sed su
pranaturalem sit habitura cau-
sam: nempe, Deum, quæritur,
vtrùm resurrectio Christi secun
dùm carnem sit etiam eiusdem resurrectio-
Partis negatiuæ argumentũ primum. nis causa. Et arguitur à parte negatiua. Posi-
ta vera causa, ponitur effectus: posita au-
tem resurrectione Christi non dum subse-
quuta est hominum resurrectio: ergo illa
Secundũ argumẽtum. non est causa. ¶ Secundò. Effectus esse non
potest nisi causa præcesserit: potuit autem
resurrectio fieri etiam si Christus carnẽ non
assumpsisset: nam vt.3. de Trinita. capi.10. au
tor est Augustinus, non defuit Deo modus
alius posibilis remittendi scelera nostra: er-
Tertium argumentũ. go resurrectio Christi non fuit causa. ¶ Ter-
tiò. Eiusdem rei non opus est esse plures cau
sas eiusdem generis: sed resurrectionis causa
potissima est Deus, cuius instrumentum ad
excitandos mortuos futura est tuba, & tan-
quam ministri resurrectionis erunt angeli,
iuxta illud.1. ad Thessalonicen.4. Ipse domi-
nus in iussu & in voce archangeli & in tuba
Dei descẽdet de cœlo, & mortui, qui in Chri
sto sunt resurgent primi &c. vbi Christus nõ
videtur describi tanquam resurrectionis au-
tor, sed virtus & tuba Dei & vox archange-
li. Ergo eius resurrectio, non est nostræ futu-
ra causa. ¶ In contrarium est, quod primum
Pars affirmatiua. in vno quoque genere, vt.2. Metaphy. cap.1.
autor est Philosophus, omnium eiusdem ge
neris causa est, vt ignis omnium calidorum:
Christus autem fuit resurgentium primus,
iuxta illud Pauli.1. Corinth.15. Christus resur
rexit à mortuis primitię dormientiũ. Quam
ob rem vocatur primogenitus mortuorum:
id est, primus qui resurrexit: ergo eius resur-
rectio causa est nostræ.
¶ Ad quæstionem quatuor conclusionibus *Prima conclusio.*
respondetur. Prima. Quanuis gratiæ & glo-
riæ nostræ atque omnium, quæ ad nostram
salutem pertinẽt, Deus suapte autoritate sit
prima causa, nihilominus Christus quate-
nus Redemptor, est eorundem beneficiorũ
etiam causa per potestatẽ sibi diuinitus col-
latam. Conclusio est compertissima. Prior *Prima pars.*
scilicet pars secundùm illud Theologorum
axioma, Opera Trinitatis indiuisa sunt à
dextra: hoc est, omnia à Deo quatenus vnus
est in tribus personis procedunt. Quare &
ipsius Christi incarnationis Deus fuit causa,
atque adeò omnium beneficiorum, quæ in-
de nobis largissimè prouenerunt. Posterior *Secunda pars probatur.*
etiam pars inde colligitur, quòd cùm ipse in
quantum Deus & homo nost am fuerit re-
demptionem operatus, inde constat Regem
fuisse regni cœlorum: hoc est, iure sibi com-
petere rationem nostrarum actionũ exige-
re, præmiaque & supplicia decernere, iuxta
illud Ioan.5. Omne iudicium dedit pater fi- *Ioan.5.*
lio: Dedit enim ei iudicium facere, qui filius
hominis est. Et Matth.18. Data est mihi om
nis potestas in cœlo & in terra, Ob idque vi
ait Paulus.1. ad Timothæum.2. vnicus est me *1. ad Timoth.*
diator Dei & hominum, Medius quippe vtri-
usq; extremi particeps esse debet. Etenim
neq; qui tam humilis esset fortis, vt nullam
haberet ad regem accessum, neque qui tam
sublimis esset, vt cum eo populus conuersa-
ri non posset, inter Regem & populum me-
diator esse valeret. Christus autem Deus &
homo ex vno habet accessum ad patrem, &
ex altero vt delicias ducit esse cum filijs ho-
minum. Obidq; & tanquam aduocatus no-
ster & internuncius apud Deum, tum no-
stra sacrificia ei offert, tum vicissim & sua no
bis

Ad Ephes.4. bis confert beneficia. Vnde idem Aposto-
lus ad Ephes.4. Ascendens, inquit, Christus
in altum captiuam duxit captiuitatem, de-
Ioan.1. dit dona hominibus. Et Ioan.1. Vidimus il-
lud (scilicet, verbum) plenum gratiæ & veri-
tatis, & de plenitudine eius nos omnes acce-
pimus. Non nos pleni, vt ipse plenus, quem-
admodum perditi hæretici dogmatizant di
centes, suam iustitiam perinde nobis impu-
tari acsi nos ipsi fuissemus passi, ita vt nulla
ampliùs satisfactione indigeamus, imò q̃ ad
æqualem eandemq; cum sua sanctitatem si
mus per ipsum promoti. Sed ipse plenus tan
quam vnigenitus Dei filius naturalis, cui nõ
ad mensuram data sunt dona. Nos verò tan
quam eiusdem patris filij adoptiui secũdùm
mensurã donationis Christi, vt ad Ephes.4.
ait Paul. accepimus de plenitudine eius: sci-
licet, quatenus per sacramenta aut per no-
stras actiones fauore eius præuentas, accipi-
mus gratiam pro gratia: quia nulla iustitia
Ioan.4. nostra suam antecedit gratiam: nam in hoc
est charitas, vt ait Ioan. non quasi nos dile-
xerimus Deum (scilicet priùs) sed quia ipse
ptior dilexit nos. Et ideo quicquid nobis
dat, gratis dat & quanuis vnũ pro alio, tamẽ
vtrumque gratis. Dedit enim legem anti-
quam gratis, quæ ideo gratia erat, sed non
erat nisi vmbra veritatis nouæ legis, neque
ex se iustificare poterat. Pro illa ergo gratia
dedit aliam: scilicet, legem euangelicam, quę
veritas est, & per sacramenta iustificat. Quo-
circa subdit, Lex per Moysem data est, gra-
tia & veritas per Iesum Christum facta est.
Item dedit nobis vnigenitum suum in carne
plenum gratiæ & veritatis, quæ fuit nobis
donorum gratiarumque summa, & per ip-
sum nobis confert iustificantem gratiã. Rur
sus pro hac iustificante gratia, quæ est acce-
ptatio ad gloriã, collaturus est nobis gloriã,
quæ est consummata gratia. Accepimus er-
go de eius plenitudine gratiam pro gratia:
scilicet, legem pro lege, nouam pro veteri, iu
stitiam pro iustitia: scilicet, nostrã per suam:
& gloriam tandem pro nostra iustitia quæ
procedit ex sua gratia: hoc est, prę miũ suum
pro merito nostro, quod in sua virtute niti-
tur. Vide quantum Deo Christo debeat hu
manum genus. ¶ Secunda conclusio. Resur-
Secunda conclusio. rectio Christi fuit, futuraque est causa resur
Probatio. rectionis nostræ. Probatur. Quoniam licẽt,
vt dictum est, Christus fuerit autor benefi-
ciorum omniũ salutis nostrę, tamen diuersa
eius opera ad diuersa beneficia appositissi-
mè coaptantur: & ideo sicut per passionem
causa fuit redemptionis nostræ & liberatio-
nis ab spirituali morte peccati, ita & per re-
surrectionem causa fuit resurrectionis no-
stræ ad vitam perpetuam, etiam corporalẽ.
Id quod sapientissimè Paulus ad Roman. 4.
illo verbo insinuauit. Qui traditus est pro-
pter delicta nostra, & resurrexit propter iu-
stificationem nostram. Nam quia in iustifi-
In iustificatiõe duplex terminus. catione duplex est terminus: scilicet, à quo,
qui est peccatum: & ad quem, qui est inno-
uatio vitæ, per mortem & resurrectionem
Christus mysterium redemptionis perfecit,
quia moriendo extinxit nostra peccata, &
resurgendo contulit nobis ius æternæ vitæ.
¶ Et ideo ad Romanos.6. Si mortui, inquit, *Paulus.*
sumus cum Christo (scilicet per baptismũ)
credimus, quòd simul etiam viuemus cum
Christo, scientes, quòd resurgens à mortuis
iam non moritur, mors illi vltra non domi-
nabitur: quòd enim mortuus est peccato,
mortuus est semel, quod autem viuit, viuit
Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos esse
peccato, viuentes autem Deo in Christo Ie-
su. Quasi dicat. Sicut Christum necesse fuit
à vita mortali pro originali culpa nostra se-
mel mori, vt subinde resurgens vita diuina
viueret, neque mors illi vltra dominaretur,
ita & vos mortuos semel peccato in baptis-
mo oportet diuina vita innocenter viuere,
vt non ampliùs vobis peccatum dominetur.
Et eadem ratione quantum ad vitam cor-
poralem licẽt oporteat vos semel mori (ad
Hebræos.9.) resurgetis tamen in vitam, qua *Pan. Heb.9*
Deo æternum corpore & anima per bene-
ficium Christi viuatis. ¶ Quapropter idem *1. Corint.15.*
Apostolus.1. Corinthios.15. ex resurrectione
Christi tanquam ex propria causa nostram
colligit. Si enim, inquit, Christus prędicatur,
quòd resurrexit à mortuis, quomodo qui-
dam dicunt in vobis, quòd resurrectio mor-
tuorum non est? Si autem resurrectio mor-
tuorum non est, nec Christus resurrexit. Ar
guit à causa ad effectum. Vnde statim sub-
nectit. Si autem Christus non resurrexit, ina
nis est prædicatio nostra: quare si in hac vi-
ta tantùm sperantes sumus, miserabiliores
sumus omnibus hominibus. Nunc autem
Christus resurrexit à mortuis primitiæ dor-
mientium: quoniam per hominem mors, &
per hominem resurrectio mortuorum. Vbi
antidotum depingit salutis nostræ, quòd sic-
ut Adam initium fuit mortis viuorum, ita
& Christus resurrectionis mortuorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Resurrectio Christi quomodo sit cãnostra.

¶Est tamen dubium, quomodo sit causa, vtrùm scilicet, efficiens, an verò formalis aut finalis. Respondetur, diuersimodè considerãdiuersimodè concurrere. Si enim Christũ mediteris quatenus Deũ, tũc prima est causa efficiens nostræ resurrectionis per suam infinitam virtutem. Sed tunc est causa æquiuoca: id est, altioris rationis & generis, sicut est causa cæterarum rerum creatarum. Si verò consideretur ceu Deus humanitati coniunctus, in qua resurrexit, tunc est causa proxima per virtutem diuinitus susceptam, & vniuoca: scilicet, eiusdem rationis cum nostra resurrectione, vt ipse Ioan. 5. testatur dicens, Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Vnde qa causa efficiens vniuoca producit effectum sibi similem, vt ignis ignem, est etiam causa formalis: putà, exemplaris: quia corpora nostra instar sui corporis suscitanda sunt & dotibus similibus dotanda, iuxta verbum Pauli ad Philippen. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ. Quod verbũ ecclesia in die Transfigurationis canit, propterea quòd illic Dominus & viuis & defuncto Moysi & seruato Eliæ ostendit, quemadmodum ad eius exemplum debeant omnes resurgere. Est nanque ipse caput nostrum, nos verò eius mẽbra, & ideo omnia eius dona in nos redundant, quemadmodum vt est in psalmo, Vnguentum in capite quod redundabat in barbam Aaron, & vsque ad oras vestimenti eius. Vnde Paul. Hebræos. 2. Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatẽ, qua dilexit nos cùm essemus mortui peccato cõuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus. ¶Quod si rursus scisciitando instes, vtrùm humanitas ipsa sit aliquo modo causa efficiens nostræ resurrectionis? Respondetur, quòd si de causa agenti & principali perconteris, non est nisi virtus Christi ei diuinitus impertita. Eadem enim quę fuit causa resurrectiõis suæ erit & nostræ: & clarum est, quòd humanitas, quæ in triduo non habuit partes cõiunctas, non fuit causa suæ resurrectionis, sed diuina virtus Christo communicata, qui & animam habebat diuinitati coniunctam & simul corpus: quare eãdem virtute easdẽ partes coagmentauit, & eãdem virtute nos quoque resuscitabit. Et hoc est quod ait ad Roma. 7. Paul. Qui suscitauit Christum à mortuis viuificabit vitalia corpora nostra. Si verò de causa instrumentali fiat sermo, resurrectio ipsa Christi: hoc est, coniunctio corporis & animæ suæ est instrumentum coniunctum eius diuinitati, quo mediante nostræ resurrectionis erit causa. Quemadmodum, vt libr. 3. cap. 15. ait Damascenus, tactu corporali mundauit leprosum, & linitione oculos aperuit cæco. ¶Quòd si in contrarium arguas. Eadem esse debet causa omnium, quæ sunt eiusdem speciei: humanitas autem non fuit causa resurrectionis Christi, eo quòd anima erat tunc à corpore separata: ergo neque nostræ est causa. Respondetur ad maiorem, solùm habere verum, quando omnes illi effectus eundem habent ordinem ad causam. Et liquidum est, resurrectionem Christi propinquiorẽ esse virtuti diuinitatis, quàm nostram: & ideo per suam propriam virtutem absque alio instrumẽto resurrexit: nostram autem resurrectionem mediante sua operaturus est. ¶Redarguitur nihilominus, quòd faltem eius resurrectio non fuerit causa resurrectionis damnatorum, quia in effectu quippiam similitudinis causę relinquitur: in damnatis verò nihil fiet reliquum Christo simile: quia nullas obtinebunt aut animæ, aut corporis dotes. Respondetur verò omnium fore vniuersalem causam. Damnati enim assimilabuntur ei in natura humanitatis: quia integram, vt ipse, recipient, non tamẽ in gratia filiorum Dei, sed resurgent, vt executio in eis iustitię fiat, secundùm corpus & aiam. ¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd posita causa naturali, quæ se sola sine aliorum ordine operatur, extemplò subsequitur effectus, vt præsente sole illico fit illuminatio: illa tamen quæ ordine agit, aut mediante alia causa non protinus totum effectum profert, sed per ordinem applicata. Ignis enim, qui est causa caloris, non illicò totum in passum influit, sed incipit paulatim illum effundere, imo nisi passum ei admoueatur, non agit. Resurrectio autem est causa non immediata, sed mediante diuina virtute, quæ per diuinam suam voluntatem, secundùm ordinem suæ sapientiæ applicabitur tempore scilicet per eandem sapientiam decreto. Quare protinus resurgente Chro multa corpora sanctorũ resurrexerunt: nam etiãdum expirauit, Matthęus referat, multa monumẽta aperta fuisse, & multa corpora sanctorum, qui dormierunt, resurrexisse, subdit tamen,

Resurrectio Christi est causa formalis.

Dubium.

Solutio.

Pau. Rom. 8.

Damascenus.

Obiectio.

Dilatio.

Resurrectio Christi, an fuerit causa resurrectionis damnatorum.

Saluatio.

Solutio primi argumenti.

tamen, q̃ resurgẽtes de monumẽtis post resurrectionẽ eius venerũt in sanctam ciuitatẽ, vt ostẽderet priùs ipsum, q̃ illos resurrexisse, vt articu. 1. quæstionis sequentis explicatiùs dicemus. Obidq; illi testes perinde facti sunt resurrectionis dominicæ, vt effectus causæ præsentiã cõtestari solet: sic enim per fumũ cognoscimus ignem. ¶Ad secundũ verò rũdetur, Deũ aliter, vt ait August. salutem nostrã operari potuisse, ignoscẽdo scilicet nobis absq; perfecta satisfactione Chri per eius mortẽ. Et tunc etiam resuscitasset nos absq; eius resurrectione. Sed tamen quia iustitia Dei perfectam illam satisfactionẽ per Christum exigebat, sicut non sanauit animas nostras nisi per passionẽ Chri, ita corpora nõ nisi per eius resurrectionem reparabit. ¶Tertium verò argumẽtum aliud exposcit explorandum: nempe, an aliqua sint illic futura Dei instrumẽta: videlicet, vocem, aliáue angelorum ministeria. Nam ex vna parte videntur superflua, cùm Deus ipse se solo facere possit, iuxta verbum Damasceni lib. 4. capit. 28. Crede resurrectionem futuram diuina voluntate, virtute & nutu: sed nihilominus Paulus & vocis Dei & archangeli meminit & tubæ. ¶Sit ergo tertia conclusio. Signum aliquod dabitur in iudicio præsentiæ Christi ad iudicium aduentantis. Probatur. Christus, vt dictum est, per suam resurrectionem est causa vniuoca: hoc est, eiusdem rationis cum nostra: causa autem huiusmodi non operatur, vt. 7. Phys. ait Philosophus, nisi per suam præsentiam applicata: cùm ergo Christus in carne sit apparituros, ante quem mortui omnes sint cõuenturi, necesse est signum aliquod sensibile aduentantis ipsius adesse: quod vtique signum vocem Paulus loco citato appellat, & tubam. ¶Haud tamen inter interpretes satis conuenit, vtrùm in sensu literali vox re vera sit intonanda, canendaque tuba humano auditu perceptibilis, an verò sola illa apparentia Christi, qui sua claritate refulget, per metaphoram, vt sermo humano mori accommodetur, vox dicatur & tuba. Sunt enim quibus per metaphoram dictũ placet. Vt enim legitur Matthæi. 24. Sicut fulgur, quod venit ab oriente & apparet in occidente, ita erit aduentus filij hominis. Sicut ergo repentinus ille fulgoris splendor citissimo fulguri assimilatur, ita & apparitio ipsa iudicis, aiunt, nomine vocis exprimitur, eo quòd tota hominum corporalis natura illi obediet, & illius nutu omnia recepto spiritu vitæ præsto erunt. Et huic opinioni patrocinari videtur Gregorius dicens, quòd tubã sonare, nihil aliud est quàm mundo filium Dei vt iudicem demonstrare. Atq; ad hanc opinionẽ, quippe quam secundo loco recitat, gratiùs videt D. Tho. adnuere. At verò in Quarto nõ perinde ac in summa exactè res limabat, sed crebro aliorum scita referebat. Minimè ergo ambigendũ est quominus præter iudicis præsentiã sensibile aliquod signum præsentis iudicis sit affuturum: nam præsentia ipsa nõ est signũ, sed res significata. Signũ ergo erit seu tonitrus, seu alius clangor, qui ad similitudinẽ tubę exprimitur. Vnde illud Iob. 26. Quis poterit tonitrũ magnitudinis eius intueri? exponẽs Gregor. ait, q̃ quem Iob tonitrũ, Sophonias tubam appellauit ca. 1. vbi ait, Dies illa, diesirę, &c. dies tubę & clangoris. ¶Accedit, q̃ cũ iudiciũ sensibiliter faciendũ sit: nempe, oculis & auribus sit percipiendũ, eo q̃ Chrs in carne tanq̃ Redemptor sit iudex venturus, q̃ simillimũ vero est aliquo sensibili sonitu eundem iudicẽ excitatos mortuos ad iudicium euocaturum. Ait enim Pau. q̃ dñs veniet in iussu Dei: nã iudicis est iubere, vt qui sniam auditurí sunt, in suo tribunali sistant. ¶Obidq; re vera quicquid fit de tuba, vocem tũ certius credendũ est tunc proferendã: Nam q̃uis iussus ille potuerit fieri duntaxat intus in mẽte sine externo sonitu, quemadmodũ credit Deus mundũ condidisse. Per illud em Gen. 1. Dixit, fiat lux, & Dixit, fiat firmamẽtum &c. iussa diuinę mẽtis designant. Tamẽ in finali resurrectiõe longè vero similius est, sonora voce rem peragendã. Quando enim Deus mundũ creauit, neq; ipse Deus sensibilis erat homo, neq; erant tunc mortales, qui essent eius voces audituri. Chrs aũt Deus & homo, qui ꝓprio ore fidẽ nos docuit suã, & legẽ nobis posuit, credẽdus est sensibili voce terribile illud conciliũ initũ ire. Vnde Paul. tria subinde cõnectit dicens, Dñs in iussu, & in voce archãgeli & in tuba Dei descẽdet de cœlo: quasi iussus voce sit explicãdus, & tuba promulgandus. Et accedit presertim verbum ipsius Christi Ioã. 5. Omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent, vbi denotatur auditu vocis esse excitandos. ¶Atque inde etiam ad id arguitur, quòd verba sacræ scripturæ, quæ per proprietatem suauiter exponi possunt, non sunt ad metaphoras releganda. Potuit enim Christus ventis & mari interne nutu

Solutio primi argumenti.

Solutio secũdi argumẽti.

Solutio tertii argumẽti.

Tertia conclusio.

Ratio.

Gregorius. Tubam canere quid.

S. Tho.

Sentẽtia auctoris.

Gregorius.

Ratio. 2.

1. ad Thessaloni. 5.

Vox sonora in iudicio.

Paulus.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

no nutu imperare, vt quiescerent tempestatemque sedarent, eo vel maximè quòd res illæ audiendi sensu non pollebant: & tamen, vt legitur Matth.8. non imperauit nisi voce sensibili, veluti etiam dæmonibus vt de corporibus exirẽt: quàm maxima ergo inde fit coniectura in die iudicij voce quoque mortuis iussurum, vt resurgentes compareant.

Ratio.4. ¶Præterea arguitur. Illum stupendum aduẽtum multæ circunstantes qualitates facient terribilem, vt nigrans aeris imago, & nubiũ fragor, atque alia: omnium autem horum profectò terribilissima est viua vox. ¶Imò

Vox in dicij. hinc maxima cũ probabilitate colligitur, vocem illã quasi ore fore articulandã & humano more fore imperatricem: quãdoquidem debeat Dei hominis iussum exprimere. Est autem rei accommoda vox illa, quam Hierony. in regula monacharum. cap. 30. & alibi sæpè meditatur, Surgite mortui, venite ad iudicium: qua videlicet & resurrectio edicitur, & conuentus indicitur. ¶Vtrùm verò vo-

An Christus ore proprio illã vocem sit platurus. cem illam Christus ipse ore proprio, vel archangelus à Deo iussus sit prolaturus, non multùm decertarem. Est tamẽ plausibilius, quòd angelus ante faciem iudicis præconiũ illud sit intonaturus, tum quod sic ait Paulus, in voce archangeli, tum quòd & ad iudicis maiestatem, eiusque autoritatis amplitudinem plus confert, vt angelus illud ministerium exhibeat, quemadmodum in præsentia Regis præco est qui eius leges & iussa diuulgat. Vnde Christus ipse Matth. 24. Mit-

Matth.24. tet, inquit, filius hominis angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos &c. ¶Accedit, quòd & in primo misericordiæ aduentu Ioannes tanquam angelus,

Esaiæ.46. vt Esaias fuerat vaticinat°, missus est ante faciem eius, qui præparans viam eius ante ipsum inclamaret, baptismum euulgando pœnitentiæ, quia appropinquabat regnum cœlorum: ex quo fit maximè verisimile in aduentu ad iudicium etiam angelum concitaturum mortuos. ¶Sed arguis fortè contra.

Obiectio. Vox illa non poterit à cadaueribus exanimis audiri: erit ergo superuacanea. Negatur

Dilutio. vtique antecedens: vox enim cùm in aeris verberatione fiat, eodem aeris impetu percutiens dormiẽtium aures solet ipsos tam perniciter excitare, vt eandem vocem, qua excitantur, audiant, ita vt præcedens sonitus causa sit expergefactionis, & expergefactio causa auditionis. Ad hunc ergo modum vox illa supernaturali Dei virtute prolata mortua corpora perinde acsi dormirent, excitabit, quam excitati audient, & audientes iussa ca-

Glossa ipsa nu.67. pessent. Quare glossã super illud Psalmi. 67. Dabit voci suæ vocem virtutis, ait, idest, virtutem suscitandi corpora: naturaliter nanq; neque vox angeli id posset efficere. Est enim audienda non solùm in vniuersa terra & mari vbicunq; cadauera iacent, verùm & in inferno, vbi animæ detinẽtur, & in paradiso, vbi Deo fruuntur: Qua sanè iubebũtur cor-

Vocis indicij vis vertus. pora resumere sua. ¶Sanctus Tho. & Theologorum pleriqui virtutem illam virtuti sacramentorum similem autumant: nempe, vt sicut sacramẽtalia verba, veluti supra suo loco diximus, non quia audiuntur, sed quia proferuntur, instrumentalem habent gratiam: ita illa vox antequam audiatur, resuscitat mortuos: non tamen est negandum quin illico audientes ei obtemperent. ¶Et

Obiectionis dilutio. per eandem similitudinem soluitur obiectio alia fieri solita. Si enim voci illi virtus inest diuina, fit vt eidem voci naturalis sit effectus ille excitandi mortuos: sicut cæcus, qui per miraculum suscepit visum, postea naturaliter videt. Respondetur, inquam, virtutem illam diuinam non esse qualitatem voci illi inhærentem, imò quemadmodum de sacramentorum virtute diximus, non est illa virtus nisi motus quidam illius vocis verberatique aeris, qua scilicet voce Deus ceu organo suo vtitur. Quare effectus ille non est voci naturalis, sed supranaturalis.

Damascen. expositio. ¶Ad Damascenum ergo respondetur, quòd ad explicandam Dei cunctipotentiam tria composuit ad resurrectionem concurrentia: scilicet, diuinam voluntatem, virtutem & nutum: voluntas enim designat summam autoritatem imperij à nullo alio dependentem: virtus autem absolutam executionem absque alius indigentia: nutus denique citissimam exequendi facilitatem: ad nutum enim obedire, est non expectata imperantis voce, soli oculorum digitorúmue nutui auscultare. Sed nihilominus non negauit, quin ad rei decentiam vox etiam esset adhibenda. Gregorius autem fortasse illius fuit sententiæ, quòd nullus sit illic futurus vocis vsus: tametsi neque id planè de voce neget, sed de sonitu tubæ ait, nihil aliud esse, quàm demonstrare mundo iudicem Dei filium. ¶Et ideo respondendum superest, vtrùm præter vocem sit etiam illic tubæ sonitus futurus. Respondetur autem, q̃ quanuis qui diceret, tubam: nempe, instrumentũ

Voluntas. Virtus. Nutus.

Ad Gregorium.

ipsum

ipsum illic futurum, non absque colore ex verbis Pauli collecto loquieretur. Imò & ex verbis ipsius Christi Matthæi. 24. iam citatis. Nihilominus non est id dicere necessarium: siquidem angeli possunt instar tubę absque aliquo instrumento aerem verberare. Nam

Gregorius. & tonitrua veluti tubæ sonare assolent. Vnde citatus Gregorius, tonitrum idem censet tunc fore quod tubam. Et fortasse præter illam articulatam vocem erũt similes clangores & rauci strepitus, vt terroris plus incutiant, & audientes maiori pauore stupeant: quandoquidem locis citatis vox & tuba vt duo distingũtur. Quinetiam sonitus illi clan-

Praclamor & tuba. gorem & musicam plurium tubarum fortè referent. Nihilominus, si cum diuo Hiero. ad Minerium & Alexandrũ sentire placet, vox ipsa potest & clamor & vox & tuba censeri,

Clamor. vt clamor dicatur ab effectu conuocãdi concitandique gentes, iuxta illud Matthæi. 25. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus

Vox. venit. Et vox propter humanam articulationem & significationẽ imperium iudicis ex-

Tuba. primentem. Ac demum tuba propter vehementissimam vocis magnitudinem: nam tuba altiùs quàm ore vox intonat, iuxta illud Esaiæ. 38. Quasi tuba exalta vocem tuam. Et est alluſio ad morem antiquæ legis: nam vt Numer. 10. legitur (quia tunc non erat cymbalorum vsus) duabus argẽteis tubis ductilibus ad conuocandũ cœtum canebatur. Vn-

Tertium. de illud Iohel. 2. Canite tuba in Sion, conuocate cœtum. Et ideo Paulus. 1. Corinth. 15. In momẽto, inquit, in ictu oculi, in nouissima tuba. Vocat enim nouissimã: vt ibidem ait Hieronymus, alludens ad illud Apocaly. 7. de septem Angelis septem canẽtibus tubas, & subditur capit. 10. quod in diebus vocis septimi Angeli, per quem. vt interpretum plerique aiunt, intelligitur Christus, cùm cæperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei: scilicet, finis mundi, sicut Euangelizauit Deus per suos seruos prophetas: nempe, Daniel. 12. Quapropter semper restat quàm vero simillimum: quod præter vocem sit stre-

Tubam sonitus aeris. pitus aeris in modum clãgoris tubæ audiendus. Quando quidem Paulus ad maiorẽ emphasim subiungat. Canet enim tuba, & mortui resurgent. Si enim consummationem se-

Tubam sonitum quid. culi huius contemplemur, vbi vita, vt cap. 7. ait Iob, tanquam militia transigitur, sonare tunc tubam, erit receptui canere, vt consummato prælio fieri solet. Si verò dissidium consideremus, quod ad modum pugnæ, vt Sapient. 5. legitur, aderit tũc inter iustos & iniquos, erit classicum canere, vt solet dum initur prælium. Quare tuba tunc alijs tristè, alijs lætum canet: victis scilicet supplicium, & victoribus præmium. Si verò illud ceu œcumenicum concilium vniuersalemq; conuentum speculemur, quo de rerũ summa totius orbis decernendum est, & ad illam conuocationem vox quoq; tubæ accommodatur.

Angelorũ ministeria in die iudicij. ¶Demum vtrùm & angelorum obsequia illic sint futura hæsitatur: videtur enim superflua. Nam si necessaria essent, ad id maximè vt animę suis corporibus vnirentur: id autem non sunt necessaria, imò sicut solo Deo creantur in corporibus, ita & tunc vnientur.

Quarta conclusio. ¶Nihilominus subiungitur quarta conclusio. Illuc aduenturi sunt angeli Christo iudici ministrantes. Probatur ex Augustino. 3. de Trinita. & ex Gregorio. 4. Dialogorum, dictum, quòd corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur, obidque Deus etiam in supranaturalibus corporum mutatiõibus ministerio vtitur angelorum ad modum naturæ, quæ vt, 1. Meteoro. ait Philosophus, per

Aristo. lationes cœlestes hæc inferiora gubernat: atque illa quæ infra hominem sunt, ipsius hominis iudicio reguntur, & corpus per animam. Inde ergo colligitur, quod Deus, qui supremus spiritus est, resurrectionem hominum, qui ex spiritu & corpore constant, per spiritus medios cœlestes sit perfecturus. Præsertim quòd Christo ea ratione, qua Redemptor, angelorum obsequia debentur, iuxta

Paulus. verbum Pauli ad Hebræos. 1. Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient saluris? Quare & eius conceptionem matri, & eius natiuitatem pastoribus annunciarũt, & in eius passione & resurrectione sua quoque præstiterunt obsequia. Atque adeò in resurrectione, vbi eius potissimùm maiestas & claritudo resplendebit, copiosissimus angelorum numerus eum comitabitur, iuxta verbum ipsius Matthæi. 25. Cùm venerit fi-

Matth.25. lius hominis in maiestate sua & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes. ¶Quo autem angelorum illic functiones innotescant, notandum est

Quatuor cõgregationes. quatuor illic rerum congregationes futuras. Prima erit, vt vniuersi puluerés vbicunque fuerint, congregentur ad compingendũ

Prima. corpus: & hanc facient angeli siue voce illa,

Surgite

Universidad de Deusto Biblioteca

Surgite mortui, siue citissimo præeunte locali motu per supranaturalem virtutem. Secunda erit cõmassatio & organizatio membrorum, quæ etiam, vt quidam volunt, compositio eorum ministerio fiet, Sed de hoc dicturi sumus quæstione sequenti artic. 2. Tertia erit vnio animarũ cum corporibus: hæc autem à solo Deo immediate absque vllo creato ministerio fiet, sicut earundem creatio animarum. Per quod argumentum proximè factum restat solutum. Veluti & glorificatio ipsa opus solius Dei est, absque angelico ministerio. Quarta congregatio erit omnium resurgentium ante tribunal Christi. Et in hac etiam angeli suas præbebunt operas. ¶ Tametsi fortasse in hoc diuisum erit bonorum angelorum & malorum officiũ, vt boni iustos in tribunali Christi sistant: sic enim Matth. 24. ait Christus, quòd angeli, quos missurus est, congregabunt electos à quatuor ventis à summis cœlorum vsque ad terminos eorum, vbi non fit reproborum mentio. Quare sicut reproborum animæ in primo exitu à corporibus per dæmones importantur ad inferos, ita nec sine probabilitate dici potest, eosdem fore ministros ad deferendos damnandos in iudicium, vbi eos sunt accusaturi. Et forsitan illud Matthęi. 13. quòd in consummatione seculi exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, sic intelligitur, quòd boni angeli separabunt electos ad dexteram iudicis, vt inde euehantur ad gloriam: dæmones verò separabunt malos ad sinistram quos inde præcipitabunt in Tartara. ¶ At cùm angelorum hierarchiæ & ordines plures sint, fortasse quis sciscitetur, cuiusnam ordinis illi angeli erunt? Apparet enim fore virtutes, quibus conuenit miracula ædere. Et tamen Paulus loco citato non vocat eum nisi archangelum. Respõdetur, quòd princeps illorum illic erit Michael archangelus, qui vt princeps militiæ cœlorum expugnauit Luciferum cum suo exercitu, fuitque adeò princeps synagogæ, vt habetur Esaiæ. 10. & Daniel. 12. estque & ecclesiæ princeps, sed sub illo multi erunt angeli propria singuli offerentes obsequia.

Secunda. *Tertia.* *Quarta.* *Angelorũ bonorũ & malorũ officia.* *Matth. 13.* *Dubium.* *Solutio.*

¶ Ad tertium igitur argumentum respondetur non inconuenire, imò conuenire maximè eiusdem rei plures esse diuersi ordinis causas. Erit ergo Christus resurrectionis autor, & vox instrumentum, atque angeli ministri.

Solutio tertij argumẽ.

QVAESTIO SECUNDA, De resurrectionis tempore & modo.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm tempus resurrectionis sit finis mũdi.

NON solùm causas, verùm & tempus & modũ resurrectionis nosse oportet. Et ideo quæritur, vtrùm congruũ fuerit, resurrectionem vsq; ad finem mundi prolatari. Arguiturq; à parte negatiua. Maior est concordia capitis ad mẽbra, q̃ membrorum adinuicem, sicut causę ad effectus, quàm effectuum inter se: sed Christus, qui caput est nostrum, nõ distulit suam resurrectionem vsq; in finem mundi, vt cum mẽbris simul resurgeret: ergo nec decuit, vt nos vniuersalem illam resurrectionẽ expectarem⁹, sed vt vnusquisq; suo tempore resurgeret: scilicet, cùm ingressurus esset in sernum aut cœlum. ¶ Secundò. Resurrectio capitis, vt dictũ est, causa est resurrectionis membrorũ: cùm ergo resurrectio Christi extemplo effectum sortirũ cœperit in illis, qui cum illo resurrexerũt, & postmodum in quibusdam illustribus membris propter suam nobilitatem, vt de beata virgine fertur, & de Ioãne Euãgelista: consequitur, vt deinceps sic deberent singulorũ resurrectiões sigillatim fieri. ¶ Tertiò. Post mũdi terminũ nullũ fiet reliquũ tempus: post resurrectionẽ aũt mortuorum connumerandi sunt anni mille, anteq̃ fiat cõsummata resurrectio in vitã perpetuã: ergo resurrectio corporũ nõ erit in fine mũdi. Minor probat ex illo Apocalyp. c. 20. vbi binæ resurrectiõis fit mentio. Ait em primò Ioannes, Vidi angelũ descendentẽ de cœlo, &c. & ligauit diabolũ per annos mille. Et vidi sedes & aãas decollatorũ propter testimoniũ Iesu sedentes super eas, & vixerũt & regnauerũt cum Chrõ mille annis. Cæteri mortuorũ non vixerunt quousq; cõsummarentẽ mille anni. Et est resurrectio prima, vbi duæ insinuantẽ resurrectiões: vna quidẽ sanctorum martyrũ, & altera post mille annos vniuersalis iustorum & damnatorum

Pars affirmatiua. *Pars negatiua.* *Secunda.* *Tertia.*

torum: habetur enim Apocalyps. ca. 12. quòd mulier (per quam ecclesia significatur) habet locum paratum à Deo vbi pascatur diebus mille ducentis sexaginta: & Daniel. 12. finis mũdi legitur fore à tempore, quo ablatum fuerit iuge sacrificium: putà, lex vetus, diebus mille ducentis nonaginta transactis: quibus locis dies ponitur pro anno, secundum illud Ezechiel. 4. Diem pro anno, dedi tibi: ex quibus ergo locis colligi potest dies ille: vel saltem angeli, qui in conspectu Dei sunt, diem illum postremum mundi videnT: & tamen ait Christus Matth. 24. quòd de die illa & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum: ergo non erit in fine mundi. ¶ In contrarium autem est illud Iob. 14. Homo dum dormierit, non resurget, donec atteratur cœlum: hoc est, quousque moueri cesset, quod erit in fine mundi.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem vnica conclusione respondetur. Resurrectio corporum in fine mundi erit. Conclusio est non vtcunque vera, sed proximè ex euangelio collecta: nam etsi in articulo fidei solùm consiteamur carnis resurrectionem, tamen illa resurrectio asseritur generalis fore in consummatione seculi. Vnde Iob. 19. Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: quasi dicat, ille iam resurrexit, ego verò non vsque ad nouissimũ diem. Et Matth. 13. in zizaniorum parabola ait Christus, quòd messis consummatio seculi est: & nomine messis intelligitur vniuersalis resurrectionis dies, quando vnusquisque metet, quod seminauit. Vnde subditur, q̃ in eadem cõsummatione seculi mittet filius hominis messores: nempe, angelos, qui colligent scãdala, & mittent ea in caminum ignis, triticũ autem congregabũt in horreum. Resurrectio ergo erit in cõsummatione seculi. Et Matth. 24. interrogauerunt discipuli Christum, Quod signũ aduentus tui & cõsummationis seculi? quasi idem sint. Et rãdit Christus, Prædicabitur euangelium hoc in vniuerso orbe in testimoniũ omnibus gentibus, & tunc veniet cõsummatio. Et rursus inferiùs. Statim post tribulationẽ dierum illorũ nempe, Antichristi, sol obscurabitur, & luna non dabit lumẽ suum, & stellæ cadent de cœlo: & virtutes cœlorum cõmouebũtur, quæ sunt signa cessantis orbis à suo motu, atq; adeò supremæ diei mũdi. Et subditur. Et tunc apparebit signũ hominis in cœlo, & mittet angelos suos & congregabunt electos, &c. vbi denunciatur, q̃ finis mundi & carnis resurrectio in eandẽ incident diem & horam. Et Paul. 1. Cor. 15. In Christo, inquit, oẽs viuificabuntur (& loquitur de resurrectione corporum.) Et subdit. Deinde finis, cùm tradiderit Christus regnũ Deo & patri: vbi finem mundi cum resurrectione coniunxit. ¶ Neque verò rationes desunt eiusdem veritatis assertrices. Corpora nanq; nostra in vitam perpetuã & immortalem resurgere speram⁹, cum videlicet in modũ, quo Christus resurrexit, de quo ait Paul. ad Roman. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra nõ dominatur: ergo eo tẽporis articulo fore decuit omnium vniuersalem, quo generationes & corruptiones horum inferiorum cessabunt, & nulla fiet reliqua vita mortalis, sed sola sempiterna: cùm verò hæc inferiora corpora, vt proximè ex Augustino. 3. de trinita. & Aristotele. 1. Meteo. citauimus, lationibus superioribus gubernentur, ordo diuinæ prouidẽtiæ exigit, vt quousq; eorum motus cessauerint, resurrectio corporum differatur. ¶ Item tempus, vt. 4. Physic. ait Philosophus, est numerus & mẽsura motus, & potissimùm motus cœli, vt. 2. de generatio. scriptum est, quo vtiq; omnia, quæ sub orbe lunæ generantur & corrumpuntur, mensurantur: vita verò resurgentium corporũ nulli erit variabili mensuræ subiecta, sed æternitati, quę omni carET varietate & termino: igitur quousq; variabilis illa temporis mensura periodũ suum cõpleat, neq; alia superfit q̃ æternitas, sapientia diuina non tulit vt corpora resurgãt sed tũc omnia simul: tempus autem non nisi cũ motu cœli finietur: ergo illic futura est resurrectio. Atq; huc illud alludit Apocalyp. 10. vbi Angelus inducitur supremæ diei nũcius, qui iurauit, q̃ tempus non erit amplius, sed in diebus septimi angeli cùm cœperit tuba canere consummabit mysterium Dei. ¶ Tertiò. Quandiu hæc rerum mutabilitas duraverit, suapte natura humana ingenia fusque deque fert, affectusque mortalibus varios ingenerat, nostrasque pellicit voluntates, atque adeò toto, quod durauerit tempore, duratura est militia & palestra humani certaminis, vt alij de Deo bene, alij verò malè mereantur: resurrectionem autem corporum eo temporis momẽto fieri decuit generalẽ, quo Christus iudex viuorũ & mortuorum a cunctis simul mortalibus generalẽ rationem exigeret eorũ, quæ hoc mundo vtentes gesserũt in corpore: ergo resurrectiones, non fuit

Ratio. 1. *Ratio. 2.* *Ratio. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fuit congruēs singulorum diuersis temporibus fieri sigillatim, sed in suprema mundi hora vnam omnium vniuersalem. ¶Quartò. Vniuersitas mutabilium creaturarum, quas Deus hominis dominio subiecit, eisdē mortalibus ad suum ipsorum libitum seruit: improbi enim rebus ipsis ad suam libidinē abutuntur, probi verò vtuntur in obsequiū Dei: vnde Paul. Roma. 8. Vanitati creatura subiecta est nō volens: idest, nō ex primæua ordinatione Dei, sed propter eum, qui subiecit eam (scilicet mortalium arbitrio) in spe, videlicet sperans vt homo spe retributionis legitimè ea fungeretur, sed ipse homo vanitati suæ voluptatis eam subiecit: quare ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei, & ideo id sperās ingemiscit: ergo reliquæ creaturæ non sunt ab hac hoīm seruitute liberādæ quousq; corpora eorum corruptibilia incorruptibilitatē induant, quod erit per resurrectionem: volubilitas autem creaturarum nō cessabit vsq; in finem mundi, quādo omnes motus quiescent: ergo non nisi tunc futura est corporū resurrectio, atque adeò tunc omnis creatura ab iniqua hominum seruitute liberata per supremum ignem, vt inferiùs dicturi sumus, à sordibus cunctis & fecibus, quas inde contraxerat, expurgabitur.

Ratio. 4.

Solutio primi argum. ¶Ad primum igitur argumentum respōdetur, quòd etsi quātum ad rationem influentiæ plus caput cum membris, q̄ membra inter se conueniat, quia influit in omnia, tamē qua ratiōe caput est membrorum causa, singulari ratione membra inter se conueniunt: nempe, quia sunt effectus, qua vtiq; ratione à capite differunt. Igitur qua parte resurrectio Christi est causa resurrectiōis nostræ concuit sic fieri, vt spes inde nobis nostræ cōfirmaretur. Et ideo fuit necessarium, vt illico resurgeret, quo eādem nobis spem generaret: nos verò tanq̄ membra pōst resurgeremus. Pręterq̄ quòd in ipso tanq̄ in vnigenito à patre, vt dictum est, fuit plenitudo omniū charismatum, de qua vtiq; plenitudine nos oēs suscepimus. Et præterea corpus eius, quia nulli, neq; originali, fuit peccato obnoxium, sed instrumentum abluendi nostra, decentissimum fuit, vt gloria animę, quæ in fine mundi in nostra corpora redundabit, protinus suum glorificaret corpus. ¶Ad secundum dicendum hoc in primis adnotandum est, vt hic D. Tho. idque scientissimè adnotauit, q̄ nulli eorum, qui hactenus resurrexerūt, censendi sunt ob id resurrexisse, q̄ ratione sanctitatis propiùs ad Christi sanctitatem accesserint: nam quāuis alijs alius propinquius eidem capiti Christo per eius gratiā accesserit, & beata virgo proximè: nemo tamen accessit nisi tanquam membrum: quod est dicere, omnis accessit tanquam recipiens influxum à Christo, & nemo tanquam causa influens in alia membra: & ideo nemini ratione illius propinquitatis debebatur resurrectio vsq; in finem mundi: nam si festinatior resurrectio ante tempus, ob meritum fieret personæ, non fieret nisi quia eius resurrectio causa esset resurrectionis aliorum, quod soli Christo competit. Item quia sicui propter eminētiam sanctitatis deberetur resurrectio ante generalem, tunc par erat, vt omnes sancti, etiam inferioris sanctitatis in eadem temporis proportione resurgerent, quo eorum sanctitas requirit: vt si beata virgo, verbi gratia, tertio die resurrexit, iustitia exigebat, vt qui sanctitatis erat duplo minoris post sex dies resurgeret, & qui esset triplo minoris, post nouem: hoc autem opinari fas non est: ergo nemo ratiōe suæ sanctitatis, quasi id iustitia retributionis exegerit, hactenus resurrexit, sed ex singulari prærogatiua & gratuito priuilegio Dei. ¶Illis igitur, qui cum Christo resurrexerunt, priuilegium illud indultū fuit in gratiam ipsius Christi: nempe, vt testes essent eius resurrectionis. Caueat autem cordatissimus quisque ne fallatur, illos ante ipsum Christū resurrexisse, propterea quòd ait Euangelista, quòd ipso emittente spiritū aperta sunt sepulchra, & corpora, quæ dormierūt, resurrexisse: illa enim anticipatio est & prænarratio eius, quod pōst cōtigit. Nam cùm resurrectio Christi fuerit illius resurrectionis causa, necesse est vt ipsam antecesserit, saltem natura. Ob idque subiungit Euangelista, quòd exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, quasi qui cum ipso resurrexerunt. Quocirca omnes illi patres erant in limbo patrum: quia illuc vsque nulli [illegible] gloria, atque adeò omnes erāt, qui is testamenti, quibus patres noui testaiuen[illegible] nondum vlli [illegible] defuncti erant. Neq; verò credendū est, quot quot erant in limbo resurrexisse, tametsi oēs illic existentes animę inde cœperint beatitudine perfrui: q̄m si oēs resurrexissent, profectò id Euangelista non subticuisset: & tamē nō dixit, nisi q̄ multa corpora sanctorū, quę dormierant, resurrexerunt. ¶Atque hoc est aliud

Ratio. 2.

Christ⁹ qua re resurrexit.

Rō secunda.

Solutio secūdi argumē.

aliud argumentum ad comprobandum, q̄ non ratione eminentiæ meritorum surrexerunt: nam illa ratione cùm iam omnes essent grati, omnes deberent resurgere: surrexerūt ergo illi tantùm, quos Christus elegit, vt suæ essent resurrectionis idonei testes. Reliquorum verò eripuit inde animas. ¶Imò, si conijecturis agere licet, & omnes fortè, quæ erāt in purgatorio, liberauit, quanuis non essent ad iustum purgatæ. Quis ēm ambigat, quin lætificus ille & iucundissimus descensus ad inferos plenariæ indulgentiæ fuerit causa: quandoquidem id per Pontificiam potestatem aliquando accidere prædicamus, vt animæ ia de aliquæ eruantur. ¶Vtrùm verò resurgentes illi iterum in mortem redierint, vt eorum non fuerit nisi transitoria quædam resuscitatio, an verò in perpetuam resurrexerint vitam, Hieronymus in sermone de assumptione virginis sub lite reliquit. Dixit enim, multos tenuisse, quòd in vitā resurrexerint sempiternam, alioqui non essent idonei testes resurrectionis Christi, qui non vltra moriturus surrexit. Quapropter Petrus Actuum. 2. vbi de obitu Dauid meminit, non ausus est dicere, Corpus eius est apud nos, sed sepulchrum eius est apud nos vsq; in hodiernum diem: ac si resumptū corpus in cœlum euexerit. Et præterea arguitur. Christi opera & priuilegia perfecta sunt: cùm ergo illos eo donauerit resurrectionis bēficio, credibile sit, non mancum, sed integrum in perpetuam vitam i[illegible] cōtulisse. ¶In euangelio Nazarænorum scriptum est, non nisi duos insignis sanctitatis viros, qui paulò ante mortem Christi obierant, resurrexisse, & suis notis & familiaribus apparuisse. Et est nōnulla verisimilitudo illos, qui apparuerunt, notos illis fuisse, quibus apparebant, alioqui nō eis constaret resurrexisse. At verò euangeliū illud apocryphum est, nec verbis euangelicis [illegible] consonans, vbi legitur, multa corpora [illegible] rum resurrexisse, & apparuisse multis parali[illegible] ergo maximè credibile ex illis sanctos, veluti [illegible] nos populi ille colebat vt sanctos, Moysem, Dauidem & quosdam sim[illegible] resurrexisse. Vnde Aug. in epist. ad Euodium, quæ est. 99. Durū, inquit, videtur, vt Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum. Atqui D. Tho. hic in hanc partem liberiùs inclinat, q̄ in perpetuam vitam surrexerint: quam opinionem ait alibi Hieronymum affirmantiùs asseruisse. Verùtamen. 3. parte, vbi res emunctiùs examinabat. q. 53. art. 3. contrarium tenet: scilicet, q̄ iterum corpora reliquerunt. Quam vtique opinionem Aug. in epist. 99. modò citata ad Euodium, tenet, vbi illud de Petro, qui allegauit sepulchrum Dauidis, acutè in suum patrocinium adscisci. Contendebat enim illic Apostolus illud Psal. 15. Nō derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionē, non de se ipso Dauidem, sed de Christo dixisse. Quod inde cō probat, q̄ Dauid mortuus est & sepultus, & sepulchrum, inquit, eius apud nos est. Si aūt non intelligeret, ossa illic Prophetæ iacēre, nihil probasset. Et tamē Dauid, inquit, cum illis iustis resurrexit. ¶Et re vera opinio hæc gratiis sustinetur. Nam cùm illa resurrectio tantùm inseruierit, vt mortui testimonium dūicæ resurrectionis ferrent, profectò videt, illud priuilegium non fuisse illis amplius indultum, q̄ ad id muneris necessarium erat: & ideo illo munere perfuncti postq̄ asseruerūt Christum resurrexisse, redierunt ad mortē. Cōcedere enim q̄ Christus paucos quosdā gratia resurrectiōis in perpetuum donasset alijs relictis non est creditu facile, postq̄ ad testificandam resurrectionem non fuerat necessariū. ¶Sed quæ me ratio multū mouet, est, q̄ si resurrexerunt in vitam perpetuam, non est opinādum mansisse in terris, sed certissimè credēdum in cœlos adscendisse: si verò illuc ascenderunt procul dubio nō priùs Christo, sed cum ipso simul: quod si ita gestum esset, non est dubium quin Euangelistæ inter enarrandā Christi ascensionē tam præclaræ historiæ mētionem fecissent. Aut si non cum Christo ascendissent, eorum tamē adscensum, sicut & resurrectionem enarrassent. ¶Accedit in cōfirmationem huius, q̄ Moyses in transfiguratiōe Domini resurrexit, secundùm veriorem opinionem, quæ est Hieronymi super Matth. c. 17. nam postquam Euangelista ait, apparuisse illic Moysem, non satis est vt apparuerit in corpore aereo, vt quibusdam placet, quia non esset ille Moyses, nisi in suo proprio corpore, cui anima vniretur, apparuisset: & tamen nō dubitatur quin postea fuerit mortuus: quia absurdum esset concedere Moysem in vitam perpetuam priùs Christo resurrexisse.

Aliud argumentum.

Nulla ratio fecit fieri vt resurrexerit cum Christo.

Rō prima.

Rō secūda.

Opinio illa reijcitur.

Rō prima.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

¶Iam demum arguitur. Si illi crederentur in vitam corporum æternam surrexisse, facilè de alijs noui testamenti fieret credibile: & tamen hæc tam ardua res est, vt etiam de beata virgine nondum sit firmiter ab eccle-

Ratio. 4.

August.

Universidad de Deusto Biblioteca

ab ecclesia ceu articulus fidei definitū. Qui hanc opinionē tenuerint, dicere subinde debent, non fuisse propriè resurrectionem, sed suscitationem quandam, vt Lazari & aliorum: quod Hierony. super eundem locum Matth. insinuat dicens, Quomodo Lazarus resurrexit, sic multa corpora sanctorum resurrexerunt, vt Dominum ostenderēt resurgentem. Et fortasse manserunt cum Christo vsq; ad eius ascensionem, & tunc relictis corporibus ascenderunt animæ cum illo simul cum cæteris, quæ de limbo prodierūt, iuxta verbum supra citatū Pauli, Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem.

Nota. *Hierony.* *Quid egerint.*

¶ Quòd si roges, vtrùm resurrexerint in corporibus gloriosis? Respōdetur, minimè cum perpetuis dotibus, sed fortasse cum ipsis permodū citò transeuntium: tum quòd animæ erant beatæ, tum quòd deberent in corporibus illis quadraginta diebus Christum comitari. Quanuis forsitan nō nisi in corporibus corruptibilibus resurrexerunt, quale Christus habuit ante passionem: nam cùm resurrectio non esset illa beatorum, nō opus erat dotes diffundi in corpora, præsertim cùm illa tam breui deberent relinquere. Item quia alioqui sua claritate illos exterruissent, quibus apparebant. Et Moyses non creditur in transfiguratione apparuisse in corpore glorioso, alioqui petinde vt Christus resplenduisset. ¶ Si verò in vitam æternam resurrexerunt, fuit illa simpliciter resurrectio suis perpetuis dotib' insignita. Quod nescio an tam propriè euangelio consonet: quoniam tunc resurrectio postremę diei non erit prorsus vniuersalis, cùm tam multi iam resurrexerint. Et tamen Ioannes. 5. sic legitur, Omnes (nemine excepto) qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & loquitur de voce finalis iudicij, vbi insinuatur ab illis quoq;, qui cum ipso surrecturi erant, de monumentis etiam auditum iri: siquidem illi tūc, dum Christus loquebatur, in monumentis iacebant. ¶ Adde quòd profectò Iob, qui quasi euangelicè resurrectionem Christi & vniuersalem omnium præcantauit, piè credendus est inter alios sanctos resurrexisse, & tamen ait, q̄ in nouissimo die de terra surrecturus est. Imò & de Ioanne Baptista, qui Christi fuit præcursor, aduentum eius prænūcians, maximè fit credibile inter illos tūc resurgentes fuisse, cuius tamen caput postmodū inuentum est. ¶ Postremò tandem loco adhibetur optima ratio, quam illic Aug. epist. 99.

At illi surrexerint in corporibus gloriosis. *Ratio. 3.* *Ioan. Baptista.* *Ratio. 4.*

ex verbis Pauli ad Hebr. 11. colligit. Postquā enim Apostolus fidem Abrahæ, aliorumq; sanctorum patrū, qua salui facti sunt, retulit, ait, nondum repromissionē: scilicet, resurrectionē eos suscepisse. Deo, inquit, pro nobis melius aliquid prouidente, vt nō sine nobis consummarentur: hoc est, non ante nos supremam animarum & corporum gloriam sortirentur. ¶ De sacratissima verò virgine si resurrexit, non est dubium, quin in vitā sempiternam resurrexerit, qua in cœlis cum filio suo fruitur. Hoc autem Hieronymus eodem sermone sub dubio reliquit. Iam verò temporum curriculo opinio hęc aut credulitas, quòd in corpore & anima fuerit in cœlum assumpta, plurimùm inoleuit, nōdum tamen inter fidei articulos creditu necessarios relata est. Quanuis sit pietissimè credendum: nam & in collecta illius festi ait ecclesia, quòd nexibus mortis deprimi non potuit. ¶ At verò cauendum est ne dicatur id ei iure conceptionis absque peccato originali obtigisse: nam etiam si teneatur, illam maculam neutiquam contraxisse, nihilominus ratione mortalitatis, quam vniuersum genus humanum inde contraxit, mortua est. Solus enim Christus ab illa mortis necessitate fuit liber, nisi liberè se morti obtulisset. Et ideo virgo si resurrexit, ex mero priuilegio Dei resurrexit, congruentissimè tamen: nam sacratissimum corpus, quod tanta cum virginitatis integritate apotheca fuerat carnis Christi, decuit, vt quod ipse per naturam habuit, ipsa per priuilegiū obtineret, vt scilicet absq; incineratione resurgeret. ¶ At verò de Ioanne Euangelista, quem hic S. Tho. atq; alij resurrexisse opinantur, res non est tam certa: imò certius est, nō resurrexisse. Quod enim quidam referunt, in sepulchro, quod viuens aperiri sibi fecit, mansisse viuū, apocryphū est. Quinuerò quòd non fuerit mortuus, fabulosum, vt Aug. tractatu. 124. super Ioan. imò & Ioannes de se ipso cap. 21. testatur: nā cùm Christus ad Petrū dixisset, Si volo eū manere donec veniam, quid ad te? exijsset q; subinde sermo inter fratres a discipulus ille non moritur, moderatus est Euangelista verbum subdens, q̄ Christus non dixit, non moritur. Quare Hierony. & Eusebius in eius vita clarè fatentur fuisse mortuum, extareq; eius sepulchrū Ephesi. Quod aūt post mortē resurrexerit, nullo idoneo testimonio fulcit. ¶ Tertium argumentum expositionē petit illius capituli. 20. Apocalypsis, quod Diuus August.

Virgo mortua. *Ioan. 21. Apocryphū.* *Ioan. 21.* *Euseb. in eius vita.*

August. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 7. & 8. edisserit. Illis enim verbis Ioannis, Papias eius discipulus seductus duas commentus est corporum resurrectiones. Quo errore Lactantius atque alij fuerunt subinde commaculati. Ex cogitarunt siquidem quòd quemadmodū mundus sex diebus fuit conditus, & in septimo Deus sabbatum: hoc est, requiē fecit, ita in fine sexti millenarij ab orbe condito venturus esset Christus, iustos omnes resuscitās, quos illic Ioannes martyrum nomine designat, qui fuerunt propter testimonium Iesu decollati. Qui quidem toto septimo millenario in paradiso terrestri summis fruētes delitijs victuri cum eodem essent Christo. Quare illo tunc millenario Dominus ligaturus erat diabolum, ne eos posset tentare, aut infestare: illo autem expleto millenario soluēdus erat sub ætatem Antichristi exiguo tempore, vt seduceret gentes, & protinus facienda erat vniuersalis resurrectio proborum & reproborum. Sed hæc fabula non diu in ecclesia perstitit. Erat enim hominū nimiùm sensibus indulgētium. Quid enim opus erat eis, qui in Domino dormierant, & prorsus peccatorum maculis erāt expurgati, ac subindē in gratia & amicitia Dei cōfirmati, sensibilium voluptate deliciari, ac si terrenorū fruitio merces eorum esset? Cùm Christus iustis non nisi regnum cœlorum fuerit pollicitus, Gaudete enim, inquit, & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis. ¶ Adde q̄ si cibo & potū deberent indulgere, deberēt subinde rei vxoriæ vacare, atque adeò filios procreare, qui non essent, vt ipsi beati. Sed vanum est aduersus talem cogitationem verba prodigere. ¶ Duæ ergo illæ resurrectiōes non aliē interpretē Augustino, intelligendę sunt, quàm spiritualis à peccatis & corporalis, gemino aduentu Christi celebratæ. Quare angelus ille, quem cum claui descendentē vidit Ioannes, non alius quàm ipse Christus fuit descendens in carne. Mille verò anni, quibus dicitur Satanam ligasse, totum tempus designāt ecclesiæ euangelicæ: nempe, ab orbe redempto ad finem mundi. Nam cùm numerus ille sit perfectus, perfectū designat tempus. Dicitur autem Christus hoc tempore ligasse Satanam, eo quòd eum nō permittit sic prædestinatos tentare & superare, vt vsque ad mortem vinctos detineat. Quare illo tempore homines prædestinati sunt sicut sacerdotes, vt illic ait Ioannes, & in sua Canonica Petrus, Christo sacrificia suorum

Lactantius lib. 7. de diuin. institut. cap. 24. & 26. *Nota.* *Resurrectio duplex.* *Mille anni quid.* *Satanas ligatus.*

corporum offerentes, atque adeò cum ipso isto millenario regnantes. Et ideo Ioannes appellat eos beatos, qui habent partē in hac prima resurrectione à peccatis per gratiam. In his enim, inquit, secūda mors non habet potestatem. Prima enim mors est corporis, quæ tam bonos quàm malos reti suo comprehendit: secunda verò est animæ, quæ fœlices sanctos non tangit. Secunda ergo resurrectio est vniuersalis corporum, de qua præsens nunc decurrit sermo.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm dies & hora resurrectionis sit hominibus vel Angelis cognoscibilis.

AD præcedentem articulum adiungitur secundus de notitia illius diei postremæ mundi. Et arguitur, q̄ possit per speculationem sacrarum literarū innotescere. Habetur enim Apocalyp. ca. 12. quòd mulier (per quam ecclesia significat) habet locum paratum à Deo, vbi pascatur diebus mille ducētis sexaginta, & Daniel. 12. vbi finis mundi legitur, legitur fore à tempore, quo ablatum fuerit iuge sacrificium & posita abominatio, dies ille ducentos sexaginta: quibus locis dies ponitur pro anno secundùm illud Ezechiel. 4. Diem pro anno dedi tibi. Vel saltem Angeli, qui in cōspectu Dei sunt diem illum postremum mundi vident. ¶ In contrarium est illud verbum Christi Matth. 24. De die illa & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum.

Partis affirmatiuæ argumētū primum. *Pars negatiua.*

¶ Ad quæstionem vnica cōclusione respondetur. Dies illa omni puræ creaturæ tam per causas naturales quàm secundùm viam Dei ordinariam occulta est & prorsus ignota. Assertio est Christi Matthæi. 24. verbis modo citatis, & Marc. 13. additur, Nec filius, sed solus pater. Nam postquam cōstitutum est diem resurrectionis corporum & consummationem seculi & aduētum domini in eandem concursuras, idem est quærere: vtrùm dies iudicij, & vtrùm dies postrema mundi sit prorsus occulta. Atqui quod secundùm naturæ lumen & cursum dies illa sit prorsus ignota, probatur: qm̄ finis tēporis, q̄, vt prædiximus, est mēsura motus cœli, nō nisi vbi idem motus cessabit futurus est: terminus autem illius motus per naturam cognosci non potest: ergo neque vltima hora, aut dies aut

Conclusio. *Matth. 24.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Probatiomi notis.

annus temporis. Probatur minor: quia per motus quidē cœlestes possumus illa cognoscere, quorum ipsi sunt causa, vt hyemem & ver, atq; inde de pluuijs, temporibus & complexionibus coniectari: at verò finis motus cœli non est effectus eius naturalis, sed eius cessatio: finis aūt & cessatio cuiusq; motus nosci nequit, nisi aut ratione subiecti, quia corruptibile est ac perinde lassatur, aut ratione spacij, quod est peragendum, aut ratione motricis causæ, quæ vltrò quiescere potest: cœlum autem (quod Philosophis notissimū est) corruptionem non patitur, neq; suo motu atteritur, neq; intelligentia motrix (quoniam spiritualis est) lassari, aut fatigari pōt: rursum neq; spacium in longum protendit: quia cœlum perpetuo circulo per eadē spacia conuoluitur: sciri ergo per naturam nequit quando cessabit. Imò Philosophus supranaturalium causarum ignarus, optimè profectò. 8. Phys. & alibi ex natura eiusdem motus elicuit fore perpetuum. Haud enim nouit intelligentiā iussu Dei liberè illud mouere: ergo in sola voluntate Dei positum est & reconditum quando sit finem habiturus. Quare neque angeli de cœlo, neq; ipsæ motrices intelligentiæ possunt hoc viribus naturæ nosse. ¶ Vnde Augusti. libr. 83. quæstionum quæst. 58. ait quòd quemadmodum hominis, ita & mundi suprema ætas nō est certò cognoscibilis: complet enim infantia suā periodum in primo septennio, & pueritia in secundo, & reliquæ in suo cuiusq; terminō, vt distinct. 27. quæst. 2. art. 2. explicuimus: senectus verò, aut si manis decrepita, quæ ab octuagesimo incipit anno, certum terminū non habet: nam alios citiùs, alios verò tardiùs mors occupat. Sic ergo prima ætas mūdi in diluuio finita fuit, & secunda in Abraham, & tertia in Moyse, & sic de reliquis. Septima verò hæc, quam Apostolus horam vocat nouissimam, & ab orbe redempto vsque ad mundi finē fluit, nescitur naturaliter quā do sit habitura terminum. ¶ Secunda conclusionis pars: scilicet, quòd nec per viam ordinariam Dei dies illa posit hominibus innotescere, probatur. Viam enim Dei ordinariam appellamus sacram scripturam nobis reuelatam, & si quæ aliæ fuerint Apostolis verbo tenus factæ reuelationes ad ecclesiæ regimen spectantes. De ista ergo via arguitur, quòd neque in pagina veteris testamenti, neq; in pagina noui fuerit scriptum: nec verbo, quod sciatur, reuelatum. Si quibus enim debuit eiusmodi dies patefieri, illi fuerunt Apostoli, quos Christus promulgatores euangelicæ legis instituit, quibus ideo dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Lucæ. 8. Et iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia quęcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Ioan. 15. Eis autē, vt legitur Actuū. 1. sciscitantibus de die illa, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Respondit, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: quasi dicat, Quòd agnoscatis futurum esse aduentum, necessarium vobis est ad ecclesiæ salutem, Tempus verò nosse non est vestri muneris: quia neque ecclesiæ, cuius estis gubernatores instituti, id nouisse expedit. Quo vno loco conuincit, in veteri testamento non fuisse scripto mandatum, alioqui Apostoli nouissent, neq; verò in nouo fuisse detegendum, alioqui non eos tunc id cœlasset. ¶ Ad intellectum autem huius loci adnotandum est, Apostolos iam tunc nō dubitasse, illum esse Messiam, sed tamen Pharisæi, plurimiquè illius populi putabant aduentum Messiæ futurum fuisse ad liberādum populum illum ex omni humana miseria, atque ad restituēdum regnum ipsorū temporale: & quia non videbant Christum in illa maiestate venientem, ob id cunctabantur illum, vt Messiam recipere. Ob idq;, vt Matth. 26. legitur, dum sub articulum passionis dixit ei Pontifex, Adiuro te per Deum viuum vt dicas nobis si tu es Christus, respondit, Tu dixisti. Et adiecit, Veruntamen dico vobis à modo videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis Dei & venientē in nubibus cœli &c. Quasi diceret, Quia ob id me nō quasi Messiam suscipitis, quod non in me illam maiestatem cōspicitis, quam sperabatis, volo vos vestræ deceptionis admonere. Non est hic aduētus, ille quem putatis, sed amodò: id est, secundo aduentu, videbitis filium hominis in sua maiestate. Et eandem ob causam dixerat Ioan. 3. Non misit Deus filiū suum in mūdum, vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum: duos hos aduentus designās. Hoc ergo est quod Apostoli ab ipso scisciitabantur, vtrùm scilicet tunc deberet restituere regnum Israel. ¶ Quò autem res apertior fiat, notandum, inter aduentum Christi misericordiæ in carne mortali ad liberandum nos, atq; alium iustitiæ in maiestate ad iudicandum, quorū primus in veteri testamento spe-

Aristote.

August.

Diesilla an possit alicui esse nota.

Primum argumentū.

Aduentus Christi duplex.

to sperabatur, & secundus expectatur in nouo, hoc interesse discrimen, q̄ cùm in primo deberet ceu homo, occulta maiestate venire mitis & mansuetus sedens super asinam, deberetq; adeò per fidem suscipi, condecuit illius figuras longè ante præcedere, & prophetias, quæ tempus illius aduentus designarēt, quales fuerunt septuaginta hebdomadę Danielis capit. 9. & prophetia Iacob Gene. 49. Nō auferet sceptrum de Iuda donec veniat, qui mittendus est: atq; aliæ, quibus tempus illud salutis subindicabatur. Quāuis vt fidei quoq; aliquis relinqueretur meriti locus, nō vsq; adeò perspicue & punctim tēpus illud Messiæ pphetæ designabant: quare nec fuit Iudæis planè intellectum. Aduentus verò secundus, vt ait Dauid, Deus manifestè veniet: ita fulgur, quod exit ab oriente & apparet vsq; in occidente vniuerso orbi, nō indiguit reuelatiōe illa: quia non est suscipiēdus per fidem, sed euidenti conspectu. Tametsi nonnulla fuerit eius prænūciatio per Danielem capit. 12. scripta. ¶ Imò verò adeò non fuit ecclesiæ necessarium tempus illud nosse, vt fuerit etiam expediens maximè illud ignorare. Nam si punctim fuisset præconitum, segniores fierent hoies, atq; ad virtutum officia vecordes. Hoc enim hic apprime animaduertendum est, quòd Deus, vt dixit. 14. dicebamus, non in hoc nos tantùm creauit, vt in nouissima hora ad ipsum cōuertemur, sed revera vt totā vitam in eius obsequijs expendamus, neq; quicquā admitteremus, cuius nos postea pœnitere opus esset. Vt ergo continenter in hac vigilia persisteremus, expediens nobis fuit, tempus aduētus eius ignorare, tum singularis ad vnūquenq; iudicandum, tum & generalis ad iudicandum mundum. Videlicet, vt nihil nobis certius esset, q̄ q̄ venturus sit, nihilq; occultius q̄ quando venturus sit. ¶ Vnde Lucæ. 12. Sint lumbi vestri præcincti: id est, semper in opere persistētes: & lucernæ ardētes: id est, nunq; fidei lumē extinguentes, quod Deus in cordibus vestris accendit, & similes hominibus expectantibus Dominum suū: scilicet, omni momento: quia nescitis, an in prima, secunda vel tertia vigilia sit vēturus. Quocirca intelligēda est vis argumēti, quod subiungit. Hoc autem scitote, quoniā si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domū suā: & vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Videtur nanque inepta collectio ab eo, qui scit horam, ad eū qui nescit: est tamen aptissima. Vult enim persuadere, vt quàm attentè, qui horam venturi furis sciret, illa hora vigilaret, tam vigilanter, imò vigilantiùs ille, qui horā ignorat in qua cunq; sit attentus, certò nimirum sciens quacunque posse venire. ¶ Atq; huic alia subinde egregiè consonat virginū parabola Matthæi. 25. Nam quinque prudentes, quia quacunque hora sponsum expectabāt, nunquā dormierunt, fatuæ verò ob moram, quam sciebat, hæsitare cœperunt quādo veniret: & ideo somno occupatæ oleum minimè prouiderunt. ¶ Et hæc est querela, quam Christus loco citato Matthęi. 24. proponit. Vbi enim dixit, de illa hora neminem, neq; verò angelum scire, nisi solum patrem, subiūxit, Sicut autem in diebus Noe, ita & aduētus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes & nubētes & nuptui tradentes vsq; ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerūt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduētus filij hominis. Quasi diceret, cùm pater meus secretum dei illius ea causa in suo pectore condiderit, vt homines vigilātiores paratioresq; essent, & cautiùs viuerent, inde ipsi occasionem nanciscuntur socordiùs ac negligentiùs viuēdi. ¶ Est igitur adnotandū hic, q̄ prænunciatio diuina alicuius imminētis mali aut est comminatoria, quam scit se mutaturum: & tūc nihil vetat quominus certus dies designetur: vt fuit illa Niniuitis per Ionam facta, Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Quando verò prænunciatio illa non est mutanda, non designatur singularis dies, vt est illud Lucæ. 19. Super Hierusalem, Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo &c. Et pariter centum annis ante diluuiū præcepit Noe Deus arcam fabricare nulla tunc designata die, & tamen neq; toto illo tempore mortales illi fidem ei præstiterunt. Gen. 6. ¶ At verò, vt aliud adhibeamus argumentum, quanuis diem illum nobis Christus prædixisset, parū nobis prodesset: nam vnusquisque finem suum, maximè in puecta ætate, appropinquare cognoscit, & nihilominus mores non ideo accuratiùs componimus, sed nouissimam horā expectamus: quando corpus, quod corrumpitur, aggrauans animam vix vllam ei libertatē permittit, qua posit de re tam ardua tractare. Igitur hominibus notitia illius diei nōdum affulsit. ¶ Vtrùm verò singulariter alicui ta-

Dubium.

Prænunciatio diuina duplex.

Secunda.

Arca Noe.

Aliud argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui talis fuerit facta reuelatio, vanum est disputare. Quod enim id Deus facere potuerit, ambigere non licet. Sed tñ quia vnicuiq;, vt.1.Corin.12.ait Apostolus, datur manifestatio spiritus ad vtilitatē, & in hac vita id nosse non expedit, non est facilè credendum tale priuilegium alicui fuisse indultum. Secus de obitu cuiusq; singulari, qui multis reuelatus legitur. Quāuis nec propriæ diei mortis notitiam affectare debeamus, admonet em̄ nos Paul.1.ad Timoth.4.vt aduētum dñi diligamus. Sed vt ait ad Esychiū Aug. non ille diligit aduentum domini qui eum asserit, ppinquare, nec ille qui eum asserit nō propinquare, sed ille potius, qui eum siue prope siue lōgè sit, synceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis expectat. ¶ Lactātius, vt paulo ante diximus in lib.7.de diuino prēmio.in illa sua hebdomada dierū persistēs. c.14.& rursum.c.25.arbitratur expleto ab orbe cōdito sex mille annorū numero iudiciū futurū: & post septimum millenariū, quo cum iustis regnaturus est Christus, mūdum finiendū. At qui Elias quidam, non ille sacer Propheta, sed alius nuperrimus, quem Andreas Osiander refert, mūdi cursum in tres periodos partitus est, ita vt cùm vsq; ad Abrahā per duas ætates duo millia annorum fuerint consumpta, & vsq; ad Christum alia duo, totū tempus euāgelij non nisi alia duo millia annorū sit duraturū. Sed hæc & similia cōmenta nullius sunt autoritatis. Similiter enim, vt Aug. super illū locum Act.1.lib.18.de ciui.capit.53. scripsit, quidā dixerunt, mundū duraturum quadringentis annis, quibus fuit populus Israel in Aegypto. Alij verò quingentis, & tñ decepti sunt, quēadmodum & oēs, qui id cōputare contenderint, decipientur. Quod em̄ Apostolis Christus id scisciantibus non dixit, nulli reuelabit: quare omnium de hac re calculantium digitos resoluit, & quiescere iubet. Hæc ille. Quare qui certitudinem illius diei prædicauerint, non sunt audiendi. Nam etsi D. Vincentius atque alij sancti iam iam aduentare prædicauerint, prudenter tamen annorum numerum non denotabant. Vnde Augustinus ad Esychium epist.citata.80. Nec centū nec mille anni cognosci pnt̄ post quos sit Christus venturus, sed vocauit Pau. Euangelicum tempus horam nouissimam, quia mille anni ante oculos Dei tanquā dies vnus. Et solet esse Dei prouidentia, vt nonnunquam aliquibus viris iustis opinari permittat, vt credant citiùs venturum, nō quod eis mendācium reuelet, sed quòd sinat eos talem sensum habere ad percellendum populorum animos, prope ad illum modum, quo per Ionam Niniuitis eorum interitum comminatus est. ¶ Quòd si quis contra conclusionem sic arguat. Cuius principium notū est, eius perinde finis innotescere potest: quoniam, vt.2.de generatione ait Philosophus, cuncta sua durant periodo: principium autē mūdi Christianis notum est: ergo per id potest innotescere finis. Respondetur, quòd vt ex principio alicuius rei finis perpendatur, necesse est, vt eius mensura sit nota. Si enim ego scirem quantum alicui Deus dederit vitæ, cognito die natiuitatis, cognoscerē quando futurus ei sit dies mortis. At quia mensura seculi mundi nobis incognita est, quanuis sciamus quantum temporis à suo ortu defluxerit, non tamen inde colligimus quantum sit in posterum duraturus.

Lactantij opinio.

Opinio quorundam.

D. Vincentius.

Obiectio.

Solutio.

¶ Ad principale igitur argumentum respondetur, quòd Daniel Propheta bis legitur tēpora aduentus Domini designasse. Primum cap.9.vbi ab ædificatiōe templi post hebdomadas septem & alias sexaginta duas ait occidēdum Christum, vbi manifestè de primo loquitur aduentu ad mortem. Non de secundo, vt eadem epistola ad Esych. ait August. Post vero de secundi aduentus tempore loquitur capit.12 vbi ait, quòd à tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium. Et iste est locus, quem Christus citat Matth.24.de secundo aduentu. Et similiter ferè dicitur Apocalypsi.12.quòd scilicet, mulier, quæ ecclesia intelligitur, habebit locum, vbi Deus illam pascat, diebus mille ducentis sexaginta. Per illum verò numerum designat Ioan.totū tempus ecclesiæ ab orbe redempto vsque ad Antichristum: sed tamen illic non ponitur dies pro anno, vt aliqui volunt, secundùm illud Ezechiel.4.Diem pro anno dedi tibi, quasi non esset nisi mille ducētis sexaginta annis duratura, cū iam sint plures transacti, quàm mille quingenti. Sed per dies illos à Ioanne significatur totum tempus, quo ecclesia est duratura, propterea quòd prædicatio Christi tribus annis & tribus mensibus protensa fuit, qui numerū illorum dierum paulo plus minusue complent. Quare illic tempus durationis ecclesiæ non præfeibitur certū. Responsio verò hæc, verum obtinet secundùm S. Thomam atque alios, qui putant dies Apocalypsis designare dies ecclesiæ vsque ad finem mundi: dies verò apud Danielem significare

Apocalip.

Dies pro anno.

Dies Daniel.

gnificare tempus, quo persecutio Antichristi grassatura est. Nam profectò possumus optimè vtrumq; numerum ad durationem persecutionis Antichristi referre: eandem quippe illic persecutionem Daniel graphicè pingit. Vbi ait, quòd durabit in tempus & tempora & dimidium temporis: & nomine temporis intelligit vnum annum, & nomine temporum duos alios, & per dimidiū temporis, dimidium anni. Et ideo subdit, A tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificiū: scilicet, Christi, & posita fuerit abominatio: scilicet, Antichristi, in desolationem, current dies mille ducenti nonaginta: scilicet persecutionis. Et tunc extinguetur Antichristus. Sed beatus qui ab eius persecutione liberatus alios quadraginta quinque dies superuixerit: nempe, vsque ad mille trecētos triginta quinque. Tunc enim erit finis. Et profectò eodem modo possunt glossari dies Apocalypsis: nam prēnitituri illic, quòd mulier: scilicet, iustorum cœtus à Draconē illo rufo: id est, Antichristo, fugiet in solitudinem, vbi pascetur diebus illis.

Dies Apocalypsis.

¶ Habemus ergo hominibus diem illum domini occultū esse. Sed si de angelis quis dubitauerit, illos quoque respōdit Christus de die illa nescire: quod intelligi potest quantū ad suam cognitiōem naturalem, & quantū ad supranaturalem in proprio genere: quia via ordinaria Dei dies ille prorsus eos latet.

An angeli diem nouerint.

An dies illum videre in visione beatifica.

¶ Vtrùm autem in verbo visione beatifica illum diem contueantur, non desunt qui affirment, vt in præsentiarum refert Ricardus. Nam licèt hoc ad eorum essentialem beatitudinem non attineat, spectat tamen ad eorum gloriam accidentalē: quia res est dignissima scitu. Quemadmodum August. in Enchiridio cap.36. Cognouerunt, inquit, angeli sancti de Deo docti, cuius veritatis æterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Nam quāuis inde non colligatur cognoscere illum diem, sit tamen coniectura, quòd sicut cognoscūt salutandorum numerum, perspiciant & salutis diem. Veruntamen si id angelis conceda mus, similiter animabus sanctis tribuēdum est: nam pariter illis erit iucūdissimum diem illam nosse, quam suis optant amicis. Præsertim cùm nullum immineat periculum, vt mysterium mortalibus enuncient. At verò probabilius apparet, vt neque in verbo id videant, tum quòd hoc ad eorum beatitudinem nō pertineat, tum potissimùm quòd dicens Christus, neque Angeli de cœlo, significasse videtur, neque beatos illos vllo pacto id cognoscere. ¶ Sed grauior apparere potest dubitandi ratio de illo verbo apud Marcum capit.13. Neque filius hominis. Attamen re vera nullum ingerere potest dubium, quominus Christus eundem cognoscat diem: non solùm quatenus Deus, cui eadem est cum patre communis essentia, atque adeò infinita notitia, & per ipsum facta sunt non solùm cuncta tempora & dies, verùm rerum vniuersitas. Imò & inquantum homo. Nam cum ei, quatenus Redemptori congruat iudicium facere, eadem ratione competit, vt sciat quando ad id venturus sit. Nihilominus nefas esset & hæresis dubitare, vt quidam hæsitant, illam apud Marcum vocem existere, propterea quòd non sit apud Matthæum, imò è conuerso cùm Marcus quasi epitomen Matthei fecerit, bona fit coniectura etiam apud eundem Matthæum similiter fuisse scriptū. Et ita ait Hieronymus aliqua exemplaria habuisse, tam latina quàm græca. Et in enarratione eandē particulam interpretatur. Et Origenes in homilijs super Matthæum eandem etiam legit voculam. Et Chrysostomus eodē loco. Sed fit vero simile, vt ex Hieronymo colligitur, aliquos nimiùm cautos Arrianorum tempore eandem vocem abrasisse, vt eis ansam auferrent dicendi filium esse creaturam. Vnde & Aug.lib.de verbis Domini sermone.21. super Matthæū eodem modo legit. Sensus ergo Christi, hic fuit, q̄ filius non sic illū diem nouerit, vt alicui reuelare debeat. Nam cùm potestas ei à patre in salutem humani generis fuerit impensa, & ad eandem nostram salutem id non nobis expediat scire, minimè ei detegendi illud secretum facultatem fecit. Et ideo, vt ait Chrysostomus, addendo, Neque filius hominis, os Apostolis obstruxit, ne amplius id quærerent: quia non erat interrogatio, ad quam ille poterat respondere. In confessarijs modus ille negandi se scire illa, quæ sub sigillo confessionis audierunt, legitimus est: scilicet, nescio vt dicam. Itaque sicut Apostolis dixerat, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, similiter de se ait, Non est meum dicere vobis. Sunt enim in eo, vt ait Paulus ad Colossenses secundo, omnes thesauri scientiæ & sapientiæ abiconditi, quos non nisi vbi congruens fuerit, reuelat.

August.

Neq. filius hominis.

Christ. quatenus homo diem illam nouit.

Hierony.

Origenes.

Chrysosto.

Nota.

Universidad de Deusto Biblioteca

ARTICVLVS. III.

Vtrùm resurrectio futura sit in instanti eodemque nocturno.

AD notitiam temporis resurrectionis spectat rimari de eius mensura & momento, vtrùm scilicet facienda sit subitò noctuque. Et arguitur à parte negatiua. Ezechiel. 17. de resurrectione mortuorum sic prænunciatum legitur, Accesserunt ossa ad ossa, & vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant: ergo reparatio & compactio corporum coniunctionem animarum antecedet: in instanti verò nõ potest esse antecessio & simul successio: quia hæc dicunt motum, qui non est in instanti possibilis, præsertim cùm illic plures actiones debeãt ordine procedere: priùs enim debet esse cinerum collectio, mox corporis organizatio, ac demum animę infusio, quæ non apparet quemadmodum possint se subito subsequi. ¶ Secũdò aduersus membrum secũdum arguitur. Finis vniuscuiusq; rei debet esse perfectissimus: tunc autem futurus est temporis finis, iuxta illud Apocalypsis. 10. Tempus ampliùs non erit: ergo tunc debet esse tempus in sua optima dispositione, quæ est dies: eo vel maximè quòd qualitas illius temporis illis debet adaptari rebus, quæ tunc gerentur: sed tunc, vt. 1. Corint. 4. legitur, illuminabit dominus abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium: ergo fiet in meridie, quæ hora illi negocio præcipuè congruit. ¶ In contrarium autem quantum ad primum membrũ est illud Pauli. 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus in momento, & in ictu oculi. Et quãtum ad secundum est exemplum Christi, cuius instar, vt Gregorius in homilia Paschali autor est, nos resurrecturi sumus, quæ vtique resurrectio fuit in nocte.

Pars negatiua argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶ Quæstio hæc bimembris binam exigit cõclusionem. Atqui prius membrum duplicè potest facere sensum, vnus enim est, vtrùm omnes quotquot resurrecturi sunt, in eodẽ temporis articulo sint suscitãdi, an verò quidam priùs quàm alij. Qui quidẽ sensus pertinet ad subiequentem articulum. Alter verò intellectus est, vtrùm cuiusq; resurrectio sit futura in instãti vel subito. Et de hoc in præsentia disputatur. Ad cuius definitionem notandum in resurrectione aliqua esse ministerio angelorum gerenda, vt puluerum collectio, alia verò à Deo immediatè perficienda, vt animæ inductio in corpus. ¶ Sit ergo prima bimembris conclusio. Quicquid ministerio angelorum faciẽdum est, fiet non in instanti, sed in tẽpore imperceptibili, illud autem, quod diuina virtute est perficiendum, consummabitur subito: scilicet, in termino illius temporis, quo opus angelorum complebitur. Quo autem cõclusio apertior fiat, supponendum est, quòd resurrectio, vt loco citato lib. 4. cap. 28. ait Damascenus, est eius, quod cecidit, iterata surrectio: cadit autem in morte primùm ipse homo per separationem animæ & corporis, qui ideo cadit in cadauer: cadit item deinde cadauer in alia corpora, in quæ resoluitur: nempe, in terram, vel in aliud elementum aut mistum: & tandem per diuisionẽ potest cadere in alias ac subinde alias res, vt vna particula crescat in herbam, & transeat deinde in carnes &c. In resurrectione autem ab illo exordiendũ est, quod in resolutione fuerat postremũ, vt scilicet primùm congregentur cineres. ¶ Nomine autem cinerum intelligitur quicquid sit illud, in quod corpus fuerit resolutum. Cur autem dicãtur cineres, explicabimus arti. 5. Primum ergo opus erit illas particulas & reliquias in vnum locũ congerere, vbi reficiendum est corpus: opus autem illud manifestũ est ministrandum esse per angelos: angelus verò non potest in instanti corpus mouere, tum quia actio quæcunque corporea in instanti arguit virtutem infinitam, vt patet in creatione, quam angeli non habent: tum q̃ motum & præsertim localem fieri in instanti implicat contradictionem: quia quidpiam moueri est priùs alicubi esse q̃ alibi: prius autem & posterius absque successione intelligi non valet: successio autem diuisibile tempus intrinseca ratione includit, atq; adeò in instanti fieri repugnat. Fiet tamen in tempore nobis imperceptibili, non solùm propter eximiam angelorum virtutẽ, sed quia id virtute diuina exequentur, iuxta verbum Christi Matth. 24. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis: hoc est, à quacunq; orbis parte: & à summis cœlorum vsque ad terminos eorum: quod si referatur ad corporũ partes, intelligitur ab orbe Lunæ: scilicet, ab elemento ignis & infra, vbicunq; illę fuerint particulæ. Si autem referatur ad animas, ad

Decisio articuli.

Primaconclusio.

Resurrectio quid.

Cinerum quid.

Matthæ.

literam

literam adducentur de cœlo, vbi sedes sunt beatorum. Quo modo verò quæcunq; particulæ à corporibus, quibus fuerint cõmistę, extrahendæ sint, distin. sequen. repetẽdum est, vbi disputabitur, vtrùm idem prorsus homo qui obijt secundùm omnem suam partẽ sit resurrecturus. Sed nota cum S. Thoma, in tempore imperceptibili, non eũ ait, subito: quia subito id fit, quod modò non est, & proximè (vel quod aiunt immediatè) post hoc erit, quod illi cinerũ congregationi non conuenit, cùm verè per motum fit exequenda. ¶ Congregatis illis particulis seu cineribus, subsequitur corporis organizatio, vt aliæ particulæ in ossa efformentur, atque alię in neruos, & aliæ in carnem, quæ simul compacta suscipiendæ animę sint idonea. Et hãc Scotus quæst. 5. ait in instanti futuram esse virtute diuina, non autem angelica. Opinatur enim ipse formam corporeitatis antecedere animę in corpore: & angelus nequit formam corpori inducere nisi applicando actiua passiuis, quæ illam educant de potentia materiæ, vt applicando ignem ligno: vel vt ad rem proximè loquamur, infundendo semẽ matrici, vbi corpus humanum efformatur: & tũ resurrectio non est sic facienda, sed sine opera secundarũ causarũ naturaliũ efficientium. ¶ At verò quanuis nullã aliam formam præter rationalem in homine admittamus, p̃fectò idem crediderim: scilicet, q̃ corpus non est angelorũ ministerio organizandum, vt cum Scoto etiam Durand. quęst. 4. consentit. Primùm propter rationẽ modò factam: quoniam organizatio vna est, quæ antecedit animã in embrione, altera verò quæ cum ipsa anima inducitur: illa verò quæ præcedit, fit per determinatas causas: scilicet, recepto in ventriculo semine, quod aliam ac subinde aliam formã vsq; ad animationẽ recipit, quas ideo angelus nisi applicando actiua passiuis inducere nequit: quibus quidem agentibus illic locus non dabitur, quia nulla erit seminis virtus. Organizatio verò completa, quę est vltima dispositio animę, & tanquàm propria passio hominis in ipso perfecta, non antecedit animam, imò eam natura saltem subsequitur, veluti reliquæ propriæ passiones, quæ ad introductionem animæ consequuntur, iuxta doctrinam Aristotelis docentis, q̃ vnaquęq; forma suas secum dispositiones adfert. Igitur in resurrectione nulla erit organizatio antecedens introductionem animæ. Id quod optimo cuiq; Philosopho impręsentiarum est cõsideratè meditandum: quoniam organizatio illa nõ fiet per causas naturales disponentes materiam ad introductionem animæ, neq; verò angeli id supplere possunt: sed in eodem instãti virtute diuina introducetur anima, corpusque organizabitur. Imò priùs natura fiet animæ inductio, q̃ organizatio. ¶ Probatur ergo secunda pars cõclusionis: scilicet, q̃ quicquid illic virtute diuina fiet, qualis est inductio animæ & organizatio, perficietur subito. Nã si tempus illic esset requisitũ, id esset aut ratione formæ, quæ inducitur, aut ratiõe agentis, aut ratione subiecti, quod illam recipit: non vtiq; ratione agentis: quoniã virtus Dei infinita est, quæ vt non à loco, ita nec à tempore vllo pendet. Nec ratione formæ, quę inducitur, tum q̃ anima est indiuisibilis, quæ non habet partes successionem exigentes, tum q̃ etiam si haberet partes, posset Deus illas simul producere, sicut enim in instanti creauit cœlum, creat & animas & potest in instanti quãcunq; rem producere. Neq; verò tempus exigitur ratiõe subiecti: nam corpus illic non prestat nisi obedientiam causæ supranaturali, cui resistere non potest, quominus formam, quemadmodum diuina virtus intulerit, suscipiat. ¶ Sed ambigat quis fortè hoc pacto. Dum anima rationalis in embrionem inducitur, non simul in totum infunditur corpus, sed successu quodam: priùs enim viuit cor, vt doctissimus quisq; Philosophus cõsentit, deinde remotiores aliæ partes, cuius contrarium in obitu accidit, nam quod postremum moritur est cor: ergo hũc ad modum fiet resurrectio. Negatur consequentia: quoniã cùm in vtero animatur fœtus, infunditur anima secundùm exigẽtiam dispositionum naturalium præcedentium, quæ non incipiunt simul esse sufficientes in omnibus mẽbris: in resurrectione verò, quia non expectabũtur naturales dispositiones, sed simul virtute diuina inducentur omnes organicæ formæ, nulla erit animationis successio. ¶ Diximus autem in secunda parte conclusionis, quòd inductio animæ virtute diuina fiet subito, vt ait Sanctus Thomas: scilicet, in termino temporis, quo angelorũ ministerium complebitur. At potest quis philosophiæ peritus arguere, quòd non fiat subito, sed in instanti. Differunt enim, vt per philosophiam discimus, q̃ res, quæ fit in instanti, incipit, vt aiunt, per primum sui esse, ita quòd modò sit, & immediatè antea non fuerit,

In tempore imperceptibili.

Organizatio.

Statuit.

Aristot.

Opinio.

Subito.

Argumentum.

Dilutio.

Subito & in instãti.

Obiectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerit, vt cœpit esse lux mundi, quam nullus antecesserat motus: quod autem fit subito incipit per vltimum sui non esse: itaq; nunc non est, & immediatè posthac erit, sicut incipit esse motus. Arguitur ergo quòd resurrectio illa non fiat subito, sed in instanti. Resurrectio enim facienda est in termino temporis & motus, quo ministerium angelorũ colligẽtium cineres durabit: tempus autem & motus, quia sunt successiua, non possunt terminari per vltimum sui esse: quoniã omne quod mouetur, vt ait Philosophus, post hac mouebitur: ergo desinet esse per primũ non esse: illud ergo erit primum esse animæ in corpore, quare in instanti fiet resurrectio. Profectò ita credo. Neq; verò Sanctus Thomas tam strictè locutus est, vt subito diceret: id est, non in instanti. Imò super illud. 1. Corinthios. 15. In ictu oculi, in instanti ait resurrectionem futuram. Et cõfirmatur hoc, quia certè anima in minima parte cordis, quæ primùm viuit, in instanti producitur, quo scilicet motus dispositiõis per primum sui non esse finitur. Igitur, vt summatim dicamus, in illo instanti fiet infusio animæ cum suis partialibus formis, ossis scilicet, & carnis & neruorum, atque adeò omnium membrorum compaginatio & organorum idonea dispositio. ¶ Et per hæc elucidatur verbum Pauli 1. ad Corinthios. 15. in momento & ictu oculi mortui resurgent. Si enim ictus oculi palpebrarum motionem designat, allusio fit ad cinerum congregationem, quæ Angelorũ ministerio, non in instanti, sed tempore fiet imperceptibili: si verò ictus referatur ad tactũ specierum visibilium, quæ in termino apertionis palpebrarum pupillam icunt & tangunt, tunc instantanea designatur animarum infusio. Vtrùm verò ille sit terminus temporis mundi & motus cœli articulo sequenti videbimus.

Argumentum.

S. Thomas.

¶ Emergit autem ex his molestissimum argumentum in contrarium. Cineres, ex quibus, Verbi gratia, corpus Petri coacmentandum est, aut maiorem locum occupabunt quàm corpus Petri, propterea quòd sint in materia plus tenui & rara, aut fortasse occupabunt minorẽ, quia erunt in materia crassiori & densiori: præterquam quòd cum cineres illi & materia diuersam habeat figuram, quàm habiturum est corpus, necesse est maiorem minorémue locum occupare: si primum dederis, tunc cùm in instanti contrahantur in corpus Petri, aut relinquẽt partem loci vacuam, aut in instanti rarefiet circunstans aliud corpus, vt partem illam subintret: vacuum autem natura non fert: rarefactioni verò in instanti ad implendum vacuum natura & conditio motus aduersatur, qui non potest fieri in instanti: neutiquã ergo illa corporis organizatio & animæ inductio potest fieri in instanti. ¶ Scotus hic quæstione. 5. ne vacuum admittat, concedit motum & rarefactionem corporis circunstantis ad locum implendum fieri in instanti, quod virtute diuina nõ existimat impossibile. Durandus verò putat, quòd incidit in Scyllam euitãdo Charibdim: nam certè motum in instãti fieri naturæ motus repugnat, sicut hominem dici irrationalem: quia nec per Dei potentiam potest in instanti fieri. Et ideo duas alias effingit solutiones, vnam, quòd in collectione puluerum ac cinerum Deus ita adaptabit materiã, vt nec densior sit nec rarior, nec alterius figuræ, quàm futurum sit corpus. Sed bene timet, quòd hæc solutio animum legẽtis pacare nequeat: quoniam non est possibile cineres, cùm nõ sint ossa nec caro, vt ante animationem, sub eadem sint densitate & figura. Quare subdit, quòd ex omnibus, quæ inconuenire videntur, tutius est dicere, quòd si cineres occupabunt maiorem locum, tunc in transitu ad corpus creabit Deus in illo instanti aerem vel aliud corpus replens illum locum: & vice versa si occupabunt minorem, tunc quando efformabitur corpus, annihilabitur aliquid circunstantis, quousque locus possit corpus illud capere. ¶ At verò profectò nulla istarum commentatio potest viro philosopho satisfacere: & ideo dicendum quòd de rarefactione & condensatione corporis circunstãtis seu ad replendum locum, quem cineres relinquent vacuum, seu vt corpori cedat resurgentis iudicãdum est secundùm rarefactionem, aut condensationem ipsorũ cinerum, qui sunt materia corporis resurgentis: nam ad condensationem cinerum sequitur rarefactio, & subintratio circunstantis corporis, & ad eorum rarefactionem sequitur condensatio & cessio corporis circunstantis. Illam autem condensationem cinerum, si erant rariores, palam est fieri in instanti, quo anima inducitur: quoniam est dispositio indiuidua ipsius animæ, quã ideo anima secum adfert. Hinc aũt fit, illam condensationem nõ fieri per motum, quod ocularè est meditandum, quia re vera motus nequit

Molestũ argumentũ.

Scotus & Duran.

Quia erit in instanti.

quit in instanti fieri, sed incipit virtute diuina per primum sui esse, sicuti homo ipse. ¶ Quòd si roges. Quomodo fieri potest condensatio absque motu? Respondetur, natura liter quidem fieri non posse, attamen virtute diuina sicuti potest fieri ex aere aqua in instanti, & ex aqua terra, ita potest in instanti fieri ex aere rariori densior: non quòd in eodem instanti sint simul minùs & magis densum, sed quòd nunc sit aer densus, & nõ immediatè ante hoc erat densus. Idem ergo est dicendum de corpore circunstanti, quòd in instãti fiet illius mutatio sine motu, quia nullus est illic motus naturalis, sed mutatio diuina. Quemadmodum Aristoteles in formis substantialibus ait generationẽ esse mutationem instãtaneam. Nisi quòd illam præcedit motus, qui tamen in resurrectione non præcedet. Et hoc fortasse voluit dicere Scotus concedens, motum fieri in instanti, accipiendo motum pro occupatione maioris loci, quanuis non esset concedendum mutationem illam esse motum.

Dilatatio.

Dilatatio.

Aristo.

Scotus.

Solutio prima argum.

¶ Ad primum igitur argumentum respõdetur, quòd apud Ezechielem si nomine illius accessionis ossium intelligantur pulueres & cineres, ex quibus consolidanda sunt ossa, accessio ipsa, quippe quæ angelico ministerio facta est, tantillo temporis resurrectionem antecedet. Si verò illo nomine intelligatur ossium, neruorum carniumque formatio, subito, imò in instanti temporis, vt dictum est, efficiẽtur: sed tamen ordine quodam naturæ: nam cùm ossa per neruos sint colligata, ac subinde carne vestita, priùs natura fient ossa quàm nerui, & ambo quàm carnes. Quemadmodum Deus dum ex costa Adæ Euam plasmauit, in instanti tempo ris fecisse creditur, licèt partes ordinem inter se seruauerint naturæ. Quanuis Propheta naturę ordinem per successionis effigiem explicuerit.

¶ De secũdo autem membro, qua scilicet hora diei fit resurrectio futura, variè opinatur, quia hoc non est expresè reuelatum, sicuti neque dies ille. Sunt enim qui dicant, in medio noctis futurã. Cui alludere videtur Paul. 1. ad Thessalonicen. 4. Vbi Dominum venturum refert sicuti in nocte furem. Et Historia Exodi. 12. vbi legitur, quòd Dominus ad eripiendum populum de Aegypto in noctis medio percusserit omne primogenitum. Et Christus, qui exemplar nostræ resurrectionis fuit, illa ferè hora resurrexisse censetur. Et Matthæi. 25. Media, inquit, nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit. Et fuit Cassiodori opinio super illud Psalmi. 108. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicium iustificationis tuæ: illa enim, inquit, hora veniet ad iudicandum orbem, qua vtique venit ad liberandum Israel de Aegypto.

Solutio ad secundum.

1. ad Thessa. 1. ad Thessalonicen. 4.

Matth. 25.

Cassiodor.

¶ Sed nihilominus statuitur secunda articuli huius conclusio. Resurrectio celebrãda est summo diluculo dum aurora clarẽre incipit, sole scilicet existente in Oriente, & Luna in opposito Occidentis punẽto, secundum orizõtem respectu zenit, quod respicit vallẽ Iosaphath, vel alium quemuis locum vbi futura est resurrectio. Definitio est S. Thomæ, Ricardi & Durandi, quam Theologorũ plerique sequuntur. Quoniam cùm articulus illius temporis colligi planè nequeat, cõiectu risvero similioribus vti licet. Atqui omnium primam ex Christi resurrectione, cuius instar nos resurrecturi sumus, sumere oportet: ipse autem creditur hora tertia à medio noctis ceu noua lux nouusq; dies mundi resurrexisse: vnde dies Dominica nomen sortita est. Sic enim ait D. Matth. cp elucescente prima sabbati: scilicet, Dominica, mulieres venientes ad monumentum terræmotum senserunt: & Marcus ait, valde manè orto iam sole: id est, nondum eius corpore ab Orizonte emergẽte. ¶ Item hora illa videt rei quàm maximè idonea: tum quòd illa est hora, qua profundiori somno homines sopiti sunt, qua ideo securitas designatur, in qua tunc homines erunt, sicut in diebus Noe, vt ait Christus, tum etiam quòd cùm resurrectio fiat ad manifestanda omnia opera, quæ tunc vsque in cordium latebris delitescunt, & tũc sunt propalanda & proferenda in lucem, commodatissimus temporis articulus est lucis aurora, quasi tunc lucis accensio fiat: nam Christus, qui autor naturæ est, eiusdem naturæ ordinem in suum famulatum tunc vsurpabit. Item & parabola Matthæi 14. & Lucæ. 12. qua Christus admonuit, vt omnes in vigilia essemus aduentum Domini præstolantes, vt si in prima vigilia venerit, paratos nos inueniat, quæ vtique prima vigilia est tribus horis ante mediam noctem, & similiter si venerit in secunda, quæ est in noctis medio: & tandem addit, quòd si venerit in tertia vigilia, quæ est tribus horis post: nempe, aduentante diluculo, beati sunt serui illi, quos inuenerit vigilantes.

Secunda cõclusio.

Rõ prima.

Rõ secũda.

Matth. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio secũ di argumẽ. ¶ Adsecundum igitur argumentum principale in capite quæstionis premissum respondetur, optimam dispositionẽ temporis esse prope ortum solis: nam in illo cœli puncto creditur sol creatus, quippe cùm secundùm Aristotelem inde incepisset motus, si habitus fuisset principium: imò inde re vera cœpit, quia fides nos docet habuisse principiũ. Atqui articulus ille maximè est rei resurrectionis accommodus, vt expositum est. ¶ Et per hoc verbo Pauli fit satis, quòd venturus sit sicut fur in nocte: nam certè fures illam horam obseruãt, qua homines securiùs dormiunt. Quare Apostolus nullam designauit horam noctis. Quod autẽ legitur Matth. 25. Media nocte clamor factus, qñ fatuæ virgines dormiebant, non tam ad designandum punctim horam dictum est, quàm ad significãdum per modum parabolæ securitatem profundè dormientium. Aduentus autem angeli in Aegyptum non tanti ad rem facit, quàm Christi resurrectio: tunc enim expediens illa hora mediæ noctis fuit, vt populo reliquum noctis ad fugiendum superesset. ¶ Adiecimus in conclusione, quòd tunc luna erit plena soli opposita in occidenti: quoniam in illa dispositiõe creata luminaria creduntur: nam cùm sol conditus fuerit, vt diebus præsit, & luna vt præsit noctibus, illa est optima luminarium dispositio, vt sole oriente luna occidat, & illo occidente oriatur ipsa: condecet ergo vt quibus punctis moueri cœperunt, in illis quiescant. ¶ Imò non parua hinc fit coniectura, vt dies illa circa æquinoctium martij sit futura: nam licèt de hoc inter Doctores controuersetur, longè sit tamen probabilius in illo æquinoctio orbem fuisse cõditum, quod nunc in duodecimam martij cadit. Et ibidem annis tribus millibus nongẽtis quinquaginta nouem elapsis conceptus fuit Christus: nam anno ter millesimo nongentesimo sexagesimo ferè completo natus est. Error enim Calẽdarij est, vt dies conceptionis vigesima quinta Martij celebretur, & dies natiuitatis vigesima quinta Decembris, deberent enim tredecim diebus retrogradi. Et triginta tribus integris expletis annis ab eius conceptione sub eodẽ æquinoctio passus fuit. Igitur quãuis non sit tanquam omnino certum asserendum quando dies illa sit ventura, quia securos & aliud agentes præoccupabit homines, optimè tamen conijcitur, vt quo die orbis & conditus fuit & redemptus, sit itidem iudicandus.

Media nocte.

Luna plena.

Aequinoctium.

Mũdus quo die cõditus.

Dies conceptionis Christi.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm vniuersi mortales sint resurrecturi.

Vperiori quæstione definitum est, omnes quotquot primo sonitu tubæ inuenientur mortui, fore resuscitandos. Restat ergo de illis, qui tunc viui reperientur, explorare vtrùm itidem morti occumbent, vt subinde resurgãt. Et arguitur à parte negatiua ex illo potissimùm. 1. ad Thessalonicen. 4. Mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Dño in aera, & sic semper cum Domino erimus: vbi inter mortuos, & viuentes distinguit, q̃ illi resurgent, atq; hi viui rapientur in aera, insinuans q̃ tunc viui non morientur. Cui maximè consonat articulus fidei, quo in symbolo confitemur, q̃ venturus sit iudicare viuos & mortuos. ¶ Secũdò. Naturale & commune desideriũ totius speciei non potest sic in tota vacuum & inane esse, quin in aliquibus indiuiduis expleatur: naturale autem desiderium mortalium explicat Pau. 2. Corint. 4. dicens, Nolumus expoliari, sed superuestiri: ergo aliqui erũt, qui non expoliabuntur corpore, sed viui rapientur ad gloriam. ¶ Et tertiò confirmatur hæc ratio. Vbi abundauit delictũ, vti ait Rom. 5. Apostolus, superabundauit & gratia: ergo Christus humanæ speciei, saltem in aliquibus suppositis illud beneficium naturæ integræ restituet, quando poterant hoies non mori, sed viui erant in gloriam transferendi. ¶ In contrariũ est collectio illa Pauli. ad Roma. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: cùm ergo in Christo vniuersi sint viuificandi, fit vt in Adam omnes sint morituri.

Patrũ argumenta pro mum.

Secũdũ argumẽtũ.

Tertium argumẽtũ.

Pars affir maiuua.

¶ Quæstio hæc grauis est, & in controuersia doctorum posita. Sunt enim qui dicãt, illos, qui sub articulum aduentus Domini viui reperientur, non morituros, saltem iustos, sed in aera viuentes rapiẽdos obuiam Christo. Aliorum verò (quæ vt ꝓbabilior, ita vniuersalior est) fertur sentẽtia, q̃ omnes, etiam illi, tam probi q̃ reprobi, morte sint occupãdi, & extemplo suscitandi. Atqui primus locus, qui liti ansam obtulit, est ille. 1. Corin. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non oẽs immutabimur. Enimuerò vt Hierony. in epsa ad Mineriũ & Alexandrũ, quã de hac re cõsertim epsit, & Aug. in epsa ad Esychiũ, & 20. de ciuit. Dei

Opinio communis.

Opinio pro fundamẽto.

Opinio Hieronymi.

Aug. ad Oceanum.

Aug. epist.

Dei cap. 20. fatentur, varia est illius loci apud Græcos & Latinos lectio, tum quantùm ad verbum: nam vbi nos legimus, resurgemus, pleriq; Græcorum codices legunt, dormiemus: hoc est, moriemur: solẽne enim illis est, qui spem resurrectionis habent, mortẽ somni nomine designare. Et præterea quantùm ad affirmationem: nam cùm nos legamus, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, quidã permutata negatione conuersim legunt, Omnes quidem nõ resurgemus, seu non dormiemus, sed oẽs immutabimur. Neq; verò Hierony. & Aug. fatentur, omnes Græcos à latinis diuertere, sed multos. Atqui, vt ait super eundẽ locũ D. Tho. quantùm ad verbum nihil refert, seu resurgemus, legamus, seu dormiemus: quoniã quot quot morituri sunt resurgẽt, & nulli sunt, nisi qui morientur, resurrecturi. Sed tamen negatio sensum oĩno in cõtrarium vertit: nam si legatur, omnes non resurgemus aut non dormiemus, planum fit, q̃ illi, qui tunc in viuentibus fuerint, vel eorum aliqui, mortem non sint experturi. ¶ At quoniã etiam si sint omnes morte cõplicandi, dubitare quis potest, vtrùm simul illi cum alijs antea defunctis sint excitandi, an verò postea, duas conclusiones præsens quæstio deposcit. ¶ Atqui pars illa, quæ legit, Omnes non dormiemus, suos habet, neq; verò contemnẽdos, autores, quorum quosdam Hierony. in præfata epsa commemorat, vt Theodorum & Apollinarem, quibus Chrysostomus & Theophylactus adstipulantur. Et vt apparet, etiã Origenes lib. 2. cõtra Celsum. Et ex neothericis Faber Stapulen. & Erasmus super eundẽ locũ, & 1. ad Thessalon. 4. nimio pugnantiùs eam asserere contendit, cum quo Caietanus eisdẽ locis consentit. ¶ Nihilominus prima cõclusio sit. Vniuersi, qui tũc vita fuerint superstites, morti succumbent, vt protinus cum cæteris resurgant. Sentẽtia est Hieronymi, qui quanuis in epsa ad Marcellam nutans videatur in contrariam partem propendẽre, tñ ad Minerium & Alexandrũ, quorum rogatu eam definit, hanc tandem sniam affirmat dicens, huic magis ecclesiam acquiescere, magisq; veritati conuenire, vt nemine excepto, præter Enoch & Eliã, quos sacra oracula viuos disparuisse cõmemorãt, oẽs sint morturi. In quã vtiq; sniam cirat venerabilẽ Didymum, quem vt vetustiorẽ, ait Origenẽ fuisse secutum, qui ambo fuerũt Græci peritissimi. Eiusdem sniæ est Aug. lib. citato. 20. de ciuit. Dei. c. 20. & præterea de fide ad Petrum. c. 3. vbi ait, q̃ ab eo primi hoĩs corpore, quod de terra Deus plasmauit, vsq; ad omnium hominũ corpora, quæ animata quandoq; viuere cœperunt, ab illo resuscitabuntur, à quo operante creata sunt. Eadem hic est opinio S. Thomæ & Ricardi & Scoti. q. 5. & Durãdi & Paludani. q. 4. & Theologorum ferè omnium. ¶ Veruntamẽ hic D. Tho. eam nõ est amplexus nisi seu securiorem & cõmuniorẽ, vt eius verbis vtamur, & 1. Cor. 15. ait, contrariam opinionẽ non esse contra fidem. Imò in libro de ecclesiasticis dogmatibus. cap. 7. quãuis Aug. cõmunẽ sniam maxima, vt ait Patrum turba tradente susceperit, censet tũ patronos alterius opiniõis catholicos & eruditos, nec ob id censendos esse hæreticos. At verò, quanquam nec ego aliter sentiã, nihilominus profectò non nihil vel temeritatis vel audaciæ præ se fert contrariã iam nunc temporis sniam tueri, præsertim tam pugnaciter, q̃ quidã faciũt: quandoquidẽ Hierony. dicat, huic sniæ magis ecclesiam acquiescere & magis esse veritati consonam. Et oẽs latini ita legant, Omnes quidẽ resurgẽmus, & nonnulli ex Græcis. Quinetiam, à tempore Tridentinæ synodi, vbi editio vulgata inter oẽs est solenniter suscepta, nescio an contraria lectio græcanica peiori quam temeritatis nota sit subnotanda. Eo vel maximè quod tum ratiões tum & oracula sacra huic, quæ vulgata est æditio liberiùs, patrocinent. ¶ Primũ enim, vt à nostra natura exordiamur, cùm ex anima & corpore constãtes nostra pte natura simus in easdem partes resolubiles, nulli sunt ab hac naturali lege excipiendi anteq̃ de diuino priuilegio constiterit: vniuersalis enim sententia est illa Gene. 2. Terra es, & in terram ibis: quam Augustinus loco citato lib. 20. de ciuit. Dei cap. 20. ad hoc propositũ de vniuersali resurrectione interpretatus ait, In terram ibis, amissa vita: nullum autem excepit priuilegium expressum: ergo asserẽdum est, oẽs mortem esse obituros. ¶ Secundò & ex cœlestibus lationibus id rimari sic possumus. Cùm em̃ illis cœlorũ motibus sublunares fiant generationes & corruptiões, consequẽs fit, vt cessante motu cœli cesset & actio calidi & humidi, quo nr̃a vita consistit: quare sicut extincta cordis palpitatione extinguitur homo, sic quiescente motu cœli subitanea cuncti morte animas sunt expiraturi. ¶ Tertiò & id ex natura originalis culpæ colligitur. Per primum hominẽ, vt ait Paulus, intrauit

Opinio communis.

Synodus tridentina.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intrauit peccatum in mũdum, & per peccatum mors, iuxta diuinam illam sententiam Gene. 2. In quacũq; hora comederis ex eo, morte morieris: cùm ergo sententia illa vniuersos mortales cõprehenderit, nulla est ratio, qua vlli inde eximantur: imò diuinæ iustitiæ cõcors omnino est, vt cũcti semel morianẽt: iuxta verbũ Paul. ad Heb. 9. Statutum est hominib⁹ semel mori: & iuxta illud Psal. Quis est homo, qui viuet, & nõ videbit mortẽ? Etenim si Christus, vt à nostris nos piaculis expiaret, mortu⁹ est semel, vt resurgeret: profectò æquissima ratio à fortiori persuadet, vt filij Adæ, qui mortis incurrerunt sententiã, exemplo Dñi sui, moriantur, vt resurgãt. ¶ Accedit quartò & collectio facta Pauli, Sicut in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo oẽs viuificabũtur: qui accommodatissimũ à natura deduxit exẽplum, Insipiẽs tu quod seminas nõ viuificat, nisi priùs moriatur: nam quãuis exemplũ illud, vt patroni alterius opinionis aiunt, ad possibilitatẽ resurrectionis demonstrandam induxerit, nihilominus & in exẽplum quoq;, quo Christus suã familiã viuificaturus est, retulit. Vnde subdit, Seminatur in corruptione, surget in incorruptiõe, &c. quotidie enim per corporis macerationem corruptibile corpus seminamus, sed tandẽ per mortem absumitur vt resurgat. ¶ Quinto ergo loco expẽdamus vtra illarũ lectio. 1. Corin. 15. gratiùs arrideat. Omnes quidem resurgemus, an verò cõtraria, Omnes quidem nõ resurgemus. Omnes enim tam vni quàm alteri fauentes lectioni confitentur noĩe mutabilitatis Paulũ intellexisse, mutationẽ à mortalitate ad immortalitatẽ per dotes corporis, de quibus sermonẽ præmiserat, Seminat in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria, &c. quæ vtiq; fœlicissima mutatio duntaxat iustorum præmium est. Vna ergo ratio, quæ Caietano atq; alijs persuadet non esse legendũ, Omnes quidẽ resurgemus, est: quod tunc secundũ membrũ, sed non omnes immutabimur, non est rei consentaneũ: videtur enim tunc Apostolus se inter perditos connumerare, qui nõ sunt mutandi, cùm dicat, sed nõ oẽs immutabimur. At verò non solùm nihil roboris notula hęc habet, verùm ex confessione ipsius Caietani facillimè diluitur. Fatetur enim in more esse Paulo iustis se tantùm connumerare, aut cũ tota vniuersitate iustorũ & iniustorũ, quod re vera hic planè facit. Loquitur enim nomine totius vniuersitatis resurgentium: & ideo ait, Omnes quidem resurgemus: scilicet, tam reprobi quàm probi, sed non oẽs immutabimur. Non quòd insinuet se non esse mutandum, sed quòd ex illa vniuersitate non oẽs mutabuntur. Sic enim illustris persona alicuius reipub. dicere potest, Omnes quidem sumus ciues: sed non omnes sumus illustres, quãuis ipse sit illustris. Et ideo ad maiorem huius sensus expositionẽ subdit, Mortui resurgent incorrupti: nimirùm, vniuersi: nam hæc indifinita vniuersali æquipollet: & nos immutabimur. Itaq; quod nomine totius vniuersitatis dixerat, Non omnes immutabimur, explicando illico nomine iustorum dicit, Et nos immutabimur, non autẽ iniqui. ¶ Et sextò, quod profectò vehementissimũ argumẽtum est & inuincibile, arguitur. Nemo illorum, qui legunt, Non omnes resurgemus seu dormiem⁹, negat, quia neq; inficias ire potest, quin omnes reprobi, qui tunc reperientur viui, sint morituri: nã fatentẽ Paulũ loqui hic de solis iustis, qui non omnes morientur, sed omnes immutabuntur, &. 1. ad Thessalon. 4. ait, Nos qui viuimus rapiemur in nubib⁹ obuiã Domino in aera & semper cum Domino erimus: miseri autẽ damnandi nõ rapiẽtur in aera, vt postea videbimus: ergo illi antiqui Græci de solis iustis aiebãt: nõ fore corpora deposituros. Hinc ergo sumitur argumentum. Si iniusti, qui tunc viui reperientur, de repente exanimabuntur, nõ est cur iusti non simul morti occumbãt: nã si essent immunes à morte seruãdi, hoc esset propter suam iustitiã: & tamen multi multo sanctiores mortui sunt, vt beata virgo & apostoli. Profectò nõ est cur negetur, vniuersos tunc morti concessuros. ¶ Quapropter Origines, vt Hiero. refert, & hic. S. Tho. illã aliorum negatiuam lectionem, Non omnes dormiemus, non potuit, sibi persuadere, de vera morte fore intelligendam: quocirca eam interpretabat de dormitione spirituali: hoc est, de morte peccati. Et hæc fortè est causa cur nõ oẽs legebãt, non oẽs resurgemus, sed nõ oẽs dormiemus. Itaq; oẽs vtriusq; lectionis patroni formidabãt negare oẽs moriturros. Quãuis illa interpretatio de dormitione peccati aliquãto sit violãtior, q̃ vt eã textus gratis admittat. ¶ Ad aliũ igitur locũ Paulã ad Thessalonicẽ. 4. descendamus, quem autores contrariæ opinionis robustissimum sibi putant firmamentum. Ait enim. Ipse Dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba

Ratio. 4.

Ratio. 5.

Ratio Caie.

Caietani ratiocinatio.

Origines.

tuba Dei descẽdet de cœlo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgẽt primi, deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Domino in aera. ¶ Sed vt obiter hoc in præsentia adnotemus, non defuerunt qui superficie horum verborum seducti arbitrati sint, Apostolũ, & qui cum eo scribebant Syluanum & Timothẽũ, deceptos putasse, aduentũ Domini tam esse propinquum, vt in sua ætate esset futurus. Quinuerò Erasmus nihil cunctatus est illud sub opinione dixisse. Hieronymus verò in epistola illa citata ad Minerium & Alexandrum hunc errorem legẽtibus cauit. Ait enim Thessalonicensibus eundem ab eisdem verbis errorem irrepsisse, ad quem eis detergendum scripsit Apostolus epistolã secundam, vbi ait, Rogamus vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, vt non citò moueamini à vestro sensu, neq; terreamini neq; per spiritum neq; per sermonẽ neq; per epistolam quasi per nos missam, quasi instet dies Domini &c. Qui enim ad Timothæum scribens capit. 4. dixerat, Ego enim iam delebor, & tempus meæ resurrectionis instat, nõ dubitabat sibi ante aduentum Christi moriendũ. Vnde Petrus Apostolus in sua. 2. Canonica cap. 3. de aduentu Domini loquẽs & persuadẽs, ne quis putet ipsum tardare, ait, nonnulla Paulum scripsisse intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauãt, quasi ex illis fuerint decepti putantes, q̃ tempore illo Apostologum esset Christus venturus. ¶ Igitur vbi ait Pau. Nos qui viuimus, qui relinquimur, &c. nihil aliud admonere cogitat, q̃ quòd viuentes in lege euangelica non præuenient iustos antiquæ legis, qui mortui sunt in fide Christi, sed simul omnes rapientur in nubibus obuiam Christo: & ideo in se & suis consortibus repræsentat illos, qui tũc erunt in vita residui, Nihilominus neutiq; negat, se cum alijs pluribus de hac luce migraturum: quin verò id anxiè cupiebat: aiebat enim ad Roma. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? & 2. Corinth. 5. Habitantes in corpore peregrinamur à Domino: magis aũt volumus exire de corpore & esse cũ Domino. ¶ Videtur tũ prima facie insinuare, q̃ qui tunc vita fungent, nulla erunt morte occupãdi, sed viui rapiendi obuiam Dño: nam ait, Mortui resurgẽt primi, deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, rapiemur in nubibus obuiam Dño. Atqui si locus alius non esset vniuersalis resurrectionis apertior, neq; rationes, quæ factæ sunt, illam suaderẽt, nescio an dicam, persuaderent, iste non esset sufficiens ad probandũ omnes esse morituros. Sed tamen neq; illis locis & rationibus contradicit. Non enim hic Paulus de vniuersali omniũ morte sermonem habebat, sed solùm volebat conferre iustos, qui tunc essent vita fungentes, cum alijs iustis, qui tunc erũt vita defuncti, docẽs q̃ propterea q̃ tũc erũt viui non occurrent citiùs Christo obuiam, q̃ alij, qui tunc eruntin sepulchris, sed illi resurgẽt primi: id est, primùm, & protinus oẽs simul iusti rapientur in nubibus obuiã Domino: non tã negat viuentes illos per mortẽ transituros ad immortalem vitam. Et ideo Augustinus lib. citato. 20. de ciuita. Dei, ait, quod in raptu illo morientur & reuiuiscent. ¶ Sed tamẽ hic locus aliam ambiguitatẽ superiori adnectit: scilicet, vtrùm esto superstites illi sint morituri, priùs alij q̃ ipsi sint resurrecturi. Apparet em sic fore: tum ex verbis Pauli, qui ait, Mortui resurgẽt primi, deinde nos qui viuimus &c. tum etiam ex verbis Augustini, qui ait, in raptu, quo viui rapientur in aera, morituros: cùm ergo anteq̃ illi rapiãtur, alij resurrexerint, fit vt illi post alios sint resurrecturi. ¶ Tres sunt ergo eorũ opiniones, qui arbitrati sunt non oẽs simul suscitandos. Antiquus em Papias & Lactan. quos supra retulimus, existimabant in fine sexti millenarij venturũ Christum & tunc resurrecturos iustos, cum quibus erat mille annis in summis delitijs conuersaturus: & pòst in fine septimi millenarij erant reprobi excitandi. Et sic glossabant illud Pauli, Mortui, qui in Chro sunt, hoc est iusti, resurgent primi: id est, per mille annos ante. Sed hãc Hierony. in epistola citata ad Mineriũ & Alex. appellat fabulam, cùm. 1. Corin. 15. idem Apostolus dicat, q̃ in momento & ictu oculi canente nouissima tuba mortui resurgent, & nos scilicet, iusti, immutabimur. ¶ Alij verò, quorum sunt Scotus & Durandus. q. 4. censent, quòd qui tunc inuenientur defuncti, resurgent prius, & qui reperientur viui, rapientur in aera vbi in ipso raptu morient, ac sub inde post alios resurgent. Sed alij sunt quos Ricard. impresentiarũ refert, qui aiebant, electos citius, q̃ reprobos excitandos: atq; huius suiæ fuit Theophylactus. 1. Thessa. 4. Sic nimirum Deo disponente, vt illorũ obedientia, qui vt ait Paulus, diligunt aduentũ Dñi, prõptior appareat. Miseros nanq; (quippe quibus ingrat⁹ horrẽdusq; ille aduẽtus erit) cunctan-

Vita.

Indus non fuit deceptus.

Ratio.

Argum.

Origines.

Ipse Pau.

Aug. 7.

Qui viuimus in die iudicij.

Locus Paul. 1. ad Thes.

Fabula.

Pauli sensus.

August.

Alia dubitatio.

August.

Opinio prima.

Opinio fabulosa.

Opinio secunda.

Opinio tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunctatiùs putabant isti in vitam redituros.

Secunda cõclusio. ¶Veruntamen his nihil obstantibus statuitur secunda huius articuli cõclusio. Vniuersi, scilicet & probi & improbi atq; illi, qui superstites tũc in vita reperiẽtur & qui defuncti erunt, simul eodẽ tẽporis momẽto resurgent. Sententia est Ricard. imò & Augustini si eius opus est liber de ecclesiasticis dogmatibus, sic enim illic cap. 6. legitur. Erit resurrectio mortuorũ omniũ hominum, sed vna & insimul & semel, nõ prima iustorũ, & secũda peccatorũ, vt fabula est somniatorũ, sed vna omniũ. Cui vtiq; suiæ rationes gratãter suffragantur: qm̃ cùm, vt ait Paulus oẽs in momento & ictu oculi debeant resurgere, fit

Ratio. 1.

Ratio. 2.

consequens, vt eodẽ momento resurgant. Itẽ cùm resurrectio illa sit cõuocatio ad vniuersale iudiciũ, fiatq; adeò virtute Dei, cui omnis creatura ad nutum paret (nisi in his quæ ad mores in hac vita pertinent) quia nemo ei resistere valet, fit vt eodẽ momẽto oẽs resurgant. ¶Et per hoc rñdetur illis, qui putãt rebelles iniquos morosiùs resurrecturos. Si enim sua sponte deberent exurgere, probabilitas quædã inesset in argumẽto. Attamen cum oẽs virtute diuina sint euocandi, nõ dabitur eis remorandi locus. Adde, quod cùm oẽs sono vocis & tubę Dei, vt ait Paulus, sint veluti ex somno excitandi, eodẽ sonitu atq; eodem momento resurgent vniuersi. ¶Illud verò, quòd ait Augu. videlicet, quòd qui viui reperiẽt, in aere sint morituri, & resurrecturi, possibile quidẽ est, & cum honore, qui diuo patri debetur, audiendũ. Pugnat tũ in cõtrariũ argumentũ, ꝙ infœlices dãnandi, qui viui reperiẽt, non in aere, sed in terra interibunt anteq̃ iusti rapiant̃ in aera: ergo profectò non est cur non simul moriant̃ iusti, etiã in terra: vnde cũ vniuersis alijs iustis rapiant̃ in aera. Præsertim quod in illo raptu in aera non est credibile tm̃ moræ interfuturũ, vt illic moriant̃ & purgẽtur & resurgant: nam si quidpiã habent sordiũ, oĩno illis expurgandum est anteq̃ resurgant. ¶Igitur, vt tandẽ aliquid dicamus, hoc q̃ maximè est vero simile, quod in illo tantillo imperceptibilis tẽporis, quo Angeli cineres sunt collecturi, morient̃ vniuersi qui viui reperientur, & instanti terminatiuo extrinseco illius tẽporis, vt expositũ est, fiet generalis omniũ resurrectio.

Ratio. 3.

August.

Argumentum contra verba Augustini.

Primum argumentũ. ¶Ad huius autẽ maiorẽ intelligentiã arguit̃ cõtra. Et supponatur mortẽ, quam ex culpa originali cõtraxim⁹ de qua dictũ est, in quacũq; die comederis ex eo morte morieris, nõ esse violẽter inflictã cuiusmodi sunt mortis, q̃bus malefactores plectunt̃, aut alij interficiunt̃ per iniuriã, sed est naturalis. Enimuerò q̃uis nullum f̃ isset pẽtm̃ originale, ex eo qd̃ sumus ex corpore & aĩa compacti, fuissem⁹ mortales. At quia deus nos iustitia originali dotauerat, cuius bñficio poteram⁹ nõ mori, dum illam iustitiã per præuaricationẽ Adæ amisimus, in nr̃a moriendi natura relicti sumus: atq; hac rõne mors dicitur pœna originalis pẽtĩ. ¶Hinc ergo ducitur argm̃. Illi, qui viui reperient̃, ꝓpter aduentũ illius diei nõ sunt digni violẽta morte, ergo qui tũc nullis laborabũt lætalibus morbis, quibus alioqui morituri tũc essent, nõ est cur morti debeãt occũbere. ¶Ad hoc satis rñdere quis posset, quod cũ ex locis sacris supra citatis & ꝓbabilibus rõnibus colligatur oẽs fore morituros, non opus est perscrutari quomodo morient̃. Deus em̃, qui pro culpa originali nobis decreuit mortẽ, põt insligere aliã etiam violẽtam, vt quod statutũ est impleat̃, & est statutum, vt ait Paulus hoĩbus semel mori. Nihilominus secũdo rñdere possumus, quòd oẽs præ nimio terrore naturaliter incusso examines cõcident: nam, vt Lucæ. 21. legitur, tanta erit tunc pressura gentiũ præ confusiõe sonitus maris & fluctuũ & præ portentis quæ in luminaribus cœli apparebũt, vt hoĩes terrore & expectatiõe, quæ superueniet vniuerso orbi, perculsi arescãt: & sub illũ potissimè tẽporis articulum, quo angelorum ministerio cinerũ fiet pulueriq; collecti. Imò verò q̃ maxima existit considerãda coniectura, illa tẽporis morula ignẽ, qui faciẽ iudicis est antecessurus, de quo dist. 47. resumẽdus est sermo, hoĩes cum cæteris mixtis cõbustũ iri, vt art. ꝓximo iterũ dicemus. ¶Locus ergo Pauli nõ sic legẽdus est, vt ordo constituat̃ prioris & posterioris inter resurrectionẽ, qui tũc fuerint defuncti & eorũ, qui tũc morientur, sed inter resurrectionẽ iustorũ, qui tũc erunt defuncti, & oĩm simul iustorũ raptũ in aera. Loquitur em̃ speciatim, vt illic habetur de resurrectione iustorũ. Quasi dicat. Non prius, qui tunc inueniẽtur in vita, rapiẽtur in aera, quàm iusti alij, qui erũt defuncti, sed omnes prius simul resurgent: scilicet, tam qui erant mortui quàm, qui tunc morient̃, extemplòque subinde omnes simul rapientur in aera. ¶Ex his demũ id, quod articulo præcedẽte insinuabam⁹, planè colligitur: scilicet, quòd generalis omnium resurrectio erit in instanti extrinseco terminanti totum mundi tempus,

Argumentum.

Solutio.

Solutio.

Locus Paulli 1. Corinth. 15. enarratur.

In instanti.

pus, quo scilicet Cœli, vt cũ Philoso. loquamur per primum non esse motus moueri desinent. Nam illa quę deinceps in iudicio subsequentur non opus est, vt temporis mensura fiant: sed in æternitate quę iam inde absq; alia mensura remanebit.

Solutio primi argum. ¶Solutum ergo est primum argumentum, quod ex verbis Pauli. 1. Thessal. 4. erat instructũ: haud em̃ negat repertos tũc viuos fore morituros, sed ait non prius illos rapiendos in aera q̃ omnes resurgant. Verbum aũt articuli fidei, quòd Christus sit iudicatur⁹ viuos & mortuos, ad illud diei tempus referẽdum est, vt Aug. ait in Enchi. ca. 55. Nam viuorum noĩe illi comprehẽduntur, qui tunc in carne viuentes de hac luce migrabunt: mortui verò intelligunt̃ qui ante diem illam fuerint vita defuncti. ¶Ad secundũ rñdetur, quod desiderium sanctorũ absolutum ad salutẽ animæ necessariũ f̃ ustrari nõ põt: desideriũ autem illud apud Paul. Nolumus spoliari, sed superuestiri, non est absolutũ, sed conditionale, si possibile esset. Quemadmodum illud Chr̃i, Si possibile est transeat à me calix iste: repræsentat enim Apostolus noĩe totius humani generis affectũ illius status naturæ integræ, in quo creati sumus quo absq; tẽpora li morte poteramus, ad æternam vitã aduolare. Cupimus ergo vt mortale hoc corpus immortalitatem induat: tametsi id fieri nequeat nisi moriendo mortalitatẽ exuat, quẽ admodũ Christus mortẽ moriendo destruxit, & vitã resurgẽdo reparauit. ¶Ad tertiũ respondetur, ꝙ cum per præuaricationem Adæ tota natura, vt ait Paul. in illo peccauerit, atque adeò mortis fuerit rea, iustitia Dei exigit, vt morti oẽs debitum soluant præter illos, qui priuilegio Dei excepti sunt. Quo vtiq; priuilegio Enoch, & Eliã donauit, ob causam & mysteriũ nobis occultum. Illis ergo solis exceptis, vt ait ad Minerium Hieronym. nulli præterea cõtingit. Abundauit autẽ gratia Chr̃i, vt ait Paulus, plusquã delictum, quia cũ solo illo peccato Adæ fuerimus per originẽ contaminati, Chr̃s, non solũ originem verũ cunctas nr̃as proprias actuales maculas nobis abstersit seruata tamẽ iustitia, vt cunẽti morti succũberemus. ¶Per hoc aliud solitur argumentũ. Meliùs perficitur quod cõpendiosius fit: cõpendiosius aũt res transigeretur, si raperentur, qui tunc viuentes essent, anteq̃ morerentur. Rñdetur, inquam, viam compendiosiorẽ tunc esse præferendã quando est ad rem tam accommoda.

Solutio primi argum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm omnes mortui resoluentur in cineres antequam in iudicium exurgant.

QVæritur tandem de materia, ex qua corpora resurgent, & subinde de loco: vtrũ scilicet, oẽs ex cineribus vbicũq; fuerint debeãt resurgere. Et arguit̃ à parte negatiua. Corpora nisi ignis officio, non resoluuntur in cineres: qui aũt vita decedunt nõ oẽs concremant̃: ergo non oẽs resoluẽtur in cineres. ¶Secundò. Si oẽs in cineres resoluerẽtur, nulla in eis remaneret inclinatio ad resumẽdas aĩas: magis quàm in carne leonis aut alia quacunq; re: consequens tũ apparet falsum: nã sicut aĩæ etiã separatæ iugis inest appetitus corporis, ita videt̃ corpus semper appetere animam, vt aptior fiat vtriusq; cõiunctio. ¶Tertiò arguitur. Si mortui oẽs essent in cineres abituri, non ex eodẽ loco exurgerent, quo sepultisunt: nã puluere facilè in diuersa loca dilabunt̃, imò in herbas exeunt, q̃bus aĩalia pascũtur, & sic vix poterit tũc reperiri particula eiusdẽ corpis, qd̃ fuerit incineratũ. ¶In contrariũ est illud Gen. 3. Terra es & in terrã ibis, quę quidẽ sn̄ia, vt autor est Haym. oẽs tenet, q̃ in originali pctõ nascunt̃.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶Tribus conclusionibus secundũ argumentorũ numerũ ad quæstionẽ rñdebitur, Consuetissimũ aũt patribus ac Theologis est corporũ humanorũ reliquias: hoc est, quicquid illud sit, in quod resoluunt̃, gñali noĩe cineres appellare. Cuius variæ causę ferunt̃. Vna est, quod olim, in more fuit cadauera cõburere, vnde sepulchra & cinerũ loca busta dicebantur. Sed fortasse alia non fuit causa nisi quod cùm homo ex puluere & terra fuerit plasmatus, & sn̄ia ꝓ peccato fuerit. Terra es & in terrã ibis, puluerib⁹ q̃ cũ cinerib⁹ maxima sit similitudo, cinerũ nomẽ ꝓ terra & puluerib⁹ vsurpat̃. Præsertim quod exiliores sunt, faciliusq; in fauillã & auras euolãt. Vnde Abrahã Gen. 18. Loquar (inquit) ad dñm meum cum sim puluis & cinis. Quapropter nos quotannis ecclesia admonet, Memẽto homo, qa cinis es & incinerẽ reuertẽris. Et fit pręterea allusio ad pẽti fomitẽ, qui nobis ex originali culpa fit residu⁹: fomes em̃ ignis fomentũ est. Vñ sicut ardore cõcupiscẽtię exurimur, ita & corporũ reliquię cineres nuncupant̃. ¶Quod aũt in disputationẽ mõ producit̃ est. Vtrũ vniuersa mortaliũ cadauera sint anteq̃ in vitã redeãt, vsq; ad elemẽta resoluenda,

Cadauerũ reliquiæ cineres dicũtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenda, an verò ſatis ſit quod moriantur, ſeruatis aliquotũ oſsibus, aliorumq; carnibus: nam Ezechiel, vt capit. 37. legitur in reſurrectionis viſione campum vidiſſe ſe ait oſsibus plenum ſuperque Deum vidit neruos & carnes inducentem. Item multi in die iudicij erunt, qui oſſa habebunt integra, illi præſertim, qui tũc ſunt obituri. ¶ Nihilominus ſtatuitur prima cõcluſio. Cuncta humana corpora omnino vſque ad elementa reſoluentur. Concluſio eſt Sancti Thomæ impræſentiarum arti. 4. & Ricard. & Theologorũ. Ad cuius probationem præſupponẽdum eſt hominem conſtare ex corpore & anima: corpus verò ex oſsibus neruis &c. quæ ſunt partes eterogeneæ: hoc eſt, diuerſarũ rationũ: ac demum partes illæ conſtant ex elementorum commixtione, quod de terrenis omnibus affirmat, 2. Cœli. Philoſophus. Primò ergo moritur homo per ſeparationem animæ à corpore, quod reſtat, vt cadauer, mox per plurimas tranſmutationes, tandem reſoluitur in elementa: quia, vt. 3. Phyſico. habetur. quicquid ex cõtrarijs conſtat, in ea tandem reducitur. ¶ Probatur ergo concluſio primũ ratione naturali, quia conglutinatio elementorum in mixto cœlorum lationibus fit & conſeruatur: conſequens ergo fit vt eiſdem orbibus quieſcentibus cuncta mixta reſoluãtur in elemẽta. Quare poſt diem iudicij omnia interire neceſſe eſt mixta, ac perinde corpora noſtra, ſolis ſuperſtitibus elementis. ¶ Secundò arguitur ex illa ſententia citata, Terra es & in terram ibis. Vnde colligitur quod in pœnam originalis culpæ, non tantũm mors nobis decreta eſt, quæ eſt animæ à corpore ſeparatio: verùm & corporis reſolutio vſq; ad terram & alia elementa, ex quibus commixtum eſt: nam omnes illæ reſolutiones ſunt nobis naturales, à quibus per donum originalis iuſtitiæ preſeruabamur. Quã ob rem ex debito iuſtitiæ propter crimen Adæ non ſolùm obituri omnes ſumus mortem, verùm reſoluendi, vt noſtra fert natura, illo iuſtitiæ originalis munere deſtituta, vt cõſtet quantũ nobis illa fuerat beneficiũ. Reſoluendi, inquam, præter Chriſtum, qui vt nullo fuit attactus peccato, ita nec vlli fuit peccati legi obnoxius. De quo ideo præcinit Dauid, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Id quod Petrus Actu. 2. neceſſariò duxit perſuadendum in Chriſtum propriè competere. Et præter illos, qui illo priuilegio donati ſunt, vt non incinerarenẽ, quale Enoch, & Eliæ, vt prædictum eſt, indultum fuit, & Deiparæ virgini piè creditur etiã conceſſum. ¶ Tertiò demum ad eandem concluſionem arguit. Chriſtus qui ſoluto pretio redemptionis noſtræ reparator eſt vitę, quam in Adam perdidimus, nõ ſolùm vita nos donaturus eſt per refuſionem animæ in corpo, verùm & corpora ipſa nra, vt ad Philippẽ. 3. ait Paulus, habet reformare, vt configuretur corpori claritatis eius: reformatio autem integra & perfecta illa eſt, quæ ex primis principijs integratur. Ergo vt illa reformatio perfectè fiat, debet reſolutio vſq; ad omnia, ex quibus componitur, procedere, vt nõ ſolùm ſit corpus nouum, verùm & oſſa & nerui & cutis prorſus innouentur, & omnia mẽbra. Profectò quanuis concluſio, nec ſit in ſacris Biblijs expreſſa, nec ab eccleſia definita, indecens eſſet illam negare. Quæ præſertim in iuſtorum corporibus demonſtratur: nam cũ ſint per dotes gloriæ vſque ad minutiſsimas particulas purificanda, videntur vſque ad vltima eorum principia fore reſoluenda.

¶ Quod ſi perconteris, cur ergo in ſcriptura facta non ſit mentio de alijs elemẽtis, ſed de ſola terra, Terra es & in terram ibis. Reſpondetur rationem eſſe, quia elementum, quod in homine dominatur, eſt terra de qua conditus eſt. Vnde Aug. Enchir. c. 88. Non perit (inquit) Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: ſed in quemlibet puluerem cineremq; ſoluatur, in quoſlibet halitus auraſq; diffugiat, in quancunq; aliorum corporum ſubſtantiam vel in ipſa elementa vertatur, in quoruncumq; animalium, etiã hominum, cibum cedat, carnemq; mutetur: illi animæ humanę puncto temporis redit, quæ illã primitus, vt homo fieret, creſceret, viueret, animauit. ¶ Sed arguat quis forſan. Reſurrectio Chriſti fuit noſtræ exemplar: ergo ſicut ipſe nõ ex cineribus reſurrexit, ita nec nos debemus reſurgere. Negatur tamẽ conſequentia: nam ratio exemplaris cauſæ non conſiſtit in termino à quo, ſed in eo ad quẽ fit conformatio. Reſurgent enim omnes in corporibus verè viuentibus, in quo etiam dãnati conformabuntur corpori Chriſti, iuſti verò in corporib gloriofis, in quo præterea erunt ei ſimiles. ¶ Arguitur aũt rurſum. Terminus qui eſt finis, ei reſpondere debet, qui eſt principiũ: fœlices autẽ & infœlices ad diuerſa reſurgent: quoniam vt (ait Paulus) omnes reſurgemus: ſed non omnes immutabimur: ergo pari ratione non omnes reſurgent ex cine-

Prima concluſio.

Homo ex q̃ bus conſtet.

Ratio naturalis.

Rõ ſecunda.

Aug.

Argum.

Dubium.

Ratio.

ex cineribus. Reſpondetur, reſurrectionem damnatorum & iuſtorum differre, non ex termino vnde procedunt, ſed ex finibus, ad quos reſurgent: nam motus à fine ſortiuntur ſpeciem: & ideo ex eiſdem cineribus alij reſurgent ad vitam, atque alij ad mortem.

¶ Primò igitur argumento principali ſatisfactum eſt, vbi oſtendimus cur corporum reliquiæ dicãtur cineres, licet non in morte crementur. ¶ Ad id autem Ezechielis. Reſpondetur, quod ipſe loquebatur populo quẽadmodum cadauerum oſſa videri ſolent vbi ciderint homines, & quemadmodum Deus ex coſta Adæ inducta carne formauit Euã. Nihilominus nõ opus fuit, vt ad viuum modum depingeret, quo ſunt corpora priùs vſque ad cineres migratura, quàm in vitam remigrent.

¶ Ad aliud autem quod ſubiecimus argumẽtum de illis, quorum corpora nondum erũt incineres diſſoluta, reſpondet Diuus Thomas & Ricardus, & alij, quod ignis ille faciem iudicis antecedẽs, quo expurganda eſt mundi facies, poterit corpora tunc viuentium cum alijs miſtis, quæ non fuerint prorſus reſoluta, in cineres vertere, de quo vtique igne, articulo præcedenti diximus illos examinandos ſi priùs ingentiſsimo illo portentorum terrore ſpiritum non exhalauerint.

¶ Ex hac prima concluſione facilis fit gradus ad ſecundam quæſtiunculam: vtrùm in cineribus illis ſemper inclinatio perſiſtat ad animam reſumẽdam. Non enim deſunt qui id affirment, arbitrati nunquam ſic diſſolui vſque ad elemẽta corpus, quin aliqua mixti particula perſeueret, quæ fuerat in humano corpore.

¶ Nihilominus ſubiungitur ſecunda concluſio. Nulla in cineribus reſtat inclinatio, aut appetentia animę reſumendę. Probatur per præcedentem: quia in elementis ac miſtis diuerſarum ſpecierum nulla ineſt organizatio aut peculiaris diſpoſitio ad animam. Si ergo omnium corporum reſolutio vſque ad elementa & alia longè diuerſa miſta fit, liquidè colligitur, nullam in illis ſupereſſe appetentiam animæ: præter generalem appetitũ materiæ indifferentem ad omnem formam.

¶ Item arguitur, quia omnium pleraq;, imò quàm longiſsimè plurima erunt, & in alias ac ſubinde alias formas tranſiniſſa: nã cùm (vt proximè citatus Auguſtinus ait) plurimia iam tunc prodierint in herbas, & ceſſerint in animalium cibos, & in aereos halitus, in illis ergo nullus ſupereſt appetitus animæ. Cùm ergo conſentaneum rationi ſit, vt cuncta eandem legem ſubeant, fit vt omnia pariter diſſoluantur, in nulliſque eadem peculiaris inclinatio ſuperſit.

¶ Ad ſecundum igitur argumentum reſpondetur: quod cùm anima ſeparata à corpore eadem perſeueret, nihil mirum, ſi eandem naturam ac ſubinde eandem affectionem ad corpus retineat, quod non accidit corpori. Ineſt ergo illis cineribus ſola obedientia ad omnipotentiam diuinam. ¶ Quid autem ad illud Iob reſpondebimus capi. 20. Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere dormient? Si enim in puluere perſeuerant animæ vitia, potiori ratione perſeuerabit inclinatio ad ipſam reſumẽdam? Reſpondet, non eſſe ſenſum Iob, quod vitia animæ actu perdurent in oſsibus, ſed quod ſecundùm ordinem diuinę iuſtitiæ eſt vnuſquiſq; ad illud præmium, vel ſupplicũ deputatus, quod homo in corpore & anima meruit. ¶ Tertia verò, quæ hinc emergit ambiguitas, pluſculum perplexitatis habet, quibus ſcilicet locis reſurgẽt omnes. Tribus enim modis poſſumus cunctorũ reſurrectionem ſpeculari. Vno ſcilicet, vt omnium vniuerſitas cinerum Angelorum miniſterio, in eundem locum congregetur, quo iudicium futurum eſt: verbi gratia, in valle Ioſaphat, de quo in diſtinctio. 47. diſputaturi ſumus, vt illic omnes clangore tubæ & ſonitu vocis expergefacti ſiſtantur ad tribunal Domini. Vel quod vnuſquiſque ab eodem loco reſurgat, in quo vel mortuus fuit, vel ſepultus. Aut tertio, quòd exurgat inde quiſque, vbi maior vel præcipua pars cinerum eius iacuerit, ex quibus corporis compages eſt facienda. Et certè vnuſquiſlibet iſtorum modus in vtramq; partẽ anceps eſt. ¶ Primus quidem apparet inde probabilis, quòd cùm Angeli ſint cineres, vndecunq; fuerint, collecturi, gratiùs videtur arridẽre ratio, vt ad illum locum iudicij vniuerſos aſportẽt, quàm, vt ad tam innumera loca eos diſtrahant, vt in diuerſis illis mundi partibus excitatos, viuos illic deferant. Nam & ſi diuinæ virtuti æquè ſint cuncta facilia, ille tamẽ modus conijciẽdus nobis eſt, qui noſtro modo concipiendi compendioſior apparet. Præterea cùm eo tunc temporis cadauera multa ſint reperienda integra, atque alia ſua retinentia oſſa, facilius eſt intellectu, quòd in illo tranſitu ad lo-

Solutio prima argum.

Solutio ſecũdi argumẽ.

Adteſtimonium Iob.

Solutio ſecũdi argumẽ.

Quæſtio. 3.

Reſurrectio tripliciter conſideratur.

Primum modum.

Universidad de Deusto Biblioteca

cum iudicij per ignis flãmam faciem iudicis præeuntem, incinerentur, quàm si essent in visceribus terræ abdita. ¶ Veruntamen in cõtrarium occurrere videtur illud Ezechie. 27.
Ezechi. 27. Aperiam tumulos vestros & educam vos de sepulchris vestris popule meus, & dabo spiritum meum in vobis, &c. Et Ioannis quinto, Omnes qui in monumentis sunt audient
Ioan. 5. vocem filij Dei. Et Matthæi. 27. Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum,
Matth. 27. qui dormierant, resurrexerunt, quæ vtique testimonia docere videntur ex monumentis futurum esse resurrectionem. Cui & ratio hæc fauet, quòd monumenta videntur quasi in deposito excepisse defunctos, quos suo post modum creatori reddant. Et exemplũ præterea Christi ad id facit, qui de monumento surrexit, non autem de loco, in quo passus fuit.

Primum argumentũ. ¶ At verò, neque desunt contra hoc argumenta alia. Primum. Quòd multa monumenta disperierunt: nam terra quotidie illuuionibus corroditur: quare vbi erat terra, iam (vt ait Aristoteles) est vel aer vel aqua.
Secundũ argumentũ. Item, quia quàm plurima cadauera in præiacentem materiam dilapsa, in diuersissimas orbis partes diffugerunt, alia scilicet, quòd esca diuersis animalibus fuerunt, alia quòd ventis in diuersa loca efflata sunt. Et vsu sæpè venit, vt caput in vno loco custodiatur, & cor seruetur in alio, & corpus alibi sit humatum. Vnde probabili ratione colligitur, quòd vnusquisq; vbi mortuus fuit, re
Vbi quis mortuus est, ibi resurget. surgat, vel vbi maior pars puluerum extiterit, quòd si nullibi fuerint plures partes, quã alibi, tunc ait Ricardus, quod resurget talis homo vbi Deus voluerit.

Vbi debeamus resurgere. ¶ Igitur, vt ab hoc vltimo verbo exordiamur, hoc in solam voluntatem Dei referre non est Theologi. Nam etsi voluntas Dei sit omnium causa, nec habeat ipsa priorem: tamen quia cuncta pro sua sapientia suauiter disponit, inquirimus rationem dispositionis diuinæ voluntatis: quę rationi gratiùs arrideat. Inter hos autem tres modos iste postremus minus præ se fert probabilitatis: nã si angeli sunt collecturi cineres, non est cur rationem habeant loci, in quo plures sunt partes. Quanuis qui hunc modum cum Ricardo sustinere voluerit, vix poterit in contrarium reuinci. Nihilominus propter allata testimonia alius modus probabilior est *Secũdus modus.* videlicet, vt omnes, & singuli de suis sepulchris resurgant, si in illis extiterint, vel de illo terræ loco, qui ad perpendiculum proximus fuerit illi, in quo fuerat quisque sepultus. Itaque Angeli singulorum cineres ad cuiusque sepulchrum sunt delaturi.

Argumentum. ¶ Extat tamen aduersus hoc aliud argumentum, quòd frequentissimi sunt in eodem sepulchro conditi: quomodo ergo eodem monumento citra penetrationem vnius corporis cum altero surgent? Respondetur glorio*Solutio.* sa corpora iustorum non se inuicem impedire propter dotem subtilitatis: saltem, in his officijs obeundis, quæ diuino nutu & iussu exequi debent: de corporibus autem damnatorum videtur tunc dicendum, quòd diuina virtute in illo exitu se penetrabunt, vt distinctione. 49. iterum examinabitur.

Prima opinio refertur. ¶ Nihilominus profecto istorum trium mo dorũ ille maximè videtur probabilis, quòd omnes pulueres sint in locum iudicij congregandi, & ibi sint omnes resurrecturi. Ad illa ergo testimonia, quæ de monumentis & tumulis loquuntur, responderi potest, quòd sunt ad modum intelligendi populi prolata. Præsertim cum in monumentis creberrimi tunc erunt cineres, ex quibus tunc extrahentur. Quare cùm ex eisdem monumentis plures sint pulueres educendi, meritò dici potest, quòd ex monumentis resurgent. Quemadmodum sub articulum resurrectionis Christi non dubium est, quin de sepulchris corpora viuentia exierint, vt Euangelista refert.

Peccatorum memoria. ¶ In calce demum distinctionis præsentis Magister Sententiarũ & sui sermonem adijciunt de peccatorum memoria, quæ homines in hoc seculo commiserant, vtrùm resurgentes tam aliena, quàm propria peccata sint cogniturí. Sed sermo hic minimè ad præsentem distinctionem spectat: quippe, qua solum agitur de actione & modo resurrectionis: de termino nanq;, & statu in quo mortui resurgent, & de his quæ post resurrectionem illis contingent, in distinctione proxima & subsequentibus subsequetur sermo. De cognitione ergo, quam vnusquisque sũ aliorum seu propriorum peccatorum sit habiturus, distinctione. 47. propria nos manet dicendi sedes.

DISTIN-

DISTINCTIO

Quadragesima quarta, De termino & qualitate & quantitate resurgentium.

Textus. Capit. j.

VO autem hæc, quę dicta sunt, luculentiùs eluceãt, sic Resurrectionis veritatem profiteri oportet, vt credamus, eundem ipsum hominem qui vita defungitur, in eodemque, quod cecidit, corpore resurrecturum, iuxta illud
Iob. 19. Iob. Quem (scilicet Redemptorem) visurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt, & non alius, & in carne mea videbo Deũ
Epist. 88. Saluatorem meum. Vnde in enchiridio August. Non perit, inquit, Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro, sed in quemlibet puluerem cineremue soluatur, in quoslibet halitus auras q; diffugiat, in quancunq; aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcunq; animalium, etiam hominum, cibum cedat, carnemq; mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitus, vt homo fieret, crescceret, viueret, animauit.

Cap. ij. ¶ Quicquid ergo ad perfectionẽ humanæ attinet naturæ tam secũdùm animam, quàm secundùm corpus resurget, vt membra cuncta, humores & organa, etiam si aliquo membro homo aut orbatus genitus fuerit, aut viuens truncatus: quoniam Dei perfecta sunt opera, qui ideo quemadmodum naturam integram primitùs condidit, integram instaurabit, iuxta illam Christi pollicitationem, Capil *Luca. 21.* lus de capite vestro non peribit. Neque ita multùm refert, vtrùm singulæ particulæ in singula, quibus primitùs inerant membra, reuertantur. Sed quemadmodũ (vt ait ibidem Augustinus) si statua cu *In enchiridio. cap. 89.* iuslibet metalli, aut igne liquesceret, aut contereretur in puluerem, aut cõfunderetur in massam, & eam vellet artifex rursus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quæ particula materiæ cui membro statuæ redderetur, dum tamẽ totum, ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto, quo caro nostra constiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet.

¶ Resurgent igitur, vt idem ibi- Cap. iij.
dem ait Augustinus, Sanctorum *Capit. 91.*
corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tãta facilitas resurgendi, quanta fœlicitas erit. Propter quod spiritualia dicta sunt, cùm procul dubio corpora sint futura, non spiritus. De

Universidad de Deusto Biblioteca

Capit. 92. reprobis aũt ſubiungit, Quicunq; verò ab illa perditionis maſſa, quæ facta eſt per hominem primum, non liberantur per vnum mediatorem Dei & hominum, reſurgẽt quidem etiam ipſi, vnuſquiſque cum ſua carne, ſed vt cum diabolo & Angelis eius puniantur. Vtrùm ſanè ipſi cum vitiſs & deformitatibus ſuorum corporum reſurgant, quicunq; in eis vitioſa & deformia membra geſtarunt, inquirendo laborare quid opus eſt? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & ſempiterna damnatio.

Cap. iiij. Ad Epheſios. 4. ¶At quoniam ad Epheſi. ait Paulus. Donec occurramus in virum perfectum, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti: ſunt qui arbitrentur, eadem cunctos ætate & ſtatura fore ſuſcitandos. At verò vt. 22. de ciuita. Dei ait Auguſtinus, non dictum eſt, in menſuram corporis vel ſtaturæ Chriſti, ſed in menſuram ætatis. Et ideo cùm Chriſtus ætatem agens triginta trium annorum paſſus fuerit, in illo ætatis flore reſurgẽt: quia illud eſt medium iuuenilis ætatis. Quod autem dixit, in virum perfectum, non ad ſexum retulit, imò Deus, qui vtrũq; ſexum inſtituit, vtrumq; reſtituet: cùm ſexus fœmineus non ſit naturæ vitium, ſed neceſsitas: ſed virũ perfectum per metaphoram appellauit corpus eccleſiæ myſticum, quod ante finem mundi ad illam fidei vnitatem & agnitionem filij Dei peruenturum eſt, vt Chriſtiani non tanquam paruuli omni vento iactati nutent, ſed contra omnia ſatanica tela, & præſertim contra Antichriſti iacula ſtare per Dei gratiam valeant. Capit. 15.

¶Reſurgent igitur omnes in eadẽ iuuenili ætate. Cęterùm neq; in eodem ſexu, neq; eadẽ ſtatura æquales, ſed in ea ſinguli, ad quam cuiuſq; corpus, natura neq; impedita neque errante, ſub illum ætatis florem adoleuiſſet. Cap. v.

DISTINCTIONIS Quadrageſimæ quartæ, Quæſtio vnica, De modo & conditione reſurgentium.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm idem proꝛſus homo in eodemq; corpore, quo vixerat, ſit reſurrecturus.

Præcedens diſtinctio ea tenus nos de Reſurrectiõe docuit, vt eius poſſibilitatem & veritatẽ, eiuſq; terminum, à quo illa actio proceſſura eſt didicerimus: quemadmodum ſcilicet ex pulueribus & cineribus, in quos ſit poſtrema corporum reſolutio, ſimus ſuſcitandi. Conſequitur ergo, vt diſtinctione præſenti, de alio termino (quem vocant ad quem) nempe, de ſtatu, in quem reſurgentes prodire debeant, perſcrutemur. ¶Atqui Magiſter Sententiarum, ac nõnulli ſubinde eius interpretes, quorũ eſt Sanctus Thomas, tres hic quæſtiones diſputant. Primam videlicet de termino, ſtatu & conditione, quæ erit damnatis cum iuſtis in reſurrectione

Secunda. Tertia. ctione communis. Secundam de pulcherrima iuſtorum habitudine, in qua fœlices illi reſurgent. Ac demum tertiam de miſerabili fœditate & ſorte, quæ reſurgentibus damnatis continget. Attamen peculiaris de beatis damnatisq; tractatio in hac diſtinctione præpoſtera eſt & inepta. Tractant enim illi hic de glorificatorum corporum dotibus, & de damnatorum pœnis. Dotes autem corporum ex dotibus animarum deriuantur. Vnde diſtinct. 49. vbi de beatitudine agendum eſt, & animarum dotibus, proprium habet hæc diſputatio locum. Et eo vſque Ricardus, Scotus atque alij conſultiùs eundem tractatum differunt. Ac ſubinde conſideratio damnatorum in diſtinctione. 50. habenda eſt. Quare hic de ſolo communi termino reſurrectionis: ſcilicet, quo modo tam beati, quàm damnati reſurgent, diſputare vnica quæſtione conuenit.

¶Primus itaque articulus ad ſubſtantiã ſpectat: nempe, vtrum idem proꝛſus homo, qui mortuus eſt, atque in eodem corpore ſit per reſurrectionem inſtaurandus. Et arguitur à parte negatiua ex illo Ariſtotelis. 2. de generatione text. vltimo. Quorum natura mortalis & diſſipabilis eſt, illa ſpecie, non numero, replicentur neceſſe eſt. ¶Secundò. Vnus homo eſſe non poteſt niſi ſit vnum animal, cùm ratio animalis ſit de eſſentia hominis: ſed in reſurrectione non erit homo idem animal, quoderat: quoniam animal. 2. de anima Ariſtot. definit. per ſenſum: eſt enim corpus ſenſibile, ſaltem ſenſu tactus: & tamen ſenſus cum per obitum hominis extinguantur, non poterũt ijdem in reſurrectione reuerti: quo fit vt homo nec ſit animal id ipſum futurus. ¶Tertio. Si idem proꝛſus eſſet reſurrecturus homo, conſequẽs fieret, vt in eodem quoq; corpore deberet reuiuiſcere. Nam cũ conſtet ex anima & corpore, requiritur, vt idem ſit homo, eandem animam idem reſumere corpus, conſequens tamen eſt contra illud Apoſt. 1. ad Corinthios. 15. Non corpus, quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum: vbi inſinuat aliud nos corpus per mortem ſeminare, atque aliud eſſe nobis per reſurrectionem reſumendum. ¶Quartò. Res non poteſt eadem redire niſi materia eius & forma redeat: forma verò miſti, ex qua cum materia componitur corpus humanum, nequit eadem remeare: ergo nec corpus idem. Probatur minor. Illud quod penitus cedit in non ens (id eſt cuius nihil remanet, ſed tota ſubſtantia interijt) redire non valet: tota verò ſubſtantia formæ miſti perijt, cuius nulla ſit pars reliqua: ergo reuerti non poteſt. Maior verò probatur. Quia ſi re ſtota perijt totum eius eſſe omnino interruptũ eſt: quãdo autem eſſe interrũpitur, illud eſſe, quod reuertitur, eſt diuerſum: res autem cuius eſſe ſubſtantiale eſt diuerſum, nõ eſt eadem. ¶In contrarium autẽ eſt illud Iob. 19. Quem (ſcilicet Redemptorem) viſurus ſum ego ipſe & non alius, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum. Vbi idem homo idemque corpus inſinuatur.

Vtrùm ergo ratio argumenti prima. Secundũ ar gumentũ. Tertium ar gumentũ. 1. Corint. 15. Quartũ ar gumentũ. Pars affirmatiua.

¶Ad huius quæſtionis intellectum prænotare oportet, aliam eſſe conſiderationẽ animæ, aliam verò hominis, ſed aliam corporis. Enimuerò de anima quæ ſeparata per ſe ſubſiſtit, ambigit nemo, reſurrectionem conſitentium, quin eadem numero ſit in corpus reuerſura. De homine ergo & de corpore eſt impræſentiarum tribus concluſionibus reſpondẽdum. Prima. Idem ipſe homo, qui per mortẽ cecidit eſt in vitam reſurrecturus. Hęc concluſio, non tantum ceu ſcholaſtica veritas, ſed tanquã articulus fidei conſtituitur. Idem enim articulus, quem de reſurrectione confitemur, intelligitur de reſurrectiõe eiuſdem hominis. Reſurgere nanq;, vt. 8. de Trinita. ait Auguſt. idem eſt quod reuiuiſcere: nemo autem reuiuiſcit, niſi qui mortuus eſt rurſum viuat. Si enim nõ idem Lazarus, qui obierat, reſurrexiſſet, non fuiſſet illa Lazari reſurrectio, ſed ſubſtitutio vnius pro alio. Quocirca (vt ſcienter hic ait Sanctus Tho.) Qui eundem hominem reſurrecturum negaret, perinde eſſet hæreticus acſi reſurrectionem diffiteretur. ¶Atqui ratio pręterea concluſionis eſt: quia homo in hoc ad imaginẽ Dei cõditus eſt, vt per officia huius vitę, quæ diuino fauore & munere operatur, regnum cœlorum obtineat, vbi diuino fruatur cõſortio. Quod ſi ſecus fecerit, ſupplicia erratorũ in altero ſeculo perſoluat: & quia corpora nobis fabricauit, in quibus anima militaret, ad hoc reſurrectio futura eſt, vt in anima & corpore retributionem reciperemus. Actiones enim, vt. 1. de anima ait Philoſoph. ſunt ſuppoſitorũ. Non enim anima, aut corpus, ſed totus homo eſt, qui operatur & meretur & demeretur, ac perinde aut præmio donari aut ſupplicio affici debet. Vnde Paul. 2. Corinth. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſsit. Si autem non

Cõſideratio animæ & hominis. Prima concluſio. Reſurgere quid. Ratio cõcluſionis. 2. Corint. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem homo qui natus & mortuus est resurgeret: nemo propria corporis reciperet prout gesit.

¶Hac autem catholica veritate præfixa de resurrectione eorundem corporum controuersatur. Atqui inter cæteros Durandus distinct. 43. quæst. 3. non modò negat idem corpus (nempe illud cadauer, quod anima separata relinquitur) rediturum. Imò audenter affirmat neq; per absolutam Dei omnipotẽtiam fieri posse, vt vlla res, cuius essentia totaliter perijt, rursus reparetur: siue successiua sit, siue permanens. Non quod dubitet quin quicquid sit possibile efficere Deus valeat, sed quod arbitretur nõ esse hoc vllo pacto possibile. ¶Et re vera de successiuis, quæ in sunt tempus & motus, id etiã Palud. atq; alij concedunt. Imo & S. Tho. quodli. 4. ar. 5. & est planè confitendum, si formalẽ successiuorum rationẽ speculemur. Neq; verò opus est alias metaphysicas lubricasq; rationes congeminare, quas Durand. accumulat: sed causa ex intrinseca ratione successiui sumit. Ens enim successiuum eiusq; essentia est cuius esse in continuo fluxu consistit secundũ rationem prioris & posterioris: partes enim horæ ac diei simul existere non possunt, sed quandò vna influit altera effluxit. ¶Arguitur ergo sic. Deus non potest partem temporis, quandiu tẽpus durat, retinere vt non effluat, alioqui non esset tempus, cum hæc sit essentia temporis vt fluat, sicut si ab homine amouẽret rationale, nõ esset homo: ergo multò minus partem elapsam potest reuocare: quoniam facilius est retinere ne labat, quã elapsam reuocare. Imò illa esset ad præteritum potẽtia: scilicet, facere vt quod fuit, non fuerit, & res, quæ effluxit, non effluxerit: nempe, facere vt annus, qui transiuit, nõ trãsierit. Et idem est prorsus de motu. Non loquor de motu, si admittat rem esse distinctam à mobili: nam si sit qualitas distincta non ambigo, quin Deus possit illam reproducere, velut lapidem, sed loquor de tẽpore & motu formaliter: videlicet, q̃ sicut nõ potuit diem hesternam tenẽre ne flueret, atq; adeò nec modo facere, vt illa dies sit hodie, vel annus præteritus sit præsens: ita non est factibile vt circulatio cœli, quę heri pręterijt, sit hodie. Et hæc est Arist. sententia. 5. Physi. tex. 29. vbi ait, q̃ vnitas motus fit ex cõtinuatione. Nam postq̃ interruptus est, nõ potest idem redire. ¶De rebus aũt permanentibus Durand. eadem quæst. 3. sustinet opinionem negatiuã: scilicet, quòd neq; per omnipotentiam absolutam Dei, possit id quod penitus fuit corruptum, idem numero redire, sed ait quòd in resurrectione erit idem homo duntaxat propter resumptionem eiusdẽ animę, quæ est perpetua. Rationes aũt eius prolixitate laborant satis obscura. Arguit enim sic primò. Non plus potest Deus agere per voluntatem quàm si ageret ex necessitate naturæ: quoniam voluntas non auget potentiam, sed modum apponit agendi, & quãuis sit infinita & ideo possit agere in temporis momento, & absq; auxilio causæ secũdæ, nihilominus agit modo aliorũ agentium naturalium: sed agens naturale nõ potest reparare id, quod omnino corruptum est: ergo nec Deus. ¶Secundò, quia si agens naturale nõ valet hmõi corruptum reparare, id prouenit ex illo Aristotelico axiomate. 2. de generat. Idem inquantũ idem semper est natum facere idem. Vt aũt agens sit oino idem numero ad edendum eundem numero effectum, nõ sat est eandem habere potentiam, sed quod eandẽ pręterea habeat habitudinem ad passum: & quia postq̃ agens rem conseruans illam interrumpit conseruationẽ nequit eandem numero habitudinem ad idem passum habere, fit vt neq; valeat idem corruptũ reproducere. Hęc autem ratio pari, inquit, modo, quo in agentibus creatis, in Deo militat. ¶Alia eiusmodi accumulat argumẽta. Apertiùs aũt possumus eidem opinioni argumentũ mutuare. Etenim quod in rebus successiuis est fluxus, in permanentibus est esse: igitur vt interrupto motu (vt 5. Physic. ait Philosophus) nõ põt idem esse motus: sic postq̃ res totum esse substantiale amisit, non põt idem recuperare: res aũt cuius esse est diuersum, non potest esse eadem. ¶Tandem Durand. conatur eandem opinionẽ diuo Tho. impingere: nam in pręsenti ãrticulo quæst. 2. ad tertium argumẽtum, quod nos hic secũdum fecimus, ait quod si anima sensitiua à rationali distincta poneret, consequẽs fieret, vt non idem homo resurgeret: quia cum anima illa esset prorsus interrupta, redire non posset. Et idem ait quæstiũcula. 1. ad tertium: quod nos hic quarto loco posuimus de forma misti in corpore, si esset à rationali diuersa. Ac demum tertia par. q. 77. art. 5. ait quod si substantia panis aut vini sit annihilata, nõ potest iterum redire. Ex his ergo colligit Durand. semel annihilatum Angelum nõ posse vtiq; per Dei potentiam creari, neq; verò ministorum

Durandus.
De successiuis.
Ratio.
Argumentum.
De permanentibus.
Argumentum Durandi.
Secundũ argumentũ.
Aliud argumentũ.
Aliud.

storum aliquod corruptum restitui nisi formam eius, vt animam rationalem Deus conseruaret. ¶Quòd si eum redarguas. Quomodo ergo idem homo resurget, vt fides catholica prædicat? Respondet distin. hac. 44. q. 1. quod redibit idem ratione duntaxat animæ rationalis, quia eadem permanet. Nam cùm esse (vt docet Philoso.) sit à forma: neq; materia vllũ supposito esse tribuat, ad hoc quod homo sit idem, sufficit quod aĩam resumat eandẽ. Imò verò ab eadem, inquit aĩa corpus sortitur, vt sit idem: quia non est in hoĩe nisi vnica forma: scilicet rationalis, dans corpori esse corporeum. Quapropter, licèt in resurrectione corpora non ex ijsdem cineribus, in quos fuerunt resoluta, conglutinẽtur, sed ex quacunq; alia materia, nihilominus (inquit) idem esset homo. Quinetiam licèt anima Petri corpus resumeret, quod fuerat Pauli, & anima Pauli id ipsum quod fuerat Petri, nihilominus idẽ, inquit, Petrus resurgeret, idẽq; Paulus. Et hæc eadẽ fuit doctrina Ioannis de Neapoli quodlib. 2. q. 6. Et si opinio hæc tam vera esset, q̃ apparet facilis, à multis nos impræsentiarũ anfractibus liberaret. ¶Nihilominus statuitur secũda cõclusio. Deus idẽ põt, quod prorsum annihilatum est, iteratò creare, & quod semel corruptum fuerit, rursum reproducere. Assertio est diui Tho. quodlimodo citato. 4. art. 5. & opusc. 9 q. 82. Et probatur ratione quã ibidem affert. Omne possibile Deus facere põt: quod aũt possibile sit idem de genere permanentiũ interemptum reproduci, indę, pbatur, quod si aliqua esset repugnantia, maximè quia vnitas rei continuitate seruatur: quare repugnat si interrũpatur, vt id quod pręcedit & postea redit, sit vnum. Hæc aũt ratio in solis successiuis veritatẽ obtinet, eo quod de intrinseca ratiõe & essentia vnitatis ipsorũ est cõtinuus fluxus. In permanentibus aũt continuatio non est de vnitatis essentia: eo quod essentia ipsorũ non est fluere, sed est accidentaria eorũ vnitati continuatio: propterea quod subdũtur tempori, quod est continenter fluens. Igitur si ex parte rei non repugnat, vt eadem res sit cuius conseruatio fuit interrupta, non debet omnipotentiæ Dei, qui minimè à tẽporis cõtinuitate pendet, hæc facultas subduci, quin possit idem corruptũ reproducere. Nam ad demonstrandũ Deum quidpiam posse: satis est ostendere id ex parte rei nullã inuoluere repugnantiã, & ei qui illam obmolitur rũdere. ¶Secundò arguitur. Infinita omnipotentia Dei ob id quod rem aliquam cõdiderit, quæ deinceps absumpta est, non minuit: neq; verò rei ipsi esse magis repugnat, quàm anteaquã fuerat: ergo Deus põt illam in esse restituere. ¶Sed argm̃ quod rem elucidat est illud, quod dist. præcedenti art. 1. informauimus. Causa enim cur agens naturale nõ põt idem numero reproducere, est q̃ requiruntur eædem numero dispositiones: ad quod exigitur, vt eodem loco & tẽpore (quæ sunt indiuiduatiõis principia) fiat applicatio agẽtis ad passum: & tẽpus nequit idem reuerti. Item requiritur, vt motus & actio sit eadem, & tũ interruptus motus non põt reuerti idẽ: Deus autẽ ob suam infinitam potentiã neq; à loco neq; à tempore pendet neq; à motu: ergo nil obstat quominus idem valeat bis, terque producere. ¶Et arguitur præterea, quod si illa contraria Durandi opinio esset vera, consequeret vt præsenti mundo perempto nequiret Deus eundem instaurare. Imò verò, si vera est opinio S. Tho. quod duo angeli esse nequeũt eiusdẽ speciei, similiter subsequeretur quod Michaele in nihilum redacto nequiret Deus eandẽ restituere speciem: q̃n neq; illum neq; alterum solùm numero differentẽ posset iteratò creare: quæ quidem consequẽtia absurda videt: & tũ consequentiam cum sua conclusione concedit ipse.

¶Primum igitur argumentũ Duran. falsum assumit: scilicet non plus posse Deum agentem per voluntatẽ, quàm si ageret ex necessitate naturæ. Nam si non esset agens per voluntatem, non posset infinitam potentiam habere: siquidẽ infinita potẽtia agens ex necessitate infinitum effectũ produceret: quod est impossibile. Ob idq; Arist. 8. Physic infinitã virtutẽ Dei fassus, arctissimis angustijs interclusus fuit, vt euitaret infinitum effectũ quem tandem in cœlorũ lationibus infinitũ duraturis concessit. ¶Secundò respõdetur: quòd si per impossibile daretur, Deum esse infinitæ potentię & non agere per voluntatem, nihilominus posset aliquid producere ex nihilo, ac subinde agere sine dependẽtia à tempore & motu, atque adeò posset super naturam aliorũ agentium idem corruptum reproducere. ¶In secundo etiam argumẽto calligat, conceditur nanq; quod ratio quare agens naturale nequit idem corruptũ reproducere est, quod non põt habere eandem ad passum habitudinem, quam q̃n illud primo produxit, habuerat: sed tamẽ ratio huius est, quòd non põt redire idem tempus & motus

Opinio Durandi.
Secundũ argumentũ.
Tertium argumentũ.
Quartũ argumentũ.
Solutio primi argum. Durand.
Secunda solutio.
Solutio secũdi argumẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& actio. Cùm ergo ab his Deus non pendeat, fit vt semper habeat eandem habitudinem ad producendum quicquid voluerit, siue corruptum fuerit, siue nunq̃ productum.

Solutio tertiæ argumẽ. ¶ Ad aliud verò, quod nos adiecimus, iam responsum est, dum ostẽdimus non interesse similitudinem inter motũ, & esse rei permanentis: quippe cùm de essentia vnitatis motus sit cõtinuatio, non autem de essentia rei permanentis. Sed ad verba Sancti Tho. quibus cum Durãdo sentire videtur, suo loco respondebimus. ¶ Tertia conclusio ad nostrũ propositũ ex hac ꝓxima colligitur. Vnusquisque debet in eodem corpore resurgere, in quo vixit, quod non solum sit ab extrinseco idem: nempe, quod ab eadem informetur animeturq̃ anima rationali: verũ quod ex ijsdem puluerib̃us & elementorum partibus sit reformandum, in quas fuit resolutũ.

Tertia conclusio. Hæc cõclusio non est tam expressè de fide, quàm prima: nihilominus non posset non temeritatis nomine: imò fortè peiori, denotari, qui illam diffiteretur. Quocirca Durand. (vt bona venia dixerim) nimia libertate vsus de hac re locutus fuit. Est enim de fide vt nõ solùm sit idem homo resurrecturus, verum in eadem carne, vt ait Iob: vocare autem eandem carnẽ, ob id solùm quòd ab anima eadem rationali informetur, neq; Physicè consonum est, neq; fidei, quippe cuius articulus de carnis resurrectione decretus est. ¶ Et primò si rationem Physicam consulamus, nulla est consequẽtiæ vis, quod si esse suppositi sit à forma, sufficiat, vt idem sit numero suppositũ, idemq; corpus, quod eadẽ informetur anima: quoniam licet à forma suppositum sortiatur esse specificũ: putà esse hominem, equum, &c. tamẽ esse indiuiduale: nempe, esse Petrum, non suscipit nisi à forma in hac singulari materia: eo quòd materia est principium indiuiduatiõis. Imò anima propterea est hæc, quòd in hac materia suscipitur. Et hoc est quod ait Philosophus. 5. metaphysi. scilicet, quòd quæ differunt secundum numerum, differunt secundùm materiam, sicut quæ differunt secũdùm formam differunt specie. Neque ad hoc profectò Durand. quid respõderet satis rimari valuit. Potest enim eadem forma diuersa corpora successiuè informare, quæ non ideo erunt idem corpus. Imò si admittatur per omnipotentiam Dei eandem in diuersis locis duo simul diuersa corpora informare, certè nec esset tunc idem corpus, neque idem homo. Addequòd secundùm Philosophum. 1. Physic. eadem materia, manet successiuè sub diuersis formis: non ergo à forma habet materiam, vt sit eadem, atque adeò nec vt sit idem corpus.

Ratio Physica.

Secundus argumentũ. ¶ Secundò arguitur, quia si eadem anima ad resurrectionẽ eiusdem hominis eiusdemque corporis sufficeret, tunc trãsmigratio eiusdẽ animæ in diuersa corpora (vt Pythagoras philosophabatur) esset resurrectio eiusdem hominis quod est concessũ absurdum. Quocirca diuus Gregorius super illud Iob. 29. Et in carne mea videbo Deum, tanq̃ ridiculum errorem refert quorundam commentum (in quibus quidam erat Constantinopolitanus episcopus) qui aiebant animã iteratò coniungi corporibus cœlestibus, vel quibusdam in modũ venti subtilibus. Illud enim non est resurgere in ꝓpria carne, quæ vixerat. Quocirca hic Diuus Thomas optimè concludit non posse resurrectionem censeri, nisi anima ad idem reuertatur corpus, quo vtiq; verbo sophistarum illud eliditur Durandi, quòd dicatur idem corpus ꝓpter eandem animam: nam tunc anima non posset resumere nisi idem corpus: quando quidem quicquid resumeret per resurrectionem fieret idem. Dicens ergo Sanctus Thomas nisi anima idẽ corpus resumat, intelligit ex eisdẽ cineribus compactum: quia resurrectio est, vt ait Damascen⁹ iterata surrectio: idest, eiusdem quod cecidit. Et Aug. ait quod resurgere est idem, quod reuiuiscere. Quare optimè Thomas adnotauit, quòd resurrectio magis respicit corpus, quod per mortem cecidit, q̃ animam, quæ semper post mortem viuit: atque adeo si nõ est idem corpus, quod anima resumit, nõ dicetur resurrectio, sed noui corporis resumptio secundùm doctrinam Pythagoræ, qui credens non inesse animã corpori tanq̃ formam, sed adesse tanquam motorem, colligebat, aliud atque subinde aliud corpus submutare. Imò verò quanuis disputationis gratia admitteretur dogma Empedoclis de magno seculo, vbi eædem formæ ad eadem corpora redibant, non esset propria resurrectio, sed noua generatio per causas naturales, acsi nunq̃ eadẽ res fuisset producta aut corrupta. Resurrectio nanque dicit surrectionem eiusdem corporis, quod cecidit, & ideo propriè dicit subitaneam ac supernaturalem resumptionẽ vitæ. ¶ Addeq; secundùm opinionem Durandi posset anima resurgentis illud corpus resumere, quod nunq̃ per mortem cecidisset: putà corpus,

Gregorius.

Resurrectio quid.

S. Thomas.

Empedoclis dogma.

quod nullius fuit animalis sed saxi vel elementi. Tunc ergo quomodo carnis fieret resurrectio? cùm articulus fidei non tantùm resurrectionẽ, sed carnis resurrectionẽ affirmet.

Secundus argu. ¶ Sed præterea ratiõibus Theologicis idem planè conuincitur. Resurrectio, vt prædictũ est, ob hoc nobis fuit diuinitus indulta, vt vnusquisque (quemadmodum ait Paulus) propria corporis referat prout gessit: ergo in eodem ipso corpore, in quo homo Deo, vel dæmoni militauit, debet resurgere, vt in eodem vel triumpho coronetur, vel pœnas luat: vt scilicet idem corpus, quod particeps fuit laboris obsequendo rationi, vel causa scelerum resistendo, particeps quoque sit retributionis, qualiscunque fuerit. Quæ enim æquitas ferre posset, vt anima Petri corpus Neronis resumeret, aut anima eiusdem Tyranni corpus Pauli? Ad cõsolationem enim nostram, vt membra corporis nostri promptiùs exhiberemus in obsequium Deo, ait

Matth. 25. 1. ad Corinthios. 15. Apost. de corpore, Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria, &c. Docẽs id ipsum corpus quod in hoc seculo diuinis obsequijs mancipatum atteritur, propria fore retributione donandum.

Iob. 19. ¶ Quapropter Iob loco citato non fuit contentus dicere, In nouissimo die de terra surrecturus sum, sed conculcatissimè adiecit, Et rursus circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse & oculi mei (scilicet corporis) conspecturi

Matth. 10. sunt, & non alius. Vnde Christus Matth. 10. vbi Apostolos ad perferendam mundi tyrannidem animis implet, Nonne duo passeres (inquit) asse veneunt, & vnus ex illis, non cadet in terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Cui cõcinens Augustinus iam citatus in Enchiridio, Non (inquit) perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro, sed in quemlibet puluerem cineremque, aut partes elementi soluatur, illi animæ humanæ puncto temporis redit: scilicet, in resurrectione. ¶ Existit preterea argumentum

Empedoclis dogma. contra illam opinionem, quod tunc nullo opus esset angelico ministerio ad colligendos cineres, in quos facta fuerat corporum resolutio, sed ex quacunq; materia, quam casus fortuitò offerret, homines resurgerent, contra quàm August. verbis proximè citatis decernit. Imò si resurrectio futura esset in vno loco: putà, in valle Iosaphat, vel alia ex materia illic circũstante vniuersa mortaliũ corpora plasmarẽtur, quod nefas est dicere. Igitur fas nõ est negare, quin idem prorsus corpus exurgere debeat, quod per mortem cecidit, alioqui nõ esset idẽ homo resurrecturus.

Ad argumenta principalia. ¶ Vnde ad primum argumentum ex Aristotele sumptum respondetur, Philosophũ locutum fuisse naturaliter in rebus quæ per motum redeunt: ostendit enim eo loco circulationes cœlorum, quæ per motum localem fiunt, easdem numero redire: hoc est, per easdem lineas, quia cœlum non perit: in generationibus autem horum inferiorum redeunt cuncta in eadem specie, sed non eadem numero: Deus autem, qui nec à motu pendet nec à tempore, potest idem numero reproducere. Et hæc est legitima solutio: nã altera q̃ D. Thom. subiungit: videlicet, quòd quia anima per se semper persistit, possibilis est resurrectio, nõ est tam efficax: tum quòd restat de corporibus difficultas, quæ eadem debent resurgere, tum quòd etiam si anima in nihilum esset redacta posset Deus eiusdẽ hoĩs in eadem anima eodemque corpore resurrectionem perficere. ¶ Ad secundum rñdetur D. Thomã optimè contra illos cõcludere qui ponebant animam sensibilem â rationali distinctam in homine: tũc enim cùm per obitum anima illa corrumpatur, non redire: Nescio tñ an tunc temporis in eadem opinione fuerit Doctor Sanctus, quã ei Durandus tribuit: scilicet, quòd Deus non posset illam reproducere. Diceretamen possumus, quòd nullam habuit omnipotẽtiæ Dei memoriam, quidnam efficere posset, sed ad solam respexit ordinariam legem: & ideo respõdit, id quod satis erat negando animam sensibilem à rationali distinctam: quocirca in resurrectione per eandem animam Petrus erit & idem homo & idem animal: quia habebit eandem animã sensitiuam, per quã secundùm substantiam diffinitur animal.

Ad secundum.

Obiectio. ¶ Quòd si arguas. Saltem easdẽ nõ habebit sensitiuas potẽtias, quæ sunt animæ accidentia: quippè quæ abscedente anima corrumpuntur: cùm secundũ veriorem opinionẽ in ea separata non permaneãt, sed est tunc sensibilis secundùm substantiam: hoc est, apta sentire cùm potentias resumpserit. Concedi tur ergo, quòd in resurrectione non redibũt ipsissimæ potẽtiæ numero, sed eædem secundùm speciem, longèq; præstantiores: verum tamen variatio accidentium substantiã non mutat, neu suppositi neu corporis, quomin⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio tertij argumē. idem in eodemq; corpore resurgat. ¶Ad tertium, quod ex Apostolo desumptum est, respondetur: quod noluit æqualem similitudinem inter granum seminatum & corpus nostrũ constituere: nam granum in semine nõ est idẽ numero, quod est postea in spica, siquidẽ illud emoritur, & enascitur aliud eiusdem speciei: in resurrectione verò idem erit corpus, quod mortuum fuerat. Sed similitudo seruatur in hoc, quod resurgent corpora nostra, alia secundũ accidentia: scilicet, quod seminantur corruptibilia & ignobilia, & resurgent nobilia & pulcherrima. ¶Ad quartum respondetur perinde, vt ad secundum, quod forma misti in corpore nõ est alia quã anima ratiõalis, quare in obitu hominis nulla substantialis forma perit, sed solùm rationalis separatur, quæ cum eadem in corpus redeat, tribuet ei idem esse mistũ, sed & quãuis forma misti esset alia non euincit argumentum: quòd Deus nequiret eandẽ reproducere in eodem esse quod habebat, vt satis ostensum est.

Solutio quarti argumē.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm omne, quod est de veritate humanæ naturæ, resurget.

Conclusio præcedens: nempe, q̃ idẽ prorsus homo in eodemq; corpore sit resurrecturus, nonnullos scrupulos obijcit, illis præcipuè Philosophis, qui nõ sunt veritate Christiana imbuti, quibus tamẽ ab eiusdem veritatis professoribus respondere oportet. Quod vtiq; respondendi negotium assumpsit Augustinus in libris de ciuit. Dei contra Philosophos, & in Enchiridio, & alibi sæpè. Quæritur ergo secundò, vtrùm quicquid in corpore viuente præfuit, ad veritatẽ naturæ pertinens, sit per resurrectionem recuperandum. Et arguitur à parte negatiua. Defunctorum corpora sexcentas perpessa sunt ab orbe condito transmutationes: nempe, in saxa, in metalla, in herbas, in alia animalia, in elementa, quapropter in postrema die particulæ, quæ fuerunt humanæ, in rebus diuersissimis delitescẽt, ex quibus absq; ipsorum corruptione distrahi nequeũt, imo vix deprehẽdi potest quemadmodum tam innumera rerum congeries posit ex rebus tam diuersis fieri. ¶Secundò. Humanis corporibus per assiduam in dies nutritionem, vt. 1. de generat. docet Philosophus, fit ingis accessio, & vicissim per digestionẽ fit etiam particularum egestio: si ergo totũ deberet resurgere, multa absurda consequerentur. Primum quòd vnumquodq; corpus portentosam molem resumeret. Secundò, q̃ cùm homo diuersorum animaliũ carnibus vescatur, cunctorum corpora dicerentur resurgere, vt ouium, boum, piscium, &c. Tertium, q̃ vsuveniat, vt homines nonnunquam humanis carnibus vescãtur, aut in propria forma, quemadmodũ Iosephus de miseranda Hierosolymorum obsidione refert, aut in alijs figuris, dum ex cadaueribus cãpus herbescit, quo pabulo oues & boues pascuntur, quę in esum tandem hominum veniunt: tunc ergo impossibile est, q̃ illi homines propria corpora resumãt, cùm plures eodem fuerint nutriti & aliti. Et fit de costa Adæ, ex qua condita fuit Eua, argumẽtum: nam si Eua suum est corpus resumptura, Adam tunc sua erit costa in perpetuum orbatus. ¶Tertiò. Omnes, vt paulo post ostẽsuri sumus, debent in adulta iustaque statura resurgere: ergo parauuli non sua præcisè corpora resument, sed aliunde sufficiẽtur eis maiora: & qui plus iusto fuerunt obesi aut grandes, non tota recuperabunt. ¶In contrarium est illud Lucę. 21. Capillus de capite vestro non peribit. ¶Ad quæstionem duabus cõclusionibus respondetur. Prima, quam viro catholico nefas esset negare, sit. Quicquid est de veritate humanæ naturæ tam in anima quàm in corpore resurget. Et ratio est plana. Idem enim est res & vera res, vt aurum, & verum aurum: vnde sicut quod non est verum aurum non est aurum, ita qui non est re vera homo non est homo: & pariter in indiuiduis, qui nõ est verus Petrus non est Petrus, quare vt superius dicebamus si Moyses in transfiguratione non resurrexit in proprio corpore, non erat Moyses, quia non erat verus Moyses: sicut & Samuel, quem, vt legitur. 1. Regum. 28. Phithonisa suscitauit, si non erat verus Samuel, non erat Samuel. Hinc ergo informatur argumentum. Resurrectio futura erit vera & nullatenus ficta, imò erit perfectissima, quia erit opus Dei, & Christi, quatenus redemptor est, per virtutem diuinam, & certè si non erit vera, decipiet nos: ad veritatem autem eiusdẽ hominis requiritur quicquid est de veritate naturæ non solùm speciei, sed illius etiam indiuidui: ergo quicquid est de veritate naturæ & deintegritate illius

Partiuncula ciuæ argumentũ primum.

Secundũ argumẽtum.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Costa Adæ cur resumenda.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

Ratio.

illius indiuidui resurget. Illa verò, quę superflua sunt & per modum digestiõis egesta & decisa minimè sunt recuperatu necessaria.

Contra dum. ¶Ad intellectum aũt huius quęstionis adnotandũ est, diuersimodè à diuersis autoribus explicari. Durand. quippe dist. præsenti. q. 2. in sua persistẽs opinione ait, q̃ si loquamur de ijs, quæ pertinent ad veritatẽ naturæ: hoc est, sine quibus natura nequit consistere, solus homo resurgere habet, & nulla eius pars: qm̃ anima non cecidit per mortem neq; materia prima, quæ perinde atq; anima, incorruptibilis est: solus ergo homo cecidit, qui resurget per iteratam vnionẽ animæ cum eadẽ materia. At verò, vt supra diximus, opinio hæc non seruat syncerè & castè resurrectiõis idioma: quia non solùm homo cecidit, sed & corpus ipsum per incinerationẽ, quod ideo debet idẽ numero resurgere. Cùm ergo per nutritionẽ semper viuentis corpus in perpetuo fluxu sit partium, dubium inde emergit quo modo idẽ corp⁹ posit resurgere. ¶Tres igitur opiniones de nutritione humani corporis versantur, quas Philosophi. 1. de gener. Theologi verò. 2. sententiarũ dist. 30. referũt, & diserte D. Tho. 1. par. q. vlt. Prima fuit quorundam dicentiũ de veritate humanæ naturæ quãtum ad corpus non esse nisi illud præcisè, quod fuit ex semine genitũ. Atq; illud aiunt tota vita hominis permanere integrũ, neq; illi quicquã per digestionẽ detrahi, neque per nutritionem accrescere, sed illud præcisè extendi ad maiorem quantitatem: nutrimentum verò apponi non vt per nutritionem fiat augmentatio, sed in fomentum & præsidium caloris naturalis, quemadmodũ cùm purificatur aurum apponitur ei plumbum, ne aurum consumatur. Aiebant ergo illi, q̃ in resurrectione animæ non resument nisi illud duntaxat, quod primũ fuerat per semen genitum: nam quod per nutritionem aduenit, esse non existimabant de veritate naturæ: cum nunq̃ fuerit in substantiã illius suppositi transformatũ. Hæc aũt opinio deridicula est: nam illud humidũ, quod ipsi appellant radicale, ex semine genitum nequit ad iustam hominis quantitatem ex crescere, nisi aut per rarefactionem aut per coagmentationẽ nouæ materiæ: nam vt. 2c. super Genesim ad literam aduersus Tertullianum ait Augustinus, nihil est absurdius quàm putare vltũ esse corpus, quod manẽte naturę suæ quantitate (hoc est nihilo substantiæ adiuncto) vndiq; crescat, nisi rarescat: dicere autẽ corpusculum, quod vtero gestatur, posse ad tantam quantitatem, quantam homo quadragenarius habet, rarescere, ratio physica non permittit: quoniam vnicuique præscriptus est rarefactionis terminus, quem transgredi citra corruptionem fin non potest. Nequit enim terra ad tantam raritatem peruenire, quanta est aeris, nisi corrũpatur in aerẽ: cùm ergo per rarefactionem quantitas nequeat tantum crescere, consequitur vt crescat per coagmentationem nouæ materiæ: quam vtiq;, cùm non creetur, constat ex alimento gigni. ¶Item isti non ponebant nutritionem tanquã per se necessariam ad augmentum, vt nutritiua virtus augmentarrici seruiret, sed solum in præsidium caloris. Neque putabant id, in quod alimentum cõuertebatur, vniri substãtiæ aliti, neq; eius forma informari, sed esse sicut sanguinem & alios humores, qui nõ sunt corpori continui. Qua re profectò superflua esset digestio, per quã transmutatio fit in substantiam alito similẽ. ¶Secunda opinio erat paulò ab hac differẽtior. Consentiebant quippe alij cum prioribus id, quod ex semine primò gignitur, semper manẽre fixum in homine seiunctum ab eo, quod per nutritionem acquiritur, nihilominus opera nutritiuæ virtutis aliquid accerescere fluẽs & refluens. Dissentiebant tamen à prioribus dicẽtes, hoc, quod per nutrimentum gignitur, non solùm seruire in fomentũ caloris, verùm & in augmentum quãtitatis, quæquidem per rarefactionem non posset tantùm crescere sine appositione nouæ materiæ: atque adeò fatebantur, illud, quod ex nutrimento gignitur, adiungi priori. Et huius opinionis Commentator lib. 1. de generatione dixit Alexandrum fuisse inuentorem. Vnde illud ex semine genitum appellabant humidũ radicale, quod diffundebat̃ postea per totum corpus, aliud verò adiunctum vocabant humidum nutrimentale. Atque in hoc sensu illud Philosophi. 2. de generatione textu. 35. intelligebant: scilicet, quòd caro secundùm speciem semper eadem manet in homine, caro autem secundùm materiam aduenit & recedit. Similiter ergo illi dicebant, solùm illud humidũ radicale restituendum in resurrectione, non autem aliud nutrimentale. ¶At profectò isti paulo minus quàm priores à lumine naturali erant auersi. Enimuerò calor naturalis tam humidum consumit, quod ex semine fuit per generatiuam virtutem genitum, quàm aliud, per nutritiuam

Solutio rationis.

Aug.

Ratio.

Opinio secũda.

Discrimen inter hanc & priorẽ.

Auerrois.

Auter opinionem relegat.

Universidad de Deusto Biblioteca

tritiuam adiunctum: quia est actio naturalis æqualiter agens in passum, & illa humida æqualiter illi applicata subduntur: cùm ergo æqualiter illa duo consumat, æqualiter per nutritionem ambo instaurantur: si autem æqualiter instaurantur, non potest illud manêre fixum, quod per generationem fuit primò genitum, distinctũ ab alio, quod per nutritionem acquiritur, sed ambo perfectè miscentur, vt ex ambobus fiat vna caro: quẽ admodum, dum perfecta fit aquæ viniq; mistio non remanet per se vinũ & per se aqua, sed vinum languidum, nisi quòd in animali quod per nutritiuam adiungitur, non est infirmius, sed quandoque robustius & virtuosius. ¶Et confirmatur ratio ex doctrina Philosophi. Non enim nutritionem ait solũ fieri instar mistionis aquæ cum vino, sed quemadmodum ignis fomento lignorum, quorum alia ac subinde alia fuggeruntur, nutritur & crescit. Quam ob causam in igne non possunt distingui partes, quæ ex diuersis lignis fuerunt genitæ, sed totus ignis ex vna lignorum congerie fuit auctus. ¶Tertia ergo opinio eademq; verissima est, quam Aristoteles.1.de gener. docet, & secundùm eum Commentator, ac subinde Philosophorum reliqui: nempe, quòd per vim nutritiuã, quæ augmentatrici seruit, nutrimentum vertitur in substantiam aliti, eiusq; forma informat: non solùm in hominibus & in cæteris animantibus, verùm & in plantis. Quapropter dum corpus adolescit, non permanet idem, quod ex semine fuit primò genitum, discretum ab alio, quod per nutritionẽ accrescit, sed vna fit amborum commassatio & cõglutinatio. Quare radicale humidum & nutrimentale non differunt ratione principij: scilicet, q̃ illud ex solo semine generetur, hoc autem aggeneretur ex cibo, sed ratione termini, vt nutrimentale dicatur quandiu alimentum speciem aliti non est assecutũ, nec ipsi cõglutinatum, radicale verò dum est in naturam aliti coagmentatũ. Ob idq; distinctio Aristotelis.2.de genera. de eadem carne secundùm speciem & secũdùm numerũ, nõ est diuersarum rerum, sed diuersarum rationum eiusdem rei. Quod est dicere. Si cõsideretur caro hominis per totum vitæ curriculum, persistit eadem secũdùm speciem: quia semper alimentum conuertitur in carnẽ Petri, sed tamen secundùm materiam particulæ fluunt & refluunt, sicut in igne, qui suggestione lignorum nutritur.

Cõfirmatio rationis.

Tertia opinio.

Aristotelis distinctio.

¶Sed tunc alia opinio obmolitur cõtra argumentum, quòd non esset idem homo iuuenis qui fuerat infans, neq; idẽ senex qui fuerat iuuenis, quia non manet eadem materia. Sed tamen ad hoc respõdet.1.de genera. Philosophus interimendo consequentiã. Quando enim, inquit, aliqua materia per se tota conuertitur in ignem, tunc est nouus ignis, vt dum lignum incipit inflammari. Quando verò paulatim accenso iam igni submittuntur ligna, non nouus gignitur, sed idem ignis permanens augetur. Multò ergo veriùs in homine & quocunque animali, quia paulatim adhibetur per vim nutritiuã substantia ad reficiendum id, quod calore naturali consumitur, idem prorsus homo permanet. ¶Ex his ergo colligitur posterior impugnatio sentiarum conclusio, quæ ad intellectũ prioris meditatiùs contemplanda est. In resurrectione id in vnoquoq; resurget, quod ad naturæ tam indiuidui quàm speciei, veritatem & ornatum pertinet secundùm illum statũ, in quẽ resurgent. Demus verbi gratia (quod postmodũ disputabimus) omnium resurrectionẽ futuram in illam ætatem & corporis, qua Christus resurrexit, & in quantitatẽ eidẽ ætati congruã. Dicimus ergo q̃ quicunq; in vita vsq; ad illam iustã quantitatẽ natura nõ errante, fuit adultus, illud resumet corpus, quod sub illum tẽporis articulũ habuit ex eadem q; materia refectũ. At verò quia vt.22.de ciuit. Dei ait Augu. nihil illic vitij in corporibus existet, si aliqui plus fuerint obesi & crassi, non totam corporis molem resumẽt, sed quod illam habitudinem superabit, reputabit superfluũ. E diuerso quicquid vel morbus vel senium confecit in corpore, reparabitur per Christũ virtute diuina. Vt si aliqui propter macrorẽ fuerint graciles, quia Christus non solùm reparabit nobis vitam, sed quicquid per miserias huius vitæ fuerit nobis ademptũ. Imò & id quoq;, quod natura conferre non valuit. Quare paruulis & infantibus. & eis, qui fuerunt abortiui, aliunde supplebitur angelorũ ministerio, vt in Enchiridio cap.85. ait idẽ Aug. materia vsq; ad legitimã quantitatem. Id verò materiæ, quod per digestionem fuerit egestum, non redibit, eo q̃ natura id tanq̃ redundãtes fæces emittit, neque ad veritatem naturæ deinceps pertinet. Quapropter nõ solùm idẽ homo resurgere dicendus est, propter vnionem aiæ ad materiam primã, sed idem prorsus corpus, eadẽ scilicet ossa, carnes & organa. ¶Sed hæc pecargu-

Argumentum cuiusdẽ.

Solutio Aristotelis.

Obest crassitiei.

Crassitiei matri.

Paruulis.

argumentorũ solutiones luculentiùs liquebunt: sunt enim omnia Philosophorũ argumenta, quibus fidem nostram resurrectionis subsannant.

Solutio prioris argum.

¶Ad primum igitur respondet, quòd quascunque transmutationes corpus fuerit perpessum, virtuti Dei, qui ex nihilo condidit vniuersa, nequaquam difficile est angelorũ ministerio reliquias illas vndequaq; subtractas colligere: nam quæ in alijs mistis ratione carentibus reperientur, cùm omnia eiusmodi mista sint tunc peritura, facile est intelligere quemadmodum in corpora humana reuertant. Quæ verò particulæ in elementis delituerint, quæ permansura sunt, nihil in eis detrimenti relinquent: quoniam Deus ex mistis, quæ corrumpentur, ruinas illas implebit, vel quemadmodum sua disposuerit sapientia. ¶Existit tamen in contrarium argumentum huiusmodi. Illæ particulæ in rebus alijs latitantes, quas nomine cinerũ theologi designant, non habent respectum magis peculiarem ad corpus humanum, quàm ad quodcunque aliud: quoniam materia prima indifferens ad quancunq; formam existit: & formæ, quibus tunc illa materia conti nebitur, nullum habebunt ordinem ad humanum corpus: ergo corpora tunc nõ sunt censenda ex sua materia potiùs resurgere, q̃ ex aliena quacunq; atque adeò non redibit idem corpus, vt supra dicebat Durand. ¶Diuus Thomas hoc loco sequitur opinionem Commentatoris in libr. de substantia orbis, dicentis quòd in materia sunt dimensiones interminatæ quantitatis, quæquidem perpetuæ sunt, & sub quacunque forma eedem numero perseuerantes. Et ideo materia sub illis dimensionibus, sub quibus erat in corpore Petri, facit vt eadem redeat materia Petri. ¶Illa verò Commentatoris opinio falsa est & inepta, quam ideo Sanctus Thomas.1. par. quæst.76.artic.6. deseruit, nosque, 1. Physico. quæst.6. pluribus expugnauimus: nam certè in composito nulla est quantitas præter illam, quam forma eiusdem suppositi secum adfert: Cùm enim quantitas sit accidẽs, toti suppposito, vt autor est Philosophus, tanquam subiecto inest: ponere ergo aliam quantitatem materiæ coæuam, est naturam quantitatis, quæ accidens est, ignorare: nullum enim accidens materiæ inesse potest nisi per formam. Itaque anima rationalis adueniens corpori priùs natura dat ei esse corporeum, per quod corpus sit quantitate aptum, vt inde fiat homo. Respondetur ergo ad argumentum, quòd cùm anima Petri dederit suo corpori quantitatem illi aptam, quæcunque forma in cadauere & deinceps succedat, semper materiæ particulæ seruant respectum ad eundem hominem ad hunc sensum, quòd illæ particulæ, quæ in illo præfuerũt, ad eius postmodum instaurationem resumantur. ¶Ad secũdum verò iam respondet, quòd non totum, quod per nutritionem in corpore fluit, resumetur, sed illud, quod est de veritate naturæ. Quare non resumetur tanta moles, quanta esset si omnia, quæ per alimenta corpori accreuerunt, simul permansissent, sed illa, quæ iustæ resurgentium staturæ congruens est. Neque verò propterea quòd corpus humanum fuerit in carnes bouinas aut suillas versum, illorum brutorum animalium corpora resurgent, tum quod neque anima bruti partem illam resumet, tum quod neque illa caro resurget nisi sub forma humana. ¶Ad aliud verò tertium absurdum respõdetur, quòd vbi vsu venerit, idem corpus humanum aut eandem eius partem in diuersis hominibus vixisse, in æqualiter tamẽ: nempe, quòd in vno plus illius corporis extitit, aut perfectius rationis speciei fuit particeps, eidem reddetur homini. Si verò æquè fuit in pluribus, respõdet.22.de ciuitate Dei capit.29. Augustinus, quòd reddetur illa caro homini, in quo esse caro humana primitus cœpit: ab altero nanque tanquam mutuò sumpta amputanda est, sed Deus supplebit id ipsum in alio ex partibus, quæ in ipso per nutritionem effluxerant, vel aliunde. ¶At verò de costa Adæ probè hic Diuus Thomas, & rursum.1.part. quæstione.92.articul.4.ait, non extitisse in Adam tanquam indiuiduo necessariam, sed tanquam superfluam per modum seminis ad multiplicandam speciem: figmentum enim est hominum dicentium homines vna modò costa carêre, vel saltem Adam vnam minus habuisse. Et ideo costa illa nõ est Adę restituenda, vtpote quæ ad eius integritatẽ non spectet. ¶Ad tertium itidem respõsum est, quemadmodum paruulis ex aliena materia circunstanti supplementum sit adhibendum. Sed tamen existit in contrarium argm: quia tunc non esset idem, qui resurgeret. Nam si modò Petro paruulo quadruplo aut decuplo plus materiæ simul adhibereſ, vt nõ paulatim per nutritionẽ, sed subito staturã quadruplo aut decuplo maiorẽ acquireret, non

Solutio argumenti.

Solutio secũdi argumẽ.

Ad secundum absurdum.

Ad tertiũ absurdum.

August. responsio.

De costa Adæ.

Solutio tertij argumẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret, non videretur idem esse numero Petrus: ergo nec tunc. Respondetur ad antecedens, quòd siid Deus faceret virtutem supplendo nutricis virtutis, negatur, quòd non idem maneret Petrus, secus si totam materiam, quam habebat, adimeret, atq; aliam totam illi substitueret. Igitur cùm in resurrectione augmentum illud nō faciat, nisi ad supplendum id, in quo natura defecit, non est exisli manda natura Petri secundum substantiam mutata, sed potiùs perfecta. ¶Sed & postremum argumentum, quod de capillis in contrarium obiecimus, secundùm ea, quæ dicta sunt, moderandum est. Resurgent enim homines cum capillis & vnguibus quatenus sunt ad ornatum necessarij, non tamen quatenus sunt naturæ superflui, vt Augustinus lib. 22. de ciuita. Dei capi. 19. ait. Est enim adnotandum, quòd natura & eius imitatrix ars vtitur instrumentis quibusdam necessarijs, quæ sunt de prima intentione naturæ, alijs verò ad ipsorum instrumentorum conseruationem, quæ non sunt de prima, sed de secunda intentione naturæ. Veluti prima intentio naturæ est fructus arborum germinare, secunda verò eosdē folijs contegere. Quare vuas, quæ tenerrimæ sunt, amplioribus folijs protegit. Similiter ars militaris tanquàm principali instrumento vtitur gladio, vagina tamen ad eius conseruationem. Pari ergo modo prima intentio naturæ est, partes tam essentiales hominis q̄ organicas exequēdis officijs animæ necessarias fouēre, sicut cor, epar & alia similia: sed tamen veluti de secunda intentione adhibet capillos & vngues ad capitis digitorumque custodiam, pariter & ornatum. Qua de causa cum eiusmodi etiam particulis resurgent homines. ¶Quòd si arguas. Capilli & vngues sunt expulliones naturæ, veluti vrina & sudor, aliæque id genus egestiones: istæ autem non restituentur: ergo neque capilli. Respondetur, bifariam naturam humorem egerere: vno modò tanquàm omnino superfluum & ad nihilum iam vtilem, qui quidem humores in resurrectione non redibunt, sicut nec recisi vngues, nec capillorum tonsura, sed alios egerit humores non tanquam inutiles, sed tanquam illi, qui membris sunt emolumento & ornamento. Et ideo ait Augustinus, quòd non resumet homo capillos omnes, quos habuerit, sed quos decuerit, iuxta illud, Omnes capilli vestri capitis numerati sunt: id est, qui secundùm diuinam sapientiam sunt reparandi.

De capillis. *August.* *obiectio.* *Dilutio.* *Augustin. vbi supra.*

¶Postremum denique huius articuli dubiū, quod ad hanc rationem eiusdem corporis suscitandi pertinet, est, vtrùm non solùm reliquiæ & cineres ad idem corpus redibunt, in quo præfuerant, verùm & singulæ cinerum particulæ ad singulas corporū, vt quæ præfuerant in corde, redeant ad cor, & quæ in manu ad manum, & quæ in osse ad os. Arguitur enim hoc esse necessariū: quia vt Philosoph. 2. de anima autor est, sicut tota anima tamse habet ad totum corpus, ita & pars animę: scilicet, potentia, ad partē corporis, veluti visus ad pupillam oculi: ergo sicut vt idem resurgat corpus, requiritur vt ex suis proprijs pulueribus reficiatur, ita id ipsum requiritur, vt idem resurgat os, & idem caput, &c. nam materiæ diuersitas facit, vt non sit idem numero. Cùm ergo nō solùm requiratur, vt idem resurgat corpus, sed etiam vt eædem ei restituantur partes, colligitur, vt pulueres non solùm ad idem corpus, verùm & ad easdem partes reducantur. ¶Item resurrectio, vt dictum est, ad id refertur, vt corpus, quod laboris fuerat particeps, sit etiam præmij, & quod fuerat in causa culpæ, idem & supplicio plectatur: sed diuersis officijs diuersa seruiunt membra: ergo necesse est, vt idem oculus eademque manus resurgat. ¶Ad hoc per distinctionem partium respondendum est. Sunt enim in homine partes homogeneæ: id est, similares, eiusdemque rationis & figuræ, quales sunt partes ossis inter se, & partes inuicem carnis: sed aliæ sunt eterogeneæ: hoc est, dissimiles, vt os respectu carnis, & caput, si illud cum manu conferas. Igitur, vt idem resurgat os, necessarium videtur, vt ex suis proprijs pulueribus resurgat, & similiter vt idem resurgat caput, manus & cor. At verò quòd particulæ, quæ erant superiores, in osse, redeāt vel in mediam vel in inferiorem partem, non facit varietatem nisi in situ partium, per quam non mutatur substantia, sicut videtur mutari si ex partibus carnis fiat os, aut ex partibus ossis caro, aut ex partibus pedis caput. Tametsi Augustinus, tam in Enchiridio capit. 89. quàm 22. de ciuit. Dei capit. 19. non tam anxiè respondeat, sed ait, quòd quemadmodum statua cuiuslibet sorlubilis metalli aut igne liquesceret, aut conteretur in puluerē, aut confunderetur in massam, & eam vellet artifex rursum ex illa materiæ quantitate reparare, nihil interesse ad eius integritatem, quæ particula materię cui membro

Dubium. *Argum.* *Argum. contrarium.* *Aristotelis.* *Argumentum.* *Argumentum positum.* *Argumentum.* *Argumentum.* *Argument

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil erit requisitum, quod ex causis naturalibus pendeat: neque in probis, quicquid sit de reprobis, alia potest inueniri causa, quæ absolutè membrorum perfectioni obstet: ergo omnia resurgẽt perfecta. ¶ Tertiò. Illa resurrectio erit opus peculiare Dei, quẽadmodum prima rerum creatio: sed non solùm hominem, verùm cuncta, quæ de nihilo Deus condidit, in sua protulit absoluta perfectione: ergo illa naturæ reparatio ex pulueribus perfectissima erit secũdùm naturã. ¶ Quarta ratio & ex beneficio Christi colligitur, cuius gratia, vt ait Pau. illic abundauit, vbi abũdauit delictum Adæ, vniuersi nanque defectus & deformitates, quas in corporib' patimur, de præuaricatione Adæ & originis labe nobis obueniunt: ergo omnes illos defectus, & quas fecimus in Adam iacturas, & quas in nobis natura corrupta fecit ruinas, reparabit Christus in suis membris, quæ certè instar resurrectionis ipsius nostri capitis resurgere habent, iuxta verbum Pauli ad Philippen. 3. Configurabit Christus corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ: quod tamen integerrimum surrexit. ¶ Iam verò si hominem, qui in hoc terreno seculo vitam erat ducturus, tam pulchrum Deus in prima creatione effinxit, illos, quos velut cœlorum ciues refecturus est, quosque dotibus gloriæ insignire proposuit, vt vnà secum ceu eius aulici perpetuo eius conspectu fruerentur, ambigere nefas est, quin sit vniuersos absolutissimos secundùm naturã in vitam reuocaturus. Erunt enim illi verè beati, & vt ait Augu. 13. de Trinita. Beatus est qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. ¶ Sed arguitur contra. Vsu sæpè venit, vt alicui propter furtum, aut propter aliquã illatam iniuriã auris, manus, vel aliud membrũ abscindatur: ergo illud membrum illi nõ restituetur: quia propter illud, quod patrauit malum, non est ei restituendum bonum. Respondetur autem, vt dictum est, merita aut demerita non esse membrorum, sed suppositi, cui ideo si pœnitentiã egerit, restituetur ad præmium, siu minus ad suppliciũ. ¶ Sententia est præterea Aug. 22. de ciui. capi. 19. & in Enchiri. ca. 87. & 91. vbi ait, q' nulla vitiata corpora sunt sanctorũ resurrectura, sed correcta emẽdataq; natura. Vnde illud, inquit, monstrum: nempe, bimembris homo, quẽ Hieronymus in Oriente natum refert: quia duplex erat duoque coniuncti, non vnus resurget, sed duo seiuncti. Si autem nõ fuissent perfecti duo, sed vnus cum vna anima, quale mõstrum ego vidi, ex cuius vtero homuncio alter excepto capite integer pendebat, non resurget nisi vnus. ¶ Quid autẽ de martyribus, qui membris truncati sunt, vtrùm sint absq; illis resurrecturi, vt amputatio illa sit eis sicut stigma gloriæ & aureola sui triũphi? Aug. eod. 22. libr. c. 20. respondet, q' non erunt absq; illis membris. Non enim posset illa mutilatio non esse corporis vitium, alioqui qui capite truncati essent, deberent sine capite resurgere. Veruntamen extabunt in eorundem membrorum articulis gladij cicatrices effulgentes super omne aurum & lapidem preciosum, veluti cicatrices vulnerum Christi. ¶ De reprobis autem, vtrùm membris integris resurgent, Aug. in Enchiri. c. 92. definire recusauit, quanuis id de electis capi. præcedenti sanciuerit: sed ait, vtrùm cum vitijs & deformitatibus suorum corporum resurgant quicunq; in eis vitiosa & deformia mẽbra gestarunt, inquirendo laborare quid opus est? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo & pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio. Durandus verò distinctione præsenti quæst. 2. per distinctionem respondet. Ait quippe in homine quasdam esse partes de essentia, sine quibus esse homo nequit: & cum istis certum est damnatos quoq; resurrecturos fore. Sed alia sunt de integritate, quæ nõ sunt simpliciter de essentia, vt manus, pes, oculus &c. sine quibus viuere quisq; potest. De istis ait, quòd si damnati cum omnibus suis mẽbris fuerint orti, neq; in vita morbo aliquo vel casu illa perdiderint, resurgẽt eo modo, quo de hac luce migrarunt: sin verò absque aliquo membro vel cum aliqua deformitate vel natiuel defunctisunt, ab illa non liberabuntur, sed trunci resurgent, vt illud quoque vitium perpetuò patiãtur. Ratio eius est, quia reparatio illa naturæ in resurrectione ad illum finem refertur, vt retributionem recipiant diuersam: boni scilicet vitam æternam, & damnati supplicium æternum, vt habetur Ioã. 5. Reprobi autem nullam fœlicitatis retributionem accipient: ergo nõ est cur eorum natura præclariùs reparetur, quàm ceciderat. Et confirmat, quia sicut probis nihil deerit, quod ad fœlicitatem æternam pertineat, ita nec miseris quicquam deficiet, quod ad eorum miseriã in vita præsenti attinebat: quare illa vitia nõ sanabunt. Et tertiò arguitur. Resurrectio illa futura est per gratiã Christi, quæ

Ratio. 3. *Ratio. 4.* *Meditatio.* *obiectio.* *Dilutio.* *Augu. sententia.* *Monstrum.* *De martyribus.* *Deteriorẽ.* *Durãdus.* *Ratio.* *Ratio.*

quæ antidotum fuit peccati Adæ: ergo sicut Adam per mortem animæ lapsus est in miserias corporum, ita Christus nullis corporum vitia sanabit, nisi quibus vitã restituet animæ. ¶ Ad hoc autem, vt luculẽtiùs respõdeamus, distinguendum de vitijs corporum est, quæ in triplici sunt differentia. Prima est membrorum orbitas, atq; alia ipsorum turpis ineptaq; compositio, & corporis habitudo deformis, vt sunt homines obesi, gibbosi alijsq; tortuosis membris corporis compositi: & tertia morbositas, vt lepra, febris, &c. Et quidem D. Thomas dist. præsenti quæst. 3. art. 1. & Ricard. atq; alij primam vitiositatem in dubium non reuocãt, sed planè affirmãt, illam nõ esse in damnatis futuram, imò omnes suis membris integri resurgent. Neque Diuus August. vt illic Diuus Tho. insinuat, videtur hoc in dubium reuocasse, sed de alijs deformitatibus aliorũ generum ambiguit. Quòd enim etiam miseri cum omnibus suis membris reuiuiscere debeãt, probatur: quia resurrectio erit quædã naturæ reparatio per supranaturalem virtutem Dei tanq; autoris naturæ: cùm ergo Dei perfecta sint opera, naturam, quam integram creauit, integram reparabit sine respectu ad culpam: si verò mẽbro aliquo careret, non esset integra. ¶ Et ad maiorem explicationem arguitur secundò. Resurrectio Christi bifariam fuit nostræ causa, vno modo quantùm ad instaurationem naturæ, atque altero quantùm ad dotes gratiæ: in reparatiõe ergo naturæ respectus duntaxat ille habendus est, quòd quemadmodũ ipse naturam, quam assumpsit, in vitam restituit, ita & vniuerso humano generi sua corpora integra tribuet. Absurdum enim esset dicere, quòd damnati deberent cum tanta monstruositate resurgere, quanta in monstris esse soleit. ¶ De alijs verò vitiorum generibus, de quibus August. hæsitauit, sunt qui affirment cum illis fore calamitosos illos suscitandos propter rationes Durandi. At verò D. Tho. doctiùs profectò contrarium, vt probabilius affirmat: quoniam in reparatione resurgentis corporis potiùs consideratur naturæ terminus & perfectio, in quam restituitur, quàm eius conditio, quæ in ipsa præfuerat. Vnde etiam perditi illi reprobi, qui ad perfectam ætatem nondum in vita peruenerunt, in illa sunt ætate, vt beati resuscitãdi. ¶ Sed claritatis gratia sic aliter arguitur. Vniuersi absque vllo naturæ defectu essent in resurrectione instaurandi, nisi in pœnam peccati illi defectus redirent: sed in pœnam peccati non redibunt: ergo resurgent sine illis defectibus vt beati. Probatur minor. Pœna secundùm culparum mensuram & quantitatem infligenda est: vsu tamẽ creberrimè venit, vt qui in hac vita minora cõmiserunt crimina, plures morbos aliasq; ærumnas & calamitates corporis sint perpessi, & è conuerso qui grauissimis se sceleribus cõplicuerunt, nulla eiusmodi corporum vitia fuerint experti: tunc ergo si damnati deberent cum vitijs corporum, quæ habuerunt, resurgere, illi defectus non tam responderent quantitati culpæ, q̃ pœnæ, quam in vita fuerant perpessi, atq; adeò pœna non infligeretur pro culpa, sed pro alia pœna, quod ratio æquitatis diuinæ non fert: si ergo illi defectus non sunt redituri in pœnam culpæ, consequitur, vt nullatenus sint reuersuri. Resurgent tamẽ illi nequam cum illis defectibus, qui ex naturalibus principijs humanis corporibus insunt: nempe, cum passibilitate, & opacitate & põdere & ignobilitate & obscuritate atq; alijs, quæ in beatis per dotes gloriæ sunt excludenda. Quomodo autẽ resurgere habeãt in corporibus incorruptibilibus absque dote incorruptibilitatis, & quo modo sint futura incorruptibilia, sed passibilia, distin. 50. vbi de eorum supplicijs agẽdum est, nos manet dicendi locus.

¶ Et per hæc ad primum argumentum Durandi respondetur: conceditur enim resurrectionem illuc referri, vt vnusquisque retributionem accipiat: nihilominus damnati non recipient corporum defectus tanquam suorum delictorum supplicia. Imò ob hoc recipient omnia membra, vt in omnibus puniãtur, licèt aliquibus in vita caruerint: quia supplicium non debetur mẽbris, sed toti suppósito. Quare illa restitutio membrorũ nõ pertinebit ad eorum fœlicitatẽ, sed ad eorũ miseriam. Et hoc est, q' ait Pau. 1. Corin. 15. Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Etenim qua ratiõe dãnati resurgent in incorruptione, vt perpetuò puniãtur, resurgent suis mẽbris integri, vt in omnibus crucientur. ¶ Ad postremum autem respondetur, quòd illa vniuersalis resurrectio corporum in suam integram naturam nõ fiet per gratiam gratum facientem, per quam Christus collaturus est gloriã peculiariter iustis, sed per gratiã quasi gratis datam, non singulis personis ob sua merita, sed toti naturæ, vt sistatur ante tribunal Dei: quare sicut illi

Deformitates triplex. *Vitia tam deformia.* *De alijs deformitatibus.* *Durãdus.* *Aliud argumentũ.* *Nota.* *Solutio primi argumenti Durandi.* *Solutio postremi argumenti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam, qui non fuerunt mundati ab originali, resurgent, ita omnes resurgent integri.

Intestinaan vacua resurgent. ¶ De intestinis aũt videtur scrupulus hinc emergere: haud enim vacua restituẽtur, quia vacuum abhorret natura: quòd autẽ plena immũdis & turpibus egestionibus resurgãt, fœlicem illũ statum minimè decet: non ergo restituentur. Respondetur, aũt, q̃ restituent in beatis plena non illis turpibus egestionibus, sed decentibus alijs humiditatibus. Vnde Aug. In interioribus, inquit, visceribꝰ, quę nullũ decus modò videntur habere, ita pulchritudo rationis delectabit, vt omni formæ apparẽti, quæ oculis placet, secundùm mentis iudicium referatur. In damnatis verò nil mirũ si fœtidis egestionibus oppleta redeãt: siquidem illæ naturales sunt.

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur principale argm̃ respondetur, q̃ corpus ad animam bifariã refertur, vno modo tanq̃ materia ad formam, & tunc finis corporis atq; membrorũ non est operatio, sed esse speciei perfectũ. Qua vtiq; ratione quãuis nulla futura esset operatio, necessaria nihilominus erat integra membrorũ compago ad complementũ speciei. Secũdo modo refertur tanq̃ instrumentũ ad agens, Et hoc pacto q̃uis finis eius sit operatio, nihilominus membrorũ compositio non est sine operatione frustranea: qm̃ seruit ad ostendendum virtutem ipsius agentis: nempe, animæ, quæ vim habet cuncta mouendi, veluti ars musicum instrumentũ. Et ideo q̃uis illic neq; vllus nubet, neq; nuptui tradetur, erũt nihilominus vtriusq; sexus instrumenta, vt paulo post videbimus, atq; adeò virtutũ nutritiuæ & augmentatiuæ organa. ¶ De secunda parte articuli: nempe, de humoribus secũda similis subiungitur conclusio. Humores oẽs & humiditates, quæ ad vitæ etiã mortalis necessitatẽ & integritatẽ spectant, erũt in resurgentibus. Quoniã licèt vita illa deinceps supranaturalis sit, nihilominus erũt veri homines, quales natura, pducit. Est ergo ad huius perspectionẽ de humoribus distinguendum. Et primò inter humores & humiditates physici distinguũt, quorum est Auicenna lib.10. de aĩalibus capit. De humoribus & humiditatibus. Humoris enim noĩe censentur illi, qui in pręcipuis venis sunt inclusi, habentque determinatam formam secundùm quam licèt disgregati sint, cõnumerantur tũ cum partibꝰ corporis, vt sanguis, cholera, melancholia & phlegma, qui ad hominis veritatem & integritatẽ spectant, atq; adeò instaurabuntur in illa mensura, quæ ad optimam corporis valetudinem conferunt. Humiditates verò sunt, quæ per minores venas & arterias diffluunt, Quæ vtiq; humiditates in triplici sunt differentia. Quædam enim sunt in recessu à perfectione, quas quidẽ natura ceu nocuas pellit, quales sunt vrina, sudor, sanies, atq; aliæ hmõi, & istæ locum in resurrectione non habent, quia ad veritatem naturę potiùs eorum expulsio attinet, q̃ retentio. Aliæ verò sunt, quæ quanuis in indiuiduo redundent, pergunt tamen ad cõseruationem speciei, seu ad generationẽ vt semen, seu ad nutritionem vt lac, & neq; istæ redibũt: quia ad indiuiduorũ perfectionẽ non spectant. Tertij generis humiditas est in transitu & via ad aliam formam, quæ scilicet ex nutrimẽto in substantiam aliti commigrat, Quæ sunt etiã in triplici gradu: nam substantia, quæ ex alimento gignitur, in principio viæ vocatur, qui per capillares venas dispergitur: in medio verò cùm albescit, vocatur cambium: sed in fine dum in substantiã aliti iam est versa, vocatur gluten. Igitur cùm sola veritas naturæ debeat resurgere, sola humiditas in tertio gradu resurget, quia est pars corporis. Reliquæ verò duæ priores minimè: qm̃ deinceps nulla opus erit nutritione, neque illius virtutis officio, sed partes erunt constabilitę & firmæ. Quare neq; in stomacho erit nutrimentum, sed erit plenus vel aere vel alia incorruptibili substãtia, vt de intestinis dictum est.

Secunda cõclusio.

Humoris et humiditatis discrimen.

Humiditas triplex.

Humiditas tertij generis triplex est.

¶ Ad secundũ deinde argumẽtum respondetur, q̃ noĩe carnis illic Apostolus & sanguinis non intellexit nisi opera, quæ carnis suggestione fiunt, vel vt libr. 2. retracta. & in epist. ad Consentium ait Aug. negat Apostolus illic fore carnem & sanguinem corruptioni subiecta, vt sunt in hac vita. Quare neque humores ad id resumendi sunt, vt, quod per calorem deperditur reficiant, sed quẽadmodum de membris dictũ est, seruient integritati naturæ & ad ostendendũ animæ virtutem. ¶ Quòd si redarguas. Negatum est humiditates illas sub forma roris aut cambij reuersuras corpori, quãuis illas in obitu habuerit, propterea q̃ sunt in via ad nutritionem, cui tunc non dabitur locus: sed sanguis alijq; tres humores sunt pariter in via ad nutritionem: ergo non redibunt. Respõdetur ad minorem, aliter humiditates illas esse in via q̃ humores istos: nã illę sic sunt in via, vt nõ habeant determinatam formam, sed imperfectam. Humores autẽ habent determinatam formam

Solutio secũdi argum.

Obiectio.

Dilutio.

formam veluti ossa & caro. Vnde sicut elementa quanuis sint in via generationis respectu corporum, quæ ex illis commiscentur, nihilominus quia habent formas determinatas & perfectas, perdurabũt post resurrectionem, ita & quatuor humores, qui elementis respondent.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm omnes in ætate iuuenili resurgent.

POstquam de veritate & integritate corporũ dictum est, sequitur vt de ætate & statura resurgentium dicamus. Et quæritur primò, vtrùm omnes in ętate iuuenili sint resurrecturi. Et arguitur à parte negatiua. Deus resurgentibus, si beatos præcipuè contemplemur, nihil subtrahet, quod ad eorum pertinet perfectionem: sed ætas venerandæ senectutis plurimum perfectionis affert, iuxta illud Prouerb. 16. Corona dignitatis senectus: ergo qui senes obierunt, in ea ætate resurgent. ¶ Secundò arguitur. Si omnes in eadem ætate deberent resurgere, consequens fieret, vt in eadem quoq; quantitate & corporis mole deberent resurgere: quia quantitatis habitudo ætatem plurimùm sequitur, eo quòd corpus per tẽporis cursum adolescit: non autem omnes resurgent in eadem molis quantitate & statura: qm̃ dimensio hæc quantitatis conditio est indiuidui, sicut & vultus effigies atq; aliæ corporis habitudines, quibus indiuidua inter se discrepãt: quare ad veritatem indiuiduorum attinet, vt has habeant diuersas effigies: ergo neque omnes in eadem ætate resurgent. ¶ In cõtrarium autem est illud Apostoli ad Ephes. 4. Donec omnes occurramus in virum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Chri. ¶ Bimembris est quæstio, quæ duas proinde conclusiones postulat. Ad priorem em̃ partem vniuersalis omnium responsio circunfertur affirmatiua, quæ sit prima conclusio: scilicet, Omnes resurgent in ætate iuuenili. Sed re vera locus proximè citatus Pauli id non satis comprobat: quoniam illic Apostolus de perfectione spirituali loquebatur corporis mystici, quod est ecclesia, & nõ de corporea ętate aut quantitate. Ait quippe, Christum quosdam dedisse Apostolos, quosdam prophetas, & alios euangelistas, &c. in ædificationem corporis Christi: nempe, mystici, donec occurramus omnes in vnitate fidei, & agnitione filij Dei: sed quia ecclesia non vtcunq; ad hanc fidem progressura est, sed vsq; ad robur & firmitatem, persequens analogiam de corpore, confert robur & perfectionem fidei, quã est habitura ecclesia cum virium firmitate, quæ est in virili corpore, dicens, Donec occurramus in virum perfectũ: hoc est, dum secundùm animam ad eam virtutis copiam pertingamus, quæ est in viro perfecto. Et quoniam complementum perfecti viri illa ętas adfert, in qua Christus mortuus est & resurrexit, componit simul in virum perfectum & in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde sicut dicens, in virum perfectum, nõ insinuat corporeum sexum, quasi in virili debeamus omnes resurgere, vt illico dicturi sumus, ita nec per ætatem Christi designat ad literam, quòd omnes debeãt in illa ætate resurgere, sicut neque in eadem statura. Et hanc expositionem insinuat primùm August. 22. de ciuit. Dei cap. 15. Subiungit autem, quòd si de resurrectione corporũ dictum est, sic accipiamus dictũ, vt nec vltra nec infra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorum, sed in ea ætate & robore, vsque ad quam hic Christum peruenisse cognouimus. Vixit enim vsque ad tertiũ mensem anni trigesimi tertij. Quos vtique annos doctissimi homines definierunt esse iuuentutem. Decurrit enim iuuentus, vt distin. 27. dicebamus ab anno 25. vsque ad quadragesimum, cuius mediũ attigit Christus. Et quanuis virilitas, vt à iuuentute distinguitur, non incipiat nisi ab anno quadragesimo, nihilominus illico à trigesimo habẽt homines ætatis complementum, vt dicantur viri perfecti. ¶ Adfertur ergo autoritas Apostoli ad hoc propositum propter ætatis accommodationem ad perfectionem, in qua homines debent resurgere. Enimuerò cùm resurrectio, vt diximus, opus sit futura Dei tanquã tunc instaurantis naturam instar illius, quam in protoplasto Adam condiderat, fit vt sit illã reparaturus non solùm absque omni vitio & deformitate naturali, verùm omnino perfectam & absolutam: tunc autem natura illud obtinet complementum, dùm medium attingit iuuenilis ætatis. Bifariam enim natura ab illo complemento deficit: vno modo quia nondum illud attigit: videlicet, quãdo est in infantia, pueritia vel adolescentia: alio modo q̃ ab eadem perfectione recedit: scilicet, quando inclinat in senium. In illa tũ ætate inter triginta & quadraginta annos natura per-

Vtrùm omnes in ætate iuuenili resurgent.

Primo argumentum.

Secundò arguitur.

Vna affirmatiua.

Primam conclusio.

In virũ perfectum.

August.

Christi vita.

Ratio.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra persistit in illo, quod iustum est quãtum ad corporis tum vires tum pulchritudinem, atque alia ornamenta. Vnde & coniectura fit in eadem prorsus ætate fuisse Adam creatum, vt naturæ recreatio per mortem Christi, & instauratio per generalem resurrectionem primæ eius institutionis respõdeat. ¶ Ad hæc item accedit, quòd cùm in resurrectione appetitus, qui ex natura promanat, satiãdus sit omnib⁹ æqualiter: & anima illud corpus appetat, quod ad perfectum peruenit, si infantes & pueri in illa tenella ætate resurgerent, essent perpetuò illa perfectione priuati, quodquidẽ natura sua eorum fœlicitati derogare videretur. ¶ Sed arguat quis forsan, Quanto aliquid prius fuit in homine, tanto videtur plus ad veritatem humanæ naturæ accedere: quia est ,ppinquius suo principio: pueritia verò priùs aduenit homini quàm iuuentus: ergo plus attinet ad veritatem naturæ: vnde Philosophus. 1. de genera. seniũ propter eius debilitatem diluto vino comparat: ergo potiùs in pueritia quàm in ætate iuuenili resurgent. Respondetur, quòd in pueritia virtus speciei ob id quodammodo perfectior censetur, q̃ est ad digestionem alimenti efficacior: quia ætas illa pluris indiget ad augmentum alimenti. Iuuentus tamen simpliciter est perfectior, quia tũc species ad cõplementum peruenit. Et eadem ratione senes, si in illa ætate resurgerent, essent quasi suo naturali affectu frustrati. Naturaliter em̃ omnes cupiunt in illo flore iuuentutis viuere, tristanturq; dum inde recedunt: nam senectus genus quoddam morbi & infirmitatis est, sicut & infantia & pueritia imbecillitatem quandam & debilitatem habet adiũctam. Quare neque ad munera publica infantes & pueri admittuntur. Atqui ad hanc rem, quæ ad naturam pertinet, non est habenda ratio maioris minorisue meritorum cumuli, qui ex gratia procedit: illa enim remunerabuntur per gloriam, sed solùm habetur ratio naturæ, quam Deus æqualem tum condidit, tum & instaurabit. Quapropter & damnatos quoque credendum est in eãdem ætate corpora resumpturos. ¶ Quòd si arguas. Aetatem temporis cursu & lapsu metimur: tempus autem, quod in hoc seculo dilabitur, non redibit: ergo neq; ætas. Respondetur, quòd non dicitur reditura ætas propterea, quòd tunc habebunt tot aut tot annos, sed quòd redibit corpus in illo flore & habitudine & pulchritudine, quæ inesse solet corporibus, dum illam in hoc seculo agunt ætatem. Quanquam in damnatis fulgor ille floris & pulchritudinis per nebulam tenebrantis ignis contenebrescet.

Adam eiusdem ætatis creatus.

Ratio. 3.

Obiectio.

Dilutio.

In damnatis.

¶ Ad primum igitur argumentum principale respondetur, senectutis effigiem non esse venerandam propter corporis habitudinẽ, sed quia documentum est & testimonium prudentiæ & sapientiæ aliarumq; virtutum, quæ in senibus vigent, iuxta illud Sapien. 4. Senectus veneranda est, non diuturna neq; annorum numero computata: cani em̃ sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. In altero verò seculo non opus est sapientiæ aut virtutum corporeo testimonio, quia vnumquenque illud manet præmium, quod ei Christus secundùm meritorũ mensuram, quæ ex sua gratia processerunt, vnicuique palam retribuet. Et præterea qui in hac vita disciplinarum sibi peritiam compararunt, & prudentia prediti fuerunt, easdem disciplinas & sapientiam retinebunt, quas in sexaginta vel centum vel pluribus annis nacti fuerint, iuxta verbum Hieronymi in epistola ad Paulinum. Ea discamus in terris, quorum scientia nobiscum perseueret in cœlis.. ¶ De secundo quæstionis membro subiungitur secunda coclusio. Non omnes eiusdem quantitatis resurgent, sed secũdùm staturas diuersas. Cõclusio est Augustini in enchiridio. cap. 90. & libr. 22. de ciuit. Dei ca. 20. quam transtulit Hugo cap. 17. Illum quippe Hugonis tractatum de resurrectione ob id non citamus, q̃ ad literam eum ex Augustino in enchiridio & libris de ciuita. Dei transcripsit. Ratio autem est, quòd in resurrectione non tantùm recuperanda est perfectio speciei, verùm etiam indiuidui cuiusque: species autem habet aliquam quantitatem, vltra quam progredi non potest: nam vt autor est. 2. de anima Philosophus, vnicuique speciei præscriptus à natura est certus terminus augmenti & decrementi, quæ tẽ quantitas non cõsistit in puncto indiuisibili, sed in quadam latitudine, vt sint homines alijs alij maiores, aut minores, graciliores, aut pinguiores secundùm diuersam complexionem & caloris vim ad digerendum. Et præterea secundùm qualitatem alimenti, quod ad augmentũ aptius esse potest aut ineptius. Imò & regionis solum, & aer ad id confert. Resurget ergo vnusquisque in ea statura & corporis mole, ad quam natura neque errans neq; prohibita hominem proferret dum ætatem ageret

Solutio primæ obiectionis.

Sapient. 4.

Hieronym.

Secunda coclusio.

Aug.

Notandum.

ageret iuuenilem. Quare quod cuipiam deerit, Deus supplebit aut ex illa materia, quæ à paruulo illo per digestionem elapsa fuerat, aut aliunde. Si autem supererit, tanquam superfluũ relinquetur. ¶ Quòd si arguas. Forma humana eiusdem speciei est in omnibus, & terminus augmenti vel decrementi conuenit indiuiduis ratione formę: ergo natura nõ errante idem in cunctis erit. Respondetur ad minorem, quòd quantitas augmenti, non solùm ratione specificę formę, sed ratione eiusdem formæ in tali indiuiduo conuenit, & ideo est diuersa. Sed redarguet quis fortè. Statura & quantitas resurgentium non respondebit virtuti naturali, quæ in multis impedita est, sed virtuti supernaturali, quæ erit causa resurrectionis: illa autem erit eadem: ergo effectus quantitatis idem. Ad hoc iam responsum est, quod illa quantitas non respondebit naturæ erranti aut impeditæ, sed illi si non impediretur: nam licèt virtus diuina sit eadem, non tamen tunc operabitur per modum naturæ, sed spontanee reparando naturam in illo statu, ad quem ipsa sana & valida peruenisset. ¶ Confirmatur cõclusio: quia staturæ diuersæ ac diuersi vultus, & facies hominum & corporum variæ habitudines, perinde ad pulchritudinem humani generis conferunt, atque voces diuersæ in musica, quarum consonantissima varietate harmonicus concentus suaue resonat: erunt ergo in corporibus resurgentium & staturæ variæ & vultus & corporum habitudines. ¶ Quòd si arguas. Staturæ hominum, in diuersis seculis & ætatibus mundi fuerunt plurimùm distantes: fertur enim Adam & qui diluuium antecesserunt mortales gigantæa corpora habuisse, vt Gen. 6. legitur, propterea quòd tunc fructus terræ fortiori vigebant virtute ad vegetandos augendosq; homines: quin imò & à diluuio vsque ad Abraham gigantes erant, vt Nembrot, & sui, quibus postea Philisthijm successerunt: in illa ergo statura erunt homines illi suscitãdi: non tamen apparet pulchritudini consonum, q̃ sint in cœlo alij alios tanta proceritate superantes: præsertim cùm Christus caput nostrum ab illa longo interuallo defecerit.

Argumentum.

Solutio.

Ratio fœcundandi.

Vultus.

Obiectio & solutio.

¶ Item quantũ ad vultus & habitudines corporum si debent varietate discriminari, scitatur, vtrùm vnusquilibet eam debeat habere corporis effigiem & compositionem, quam habuit in hoc seculo: nam sunt plurimi nimium deformes, qui si tales resurgerẽt, oculos offenderent: si verò aliter sunt effigiãdi, non apparet quæ nam sit in variãdis formis & figuris corporum seruanda ratio.

¶ Ad primum rñdetur, q̃ re vera gigantæa statura, dum modò non fuerit monstrifica, restituenda est illis, qui eam habuerũt: quia & hoc ad veritatẽ indiuidui spectat. Et quanuis Christus illã non attigerit, nõ ideo quidpiam absurditatis res habebit, quanuis alij sint proceriores ipso. Gigantes aũt, quivicio naturæ ad proceritatẽ immodicam adoleuerunt, reformabuntur, sicuti neq; erunt Pygmæi, neq; exigui homines, in quibus natura ob vicium aliquod defecit, sed cuncta Christus supplebit. ¶ Quantùm verò ad effigies & formas rñdetur, quòd vnusquisq; recipiet quam habuit effigiem, ab omni tñ deformitate puram & collimatam, vt nullus sit gibbosus, aut claudus aut luscus, obesus aut macer, aut aliquam habens in ore deformitatis notam. Veruntamen tales erunt, vt possint dignosci eos esse, qui in hoc seculo vixerunt. Et similiter dicendum est de coloribus, non enim necesse est, vt omnes aut rufi aut albissimi resurgant, sed ea erit colorum varietas, vt venustati & pulchritudini nihil officiat. Quare Aethiopes non sunt credẽdi nigri resuscitãdi, aut Insulares subpallidi, saltem pij & iusti: nam ille color, vt qui ex nimia exustione solis prouenit, vicio naturæ tribuitur. In summa, nullus in beatis reliquus fiet color, qui non sit nitidus splendorique & doti claritatis aptissimus. De impijs autem iam dictum est.

Solutio primæ obiectionis.

De vultu.

De coloribus.

¶ Ad secundũ igitur argumentũ rñdetur, discrimen esse inter ætatem & staturam, vt illa debeat esse eadẽ, hæc verò minimè: q̃m cùm tempus indiuidua ad illum articulum perducat, quo natura speciei venustior est festiuiorq; atque adeò perfectior, congruens est, vt omnes in illo statu resurgãt. At verò quoniam illic diuersitas est indiuiduorum diuersaque corporis statura & habitudo, quæ ad speciei pulchritudinem confert, non est cur non eadẽ diuersitas in resurgẽtibus eluceat.

Solutio secũdi argumẽti principalis.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm omnes in sexu virili cum animali resurgent.

Sequitur tandem de sexuum discrimine & animali virtute, vtrùm in resurrectione redibit. Et arguitur quòd omnes in sexu vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primũm.

xu virili resurgent. Primò quia omnia vicia, vt dictum est, defectusque naturæ resarciendi sunt: fœmineus autem sexus præter intentionem naturæ occasione & defectu virtutis formatricis in semine, quæ non potuit fœtum ad perfectionem virilem perducere, nascitur, vt. 16. de animalibus, autor est Philosophus, vbi ideo fœminam occasionatum marem appellat: atque adeò. 1. Physicorum ait, quòd sicut fœmina virum, ita materia appetit formam: nempe, tanquam res imperfecta suam perfectionem. ¶ Secundò. Si sexus illic vterque resurget, pari ratione & vita animalis locum habebit: scilicet, tam virtus nutritiua & augmentatiua, quàm generatiua: omnes autem illæ erunt superfluæ: quia vt ait Christus Matthæi. 25. In resurrectione neque nubent, neque nubentur (vt verbo euangelico vtamur) & eadem ratione neque comedent neque bibent: omnes ergo virtutes erunt superfluæ, quod non est Deo autori tribuendum. ¶ In contrarium est, quòd Deus vtrumque sexum, vt Gen. 2. legitur, tanquam de necessitate naturæ creauit: in instauratione ergo eiusdem naturæ vtrumque restituet.

Secundũ argumentũ.

Matth. 25.

Pars negatiua.

Prima conclusio.

¶ Bimembris, vt superior, est præsens articulus expeditionis facillimæ, qui ideo duabus conclusionibus erit contentus. Prima. Vterque resurget sexus. Conclusio est Augustini. 22. de ciuitate Dei capit. 17. Dubitatiuncula enim hæc inde ortum duxit, quod ait Paulus ad Ephesios. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum: inde enim quidam comminisci cogitarunt, fœmineum sexum in resurrectione in virilem euasurum. Ait verò Augustinus veriùs eos saperequi vtrumque sexum resurrecturum non dubitant. Deus enim qui vtrumque instituit, vtrumque restituet. Et verbum Pauli non refertur ad sexum corporis, sed ad animi robur & virtutem fidei: loquitur enim illic de corpore mystico ecclesiæ, quo ad perfectum influxu Christi prouehendum, vt paulò antè dicebamus. Ratio autem conclusionis est, quam proximè explicuimus. Est enim restituenda integra natura non solùm quantum ad veritatem speciei, sed quantum ad veritatem & naturam cuiusque indiuidui: vir autem & fœmina quanuis eiusdem sint speciei, pertinent tamen ad veritatem naturæ indiuidui, vt de diuersa quantitate & statura proximè dicebamus: diuersa enim quodammodo est complexio & virtus seminis ad progignendum masculum, quàm ad gignendum fœminã: & ideo sunt membra tam generationi quàm nutritioni fœtus diuersa. ¶ Secundò, quia & ad naturam speciei illa diuersitas sexus spectat. Cùm enim species humana sit secundùm indiuidua corruptibilis, quæ ideo non nisi per generationem propagatur & conseruatur, vterque sexus ad eius veritatem & integritatem est requisitus: quare sicut in vtroq; instituta est nostra natura, ita & in vtroq; est restituenda. ¶ Accedit etiam & ratione felicitatis & infœlicitatis resurgentium notium argumentum. Nam aliqua sunt merita ratione sexus: fœminæ enim, quæ in sexu tenero & fragili aut molestias carnis aut trucem tyrannorum rabiem perpessæ sunt, pulchriorem inde palmam reportabunt, sicuti è conuerso maiora supplicia quæ in muliebri sexu ferocitatem & immanitatem virilem exercuerunt. Et super omnia intemeratæ virgini, quæ Christum concepit & peperit, quis ambigat, quin sexus conditio sit in gloriam & laudem accessura? ¶ Neque verò nuditas quidpiam pudoris oculis offunder: nam si primos parentes ante peccatum nequaquam nudos esse pudebat, quanto magis in illo statu confirmatæ gloriæ, vbi nulla erit libido nec pudenda titillatio, nullus aderit pudor, sed Deum omnes de tam decora vtriusque sexus pulchritudine laudabunt. Quapropter Christus Matthæi. 22. à Saducæis, qui resurrectionem negabant, interrogatus: illa, quæ septem fratrum fuerat vxor, cui esset tunc adhæsura, respondit, scripturas illos ignorasse: quoniam illic nullæ essent futuræ nuptiæ. Si autem nec sexus differentia illic esset reditura, id profectò Christus faciliùs respondisset: non autem negauit sexuum discrepantiam, sed eorum vsum.

In virũ perfectum.

August.

Ratio cõclusionis.

Ratio.

Ratio.

Matth. 22.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd quanuis fœminæ generatio sit præter intentionem naturæ particularis licet, indiuidui generantis, quæ non potuit semen ad perfectum perducere, est tamen de intentione vniuersalis naturæ: nempe, totius speciei, quæ ad sui conseruationem vtrumque requirit sexum. ¶ Quòd si redarguas. Si illic vterque resurrecturus est sexus, cõsequitur, vt locum sit etiam habitura prælatio vt mulier sit subdita viro. Negatur consequentia, quia mulier in hoc seculo subdita est viro, propter imbecillitatem sexus & quantum

Solutio primi argumẽti.

Obiectio.

Dilatio.

quantum ad virtutem animi & quãtum ad robur corporis. Illic autem nulla hmõi erit imbecillitatum, sed quô quisq; merita habuerit per Dei gratiam cumulatiora, alterutrius fuerit sexus, erit alijs superior. Quanquam honesta charitas & reuerentia maritalis suũ etiam illic splendorem habebit.

Secunda cõclusio.

¶ Secunda conclusio. Potentiæ animalis vitæ: nempe, virtus nutritiua augmentatiua & generatiua erunt illic absolutissimæ & perfectissimæ. Probatur, quia illæ, sicuti & sexuũ discrepãtia, sunt de integritate & veritate naturæ. At verò, vt cõtra illud mortaliũ genus, qui ventri dediti ad has fluxas caducasq; voluptates, quæ brutis nobiscum sunt communes, proni sunt, vnum addamus verbũ. Virtutes istæ nullum post resurrectionẽ sunt habituræ vsum: est enim duplex naturę nostrę perfectio: vna naturalis, quam per naturales causas generali Dei influxu adiutas in hoc seculo natura cõsequitur, quæ ideo sagax natura, vt ad illum vsum vitæ necessariũ mortales alliceret, voluptatem illis actionibus indidit. Altera verò est supranaturalis & perpetua: nam quanuis anima postq̃ creatur perpetua sit, corpus tamen nequit per naturam perpetuò durare: resurrectio igitur corporũ non fiet in illa priori curtaq; naturæ perfectione. Dicere nanque quòd Deus debeat corporũ vitam conseruare perpetuã eo modo, quo fluxa hæc nrã per alimẽta conseruantur, ridicula opinio est. ¶ Illi ergo siue Saraceni sint siue alij feri & agrestes hoïes, qui aiũt in altero seculo vsum alimentorũ fore & animalis vitæ, non sunt digni quibus rñdeatur. Aut enim alimenta illa & semina corruptibilia erunt, aut incorruptibilia: si incorruptibilia, nutrire non poterũt, neq; semen aliquid generare: nam nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit, nullum fert fructũ: & pariter nisi semẽ animalis putrescat, nequit inde aliud gigni animal: quare neq; alimenta, nisi corrumpanť, transeũt in substantiã aliti. Si ergo illa semina & alimenta fuerint corruptibilia, nequeũt hoïes nisi corruptibiles gignere & nutrire. Quocirca nomen ipsum, æternæ vitæ, vbicũq; in euangelio extat, planè admonet nullis seminibus aut alimentis, quibus sustineat, indigẽre. Sed non opus est pluribus aduersus hmõi hebetes hoïes agere. ¶ Bene ergo Christus dementiã Saducæorũ retundens ait, Erratis nescientes scripturas neq; virtutẽ Dei. In resurrectiõne enim neq; nubent neq; nubẽtur, sed erunt tanq̃ angeli Dei in cœlo: vbi negans generationis vsum, negat subinde & nutritionẽ & augmentationem, ex quibus semẽ redundat. Et subdens, q̃ erunt sicut angeli in cœlo, naturam perpetuitatis explicat, q̃ scilicet non erit terrena, sed cœlestis & angelica: videlicet, quod sicut angeli suapte natura absq; cibo & potu perpetui sunt, ita sint per gratiam & virtutẽ Dei futuri sanĉti in cœlo, vbi nec seminatio est nec germinatio. Vnde Aug. 13. de ciuita. Dei ca. 20. & 22. Neq; tales, inquit, futuri sunt sanĉti in cœlo, quales fuerũt primi nostri parentes ante peccatum: qm̃ licẽt tũc morituri nõ essent, erant tñ alimentorũ egentes, vt vitam alerent, & tandẽ ligni vitæ, quo à senio præseruati, in flore iuuẽtutis conseruarenť, quorum similium nulla erit indigentia in cœlo, neq; verò in inferno. ¶ Per hæc alia dubitatio clarescit, si quis quærat, vtrùm resurgentium corporibus restituentur qualitates primæ, vt calor, frigus, humiditas & siccitas. Respondetur enim hmõi qualitatũ binum esse vsum. Requirunť enim primùm ad corporũ complexionem ac perinde integritatẽ, qua vtiq; rõne in corporibus resurgentium redibunt, tam proborũ q̃ reproborũ. Ossa enim sicciora sunt q̃ carnes, & phlegma frigidior q̃ sanguis, & cholera calidior, & sanguis humidior. Rursus ex his constanť qualitates secũdæ: vt color & calor, lene & asperũ, quę sunt qualitates tangibiles, sicut color est visibilis. Et corpora resurgentiũ tangibilia erunt & suis coloribus affecta. Legitur em̃ Lucæ. 24. Christũ postquam resurrexerat discipulis dixisse, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. Alter aũt eorũ vsus est, vt se mutuò suis cõtrarijs actionibus corrũpant, & perimãt, quem quidẽ tũc vsum nequaq̃ habebunt: nã corpora gloriosa, quippe quæ dote incorruptibilitatis fruenť, nõ sunt vel forinsecus vel intrinsecus passibilia. Corpora verò damnatorum q̃uis ab externo igni pati possint, & frigore: tamen cũ sint etiã incorruptibilia, vt dist. 50. videbimus, non habebunt complexionũ alteritatem, quæ corruptionẽ corporũ machinetur. ¶ Hinc fit qualitates hmõi non fore tunc simplices, vt in elementis latitãt, sed in suis cõplexionibus qualitatũq; secundarum cõpositione commistas. Cùm ergo dicimus qualitates secũdas in corporibus tunc fore, intelligitur nisi per dotes gloriæ impedianť. Haud enim patientur grauitatẽ, subtilitatis dote impediente. ¶ Contra hanc aũt qualita tum

Nonnulorũ vsus.

Saducæi.

August.

Lucæ. 24.

Qualitates primæ an debeant resurgere.

Nota.

obiectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum assertionem obijcere quis posset verbũ Aug.22.de ciuit.Dei.cap.23.vbi ait, q̃ corpus tunc humanũ dono cœlesti tale erit, vt etiã cœlo incolendo, non amissa natura, sed mutata qualitate cõueniat: videtur enim fieri inde consequens, q̃ sicut in cœlo nulla est primarum qualitatum, ita neq; in corporibus gloriosis, vt loco adaptetur locatũ. Respõdetur, non esse mentẽ Augustini, quod illa corpora sint resurrectura cœlestia: hoc est, ex natura cœli, alioqui nõ essent illi veri hoïes, sed quia resurgent cum dotibus illis incorruptibilitatis & claritatis & subtilitatis, quæ sunt cœlestibus qualitatibus similes eisdẽq; superiores quibus beati donati poterunt ratione status in cœlo viuere, cui licèt non per naturam, tamen per gratiam sunt coaptati.

Dilutio.

¶Postrema tamen ambiguitas in calce articuli exurgit, vtrùm resurgẽtes in corporibus gloriosis vti possint hac animali vita, comedere scilicet & bibere & gignere. Diuus Augustinus.22.de ciuita. Dei capit.22.ait, q̃si velint, possibilitate non necessitate vesci pñt. Et confert resurgentes cum angelis, qui vt legitur Gen.18. ab Abraham conuiuio exceptisunt, & à Tobia, vt cap.12. memoriæ proditum est. Imò & Christus, vt Lucæ.24. refertur, comedit, postquã surrexit, de fauo mellis & de asso pisce. Ad hoc autem respõdetur cum D.Thoma.1.par.q.51.arti.3. angelos priè in assumptis corporibus nequaquã comedere: quia comedere est actus vitæ: & tamen angeli non insunt corporibus ceu animæ, sed adsunt vt motores: quare cùm corpora illa non sint propria ipsorũ, non possunt in propriam substantiam cibum cõuertere, licèt possint illum sumere & applicato extrinseco calore illum corrumpere. Vnde Angelus apud Tobiam, Cùm essem, inquit, vobiscum videbar quidem manducare & bibere, sed ego poculo inuisibili & cibo vtor. Et eadẽ ratione pñt incubi dæmones semen aliunde euectũ in matricẽ emittere. Resurgẽtes vero hoïes pñt verè comedere & bibere: quia habent aïas corporibus cõiunctas. Quare Christus verè comedit. Imò pñt alimentũ in substantiã corporis (si nudam eius naturã speculeris) cõuertere, atq; adeò semen decidere & proles gignere. Tamen quia per dotem incorruptibilitatis, vt à corruptione præseruanẽ, eadẽ rõne impediunẽ ne quid possit in eorũ substantiã conuerti. Quare quod Chrs dñs comedit, non in suũ corpus, sed in prçia centẽ materiã dissolutũ emisit. Dicitur autẽ dispensatiuè Chrs comedisse: hoc est, præter legẽ, quæ resurgentibus cõis est; videlicet, vt testimoniũ veri corporis, quod resurrexerat, exhiberet. Id aũt in vniuersali resurrectione, quippe quæ cunctis erit manifesta, non erit operæ preciũ. ¶Ad secundũ igitur argumentũ negatur consequtia, qua infertur, resurrecturos in vita animali, hoc est in eius vsu: qa animalis vita per vsum ciborũ non est perpetua, qualis futura est vita resurgentium.

Comedere & bibere.

Solutio dubij.

Tobia.12.

Incubi.

Nota.

Christus comedit.

Solutio.

¶Quòd si redarguas. Homines tũc Deus tã secundũ corpus q̃ secundùm animam beatus est: beatitudo aũt cuiuscũque, vt.2.Ethic. ait Philosophus, consistit in propria operatione eademque perfecta: ergo oẽs potentiæ corporeæ vsum exercitiũque habebũt suũ. Præsertim q̃ cùm beatitudo sit status omnium bonorũ congregatione perfectus, & magna insit in vsu generatiuæ & nutritiuæ virtutis voluptas, non sunt illis corpora frustranda. Respõdetur ad primum, q̃ operationes corporeæ non sunt hoïs in quantum homo, sed in quantum animal: est enim forma hominis specifica, rationalis, atq; adeò illæ operationes sunt ei propriæ, quas secundum mentem exercet. Ob idq; in operationibus corporeis eius beatitudo non consistit, imò sicut corpus animæ subditur, ita & per redundantiam gloriæ animæ sua fruetur beatitudine. ¶Et pari modo respõdetur ad secũdum, q̃ illæ corporeę voluptates, adhibitæ sunt in hoc seculo propter vsum, qui huic seculari vitæ necessarius est. Et ideo ad perfectam beatitudinẽ hominis non conferunt, imò vt.7.&.10.Ethic. autor est Philosophus, quatenus ipsis homo præter rationis ordinem vtitur, sunt ægritudines quædã animi. Si autem eis secũdùm rationis normam vtamur, sunt medicinæ quædam ad leuandum fastidium laboris & molestiæ, quæ huiusmodi actionibus nutritiuis & generatiuis insunt. At verò sicut Deus eminenter omnia continet, ita & eius visio, qua fœlices illi sunt beandi, omnes voluptates, quas de actionibus naturalibus mortales captant, eminentiori gradu & altiori continebit. Et ideo sacietas illa fœlicissima per esum & potum Christus explicuit Lucæ.22. dicens. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo. Hæc de statu cõmuni resurgẽtium. De peculiaribus autem beatorum & damnatorum dist. vt diximus.49. & .50. reliquus habebitur sermo.

Obiectio.

Ad id argumentũ.

Nota.

DISTIN-

DISTINCTIO Quadragesima quinta, De animarum receptaculis, & suffragijs defunctorum, sanctorumque orationibus.

Textus. Capit.j.

AD hæc autem & alia est de animarum receptaculis adhibenda meditatio. Vt enim super Ioannẽ, Aug. ait, Omnes animę cùm de hoc seculo exierint, diuersas habẽt receptiones: bonæ habẽt gaudiũ, malæ autem tormẽta. Sed cùm facta fuerit resurrectio, & bonorũ gaudiũ amplius erit, & malorum tormẽta grauiora, qñ cum corpore torquebuntur. Fuerunt tamen ab orbe condito receptacula illa numero quinque: nempe, pro sanctorũ animis ante Christi mortem limbus patrum, pòst verò cœlum empyreum, pro his verò, quę purgãtur, purgatoriũ: sed his, quæ in lęthali crimine de hac luce demigrant, infernus cum dæmonibus destinatus est: his verò, quæ cũ solo originali, puerorũ limbꝰ. Vnum ergo est in cœlo, & quatuor fuerũt sub terra. Iam verò modò limbus patrum vacuus est, sicuti erit post resurrectionẽ purgatoriũ. In singula ergo horũ receptacula singulæ pro suis meritis defunctorum aïæ cùm primum corpora exuũt, excipiuntur. Et quãuis neque à paradiso, neq̃ communi lege ab inferno, neq̃ à puerorum limbo possibilis sit exitus in perpetuum, nil tñ obstat, quominus, vt Hierony. aduersus Vigilantium, &.4.libr. dialog. Greg. autores sunt, ex omnibus receptaculis Deo id vel disponente, vel permittente animæ ad nos exeant, illuc tandem reuersuræ.

Iob.14.49.

¶Cùm ergo certa fide docti locũ, quo animæ expurgantur, confiteamur, negandum non est, vt ait in Enchiridio Augustinus defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosinæ in ecclesia fiũt. Sed eis hęc prosunt, qui cùm viuerent, vt hęc sibi postea prodesse possent, meruerunt. Est enim quidam viuẽdi modus nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem, nec tam malus, vt ei non prosint ista post mortem. Est verò talis in bono, vt ista non requirat, & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cùm hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hãc vitam releuari quispiam vel grauari. Nemo autem sesperet, quod hic neglexerit, cùm obierit, apud Deum promereri. Non igitur ista, quę pro defunctis commendandis frequentat ecclesia, illi apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictũ est, Omnes enim

Cap. ij.

Cap.110.cy cap. Tẽpus. 13.quæst.2.

Universidad de Deusto Biblioteca

1.Corint.5. adstabimꝰ ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; secundũ ea, quę per corpus gesit, siue bonum, siue malum: quia etiam hoc meritũ sibi quisq;, cùm in corpore viueret, comparauit, vt ei possent ista prodesse. Nõ enim omnibus prosunt. Et quare nõ omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitę, quam quisq; gesit in corpore? Cùm ergo sacrificia siue altaris siue quarũcunq; eleemosinarũ pro baptizatis defunctis omnibus offerũtur, pro valde bonis gratiarũ actiões sunt: pro nõ valde malis, propiciatiões: pro valde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorũ, qualescũq; viuorum cõsolationes existunt. Quibus autẽ prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio: aut certè vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. Cùm ergo, vt. 2. Machabæ. lib. scriptũ est, sancta & salubris sit cogitatio pro mortuis exorare, vt à peccatis soluãtur, cura nobis semper pro mortuis gerẽda est, vt idem Aug. lib. eiusdem tituli latè disseruit.

Cap. iij. ¶Atqui quemadmodum illi iusti, qui à leuioribus reatibus purgantur, nostris egent suffragijs: ita & sancti, qui diuino cõspectu fruuntur, suis nobis orationibus opitulantur. Etenim cùm Apostolꝰ Romanos fratres per Iesum Christũ, perq; spiritus sancti charitatem obsecret, vt suis ipsum orationibus adiuuent, quis ambigat fœlices illos in diuinum cõsortium admissos & in charitate, qua nos dilexerant, confirmatos pro nobis iugiter interpellare? Vnde Petrus in. 2. canon. Dabo, inquit, operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. Et de Hieremia. 2. lib. Machabæorum, legitur, Hic est, qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate. Quocirca & ad ipsos nos nostras orationes fundere tum Deo gratum est, tum & nobis commodũ, iuxta illud Iob, Voca ergo si est qui tibi respõdeat, & ad aliquem sanctorũ conuertere. Fuit ergo & de hoc Vigilantius hęreticus, qui orationes sanctis dirigendas negabat, quẽ Hierony. sanctis verbis insectatus est. Enimuerò cùm visione illa diuinę substantiæ cognitionẽ omnium hauriant, quæ ad suum pertinẽt statum, credendũ est illic nostras preces agnoscere. Ait quippe in lib. de orando Deũ Aug. Angelis, qui sunt apud Deum, innotescunt orationes nostræ, vt quodammodo eas offerãt Deo, & de his consulant, & quod Deo iubente implendum esse cognouerint, hoc nobis euidẽter vel latenter reportẽt. Ob idq; angelus apud Tobiam, Cùm oraretis, orationem vestram obtuli Deo. Imò verò, nisi nostra culpa obstaculũ objiciat, efficacissimæ sunt apud Deum sanctorũ preces, quod Hieronymus aduersus eundem Vigilantium comprobat.

2.Pet.1.

Cap. vlti.

Iob cap.5.

Cap. 10.

Roma.5.

DISTIN-

DISTINCTIONIS Quadragesimæ quintæ, Quæstio prima, De receptaculis animarum post mortem.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm animabus post mortem receptacula sint assignanda.

AD plenam resurrectionis corporum notitiã nosse oportet de receptaculis animarũ, tum quòd inde in iudicium euocandæ sunt, tum q; eodem post latam sententiã sunt cum suis corporibus remittẽdæ. Et ideo ante iudicij speculationẽ operæpretium fuit de eiusmodi receptaculis sermonẽ præmittere. At quoniam & illi, qui in purgatorio detinentur, nostris egent suffragijs, & qui in cœlo existunt sancti suis nobis orationibus suffragantur, tres quæstiones præsens distinctio postulat: nempe, de receptaculis omnium, de suffragijs pro illis, qui purgantur, & de orationibus tam quas sancti, p nobis fundunt, quàm quas nos ad illos dirigimus. Primus igitur articulus est, vtrùm receptacula sint animabus post mortẽ assignanda. Et arguitur à parte negatiua. Boetius in lib. de ebdomadib. communis, inquit, animi conceptio est apud sapientes, incorporalia in loco non esse: cui Aug. 12. super Gen. ad literam, cap. 31. verbis illis concinit, vbi interrogans, quo ferantur animæ corporibus exutæ, Cito, inquit, responderim, ad corporalia loca eas vel nõ ferri nisi cum aliquo corpore, vel non localiter ferri: subdit aũt illico, animam non esse corporeã sed spiritualẽ: ergo ad locum corporeũ non fertur. ¶Secũdo arguitur. Si animæ separatæ corporeis locis deputarentur, id esset propter aptitudinem & coaptationẽ ad illum locum: sed animabus, cùm sint spiritus, nihil cum locis corporeis cõuenit: ergo nullis locis recipiunt. ¶Tertiò. Si locis aliquibus adscriberent, id præsertim ratiõe aut premij esset aut supplicij, quo frui illic debent aut plecti: animæ verò separatæ à locis corporeis nihil vel recipiunt vel patiũtur: ergo superflua eiusmodi sunt receptacula. ¶In contrarium est illud. 2. Cor. 15. Si terrena nostra habitatio dissoluatur, domum habemus non manu factam conseruatam in cœlis: ergo dissoluta animæ carnisque compagine, iustorum animæ, qualis erat Paulus, in cœlum recipiuntur, & eadem ratione iniquorum animæ detruduntur in infernum.

Ergo animæ sunt in loco.

Ergo animæ sunt in loco.

Ergo animæ sunt in loco.

Pars affirmatiua.

¶Ad quæstionẽ, quæ digna est scitu, tribus conclusionibus rũdetur. Primò aũt circa nominis significatum notandum, q; cùm duplex sit animarũ status, vnus in hoc seculo militandi: nempe, merendi & demerendi, & alter in futuro retributionẽ suscipiendi, triũphi aut supplicij, seculum hoc nõ dicitur receptaculũ: quia non recipiũtur in eo animæ nisi in corporibus per creationem, sed loca illa, quibus exutæ corporibus excipiunt, dicũtur earum receptacula. Quare receptaculum non est ad merendum, sed ad recipiendũ retributionem pro præteritis meritis. Enimuerò quanuis spirituales substantiæ secundùm suũ esse à corpore non pendeant, sed absque illo subsistere possint, nihilominꝰ, vt Aug. 3. de trinita. & Greg. 4. dialogo. autores sunt, corporalia Deus per spiritualia gubernat: & ideo substantiæ spũales per conuenientiam quandã & congruentiã ad corpora adaptantur, atq; adeò præstantiores ad sublimiora: quemadmodũ Philosophi secũdùm ordinẽ mobilium orbiũ substantias illis spirituales accommodarunt. Hac ergo ratione quanuis animæ corporibus nudatæ nõ deputentur corporeis locis, tanq; eorũ formæ aut motrices, adaptantur tũ eis secũdùm suorum meritorũ dignitatem eo modo, quo plus Deo vel propinquiores sint vel elongatiores. Quapropter qualitate illorũ locorũ vel oblectantur, vt fœlices aiæ nobilitate, sublimitate & splẽdore cœli: & infœlices vilitate abiectiõe & tenebrositate. ¶Sit igitur prima cõclusio.

Prima conclusio.

Quinque ab orbe condito fuerunt animarum receptacula: scilicet, cœlum empyreum, infernus, purgatorium, limbus puerorum, & limbus patrum. Enimuerò si finem, quô Deus, dum angelos hominesq; cõdidit, propositũ suum retulit, contẽplemur, non nisi vnicũ omniũ receptaculũ cunctis proposuit: nempe, cœlum: nam has duas creaturas eo fine condidit, vt suam ipsius fœlicitatem eis in cœlo impertiret, sed tamen per occasionẽ si fortè à sua lege & voluntate deuiarent, infernum præparauit, quô suos inimicos obtruderet. Et quoniam angelus primus fuit transgressor, ait Christus Matth. 25. Ignem

æternum

Universidad de Deusto
Biblioteca

æternũ ab initio mundi paratum esse diabolo & angelis eius. Præterquã quòd angelis reprobis, vt aliâs diximus, quos suorum erratorum pœnitere non potest, infernus destinatus est. Homines nanq; etiam peccatores per pœnitẽtiam illum cauere possunt. Duo ergo hæc sunt extrema receptacula, alterum summa fœlicitate, alterum verò summa miseria plenum. Peccatum verò primorum parentum tria nobis ostendit alia receptacula media. Nam cùm post illam præuaricationẽ cuncti mortales cum labe originali nascantur, neq; vlli vnquam, nisi per fidem Christi, patuerit salus, necesse est, vt paruulis, quibus citra vsum ratiõis antequam eiseadem fides fuerit applicita, ab hac luce decedunt, neque in consortium filiorum Dei admittantur, neque verò, cùm nullum actuale crimen cõmiserint, inter summos eius inimicos, prsus deputẽtur, decretus fuit limbus, vbi sic à regno exulent, diuinoq; cõspectu priuentur, vt tã igneos inferni cruciatus nõ sentiant. Rursus quia ingressus cœli nemini conceditur, nisi eo sit nitore, quem in baptismo suscepit, aut olim in circuncisione, aut simili in iure naturæ, vt scilicet sit quemadmodum ad Ephes. ait Paul. non habens maculam neq; rugam: scilicet, neque letalem maculam, neque verò venialem aut vllius reatum pœnæ, fit vt non solùm inimici Dei ab introitu cœli prorsus excludantur: verùm & amici dum perpurgãtur, remorentur, quibus ideo purgatorius locus asignatus est. Tandem cùm ante peractam per Christum redemptionem nemini apertum esse potuerit cœlum, adhibitum est receptaculum quintum, quò patres tam legis naturæ quàm scriptæ in amicitia Dei hac vita defuncti, postquam purgati essent, quasi in deposito recipientur, qui quidem locus & limbus patrum & sinus Abrahæ, vt illico explicabitur, appellatus est. Vnde Augustinus super Ioannem tract. 49. Omnes animæ cùm de hoc seculo exierint diuersas habent receptiones: bonę habent gaudium, malę verò tormenta. Sed cùm facta fuerit resurrectio & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corporibus torquebũtur. ¶ Igitur ante Christi mortem quatuor tantùm fuerunt receptacula, quia in cœlo nemo recipiebat. Post eandem verò passionem limbus patrum vacuus mansit, quoniam animæ inde in cœlum translatæ sunt. Quare nec modò sunt nisi quatuor, siquidem pro illo limbo substitutum est cœlum. Sed tandem post diem iudicij purgatorium quoque euacuabitur: quapropter non erunt deinceps nisi tria, eademque necessaria receptacula: nempe, cœlum, infernus & puerorum limbus, vel quicunque fuerit locus, in quo recipientur, de quo dist. 48. dicemus. Ex quo fit nec purgatorium esse nec limbũ patrum fuisse humanorum corporum receptaculũ. ¶ Quod ergo numerus hic receptaculorũ tum necessarius, tum etiam sufficiẽs sit, hac ratione colligitur. Anima, vt dictũ est, in hoc seculo in statu est merendi & demerendi: corpus verò egressa eo est loco excipienda, quẽ in corpore cõmeruit: igitur vel merita est perpetuum præmiũ, quod est hæreditas regni cœlestis, aut perpetuũ exiliũ ab eodem regno: si præmiũ, tunc vel aliquod habet impedimẽtum, quo ab eius ingressũ retardetur, aut nullũ: si nullum, destinatũ ei receptaculum est cœlestis paradisus: si aũt quodpiam habet obstaculum, aut est ratiõe personæ propter venia le, aut mortalium reliquias, & tunc eius receptaculum est purgatoriũ, aut ratione naturæ, quia non erat redẽpta, & ideo olim adhibebatur limbus patrũ: si verò anima est in exilium relegata, tunc aut propter mortale crimen, & propter hoc obtruditur in infernum, aut propter originalem labem, & tunc recipitur in limbũ puerorum. ¶ Quod si cõtra arguas. Receptacula non sunt nisi ratiõe meritorũ præcedentiũ præparata: non sunt aũt nisi duo meritorũ genera: scilicet, bonũ & malum: & non est nisi vnum receptaculũ pro bonis: ergo non debet esse nisi alterum pro malis. Item. Non sunt nisi tria peccatorum genera, originale, mortale & veniale: ergo non debent esse nisi tria receptacula.

¶ Ad primum respondetur, quòd cùm bonum, vt Dionysius. 4. capi. de diuinis nominib. & Philosophus autores sunt, non nisi vno modo contingat, malum verò multifariè, nihil mirũ si pro bonis vnum sit tandem finale receptaculum, pro exulibus verò sint plura. Ad secũdum respondetur, q̃ quia originali culpa potest teneri aliquis vel ratione personæ, quia nõ suscepit fidem, vel ratione naturæ, quia non fuit redempta, asignãtur illi duo limbi. ¶ Sed alia in contrariũ extremũ objiciuntur argumenta: scilicet, q̃ plura esse debeant receptacula. Primum, q̃ si contingeret quempiam cum solo originali & veniali peccato decedere, videtur illius anima in nullo istorum recipienda: quia in purgatorium

Cœlum & infernum.

Limbus puerorum.

Purgatorium.

Limbus patrum.

Nota.

Ratio quinq; numeri receptaculorum.

Obiectio.

Obiectio.

Solutio prima obiectionis.

Solutio secũdi.

Primum argumentum.

torium nullus recipitur, nisi qui inde euolaturus sit in cœlũ: & in infernũ, nisi propter peccatum mortale, neq; in limbum puerorum nisi ob solũ originale. ¶ Secundò. Quia multi in hoc aere puniuntur tam damnati q̃ qui purgantur, vt ex Gregorio. 4. libr. dialogo. colligitur: quare iste aer debet poni aliud receptaculũ. ¶ Tertiò. Sicut nonnulli in gratia decedentes, quibusdam sordescunt autvenialibus aut mortaliũ reatibus, ita decedentes in peccato mortali solent complura bona opera hinc secum ferre, quæ in hoc seculo præstiterunt: ergo sicut designatũ est purgatorium, vbi priores purgentur, signandũ est aliud receptaculum, vbi posteriores præmium suorum operum recipiant, vt suam illud obtineat axioma veritatem, Nullum est malum, quod non puniatur, neque bonum, quod non præmietur. ¶ Tandem. Sicut ante orbem redemptum patres à plena fruitione cohibebantur, ita & modò animæ à fruitione gloriæ corporum: ergo sicut tunc consignatus illis erat limbus, ita & nunc debet aliud receptaculum animabus adscribi, vbi sunt antequam recipiant corpora.

¶ Ad primum autem respondetur, impossibile esse aliquem in originali cum solo venia li viuere: quia primum peccatum peruenientis ad rationis vsurã non potest esse nisi mortale, si homo non se cõuertat, vt D. Thomas autor est. Sed illo tamen admisso euentu respondetur, receptaculum illius animæ esse infernum: quoniam si venialis culpa in ingressu purgatorij deletur, & pœna tam venialis quàm mortalis delicti illic persoluit, id accidit ꝓpter grãm, in qua homo decedit: quãnisi culpa priùs per gratiã fuerit remissa, non pot pœna persolui. Quare qui cum originali & veniali decederet, perpetuò in infernO pro illa culpa veniali puniretur. ¶ Ad secundum respondetur, quòd etsi nõnunquã, vt loco citato ait Grego. animæ separatæ in hoc nostro habitationis loco puniãtur, hoc non est, quia iste sit locus lege cõi destinatus ad supplicium, sed hoc fit vel propter nrã instructionem, vt earum cruciatus videntes à delictis abstineamus, vel propter suffragia, quæ à nobis expoſcunt. Et ideo non est hic noster aer inter receptacula computandus. ¶ Ad tertium rũdetur, q̃ summum bonum, absq; mistiõe alicuius malie esse pot, vt Deus: & ideo qui in eius consortiũ admittẽdi sunt, nihil debent mali admistum habere: quare conditus est purgandi locus. Malum aũt nõ pot tantum esse, quin habeat fundamẽtum in bono, saltẽ naturæ: in illis ergo, qui in delicto decedũt mortali, si considerẽt tantũ bonum naturæ, nihil eis supra naturã debetur, sed seruantur in suis naturalibus. Si verò cõsiderentur opera bona, quæ per Dei gratiã fecerunt: quia tota ratio boniin eis, ex speciali auxilio Dei & diuina acceptatiõe inerat, iis per peccatum amiserunt, vt eorũ retributionẽ reciperẽt: ob idq; tam opera illa q̃ moralia ex obiecto bona, quæ in peccato exhibuerũt, nulla sunt digna remuneratiõe apud Deũ, quæ propriè dicatur retributio. Sed nihilominus ꝓpter illa minus habebũt in pœnis & mitiùs patienẽ. Non q̃ pœnarũ, quas meruerunt, quidpiã eis remittat: nam secundùm mensuram delicti erit & plagarum modus: aut q̃ vermis conscientiæ remittat, nam & hoc ad pœnã attinet, vt dist. 19. q. 1. artic. 5. explicuimus. Sed q̃, vt illic dicebamus, per eiusmodi opera impediunt in hac vita plura maioraq; delicta, & fit ad bonum frequentior cõsuetudo: nam dum quis bene agit, nõ agit perperã. Et per opera in peccato mortali exhibita possunt impleri mandata quantum ad substantiã, vt euitetur nouũ peccatum. ¶ Ad postremum deniq; negatur, similitudinẽ consistere: nam gloria animæ est essentialis, & ideo patres, dum illa potiri non poterant, deponebãtur in limbo. Gloria verò corporũ est animabus accidẽtaria, & ideo propter eorum defectum non debent animæ detineri, quominus in cœlum euolent, vt arti. 3. dicturi sumus.

¶ Posthęc ergo operæpreciũm est loca rimari, quibus hæc sunt receptacula. Igitur quo à supremo exordiamur, subiungitur secunda conclusio. Receptaculum fœlicium animarum, in quibus nihil extat purgandum, est cœlum. Conclusio hæc assertio est catholicæ fidei, quam negare esset hęreticum. Probatur non solùm loco citato Pauli. 2. ad Corinthios. 5. quo asserit, domum æternam nobis in cœlo ædificatã, verùm & ex illo Matthæi. 5. Merces vestra copiosa est in cœlo. Et Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ. Et Ioan. 14. ait Christus, In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Vnde subdit, Ego vado parare vobis locum: & loquebatur de cœlo, quò erat ascensurus. Et ad Colossenses. 1. ait Pau. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Vnde. 4. dialogor. Gregorius infert, q̃ cùm Christus sit in cœlo, procul dubio & Paulus cum cæteris sanctorũ animis est ibidem, quem-

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Secũdũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Secunda cõclusio.

Testimonia scripturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quemquidē librum integrū exemplis referſit animarum defunctorum, quæ de corporibus exeuntes in cœlum euolarunt: vel etiam ab angelis ſunt deportatæ. De hac ergo veritate ambigere nefas eſt. At verò de cœlo illo, quod ſedes eſt beatorum, non eſt per catholicam veritatem conſtitutum: ſed tamen credendum eſt cum patribus vniuerſis, eſſe cœlum empyreum: nempe, decimum, omniūque ſupremum. Sunt enim, vt ab inferioribus inchoemus, ſeptem Planetarū orbes, ſuper quibus eminet octaua ſphera: putà, firmamentū, aſtris conſitum & ſplendidum: cui ſuperpoſitū eſt aqueum, quod ideo criſtallinum appellant. Legitur em̄ Gen.1. Fiat firmamētum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: diuiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his, quæ erant ſuper firmamento. Illudq; iam nunc temporis aſſeritur eſſe primum mobile, quod tempore Ariſtotelis firmamento tribuebatur, quippe q̄ tunc nona ſphera nondū philoſophis innotuerat. Atqui cùm Ariſtot. & philoſophorū reliqui orbes cœleſtes non niſi de motu perpenderint, neq; niſi propter generationes & corruptiones horū inferiorū eorum neceſsitatem rimati fuerint, nullū cœlum poſuerūt immobile, ſed primum mobile opinati ſunt fuiſſe ſupremum. Et ideo vt D. Thom. 1. par. q.66. art.3. ait, cœlum empyreū non inueniri poſitum niſi per autoritatē ſtrabonis, Bedæ & Baſilij magni. 2. lib. hexameron, quod vtique immobile & quietiſsimū atq; ab omni motu & latione ſemotiſsimū adſtruūt: nempe, vt aptiſsima ſit beatorū ſedes, & requies, altiſsimæ illi cōtemplationi accommodata, quæ ab omni motu & mutatiōe longiſsimè eſſe debet exempta. Quocirca, vt idem ait Strabo, vbi dictum eſt, In principio creauit Deus cœlum & terram, intelligitur non firmamentū, ſed cœlum empyreum, quod vbi primū fabricatū fuit, ſpiritibus angelicis fuit repletum, vt illa eſſet inchoatio gloriæ, quæ poſtmodū hominum ſupplemento & cōſortio amplificanda erat & perficienda. ¶ Dicitur ergo cœlum empyreum: id eſt, igneum, non quidē ab ardore, ſed ab ſplendore, vt locus ſit locatis aptiſsimus. Conſiſtit em̄ beatitudo, vt diſt. 49. videbim⁹, in illa oculari Dei viſione & cōſpectu, qui ſumma gloriæ claritate beatos perfundit, amoreq; rapit, vt immobiles tum contēplatione Dei, tum etiam charitate ſint ei infixi, vt pace ſumma & trāquillitate fruantur. Quòd ſi cōtra vtramque illius cœli qualitatem arguas. Omne corpus ſenſibile, vt. 8. Phyſi. ait Philoſophus, eſt mobile: illud aūt cœlū, ſi eſt, ſenſibile eſſe oportet: ergo mouetur. Rurſum ſi lucidū eſt, cùm omnes ſubtus cœleſtes orbes ſint diaphani & tranſparētes: quapropter per medios Planetarum orbes aſtra firmamenti nobis promicant, ſequereſ, q̄ cœlum illud aerem hūc noſtrū perpetuo ſplendore noctu etiam illuſtraret. Reſpōdetur aūt ad primū, axioma illud, omne corpus ſenſibile eſſe mobile, inde habuiſſe ortum, q̄ Philoſophi nihil ſenſibile niſi per motū cognouerunt, & ideo id, quod non mouereſ, ocioſum putabant. Neq; intelligentias, niſi tanq̄ cœlorum motrices agnouerunt. At verò quia in cōſummatione mūdi, quam ipſi ignorarunt, motus illi cœlorū ceſſabunt, congruit vt ab initio ſupremū immobile crearetur, quod quietis aliorū eſſet exemplar. Ad ſecundum verò rūdetur, non eſſe lucidum per cōdenſatam lucem, quam poſſit emicādo foras emittere, vt ſol, ſed per ſubtiliſsimam tenuiſsimāq; claritatē gloriæ beatorum ſimillimā, quam habet imbibitā. Quomodo autē poſt reſurrectionē corpora ipſa glorificata illic exiſtent, diſt. 49. videbimus, vbi de dote ſubtilitatis acturi ſumus. Haud enim ſupra conuexū cœli erigētur in vacuo: quia vacuum non eſt corporū locus, ſed intra ipſum cœli ſolidū, cum quo ſe perdotem ſubtilitatis penetrabūt. Nunc em̄ interim de ſolis animabus, quæ ſpiritus ſunt, agimus. ¶ Tertia concluſio ſuperiori ſimilis. Infernum eſſe damnatorū carcerem fideſca catholica docet: quo autē loco ſit ſitus nōdum tanta eſt certitudine compertum. Prior pars patet, q̄m inferni nomine damnatorū locū intelligimus, de quibus & Chriſtus Ioā. 5. ait, Procedent, qui mala fecerunt in reſurrectionē iudicij. Et Matth. 25. Ite maledicti in ignē æternum. Et Matth. 11. Et tu Capharnaum nunquid in cœlum exaltaberis, vſque in infernum deſcendes? Et Dauid Pſalmo. 54. de impijs, Veniet mors ſuper illos, & deſcendent in infernum viuentes. Et Lucę. 16. Mortuus eſt diues & ſepultus eſt in inferno: vt vna habet lectio. ¶ Quòd autem locus eius & ſitus non ſit tanta cum certitudine notus, patet tam ex Auguſtino. 20. deciui. Dei. c. 16. q̄ ex Gregorio. 4. lib. dialog. cap. 42. qui id in dubium reuocant. Et Aug. arbitratur, hominem ſcire neminem, niſi fortē cui ſpiritus diuinus oſtendit. Gregorius verò ait, quòd de hac re temerè definire non audet. Nonnulli enim,

Cœlum empyreum.

Genesis. 1.

Primum mobile.

Cœlum empyreum.

Strabo.

Empyreum quare ſic dictum.

Obiectio.

Dilatio.

Dilatio. 2.

Tertia conc.

Diſtinct. 45. Quæſt. 1. Artic. 1. 463

Infernus ſubtus.

enim, inquit, in quadam terrarum parte infernum eſſe putauerunt (ſcilicet in ſuperficie terræ) nempe in aliqua horrida valle, aut in tenebroſo aere. Alij verò, ait ibidem Grego. ſub terra eſſe æſtimant. Et hanc ipſe ſententiam libentiùs amplectitur. Chryſoſtomus verò ſermone quodā. 19. de gehēna. ait, quoſdam dicere, illā eſſe in valle Ioſaphat conſtitutam, vbi atrociſsimū bellum olim geſtum fertur. Sed tñ potiùs ipſe credit, infernum & gehennā eſſe extra terrarū orbem. Scilicet, in aere caliginoſo, vt alij volunt. Quò allude re videtur Paul. 1. Ephe. 6. dicens, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarū harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Idemque ait autor imperfecti Homilia. 55. ſuper illud Matth. 25. Proijcite eum in tenebras exteriores. In cuius alij confirmationē illud Iob. 18. cōmemorant, Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe trāsferet eum: quod de Antichriſto Greg. enarrat. ¶ Vnde ſunt qui dicāt eſſe in ſuperficie terra oppoſita nobis verſus antipodas ſub orbe triſti: & ideo reſpectu noſtri dici infernū. Quò alludit Iſidorus dicēs, q̄ poſt finem mundi Sol & Luna in ordine, quo creati ſunt (ſcilicet in Oriente & Occidēte) ſtabunt, ne impij in tormentis fruanī eorum luce. Si autem eſſent in viſceribus terræ, quocūq; ordine luminaria ſita eſſent, abſcōderētur eis. ¶ Alij aūt aiunt eodem loco corpora puniri, quo deliquerant, ſic illud intelligentes Sapien. 11. Per quæ peccat q̄s, per hæc & torquet, atq; adeò in eodē loco. Ad quod referunt hiſtorias Greg. in. 4. dialogo. narrātis animas aliquorū in balneis & alijs diuerſis locis cruciari. ¶ Veruntamen ijs atque id genus alijs prętermiſsis, pfectò quanuis hoc expreſſa ſacræ paginæ autoritate non cōnitatur, minimè ambigendū eſt, quin infernus ſit ſubter terram. Imò adeò hoc eſt & autoribus & rationibus ſubnixum, quin verò & ſacris oraculis conſonū, vt crediderim plus q̄ temerariū eſſe id negare. Primùm enim nomen ipſum, infernum, id planè admonet. Sonat enim locum infimū, non quidē tantùm reſpectu noſtri, ſed ſimpliciter: infimus autē locus ſub terra eſt. Vnde pſalmo. 85. Liberaſti aīam meam ex inferno inferiori: vbi Gregor. adnotauit, infernum quoque eſſe ſuperterrā, vbi animę nonnunq̄ cruciantur, atque alium ſubtus. Quanuis potiùs crediderim ſolum eſſe emphaſim & epitheton inferni vocare eum inferiorem. Niſi mauis, vt infernus damnatorū dicatur inferior, reſpectu limbi patrum, qui eſt ſuperior. Et Eſaiæ. 14. Infernus ſubtus conturbatus eſt in occurſum tui. Et ſuper illud Ionæ. 2. Poſuiſti me in profundo in corde maris, ait gloſſa, q̄ illic intelligit infernus, pro quo Chriſtus Matth. 12. dixit, q̄ ſicut Ionas fuit in ventre cœti tribus diebus, ita filius hoīs erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Infernus ergo in corde terræ eſt. Et Numer. 16. de Dathan & Abiron legitur, q̄ deſcenderunt in infernū viuētes, eo q̄ aperta terra eos abſorbuit. Quò alluſit Dauid pſalmo. 54. Veniat mors ſuper illos, & deſcendāt in infernum viuentes. Item Lucæ. 8. eiecti dæmones à corporibus obſeſsis rogabant Chriſtum, ne mitteret eos in abyſum: ſcilicet, ne grauiùs illic torquerentur: abyſus aūt profunditatem ſignificat. Et ſimile illud eſt Apocalyp. 19. vbi legitur de illis, qui adorauerūt beſtiam, q̄ ij miſsi ſunt in ſtagnum ignis ardentis ſulphure. Item Apocalyp. 5. quod Grego. loco citato ad hoc propoſitum adfert, cùm ſignatū librum ſeptem ſigillis vidiſſet, ait, q̄ nemo eſt inuentus dignus neq; in cœlo, neq; in terra, neq; ſubtus terram aperire librū. Et ſubdit, q̄ omnis creatura, quæ in cœlo eſt, & in terra & ſub terra adorauerūt agnū, qui occiſus eſt, vt angelos, & viuentes hoīes, & eos, qui ſub terra degūt, ſpiritus deſignaret. Quemadmodum ad Philippen. 2. ait Pau. In nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum: quanuis damnati Chriſtum non adorant. Et Eſaiæ. 7. Pete tibi ſignum à Dño, in profundum inferni, ſiue in excelſum ſuprà. ¶ Ad hæc limbus patrum ſub terra fuiſſe cenſetur, quò patres antiqui deſcendere dicebātur, iuxta illud Gene. 44. de Iacob, Deducetis ſenectutem meā cum triſtitia ad inferos. Quanuis Aug. 12. ſuper Gen. cap. 34. de infermo peccatorū id intelligat, quod arti. ſequē. repetendum eſt. At verò quanuis libr. 20. de ciuit. Dei, de inferno anceps fuerit, tamē hoc proximè citato loco ipſum ſub terra delitescere affirmat. Primum q̄ cùm animæ amore carnis deliquerunt, conſentaneum ſit, vt hoc eis exhibeatur, quod mortuę carni exhiberi ſolet: ſcilicet, vt ſub terra condanī. Deinde quòd illud ſit animabus triſtitia, & lætitia, quod corporibus grauitas & leuitas. Et ideo ſicut electorum gaudio conueniens eſt empyreum cœlum, ſic & reproborum mœſtitiæ & triſtitiæ congruat locus ſub terra infimus.

Obiectio.

Chryſoſto.

Dilatio.

Matth. 25.

Primum.

Eſaiæ. 14.

Numer. 16.

Lucæ. 8.

Apoca. 19.

Apocaly. 5.

Limbus patrū vbi ſit.

Infernū qua re ſit ſubterra.

Rō ſecūda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

insimus. Et quoniã illic sub disiunctione dixerat, sub terris dicuntur inferi vel credũtur, post modum lib.2.retracta.cap.24.ait, quòd potiùs debuisset docere, quòd sub terris sint, quàm rationẽ reddere, cur sub terris esse credantur. Illud verò Lucæ.16. Mortuus est diues & sepultus est in inferno, non sic legit illic Aug. sed puncto præposito: scilicet, Mortuus est diues, & sepultus est. In inferno autẽ eleuans oculos suos, &c. sed parum refert.

August. *Lucæ.16.* *Nota.*

¶Præ his autem omnibus ponderat, q̃ Christus, vt articulus Christianæ confessionis habet, descendit ad inferos, & ipse asserit fuisse in corde terræ. Et Pau. ad Ephes.4. Qui ascẽdit, inquit, ipse est qui descendit ad inferiores partes terrę. Vnde Actuum.2. ait Petrus, Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat tenẽri illũ ab eo: siue dolorum nomine intelligatur anxietas, quæ patres in limbo expectãtes affligebat, siue purgatorius ignis, à quo, vt supra diximus, Christus forte eos, qui purgabantur, eripuit. Cui applaudit loco proximè citato super Gen. Aug. Re vera his perspectiùs meditatis, nõ video quo modo negari queat infernum esse sub terra, qui idcirco Græcè Τάρταρος, profundissimus inferorũ locus dicitur, est enim Ταρταρίζειν, cum tremore quodam obrigere, horrẽre & expauescere. Quare omnia receptacula dicuntur tartara.

¶Quinuerò quàm maxima sit probabilitate credibile existere in centro grauitatis terræ. Quod re vera Gregor. loco citato sub his verbis insinuat. Si idcirco infernus dicitur, quòd inferiùs iacet, quod terra à cœlo est, hoc esse debet infernus à terra: id est, sicut terra centrum est respectu orbium cœlestiũ, ita & infernus centrum est terræ. ¶Sed ratio præterea profectò id etiam persuadet. Nam si beati & damnati meritis & præmijs è diametro distant, congruẽs est, vt loco sint etiã quàm maximè semoti & diuersi: cùm ergo beati sint in supremo cœlo, fit vt damnati sint deorsum in puncto inde longissimè distanti: illud autem est centrum grauitatis terræ. Cùm enim non sit æqualiter vndequaq; põderosa: nam qua parte aquas tangit, ponderosior est, & qua vsui nostro patet, leuior, non idem est punctum quantitatis medium & grauitatis. Hoc autem, quò grauia cuncta ferũtur, maximè à lunari orbe remotum est.

In cẽtro grauitatis terræ. *Ratio.*

¶Imò si à Philosophis sua placita mutuari licet, Pythagorici Itali, vt.2.de Cœlo & mundo tex.73. ait Philosophus, in centro mundi aiebant, elemẽtum ignis inclusum, quem Iouis custodiam appellabant. Multa enim Pythagoras à Chaldęis & Aegyptijs, inter quos Hebræi cõmorati sunt, didicit, quæ suis Dijs adscripsit. Et poetæ omnes fabulantur, in cauernis terræ subesse, vt apud Virg. lib.6. Aeneid. qui Aenæam inducit ad inferos descendisse. Et Ouid. lib.4. Metamor. Est via decliuis funesta nubila taxo: ducit ad infernas per multa silentia sedes. ¶Illis ergo, qui putabant, infernum esse in valle Iosaphat, propterea quòd campus illic patẽs dicebatur gehenna, & Christus infernum appellat gehennam ignis, respõdetur, quia idololatræ filij Ennon illic dæmonibus filios sacrificantes igne concremabãt, vsu inter Hebræos fuisse receptum, vt infernum appellarent gehennã, quod est, vallis Ennon. ¶Illud verò Iob cap.18 Expellet eũ de luce, & de orbe transferet eum, Gregorius sic interpretatur, quòd Antichristus supremo apparente iudice de hoc mũdo tolletur. Nam aliud Christi, Proijcite eum in tenebras exteriores, non aliud significat, quàm tenebras, quæ sunt extra cœlum, quare quò sub terra profundiùs abdunt tur, eo plus exteræ censentur. ¶Ad aliud de dæmonibus respondeſ, quòd non sunt huic aeri, quo nos viuimus, eò deputati, quo illic pro meritis sint puniendi: quandoquidẽ ad hoc deputatus est illis ignis æternus, iuxta illud Matth.25. Ite in ignem æternum, qui paratus est vobis, &c. Sed sunt in aere tanquam in loco ad colluctandum nõbiscum idoneo, vt Paulus significat, quod propter nostrum exercitium & meritorum augmentum permissum est. ¶Ad aliud tandem, quod aliqui aiunt, animas eisdẽ locis, quibus delinquũt, apud nos cruciari, respondeſ, non posse constare: quoniam anima pro diuersis peccatis, quæ diuersis locis & temporibus commisit, simul punitur. Et secũdùm illos deberet successiuè omnia loca discurrere. Præterea vsu venit, vt quàm plurimi eodem loco diuersis temporibus delinquant: deberent ergo illic simul puniri. Sed de pœnis inferni minꝰ probabilitatis habet: nam illæ sunt perpetuæ, & in hac vita non sunt sempiternę pœnæ. Item quia affliguntur nunc animæ, vbi postea cũ corporibus torquebuntur: post resurrectionem verò non erunt hic damnatorum corpora. Neque Sapiens ait, quòd eodem loco, quo quis peccat, debet puniri, sed per quæ peccat: nempe, per animam & corpus. Tametsi, vt ait Aug. ad pœnas potiùs huius vitæ id

Gehenna de dicta. *Iob.18.* *Aliud argumẽtum.*

sit referendum, vt qui gladio perimũt, gladio pereant, & qui adulterantur, eandem in suo toro patiantur iniuriam. Igitur si aliquæ fortè damnatorum animæ in hoc seculo torquentur, illud est extraordinarium & accidẽtarium, & in tempus, nam tandem in tartara sunt recludẽdæ. ¶Alia verò obijciuntur argumẽta. Primum de ignis natura. Nullum enim violẽtum esse potest perpetuum: ignis autẽ, quippe cuius naturalis locus sursum est, Lunæ proximus, nequit sub terra nisi per violentiam detrusus esse: non ergo illic manẽre poterit perpetuò. Item cõtra loci capacitatem arguitur. Locus ille post resurrectionem vniuersa capturus est damnatorũ corpora, quæ nulla erũt dote subtilitatis donata, sed vnumquodq; suum occupabit locũ. Cùm ergo illa numerosissima sit gentiũ turba: quia vt Ecclesiastici.1. legitur, Stultorum infinitus est numerꝰ, sit vt locus ille esse debeat capacissimus, atq; adeò amplior & spaciosior, q̃ in illo centro terræ fingi potest. ¶Ad primum autem respondetur, q̃ ignis illic non per naturam, sed diuinitus per ordinem diuinæ iustitiæ tenetur, neq; est purè elemẽtaris: est enim sulphure mistus, multòq; ardentior, propter antiperistasim terræ, qua vndiq; cingitur. Nec tamen nutritur cõsumptibili esca: quoniam nec animas nunc, nec corpora tunc consumet. Et similiter respondetur ad secundum, quòd virtute diuina ab initio relictum est cõcauum in centro terræ, quod esset omnium damnandorum capax, d imò insaciabilis, iuxta illud Prouerb.30. Infernus, & os vuluæ, & terra, quę non satiatur aqua: ignis verò nunquam dicit, sufficit. ¶Vtrùm verò infernus portis claudatur, & vectibus ferreis sit obseratus, vanum est percontari. Nulla enim est horum necessitas: quippe cùm absq; huiusmodi impedimẽtis Deus virtute sua potuerit illic miseros inuitos tenẽre. Sed per metaphoram ad significandum impossibilem esse inde regressum, dicitur infernus habere portas, vt in psal.23. Attollite portas principes vras. Et psal.106. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorũ dirupit, contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Imò & hæreticos, per quos infernus aperitur, appellauit Christus Matth.16. portas inferi. Dicens, Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Dicitur autẽ Christus erupisse vincula, vt educeret vinctos, quia ingressus ad inferos iniquis omnibus vltro patet, vt intrent, sed non vt exeant. Quod & ethnici cecinere. Vnde illud Maronis. 6. Aeneidos, Facilis descensus auerni, Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. ¶De modo autem, quo nunc animæ, & corpora sunt igne torquenda, non est hic locus disputandi proprius, quo de solis receptaculis agimus, sed distinctione.50. quæ de statu & supplicio damnatorum instituetur.

Obiectio.1. *Obiectio.2.* *Obiect.3.1.* *Solutio primi obiectionis.* *Obiectio secũda.* *Obiectio tertia.* *Porta inferni.*

¶Ad primum igitur argumentum respõdetur, Boetium & Augustinũ solùm docuisse, spiritualia non esse in loco, modo nobis secundùm naturam consueto: id est, quòd loco circunscribãtur. Quare anima non est in loco nisi per accidens ratione corporis. Sunt tamen in loco, modo nobis non planè manifesto: quia est supra naturam. Philosophi enim tantùm intellexerunt, animã esse in corpore, & intelligentias admotas esse cœlestibus orbibus. ¶Ad secundum autem respondetur per distinctionem secundæ præmissæ. Spiritualia enim non adaptantur loco, eo q̃ aliqua qualitate cum loco conueniant, vt calida inuicem conueniunt: coaptantur tamẽ per quandam proportionalitatem & metaphoram, qua quidpiã à corporalibus ad spiritualia transfertur: veluti solis nomen Deo transcribitur, eo quòd sicut sol corporibus luminis & vitæ fons est, ita & Deus spiritibꝰ. Hac ergo ratione animæ fulgore gratiæ illuminatæ lucidis corporibus adscribuntur, veluti & illæ, quæ culpæ nubilo tenebrescunt, tenebrosis mancipantur. At quemadmodũ illic torqueãtur dist.50. videbimus. ¶Vbi solutio tertij argumẽti clarescet.

Solutio primi argumẽ. *Solutio secũdi argumẽ.* *Solutio tertij argumẽ.*

ARTICVLVS. II.

Vtrùm purgatoriũ, limbus patrum & puerorum loco cum inferno conueniant.

DVobus extremis receptaculis præstitutis, subsequitur vt de tribus medijs exploremus, an scilicet loco & situ conueniant. Et arguitur à parte affirmatiua primò de limbo patrum. Limbus enim ille dicitur sinus Abrahæ, quò mendicus Lazarus ab angelis portatus est: fuit autem in infernum ductus, vt habet glossa Iob.30. super illud, Vbi constituta est domus omni viuenti: ait enim Glossa, quòd infernus domus erat omnium viuentium ante aduentũ Christi, atq;

Partis affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Universidad de Deusto Biblioteca

sti,atq; adeò illic erat sinus Abrahæ: cui consonat illud Gene.44.Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Item quia Christus dicitur descendisse ad inferos, & tamen non descendit,nisi ad liberandos patres. ¶Secundò arguitur, quòd limbus patrum non solùm sit idē, quod infernus, verùm idē quod infernus damnatorū.Christus ēm dicitur,infernū momordisse,juxta illud Oseæ.13. Morsus tuus ero inferne:mordēre autem est partem capere: cùm ergo Christus omnes sanctos patres eduxerit, & damnatos reliquerit,subsequitur sanctos patres fuisse partem inferni. ¶Tertiò arguitur, q̄ limbus puerorum & patrum idem sit,atque adeò idem cū inferno. Pœna debet respondere culpæ: sed tam patres q̄ pueri pro culpa originali detinebantur:quare & vtriq; pœna damni:scilicet,carentia visionis punibātur: ergo erant in eodem loco. ¶Quartò de purgatorio arguitur.Eodem igne purgantur electi à reatu pœnarum,quem de peccatis contraxerant, & cruciantur damnati, nisi q̄ horum supplicia æterna sunt,illorum verò temporalia:ergo in eodem sunt loco. ¶ In contrarium tamen est, q̄ diuersis meritis & pœnis diuersa accommodantur loca: damnati verò in perpetuum pœna sensus cruciantur, & purgandi in tempus:pueri autem nullum percipiūt sensu dolorem: ergo loco distant. Præterea patres in limbo spe beatitudinis fruebantur: ergo eorum limbus à limbo puerorum loco differebat.

Secundū argumentū. *Tertium argumentū.* *Quartū argumentū.* *Pars negatiua.*

¶Quæstio præsens,non mouetur,vt vel purgatoriū aduersus Lutheranos adstruere hic meditemur,de quo superiùs distin.19.q.3.disseruimus, & quæst.proxima verbū vnum repetemus. Neq; verò de puerorum pœna locus est hic disputandi, vtrū scilicet sola pœna damni,an verò pœna sensus cruciētur.Id enim lib.1.de natura & gratia cap.14. diffusè tractauimus,De qua re Aug.variè sentire videtur.Sed suppolita veritate,quæ iam ab illo seculo receptissima est: videlicet,dūtaxat pœnam damni:hoc est,priuationem diuinę visionis pati,de solo loco & receptaculo hoc loco ambigitur, quod & Lutherani etiā negare contendunt,dicētes, originale peccatū etiā inferno dignū esse: imò nec per baptismū satis deleri, vt secūdus eorū articulus ad Leonē cōtinet.Quod nos lib.1. de nat.& grā cap.9.expugnauimus. Ad rē ergo vt redeamus, quæstio quatuor exigit conclusiones. Primū aūt de noie sunt qui putent,quatuor illa receptacula subter terrā generali nomine vocari,inferos,locum verò damnatorum peculiariter vocari infernum. At verò certè infernus & inferi idem sunt. Paulus ēm vbi ait, Omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, cunctos sub terra degentes insinuat. Nomen enim tam inferorū q̄ infernorum,& pro personis ipsis: nempe, pro dæmonibus & hominibus subtus latentibus,& pro locis,in quibus abduntur,vsurpatur.Infernus autem singulariter accipitur pro loco. Limbus verò nomen græcum est idem sonans,q̄ gulosus & insatiabilis,& vorax.Quare & inferno quoq; pōt accōmodari.Sed iam Theologorum vsu pro locis, vbi nulla est pœna sensus, sed tantùm carētia diuinæ visionis,vsurpatur.Nec desunt qui putent limbum seu puerorum seu patrū aliam esse concauitatem muro distinctam ab inferno,in qua sunt pueri & fuerunt patres.At verò D.Tho.hic art.2.eundem esse putat locum inferni, & purgatorij, & vtriusq; limbi quantum ad situm, licèt qualitatibus discrepent. Et certè est opinio longè probabilior. Et propter illas diuersas qualitates & distantias diuersa dicuntur receptacula.Atqui omnia illa subterranea loca plus minùsue tenebrosa sunt.Et cùm tenebrę in imo loco sint, quò lux nō penetrat,secundū tenebrarū gradus perpēdiē quisnā locus inferior sit, quisq; infimus ac supremus. Est autem lux duplex spiritualis:scilicet,gratię & glorię:quare tam priuatio gratiæ quàm gloriæ tenebræ dicuntur,quib̄ possunt & tenebrę infernalis ignis adhiberi. ¶Igitur in damnatis tria sunt tenebrarum genera: sunt enim obducti tenebris gloriæ & gratię,& nonnulli etiam fidei & insuper cruciantur tenebroso igne pœna sensus. Sancti verò patres perpurgati solis tenebris gloriæ eisdemq; in tempus vsq; ad passionem Christi tenebantur. At verò iusti in purgatorio binas tenebras patiūtur:scilicet, glorię & cruciātis ignis.Pueri verò nō nisi tenebras gloriæ & fidei easdē tū in perpetuū. ¶Ex his ergo colligitur prima conclusio huius articuli, quæ in vniuersum est receptissima. Limbus patrū supremus erat inter omnia subterranea receptacula.Probatur,quoniam illic minimum tenebrarum existit:scilicet,gloriæ:neq; enim illuc ignis inferni crucians pertingebat,neque spes gloriæ tollebatur:sed fide firma & spe illam præstolabantur. Et hūc alludit illud Lucæ.ca.16.Abrahæ ad epulonem diuitem, quem epulo eleuans oculos

Inferi, & infernus. *Nota.* *Limbus.* *Tria genera tenebrarū.* *Tres fides duplex.* *Prima conclusio.* *Ratio.*

oculos à longè viderat,In his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est.

Purgatorium duplex quæstio.

¶De reliquis verò duobus:scilicet,purgatorio & limbo puerorum, nondum inter Doctores satis constat, quo ordine disponātur. Nam quidam,vt Palud.distin. præsenti.q.3. atq; alij,arbitrantur, q̄ saltem post diem iudicij pueri erunt in superficie terræ luce solis fruentes. De hoc tamen nonnihil sermonis dist.48. redibit. Interim tamen negandum non est (asserente id Augustino in lib.de baptismo paruulorum, & refertur de cōsecrat. dist.4.can.Nulla præter)esse in perpetuis tenebris,atq; adeò sub terra. Videtur ergo ex vna parte limbus puerorū esse inferior, tum q̄ fide & amicitia Dei careant,tum subinde q̄ in perpetuum à regno exulare debeant. Quam rationem D.Tho.secutus in.3.dist.22. quæst.2.art.1. limbū puerorum sub purgatorio collocauit. Et hāc opinionē Ricard. dist. pūti art.1 q.2. atq; alij sequuntur. Sed ex altera videtur purgatorium esse inferius, infernoque damnatorū proximum:nam qui pœnam sensus patiuntur, videntur inferiùs subsidere, pueri nanq; illius expertes sunt: imò videntur eodem igne, quo damnati cruciantur,purgari.Quam vtiq; rationem idem Doctor Sanctus amplexus in.4.dist.21.q.1.art.1. ait,locum purgatorij esse inferno damnatorum coniunctum, quia eodem igne purgantur.Et hac dist.pūti. q.1.art.2.ait limbū puerorum & patrum secundùm situm eundem esse locum,nisi q̄ patres sunt in loco superiori. ¶Igitur cùm D.Tho.atq; alij de hoc variè fuerint locuti, statuitur tanq̄ probabilior sequenda conclusio. Infernus damnatorū infimus omniū est: locus verò purgatorij illi superiùs coniunctus:limbus aūt puerorū proximè superior, sed limbus patrū supremus. Duorum extremorū,scilicet, inferni dānatorum & limbi patrum,ratio est plana. Sed q̄ ordo hic purgatorij & limbi puerorum congruentior sit,atq; adeò probabilior, videtur ratio hæc modò tacta conuincere. Quicquid absq; rerū multiplicatione satis intelligi pōt, vt superfluam eandem multiplicationem requirit:pōt aūt & damnatorū cruciatus, & iustorum purgatio ab eodem igne cōmodè fieri:ergo superuacaneū est diuersos distinguere. At vero si idem ignis vtrosq; attingit, necesse est loca esse coniuncta: nam si puerorū limbus interstaret, nequiret ignis ille pueros prætermittere,& remotiores vrendo purgare.Nisi quis fingeret, puerorū limbū ex vna parte, & purgatoriū ex altera medium infernum circumcingere,quod nullam habet veritatis similitudinē. ¶Secundò idem ordo cōprobatur: quia illo constituto facilè intelligitur quemadmodū ignis inferni in profundo dānatos discruciet, & sursum iustos compurget,& superiùs ad pueros nō attingat,& multò minùs patres tetigerit: quare nō opus est tunc diuersas cauernas fingere, vt interpositus murus ignem à limbis arceat,sed sint oēs quasi in eodem carcere. ¶Et tertiò inde idē ordo aptissimus apparet, q̄ cùm duplex sit pœna:scilicet,& sensus & damni, locus suppliciorū sensus sit subtus,locus aūt solius pœnæ damni sit suprà, & rursus vterq; sit bipartitus: nēpe,vt qui perpetuis cruciatibus sunt addicti,in ima Tartarorū abyso sint obtrusi, qui verò temporalibus cum spe beatitudinis purgant,superstent.Et pari modo in superiori loco pueri,qui diuino conspectu absq; vlla spe priuati sunt,inferiùs subsint: qui verò patres cū certa spe beatitudinis potiundæ eiusdem conspectus saluatorem præstolabātur, in supremo fuerint receptaculo. ¶Quapropter ad argm̄ in fauorem alterius opinionis factum rñdetur, q̄ receptaculorū ordo non est perpendendus tam secundū accidentariā differentiam,q̄ secundū essentialem. Essentialis verò est illa, quæ sumitur secundū pœnarum genus:scilicet sensus & damni:& ideo illi sunt subtus,& isti suprà. Accidentaria verò est illa,quę sumitur secundū tempus. Et ideo in vtroq; loco illi,qui perpetuā patiunt,sunt inferiùs,qui tēporalē superiùs. ¶At nosse hic oportet quòd non cuncta infernorū supplicia eos,qui purgantur torquēt, vt distin. 50. mōstrabitur, sed solus ignis cuius natura est purgare. ¶Quomodo aūt hic inferiorū & superiorum ordo distinguatur,coniecturis explorandū est. Nam cùm à centro terræ quōcunq; versus fiat ascensus:nempe,ad superficiem,quæ rotunda est,appropinquatio: dubium est versus quod punctū cœli ascensio illa locorū sit consideranda. Et rñdere possūmus,q̄ versus orientē aut versus angulū mediæ diei, quæ puncta sunt cœli præstantissima. Vel aliter fortasse dicendū, q̄ cùm damnati sint in centro, in circulo quōcunq; versus sunt illi,qui purgantur. & superiùs, quò ignis non attingit,sunt pueri,& in alio supremo circulo erant patres. ¶Vtrùm aūtē vna sit omnium cauerna nondū inter patres constitutum est, quia ex sacris literis colligi non potest, sed ex coniecturis. Atqui quantū ad

Purgatorium. *Limbus.* *Ratio.* *Secunda conclusio.* *Ratio.* *Solutio obiectionis.* *Receptaculorū distinctio.* *Vtrum vna sit cauerna.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nudas animas non est necessaria cauernarũ distinctio: quia cùm nulla grauitate deorsum ferãtur, pñt in sublimi quasi in aere esse suspensæ. Post resurrectionẽ verò, quia damnatorũ corpora nulla erunt agilitate dotata, cuncta ferentur ad centrum: quare tunc si cauerna est in imo centro terræ necesse est dicere, ꝙ erunt congesta & aliud super alio conglomerata ad centrũ, & vt in aceruo lapides, compressa, saxorum instar, quæ in camino ignis exurũtur, vt fiant calx. Portentosa miserorũ calamitas, altissimaq; meditatione exhorrẽda. Nisi fortè Deo aliter disponente ita sint corpora illic pendula, vt inuicem nõ se tangant. Qui aũt dicere voluerit fore tunc in pauimento iacentia, necesse est dicat, cauernæ illius concauitatẽ non esse circum centrum: nam aliâs illuc corruẽtia corpora coaceruarentur, sed citra centrũ. Et tunc distinguenda esset alia cauerna, quæ esset puerorũ cum suis corporibus receptaculum. Nisi forsan supra terram sint deinceps habituri, de quo distin. 48. rursum dubitabimus.

Primus argumentũ. ¶ At verò contra id, quod de limbo patrũ dictum est, arguitur. Limbus patrũ idem est, quod sinus Abrahæ, vt Lucæ. 16. admonemur, vbi legitur, ꝙ mortuus Lazarus portatus est ab angelis in sinum Abrahæ: sinus autem Abrahæ etiã nunc perseuerat: ait enim Augu. 9. lib. confessionũ de Nebridio, amico suo, ꝙ in sinu Abrahæ viuebat: nunc aũt nemo purgatus descendit ad inferos: ergo non fuit illic limbus patrum. *Secundũ argumentũ.* ¶ Secundo idẽ August. 12. super Gene. ad literã capi. 33. ait, nondum inuenisse inferos appellatos vbi iustorum animæ requiescunt: & inferiùs subdit, Nec mihi occurrit inferos alicubi in bonum posuisse scripturã canonicã: limbus autem Abrahæ in bonum sonat, vbi iustorũ animę requiescunt: ergo nunq; fuit sub terra. *Tertia conclusio.* ¶ Ob hoc ergo statuit tertia cõclusio. Sinus Abrahæ est quicunq; locus, quo animæ cõpurgatæ requiescunt, qui ideo per se paradisus cœlestis est: accidit tñ ei ante orbem redemptũ, vt esset sub terra. *Sinu Abrahæ.* Nomẽ eñ hoc, sinus Abrahæ, ex fide Abrahę originẽ duxit. Nemo eñ post peccatũ Adæ, vt creberrimè diximus, nisi per vnius fidem Christi seruari potuit, iuxta illud Actuũ. 4. Non est aliud nomen datum sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri. Primus aũt mortalium, cum quo Deus de mysterio venturi Messiæ tractauit, fuit Abrahã, cui pollicitus fuit, in semine suo omnes gentes benedictionẽ suscepturas: & quia in senectute sua & vxoris iam effœtæ id credidit, fidei laudẽ meruit, iuxta illud Gene. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, quod ad Roma. 4. refert Apostolus. Ob idq; characterem circũcisionis accepit, quæ erat signaculum & professio iustitiæ fidei, atq; adeò nomẽ hæreditauit, vt ait Apostolus, vt esset pater omnium credentiũ: & quia patris est filios in sinu suo fouere & protegere, sicut gallina sub alis suos complectitur pullos, inde sinus Abrahæ, vt eodem lib. ait Aug. locus ille, quicunq; sit: censetur, vbi nitore fidei & charitatis sine macula & sine ruga splendentes requiescunt. Et quoniam ante Christi mortem, qñ precium redemptionis solutum non erat, nemo in cœlum recipi poterat, sinus ille, quò iusti reconditabantur ab Hebræis apotheca & custodia iustorum dicebatur, à Christo autẽ appellatus fuit sinus Abrahæ, vt fidem significaret, in cuius virtute seruabantur. Itaq; limbus ille bifariam est considerãdus: nam quatenus spe certa patres illi recreabantur possidendę regni hæreditatis sinus Abrahæ appellabat, sed quatenus aliquid eis requiei deerat, quia nondum visione Dei fruebantur, dicebatur limbus inferni. *Dubitatio.* ¶ Quapropter hæsitare quis posset, vtrùm carentia illa visionis diuinę aliquatenus eos affligeret. Rñdetur, negari nõ posse, quin ex natura rei: nempe, desiderij, quo ardebant aduentus Messiæ, per quem erant in possessionẽ hęreditatis mittẽdi, afflictarentur. Sed tamẽ certa spes, quam suæ felicitatis habebãt, & præterea quia cognoscebant secundùm diuinam dispositionẽ, quæ omni est ęquitate plena cuiq; suam habebãt voluntatẽ conformem, aduentũ domini nõ tardare, diuina consolatiõe eandem afflictionem, vel repensabant, vel cohibebãt. Vnde illa suspiria, vt cœli iustum rorarẽt, & quòd Deus cœlos inclinaret, & descẽderet, & limilia, non tam afflictionis erant indicia, quàm firmissimæ spei & ardentissimæ charitatis. Igitur post Christi mortem, resurrectionem & ascensionem sinus Abrahæ cœlestis paradisus est, quę nomen propter dignitatem fidei retinet. In quo sensu ecclesia in defunctorum exequijs Deum precatur, vt eos in sinu Abrahæ suscipiat. Atque illic August. suum putabat esse Nebridium. Et in sinu Abrahæ ait, animas sanctorum expectare resurrectionem, per quam sua recipiant corpora. ¶ Ex quo fit tandem consequens, sinum Abrahæ significare per se locum, in quo Deus facie ad fa-

ciem videtur: nam visio illa est merces fidei Christi, quam professus est Abraham. Fuit nihilominus eidem Abrahæ sinui ante Christi mortem accidentarium, vt tunc illa visione non illustraretur. In illis verò quadraginta diebus inter resurrectionem & ascensionem interiectis sinus Abrahæ erat in superficie terræ, vbi animæ illæ beatæ Deum videbãt, iuxta verbum Christi ad latronem, Hodie mecum eris in paradiso. ¶ Vnde vt ad Augustinum respondeamus, quando dicit, inferos non appellari vbi iustorũ animæ requiescunt, neq; in bono vsurpari, intelligit ea ratione, qua inferi & limbus significant, non quidem quietis rationem, sed quietis defectum. Nihilominus accidentariè fuerunt coniuncta infernus: id est, locus sub terra, & sinus Abrahæ. Sic S. Tho. rñdet & alij: q̃uis mẽs illic Aug. nõ sit satis liquida. Fortasse nãque aliqñ ea fuit imbutus opinione (quam post deseruit) vt art. proximo videbit, quod animę nõ euolent in cœlum vsq; ad diem iudicij, sed sint etiam nũc in limbo qui nõ erat nec est subter, sed super terrã. Et idcirco ait de sanctis patribus nunq̃ esse assertũ, descendisse ad inferos tanquã ad sinũ Abrahæ: quare illud Gen. 44. de Iacob, Deducetis senectutẽ meã cum tristitia ad inferos, de loco damnatorũ intelligit. Videtur eñ, inquit, hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturbaretur, vt non ad requiem beatorum iret, sed ad inferos peccatorũ: quæ re vera interpretatio non est nisi docta. Quare & eodem pacto illud Iob. 17. intelligi potest, In profundissimũ infernum descendent omnia mea. Tametsi, & de limbo patrum ratiõe supra dicta intelligi possit, quem insinuauerat dicens, Infernus domus mea est. Vnde subdit, Putasne saltem ibi erit requies mihi? quia illic in limbo non erat plena.

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur principale argumentũ respondetur, concludere, ꝙ loco & situ limbus patrum & infernus idem sint: nẽpe, sub terra: & quod probabilius duximus, in eadẽ concauitate. Sed nihilominus limbus patrũ est in suprema parte, quò ignis inferni nõ attingit. *Solutio secũdi argumẽ.* ¶ Ad secundũ cõmune ferè omniũ responsum est, sic intelligentium articulũ fidei de descensu Christi ad inferos, ꝙ non descenderit nisi vsq; ad limbum patrum, & quia illos inde eduxit, dicitur infernũ momordisse, accipiendo infernum pro omnibus simul receptaculis, quorum pars erat ille limbus, qui relictus est vacuus: nam nec de limbo puerorum, nec de inferno damnatorum vllum excepit. Et sic intelligitur illud Zachariæ. 9. Tu verò in sanguine testamẽti eduxisti vinctos de lacu. Neque verò, vt cõis habet opinio, de purgatorio quempiam eripuit, nisi illos, qui secundùm diuinam iustitiam essent purgati. *De purgatorio q̃ fuerit liberati.* Aut illos, vt. 3. par. q. 52. artic. 8. ait S. Tho. qui dum viuerent, per fidem & deuotionem ad mortem Christi, meruerunt vt illuc descendente liberarentur. Et re vera si rigorem iustitiæ Dei speculemur, ita dicendum est. *Sentẽtia autoris.* Nihilominus profectò, vt superiùs dicebamus, nihil absurdi dixisse videbitur qui dixerit, ex singulari priuilegio tunc Christum inde omnes liberasse, idq; virtute suæ passionis: nam si eadem virtute, qua indulgentiæ pontificię modò nituntur, propter aliquod celeberrimũ factũ aut festum concedunt indulgentiæ, & nonnunquã liberationes animarũ à purgatorio, nil mirum si in tanta festiuitate, quantum tunc inferis præsentia Christi attulit, libertate omnes donarent, qui filij Dei erant. Et videtur sentẽtia Augustini loco citato. 12. *August.* super Gen. cap. 33. vbi ait, Christi animam descendisse vsque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, quos esse soluendos occulta sua nobis iustitia indicabat. Quo sensu intelligit illud Petri Actuũ. 2. Quem Deus suscitauit ex mortuis solutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis. Et eadem vitur snia Damasce, in sermo. de fideli. defun. vbi ait, ꝙ eduxit oẽs illos, qui infide formata discesserant. Atq; hoc pacto efficacior intelligit morsus, quo infernũ momordit: scilicet, vt ex quatuor receptaculis duo euacuauerit. Sed hoc iudicio prudentiũ cõmittitur, dum ecclesia aliud non definit. *Solutio tertij argumẽ.* ¶ Tertiũ argm̃ solutum restat, vbi cõcessimus ambos limbos esse in eodem loco, extra ignẽ tamẽ, licet ille puerorum sit ordine inferior. *Solutio quarti argumẽ.* ¶ Et pari tandem proportiõe solutum restat & quartũ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm statim post mortem quoruncunque animæ in istorum aliquem locorum deducantur.

HOC ordine receptaculis dispositis quæritur de modo, quo illuc animæ ingrediantur, & art. seq. de modo, quo exeant. Quęritur ergo vtrum eodẽ momento, quo anima corporis ergastulo liberat, ad suum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Partinegatiuæ argumentũ primum.

suum deducatur receptaculum. Et arguitur à parte negatiua. Anima, vt.1.de aïa text. 49. & subseq. autor est Aristo. cùm sit actus corporis, per se de loco ad locum non mouetur, sed per accidens ad motum corporis: quemadmodũ idem ait Philosophus, ꝙ motis nobis mouentur ea, quæ in nobis sunt: ergo anima separata moueri localiter non pōt, quandoquidẽ localis motus à corpore pendẽre videatur: vnde colligitur, ꝙ anima exuta corpore, si non portetur, ad nullũ valeat receptaculum cõmigrare: ꝙ autem portetur ab alijs non est necesse.

Secundũ argumentũ.

¶ Secundò. Videntur, iustorum animæ, in quibus nulla reatus macula purganda existit, in nullũ protinus receptaculum euolare: nã si in aliquod euolarent, illud esset cœlum: ꝙ autem illuc non ferãtur, videtur sentire Aug. in glossa super illud Psalmi. 36. Adhuc pusillum & non erit peccatũ, dicens, ꝙ licèt sancti liberentur in fine vitæ, post hanc tñ vitam non ibi erunt, vbi erunt sancti, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei. Et in Enchirid. capi. 109. (quod refertur. 13. q. 2. can. Tempus) ait, Tempus, quod inter hominis mortẽ & vltimã resurrectionẽ interpositũ est, animas abditis receptaculis continet: sicut quæque digna est, vel requie, vel ærumna pro eo, quòd sortita est in carne dum viueret.

Pars negatiua.

¶ In contrarium tñ est, ꝙ de iustis ait Pau. ad Philippen. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo: ex quo Grego. 4. dialogo. infert, Qui ergo Christum in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animã esse in cœlo negat. Et de dãnatis habet Lucæ. 16. Mortuus est dives & sepultus est in inferno, vt vulgo legit.

Anima separata an moueat localiter.

¶ Quæstio in duobus argumentis tres cõclusiones deposcit. Primo enim argumẽto quæstio submouetur, vtrùm anima separata per se moueatur localiter, quæ profectò quæstio non est contemnẽda: nam cùm vnicuiq; rei actiones iuxta naturam suam congruant, & anima non sit per se suppositum, sed forma suppositi, quanuis anima separata posit per se intelligere & velle, quia illę sunt actiones à corpore non dependentes, non tñ posse videtur secundùm locum mouẽri, eo ꝙ motus localis corporalis sit.

Partinegatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumẽtum.

¶ Et secundò arguitur, quia si anima mouẽretur secundùm locũ, deberet moueri successiuè secũdùm tempus nostrum quemadmodũ mouetur in corpore: nam dicere ꝙ mouebitur secundùm angelorum instantia, quæ nõ sunt nostri temporis, esset cõcedere eidem rei duos diuersissimos mouendi modos suapte natura competere: neq; rursus dicere, ꝙ separata mouebitur secundùm tempus nostrũ, videtur rationi consentaneum, propterea ꝙ sit tunc purus spiritus, atq; adeò nullatenus à loco & tempore pendẽs.

Tertiũ argumẽtũ.

¶ Tertiò. Si anima separata se ipsam mouere valeret, consequens fieret, vt posset subinde mouere corpus, quemadmodũ angelus, postquam est pariter spiritus, cui corpora subsunt: consequens tamẽ ostenditfalsum D. Tho. 1. par. q. 117. art. 4. quia ob id, ꝙ suapte natura est actus corporis, non habet nisi vnicũ determinatũ medium ipsum mouendi: scilicet, animando & viuificando: quare nec membrũ mortuum dum est in corpore mouẽre pōt, neq; corpus egressa pōt suũ mouere cadauer. Item consequeretur quod posset dum vellet corpus relinquere & abire nuda.

Primũ conclusio.

¶ Certè argumenta non sunt despicanda, nihilominus constituitur prima conclusio. Anima separata pōt se ipsam localiter mouẽre. Conclusio in sententia Aristotelis non potest planum fundamentũ habere, eo ꝙ de anima separata nunquã fuit clarè locutus, neq; præter intelligere & velle de aliqua eius actione tractauit, nisi in corpore. Probatur tamen hac ratiõe. Anima, vt dist. 43. ar. 1. monstrauimus, est per se subsistens: nempe, natura sua potens separata subsistere, cui tunc intelligere & velle competit: demus ergo præter legem animã sine culpa & gratia à corpore separatam, vt si homo in puris naturalibus conditus moreretur: qui negaret animam se posse mouẽre, fateri teneretur, ꝙ eodem loco, quo corpus egreditur, deberet perpetuò manẽre: consequens tñ videtur absurdum, nam posset illa anima alia à se distãtia loca agnoscere, ac subinde appetere: cùm ergo suapte natura corpore non indigeat, vt sit, videtur eadem natura ei tribuisse, vt possit de loco in locũ migrare. Adde quòd cum Aristoteles illa animalia, quæ de loco in locum se non pōt cõferre, vt conchilia, imperfectissima esse dixerit, non est animę, cui per fectissimam vitam natura tribuit, illa denegãda mouẽdi facultas.

Ratio tãdẽ sumitur.

Animalia imperfecta.

Secũdũ.

¶ Secundò id probatur. Animæ separatæ possent gregatim vitã ducere, & Rempub. suo ordine gubernare: possent ergo mouẽri, secundùm quod earũ prudentia disponeret, posset q; vnaquæque incommodum fugere, si in vno loco eiimineret, atq; adeo inde fugiẽdo recedere.

Ratio.

¶ Itẽ, Anima virtutẽ motricẽ viuenti corpori impertitur, veluti alia quæcunq; vitæ opera: ergo postq̃ motus localis non repugnat spiritui se-

Ratio.

tui separato, non est cur non eandẽ virtutẽ separata retineat mouẽdi se se.

¶ Ad hęc, vt art. subseq. videbimus, animæ separatæ possunt de suis receptaculis exire, & viuis apparẽre, vt Aug. lib. de cura pro mort. gerenda & D. Tho. 1. par. q. 89. arti. 8. ait: ergo pñt localiter mouẽri: nam si dicas id non posse, nisi Deo eis supranaturalem virtutem tribuente, non est necessarium. Præsertim quòd tunc sequeretur, animas damnatas non posse à tartaris exire, quod nulla ratione conuincitur.

Ad primũ prima argum.

¶ Ad primum igitur argm̃ in capite quæstionis propositum respondetur, ob id ꝙ anima sic est actus corporis, vt tamẽ sit per se subsistens, ei cõuenire non solùm corpus mouẽre, verùm & se ipsam separatã. Et pariter alia

Ad secũdũ argumẽtũ.

soluitur ratio, qua obijciebatur, animã non esse suppositũ, satis enim est per se subsistere, vt mouẽre se valeat.

¶ Vnde ad aliud rñdetur, non mouẽri tunc ea successione, quæ tẽpore nostro mensurat: ille em̃ motus à corpore pendet, sed secundùm tẽpus angelicũ, cuius instantia pñt esse immediata, ita vt posit in hoc instanti anima esse in hoc loco, & in altero sine medio tempore esse in alio loco: quemadmodũ de angelis ait S. Tho. 1. par. q. 53. arti. 3. Neque obstat postq̃ habet naturam quodãmodo duplicẽ, vt scilicet sit actus corporis, & præterea per se subsistens, quod habeat duos illos mouẽdi modos.

Ad terti argumẽtũ.

¶ Ad postremum rñdetur negata consequentia: non em̃ si se animæ separatæ pñt mouẽre, fit consequens, vt mouẽre valeant corpora. Enimuerò angeli, quia sunt substantiæ spũales, quorum virtutes non determinant̃ per respectũ ad corpus, habent vt corpora quęcunq; obedientia eis sint in locali motu: aïæ verò non habent virtutẽ motricẽ corporum nisi determinatã ad certa corpora, & certũ modũ: & ideo nequeũt illa nisi viuificãdo mouẽre. Et multo min⁹ consequit, vt posit dum ei libuerit corpus egredi illudq; relinquere: quia cũ sit actus corporis, sicut non pōt illud ingredi nisi per gñrationẽ hoïs, ita nec pōt abire nisi per eiusdẽ hominis corruptionẽ.

Ad quar. argumẽtũ.

¶ Contra hanc aũt definitionẽ militare videt illud Lucæ. 16. Factum est, vt moreretur mendicus, & portaret̃ ab angelis in sinũ Abrahæ, quo verbo docemur, angelos animas defunctorũ deferre: vnde videt̃ subsequi, ꝙ nõ ipsæ se ipsas moueant.

Ad secũdũ.

¶ Ad hoc per secundã conclusionem rñdetur. Animę defunctorũ non quidẽ necessitate, eo ꝙ in sua receptacula conferre se ipsæ nequeant, sed alijs de causis deferunt̃ vel ab angelis vel à dæmonibus. Et primò, vt à iustorũ animabus exordiamur, quæ nihil habẽt purgandũ, sed cum innocẽtia baptismali absq; macula & ruga à corporibus liberantur, nullam habent necessitatẽ, vt ab alijs spiritibus euehantur, sed ipsæ euolare pñt.

Nota.

¶ Ad intellectum aũt huius & subsequentiũ conclusionũ adnotandũ eodem momento, quo anima corpus exuit, eodem loco iudicari: nam illas, quæ vel inferno vel purgatorio vel puerorum limbo sunt adigendæ, non est putandũ in cœlum ad tribunal Christi priùs aduolare, vt sniam audiãt, sed ex corporibus rectà in sua quæque receptacula mittuntur: cùm ergo missio illa sit iudicij sniæque executio, & sententia debeat executionem antecedere, tanq̃ causa effectum: iuxta illud Mathæi. 25. Quia dedistis mihi mãducare, ite benedicti, & quia non dedistis, ite maledicti: cõsequitur vt eodẽ protinus loco, quo quæuis anima à corpore expiratur, iudicetur. Fit autem iudicium illud mentaliter, reuelatur, inquam, cuiq; animæ, idq; virtute Christi aut per angelum custodem, aut certè per insusionem specierum aut cognitiõis quo statu quibusq; meritis decedat, adiecta snia, quam inde statim anima exequi pergit. Et quia ista iudicij reuelatio fit virtute & autoritate Christi, cui datũ est iudicium facere, quia vt ipse ait Ioan. 5. Pater non iudicat quẽquã, sed omne iudiciũ dedit filio, in morte cuiusque dicitur idem dominus illuc aduenire. De quo aduentu ait Matthæi. 24. Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit, vt bene illic adnotauit Abulensis quæst. 239. Non quod corpore illic adsit, sed virtute & effectu. Quemadmodũ dicitur venire in cor nostrũ dum illud suo numine tangit.

Anima in dicium mẽtale.

¶ Igitur, vt ad conclusionẽ reuertamur, iustorum animæ nihil purgandum habentes per se illico pñt in cœlum euolare, quia nec facultas eis deest, vt dictũ est, mouendi se, neq; loci, quò ituræ sunt notitia, & viam quoq; sciunt: nã postq̃ in ipso exitu corporũ iam sunt beatæ, quicquid ad earũ beatitudinẽ attinet illico noscunt, alioqui nõ essẽt perfectè beatæ: & qñ id non per se nossẽt, per iudicij sniam agnoscerent. Præterea auiditas eos tenet ingentissima in cœlũ euolandi. Adhæc & summa obediẽtia obtemperandi Christo. Quare sola eius volũtas & iussio sufficeret, vt citissimè illuc se raperent. Nihilominus angelico ministerio euehunt̃ honoris gratia, & præsertim vnaquæq; anima à suo angelo custode

Anima iustorũ ilico in cœlum euolant.

Angeli animas in cœlũ euehũt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eleuat, quã Chro quasi suo munere functus offerat. Deinde & secundùm meritorum cuiusq; cumulum illic angeli aduentant, vt de diuo Benedicto, Antonio & Martino Gregorius atq; alij referunt: nã tanta est angelorum erga Deiseruos, sibiq; adeò conseruos charitas, vt non tantùm in cœlo eos præstolentur, sed morientibus adsint, & eorum animas tanq̃ Christi sponsas ad eius thalamum deferant, & tanq̃ victrices ad triumphum deducãt. ¶ De damnatis verò diuersa est ratio: nam etsi per latam sniam mente nouerint cui sint carceri mancipandi, tñ neq; oportet eos viam scire, neque adnuunt, imo renuunt horrentq; illuc ire. Neq; sunt iudici obedientes, vt eius iussa capessant, sed odio & rebellione recalcitrant. Quare non sufficeret illas animas verbo mittere, nisi aliqua Dei potestas illas surriperet, instar secularis iustitiæ, quæ per suos ministros, reos in carcerem tradit. Præterq̃ q̃ potestates illę tenebrarũ adeò sunt animas torquendi cupidæ, vt etiã si nõ iuberentur, sed tantùm permitterent, eas de corporibus egressas illico surriperent. Quare certum est illas proripere & secum importare. ¶ Atque idem est de puerorum animabus sine baptismo decedẽtium, quanuis nõ permittãtur dæmones tam truces & feri eas rapere: quia nunq̃ se per propriam voluntatem illis submiserunt, sed tanquã executores sniæ aduersus Adam latæ, & illius Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorũ, illas, vt conijcitur, ad limbum adsportant, vbi illas relinquunt: quia cùm non debeant illas torquêre, non est cur illas sua præsentia molestent. ¶ De illis verò, quæ purgatorio deputantur, medio modo dicendũ. Sciunt, inquã, in quem sint locum adigendæ. Et quanuis tormentorũ conditio eas absterreret, vt ire illuc renuerent, tñ quia obedientes sunt diuinis mandatis, & sciunt ad patriam, cui destinatæ sunt, non posse nisi per purgatorium transeũtes peruenire, absque alio spiritu, qui eas importaret, sua sponte irent. Vero similimum tñ est ab angelo saltem custode illuc deferri: tum vt angelus animam viam ignorantem ducat, tum vt sua consolatione amicam confortet. Vt solent eos amici, qui in supplicium rapiuntur. At verò chorus angelorum, qui solet sanctas animas in cœlum comitari, non creditur eas in purgatorium deducere: qm̃ iubilus ille angelicus solis purgatis debet. At in purgatorio angeli animas nõ

Gregorius.

Animæ dã natorũ dæmones rapiunt.

Aiæ puerorum sine baptismo decedẽtium.

Aiæ purgatorio destinatæ.

Nota.

cruciant: quia nõ est angelorũ cœlestiũ officiũ eas, vt carnifices torquêre. Neq; verò dæmones eas torquêre existimantur, quia sunt filiæ Dei, eiusq; regni hæredes & cohæredes Chri, sed flamma ab inferno exultans eas cõpurgat. ¶ Materia verò secundi argumẽti in aliã nos meditationẽ mittit, vt exploremus, vtrùm sanctorum aiẽ illico de corpore absq; mora transferantur in cœlum. Et eadem est meditatio de illis, quę sunt in purgatorio cũ primùm fuerint perpurgatæ. Haud enim defuerunt qui opinione negatiua fuerint intincti. Et sunt qui illam diuo Bernardo tanquã eius autori impingere moliantur, qui sermone. 4. de festo omniũ sanctorum videẽ eam multis verbis affirmare. Fuit tñ longè antiquior: nam diuus Hierony. super Ezechielẽ cap. 36. plures antiquorũ eosdem q; catholicos in eandem refert sniam. Et Vigilantius contra quẽ idem Hierony. scripsit, eodem tenebatur errore. Et si coniecturis agendũ est, vt à Papia Ioannis discipulo originẽ duxisse, ex illo scilicet supra memorato errore, quòd Chrs post sex annorũ milliaria vẽturus esset instauraturusq; Hierusalẽ, vbi mille annis cũ iustis regnaret: & postmodũ futura esset generalis resurrectio. Inde em̃, vt cõijcio, in hũc sunt errorẽ collapsi, quod vsq; ad illã resurrectionẽ aiæ iustorũ non sint cœlũ ingressurę. Quã opinionẽ Irinæus lib. 1. aduersus Valẽtinianos fuit sequutus, vt in eius prologo colligit Erasmus. Et Tertullia. li. 4. aduersus Marcionem ait, q̃ sinus Abrahæ, de quo fit mentio Lucæ. 16. locus est nõ cœlestis, sublimior tñ inferis: interim refrigeriũ animarũ iustorum, donec consummatio rerum per resurrectionem omniũ plenitudine mercedis cœlesti apparitura eas expungat. Vbi insinuat iustorũ animas non statim in cœlum euolare, sed in limbum patrum, vt olim, descendere: quem ideo locũ in Apologetico cap. vlti. paradisum appellat. Atq; huius opinionis sine autorũ nominatione meminit S. Tho. 4. contra gentes cap. 91. vbi de hac re differit. Et in eadẽ opinione fuit Lactantius libr. 7. Bernardus verò postmodũ loco citato nõ prorsum cum illis antiquis consensit, quippe qui sanctorũ animas in cœlo collocat, sed ait solùm frui visione humanitatis Christi. Sic illud exponẽs Apocalyp. 6. Sub altare Dei audiui voces occisorũ, Vindica Dñe sanguinẽ sanctorũ tuorũ &c. Quo vtiq; altaris nomine Christi humanitatem designat, cuius sola nunc visione animæ recreãtur. Sed postmodum

Iustorũ aiæ statim in cœlum euolant.

Opinio Bernardi.

Vigilantij error.

Trinæus.

Tertullia.

Lactantius capit. 25.

Bernard.

dum resumptis corporibus exaltabuntur, inquit, super altare, vt diuinitatem conspiciãt: quia tunc, inquit, Christus ostendet se non in forma serui, sed in forma Dei: Ostendetq; subinde patrem & spiritũ sanctum, Hæc Bernardus. De hac re latè in nostris lectionibus scripsimus super D. Thomam. 1. 2. q. 4. arti. 5. quo rem hanc etiam discutit. ¶ Sit ergo tertia præsentis articuli conclusio. Sanctorum animæ, quæ vel nil habent purgandum, vel iam sunt purgatæ absq; vlla mora protinus recipiuntur in cœlũ, vbi diuinam essentiam clara visione contuentur. Hanc conclusionẽ impræsentiarum D. Tho. ceu catholicã affirmat dicens q̃ huic veritati autoritates scripturæ canonicæ manifestè attestãtur, & documenta sanctorum patrum, vnde contrarium pro hæresi, inquit, est habendum. In summa tamen loco citato solùm asserit contrarium esse falsum. Iam verò Põtificia autoritate veritas hæc definita est, nam Ioannes Papa. 22. vt Marsilius refert in. 4. quæst. 13. articu. 3. errorem illum Lactantij & Irinæi tenuit & publicè prædicauit, sed ex decreto Parisiensis vniuersitatis illum retractauit, & tandem Benedictus. 12. in sua extrauag. quæ incipit, Animas purgatas, sanciuit tanquam catholicum, q̃ animæ sanctorum vtriusq; testamenti postquã Christus in cœlum ascendit cùm primùm fuerint purgatæ ante corporum resurrectionem sunt in cœlo in consortio angelorum & videẽt diuinam essentiã. ¶ Et ne cui Pontifex gratis id sanxisse videatur, testimonijs sacræ scripturæ & sanctorũ & rationibus comprobatur. Et primum omnium est illud testimoniũ Pauli. 2. Corint. 5. Scimus quoniã si terrena domus nostra huius habitationis dissoluatur, q̃ ædificationẽ ex Deo habemus, domum nõ manufactam æternam in cœlis, vbi insinuat, nullũ esse interuallum aut temporis aut loci, sed q̃ dissoluta habitatione corporis, illico cõmigram̃ in æternã cohabitationem, quę est in cœlis. Ad quod alludit aliud Lucæ. 16. Facite vobis amicos de mãmõna iniquitatis, vt cùm deseceritis (scilicet per mortem temporalem) recipiant vos (id est protinus excipiãt) in æterna tabernacula. Sed clariùs eodem loco Paulus. Quandiu sumus, inquit, in corpore peregrinamur à Domino: & quia peregrinari idẽ est, quòd absentem esse, rationem absentiæ explicat dicẽs: per fidem enim cognoscimus & non per speciem: ergo per oppositum esse præsentes Deo est cognoscere per speciem

Tertia conclusio.

Conclusio catholica.

Parisiensis decretum.

Corint. 5.

Deum & intuitiuè: sed animæ sanctorũ corporibus exutæ illico sunt Deo præsentes: nã subiungit eõtinuò Paulus, Habemus voluntatem peregrinari à corpore & esse præsentes Deo: ergo animæ peregrinantes à corpore protinus sunt in cœlo atque adeò Deum per speciem non in ænigmate contuentes. Cui & illud consonat ad Philippenses. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo: quasi nulla interfit mora, si modò quisq; talis sit qualis Paulus. Vnde Lucæ. 23. Christus ad Latronẽ, Hodie, inquit, mecum eris in paradiso, quod non potest nisi de visione beatifica intelligi. Et Actuũ. 7. Stephanus, Ecce, inquit, video cœlos apertos & Iesum stantẽ ad dextris virtutis Dei. Quasi illuc esset statim recipiẽdus. Et apostoli, vt Matthæi. 19. legitur, assessuri sunt Christo ad iudicandũ, ergo ante diem iudicij in cœlo existunt. Sunt & sanctorum testimonia, vt Augustini. 9. cõfessio. qui suũ Nebridium, ait, esse in illo sinu Abrahæ, vbi bibit ad fontem quantam potest sapiẽtiam sine fine fœlix. Et in libr. supputatio. ait ad sanctos, Fœlices sancti omnes de pulchritudine Dei iam satiamini, de cuius beatissima visione semper gaudetis. Et Gregorius. 4. dialogorum, id tanquam catholicum definit quamplurimis subiunctis exemplis animarum, quæ à corporibus rectà in cœlum angelorum comitatu perductæ sunt. Vnde capit. 25. allegato loco Pauli, Cupio dissolui & esse cum Christo, collectionem hanc subiungit, Qui ergo Christum in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in cœlo negat. Et Origenes homil. 3. Is, inquit, qui de corpore exierit, si mundum habuerit cor, statim meretur diuina videre: quia spiritualia illa non videntur per corpus. ¶ Hic Origenes primam rationem cõclusionis insinuat, quæ est hæc. Vera beatitudo in visiõe diuinę essentię cõsistit: intellectus aũt ad hmõi visionẽ corporeo phãtasmate nõ indiget, quia diuina essentia, quæ purè spũs est, per phãtasma videri nequit, quo intellectus in corpore vtitur: ergo corpus ad perfectionẽ beatitudinis essentialẽ nõ est necessariũ, atq; adeò nõ est cur aia separata corporis resurrectionẽ expecter ad videndũ Deũ: nã diuina opera ordine & sapiẽtia sunt disposita: quare si ex natura rei præsentia corporis ad visionẽ illã nõ est necessaria, error est dicere, absque corporibus animas nõ videre Deum. ¶ Quinuerò arguitur secundò. Beatitudo, vt Matth. 5. ait Dominus, merces est operũ, quę per Dei gra

Ad Philippens. 1.

Lucæ. 23.

Actuũ. 7.

Testimonia sanctorum.

Augusti.

Gregorius.

4. Dialogo. capit. 25.

Origenes.

Ratio cõclusionis.

Rõsecunda.

Universidad de Deusto Biblioteca

tiam fiunt: mandatum verò Dei Leuitic.19. extat, Ne merces mercenarij maneret apud Dominũ vsq; mane: æquissimus ergo Deus nil moratur mercedẽ retribuere: cùm ergo in exitu animæ à corpore finiatur merẽdi tẽpus, fit vt habẽti cor mundũ illico merces illa visionis tribuatur, iuxta illud Matthæi.5. Beati mundo corde: qm̃ ipsi Deum videbũt, & Apocalyp.14. Beati mortui qui in Domino moriunt, quo insinuatur, illico à morte esse beatos. ¶ Et est tertium maximũ argumentũ, q̃ si sanctorũ animæ non illico in hẽ reditatẽ gloriæ admittunt, sed vsq; ad diem iudicij expectant, non multùm nobis profuisset, q̃ tanto tẽpore ante illum diem Christus nos redemisset: nam poterant animę nostrę vsq; in illum diem veluti sanctorũ patrũ in limbum descendere: cõsequens tñ hæreticum est contra illud Matth.4. Pœnitẽtiam agite, appropinquabit regnum cœlorũ: appropinquari em̃ nihil aliud est q̃ aperiri cœlum. Baptismus nãq; vt cap. Maiores, de baptismo & eius effectu decretũ est, regnũ cœlorum aperit: ob idq; lex nr̃a dicitur lex gratiæ, quæ iam adoptiuos filios nõ ceu seruos, & vt ait ad Galat.3. Paul. tanq̃ paruulos sub pædagõgo ab hæreditatis possessione cohibet, vt antiquos patres, sed tanq̃ liberis & pronectis eandẽ hæreditatẽ tribuit. Sumus enim, vt ad Roma.8. ait idẽ Apostolus, hæredes Dei, cohæredes aũt Christi, atq; adeò vt ipse suam humanitatẽ in cœlum euexit, vbi diuina visione fruitur, sic & omnia sua membra: nempe, animas, dum modò sint sine macula & ruga, ad eandẽ protinus hæreditatẽ admittit. ¶ Quartò arguit. Deus longè propensior ad miserendũ est largiendumq; præmia, q̃ ad vindicanda crimina: reproborũ autem animæ absq; mora per suam iustitiã detruduntur in tartara: quia nulla fingi potest causa, cur debeãt corporũ resurrectionẽ expectare: & pariter puerorũ animæ abdũtur in limbum, & qui purgãdi sunt, addiuntur purgatorio: ergo cùm corpus, vt dictum est, ad visionẽ intellectualẽ Dei non sit requisitum, fortiori rõne animæ corpora exeuntes cœlum aduolant. ¶ Neque naturalis similitudo deest, quæ rem confirmet. Quod enim in corporibus grauitas est & leuitas, hoc in animabus est meritũ & demeritum: ergo sicut graue corpus protinus deorsum fertur, & leue sursum, ita & anima letali crimine onusta ad ima descẽdit, & quæ per gratiã Dei sublimem habet affectum, nisi aliquid impediat,

Ratio.3.

Capit. Maiores.

Ad Gal. 3.

Roma 8.

Ratio. 4.

Simile.

quod sit purgandum, statim sursum ad Deũ aduolat. ¶ Ad secundum igitur argm̃ respondetur, primò, vt supra dicere cœpimus, q̃ suspicione nõ caret, aliq̃ Augustinũ illa fuisse tentũ opinione, q̃ iustorũ animæ ante finalem resurrectionem non sint in cœlo, sed in limbo patrũ, qui erat sinus Abrahæ, quẽ nõ putabat esse sub terrã, vt.12. super Gen. ad literam cap.33. insinuat, sed super terram in aliquo honorabili loco: nã expressè ait in glossa citata Psalmi, q̃ post hanc vitam nõ erunt ibi, vbi erunt sancti, quibus dicetur, Venite bñdicti patris mei &c. Etenim eius mentem sic interpretari, q̃ duntax at voluerit dicere, q̃ non habebunt duplicẽ stolã animæ & corporis, non plenè illi verbo satisfacit, Non erunt ibi, vbi erunt sancti. Et secundus locus in Enchiridio id præ se fert, cùm tempore interhoĩs mortem & resurrectionẽ interposito dicat animas abditis receptaculis tenẽri: abdita nanq; non cœlum, sed terrena habitacula designat. At verò certũ est postmodum sniam mutasse, atq; adeò confessum animas in cœlo Deum videre, vt patet locis citatis, & lib.9. confessio. vbi eum esse ait in loco, in quo Deum videt, atq; alijs locis frequẽtibus. Qui vero sustinere voluerit, Augustinũ nunquã aliter, q̃ veritas habet, fuisse opinatum, glosset ipsum cum S. Thoma, q̃ cùm ait, nõ esse nunc ibi, vbi erunt sancti, intelligat, non habere nunc vtramq; stolam: & cùm ait, inter mortem hoĩs & resurrectionem esse animas in abditis receptaculis, inter ipsa abdita receptacula connumerasse tam cœlum q̃ infernum: sed designauit illud tempus mediũ, quia tunc non habent completũ affectum, quem habent ad corpora. ¶ Et per hoc respondetur ad aliud argumentum, quod Gregor.4. libr. dialogorum soluit. Pœna & præmium, quæ persententiam iudicij reddunt, non debent iudicium ipsum antecedere: supplicia verò inferni & gaudia paradisi reddentur per sentẽtiam Christi in vltimo iudicio, vt patet Matth.25. Ite benedicti &c. ergo antea nõ sunt in illis locis. Respondet, inquam, Greg. q̃ tunc snia mittet non solùm animas, sed dãnatos ipsos cum suis etiã corporibus, in quibus illuc vsq; nõ erũt corpora. ¶ Ad illud verò, quod fuit Bernardi fundamentum Apocalyp.6. Vidi subtus altare animas interfectorum &c. tñdet glossa interlinearis, illud non intelligi de animabus existentibus in ecclesia triumphante, sed in isto mundo sub agone martyrij. Sunt em̃ tunc sub altari Dei: id est,

Solutio ferũ dis argumẽ.

Aug. ep. 111.

In enchiridio.

Aug. sen tẽtiam mutauit.

Glossa tam Ti Thomæ.

Obiectio.

Dilatio.

Ad fundamentũ Bernardi.

id est, sub protectione Christi. Vel dicuntur esse animæ sub altari: id est, in templis, vbi cõdita sunt corpora, prænunciantes tyrannorum vindictam. Neq; tamen credendus est Bernardus in illa opinione permãsisse: nam alibi sæpè videtur veritatem confessus: scilicet, q̃ animæ visione beatifica fruantur.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm ex animæ prædictis receptaculis aliquando egredi valeant.

QVoniam constitutum est, animas statim post mortẽ ad sua transmitti receptacula, quærit, an inde valeant exire. Et arguitur à parte negatiua, primùm ex autoritate Augustini lib. de cura pro mortuis gerenda. cap.13. dicentis, Si rebus viuentium vterentur animæ mortuorũ, vt de alijs taceam, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra mariq; secuta est, vt mecũ viueret: vnde colligit, mortuorũ animas viuẽtium rebus non interesse. ¶ Secũdò arguitur ex illo Psalmi, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: & Iob.13. Qui descendit ad inferos, non ascendet: ergo saltẽ ex inferno aut paradiso nulla põt egredi anima. ¶ In contrarium est Hieronymus contra Vigilantiũ ostendens, animas illis receptacularis non sic esse mãcipatas, quin Deo sic disponente, permittẽte vel iubente egredi ad nos valeant.

¶ De exitu animarũ à suis receptaculis bifariam loqui possumus. Vno modo vt simpliciter inde exeant nunq̃ illuc reuersuræ, atq; alio modo vt in tempus egrediãtur, iterũ regressuræ. Præterea exire de receptaculis põt vno modo contingere citra corporũ resurrectionẽ: scilicet, vt vel nudè exeant, vel sic corporibus assumptis, vt non sint in illis vita animali vsuræ. Sed alio modo per veram suscitationem, sicuti puer quem Eliseus suscitauit, & Lazarus atq; alij, quos suscitauit Christus. ¶ His prænotatis modis ad quæstionem quinq; conclusionibus respondeẽ. Prima, Beatorum animæ, secundùm beatitudinis positam legem, nequeũt inde exire nunquam reuersuræ. Conclusio est liquida, quia beatitudo est vita æterna: æternum autem id sonat, quod nũquam habiturum finem. Item beatitudo est status omnium bonorũ aggregatione perfectus: non autem esset status perfectus, nisi beatus suæ haberet beatitudinis certitudinem: hæsitatio enim, an homo possit perdere quod habet, non posset non anxiũ eum reddere, atq; adeò non esset ille simpliciter beatus: cùm ergo beatitudo sit vita æterna, quicunq; beatus est certus se habere vitam æternam, neq; ab illo statu cadere posse: quo vtiq; iudicio falli nequit. Si autem inde exire posset non reuersurus, falsum haberet iudicium: repugnat ergo vt hoc pacto exire valeat. Atque hoc docuit Paul.1. ad Thessalonicen. 4. Rapiemur obuiam Dominoin aera, & sic semper cum Domino erimus. ¶ Secunda conclusio. Neque de infernoneque verò de limbo puerorum posibilis est egressus, qui non sit regressum habiturus. Probatur ratione per contrarium simili. Nam infernus suopte nomine mortem etiam æternam significat, nullam habens redemptionẽ, iuxta illud Matth.25. Ite in ignẽ æternum: quare secundùm legem illius status nemo inde egredi potest nõ reuersurus. Et idem est de puerorum limbo: nam sunt in perpetuũ à regno cœlorũ relegati iuxta verbum Domini Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Nisi quòd in damnatis est noua ratio, quòd habent in odio Dei obstinatam voluntatẽ, iuxta illud Psalmi.73. Superbia eorum, qui te oderũt, ascendit semper: pœna autem remitti non potest nisi deleta culpa: quare & eorũ obstinatio facit, vt nulla esse posit ab inferno redẽptio. ¶ Tertia cõclusio. A purgatorio & limbo patrum cõstat posibilẽ, imò necessarium fieri in cœlum transitum. ¶ Contra secundam autem conclusionem fit argumentum de Traiano, qui fertur precibus beati Gregorij ab inferno, vbi multis annis egerat, exijsse liber. De hoc tamen quæst. proxima fiet sermo.

¶ Quarta conclusio. Quanuis secundùm legem ordinariã animabus separatis congruẽtem neque ad nos exeant, neq; vllum nobiscum habeant commerciũ, tamen secundùm permissionem aut dispensationem diuinam & extraordinariam legem, nil vetat quominus in quocunq; sint receptaculo ad nos reuertãtur. Prima pars inde probatur, quòd animæ separatæ eo quòd corpora exuunt, & à vita præsenti & mortali decedũt, à nostra rebusque nostris, officijs & moribus segregantur: & ideo ordinaria lege sicut nos mortales rebus earum non adsumus, ita neque immortales ipsæ nostris intersunt. Atque hanc

Secunda cõclusio.

Infernus.

Limbus puerorum.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

A

Universidad de Deusto Biblioteca

hanccõem ordinariãq; legem explicat illis verbis Aug.in argumento quod primo loco obiecimus. Si rebus viuentiũ interessent animæ mortuorũ, vt de alijs taceam, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, vt mecũ viueret: absit em vt facta sit vita fœliciori crudelis. Et confirmat hoc ex illo. 4.Reg.22. ad pientissimum Regem Iosiam, cui cùm Deus exitiũ regni & gentis suæ prænunciasset, pollicitus est subinde dicẽs, Ecce ego apponam te ad patres tuos, & apponẽris cum pace, & non videbũt oculi tui omnia mala, quæ ego induco in locum hunc, & qui cõmorantur in eo. ¶Secunda verò pars colligitur ex verbis Hieronymi contra Vigilantium, qui putabat apostolorũ & martyrũ animas in fortunatorũ insulis & campis Elisijs, vt ethnici de animabus philosophantur, detineri: in quẽ Hieronymus sic inuehitur. Ais vel in sinu Abrahæ vel in loco refrigerij vel subter aram Dei animas apostolorũ & martyrum consedisse, nec posse suis tumulis, nec vbi voluerint adesse præsentes? Quasi dicat, Falsus id ais. Et subdit, Tu Deo leges ponis? Tu apostolis vincula inijcies, vt vsq; ad diem iudicij teneãtur in custodia, nec sint cum Dño suo, de quibus scriptum est, Sequuntur agnum quocunq; ierit. Et August.in lib.de cura pro mortuis gerenda cap.16.ait, Fœlicem confessorem cùm à barbaris Nola oppugnaretur humanis aspectibus fuisse visum, non incertis rumoribus, sed testib⁹ certis. Verùm ista, inquit, diuinitus exhibent longè aliter q̃ se habet vsitatus ordo. Alij nãq; sunt, ait, humanarũ limites rerum, alia humanarũ signa virtutum, alia sunt, quæ naturaliter, alia, quę mirabiliter fiunt. Ambas igitur cõclusionis partes hisce verbis edocet Aug.nempe, q̃ secundùm ordinariũ & vsitatũ cursum animarũ è suis non exeunt receptaculis, sed tamen secũdùm diuinam dispensationem exire & possunt & assolẽt. Id quod cumulatis exemplis Gregor.4.lib.dialogo.confirmat. ¶Quapropter ex omnibus ferè exire solent: scilicet, ex paradiso, ex inferno, & purgatorio, & ex limbo patrum, vt de Samuele, vt 3.Reg.28. legit̃, qui apparuit Sauli. Quãuis vt Aug.eod.libr. de cura pro mor.geren.cap.15.refert, non desint, qui negent, verum fuisse Samuelẽ. Sed tamen Moyses, vt Matth.17.legitur, in trãsfiguratione Domini apparuit. ¶Atqui & vsu apparitiones istæ accidere solent, vt ibidem August.cap.16.autor est, siue ad viuorũ qualecunq; solatium, ad quos pertinent illi mortui, siue vt ijs admonitionibus more humano sepulturæ commẽdetur humanitas. Animæ nanq; beatæ Deo dispensante pñt apparere suis, vel vt eos consolẽtur, ostendẽtes se diuino conspectu frui, vel vt eos admoneãt, & ad eandem beatitudinem alliciant. Vel vt suis reliquijs iustos honores deferant: vt de Ioanne Baptista & alijs legitur. Existentes verò in purgatorio solent præterea apparendo suffragia sibi fieri deposcere. De limbo verò puerorum nulla est ratio cur egrediantur. ¶Addit verò hũc Diuus Thom. interesse inter sanctos & damnatos, q̃ sancti, cùm voluerint, apparẽre pñt viuentibus, non tamen damnati. Meruerunt, inquit, sancti in hac vita, vt aliqũ gratiarum dona sanitatum, quæ reprobis non conueniũt, ita vt post hanc vitam cùm expedierit, possint hũc redire. Hæc D.Tho. At verò patẽtissima ratio est, q̃ beati nihil optare possunt, nisi quod rationi sit ac perinde diuinæ voluntati consentaneum: quicquid aũt hmõi Deum poscunt, obtinẽt: ergo quoties volunt exire, exeunt. ¶Inferna les tandem animæ exire non permittuntur dum volunt, sed dum ob aliquod mysteriũ nobis occultum diuinitus permittuntur, veluti dæmones. Quare diues epulo, vt legitur Lucæ.16. rogare nõ audebat, vt sineretur ipse ad suos ire, sed rogabat Abrahã, vt Lazarum mitteret. Neq; verò illi egredi cupiunt, vt aliquod beneficiũ nobis conferant, eo q̃ nobis bonum optent, quia adeò à charitate longè distant, vt neq; naturalem inclinationẽ permittant, actus rectos elicere. Quocirca epulo ille non tam ex naturali amore, quo ferebat in suos, q̃ ex superbia cupiebat, ne sui necessarij in illum tormentorũ locum venirẽt: malent enim damnati, vt oẽs secum essent miseri, sed qñ id non pñt efficere, volunt in hoc alijs eminẽre, vt sui alijs præferantur. Vel forte illa petitio nihil aliud significat, q̃ rei ipsi⁹ infernalis naturam: nempe, tam trucem esse & atrocem, vt summopere oẽs debeant illam cauere. ¶Nescio tñ, an affirmare liceat miseras qñq; animas officiũ ipsorum dæmonum vsurpare, vt scilicet ceu ministri Satanæ ad tentandos hoĩes tendendaq; illis retia & parandos laqueos veniant. Certum est tñ hoc non esse earũ officiũ. Tametsi cùm sint odio Dei obstinatæ ac subinde nñ, nil mirũ si eodẽ odio id paratæ sint facere. An verò Deus id quandoq; fuerit, ipse nouit. ¶Cæterùm ita est possibile animas ex suis locis hũc remeare, vt tamen non sit facile creditu toties id accidere, quoties nobis apparet. Primùm, q̃ vt idem Aug.libr.de cura pro mor.geren. ait, qñ inter somnia nobis videntur charorũ animæ, aut aliæ nobis infestæ apparẽre, rarissimè accidit, vt sint ipsæ animæ, imò q̃ sæpissimè contingit, vt non nisi sub earũ imaginibus in sensu cõi propter nostras præcedentes cogitationes appareant illa phãtasmata. Sed vanitas vulgi est, credere animas esse veras. ¶Præterquã q̃ q̃ plurimas eiusce modi fallacias præstigiatores & præstigiatrices mulierculæ vulgo offerre solent, quibus ignorãtibus illudunt. Nam animæ fœlices raro cupiunt ab illo cœlesti loco exire, & ad admonendum viuos nõ est necessarium vt veniãt. Quare nec Lazarus permissus est venire: qa habem⁹ leges & ꝓphetas, quibus nos Deus satis edocuit, & in dies cõmonefacit, quibus nisi credamus, neq; si damnati neq; illi, qui purgantur, ea quæ illic fiunt nobis, denuncient, fidem eis dabimus. Imò de hoc Deus offenditur, quòd simus magis parati apparẽtibus defunctis, quàm suo euãgelio credere. ¶Primum igitur argumentum, quod est auctoritas Augustini, iam solutum est, q̃ loquatur de lege cõmuni. Et pariter intelligunt̃ testimonia alia secundi argumenti ex Psalmo & ex libro Iob accersita. ¶Si verò tandẽ obijcias, q̃ animę eo sunt suis receptaculis adscriptæ, vt sua illic vel præmia vel supplicia habeant: si verò ad nos venirent, interrumperẽtur præmia & supplicia, negatur illatio, quia propterea quoũ ab illis receptaculis egrediantur, neq; animæ beatæ desinunt videre Deum neq; quę cruciantur à suis eripiuntur tormentis. ¶Superest autem vt de alio exeundi modo dicamus per resumptionem vi ab Elia & Elisæo, à Christo, & apostolis & quis deinceps sanctis è suis receptaculis prodierunt. Subiungitur ergo conclusio quinta. Nullus vnquam, cuius fœlix anima cœlestem paradisum inhabitaret, in vitam mortalem resuscitatus est. Conclusio hæc quãuis in sacris Biblijs nõ sit expressa, efficaci tñ ratione illa probatur, qua primã asseruimus. Beatus em nemo est, nisi qui certò scit se sempiternã vitam, hoc est indefectibilẽ possidere, quo vtiq; iudicio falli nequit: nam si ambiguus hęreret, vel falli posset, nõ esset plena ræ fœlix: si verò põt in vitam mortalẽ redire, beatitudo illa interpollaret̃, atq; adeò falsum fuisset iudicium: ergo illud fieri nequit. Nam si obijcias de Christo seruatore nostro, qui fuit beatus, & tñ naturã habuit mortalẽ, nihil ad rẽ afferas, tum quia erat verè Deus & homo, & rõne vnionis anima visiõe fruebatur illam beante, & ratione redemptionis corp⁹ erat mortale: tum præsertim q̃ passiones, quas secundũ corpus pertulit, repugnãt beatorum statui, quo fruũtur in cœlo. ¶Ex quo alia colligitur ratio, q̃ Deus animæ iustorũ, præcipuè qui sunt cõfirmati in gratia & gloria, nihil confert, nisi quod eis sit beneficium. At verò quanuis resuscitatum illum Deus confirmaret in gratia, priuaretur tamẽ illa beatifica visione, & esset multis molestijs peruius in corpore, quæ anima illa non duceret pro beneficio, sed pro dãno: quare ex natura rei non esset ei resuscitatio grata, vt vitam degeret mortalẽ. ¶Atq; idem protinus subsequi videtur de illis, qui sunt in inferno. Sunt enim damnati ad æternam pœnã, quæ ideo illis interpollari nequit: cuius contrariũ vsu veniret, si damnatus in vitam nostram resuscitaretur. Sed tñ hoc quæst. seq. emunctiùs examinabimus cõtra Altisiodorensem, qui contrariũ opinatus est. Et idem est de illis, qui in puerorũ limbo tenenẽ. ¶Fit ergo consequens, si hæc quæ diximus vera sunt, vt quotquot resuscitati sunt, vel ex purgatorio vel ex limbo patrũ prodierint. Supponimus enim manifestam veritatem, quòd nemo vnquam verè fuerit resuscitatus, aut per naturam, aut dęmonum potestate, sed solo diuino miraculo. Quare si Samuel, de quo. 1.Regũ.14.legitur, verus fuit suscitatus Samuel, diuino numine fuit vitæ restitutus: qm̃ operis huius supranaturalis neq; homo neq; angelus per propriam virtutẽ põt esse causa: sed sola virtute diuina. Illi ergo, quos Elias & Elisæus suscitarunt, in limbo patrũ fuisse creduntur: erant em̃ circũcisi, & minores ætate, q̃ vt possent mortaliter deliquisse. Et Lazarus vel in limbo erat patrum, vel in purgatorio. In summa idem fortè de cũctis credendũ est. ¶Sed profectò nec satis fit animo vt quiescat. Arguitur enim sic. Quicunque in limbo patrum erant, aut in purgatorio modò existunt, certi, vt supra diximus, in exitu corporum facti sunt prædestinatos se esse ad gloriam, quo vtique iudicio falli non possunt, imò sunt & in gratia & amicitia Dei confirmati: cùm vero ad vitam mortalem redeunt, nulla apparet lex vt sint vel in gratia confirmati, vel suæ salutis infallibiliter certi: ergo resuscitatio illa nullatenus illis potest esse expediens: nam à firmissimo

Probatio secundæ ptis.

Probat̃ conclusio.

Gregor.

Samuel.

Mortuique apparẽt.

De calo.

De purgatorio.

De limbo puerorũ.

Distinctio 5. Thomæ.

Ratio.

Inferni animæ.

Aliqui arguebant.

Probatio conclusionis.

Beatitudo.

Certitudo.

Rõ secũda.

Appẽdix.

Suscitati ab Elia.

Argumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

misimo statu salutis exire, & periculo perditionis subijci, summum profectò detrimẽtum est: præterea iudicium illud certum deferere, & hæsitatione], qualem nos de nostra prædestinatione habemus, torqueri, nemo sanæ mentis eligeret: quare nemo illorũ vellet suscitari, neq; tamen concedẽdum, q̃ eos inuitos Deus ad nr̃as miserias remittat: præsertim illos, qui erant in limbo patrum, vbi omni dolore & pœna erant exempti. ¶Imò & de illis, qui sunt in purgatorio, arguit. Aut enim dum suscitãtur debitas omnes pœnas luerant, aut secus: si luerant, idem, quod de beatis, iudicium illis patrocinatur, quia inde iam euolant in vitam æternam: si verò non omnia debita persoluerant, non seruatur iustitia diuina, cùm ante tempus inde eruantur. ¶Ad primum vt respondeamus, hæc primùm veritas pientissimè credenda est, q̃ nemo vnq̃ à morte fuerit in vitam nostrã excitatus, qui non tandem fuerit saluus. Itaque nunq̃ fuit vllus resuscitatus nisi prædestinatus. Veritas est, quã Abulensis super. 4. Regum. 4. q. 56. inter narrandã suscitationẽ pueri ab Elisæo, affirmat dicens, q̃ quanuis nõ habeatur in sacris scripturis, est tñ piè credẽda. ¶Atqui præter eius autoritatẽ hac ratiõe colligitur, saltem admisso quod nemo nisi vel ex purgatorio vel limbo patrum fuerit vnquam suscitatus. Nemo vnquam nisi Dei virtute resuscitatus fuit, neque verò aliunde, quàm vel ex limbo patrum vel ex purgatorio: cùm ergo nemini Deus tantum, quantum est resuscitationis beneficiũ in detrimẽtum sempiternæ salutis cõtulerit, certũ est q̃ illos, qui in via erãt salutis certissima, in eandem vitam æternam tandem remittat. ¶Accedit & ex eorum cõditione ratio alia. Nam cùm se viderint ad vitam æternam destinatos, in vigilia semper erunt & cautissima cura, ne inde decidant. Quin verò addiderim, in gratia & meritis cumulatiorib⁹ ab hac luce pòst demigrasse q̃ priùs: præsertim illi, qui purgatorij tormenta fuerint experti, q̃ sunt grauia. Id cuius & Lazari egregia sanctimonia documentum est. Et illum viduæ filium resuscitatum aiunt postea fuisse Diuum.

Aliud argumentũ. De animis purgatorij.

Solutio primi argum.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

¶Sed neque hoc satis argumento facit, nisi tertium assertum addiderimus. Crediderim, inquam, omnes illos semper mansisse in gratia confirmatos: & præterea de sua salute certissimos: nam postquam fuerant confirmati, nulla est ratio cur ab eadem fuerint confirmatione depulsi: neque verò iudicij, quod certissimum de sua salute habuerunt, cur fuerint obliti. Si enim Paulus memor erat, se in tertio cœlo arcana vidisse Dei, multò iustius illam iudicij certitudinem suscitati retinent, alioqui Christus minimè cum illis clemẽter egisset. ¶Et ideo respondetur ad primum argumẽtum, quòd etsi existentes in limbo ad molestias huius vitæ fuerint reuersi, non id illis in damnum, sed certè in magnum cessit lucrum & meriti augmẽtum. Resuscitati verò ex purgatorio nõ sunt credendi omnino fuisse perpurgatos, sed nihilominus reliquũ pœnarum, quas passuri erant, poterant reuiscentes operibus satisfactionis persoluere, aut si negligẽtiores essent, post modũ secundò defuncti illas in purgatorio luerent.

Solutio primi argum.

QVAESTIO SECUNDA, De suffragijs defunctorum.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm suffragia à viuis impensa defunctis prosint.

DVO defunctorum genera duas nobis offerunt elucubrãdas quæstiones: illi scilicet, qui sunt in purgatorio vnam de suffragijs: atq; illi, qui sunt in paradiso, de orationibus ipsorum pro nobis, & nostris ad ipsos. Et quidẽ quæstio prior, quæ est hæc secunda, longam nobis exhiberet disputãdi rationem de purgatorio: hoc præsertim tempestatis articulo, quo perditi hæretici tam impudenter illud populo dissuadere contẽdunt. At verò non solùm lib. 1. De natura & gratia capit. 14. verùm & hic supra distinctione. 19. quæstionem tertiam in tres articulos distributam in eâdem elucidanda confirmandaque veritate totam insumpsimus. Fuit enim Armenorum hæresis, ac subinde VValdẽsium, & Ioãnis Hus & VVitcleff, ac tandem pestilentissimi Lutheri in articulis ad Leonem exhibitis. 4. & 37. & 38. Quem errorem interalios in illo suo errorum fonte potarũt, quòd Christus in sua passione non solùm quoad sufficientiam, verùm quoad efficaciam, tantam plenariè pro vniuersis nostris sceleribus satisfecerit, vt nihil nobis fiat pœnarum reliquum, quas vel in hoc seculo per satisfactionem vel in altero per purgationem soluere debeamus. Hac inquam ratione confessionẽ purgatorij ab ecclesia catholica exsibilare explodere q̃; cõtendunt. Cõtra illud Pauli. 1. ad Corint. 3. Si quis super fundamentũ Christi superædificat, ligna, fœnum, stipulã, dies domini declarabit: quia in igne reuelabitur, & subdit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem. Sed permolestum esset quæ locis citatis copiosè congessimus hùc accersere. Illa igitur, supposita veritate locus præsens nobis duntaxat offert de suffragijs dicere, quæ ijdem hæretici tanquam rem confictam & ludicram irridentes abijciũt. ¶Quatuor igitur se offerunt disputanda. Primum scilicet, per quos debeant suffragia fieri, vt prosint, secũdò quibus prosint: & tertiò q̃ sint illa suffragia: ac demum quartò, vtrùm quæ pro vno defuncto fiũt tam alijs prosint q̃ illi. Quæritur itaque primò, vtrùm suffragia per vnum exhibita alteri prosint. Et arguitur à parte negatiua, ex illo Pauli ad Galat. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet: si autem quispiam fructum suffragiorum alterius perciperet, meteret quidem non propria, sed aliena semina. ¶Secundò. Ad iustitiam Dei pertinet, vt vnicuique pro meritis ꝓprijs retributio fiat, iuxta illud Psalmi, Tu reddes vnicuiq̃ te iuxta opera sua: ratio verò diuinæ iustitiæ deficere nequit: ergo per suffragia vnius alteri non succurritur. ¶Tertiò. Eadem est in opere ratio meriti, satisfactionis & laudis: sed pro opere vnius alter nõ laudatur nec per illud meretur: ergo nec per satisfactionem alterius satisfacit. ¶Sed peculiariter quòd viuorũ suffragia defunctis non prosint, arguitur quartò. Secũdùm Apostolũ. 2. Cor. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt accipiat vnusquisq; ꝓpria corporis, prout gessit, & Apocaly. 13. Opera illorũ sequuntur illos: ergo vnusquisque defunctorum propria debita per se patiendo debet exsoluere. Præsertim quòd vt vnus pro alio satisfaciat, requiritur, vt ambo sint eiusdem Reipub. ciues: & tamen defuncti non sunt ex nostra Republi. vt supra dictum est. ¶Quintò. Si suffragia vnius alteri seu viuenti seu vita defuncto prodessent, cõsequens fieret, vt si ille, qui suffragatur, nequam homo esset, nihilominus eius suffragium sufficeret: alioqui cùm non constet, sacerdotem esse in gratia, nũquam securi essemus & certi eorum sacrificia prodesse, atque adeò periret religio offerendi talia sacrificia pro defunctis: sed tamen ex alia parte, cum vt Ioan. 9. legitur, peccatores Deus nõ exaudiat, videnẽ eorum suffragia nullius esse precij apud Deum. ¶Sextò deniq; arguitur. Si vnius suffragia alteri subuenirent, sequeretur, quòd facienti ipsi nihil ad satisfactionẽ prodesset: nam si quis pecuniam suam alteri erogauerit, sibi ampliùs non prodest: videtur autem hoc durum & cõtra illud Psalmi, Oratio mea in sinum meum conuertetur: ergo nemo alteri suffragari potest. ¶In contrarium autem est illud Psalmi, Particeps ego sum omnium timentium te, vbi bonorum communicatio insinuatur, & 2. Machabæorum. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

Argumẽta pro parte negatiua.

Secundò ex iustitiam.

Tertiò ex laude.

Quartò ex peculiariter.

Sextum argumẽtũ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

¶Quæstio est præcipua, qua tamen multa submouentur, quæ in superioribus sunt satis excussa, qua ratione breuior leuiorq; erit præsens disputatio. Sunt autem ad quæstionis solutionem septem conclusiones necessariæ. Prima. Vnusquilibet potest pro altero satisfacere, ac proinde alteri suffragari. Ad intellectum autem terminorum ex his quæ dixi lin. 19. de satisfactione diximus, notandum est opera nostra bona, quæ ex gratia procedũt bifariam esse apud Deum preciosa, vno modo in ratione meriti, atq; altero in ratione satisfactiõis. Et meritum quidem duplex esse potest: scilicet, de cõdigno: nempe, quod ex gratia procedit, & ideo rõne iustitiæ præmium habet vitę æternæ. Quo vtique pacto nemo potest alteri mereri, sed solùm sibi: præter solum Christum, qui tanq̃ caput nostrũ meruit nobis quicquid gratiæ & gloriæ confertur. Et ratio huius est, quia gratia non facit gratum nisi habentem, atque adeò illa nemini confertur nisi per sacramẽtum, aut per opera propria ipsius ex gratia hominem iustificante procedẽtia, iuxta illud Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Et hac ratione ait ad Romanos. 2. Paulus, quòd reddet vnicuique Deus secundùm opera eius: his qui secundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem & vitam æternam. Et 2. ad Corinthios. 5. Vnusquisque recipiet secundum propria corporis prout gessit. Vnde vt patet Matth. 25. Nemo mittitur in regnum aut in exilium nisi propter ꝓpria opera, Quia dedistis

Rom. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

distis mihi mãducare, Quia non dedistis &c. Isto ergo modo nemo alteri suffragari pōt.

Meritũ de congruo. ¶Sed aliud est meritũ de congruo, non qui dem, vt aliqui fingunt, in peccatore dum di sponitur ad gratiã, illud enim certè est contra Paulum dicẽtem, Si ex operibus iam nõ est gratia, vt.2.lib.de nat.& gratia cap.4.latè demonstrauimus: sed in eo, qui est in gratia. Potest enim iustus alteri etiam existenti in peccato primã mereri gratiam de congruo, vt Stephanus meruit Paulo: id tamẽ fieri ne quit, nisi merendo illi proprium actum in Deum, quo conuertatur: quia gloriam, vt di ctum est, nemo potest nisi per propriũ actũ aut sacramentum assequi. Et fortiori ratiõe potest vnus iustus alteri iusto augmentum gratiæ mereri de congruo, merendo scilicet illi, vt per proprios actus proficiat in gratia. Et isto modo D.Tho.1.2.q.114.arti.6.cõcedit meritum de congruo. Atqui ista ratione qui cunq; iustus potest alteri suffragari per suas orationes & bona opera. Et hoc negare esset hæreticum contra articulũ fidei, Credo sanctorum communionem. Sic enim intelligitur illud allegatũ Psalmi, Particeps ego sum omnium timentium te. ¶Sed est cõsideratè

Discrimen meritorũ. speculandum discrimen inter rationem meriti condigni & congrui. Non enim ex radice æstimatur: nam vtrumq; procedit ex gra tia, sed ex consecutionis necessitate aut con tingentia. Per meritũ enim de condigno cer tissima & ineuitabili lege ille, qui meret, con sequitur proprium præmium: sed tamen al teri de congruo, pro quo orat, non eadem lege impetrat quod petit, sed secundùm quod Deo placuerit annuere vel renuere. ¶Habẽt,

Opera satisfactoria. præterea aliam virtutem iustorum opera, vt sint in virtute passionis Christi satisfactoria pro pœnis, quæ remissis culpis, siue mortali bus, siue venialibus fiunt reliquæ, quæquidẽ opera in ratione satisfactionis pōt quicunq; iustus alteri iusto communicare. Et hæc pa riter veritas est catholica, quam qui negaret, hæreticus esset contra eundem articulum fi dei de sanctorum communione. Atq; hanc conclusionem diffusè dist.19.quæst.2.arti.4. commõstrauimus, vbi hæreticorum technis responsum ire abundè pro captu nostro cu rauimus. Eo enim quòd eodem baptismate abluti sumus, eisdemq; sacramentis partici pamus, & potissimùm sacratissima altaris cõ munione, quæ inde nomen sortitur, quòd eo dem sancto conuiuio communicantes eiusdem nos corporis Christi membra profite mur, debemus, vti ait ad Galat.6. Paul. alter alterius onera portare, non solùm in tempo ralibus, vt hæretici subterfugientes aiunt, ve rùm & in spiritualibus. Imò in eis eo potiùs, quo in eis vicaria opera alter alterius magis indigemus. Quæ enim onera grauiora sunt nobis, quàm pœnæ, quarũ ob præterita pec cata rei sumus? Atq; hæc potissimùm impre sentiarum appellamus suffragia: vt quemad *Suffragia rũ nomen.* modum debet vnusquisq; proximo indigẽ ti de sua substantia opitulari, ita debet alter pro altero orationes, eleemosinas & sacrifi cia offerre, quibus pœnarum obligationem soluat. Et re vera nemo hanc veritatem infi ciari potest, nisi qui negat satisfactiones etiã proprias esse cuiquam necessarias. Et ideo cũ istis hæreticis non opus est pluribus conten dere. ¶Veruntamen considerãdum est hic, fructus huius sanctorum communionis bi fariam prouenire, vno modo ex intentione generali existentis in charitate. Quicquid e nim boni operis Deo iustus exhibet, hac ip sa generali rõne boni operis, omnibus Chri sti membris, quæ ei charitate coniungun tur, prodest. Sed altero modo prouenire po test ex particulari intentione orantis, aut sa crificantis, aut eleemosinam largientis pro isto particulari. Qui quidem fructus cæteris paribus vberior est, vt in subsequentibus ap parebit. ¶Secunda conclusio. Hęc viuorum *Secunda cõclusio.* suffragia non solùm viuentibus prosunt, si pro illis offerant, verùm & defunctis. Proba tur. Hæc sancta communio in charitate fun datur, quæ vti ait Paulus.1.ad Corinthios.13. nunquam excidit, atq; adeò neq; per corpo ralem mortem interrumpitur: ergo sicut po test quis amico suo aut necessario viuẽti offi cia sua tribuere & applicare, potest & defun ctis: debent enim defuncti in memorijs ho minum viuere, imò eo eis accuratiùs ac dili gentiùs opitulari debemus, quàm viuis, saltẽ in ratione satisfactiõis, quò plus nostris sub sidijs egent: viui enim possunt per propria opera satisfacere, defuncti autem nequaquã: sed patiendo. Hæc autem conclusio arti. pro ximo in meditatione existentium in purga torio locupletius confirmabit, vbi sacra ora cula & sanctorũ patrũ testimonia perpende mus aduersus hæreticos, qui adeo hoc mor dicus negant, vt propter testimonium cita tum libri Machabæorum negent illum esse canonicum. ¶Interim verò operæ pretiũ est eandem cõclusionem meditatiùs euoluere. *Explicatio cõclusionis.* In primis subsidia hæc & suffragia nostra va lere

lere defunctis nequeunt, vel ad remissionem culpæ vel ad augmẽtum gratiæ, quemadmo dum diximus ratione meriti de cõgruo. Primùm, quia cùm sint iusti, non possumus illis conuersionem mereri: item nec remissionẽ venialis culpæ, quæ vt dist.15.q.2.arti.2. & di stin.21.q.3.art.3. diximus, in ipso ingressu pur gatorij rõne confirmatæ charitatis eis dimit tur: vel fortè per patientiam, qua pœnam illius culpæ qui purgantur tolerant. Neque *Satisfactio.* verò eorum potest augeri meritum, aut gra tia, quia vt Ecclesiastes.11.legitur, vbi ceciderit lignũ, illic erit: sed solùm illis suffragia hęc nostra subueniunt ad remissionem & alleua tionẽ pœnæ, per viam satisfactionis. Per quę autem opera & quot modis suffragia hęc vi ui possint defunctis impendere, articul.3. do cebimur. ¶Subsequitur autẽ alius ambigui tatis responsio, vtrùm illa, quæ per peccato res exhibent suffragia, sint vllius valoris. Ad quam ineundam responsionẽ prænotandũ est, in suffragijs, quæ per iniquos fiunt, duo considerari: scilicet, opus ipsum, quod vocãt, *Operatum.* operatum, quale est sacrificiũ altaris: & præterea opus operantis: scilicet, qua ratione ab ipso operante proficiscitur. ¶Est ergo tertia cõclusio. Suffragium per vitiosum ministrũ exhibitum nihil valoris amittit, qui ex ope re operato prouenit. Hanc cõclusione dist.1. q.5.art.5. vbi de malis ministris, quibus sacra menta dispẽsantur, egimus, exploratã habẽ tãq; reliquim⁹. Vbi ostẽdimus, q̃ cùm sacra mentorũ causã prima sit Christ⁹, iuxta illud Ioan.1. Super quẽ videris spiritũ descenden tem ipse est qui baptizat, nihil impedimen ti effectui sacramenti ex ministri malignita te obijcitur, dum modò legitima intentione ipsius Christi & ecclesiæ, sacramentũ dispen set. Docet enim Aug.tract.5.super Ioannem, illic Baptistam agnouisse, Christum autori tatem & potestatẽ baptismi penes se reten turum, sed tũ ministerium trãsiturum in bo nos & malos. Et confirmatur cõparatione ministri ad instrumentũ: etenim quia instru mentum non agit per propriam formã, sed per illam, quæ est in artifice, opificium non assimilatur instrumẽto, sed idææ, quæ est in mente artificis. Et ideo dum modò serra sit bene dentata, nihil refert aurea ne sit, an ferrea: & medicus infirmus, si bene artẽ caleat, tam bene sanare pōt, quàm sanus. Id ipsum ergo, quod de sacramentis quantum ad grãæ collationẽ diximus, de sacrificio missæ quatenus virtute operis satisfactorium est, post modum sensimus dist.13.q.1.art.6. cuius quæ stio erat, vtrùm missa mali sacerdotis tãtum valeat, quantùm boni. Id quod & latiùs ead. dist.q.2.artic.1. disserere studuimus. Illis ergo locis visere quisque potest, quæ hic molestè repeterent. ¶Quarta conclusio. Si opus æsti *Quarta conclusio.* metur ex virtute operantis: tunc perpenden dum est opus vel quatenus est principalis agentis, vel quatenus instrumẽti vel ministri. Si principale agẽs Deo gratum est: nihil de eius meriti & satisfactionis propter iniquita tem ministri deperit. Exemplũ cùm primis patet in eodem sacrificio missæ. Haud enim in missa mali ministri id tantum satisfactio nis integrum est, quod illic virtute operis exi stit, verùm & illud quoque, quod virtute o perantis: nempe, ecclesiæ, quæ per ministrũ sacrificium offert, obuenit: quoniã sicut vir tus sacramenti non vitiatur per ministrum, ita neque sanctæ opus ecclesiæ. Consultò au tem dixerim, nihil deperire illius, quod ab ec clesiæ intentione prouenit: nam præter illud augere aliquid potest probitas ministri, vt in art.citato.6.dist.13.q.1. adnotauimus expli cando illum canonem.1.q.1. Ipsi sacerdotes, vbi habetur, quòd quanto sacerdotes fuerint digniores, tãto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Non enim de priuatis tantùm orationibus sacerdotũ ver bum intelligitur: verùm & de illis, quas no mine publico ecclesiæ in sacrificio missæ, & in canonicis psalmis fundunt. Et hac ratione certè missã boni sacerdotis plus prodest, q̃ mali, nõ solùm ꝓpter priuatas orõnes, quas pręter ecclesię iussum adhibet, verùm & pro pter ipsas, quas ecclesia iubet, quia dignius eas offert: nam licèt indignitas ministri nihil tollat de eo, quod est de intentione ecclesiæ, dignitas tamẽ non parum auget. Quare con siliũ est sacrificia per digniores sanctioresq; sacerdotes offerre. Pari forma dũ herus pro bus per improbum seruum eleemosy nam fa cit, nihil ꝓprij meriti amittit, sed nihilomi nus si seruus esset eriã iustus, qui ex charita te mãdatum exequeretur, opus ipsum esset apud Deum pretiosius. ¶Quinta conclusio. *Quinta conclusio.* Præter hos casus, quibus homo tanquam ec clesię vel alterius minister opera exhibet alie no nomine meritoria & satisfactoria, nemo suo nomine potest suffragium vllum, aut sa tisfactorium opus quod apud Deum sit me ritorium vel vllius momenti præstare, nisi sit in gratia & amicitia Dei. Rationem huius su pra multis in locis, & præcipuè distin.19. q.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atic.2.attulimus.Cùm enim inter nos ex viri bus nostris proprijs & Deum nulla intersit iustitiæ ratio, vt contra Pelagium decretum est,tum ꝙ opera nostra finita sunt, & meritum apud Deum infinitum, tum ꝙ iustitiæ nr̃æ quando in peccato sumus,vt Esaiæ.64. legitur,quasi pannus menstruatæ sint, sit vt nisi remissa culpa in gratia Dei simus constituti, nostraq; subinde opera ex fauore Dei fiant,Deo accepta esse non valeant, Respexit em̃ Deus,vt nuperrimè dicebamus,priùs ad Abel, deinde ad munera eius. ¶Et ex his fit alia sexta conclusio consequens. Nemini pro quo vel ecclesia vel alia quæuis priuata persona suffragia offerat, quicquã prosunt, nisi in gratia ille quoq; sit. Qm̃ vt nulla cuiuspiam opera, nisi qui prius per charitatem fuerit filius Dei, grata sunt Deo, ita neq; suffragia aut orationes, quæ pro illo, qui non est eius filius, offeruntur, accepta Deo sunt, vt in ratione satisfactionis ei prosint: licèt ratione meriti de congruo, vt explicatum est, possit quis alteri, vt conuertat, mereri. Imò requiritur, vt tunc sit ille in gratia, dum suffragia pro illo offeruntur: nam licèt postea conuertatur, illa ei non proderunt, vt eadem dist.19.q.1.art.5.monstratum est. Quare quæ pro aliquo viuo offerũtur suffragia, si ille in peccato extiterit, vel proderũt offerenti si in diget, iuxta illud Psalmi. 34. Oratio in sinu meo conuertetur, vel in ecclesiæ thesauro reponentur. Et idem est si offerantur pro illo, qui creditur esse in purgatorio (vbi nemo est nisi Deo charus) qui tamen est in inferno, aut in cœlo ¶Per hęc iudicare quispiam de hoc interrogato potest, vtrùm sicut dum dominus in gratia existens eleemosinam facit per seruum nequã, fructuosa est illa eleemosina, ita si prælatus iustus iniquo subdito iniungat psalmos aliquos aut ieiunia in satisfactionem pro benefactoribus, oratiões illæ & ieiunia sint apud Deum satisfactoria? Apparet enim sic habere propter vtriusque exempli similitudinẽ. Et ita credit, docetq; Palud.distin.præsenti quæst.1. Sed profectò mihi nõ satis persuasum est. Nam in eleemosina pecunia ipsa est Domini, quare nil refert per quem illam pauperibus mittat: sed tamen orationes priuatæ personæ & pariter ieiunia sunt propria opera ipsius. Quare licèt prælatus meruerit iniungendo, opera tamen seruinequam nõ sunt Deo accepta. Accipe Paludani exemplum. Iubet Papa solennes vigilias pro defuncto summo Pontifice fieri, capit. vbi maius. de electio. lib. 6. si intelligatur, de vigilijs & missarum solennibus, quæ nomine publico ecclesię canonicè fiũt, tunc licèt sacerdotes non sint in gratia, prosunt: quia fiunt nomine ecclesiæ. Et idem est de processionibus & lætanijs solennibus & canonicis. Sed si Papa, vel eps vel prælatus in religione orationes, & ieiunia & eleemosinas iniungat, certè quæ à peccatoribus fient, nõ erũt satisfactoria, quia sunt peccatorũ ꝓpria. ¶Postremum denique dubium est, vtrùm dum quis pro alio suffragia offert, sibiipsi, qui facit, etiam prosint. Ad quod septima conclusione respondetur. Opus pro altero in subsidium eius erogatũ potest aut in ratione satisfactionis contemplari, aut in ratione meriti. Primo modo nisi opus satisfactionem superet, ad quam alter est obligatus, nihil eroganti prodest. Nihilominus de ratione meriti nihil ei deperit, imò plus ei potest meriti accumulari, quàm si pro se offerret. Probatur prima pars. Satisfactio fieri debet ad æqualitatem pœnæ debitæ: si ergo tantum ille debet vel orationis vel eleemosinæ vel ieiunij, quantum ego pro illo offero, nihil sit reliquum, quod in meam cedat satisfactionem. Ex quo fit, quòd si illam eleemosinam non solùm pro illo, sed pro me & pro illo offeram, minus vtrique prodest, quàm si totum pro illo, vel totum pro me offerrem. An verò eadem de sacrificio & oratione sit ratio, videbimus articu. 4. ¶Posterior verò conclusionis pars liquida est: quoniam opus quodcunq; ex charitate profectum est illi meritorium, qui facit: opitulari autem alijs vel orationibus vel eleemosynis vel ieiunijs est opus egregiæ charitatis, cùm sit alterum alterius portare onera: ergo est id exhibenti meritorium. Imò tanta potest esse alterius indigentia, vt magis sit meritoriũ, quàm si ipse pro se faceret, nisi per hoc fortè impediretur pœnitentiam soluere, quæ sibi in sacramento fuerat iniuncta.

¶Ad primum igitur argumentum respondetur, Paulum loco illo citato retributionem tantùm docêre condigni meriti: siquidem merita sunt opera, quæ per Deigratiam seminamus: messis autem est vita æterna, iuxta illud Ioannis. 4. Qui metet, fructum congregat in vitam æternam. Hæc autem nemini nisi pro eius proprijs meritis conferetur, iuxta illud Psalmi, Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Sexta cõclusio.

Psalm. 34.

Solutio sexti argumẽ.

Septima cõclusio.

Solutio primi argumẽ.

Quare dum quis pro alio suffragia offert, ille qui offert seminat meritum, & metet præmium: alter verò nec seminat nec metit, sed satisfacit per alterius suffragium. ¶Et hinc colligitur solutio secundi. Etenim cùm opus satisfacientis fiat ex sua liberalitate opus alterius, pro quo fit satisfactio, nihil derogat diuinæ iustitiæ, vt illud in solutum referat: acsi ipse offerret, & sic quodammodo acceptatur illud quasi opus illius. ¶Ad tertium verò respõdetur, ꝙ laus & meritum nemini tribuitur, nisi ratione proprij operis, & ideo qui suffragia erogat, meretur & laudatur, alter verò minimè, sed beneficium suscipit, quo expietur. Nemo enim ex opere alieno laudatur, nisi vel consulendo vel adiuuãdo causa eius extiterit. Quòd si rursus arguas. Par iustitia est reddere bona pro bonis & mala pro malis: sed neminem Deus ꝓ alienis malis punit: ergo nec pro alienis bonis debet à proprio debito quempiam absolure. Respondetur, ꝙ auferre alicui sine causa quod suum est, diuinæ iustitiæ repugnaret, quod contingeret si innocẽtem quempiam pro alieno delicto puniret, prę̃sertim ęterno supplicio. Acceptare autem bonum alterius pro altero sic diuinæ iustitiæ non repugnat, vt liberalitatem Dei & charitatem, quę est inter proximos, commendet. ¶Ad quartum, quod defunctos respicit, respondetur, ꝙ defuncti in gratia decedentes dum in corpore viuerent meruerũt, vt alienis suffragijs post mortem iuuarentur, vt Aug. in enchiridio cap.110. ait. In hac enim, inquit, vita omne meritum cõparatur, quo possit post hãc vitam releuari quispiam vel grauari. Et ideo illa etiam ratione retribuet eis prout in corporibus gesserunt. Vel fortè prudentiùs dicendum, quòd Paulus loquitur de retributione, quæ in die iudicij pro proprijs operibus fiet, Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Id enim sententia illa significat, Opera illorum sequuntur illos. ¶Ad aliud verò respondetur, ꝙ quanuis illi nobiscum non eandem constituant Rempub. nihilominus sumus charitate communicãtes, in qua charitate nostra fundantur suffragia. ¶Quòd si rursus obijcias. Defuncti iam non sunt viatores: ergo neq; sunt in statu satisfaciẽdi, sed satisfpatiendi: quibus illud adaptatur Iob. 19. Semitam meam circũsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Respondetur, ꝙ quanuis non sint in via merendi aut demerendi, vt respectu gloriæ vltra citráue progredi aut regredi valeant, nihilominus sunt in via, eo ꝙ ab ingressu cœli remorantur. Et ideo licèt simpliciter sit eorũ via circumsepta suis gressibus, est nihilominus sic pertia, vt à nobis iuuari possint. ¶Ad quintum per distinctionem responsum est. Peccatoris enim oratio & suffragium, quod non suo nomine, sed ecclesiæ vel alterius iusti facit, sunt quidem accepta Deo, non quia peccatoris, sed quia iustorum: nam licèt per charitatem facientis, opus illud non viuat, viuit tamen per charitatem illud mandãtis. Quare licèt sibi: scilicet, ministro, ꝓdesse nõ possit, quia non est dispositus vt fructũ charitatis suscipiat, prodest nihilominꝰ alijs, qui diuina sunt charitate imbuti. Suffragia verò peccatorum, quatenus eorum sunt, Deo nec grata sunt, neq; ad satisfactionem accepta, imò neque eorum orationes lege communi perinde ac illas Deus exaudit, quæ sunt de condigno meritoriæ. In quo sensu ait in Pastorali Gregor. Cùm is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. ¶Solet nihilominus Deus peccatorum preces exaudire, non quidẽ ob eorum dignitatem & meritum, sed si iusta petant, propter eius diuinam clementiam. Quare aliqui appellant illud meritum de cõgruo. At verò vt.2.lib. de natu. & grã cap.4. dicebamus, profectò in peccatore nulla põt esse ratio meriti nec de cõgruo. Sed Deus illos ex sua benignissima largitate quandoq; exaudit: at verò pluries ex sua iustitia aures eorum precibus occludit. ¶Sextum deniq; in septima cõclusione per distinctionem dilutum est. In suffragio nanq; pro altero oblato satisfactio alteri tribuitur, sed meritum facienti reseruatur.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

Solutio quãtiargumẽ.

Gregorius.

Deus exaudit peccatores.

Solutio sexti argumẽ.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm suffragia pro defunctis oblata, quibuscunq; defunctis prodesse valeant.

QVæritur secundò prętermissis suffragijs, quæ pro viuis offeruntur, quibusnam defunctorum prosint, vtrùm scilicet omnibus. Et arguit à parte affirmatiua: & primùm, ꝙ possint existẽtibus in inferno prodesse, arguitur ex verbis Augusti in Enchiridio cap.110. dicẽtis, ꝙ quibus valent suffragia, vel ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, vel ad hoc vt tolerabilior sit eorum

Partic affirmatiuæ argumẽtũ primum.

Universidad de Deusto Biblioteca

rum damnatio: sed plena remissio non fit nisi in purgatorio, & damnati nulli sunt nisi in inferno: ergo illis prodesse possunt, vt tolerabilius crucientur. Accedit, quòd vt in historia quadam vitæ Gregorij refertur, Traianus, qui magno annorum numero in inferno cruciabatur, precibus eiusdem diui inde fuit liberatus. Quinuerò Damascenus in egregio illo sermone, De his qui in fide hinc migrarunt, id ipsum testatur dicens, quòd illius historiæ testis est Oriens omnis & Occidens. ¶Secundò arguitur, quòd etiam pueris in limbo prosint, ex verbis eodem loco Augustini dicentis, quòd suffragia ecclesiæ pro non valde malis propitiatiões sunt: pueri nanque cùm non propria voluntate peccauerint, sed aliena in Adam, non sunt valde mali æstimandi. Illis autem, qui nõ sunt valde mali ait ibidem Augustin° suffragia prodesse. ¶Tertiò arguitur, quòd etiam quodãmodo prosint fœlicibus animabus, quę sunt in cœlo: nam suffragiorum potissima sunt missarum solennia, in quorum vna collecta habetur, Sicut sanctis tuis prosunt ad gloriã ita nobis proficiant ad medelam: quare in oblatione hostiæ, quæ in ratione sacrificij offertur, in tres particulas diuiditur, quarum tertia in calicem mersa beatos designat, vt distinctione.13.quæstione.2.artic.5.diximus. ¶Quòd autem existentibus in purgatorio prosint, ambigere non licet, secundùm verbum Augustini loco citato, vbi ait, suffragia ecclesiæ prosunt his, qui sunt mediocriter boni vel mali: hi enim sunt qui in purgatorio detinentur. ¶In cõtrarium est verbum eiusdem sancti patris lib. de verbis Apostoli sermone.32. Qui sine fide, quæ per dilectionem operatur, eiusq; sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius (scilicet pietatis) dum hic erant pignore caruerunt. Et de beatis idẽ Diuus sermone.17. de verbis Apostoli, & citatur capit. Cùm Marthæ. de celebratio. missarum. Iniuria, inquit, est orare pro martyre, cuius nos debemus orationibus commendari.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars negatiua.

¶Quæstio præsens iuxta receptaculorũ numerum quatuor exigit cõclusiones. Et quo à damnatis exordiamur, plures de illis olim: nempe, quinq; versabantur opiniones, quas hic Diuus Thomas refert, & aliquas tangit Augustinus in enchiridio capit.112. Origenis nanque error fuit quod suffragia existentes in inferno iuuant, atq; adeò cùm illa pœna sit secundùm intensionem finita, tandẽ multiplicatis suffragijs finiri valent. Antiquus ille fertur Origenis error in libro Periarchon, vt ad Auitum Hieronymus refert: scilicet, q̃ ex dæmonibus possint fieri homines. At verò homil.9. super illud Matth.19. Cùm venerit filius hominis, &c. hanc opinionem remissionis suppliciorum inferni referens, nõ ita firmiter videtur ei adhærere. ¶Alij verò & de tempore distinguebãt, & inter personas. De tempore, inquã, aiebant, quòd licèt post diem iudicij omnia cessabunt suffragia: quare deinceps nullus in inferno existens illis iuuabitur, tamen ante illum diem quãdiu hoc seculum duraturum est, prosunt nonnullis illorum. Ad cuius perspectionem inter personas illic occlusas sic discriminabantur, vt infidelibus, qui nec fide Christi imbuti, nec sacramentis initiati de hac luce migrarunt, quia nunquam membra Christi fuerunt, neque ecclesiæ filij, nequaquã ecclesiastica suffragia prosunt, quippe cùm ecclesia non nisi pro illis, qui fidem professi sunt, oret. Et illos censebant appellari ab Augustino valde malos, de quibus in Enchiridio.capi.110. ait, quòd nostra suffragia nulla sunt illis adiumenta. Alij verò sunt, qui ecclesiæ gremio per fidem recepti fuerunt, & sacramentis imbuti, aliaque opera genere suo bona præstiterunt. Sed nihilominus in peccato mortali animam expirarunt: atque hos arbitrantur appellari ibidem ab Augustino non valde malos, atque adeò illis nostra opera suffragari. ¶At verò quoniam extemplo illis occurrebat ambiguitas: videlicet, inde consequi, eorum pœnam posse multiplicatis suffragijs tandem exhauriri, quod erat in errorem Origenis impingere, illum errorem cauere curantes bipertiti sunt. Præpositiuus enim cuius est secunda opinio, concessit posse tandem totam pœnam extingui, non tamen in perpetuum, vt Origenes censebat, sed vsque ad diem iudicij, quando resumptis corporibus retrudendi in eadem tartara sunt, absq; fine vllo & remedio cruciandi. ¶Hanc verò opinionem absurditas hæc consequit, quòd remittatur pœna ei cui non est condonata culpa, quod tamen ordo diuinæ sapientiæ non permittit. Etenim cum, vt supra diximus, opera nostra nullam apud Deum sortiantur rationem iustitiæ ex viribus nostris, sed ex sua gratuita acceptatione, fit vt nisi persona, quę opus offert grata sit ei, opus nequeat esse acceptum. ¶Hoc ergo Porretani, quidam

Quinq; opiniones.

Origenes.

Propositio.

Porretani.

Tertia opinio.

quidam nomine perspicientes, aliam ex cogitarunt tertiam opinionem. Nempe per nostra suffragia illorum infernalium, qui in fide mortua Christi recesserunt, supplicia minuì: non tamen secundum æqualem quantitatem, sed secundum partes, eadem semper proportione minores: Verbi gratia. Si per vnum sacrificium dimidium pœnæ remittitur, per aliud æquale dimidium illius residui tollatur & per aliud itidem dimidiũ residui: & cùm hac diuisione quantitas sit infinitum diuisibilis, nunquam tota poterit exhauriri pœna. Horum autem opinionem probe ait Diuus Thomas, multis modis deficere. Primo, quia huiuscemodi proportionalis diuisio non tam spirituali cõgruit quãtitati, quàm corporali. Secundò, quia non est vlla ratio cur subsequens æquale suffragium non tantundem pœnæ tollat quantum præcedens. Tertiò, quia cùm pœna sequatur culpam, & culpa non diminuatur, ratio nõ permittit pœnam minuì. Quartò, quia licèt in diuisione lineæ procedatur in infinitum: deuenitur tamen ad tam exiguã partem quæ non sit sensibilis. Pariter ergo in diuisione pœnarum deueniretur ad insensibile, quod ferè esset in errorem Origenis recidere.

Alij Sudo. Quinto.

¶Altisiodorensis, vt hic ait Diuus Thomas, quartam meditatus est opinionem: scilicet, quòd per suffragia viuorum licèt damnatorum pœnæ non remittantur, corroborantur tamen ipsi, vt minus eas sentiãt. Quanuis libro.4. capitulis duobus de damnatis opinionem Præpositiui prius sustinens, probabilius arbitretur, quòd nullatenus damnatis prosint suffragia. Cuiuscunque tamen illa fuerit opinio, falsissima est. Nam cum pœna infligatur, vt sensu cruciet, & culpa damnatorum nullatenus remittatur, non est iustitiæ consentaneum leuamen illud, vt minus sentiatur pœna. Præsertim quòd si illud esset verum, tantum posset irroboratio illa crescere, vt pœnarum sensum adimeret.

Sexta opinio.

¶Quinta demum opinio plusculum prima facie probabilitatis præfert: nempe, quòd suffragia, quanuis non aliter, hoc tamen modo refrigerium damnatis afferant, vt cõspicientes non vsque adeò esse à suis amicis in hac vita despectos, quin pro eis orent, minus doloris sentiant, quàm si viderent prorsus esse obliuioni, & despectui habitos. Sed tamen hæc opinio legi communi non consonat. Quoniam, vt Augustinus in libro, de cura pro mortuis gerenda autor est, spiritus damnatorum non vident quæ apud nos aguntur. Quod autem supra legem communem suffragia eis Deus viuorum reuelet, nõ est consentaneum.

¶His igitur posthabitis falsis opinionibus, statuit prima huius articuli conclusio. Damnatis, qui in inferno cruciantur nihil ecclesiastica suffragia, secundùm ordinariam legem prodesse valent, neque vllus eis potest opem ferre, sed debent in perpetuum ad iustum meritas pœnas luere, quia eas nusquam persoluere valent. Dixerim secũdum legem ordinariam, propter illos, qui arbitrant per singulare priuilegium posse secus contingere, quod cito examinabimus. Ratio conclusionis ex parte damnatorum est, quod ratione sui status sunt in odio Dei obstinati, Deum subinde continenter sua mente blasphemantes, quo sensu ait Psalmo.6. Dauid, Conuertere domine & eripe animã meam: scilicet, dum vita mihi superest. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis cõfitebitur tibi? Quasi dicat, In mortis articulo, dũ corpus quod corrumpitur aggrauat animam, difficile est, vt homo sit memor tui: in inferno autem, impossibile: & cùm nisi eorum, qui ipsum confitentur, Deum non misereat, non sunt illi misericordiæ eius capaces, neque fructus passionis Christi, per quam solam & culpæ & earum subinde pœnæ remitti valent. ¶Secunda ratio ex parte nostra est, quod suffragiorum fundamentum est charitas, qua sumus membra viuentia in Christo: cùm ergo illi extra charitatem sint, nullatenus, nostrorum suffragiorũ participes esse possunt. ¶Confirmatur hoc ex sententia illa Matthæi.25. qua vt beati in vitam æternam, ita & damnati in ignem mittuntur æternum. Nomen autem æternitatis hoc sonat, quod res perpetuò sine interpollatione, aut vllo cremento, vel decremento, pari modo duret. Ergo sicut beatorum gloria, neque augeri, neque minui essentialiter potest, ita neque damnatorum tormentum.

Prima conclusio.

¶Imò verò adeò est hæc conclusio certa, vt pro damnatis orare peccatum sit genere suo mortale. Quoniam petere à Deo nõ licèt nisi quod secundum eius legem impetrare ab illo possumus. Cùm ergo de damnatis stet firma sententia, vim obtinẽs legis, qua sunt ab eius misericordia exclusi, peccatum est, pro illis orare. Vnde Augustinus. Si scirem, inquit, matrem meam esse in inferno, non

Orare p dãnatis peccatum.

August.

Universidad de Deusto Biblioteca

magis pro illa orarem, quàm pro diabolo.

Aliud argumentũ. ¶Atque hoc est aliud recens conclusionis argumentum. Sunt etenim animæ eadem quæ dæmones sententia damnatæ: pro dæmonibus autem orare non licet: ergo neque pro damnatis hominibus. Quocircaidem Augustinus loco in Enchiri. citato vniuersos infernales, siue infideles fuerint siue Christiani, appellauit valde malos, quibus nostra suffragia auxilio esse non possunt. ¶Quapropter etsi Diuus Thomas impræsentiarum moderatè dixerit tuti esse simpliciter dicere quòd suffragia non prosunt damnatis, nec pro eis ecclesiam orare, quia suo tempore (vt ex Altisiodoren. colligitur) in opinionibus id versabatur: asseueantius tũ iam nunc asserẽda est conclusio, vel tanquam catholica, vel tanquam catholicæ proxima, saltem de lege cõmuni. Ille quippe est sensus illi Ecclesiast. 11.

Testimonia sacra. Vbi ceciderit lignum, illic erit: siue ad Austrum, siue ad Aquilonem: quasi nulla sit post mortem amplius, vel in cœlo vel in inferno mutatio. Et de damnatis præcipuè intelligitur illud Deuterono. 25. Pro mensura delicti erit, & plagarum modus. Et Apocalypsis. 18. Quantum glorificauit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Et Iob. 7. Sicut consumitur nubes, & pertransit, sic qui descendit ad inferos, non ascendit. Sed præ omnibus ponderat, quòd infernus appelletur ignis æternus. Quapropter canit ecclesia, quòd in inferno nulla est redemptio. Quo verbo omnes opiniones cõtrariæ excutiũtur. Non enim solum ait, Non est redemptio: sed nulla. Videlicet neque, vt possint inde exire, neque, vt possit eorum pœna remitti, neque, vt vllo valeant refrigerio releuari. Quare in oblatione hostiæ nulla particula damnatis consignatur.

¶Sed afferebat pro se Præpositiuus, quòd ecclesia pro cunctis fidelibus defunctis orat, in illa collecta. Fidelium Deus omnium con-

Fidelium Deus &c. ditor &c: scilicet, pro omnibus, qui fidem susceperunt. Iuxta verbum August. loco citato dicentis, quòd orat pro omnibus baptizatis. Adde, quod saltem damnati, qui baptizati fuerunt mereri potuerunt, iuxta verbum Augustini, vt ecclesia pro illis oraret. ¶Item orat ecclesia, ne animam defuncti absorbeat tartarus, quo nomine significari videt damnatorum infernus. Altisiodorensis præterea

Historia Brandani de Iuda. loco citato inter defendendũ Prepositiuum, affert historiam de vita Sancti Brandani, qui vidit Iudam incedentem per prata, & rogatus cur non esset in inferno, respondit, quòd vsque ad aliquod tempus refrigerium habebat propter bona quæ fecerat. ¶Respondetur autem ad primum, q̃ ecclesia non orat nisi pro fidelibus, qui discesserũt cũ fide formata, quibus scilicet, redemptio Christi profuit: & ideo additur. Cõditor & redemptor, & collecta sic concluditur. Vt indulgentiam quam semper optauerunt: scilicet, vsque ad mortem, pijs supplicationibus consequãtur. Quare licẽt Christiani in gratia existẽtes mereantur, vt ecclesia post eorum obitum pro illis oret: tũ per peccatum mortale meritum illud extinguitur: iuxta verbũ Ezechielis. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius quas fecit non recordabuntur. Et ideo, Augusti. in autoritate supra citata de verbis Apostoli, Sermone. 32. ait, quod eis qui sine fide quæ per charitatẽ operatur, de coporibus exierunt, frustra impendunturſuffragia. Idemq; repetit in Enchiridio. cap. 110. dicens. Frustra nonnulli damnatorum pœnam & cruciatus sine intermissione perpetuos, humano miserentur affectu: allegantes illud psalmi. Nõ obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas. Quia hoc, inquit, sine vllo scrupulo de his intelligitur, qui vasa misericordiæ nuncupantur. ¶Ad secundum respondetur, quòd ecclesia ante obitum orare potest & solet pro infirmo, vt ab inferno damnatorum liberetur: sed post obitum nequaquam, nisi vt liberetur à purgatorio, vel saltem pœna ei illa remittatur. Quod ideo purgatorium nomine Tartari intelligit, quia est locus hormine Tartari intelligit, quia est locus horrendus: & animas quoque dicitur absorbere. Quapropter licet iam tunc lata sit sententia, nihilominus ecclesia loquitur ac si tunc anima esset in iudicio. Et ideo inter preces ait, Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo. Vel dicendum, quòd etsi sententia lata sit, rogat tamen, vt illam pœnam vel in totum vel in partem condonet. Quare vbicunque in exequijs orat, vt Deus pius & misericors indulgeat & abluat quicquid homo peccauit, non intelligit de remissione culpæ: nam si mortalis erat, iam anima est in inferno: venialis verò per propriam charitatem ei remittitur in purgatorio. Sed intelligitur de remissione pœnæ. Illa verò historia Brandani non est authentica. ¶Quod si arguas. Ecclesia orat pro viuis existentibus in peccato mortali: ergo potest orare pro existentibus in inferno. Negatur consequentia: quia viuentes

Ecclesia nõ orat nisi p̃ infidelibus.

Solutio argumẽti.

uentes possunt conuerti & ideo orat ecclesia, vt conuertantur: damnati verò, minimè.

Solutio argumẽti vltimi. ¶Quo ergo ad argumenta respondeamus, autoritas Aug. primo argumento citata interpretes iuris canonici cõturbat super canonem, Tempus. 13. q. 2. non intelligentes quidnam Augustinus intellexerit per non valde malos, & per valde malos. Arbitrãtur nanq; etiam in inferno esse non valde malos, pro quibus ideo orare licet: nẽpe, si fuerint Christiani: & ideo glossa incidit in illam confutatam Porretanorum opinionẽ, quod damnatis remittitur pœna, licet inæqualis per æqualia suffragia. Et ideo cum subdit Aug. quòd quibus prosunt: aut prosunt, vt sit plena remissio, aut vt tolerabilior fiat damnatio, primum membrum referunt ad eos, qui sunt in purgatorio, secundum verò ad quosdã existentium in inferno. ¶Sed hæc omnia sunt

Iustitia autoris. manifestè falsa: quare, vt bona venia dixerim consultius isti facerent si de ijs quæ alienæ sunt facultatis nil definirent. Diuisio emẽ trimẽbris Aug. manifestè de tribus diuersis receptaculis intelligitur: appellat emẽ valde bonos cunctos fœlices in paradiso existẽtes, & ideo ait, q̃ suffragia respectu illorum, qui illis nõ indigẽt, sunt gratiarum actiones: sed valde malos appellat per cõtrariũ extremũ, vniuersos qui sunt in inferno, tam Christianos quàm infideles, etiam si minimo peccato mortali discesserint: idem enim est valde mali, quod inimici Dei, & istis ait nullatenus suffragia nostra esse adiumẽta, sed sunt quælescunque viuorum consolationes. Et idẽ est de existentibus in limbo puerorum. Igitur per non valde malos omnes, solosq; intelligit, existentes in purgatorio, qui dicuntur esse & mediocriter boni, & mediocriter mali: quippe, qui ita sunt amici Dei, vt tamẽ in tempus arceantur ab eius conspectu. Et de istis duntaxat subdit suffragia illis, vt propitiationes prodesse, vel vt fit plena remissio, vel vt tolerabilior sit damnatio: non enim loquitur de damnatione inferni, sed appellat damnationem illam condemnationem purgatorij. Nam cùm pœnę illæ sint longè inæquales, & pariter suffragia, quandoque contingit, vt per vnum suffragium tota pœna tollatur, quandoq; verò non, nisi quòd vna pars remittatur.

Historia vera. ¶Historia verò illa de Traiano diuum Thomam, Altisiodorẽsem, & Theologorum plerosque non parum mouet. Nam quanuis apud Gregorium ipsum non reperiatur, Damascenus tamen autoritatem illi adrogat. Et primum omnes consentiunt non potuisse Traianum ab inferno eripi & denique per eius contritionem & conuersionem: repugnaret nanque legi Dei aliter fieri. Et ideo aiunt precibus Gregorij resuscitatum in parvulum tempus, quo conuersus iterum defunctus est & saluus factus. Quinuerò Altisiodorensis in illo capitulo, de damnatis libro. 4. plures existimat ab apostolis ex damnatis infidelibus resuscitatos. Qui ideo potuerunt salui fieri. Quod si ita est, necesse est subinde dicere conclusionem perpetuitatis inferni intelligi secundum legem ordinariã, sed ex priuilegio posse inde animas erui.

¶Sed tamen primum omnium profectò de historia Traiani diffiteri non possum mihi fieri creditu durissimam: quoniam, vt supra diximus, certum est peccatum esse mortale orare pro damnatis. Quomodo ergo Gregorius hoc ignorare potuit? quod si non ignorauit, quomodo secus fecit? Atqui Abulensis super quartũ librum Regum quæstione. 57. fatetur Gregoriũ mortaliter peccasse orando pro Traiano, sed nihilominus fuisse exauditum, & in pœnam peccati condemnatum fuisse, vt dolore stomachi laboraret. Quod profectò nescio quis credat. Mallem dicere Gregorium dubitantem an esset in inferno orasse pro illo: sed neque hoc facile credo. ¶Item quòd aliqui fuerint ex inferno damnatorum resuscitati, qui postea in cœlum euolauerint, videtur rationi prædestinationis aduersum. Consequitur enim quòd aliqui prædestinati fuerint in inferno damnati: non simpliciter, sed sub conditione nisi postea resuscitarentur. Id quod autores illarum opinionum facilius concedunt, fortè quàm valeant alijs persuasum facere. Nam verisimillimum est in obitu cuiusque sentẽtiam absolutè ferri, Ite in ignem æternum, aut in vitam æternam: qualiter est in die iudicij ferenda.

Abulensis.

¶Fateor tamen hoc argumentum non esse contemnendum, quòd cùm Apostoli ac deinceps alij euangelij promulgatores plures inter gentes excitauerint mortuos, coniectura fit, quosdam sua gentilitate damnatos suscitasse. Respondere tamen possumus fortè non suscitasse nisi eos, qui inuincibili ignorantia Christianæ legis laborantes in lege naturæ seruari poterant: aut alios cathecumenos aut Christianos, atque adeò in purgatorio existentes. ¶Quibus autem contraria opi-

argumentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria opinio placuerit, nõ subinde dicere tenen tur, vt de existẽtibus in purgatorio & in limbo patrum dicebamus, resuscitari confirmatos in gratia aut certos de sua salute. Satis em̃ amplum beneficium Dei erat, quòd cùm in inferno essent, restituerẽtur in vitam, in qua lege cõmuni possent saluari. At quanuis hęc teneatur opinio, q̃ ex priuilegio possunt ali qui ab inferno exire, nullatenus tamen pro illis orare licet: quia oratio non debet nisi secundum legem communem fieri.

Secunda cõclusio. ¶ Secunda superiori similis conclusio est. Pueris non baptizatis in limbo suffragia viuentium non prosunt. Et ratio est similis, quia sunt in perpetuum à regno cœlorum relegati: neque in vita meruerunt, vt eis defunctis suffragia prodessent. Neq; verò sunt in charitate, qua sumus defuncti & nos tanquam membra viuentia in Christo communicantes: quibus iubet Apostolus, Alterum alterius onera portare.

Solutio secũdi argumẽ. ¶ Vnde ad secundum argumentum respondetur. Quod quanuis pueri non damnentur nisi pro peccato, quod aliena voluntate in Adam commiserunt: nihilominus sunt valde mali ea ratione qua sunt Dei inimici, & eius fide carentes. Quod sufficit, vt eis non profint nostra suffragia. Tametsi non sint tam mali quàm qui in inferno cruciantur.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio. Neq; verò beatis nostra suffragia quicq̃ valent. Illos enim appellat Augustinus valde bonos, respectu quorum nostra suffragia non sunt iuuamen, sed gratiarum actiones. Et ratio est patentissima: quoniam suffragia, vt nomen ipsum sonat, non sunt nisi auxilia, quibus miseris & egenis opem ferimus. Beati verò ab omni sunt miseria & egestate immunes. Neque quippiam habent de quo satis facere debeant: neque verò eorum potest augeri fœlicitas: & ideo, vt ait citatus Augustinus iniuria fit sanctis dum pro eis oratur.

Solutio tertij argum. ¶ Quapropter ad tertium argumentum rũdetur, sacra altaris solennia prodesse sanctis ad gloriam: non quod eis aliqua essentialis gloriæ ratio augeatur: cum obiectum illius gloriæ sit Deus. Sed nobis potiùs festa quæ illis feriamus, prosunt ad gloriam. Dicuntur tamen eis quodammodo prodesse materialiter, & extensiuè. Quia cum illa sacrificia quæ nos facimus, videant in verbo, de illis gaudent. Non quidem, quòd gaudium sit eorum intensius, sed extensius, quia gaudent de pluribus quàm antea: quod proinde appellatur gaudium accidentale. De quo gaudio intelligitur illud Lucæ. 15. Gaudium est angelis Dei de vno peccatore pœnitentiam agẽte. ¶ Ad aliud verò de particula mersa in calice pro beatis. Respondetur, quòd non immittitur ad significandum, quòd sacramentum & sacrificium, aliquid gratiæ, vel satisfactionis eis impartiatur, sicut suscipientibus sacramentum: aut illis pro quibus sacrificium offertur, qui indigent adiuuari. Sed ad significandum esse participes redemptionis Christi, & triumphare de victoria parta dum hic militarent.

Quarta conclusio. ¶ Quarta conclusio, quę ex superioribus colligitur. Illæ defunctorum animæ, quibus suffragia viuentium prosunt, sunt omnes & solæ existentes in purgatorio. Illas enim appellat Augustinus non valde malas, quibus aiunt suffragia esse propitiationes. Quare de his intelligitur conclusio præcedentis articuli, qua diximus suffragia prodesse defunctis. Habent enim qui sunt in purgatorio conditiones duas. Priorem, quòd suffragijs indigent, quo differunt à beatis: posteriorem, q̃ sunt in charitate, qua meruerunt, vt illis viuentes suffragari possent: quo differunt à damnatis. ¶ Hanc conclusionem refutant hæretici dicentes, in sacris Biblijs non contineri. At verò imprimis purgatorij confessione supposita, quam locis supra citatis commõstrauimus: quanuis nullum esset sacrum testimonium, ratio ipsa charitatis satis hanc veritatem edocet. Pœnæ enim purgatorij adhibitæ sunt in supplementum satisfactionis, quæ in hoc seculo non fuerat plenè consummata: & ideo viui, sicuti viuentibus, ita & istius modi defunctis suffragari possunt.

Probatio. ¶ Nihilominus extat testimonium supra citatum. 2. libr. Machabæorum cap. 12. Vbi legitur fortissimum Iudam mille drachmas argenti Hierosolymam misisse, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium: bene & religiosè de resurrectione cogitans. Mortuorum: scilicet, qui cum pietate dormitionem acceperant. Vnde subdit sacra historia. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. ¶ At verò hæretici qui aliter respuere tam apertum testimonium non poterant: cogitarunt (quę sua genuina vafricies est) autoritatem illorum librorum demoliri: dicentes non esse canonicos. At verò quanuis in concilio Laodiceno relati non fuerint: neque Hieronymus in prologo galeato eos retulerit, tamẽ ecclesia, quæ

Libri Machabæorũ.

fia, quæ veluti aurora consurgens successu temporum magis ac magis spiritus sancti lumine in huiusce modi decretis suscipiendis, ampliandisq; perfunditur: illos in canonem retulit, vt patet in concilio Carthaginẽsi tertio, cui Augu. subscripsit, qui ideo. 2. li. de doctrina Christiana capit. 8. eos inter canonicos recẽset. Et Gelasius Papa cap. Sancta Romana. distinct. 15. & cõcilium œcumenicum Florentinum, ac subinde Tridentinum. Quibus adeò sacrosanctis decretis fidem abrogare aut infirmare nefas est. Et Tobiæ. 4. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue. ¶ Veruntamen Augustinus in libro, De cura pro mortuis gerenda. capit. 1. postquam testimonium illud Machabæorum ad hanc veritatem allegauit, subiungit dicens. Sed etsi nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua hac consuetudine claret autoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Et de verbis Apostoli sermone. 32. Orationibus, inquit sanctæ ecclesiæ & sacrificio salutari & eleemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quàm sua peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum vniuersa seruat ecclesia, vt pro eis qui in corporis & sanguinis Christi commemoratione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, atque pro illis quoque id offerri commemoretur. Cùm verò eorum commẽdandorum causa opera misericordiæ celebrantur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur? Non omnino ambigẽdum est ista prodesse defunctis &c. Hæc ille.

Conclusio. ¶ Hæc autem ecclesiæ sancta consuetudo ab ipso apostolorum ęuo certum est originem ducere. Dionysius enim Pauli discipulus, in libro ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 7. Quemadmodum sacer præsul pro defunctis oret, commemorat dicens, Sanctorum preces in vita ista, & non tantum post mortem prodesse. Vbi dicens post mortem, insinuat & defunctis prodesse: & subdit. Inter precandum igitur oratur diuina bonitas, vt cuncta peccata defuncti per humanam infirmitatem admissa dimittat: eumque in luce collocet: & regione viuorum, in sinibus Abrahæ, Isaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor, tristitia & gemitus. Vide quàm sit antiqua precatio hæc, qua ecclesia in exequijs vtitur defunctorum. Idem repetit antiquus ille Theologus Gregorius Nazianzenus in oratione funebri ad Cæsarium fratrem de matre sua. Et Chrysostomus homilia. 41. super primam Epistolam ad Corinthios capit. 15. ait. Non est temerè hoc excogitatum, nec frustra memoriam mortuorum inter Sacra mysteria celebramus, nec temerè, qui altari assistit, inter horrenda mysteria clamat, pro omnibus in Christo dormientibus. Vnde concludit dicens. Opitulemur igitur his fratres, & memoriam pro ipsis faciamus. Et homilia. 69. &. 70. ad populum, mirificè de suffragijs mortuorum loquitur. Ad hæc eloquentissimè simul, ac religiosissimè Damascenus totum illum citatum sermonem, de his qui in fide hinc migrarunt, hoc suffragiorum pro defunctis argumentum locupletat. Vbi ait apostolos ipsos saluatoris discipulos memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt habendam edixisse. Quod adhuc firmiter atque adeò sine contradictione obseruat Apostolica & catholica ecclesia Christi & Dei, à finibus vsque ad fines terræ, ab eoque tempore vsque in præsens, & in finem mundi vsque. Omnino hoc neque vanè neque absurdè, neque temerè, fortuitoue ordinatum est. Quæ enim Christiana religio erroris nescia suscipit, & in tot secula seruat inconcussa, minimè vana sunt, sed vtilia, Deo placita, salutique nostræ conducibilia plurimum. Hactenus ille. Operosum autem nimis esset aduersus istos hæreticos in suffragia oblatrãtes vniuersa sanctorum patrum testimonia percensere. Consultissimè ergo simul ac sanctissimè, præter quotidiana suffragia & sacrificia, diem crastinum omnium sanctorum ecclesia dedicauit: quo viuentium pietas animabus purgatorij suffragaretur.

Gregor. Nazian. Chrysost.

Damascenus.

¶ Hinc fit verbum illud Ecclesiasticum. In inferno nulla est redemptio, atque illud Psalmi, In inferno autem quis confitebitur tibi? binam expositionem admittere. Aut enim intelligitur de inferno damnatorum: aut si accipiatur nomen, vt etiam comprehendat purgatorium, intelligitur (vt in prædicto sermone ait Damascenus) comminatoriè, secundùm causas inferiores, puta secundum exigentiam meritorum animarum quæ purgatorio deputantur: vt scilicet

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet, ad iustum pœnas luant, sed secundum diuinam misericordiam, quæ vincit humana merita flectitur Deus, vt sententiam mutet: cuius exempla in Niniuitis, Achab, & Ezechia extant. Quare tantum potest esse suffragium, vt tota expietur pœna: quæ quidem expiatio vicem habet purgationis, quę erat facienda per ignem.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm solo sacrificio altaris, & orationibus & eleemosynis iuuentur defunctorum animæ.

SVbsequitur articulus tertius de suffragiorum numero & genere, & arguitur, quòd non sint tantum tria illa suffragiorum genera quæ Augustinus sermone citato. 32. de verbis Apostoli. & libr. de cura pro mortuis gerēda, commemorauit. Scilicet orationes sanctæ ecclesiæ, & sacrificium salutare, & eleemosynæ, quæ pro defunctorum spiritibus erogantur. Et arguitur primo à parte negatiua. Gregorius ad Bonifacium, & refertur can. Animæ. 13. quæstione. 2. Animæ, inquit, defunctorum, quatuor modis soluuntur: aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. Non ergo sunt tantum tria. ¶ Secundò. Et cura funeris, & sepulturæ pompa, ad suffragia pertinere videntur. Refert enim Augustinus libro. 1. de ciuitate Dei antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata, & exequias celebratas, & sepultura prouisa: & Tobias, angelo id attestante, capitulo. 12. suæ historiæ sepeliendo mortuos Deum promeruisse refertur. Sunt ergo hæc defunctis adiutoria, alioquin vana essent. ¶ Tertiò & indulgentiæ quas ecclesia in subsidium mortuorum largitur, illis prosunt. Ergo nō sunt tantum tria illa suffragiorum genera. ¶ In contrarium videtur militare Augusti. allegata sententia.

Partiunegatiuæ argumētum primum.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Pars affirmatiua.

Restitutio & satisfactio nō sunt idem.

¶ In introitu statim quæstionis præsentis, hoc admonere operæ pretium est, quod distinctione. 19. prædiximus. Nempe restitutionem & satisfactionem, non esse rem vnam, sed diuersas. Restitutio nanque opus iustitiæ est inter homines: vt vnusquisque quod debet reddat, quanuis citra iniuriam fuerit acceptum: satisfactio verò fit Deo ratione iniuriæ. Quare suffragia ad satisfactionem pertinent, non ad restitutionem. Hoc ob id dixerim, quòd imperitum vulgus arbitratur animam defuncti in purgatorio detineri, quousque debitorum restitutio hic fiat, veluti si teneretur apud nos in carcere seculari: quod quidem res est falsissima, diuinæque iustitiæ aduersa. Etenim si defunctus dum viuebat, in ære alieno soluendo fecit, quod debuit, in suo scilicet, testamento id mandauit hæredibus, quos bona fide credebat suam executuros voluntatem: & aliud purgandum non habebat, illico euolabit in cœlum: quanuis debita nunquam soluantur. Quia culpa hæredum in illa restitutione facienda, nullatenus nocere potest defuncto: cùm in sua potestate non sit remedium adhibere. Deus enim neminem punit nisi pro proprijs culpis quas egit in corpore. Anima ergo non purgabit in purgatorio, nisi illud satisfactionis quod supererat remissis culpis. Quapropter purgato illo peccatorum reatu, quanuis debita nunquam soluantur, anima de purgatorio transmigrabit in cœlum. Alioquin si exitus à purgatorio à voluntate penderet illorum, quibus hic restitutionem facere incumbit, sequeretur, quòd si nūquam illam facerent, nunquam anima à pœnis illis eriperetur quod est concessu absurdissimum. Et conuerso si defunctus in restitutione hæredibus aut executoribus testamenti demandanda non fecit quod debuit, vtpote, quia non bona fide existimabat esse faciendam, damnabitur quidem, quanuis illico post mortem fortè æs alienum soluatur. Itaque defuncto post mortem nihil refert quando fiat restitutio nisi fortè existens in cœlo suorum diligentiam agnoscat, quæ illi erit grata. Sed executores testamenti vel hæredes tenentur debita soluere: vbicunque certe dant esse animam defuncti, siue in inferno, in purgatorio, siue in cœlo. Suffragia ergo sola sunt quæ existentes in purgatorio iuuant: siue quæ defunctus pro se fieri mandauit, siue quæ viui pro eis offerunt.

Imperitia vulgi.

Nota.

¶ Hoc ergo supposito ad quęstionem tribus conclusionibus respōdetur. Prima, licet tria *Prima conclusio.* sint potissimū & maximè propriè suffragiorum genera: scilicet, sacrosanctum sacrificium missæ, eleemosina, & oratio, nihilominus ieiunium quoque, & alia eiusmodi pœnalia opera ad id muneris conferunt. Probatur prior pars. Viuorum suffragia ex duplici radice

radice defunctis prosunt: scilicet, & quia viui defunctis per charitatem compingimur, & quia viuentium intentio, ad eosdem defunctos refertur. Quocirca ea viuentium opera suapte natura nata sunt defunctis præcipuè suffragari, quę ad communionem charitatis, vel ad directionem intentionis in alterum attinent: sacramentum autem altaris, quia Christum continet, quo tota ecclesia vnitur & consolidatur, est origo & vinculum charitatis inter omnes qui fideviua sunt membra eiusdem Christi. Et ideo illud est suffragiorum omnium princeps: & quod potissimè suo genere defunctis prodest. Inter effectus autem charitatis, quæ est inter proximos, principem locum obtinet eleemosina, quæ est miserorum subleuatio. Ob idque ratione eiusdem charitatis conuenit eleemosinæ propria ratio suffragij. At verò ratione directionis qua intentio in alterum dirigitur, oratio etiam propriè inter suffragia collocatur. Quippe quæ non solum respectum dicit ad orantem, vt cętera bona opera, sed ad illū pro quo oratur. ¶ Non constituimus hic vtra suo genere prestantior sit, oratio ne an eleemosina. Nam cùm oratio ad Deum immediatius dirigatur, præstantior suo genere est. Sed rationes explicamus quibus hæc proprie suffragia censeantur. Ieiunium verò non tam proprie refertur ad alterum, quàm alia tria, sed ad ipsum ieiunantem: nempe, ad macerationem & afflictionem proprij corporis. Et ideo quanuis propriè inter opera satisfactionis, quia pœnale est, annumeretur: non tamen tam propriè inter suffragia quæ pro alijs offeruntur. Et ea propter August. tanquàm propria suffragia illa duntaxat tria recensuit. Gregorius verò laxius extenso nomine ieiunium quoque comprehendit. Et eadem ratione flagella & humi cubatio & alia id genus tristia molestaque opera, potest homo pro suo defuncto in ratione suffragij perferre & offerre.

Sacrificium missæ.

Eleemosina.

Oratio.

Oratio.

Ieiunium.

Oratio est principium.

Ratio alia qua transit, qualis est in eleemosina.

Ratio alia qua transit, qualis est in sacramentis.

¶ Et per hoc solutum est argumentum Gregorij. Ex quo sequitur q̄ in ratione propria suffragij non tam estimanda est ratio pœnalitatis: quam patitur ille qui suffragatur (qualis est in ieiunio) quàm effectus, qui in alium transit, qualis est in eleemosina. ¶ Eadem est ratio in sacramentis. Baptismus enim & confirmatio, & reliqua, quia non sunt nisi mera sacramenta: quorum effectus solum recipienti tribuitur, qui regeneratur, confirmatur, & ordinatur, suffragiorum rationem minimè sortiuntur: sed eucharistia, quæ non solum sacramentum, verùm & sacrificium est. Quanquam virtute operis operantis possint reliqua sacramenta ad suffragia referri, quatenus homo vel baptizatur, vel confitetur, vel ordinatur, vt maiori cum dignitate pro suis oret defunctis. ¶ Autoritas verò illa Paul. 1. ad Corinthios. 15. Si omnino mortui non resurgunt, quid faciunt illi qui baptizantur pro mortuis? videtur insinuare quòd sicut eucharistia, ita baptismus offerri valeat pro mortuis. At verò ille Paulus imperitiam quorundam subnotat: qui dum ad fidem conuertebantur, postquam semel baptizabantur, vt fierent Christiani, rursum baptizari contendebant pro suis defunctis, qui sine baptismo decesserant, existimātes illis profuturū. ¶ At quoniam dictum est, sacrificium missæ omnium suffragiorum esse potissimum, admonito hic opus est: quòd quanquam id verissimum sit: ex obiecto & genere suo, quia Christus illic offertur, nihilominus ratiōe necessitatis pauperum, quos nobis Christus tantopere commendauit, dicens. Pauperes semper habebitis vobiscum, potest eleemosina quandoq; esse Deo gratior & acceptior in satisfactionē pro defunctis, quàm longa missarum multiplicatio. Absit vt quis negauerit missas imprimis esse pro defunctis offerendas. Veruntamē postquam aliquo numero pro ratione qualitatis personæ offerunt, melius est largissimas eleemosinas in pauperes profundere: q̄ centenas aut millenas missas accumulare. Necessitas enim pauperū etiam corporalis, efficere potest, vt verum sit tunc etiam verbum Christi. Misericordiam volo, non sacrificium. Et diuites iussit, vt de mammona iniquitatis amicos pauperes sibi conciliarent, qui eos reciperent in æterna tabernacula. Et in die iudicij non aliam rationem mittendi alios in vitam æternā, atque alios excludendi, commemorat, quàm quia esuriui & dedistis mihi manducare. Nam quod vni, inquit, ex mininis meis fecistis, mihi fecistis. ¶ Cæterùm missæ, quæ pro defunctis offerri ordinaria lege debent, sunt illæ quas ecclesia pro defunctis constituit dicendas: in quibus psalmos & collectas, ad rē propriē ac cōmodatas optimo iudicio selegit cantādas, aut recitādas. Quare rōne huius ecclesiasticæ institutionis eiusmodi missæ sunt magis meritoriæ & satisfactoriæ pro defunctis. Nihilominus ratione singularis deuotionis, qua defunctus erat erga sacratissimam virginem velerga

1. Corint. 15.

Eleemosinæ pro defunctis.

Defunctorū missæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

vel erga alium diuum affectus: potest fieri compensatio, vt aliæ missæ in honorem eorundem sanctorum offerantur, qui pro defunctis Deum exoratum curent.

Secunda cõclusio. ¶Secunda cõclusio. Quanuis sepultura, per se nuda rationem suffragij non induat, exequiæ tamen quibus funus curatur suffragia

Sepultura. sunt. In sepultura enim tria est considerare: scilicet, officium ipsum humandi tumulandique cadauer. Præterea pompas & ornamenta, quibus funus honestatur. Et tertiò exequias. Et de sepultura quidem fuit inter

Ethnicum error. Æthnicos error, ob id cadauera cremari aut humari, vt animæ quietis sedem obtinerent, qua ante cadauerum sepulturam potiri negabant. In quam sententiam August. il

August. lud Maronis Aeneidos. 6. refert. Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta Trãsportare, prius quàm sedibus ossa quierunt. Sed religio christiana fabulosa illa figmenta execratur. Vbicunque enim corpora nostra cadant, siue in bello, siue in mare, vt cadauera siue auibus, siue piscibus esca sint: pollicitus est nobis Christus nec capillum capitis nostri periturum. Ob idque nos admonuit ne eos qui corpora tantum occidunt, timeremus: quippe, qui in animabus nihil amplius habent quid faciant. De hac re loco citato Augustinus & lib. 1. de ciuitate Dei, & Chrysosto. super epistolam ad Hebræos, & refertur can. Vbicunque. 13. quæstione. 2. Vbicunque enim, inquit, sepeliamur: domini est terra & plenitudo eius. ¶At nihilominus offi-

Officium sepulturæ Christianæ. cium sepulturę Christianum obsequium est, idemque tum viuis, tum etiam ipsis defunctis vtile. Viuis quidem & quantum ad corpora, ne cadauerum aspectu offendantur, & fœtoribus afficiantur. Et speciatim quantum ad animas: quoniam per hoc officiũ fidem resurrectionis profitemur: deponentes corpora, vnde postea cum dotibus gloriæ resurgant. Et præterea affectum ostendimus quo charos nostros & necessarios etiam à nobis decedentes prosequimur. Qua

Cadauera non cremãtur. re cadauera nõ ritu gentilico comburimus, sed humamus, profitentes de terra corpora nostra esse plasmata, atque iterum in terram esse resoluenda: iuxta illud, Terra es, & in terram ibis. Præterquàm quod humana corpora exurere horror est. ¶Sed & defunctis quoque sepultura beneficium est. Nam sepulchra inspicientes eorum memoriam retinemus, & pro eis oramus, & alia offerimus suffragia. Quapropter & in locis sacris officiosa religio est, mortuos sepelire. Non quòd ex ipso opere & loco aliquid accrescat defuncto: sed ratione deuotionis, aut defuncti: qui præcipiens in aliquo sacello sepeliri, illius diui precibus se commisit: vel propter deuotionem viuorum, qui dum sacrificijs ibi intersunt, in memoriam defunctos reuocant. Ob id nanq;, vt eodem libro ait August. Sepulchra & tumuli memoriæ vel monumenta dicuntur, quòd moneant mẽtem. Ad hæc cùm caro sit pars naturæ, vnde Apostolus ad Ephesi. 5. ait. Nemo carnem suam vnquam odio habuit: ex illo iusto carnis affectu, homines charorum funera curant. Vnde eisdem locis Augustinus, Si paterna, inquit, vestis, si anulus, aut si quid huiusmodi, tanto charius posteris est, quanto erga parentes maior affectus, nullo modo ipsa asperenda sunt corpora, quæ vtique multò familiarius, atque coniunctius, quàm quælibet indumenta gestamus.

Sepultura opus misericordiæ. ¶Quapropter sepultura vnum ex operibus misericordiæ est: quod Tobias exercuit, & Christus etiam impendi sibi voluit: non tamen tantum, vt eius fit in die iudicij mentionem inter cætera facturus. Quinuerò Matthæi. 8. Illi qui sequi ipsum recusabat, causatus quod vellet mort ẽ patris expectare quẽ sepeliret, Dimitte, inquit, mortuos, id est, mortalia curantes, sepelire mortuos suos. Quanuis illic eos potiùs increpare voluit, quos cura viuentium parentum â professione religionis cohibet vel remoratur. Cæterum patres antiquæ legis in terra promissa sepeliri curabant: vbi Messias erat & nasciturus & moriturus. Qua vtique religione Abraham emit agrum, vbi sepeliuit Saram vxorem suam. Genesis. 23. vbi ipse postea tumulatus fuit, & Isaac, ac denuò Iacob, ex Aegypto illuc fuit deuectus.

Pompa funerum. ¶Pompa verò funerum nihil defuncto prodest, vt pullæ vestes, & atræ, & lamentationes & planctus. Nam vt ait Augustinus in eodẽ libro de cura pro mortuis, & Grego. 4. dialo. & refertur. 13. q. 2. can. Animæ, Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preri[illegible] oberit pio vilis aut nulla. ¶Quanquam si luctus illa indicia cum moderamine fiant, non sunt Christianæ religioni aduersa, vt Ambrosius in libro de obitu Theodosij. 13. & refertur. q. 2. can. Quia alij. Nã defuncto eodẽ Iacob, vt Gen. vltimo re-

Moderatus luctus.

fertur, præcepit Ioseph patrem sepeliri, & septem diebus luxit eum. Et Deutero. 24. legitur: quod defunctum Moysem filij Israel triginta diebus fleuerunt. Et Dauid luxit mortem Amon filij sui multis diebus. 2. Regũ. 13. Nam si de alijs temporalibus damnis, licitũ est cum moderamine tristari: multò iustius de morte parentis aut alius necessarij, cuius vita chara nobis erat, atque aliquid afferebat emolumenti. Christus enim super mortem Lazari lachrimatus est, & Maria Magdalena plorauit & fleuit ad monumentum

Excessus lacrymarum. Christi: sunt hæc enim amoris indicia. Excessus tamen est vituperio dandus, vt ait Cyprianus: can. Quam præposterum. eadem causa & quæst. Est enim aut pusillanimitatis, vt ait Chrysostomus, aut certè eorum qui non habent certam spem resurrectionis, aut

Apostolus. pluris hanc vitam, quàm illam perpetuam æstimantium. Vnde Apostolus. 1. ad Thessalonicen. 4. non simpliciter prohibet contristari de morte, sed contristari sicut gentes quæ spem non habent. Illæ enim resurrectionis fide carentes existimant defunctos simpliciter in perpetuum mori. Nos autem debemus existimare eos quasi dormire: ob idq; eo moderamine contristari, vt certa re-

Commiseratio. surrectionis spe consolemur.

¶In exequijs demum sunt primum sacrificia & canonici psalmi, quæ proprie suffragiorum rationem obtinent. Sunt & orationes, & preces, ad rem profectò aptissimæ, & in ordine nostro deuotissimæ. Adhibentur

Damascenus. præterea & oblationes: nempe, cera & oleũ, quæ quidem oblatio antiquissima fuit, vt Damascenus in citato sermone refert: sunt enim luminis fomentum, quod ante sacrificium & sacramentum altaris ardet. Vnde

Athanasius. Athanasius ibidem à Damasceno allegatus. Licet in aerem inquit, qui in pietate consummatus est depositus fuerit, ne renuas oleum & cæras, dominum inuocans in sepulchro accendere: accepta enim ista sunt Deo, & multum ab eo recipientia retributionem. Adhibentur nihilominus in sacerdotũ subsidium oblationes panis & vini, quæ rationem eleemosinarum repræsentãt. Hæc ergo officia religiosa sunt nisi vbi vani excessus, qui ad captandam inanem gloriam adhi-

Satisfactũ. bentur, religionem obn[illegible]nt. ¶Secundi

Argumẽ. ergo argumenti solutio per ea, quæ dicta sunt explicata est. Dictum est enim sepulturam per se non esse satisfactionem pro defuncto, sed resurrectionis testimonium: atq; illam ob causam Tobias in humandis hominibus officiosus fuit.

Tertia conclusio. ¶Tertia conclusio. Indulgentiæ quas ecclesia defunctis impertitur, eisin ratione satisfactionis suffragantur. De indulgentiarum beneficio, satis superque distinctione. 21. scriptum reliquimus. Quare impræsentiarum huius particulæ, quæ ad defunctos spectat meminisse sat est. Indulgentiæ enim quarum autoritatem penes ecclesiam esse, quarumque fructum nobis prouenire illic satis ostendimus, vel viuis conferuntur, vel etiam defunctis. Igitur quæ viuis conceduntur illis tantum prosunt, qui faciunt quod indulgentiæ iubent. Vt cùm indulgentię sub hac forma conferuntur. Quicunque talem erogauerit eleemosinam, aut basilicas visitauerit, hos dies aut annos remissionis obtineat: his duntaxat, qui id faciunt prosunt. Cùm verò in defunctorum subsidium sub hac forma indulgentur: si quis pro suis defunctis talem eleemosinam erogauerit, aut recitauerit psalmos, hæc aut illa remissio eis fiat: tunc illud subsidium per modum suffragij auxiliatur defuncto.

Notandũ. ¶Quo fit, vt illo loco adnotauimus, non eodem prorsus modo, quo viuis posse pontificem aut alium prælatum defunctis remissionem indulgere. Nam viuis bifariam id potest: vno modo per viam absolutionis, potestate clauium qua in subditos vtitur. Quinuerò, vt in sacramento prælatus absoluendo à culpis, etiã à pœnis vel in partem, vel non nunquam in totũ absoluit: ita & extra sacramentum, pro pia causa potest pontifex pœnas remissarum culparum absoluendo relaxare. Quamquidem autoritatem non habet in defunctos: eo quòd non sunt iam sibi subditi, neque ad eos eius iurisdictio extendi tur. Sed alio modo confert indulgentias per modum suffragij: & hoc pacto confert defunctis, applicando illis thesaurum ecclesiæ, quo defuncti ipsi censentur debitum soluere, vt expientur, sicut si personæ priuatæ pro illis satisfacerent.

Dubium. ¶At ambigere, vt illic etiam diximus fortè quis potest, non ea lege ordinaria & infallibili Deum acceptare indulgentias pro defunctis, qua lege meritum cõdigni acceptat ad præmium merẽtis, eo quòd defuncti iam sunt non modò extra iurisdictionem ecclesiæ, verùm & extra viam: vnde fit cõiectura nõ tam infallibiliter eas acceptare. Sed veluti in merito de congruo, si ei placuerit pre-

ces ac-

Universidad de Deusto Biblioteca

ces acceptat quas vnus pro alio fundit. Nihilominus tamen tutius est dicere, quòd semper, certa lege easdem indulgẽtias acceptat, sicuti & alia suffragia, & preces, quas ecclesia publicitus offert, postquam offeruntur pro illis qui sunt in gratia. Et idem videtur dicendum de satisfactiõibus priuatis & suffragijs, quæ singuli pro suis offerũt defunctis. ¶Sed

Dubium. vnum est hic graue dubiũ. Vtrùm si ille qui indulgentiam pro suo defuncto suscipit, est tunc in peccato mortali, prosit defuncto: & apparet prodesse postquam defunctus est in gratia. Ad hoc respondetur, vt eadem distin-

Solutio. quæst.2.artic.3.dicebamus: supposita illa veritate quòd existenti in peccato indulgentia non prodest, quod nihilominus si peccator sumat indulgentiam pro amico existenti in gratia, vẽ prodesse amico: quia sumens indulgentiam non facit nisi donare illã pecuniã & pretium amico, quo indulgẽtia constitit. Et isto modo etiam videtur prodesse defunctis, non in ratione meriti, quia illa solutio pecuniæ nullius est meriti. Sed quia indulgentia applicatur à Pontifice quomodocunque soluatur pretium. Secus si cõferretur indulgentia sub hac forma, Quicunq; recitauerit hos vel illos psalmos, aut visitauerit altare, obtineat pro defuncto talem remissionem. Nam tunc illa sunt propria opera facientis, quæ ideo si in peccato fiant, nullius sunt valoris. Et idem est si diceret pontifex. Si quis dederit eleemosinam pro suis defunctis: nempe, quod si fieret in peccato nihil prodesset.

Caietani opinio. ¶Eodem articulo quandam opinionem recitauimus Caietani in opuscul.21. quæst.q.5. dicentis indulgentias non prodesse defunctis nisi illis præcise, qui singularem deuotionem habuerunt ad claues ecclesiæ, per quas indulgentiæ conferuntur, & singularẽ curam gesserunt opitulãdi defunctis. Est tamẽ opinio singularis & infirmissimo fundamento subnixa. Augustinus enim, non ait nisi quòd suffragia prosunt quibuscunq; defunctis, qui in fide per charitatem operante decesserunt: quicunque enim eiusmodi defuncti meruerunt, vt sibi suffragia prodessent: quia decesserũt in charitate in qua suffragia fundãtur. Fingere ergo q̃ præter illud essentiale meritum requiratur aliud, quod Caietanus appellat accidentale, est gratis loqui. Cætera illic sunt reuisenda. Nempe, quẽadmodum, vt istæ indulgentię valeant requiritur pia causa, eademque pro quantitate indulgentiarum sufficiens, & reliqua.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm suffragia quæ pro singulari defuncto fiunt plus ei quam alijs prosint, aut plus quàm si in genere pro pluribus fierẽt.

POstremo tandem articulo, quæritur de modo & gradu quo suffragia auxiliantur defunctis. Et est bipertitus. Vtrùm scilicet suffragia quæ pro vno fiũt omnibus æquè prosint. Et è conuerso vtrũ quæ p pluribus in genere fiunt, tantũdem singulis prosint, quã si pro singulis offerrenť. Et arguitur à parte affirmatiua vtriusq; membri. Suffragia, vt secundũ Aug. dictũ est, illis sunt defunctis adiumẽta, qui dũ viuebant meruerunt, vt sibi post obitum prodessent. Sed oẽs in charitate ab hac luce demigrantes id meruerũt. Imò plus illi qui auctiori charitate decesserunt: ergo illis cumulatiùs prosunt. ¶Secundò arguit, quia nisi hoc esset verum cùm pro pauperibus rariora offerant suffragia, deterioris essent cõditionis, cõtra illud Lucæ.6. Beati pauperes spiritu: q̃m ipsorũ est regnũ Dei. ¶Tertiò de altero mẽbro arguitur. Suffragia, præcipuè orationũ, diuina virtute nituntur: sed diuinæ virtuti non est difficilius multis quã paucis subuenire: ergo quantum quis iuuaret oratione singulari pro eo oblata, adiuuabitur, licèt offerať simul pro pluribus. ¶In contrariũ est exemplũ quod ab humanis licèt ad diuina transferre. Etenim q̃ quis pro aliquo debitore peculiariter soluit, nõ soluit pro alijs. ¶Item si oratio pro pluribus oblata tm prodesset singulis, quãtum si singulariter pro illis offerretur, vana esset ecclesiæ consuetudo statuentis, vt pro singulari defuncto, singulare fieret suffragium.

Partis affirmatiuæ argumentum primum.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Pars negatiua.

Præpositiui.

¶Ad quæstionẽ tribus cõclusionibus rũdet. De prima enim quęstiõe fuit Prepositiui de quo supra meminimus, opinio, quòd suffragia facta pro vno defuncto nõ plus ei quam vniuersis prosunt, imò tanto plus alijs, quãto maiori fuerint præditi charitate. Id quod duobus exẽplis ostẽdebat. Primò q̃ si fax in aula accendať regi, nõ plus ei quã aulicis ibidem astantibus lucet, imò plus alijs qui perspicaciori fuerint visu. Item si prælato ad mensam q[illegible] legatur, non magis ipse lectionem audit, quam reliqui assidentes, imò reliqui eo magis quo acutiorem habuerint auditum. Alij verò per oppositum dicunt simpliciter magis prodesse illi pro quo suffragia

suffragia fiunt quàm reliquis. ¶Est tamen operæpretium, & de suffragijs ipsis, ac subinde de eorum valore distinguere. Suffragia enim, vt supra diximus, alia sunt in genere oblata, quorum cuncti Christi fideles sunt participes: alia verò quæ peculiariter pro hoc aut illo offeruntur. Et hæc rursus in duplici differentia: quædam scilicet, quæ sua sponte amici & necessarij pro suis defunctis offerunt: alia verò quæ defuncti ipsi pro se fieri iusserunt: & hæc sunt omnium maximè peculiaria. Rursus suffragia trifariam prodesse possunt, vno modo in ratione satisfactionis, vt hactenus dictum est. Secundo in ratione orationis & impetrationis, vt dum quis orat Deum, vt pœnas defuncto condonet. Quæ quidem impetratio non necessariò consequitur orationem, quia non est meritum condignum. Tertio modo per modum meriti de congruo, quia omne opus factum in charitate pro alio qui est in charitate potest ei mereri de congruo: & ideo existentiin purgatorio potest mereri aliquam remissionem pœnæ.

Prima conclusio. ¶His suppositis, sit prima conclusio. Suffragium peculiariter oblatum pro singulari defuncto, licèt ratione charitatis in qua fundatur, prosit quibuscunque in ea existentibus: nihilominus simpliciter plus prodest illi pro quo offertur. Quinuerò sæpè in ratione satisfactionis illi soli. Sensus prioris partis est, quòd cùm fit satisfactio pro vno defuncto, omnes existentes in purgatorio, qui illud beneficium nouerint, imò & viui oblectantur de illo beneficio alieno quod ille suscipit: & quo sunt maiori charitate infusi magis oblectantur. Sed nihilominus in ratione satisfactionis soli illi auxiliantur pro quo offeruntur. Siue indulgentiæ sint ecclesiasticæ, siue priuatæ eleemosinæ. Diximus autem sæpè illi soli prodesse: quia sacrificia communia, & publica ecclesiæ licet pro singulari defuncto offerantur: etiam pro alijs quodammodò satisfaciunt. Quare & collectæ communes intermiscentur, tametsi non tantum quantùm pro illo, pro quo offeruntur. ¶Quocirca exempla illa præpositiui nõ sunt ad rem accõmoda. Suffragia enim hæc peculiaria, non comparantur lumini aut lectioni quę non potest vni il[illegible] in luceat alijs astantibus: neq; auditi ab vno quin audiatur ab alijs. Sed cõparatur solutioni: quã quispiam singulariter pro aliquo amico facit, & non pro alijs. ¶Secunda conclusio. Inter particularia suffragia illa magis sunt singularia ac perinde cæteris paribus plus adiuuantia, quæ ab ipso defuncto sunt fieri iussa. Quoniam sunt veluti propriæ satisfactiões, quibus quispiam sua propria deuotione & opera pro se ipso satisfacit.

Secunda cõclusio.

¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quod iusti non meruerunt in hac vita absolutè, vt omnia suffragia futura in ratione satisfactionis illis prodessent: sed conditionaliter, si pro illis offerrẽtur. Illud enim mereri non fuit aliud quàm facere se per charitatem capaces illorum suffragiorum quæ pro illis fierent, atq; habiles ad eorum percipiendum fructum. ¶Ad secundũ verò quod de pauperibus subiungiť, respondet hic Magister sententiarũ duas referendo opiniones. Quidam enim dicebant, quòd pauperibus tantùm suffragantur sola communia suffragia ecclesiæ, quantum diuitibus communia simul cum specialibus. Alij verò quòd specialia auxiliantur diuitibus, vt celerius à pœnis liberentur, non tamẽ vt plenius. Sed sunt opiniones desertæ. Et ideo respondetur cũ Diuo Thoma nihil obstare quominus diuites hac parte melioris sint cõditionis: vt scilicet cumulatioribus eleemosinis, magis subleuentur à pœna purgatorij. Sed multo pretiosius est, quòd pauperes, cum minori periculo, & maiori cumulo charitatis ad ampliorẽ gloriã acceptentur: cum diuitibus neq; tam facilis sit ingressus neq; ad tantam gloriam.

Solutio primi argumẽti.

Solutio secũdi argumẽti.

¶Circa secundam conclusionem est dubiũ. Vtrùm dum defunctus tanta pro se iussit sacrificia & eleemosinas atq; alia suffragia fieri, quæ toti pœnę purgatorij persoluẽdæ sufficerent, mora postmodũ eadem suffragia faciẽdi eidẽ noceat defuncto, ne tam cito pœnas euadat. Videtur enim nihil ei nocere: nã vt de mora restituendi art. precedenti dicebamus: id quod in potestate defuncti non existit nullũ debet ei nocumentũ afferre. ¶Respondetur bifariam huiuscemodi suffragia considerari, vno modo in virtute operis (vt aiunt) operati: atque alio virtute operis operantis. Atqui nomine operis operati non tantum intelligitur sacrificium missæ, sed quantitas ipsa eleemosinæ, & numerus missarum, quæ fieri & offerri iubentur. Et opus etiam operantis intelligitur, vel ipsius suffragia mandantis, vel ministri mandatum exequentis. Quantum est ex virtute operis operantis: nempe, iubentis opus fieri, cum primũ moriturus iubet hæc vel illa suffragia

Dubium.

Solutio dubij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fragia fieri, quæ bona fide facienda credit: consequitur valorem ex opere operantis: scilicet, ipsius iubentis proueniẽtem: siue postmodum suffragia fiant, siue nunquã. Itaque si ratione illius affectus, & iussionis, dignum est, vt quatuor ei gradus pœnarum remittãtur: nunquam illos in purgatorio patietur. Quod autẽ respondet operi operato, & affectui exequentis mandatum, non assequetur vsque dum suffragium executioni mandet. Exempli gratia. Si in suo testamẽto scripsit, vt decies sacrificium missę offerretur pro eo: valorem sacrificij, & illum qui deuotioni sacerdotis respondet non consequet, quousq; eadem offerãtur sacrificia. Et si iussit eleemosinas erogari in pauperes, qui orarent pro ipso, neque valorem illarum precum obtinebit, quousque fiant. Quapropter non est eadem ratio quæ de restitutione: nam hęc sunt suffragia quæ oblata prosunt, & secus minimè. Quo fit multum referre quod statim demandata suffragia opere compleantur.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio. Suffragium pro multis oblatum, nulli eorum tantùm prodest: quantum si pro illo duntaxat offerret. In eleemosinarum exemplo, clarissima est conclusio, quippe quæ ex superioribus colligitur. Dictum enim est, suffragia & ex radice charitatis prodesse, & ex intentione ad certam personam relata. Ex radice charitatis nascit gaudium & oblectatio iustorũ, sed ex intentiõe pullulat satisfactio. Igitur siquis decẽ aureos in satisfactionem decem defunctorũ distribuat: scilicet, pro singulis singulos: certũ est pro nullo tm̃ satisfacere, quantũ si pro illo decem oẽs largiretur. ¶ De sacro sanẽto verò sacrificio missæ supra distin.13.q.2. arti.1. latè discussum reliquimus. Vtrùm oblatũ, ꝑ pluribus tantũ pro singulis satisfaciat, quantũ si pro singulis offerretur. Et tenui iudicio nostro pars negatiua probata fuit. Quãuis offerẽtes, nempe astantes, qui oẽs suo ordine offeruiunt, nõ quo plures sunt, eo quisq; minus percipit fructus. Quoniã singuli totũ sacrificium offerũt. Et eandem opinionem hic D. Thomas docet. q.12.ar.4. quęstiuncula.3. in solutione secundi, dicens. Quod q̃uis virtus Christi quæ continet sub sacramento eucharistiæ sit infinita, tamẽ determinatus est effectus ad quẽ illud sacramentũ ordinatur. Vnde nõ oportet ꝙ per vnum altaris sacrificiũ, tota pœna eorũ, qui sunt in purgatorio expietur: sicut etiam nec per vnum sacrificium quod aliquis homo offert, liberatur à tota satisfactione debita pro peccatis. Qua de causa, quandoq; plures missæ in satisfactionem vnius peccati iniunguntur. Quibus verbis manifestè D. Thomas confitetur opinionẽ hãc, quæ tandem more & vsu ecclesiæ confirmatur: quippe quæ pro singulis personis singulas missas offerre consueuit: testata non tantum prodesse singulis, si ingenere pro multis offerrentur. At quoniã loco citato etiam emunctius, quam libr.9. De iusti. & iure. q.2. arti.2. hanc quæstionẽ discussam decidimus: molestum esset eandem impræsentiarum repetere. ¶ De orationibus ergo & psalmis eadem est ratio, ꝙ si pro vno particulari offerãtur, vt defunctorũ vespertini & nocturni, & collectæ, plus illi prosunt quã in genere pro multis oblatæ. ¶ Vnum aũt Hieronymi verbum de consec. dist.5. can. Non mediocriter offert argm̃ in contrariũ. Ait quippe. Cùm pro cunctis animabus psalmus vel missa dicitur, nihil minus quam si pro vno quolibet diceretur, accipitur. Ad hoc aũt respõdimus loco citato, De iustitia & iure, per distinctionem quam hic secundum S. Thomam secuti sumus. Nempe quod ex radice charitatis nõ minus meretur, qui pro pluribus psalmũ offert, quàm qui pro vno: imò maius prębet charitatis indiciũ. Et singuli eorum, qui sunt in charitate, ęquale oblectamentum & gaudium percipiunt. Sed tamen ratione intentionis quæ ad vnum dirigitur, non tantum satisfactionis applicatur singulis quàm sipe culiariter pro vno offerretur.

Valor sacrificij missæ.

D. Thom.

Hieronym.

QVAESTIO TERtia, De orandis sanctis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm Sancti sint à nobis orandi.

TERTIA hæc quæstio, de orandis sanctis adhiberi hic solita est, vt simul cum suffragijs quibus nos existentes in purgatorio iuuamur, orationes cõponamus quibus nobis vicissim sanctis suffragantur. At verò quoniam materia hæc de oratione non est loci huius propria, sed ad materiã spectat religiõis, de qua ideo D. Thomas. 2.2. q.83. locupletissime disseruit. Solam hanc particulam de orandis sanctis hic breuiter disputabimus. Est ergo primus articulus, vtrùm sancti sint orandi. Et arguitur à parte negatiua. Vanum est illos orare qui nostras non audiũt orationes: sanctiverò nec nobiscum conuersantur, nec nos exaudire possunt: ergo vanum est cum illis nos orando colloqui. Minorem Augustinus in libro, de cura pro mortuis gerenda: multis id videtur probare. Inducens enim illud Isaiæ.63. Pater noster es, & Abraham nesciuit nos & Israel ignorauit nos: hoc pacto colligit. Si tanti patriarchæ quid erga populum ab eis procreatum ageretur ignorauerunt, quomodo mortui viuorum rebus atq; actibus cognoscendis adiuuandisq; miscentur? Quasi dicat nullo modo. Idemq; confirmat ex historia iusti Iosiæ.4. Regũ.22. quem Deus morte præuenit, ne mala gentis suæ videret. ¶ Secũdo arguitur. Non opus est amicos principis adire, qui ꝑ nobis interpellẽt, nisi quia eos, aut clementiores arbitramur quàm principẽ ipsum, aut in nos magis propensos: Deus autem infinitum clemẽtior est in nos quàm omnes sancti, & paratior nobis suppetias ire: quippe, qui vt habetur Apocalypsis.3. ad ostium nostrum semper assistit pulsans: ergo nihil opus est sanctos inter ipsum & nos interponere: imo videmur iniuriam illi irrogare, dũ per alios impetrare cogitamus, quod ipse paratissimus est nobis conferre. ¶ Tertiò arguitur. Alium quemuis mediatorem inter nos & Deum agnoscere, hęresis est contra illud Pauli.1. ad Timoth.2. Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Quicunque autem diuum aliquẽ precatur, qui pro ipso apud Deum intercedat, videtur diuum illum facere mediatorem: ergo illud hæreticum est, tantum abest, vt sit licitum. Et confirmatur ex verbo ipsius. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Non dicit: in nomine alius cuiuspiam, sed in nomine meo. ¶ Quartò arguitur. Sancti iam sunt extra viam merendi aut demerẽdi: ergo quãuis iusti in hac vita mutuis se inuicem apud Deum orationibus iuuare queant, tm̃ postq̃ sunt in patria, minimè eandem habent potestatem. ¶ In contratiũ autem est illud Iob.5. Voca si est qui tibi respõdeat, & ad aliquem sanctorũ cõuertere. Super quo loco ait Gregorius. Vocare nostrum est humili Deum prece deposcere: ergo ad propiciãdum Deo, sanum est sanctos interponere.

Quæstio prima.

Sancti an orandi.

Argumentum pro parte negatiua.

Argumentum pro parte affirmatiua.

¶ De hac quæstione vetustissima est hæresis, orationes negantium, quibus sanctorũ charitatem pulsamus. Fuit enim vetustissimus Eustachius, qui primus reperitur huius hæreseos autor, de qua fuit in concilio Gangrensi condemnatus. Quæ subinde hæresis per Vigilantium reuixit, & contra ipsum de eadem re bis scripsit abundè Hieronymus. Postmodum verò Valdenses eandem hæresim suscitarunt: ac subinde V Vitcleff protegit. Atq; illa tandem hæreticorum progeniesvsq; ad Lutherum propagata fuit. Et est hæresis hæc illius germana, quę contra venerationem sanctorum oblatrat. Bona enim pars venerationis sanctorum est, illos, ceu patronos nostros apud Deum agnoscere. Quare qui sanctos orant non possunt non eos venerari, neq; qui eos non veneratur possunt precationibus adire. Summa argumentorũ quibus vtuntur, est illa quadrifida, quam inter proponendum attulimus. Sed est hęresis etiam ipsa, quadrupliei nomine damnanda. Est inquam, in sanctos contumeliosa, impia, blasphema, & temeraria: quippe, quos negat & miserias nostras cognoscere, & earum miserere, & illo esse apud Deum, tum honore, tum etiam facultate, vt pro nobis apud ipsum interueniant. ¶ Ad quæstionem igitur vnica conclusione respondetur. Sanctos tanquã patronos nostros orare: qui apud Deũ nobis suffragentur, religio est christiana: cui qui reclamat hæreticus est. Ad intellectum conclusionis notãdum orationem bifariam alicui offerri. Vno modo, vt quasi per ipsum fit implenda: atq; alio quasi per ipsum impetranda. Et primo quidem modo cõstantissimum est, soli Deo vniuersas orationes nras esse porrigẽdas. Et ratio est hæc. Omnes orationes ad gratiam & gloriam obtinendã relatas esse oportet. Quicquid emẽ Deũ poscimus, aut hic finis esse debet, aut medium ad huius cõsequutionem relatum: hoc quippe est quod spiritus sanctus orare nos docet, vt ad Roma.8. ait Apostolus: & de quo ait ipse. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: quoniam gratia & gloria sunt, quas per suam nobis passionẽ mercatus est. Vnde Iacobus non ait. Si quis vestrum re quacunq; indiget postulet à Deo, sed si quis vestrum indiget sapiẽtia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat: & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hæsitans. Vbi nomine sapientiæ intelligit virtutem &

Hæreses oorationes negantium.

Conclusio.

Duplex oratio.

Solus Deus quomodo orandus.

Iacobi.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem & gratiam Dei quam absq; hæsitatione petere debemus. Nam si quid aliud diuersum petamus, nescimus quid petamus: Gratię autem & gloriæ solus Deus est autor, iuxta illud psalmi. Gratiam & gloriam dabit dominus: ergo vniuersas orationes, si rectæ sint, soli Deo sunt porrigendæ ac dirigendæ, tanq; per ipsum adimplendæ. Quocirca de hoc orandi modo, non loquitur nostra conclusio, sed de altero, quo preces ad quempiam dirigimus, tanquã per ipsum impetrandas. Quo sensu, probatur hæc veritas: nempe, quòd religio sit sanctos orare: non vt per ipsos orationes nostræ Deo innotescant: veluti aulicos precamur, vt petitiones nostras in regis notitiam deferant, sed vt Deus qui illas prius agnoscit precibus & meritis ipsorum annuẽs, id quod poscimus largiat nobis. Ordo nãq; diuinæ sapientiæ secundũ Dionysium. ca. 4. de cœlesti hierarchia, est: vt per superiora inferiora dispenset & gubernet. Quocirca, vt per cœlestes orbes terrena ista fœcundat, ita & per superiores angelorum hierarchias, mysteria inferioribus reuelat: & per angelos docebat prophetas, qui populum erudirent: & in ecclesia per superiores prælatos influit in populum sacramenta gratię. Eadem ergo ratione per angelos & fœlices animas, quæ in patria triumphantes requiescũt, res nostras, qui in deinhoc seculo peregrinamur, nobis sæpè dispẽsat. Et cùm per eandem viam, qua à Deo gubernamur, debeamus in ipsum reduci: cõsentaneum est, vt ad eosdem sanctos angelos atque animas, qui diuina nobis, tanquam Dei famuli afferunt, per nostras orationes recurramus. ¶ In qua re, nõ modo nihil honoris Deo detrahitur, imò multum ei defertur: quippe qui eo honore seruos suos dignatur, vt quæ sua ipse autoritate facturus est, per ipsos, tanquam per veros amicos, velit dispensare. Id ipsum Dauid cõtemplatus aiebat. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Et Christus. Iam non dicam vos seruos, sed amicos, Et si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in cœlis est. Ioannis. 12. Non enim ob id solum gloriosus est Deus in sanctis suis, quòd ab eo gloriam recipiunt, & ei vicissim gloriam decantant: verùm & quod tali eos honore extulit, vt tanquam nostros intercessores & aduocatos in suum conspectum admittat. Pollicitus est illis Christus, qui relinquentes omnia sequuti sunt ipsum, quòd assessuri essent illi in regeneratione, & iudicaturi cum eo tribus Israel. Quos ergo admissurus est, vt causas nras secum iudicent, cur non admittet, vt apud ipsum eas tractent: vt qui futuri sunt postea iudices nostri, sint prius nostri patroni? ¶ Secundò alijs sacris testimonijs arguitur, legimus enim Gene. 20. quòd Abraham pro rege Abimelech Deum deprecatus, veniam illi obtinuit. Et Moyses, vt Exod. 32. legitur, veniam populo de conflato vitulo precatus obtinuit. Vnde illud citatum verbum, Eliphat, amici Iob. Ad aliquem sanctorum conuertere, indicat in more fuisse celebrimo, vt iusti homines pro alijs orarẽt. ¶ Cauillabatur autem hæreticus ille Vigilantius seu Dormitantius, veluti nunc Lutherani faciũt, dicens, posse viros sanctos in hac lubrica vita orare pro alijs, quia sunt in via & statu merendi, cognoscendiq; alienas miserias, cæterùm postquàm sunt in paradisum recepti: quoniam iam tunc iustum præmium suorũ meritorum adepti sunt, nostra neq; cognoscere, neq; curare: quia neq; vindictã sui sanguinis martyres impetrare possunt, quãuis, vt Apocalyp. 6. legitur clament. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, quiefusus est. Egregiè tamen Hieronymus in altero duorum librorũ quos in ipsum ædidit, sic eum redarguit. Dicis in libello tuo, quòd dum viuimus, mutuò orare possumus: sed dum mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio: præsertim cum martyres vltionem sui sanguinis orantes impetrare nequiuẽre. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando de se adhuc debent esse solliciti, quãto magis post victorias, coronas, & triũphos? Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à domino veniã: & Stephanus imitator domini sui, & primus martyr in Christo, persecutoribus veniam deprecatur: & postquam cum dominо esse cœperint minus valebunt? Paulus apostolus Actu. 27. ducentas sexagi[illegible] bi dicit in naui animas condonatas, [illegible] resolutus esse cœperit cum Christo, tũc oraturus est, & pro ijs qui in toto orbe ad suum euangelium crediderunt, mutire non poterit? meliorque erit Vigilantius canis viuens, quàm ille leo mortuus? Hactenus Hieronymus. ¶ Sic ergo argumentum contra istos instruitur. Radix mutuarũ orationũ inter amicos est charitas, illa autem in beatis, tum non solũ permanet (quia charitas, vt ait Paulus nunquam excidit) verum est in perpetuum

Probatio cõclusionis.

Dionysius.

Honor Dei.

Testimonia sacra.

Hæreticorũ cauillu.

Hieronym.

Argumentum.

1. Corin. 13.

tuum confirmata: ergo non est cur non multo illic instãtius quàm hic, orent pro nobis. Atq; adeo cùm possint Deo reuelante nostras percipere petitiões, commodum est & congruum, vt illas nos eis offeramus. ¶ Accedit & illud Iacob, Gen. 48. qui sic nepotibus benedixit. Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoq; patrũ meorũ Abrahã, & Isaac. Vbi docemur tam angelos quàm sanctos defunctos, inuocato eorum nomine, nobis esse subsidio. Eadem enim ratione Moyses loco supra citato merita Abrahæ Isaac, & Iacob, ante Dei oculos proposuit, vt populo indulgeret. Et Daniel. 3. Azarias positus in fornace. Ne quæsumus: inquit, tradas nos in perpetuũ propter nomen tuum, neq; auferas misericordiã tuã à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuũ. Si ergo sanctorũ merita nobis præsidio sunt & auxilio, cur & eorum orationes non magnopere conferant? Huc pertinet visio Iudæ Machabæi. 2. Machabæ. 15. qua vidit Oniam sanctum sacerdotem, in limbo orantem pro omni populo Iudæorum, ac subinde Ieremiam, de quo Onias dixit? Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. ¶ Præterea, & ad honorem diuinæ maiestatis accedit, vt quas ipse nouit petitiones nostras, sanctiangeli ac perinde animæ, illis insertæ easdem eidẽ maiestati offerant. Vnde Apocalyp. 5. Ioannes vidisse refert quatuor animalia, & viginti quatuor seniores, qui ceciderũt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramẽtorum, quæ sunt orationes sanctorum, Et Apocalyp. 8. ait vidisse angelum stantem ante altare, habentem thuribulum aureum, & data illi esse incensa multa, vt daret de orationibus sanctorũ omniũ, super [illegible] re aureum, quod est ante thronum D[illegible] abdit quòd ascendit fumus incensorum [illegible] orationibus sanctorum, de manu angeli coram Deo. ¶ Testimonia sanctorũ huc percensere immensum opus esset: ab antiquissimo enim Dionysio Areopagita, qui capit. 7. de cœlesti hierarchia, de veneratione & oratione sanctorum religiose scripsit, longa patrum series eandem veritatem cõtestata est. Et Hieronymus aduersus Vigilantiũ: Et Cirillus libro. 6. aduersus Iulianum apostatam. Et Bernardus sermone. 66. super Cãtica, eos ceu hæreticos obiurgant, qui orandos sanctos denegãt. ¶ Sed præ omnibus eiusmodi testimonijs rem stabilire sufficit ecclesiæ cõsuetudo celeberrima, plurimis cõcilijs constabilita. Non enim solum inter sacra missarum solennia, sanctorum merita cõmemorat, qui pro nobis assistãt apud Deũ, verũ & in solennibus litanijs, postq̃ sanctam trinitatem tanquã primum gratiæ & gloriæ omniumq; bonorum fontem, precatur, vt misereatur nostri: diuorum subinde ordinẽ subiũgit: quos tanquam nostros aduocatos obsecrat, vt orent pro nobis. Quo verborum discrimine, Miserere nobis, & Ora, p nobis, declarat diuersos modos & gradus quibus Deum debeamus ac sanctos orare. Vnde in concilio Gangrensi cap. 20. condemnantur, qui basilicas martyrum earumq; memorias contempserint. Et in concilio Aurelianensi, & in concilijs Toletanis. 3. & 6. & in concilio Bracharensi, eiusmodi litaniarum, hoc est, rogationum ritus sancitur. De consecratio. dist. 3. can. Rogationes. Accedit tandem, & festorum obseruatio in honorem sanctorum quæ tum in eorum veneratione, tum ob eorum, quibus iuuamur patrocinia sancte instituta sunt, vnde sancta consideratione duo sunt quotannis dies coniuncti: quorum altero sanctorum omnium, qui nobis suffragantur, altero verò animarum, quæ nostris suffragijs expiantur, memoria celebraretur.

¶ Ad primum igitur argumẽtum iam supra responsum est, quòd si natura tãtum anima rum separatarum consideretur, nequeunt, quæ apud nos fiunt agnoscere. Si tamen naturam diuinæ essentiæ, quam intuentur contemplemur, illic vident quæ ad suum attinẽt statum. Essentia quippe diuina speculũ est suapte natura omnia repræsentans. Obidq; Deus ipse, qui se comprehendit, vniuersa in se ipso conspicit. Creaturæ autem quę ipsum non comprehendunt, non cuncta, quę in eo sunt vident: sed est illis voluntarium speculum: eis scilicet repræsentans quicquid eis nosse cõgruit. Condecet autem sanctos orationes quę ad ipsos legitimè offeruntur intelligere: quas ideo illic perspiciunt. Vnde Gregorius. super illud Iob. 14. Siue nobiles fuerint filij siue ignobiles, non intelligent. Hoc de animabus, inquit, sanctis sentiendum non est: quia quæ intus omnipotẽtis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est, quod sit foris aliquid quod ignorent. Ad eorum, scilicet, statum pertinens. Patres verò in limbo,

Ecclesiæ cõsuetudo.

Concilia.

Festa eũdem san. & animarum.

Solutio primi argum.

Gregorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia non videbant, non cognoscebant de rebus nrīis, nisi quæ Deus illis in proprio genere revelabat. Et ideo Iosias illic existens mala gentis suæ non videbat. ¶Ad secundū rūdeī quod q̃uis clemētissimus Deus paratissimus sit nobis opem ferre, non inde colligit superfluū esse orare sanctos. Alioqui, nec nobis opus esset pro nobis ipsis orare. Vult em̄ ea quæ nobis largiri percupit, vt ab ipso supplices flagitemus. Quia hoc & ad gloriā suā confert: & ad nr̄am vtilitatem, vt in eius amorem excitemur, & nr̄as miserias confitentes humiliemur. Et eadem rōne vult, vt ad sanctos recurramus, qui in sua sunt amicitia cōfirmati. Nam per hoc & indignitatē nostrā humilius confitemur: & cum non solū in se, verū in suis sanctis glorificamus. ¶Quod si redarguas. Oratio est religiōis cultus, qui soli Deo debetur. Respondeī, ꝙ per hoc ei soli impendimus latriæ cultum, ꝙ ad eum duntaxat orationes fundimus: tanq̃ ad eum qui solus pōt illas implere. Interponere aūt sanctos, qui pro nobis interpellent, nō est eos colere, vt Deum, sed cultu duliē, vt Dei amicos.

Solutio secū di argumē.

¶Et ideo ecclesia vniuersas collectas, etiam illas quibus in sanctorū celebritatibus vtitur, nō ad ipsos, sed ad Deum ipsum dirigit: quia non sunt illi vnde nobis auxilia prouenīūt: sed Deus qui ob eorū patrocinia nobis succurrit. Obidq; non in sanctis, sed in Deo solo, inquem fides ac perinde spes nostra tēdit, collocanda est nr̄a fiducia. Vnde Aug. super illud psal. 120. Leuaui oculos meos in mōtes, vnde veniet auxiliū mihi. Nulli inquit: præsumant de montibus, quia ipsi montes nō à se lucent, sed ab illo de quo dictum est. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hoīem venientē in hunc mundū. Montes pōt intelligi hoīes clari, ceu Ioannes Baptista, quo nemo surrexit maior, & tñ cōfitetur quod nos oēs atq; adeò montes ipsi de plenitudine Christi accepimus. ¶Sic ergo sancti sunt orandi, vt tamē non in ipsis, sed in misericordia Dei, vnici salutis nostræ autoris confidendū nobis sit: ipsum em̄ non sanctos precamur, vt misereat nostri. Quare abusus loquendi est: parcat mihi Deus & beata virgo: hoc est em̄ ipsam Deo æquare. In solum nanq; Deum peccamus iuxta illud psal. Tibi soli peccaui, & ideo solus ipse est, qui peccata dimittit, vt Pharisæi. Marci. 11. confessi sunt. ¶Ad tertiū respondetur: quod si mediatoris nomen proprio significatu vsurpeī, solus Christus est, vt ait Paulus, mediator Dei & hominum, eò quod solus ipse de condigno sic nobis gratiā & gloriam meruit: vt quicunque eius membrum fiat, sit patri ad vitam ęternā acceptus. Quo pacto nulla creatura esse potest mediatrix. Et ideo sancti potius dicūtur nostri, vel patroni, vel aduocati, vel intercessores. Quod si dicantur mediatores, in hoc sensu est nomen intelligendū. Quapropter Christū non vt cęteros sanctos oramus, vt oret pro nobis, sed vt nr̄i eum misereat. Vt enim ad patrē & spūm sanctum dicimus Kirieeleyson, ita dicimus Christe eleyson: hoc est, Chrē miserere.

Collectæ deo omnes diri git ecclesia.

August.

In sola misericordia Dei confidē dum.

Solutio tertij argumē.

¶At verò, licet, quia ipse est, ꝓpriè mediator, noīe eius debeamus Deū orare, vt exoratū habeamus: qua vtiq; ratione ecclesia oēs collectas concludit dicens. Per dominum nr̄m Iesum Christum: Nihilominus, vt Deus gloriatur in sanctis suis, per quos vult orari: ita & Christus gloriatur in membris suis, vt etiam suo ordine & loco, à nobis orentur. vt apud patrem, & apud ipsum, & apud spiritum sanctum pro nobis intercedant. Nam et si merita Chri, nostrorū sint causa, nihilominus & nostra, quæ fauore suo & gratia nituntur, verè sunt merita: quibus in hac vita gloriam meremur, & sancti meruerunt, vt in patria sint quoq; interpellatores pro nobis. ¶Et per hoc solutum restat quartum argumentum, quod nobis hæretici obijciūt, colligentes, quòd cùm sancti in patria mererinō valeant, nequeant pro nobis orare. Respōdemus, inquam, collectionē nullam esse. Eodē enim pacto colligerent, quod neq; eorū merita nobis prosunt. Igitur licet illic non mereantur, meruerūt tñ in hac vita, vt in patria tum sua merita nobis prodessent, tum ꝓ nobis orarent. ¶Quod si redarguas eadem rōne eos qui sunt in purgatorio, orandos à nobis esse: negatur consequentia. Quia cum non sint beati, orationes nr̄as non audiūt. Et fortasse tormenta quibus affliguntur, facultatem eis non faciunt orandi pro nobis. Sicut illi qui erant in limbo, credendi sunt orasse pro suis. Quanquā cum in purgatorio sint in charitate, fortasse non impediunt, quin orent pro nobis. Sed hoc est tenuissimis conjecturis agere. ¶Vnum autē hic admonere non pręteribo, sic, inquam, in sanctos esse debemus affecti, vt in Dominum Iesum Christum, per quem ipsi sunt sancti, præ cunctis debeamus esse deuoti. Videas in repētinis necessitatibus sacrosanctam virginē (quod sanctissimum est) atq; alios diuos inuocare, nomen verò Iesus, quā rarissimè. Cùm tñ illud

Solutio quarti argumē.

Obiectio.

Deuotio in Christū commendatur.

sit in quo nos oporteat saluos fieri, & in quo omne sit genu flectendum. Nō enim sancto rum vllus, sed ipse pro nobis mortuus est, à quo subinde cuncta nobis bona proueniūt, quare nomen hoc Iesus, deberet in cordibus nostris esse sculptum, vt aspirando & respirando nūquam illud proferre desineremus, atq; hanc religionē deberent concionatores plebes, & Magistri scholas & parentes suos natos docere & oī cura ac diligētia admonere.

ARTICVLVS. II.

Vtrum sanctorū preces, quas pro nobis Deo fundunt, semper exaudiantur.

VM de nostris orationibus ad sanctos dictū sit, subsequitur, vt de illis, quas ipsi pro nobis fundūt, indagemus, vtrum semper exaudianē. Et arguiē à parte negatiua. Primò ex illo loco Apocal. 6. quē supra diximus Vigilantiū allegare. Si diui pro nobis orātes exaudirenē, citius quæ ꝓ se postulant impetrarēt: clamant tñ ad Deū martyres, vt vindicet eorū sanguinē, quod tñ nō obtinēt: ergo neq; pro nobis exaudiuntur. ¶Secūdò Ieremię. 15. ait dñs. Si steterit Moyses & Samuel corā me nō est anima mea ad populū istum: ergo sancti ꝓ nobis orātes nō exaudiunē. ¶Tertiò. Angeli in patria & aīæ, vt Matth. 22. legitur pares sunt: sed angeli nō semper exaudiunē: legitur em̄ Dan. 10. quòd angelus captiuū populi venerat ad prophetā ꝓpter sermones eius, sed tñ princeps regni Persarum restitit ei viginti vno diebus. ¶In contrariū tñ est illud. 2. Machabę. vlti. Postq̃ Onias dixit. Hic est, qui multū orat pro populo Ieremias propheta Dei: subditur, ꝙ extendit Ieremias dexteram, & dedit Iudæ gladium dicens. Accipe sanctum gladiū munus à Deo: quasi exaudita esset eius oratio.

Argumentum pro parte negatiua.

Secundò ex Apocalypsi.

Secundò ex Ieremia.

Tertiò ex Matth. 22.

Tertiò ex Dan. 10.

Vel aliter.

Vel aliter.

¶Ad quæstionē vnica bimembri cōclusione rñdetur. Sanctorū oratiōes, suapte rōne semper exaudiunē: sed nihilominus ex parte nr̄a sæpè euenit, vt nō exaudianē. ¶Ad intelligētiam huius notandū, bifariā diuos Deū pro nobis orare (nā pro se ipsis nihil habēt quod petant). Vno modo oratione expressa dum votis suis, vt ait D. Tho. aures diuinę clementiæ pro nobis pulsant. Sed alio modo oīone interpretatiua, per sua merita, in hoc seculo prestita, quæ licet ipi nullā orationē ad Deū dirigāt, sunt tñ semper in cōspectu Dei. Nō solū in suam gloriā cedentia, verū & tanquā suffragia nos adiuuātia. Veluti sanguis Christi sine aliqua voce, aut clamore, nobis iugiter suffragatur. ¶Igitur ꝙ vtroq; modo illius modi oīones suapte natura nisi à nobis effectus impediaē, semper exaudianē: probatur. Qm̄ ipsi semper suā habēt voluntatē diuinæ conformē, neq; quippiā in votis habent, nisi quod iustū esse noscūt, atq; adeò Deū velle: quicquid aūt Deus vult volūtate consequēti & beneplaciti fit: quicqd ergo illa rōne sciī postulāt, dū volūtatē diuinā norūt impetrāt. Nos em̄ ideo nō quicquid petimus impetramus, quia ignoramus, & quid nobis expediat & quæ sit volūtas beneplaciti Dei. Non aūt quicquid Deus vult volūtate antecedēti implet: vult enim oēs hoīes saluos fieri, cū ad id assequendū, & leges, & consilia, & cætera requisita nobis prouiderit: & tñ non oēs saluī fiūt: qa in nr̄a volūtate & arbitrio positū est, eisdē diuinis auxilijs nō vti. Eadē ergo rōne, pōt sancti aliquid erga nos velle, nobisque optare, quod nō impleaē. ¶Arguitur aūt cōtra hoc. Sācti nihil vanè & inaniter pōt optare aut petere: si aūt sciunt quempiā nō assecuturū quod petit, vanè & inaniter pro illo orarēt: ergo nihil volūt aut petunt, quod nō sint impetraturi. Vnde colligē quod ꝓ præscitis & reprobis nō orant, vt salui fiāt. ¶Ad hoc rñdetur in primis, nō esse necessariū, vt beati in verbo numerū omniū prædestinatorum ac reproborū videant. Et ideo pōt petere etiā absoluta petitione salutē pro reprobo parente suo aut filio, quousq; illi Deus illius reprobationē detegat. Secūdò quia reprobi crebrò in gratiā Dei in tēpus recipiunē, pōt pro illis illa rōne orare. Tertiò, pōt etiā reprobis bona temporalia impetrare, quæ cedere pōt in bonū reipublicæ, & gloriā ipsius Dei. Quartò deniq; rñdetur, ꝙ etiā reprobis ipsis pōt antecedenter velle & optare salutē: siquidem reprobi etiā pōt saluari, quia non sunt dānati, vt infernales, atq; adeò sub cōditione velle, vt Deus illis auxilieē nisi per eos steterit. Quæ quidē est cōditionalis voluntas & quā appellant velleitatē. Et ista ratione pōt quoq; sub cōditione orare, neq; oratio est vana & inanis: nā pertinet ad auxilia ipsa quæ Deus reprobis offert, si vellēt illis vti. Quippe cum & Christus sub conditione orauerit, vt trāsiret à se calix: licet oratio eius non fuerit exaudita. ¶Imò verò qñ in cruce orauit dicens. Pater ignosce illis, quia nesciūt quid faciunt, nō est necessarium dicere sic fuisse orationē absolutā, vt in omnibus sortiretur effectum.

Probatio cōclusionis.

Argumentum.

Responsio.

Nota de oratiōe Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum. Sed quod pro aliquibus esset quasi antecedēs, nisi per eos stetisset. Absolutè enim & voluntate beneplaciti & consequenti, nihil orare potuit quod non illico impleretur. Et ideo Ioan. 17. vbi pro apostolis rogauit patrem: de quibus ait. Tui erant & mihi eos dedisti, ad significādum pro eis absoluta voluntate rogare, subiunxit. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi, quia tui sunt. Vbi nomine mundi, reprobos denotauit, & obstinatos, qui precio sui sanguinis potituri non erant. Pro quibus ideo absolutè non rogabat, ne inanis & quassa sua esset precatio.

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd verbum illud, Vindica sanguinem, &c. non significat martyrum desiderium, quo malum aliorum cupiunt: sed consensum in diuinam iustitiam, quam in voluntate Dei conspiciunt, qui decreuit obstinatam tyrannidem occidentiū martyres æternis supplicijs vlcisci. Significatque adeò desiderium, vt aduenientè suprema vindicta malorum, & retributione bonorum, secunda stola gloriæ resumptis corporibus vestiantur, & pleno fruantur sanctorum contubernio. ¶ Ad secundum respondetur, quòd loquitur illic propheta de Moyse & Samuele, secundum statum vitæ præsentis, quo solebant ad placandam Dei iram pro populo orare, ne illum temporalibus bellis & calamitatibus affligeret & castigaret: & tamen quādoque tam iusta erat vltio, vt Deum non deceret, eorum precibus omnino flecti. In quibus casibus beati non orant pro nobis. ¶ Ad tertium, nonnulli respondent, certamen illud angelo custodi populi Israelitici non accidisse cum angelo bono Persis præsidente, sed cum malo. Historia enim erat, quòd Daniel precabatur Deum, vt populus à captiuitate Babylonica eriperetur. Et dæmon persuadebat eidem populo, vt mallet illic manere, propter voluptates & delitias indecentes, quibus illic fruebantur: vel persuadebat Persis, ne populum dimitteret. Sed tamen Gregorius. 17. libro moralium capit. 7. non interpretatur pugnā illā nisi inter angelos bonos. Enimuerò, vt singulis personis deputatur custos Angelus ex infima hierarchia, ita & singulis quincijs præferunt principes angeli ex illa hierarchia quæ inde nomē principatus sortiū. Quare Michael generalis erat princeps totius synagogæ, sicut nunc est ecclesiæ Christianæ. Sed sub illo erat alius princeps illi plebis quæ tenebatur in Babylone captiua. Cùm ergo Daniel pro liberatione populi deprecaretur, princeps Persarū orabat sub conditione Deum contrà, ne populū à Babylone & Perside dimitteret, quia nō satis expiata ei videbatur eorum iniquitas, vt ait Gregorius, vel sicut alij dicunt propter fructum quem illic populus faciebat, eo q̄ multi ex gentibus conuertebantur ad fidem: quæ quidem lis inter principem captiui populi & principem Persarum viginti & vno diebus durauit. Sed tandem quia expedientior erat liberatio populi, Michael princeps synagogę partes egit angeli liberationem procuratis, & obtinuerunt. At verò principes illi litigantes, non erant inter se simpliciter dissidentes: sed quia in diuina voluntate non nouerant, quid esset expedientius, vterque arbitrabatur causam agere meliorem. Cum autem eandem Dei voluntatem intellexerunt, ambo consenserunt. Vnde Gregorius. Sublimes, inquit, spiritus gentibus principantes, nequaquam p̄ iniusta agentibus decertant: sed eorum facta rectè iudicātes examinant: cumque vniuscuiusque gentis vel culpa vel iustitia ad supernæ curiæ solium ducit, eiusdem gentis præpositus vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur. Quorum tamen omnium vna victoria est, sui superper se opificis voluntas summa: quam dum semper aspiciunt, quod obtinere nō valent, nequaquam volunt, vnde neque petunt. Ex quo sequitur, quòd illa quę absolutè petunt semper obtinēt: sed quæ hæsitantes sub conditione poscūt, nō est necesse, vt consequantur. ¶ Et per hoc aliud soluitur argumentum huiusmodi. Sancti semper habent suam voluntatem diuinæ conformem: quare neque volunt nisi quæ Deum velle noscunt: quod autem nobis largiri Deus vult sine suis orationibus conferet: ergo superuacanea & sine fructu est eorum oratio. Respondetur, inquam, quòd etsi sanctorum voluntas, semper sit diuinæ conformis, nihilominus: quia non cuncta cognoscūt quæ Deus vult: quia nec numerum prædestinatorum sciūt, possunt aliqua sub conditione postulare. Præterea & quæ norunt Deum nobis statuisse donare etiam ab ipso efflagitant, quia intelligūt per suas orationes ea velle donare. Ait quippe August. in libro de prædestinatione sanctorū, orationes etiam prædestinatis prodesse: quia fortè prædestinatū est, vt orationibus intercedentium saluentur.

Solutio secūdi argumē.

Solutio tertij argumē.

Angelorū pugna.

Argum.

August.

¶ Vltima

Prima dubitatio.

¶ Vltima tamen hic restat dubitatio, vtrùm sancti pro his orent, qui sunt in purgatorio. Apparet em̄ non minus pro illis quā pro nobis orare: qū quidē eos vidēt in charitate firmatos: quos subinde percipere videnī in suo ipsorum consortio esse recipiendos. Sed tamen ex altera parte arguit. Quod tunc non pro quibusdam, sed pro cunctis iuges funderent preces: & cum ecclesia illa triumphans, citius audiatur & efficaciùs quā militans, eorum orationes ad euacuandum purgatoriū sufficerent. Respondetur, quòd sancti non sunt in statu satisfaciendi sicut viui: & quia suffragia existentibus in purgatorio nō pro sunt nisi per modum satisfactōis, fit vt pro illis sancti non orent.

DISTINCTIO

Quadragesima sexta, De Antichristo, & iudicij signis.

Textus. Capit. j.

POST hæc de supremo tremēdoq; iudicio sermonē inituri, de Antichristo reliquisque signis ac portentis, quæ diem illum sunt antecessura, mentionem præmittamus oportet. Enim verò, vt Apostolus Thessalonicensium ecclesiam admonuit, nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus, non veniet dies domini. Expedit enim, vt in consummatione præsentis seculi, ante quam dominus rationem à nobis absolutæ militiæ nostræ reposcat, supremum nobis bellum idemq; acerrimum acerbissimumque permittat: quo puri mortalium ab impuris dignoscantur, illique ceu per ignem excolati ad triumphum assumantur: atque isti fidem defringentes in ignem mittantur æternum. Quod Ioanni in Apocalypsi reuelatū est: nempe, quod post mille annos, scilicet post peractum ecclesiæ tempus ab orbe redempto vsque ad mundi finem, quo Satan colligatus est, dissoluetur de carcere suo, & exibit & seducet gentes, quę sunt super quatuor angulos terræ. Sed tandem, vt Apostolus, ait eundem Antichristum diabolianteſignanum dominus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.

Apocalypsis. 20.

¶ Eundem tamen aduentum, vt dominus ipse ait, astrorum signa præcedent, sol enim obscurabitur, & luna non dabit lumen suū, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebūtur. Vnde Lucas euangelista. Erunt, inquit signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ cōfusiōe sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cœlorum mouebuntur: & tūc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.

Cap. ij.

Matth. 24.

Lucæ. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DISTINCTIONIS Quadragesimæ sextæ, Quæstio prima, De signis quæ sunt iudicio antecessura.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm expediens sit, vt aduentui Christi ad iudicium, Antichristus antecedat.

IN hac distinctiõe. 46. Magister Sententiarũ tractare constituit de misericordia Dei, vtrũ in damnatis etiam luceat, vt citra condignũ puniantur. Atq; huius occasione materiam de iustitia & misericordia Dei hic cõmiscuit. At verò cum de pœnis damnatorũ præpostera sit hic tractatio ineptum quoque est de misericordia Dei hic disputare. Distinctione enim. 49. enarrandum est, quemadmodũ beatis Deus vltra condignum præmia largiatur: & in quinquagesima, quemadmodũ dãnatos citra condignũ puniat. De misericordia verò, & iustitia Dei, quæ eius sunt attributa, non est hic proprium dicendi locus. Est enim materia primi sentẽtiarum, vbi de diuinis attributis disputatur. Quam idcirco speculationẽ D. Tho. 1. parte collocauit. q. 21. De his ergo, vt legitimũ teneam° ordinẽ, nullus hic à nobis habẽdus est sermo. Sed cùm resurrectiõis tractatũ in tria fuerimus mẽbra partiti, & primum de Resurrectione & eius forma, & animarũ receptaculis, deq; eorũ connexis hactenus fuerit expeditũ, iam modo secundũ, quod est de finali iudicio aggrediamur oportet. Hoc aũt mẽbrum, tribus distinctionibus absoluetur. In hac nanque de antecedentibus iudiciũ: & in subsequẽti de iudicio ipso: & in quadragesima octaua, de habitu & forma mũdi, in qua post iudiciũ relinquetur, est disserendũ. Cæterùm distinctio præsens, duas exigit quæstiones, primã de Antichro & secundã de signis iudiciũ præeuntibus. ¶ Quæritur ergo primum. Vtrùm expediens sit, vt aduentui Chri ad iudicium, Antichristus antecedat. Et arguitur à parte negatiua. Quo hoies debiliores sunt, & ad virtutem magis languẽtes, minus expedire videt, vt eos Deus acrioribꝰ tentationibus concuti sinat: senescente autem mũdo, propter maximã elongationẽ à primo aduentu Christi, abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorũ, vt Matth. 24. ait Christus, & Lucæ. 21. Filius hois veniens, putas inueniet fidẽ in terra: persecutio verò Antichristi, vt ibidem ait dñs, erit qualis nõ fuit ab initio mundi. Ergo non videtur expediens, vt illo tẽporis articulo fiat. ¶ Secundò arguit. Non minus videt congruere, vt Chrs veniens ad iudiciũ præmitteret ante se nuntium, qui orbi pœnitentiã prædicaret, quãdum venit ad redimendũ nos: tunc aũt præmisit Ioannem Baptistã prædicantẽ fructus pœnitentiæ: ergo venturus ad iudicandũ, similẽ debuit præmittere nunciũ: nempe, qui Christi fidẽ non impugnare, sed persuadere contenderet. ¶ In contrarium est illud. 2. ad Thessaloni. 2. Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis &c. Scilicet non veniet dies domini. ¶ De aduentu Antichristi aliquid est certũ, quod firma fide tenendum est: sed alia cõiecturis colliguntur. Rũdetur ergo ad quæstionem vnica conclusione. Aduentum Christi præcessurus est Antichristus: idq; Deo optime disponente. At qui Antichristus, vt nomen sonat, & August. super epistolã Ioannis tractatu tertio, intetpretatur, idem est latinè quod contrarius Chro. Non enim quia ante Chrm vẽturus est illud fortit nomẽ, sed quia aduersarius illi futurus est. Sicuti ἀντιχριστος, q alteri contra pugnat. Vnde pseudo prophetæ, & quicũq; fidei Chri aduersant Antichri dicunt. Veruntamẽ quia ille oim membrorũ diaboli acerrimus erit Chri hostis, per antonomasiã dicit Antichrus. Et quidẽ conclusio hæc catholica est: cuius negatio esset hæretica: qm assertio est Pauli loco citato. Sed qm Deus oia suauiter disponit, congruentiã tam ingentis persecutionis illo tẽpore futuræ exploramus. ¶ Ad plenũ aũt intellectũ, percipiendũ animaduertendũ est, Apostolũ duo signa posuisse præcedẽtia diem dñi. Scilicet discessionẽ primum, & reuelationẽ Antichristi. At verò cũ Christꝰ Matth. 24. tertiũ aliud constituerit, scilicet, & prædicabitur hoc euãgeliũ regni in vniuerso orbe in testimonium oibus gentibus, & tunc veniet cõsummatio, necessariũ est tria hæc certo ordine docere. De reliquis nanq; cœlorũ astrorumq; signis & portentis, quæ sunt sub id tẽporis appariturа. q. 2. futurus est sermo. Et cũ discessio, vt ait Pau-

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentum.

Pars affirmatiua.

Conclusio.

Antichristus.

Conclusio catholica.

Tria aduentũ dñi ante cedentia.

ait Paulus, sit, pximè Antichrm antecessura aut cũ ipso simul vẽtura, operępreciũ est, vt prædicatio euãgelij primũ consummet: mox discessio fiat, ac demũ Antichrs reueletur. ¶ Necessitas aũt promulgãdi euangelij in vniuersum orbẽ ante diẽ iudicij fuit, q̃ cum vniuersi, qui illum nõ receperint sint à regno excludendi, iuxta illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, nõ põt introire in regnũ Dei: necesse est vt vniuersi, tunc mortales oi sint excusatione nudati, ne quicquã causari possint cur illũ nõ receperũt. At qm vt ait ad Rom. 10. Paulꝰ, nulli pũt credere nisi audiãt, neq; audire sine prædicãte, necesse est, vt ante mundi cõsummationẽ fit prædicatũ euangeliũ in vniuerso orbe. Chryso. autẽ arbitrat illic consummationẽ referri ad destructionẽ Hierosolymitanã, antequã prædicandũ erat euangeliũ, obidq; ait Paulum loco citato ad auferendam Iudæis excusationẽ, citare illud psalmi. 18. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ, quasi tũc iã esset vbiq, euangeliũ prædicatũ. At verò vt. quęst. 2. videbimus, negari nõ potest, illic Christum de cõsummatione quoq; seculi habuisse sermonem, antequam euangelium in vniuerso orbe euulgandum est. Et ideo August. super eundem psalmum, & in epistola ad Esichium ait, Apostolum citasse prophetiam, vt iacebat de præterito, ꝓpter certitudinem futuri: nihilominus nondum esse omnino completam, sed certissimè implendã: quæ quidẽ opinio verò similior est. Et in illo sensu intelligit illud verbũ. Euntes in mundũ vniuersum prædicate euangeliũ: scilicet, per vos, vel per successores vros. Nã ꝓsectò, vt super eundẽ locũ Pauli scripsitꝰ Ii Aethiopiã & Indiã, & Europã, atq; alias regiones in quas apli dispersi sunt, considerẽs, nõ omnẽ orbẽ peragrarunt: sed vix quartam eius partẽ. Quæ tunc in vsu erat appellari vniuersum orbẽ, vt Lucæ. 2. Exijt edictũ à Cæsare Augusto, vt describeret vniuersus orbis. Et ad Colossen. 1. ait Apostolus, veritatẽ euãgelij esse in vniuerso mundo. Ettã nõ est verò simile, q̃ toto transmisso pelago in omnem mundi angulũ peruolassent. Ad intentionem nanq; Pauli volentis obtendiculum excusationis Iudæis adimere & cognitis gentibus: satis erat, quod tunc euangelica tuba, in Europam, Asiam & Africam intonuisset. Et quanuis Hieronymus super Matthæum, opiniones sic conciliet: quod tempore Apostolorum nulla remansisset gens quæ Christum ignorasset. Nam saltem rumor, & fama, à gente in gentem delata, totum orbem compleuerat: non tamen hoc satis est ad intentionem Christi: sed requiri videtur, ante supremam diem mundi, sic euangeliũ vbiq; gentium audiri, vt omnis eis tũc tollatur excusatio, qui ipsum non fuerint professi: licet modò in opinione versetur an quipiã excusentur ignorantia inuincibili. Ad quod nõ satis est rumor & fama, sed oportet, vt in præsentia prędicet, & explicet, & eatenus suadeatur, vt nisi audientiũ culpa obstiterit, persuaderi valeat. ¶ Haud ergo prædicationẽ euangelij in vniuerso orbe Christus tanquam signũ posuit, post quod statim futura est consummatio seculi, vt ad Esichium ait August. Hoc enim duntaxat sibi voluit, quod nõ veniet finis mundi, antequam euangeliũ prædicetur in vniuerso orbe. Hic nãq; sensus ad hanc quam explicuimus rationem satis est. Atq; hoc sonant illa verba. Prædicabit euangelium &c. in testimonium omnibus gentibus, idest, in testimoniũ veritatis, ne sibi mortales excusationem prætexãt. Et tunc, id est, postea tandem erit consummatio.

Prædicatio euangelij in tota orbe.

Chrysos.

August.

Hieron.

¶ Eadem de causa Elias & Enoch, qui in paradiso terrestri esse dicũtur, ad illud ministerium euangelicę promulgationis explendũ, tunc ante aduentum Antichristi, comparebunt iuxta prophetiam Malachiæ. capit. 4. vbi de aduentu domini vaticinatus ait. Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniẽs, quæ non relinquet eis radicem & germẽ. Et subdit. Ecce ego mittam ad vos Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filium, & cor filiorum ad patres eorũ (scilicet reliquias Israel ad legem quã eorum patres expectabant) ne fortẽ veniant, & percutiant terram anathemate. Quod eodem loco Hierony. & Augustin. 20. de ciuitate Dei, cap. 19. ad literam interpretati sunt, de prædicatione Eliæ, qui Antichristũ sunt anteuersuri. Ante enim quàm Deus filiũ illum perditionis permittat in ecclesiam grassari, premittet Eliam, qui eãdem ecclesiam illustret, atque irroboret. Quocirca verbo illo Christi Matth. 11. de Ioãne baptista. Ipse est Elias, qui venturus est: nõ insinuatur illũ fuisse verum Eliam, sed eius imaginẽ. Credebãt enim Iudæi Eliam aduentui Christi præuenturũ: nescientes de secundo aduentu id intelligendũ. Et ideo ait illis dñs. Ipse est qui idipsum officiũ

Elias & Enoch.

Hiero. & Augu.

Matth. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

officiũ quod Elias in secundo meo aduentu, facit in primo: nempe, mundũ ad pœnitentiam inuitare. ¶Atq; huc illud pertinet Paulli ad Roma.11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Primitiæ em̃ Israel conuersi fuerũt, vt apostoli, & nonnulli alij, illico priusquã gentes euangelio auscultarẽt, reliquo verò populo excæcato gentes in ecclesiam ingressæ sunt: sed in fine mundi, dispersi per orbẽ Iudæi ad prædicationẽ Eliæ conuertent. Neq; verò Iudæi soli, verũ & gentes, alijs quibuscunq; sectis infectæ. ¶Imò verò sunt, qui autument vniuersos tunc mortales Christianũ nomen professuros: sic illud intelligentes. Ioan. 10. vt fiat vnum ouile & vnus pastor. Nulla tñ apparet necessaria ratio quæ hoc cõuincat. Sensus enim illius, vt fiat vnũ ouile, non est alius quàm, ꝙ nemo extra ecclesiã Christi seruari põt. Quod aũt oẽs re vera sint ouile ingressuri, non est concessũ necessarium: neq; quod ait Paulus, plenitudinẽ gentium fidem professum ire, aliter intelligitur, quàm ꝙ vniuersi, qui prædestinati sunt per fidem Christi seruãdi, intrabunt iuxta illud Danielis.12. In tempore illo (loquitur em̃ de fine mundi) saluabitur populus tuus omnis, qui inuẽtus fuerit scriptus in libro. Fit aũt coniectura, Eliæ prædicationem tribus annis cum dimidio, veluti quã fecit Christus duraturam. ¶Peracta ergo Euangelica prædicatione, ait Paulus non venturũ diem domini, nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati. Siue discessio præcessura sit Antichristũ, siue per ipm̃ facienda. Atqui receptissimũ est, atq; inter oẽs constantissimũ, de discessione ab imperio Romano, verbũ esse accipiendũ: nisi ꝙ inter quosdam ambigitur, intelligatur ne de discessione ab imperio temporali & ciuili, an verò de discessiõe à potestate spirituali & ecclesiastica, cuius Romanus pontifex caput existit. Sed re penitus pensata, de vtraq; intelligitur: imò de spirituali potissimum. Rationem enim huius Aug. eod. 20. libro de ciuit. Dei. capi. 23. à visione Danielis bestiarũ quatuor deducit, capi. 7. quæ quatuor futura regna, designabãt. Nempe Chaldeorũ, quibus Nabuchodonosor tunc regnabat: & Medorum ac Persarũ: ac subinde Græcorũ, ac tandem Romanorũ. Quæ itidem regna idẽ sanctus Propheta in quadriformi statua illa, ex auro, argento, ære, & ferro constata, præuidebat: vt ca. 2. legitur. Vbi ait quod lapis de mõte sine manib⁹ abscissus eam percussit, & cõminuit, ac subinde lapis factus est mons magnus & impleuit vniuersam terrã. Ille enim fuit Chrũs, sine hoĩe genitus: qui quatuor illos potentatus diabolica potestate subactos dissipauit: sed in imperio postremo: nempe, Romanorũ, quod Propheta appellat terribilem, atq; admirabilẽ bestiam, ferreã & fortẽ nimis, & oĩa conculcantẽ, vicariũ suum cõstituit, qui ceu caput ecclesię suæ illic sederet, sidem suã docens & protegens. Vnde q̃uis ciuile Romanorũ imperiũ iam cessauerit, non subinde finitus est mũdus: qm̃ temporale illud, vt in sermone de Apl̃is ait Leo Papa, in spũale fuit cõmutatum. Quapropter quãto tpe est duratura euangelica fides, stabit Romana sedes. Atq; adeo abscesio & defectio totius orbis ab illa sede signũ erit cõsummationis seculi. Nam cũ mundus, non nisi propter hoĩes conditus fuerit, & hoĩes non nisi propter cœlestẽ gloriã, quam nemo nisi per euangelicã fidem valet adipisci: fit vt mundus nõ sit amplius duraturus, quã fides: nec fides quam obediẽtia Romano põtifici debita. Huius exemplũ in Tẽplo Hierosolymitano præcesit. Illud em̃ Deus extrui iussit, vt locus esset quo sacrificia & oblationes, & celebritates sinagogæ fierent: quod ideo non erat amplius quã lex illa duraturũ. Atq; hac de causa cũ primũ euangeliũ sanguine Christi confirmatũ fuit, templũ illud vbi sanguis animaliũ fundebaẽ destructũ est, & velut vmbra in præsentia veritatis abolitũ. Pari ergo modo, quia euangeliũ Christi non in vno tẽplo aut angulo, sed in vniuerso orbe debet suscipi, & eius ecclesia coli, eiusq; sacramenta celebrari, extincta fide per discessionẽ ab apostolica sede, totus mundus vanus erit, ac deinceps incassum ꝓcessurus. Quapropter ceu deserta domus tunc protinus corruet. Et hæc fuit pollicitatio Christi, dũ dixit Petro, Orabo pro te, vt non deficiat fides tua: scilicet, vsq; ad mundi terminũ. ¶Atqui rationẽ illius discessiõis, nr̃is moribus tribuit Paul. 2. ad Thimo. 3. videlicet, quia in nouissimis diebus instabũt tẽpora periculosa, & erũt hoĩes se ipsos amãtes, cupidi, elati, superbi, &c. Duas quippe ciuitates Dei, & Babylonis, quas in libris de ciui. Dei descripsit Aug. duo amores diuidũt in hoĩe: nempe, amor Dei vsq; ad cõtẽptũ suũ, & amor sui vsq; ad contẽptũ Dei. Expauescãt ergo mortales quã sit pestilẽs amor sui. Inde em̃ diuanat elatio & superbia: quæ sub ducatu tandẽ Antichr̃i ciuitatẽ Dei labefa-

Cæcitas contigit. &c.

Vt rũ sit totus orbis cõuersurus.

Discessio.

Visio Danielis.

Quadriformis statua.

Romana sedes.

Templum Hierosolymitanum.

2. Thimo. 3.

labefactabit. Sed tamẽ huius amoris cultores eo mittentur, vbi perpetuas pœnas pẽdant. ¶Tum demũ, vt ad constitutã conclusionẽ respiciamus, reuelandus est vti ait Apostolus filius perditiõis. Cõclusio ergo præter autoritatẽ Pauli, ꝓbaẽ testimonio Chr̃i Matth. 24. Erit tribulatio magna &c. quẽ locũ questiõe seq. enarraturi sumus. Sed cõmonstraẽ præterea ex loco illo Apoca. 20. quẽ dist. 43. enarrauimus. Vidit em̃ Ioãnes angelũ descendentẽ de cœlo: nẽpe Christũ: habentẽ clauẽ abissi: scilicet, potestatẽ infernorũ: & cathenã in manu sua, nẽpe, euangeliũ fidei: legibus, cõsilijs, & sacramẽtis, ceu nodis quibusdã consertam, qua draconẽ serpentẽ antiquũ, qui est diabolus & Satanas ligauit per annos mille: ne scilicet tanto impetu grassaretur in orbẽ, quãto illuc vsq; in gentes & synagogã sæuiebat, sed sineret euãgelicã fidẽ ꝓpagari. Quo quidẽ annorũ perfecto numero, tẽpus totũ ab orbe redẽpto vsq; ad finẽ mũdi designaẽ. Vnde sequitur. Et cum cõsummati fuerint mille anni, soluet Satanas de carcere suo, & exibit & seducet gẽtes, quæ sunt super oẽs quatuor angulos terrę: nẽpe super vniuersum orbẽ, quas noĩbus illis, Gog, & Magog signãt, vt eodẽ libro. c. 11. ait Aug. Et cõgregabit, inquit, eos in prælio quorũ numerus est sicut arena maris. Et ascenderũt super latitudinẽ terrę, & circuiuerũt castra sctorũ & ciuitatẽ dilectã, nẽpe ecclesiã, Et descẽdit ignis à Deo de cœlo & deuorauit eos: & diabolus, q̃ subducebat eos, ꝓiissus est in stagnũ ignis & sulphuris: vbi & bestia (videlicet Antichr̃us) & pseudo ꝓphetæ (eius administri) cruciabunt̃ die ac nocte in secula seculorũ. Hic ergo graphice bestia illa diabolico spũ inuecta depingitur, quæ Christianã ecclesiã demoliri pergeret. ¶Quod si roges. Quæ ratio sapiẽtissimã clementiã diuinã adducere potuit, vt tã atrocem ac dirã dęmonis rabiẽ in suã familiã debachari sinat? Re vera rõne non caret. Primã ergo, de similitudine duorũ aduentuũ Chr̃i venari possumus, Q̃ũ em̃ ad suã prædicandã fidẽ sub habitu humilitatis cõtectus de cœlo venit, decuit, vt Baptista, ceu eius Angelus præ iret faciẽ eius pœnitentiã reis prædicando, per quã idonei fierẽt ad eius suscipiẽdam misericordiã: sed illico nascente fide in ecclesia, hęreticorũ tyrannorũq; & pseudo ꝓphetarũ impetus irruit, q̃ illã debellarẽt, vt ꝓbaren̄t electi: cõgruentius ergo q̃ũ venturus est ad exigendã factorũ rõnem ab hoĩbus, quẽadmodũ indultã sibi m̃iam moribus excoluerint, quoq; fructus ex illo diuino semine ꝓtulerint, trucẽ illam fidei persecutionẽ permittet priori truculentiorẽ, qua rursum selectissimi examinent̄, & quasi aurũ in fornace excolent̄: nẽpe, vt q̃ de fide deciderint, & ab eius militia defecerint, planè conuincantur quàm sint igne æterno digni, in quẽ sunt demergẽdi: & q̃ in eadẽ fide perstiterint & charitate, summo honore triumphũ de parta victoria illico percipiant. Vnde. 2. ad Thessa. 2. Aduentus, inquit, Antichr̃i erit secundũ operationẽ Satanæ, in oĩ seductione iniquitatis, his qui pereũt, eo ꝙ charitatẽ veritatis nõ receperũt, vt salui fierẽt. Ideo mittet illis Deus operationẽ erroris, vt credãt mẽdacio vt iudicent̄ oẽs qui non crediderũt veritati, sed consenserunt iniquitati. ¶Secũda ratio sumitur ex parte dæmonũ, Nã cum tunc coniecturis sint percepturi finẽ mũdi ꝓperare, post quẽ nullus eis relinquendus est locus suum virus euomẽdi, suãq, aduersus Deũ exercendã tyrannidẽ, nouos assumẽt animos nouaq; exacuent arma, vt hoĩes posint à cœlo cohibere, quibus sua tartara impleãt. ¶Ad hęc & ex parte Chr̃i accedit, quod cũ militia Chr̃iana, illuc vsq; sit sustinẽda, tũc Chr̃s, dũ receptui canere iubebit, exercitus recensebit suos, hostemq; lacesset, vt supremo cõserto pręlio de summa, aut fœlicitate, aut miseria decertẽt: vt coronatis victoribꝰ victos cũ suo duce Lucifero, suoq; antesignano Antichr̃o, in inferno rũ baratrũ igne & sulphure cõuolutos in perpetuũ obtrudat. ¶Quapropter vt eod. libro. 20. c. 8. ait Aug. nõ solũ quã plurimi tũc persistẽt in viua fide, verũ & multi, constantiam martyrũ aspiciẽtes eandẽ suscipiẽt fidẽ: vt actus ille postremus ecclesiæ Chr̃ianæ suis primordijs rũdeat, q̃ũ cruẽtati martyres plures persecutorũ Chr̃o lucrifaciebãt. Raros tũ credendũ est, tũc euasuros Chr̃ianos, qui nõ martyrio coronent̄. ¶Argumẽta igitur contraria per ea quæ dicta sunt dissoluunt̄. Nam etsi ꝓpter mundi senium hoĩes tunc fore credant̄ spũ debiles, tñ ex altera parte clemẽtissimus Deus tũ pręuia Eliæ prædicatione, tum & singulari subsidio & auxilio corroborabit suos, vt posint cõtra hostilia tela persistere. Præsertim quod eam ob rem nõ sinet diu persecutionẽ prolatari, iuxta verbũ Christi Matth. 24. Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omis caro, sed ꝓpter electos breuiabuntur. Quemadmodũ in primo aduẽtu ante tyrannorũ persecutionẽ, Ioan. Baptistã & subinde Apl̃os misit, q̃ fidẽ propugnarẽt.

Probatio cõclusionis.

Visio Apocalypsis.

Ratio secũda.

Ratio. 3.

Augusti.

Solutio argumẽtorũ.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS. II.

Vtrùm Antichristus futurus sit omnium malorum caput.

QVoniam Antichristum fore cõstitutum est, expedit eius ingenium & mores nosse: obidq; interrogamus vtrũ futurus sit omniũ malorũ caput. Et arguitur à parte negatiua. Vnius corporis non sunt diuersa capita, malorũ aũt omniũ diabolus est caput: qui primũ primis hominib⁹ suggessit crimẽ, ergo Antichristus nõ est futurus ipsorum caput. ¶ Secũdò caput influit in membra, sed Antichristus nullã influxit malignitatẽ in eos qui eũ præcesserũt & sunt præcessuri: ergo nõ est omnium malorũ caput: sed vnum præcipuè inter illos membrum diaboli. ¶ In contrarium est glossa super illud Iob. 21. Interrogate vnum de viatoribus &c. quæ ait. Dum de omnium malorum corpore loqueretur, subito ad omniũ iniquorum caput Antichristum verba conuertit.

Partis negatiua argumentũ primum.

Secundũ argumẽtum.

Pars affirmatiua.

¶ Quæstiunculã hanc D. Tho. 3. par. q. 8. ar. 8. mouit, quã breuissimè expediuit. Nos aũt ea rõne ꝓponim⁹, vt locũ illũ Pauli. 2. Thess. 2. enarrem⁹, vbi Antichrm suis lineis effigiat. At ne morẽ deseramus nrm, tribus cõclusionibus rndetur. Prima iuxta quæstionis titulum sit. Antichristus modo quodã futurus est omniũ malorũ caput. Quatuor em̃ sunt quæ in capite respectu membrorũ considerant. Primum tẽporis antecessio, & secundũ influxus, influit em̃ caput in mẽbra: & tertiũ est excessus & perfectio rei illi⁹, scdm quã est caput. Ac demum quartũ, ꝙ oia mẽbra ad se ipsum veluti ad finẽ refert. His igit quatuor modis Chrs fuit caput ecclesiæ. Fuit em̃ primũ angularis lapis eius, in quã virtutũ charismata intrinsecis inspirationibus influit: eandẽq; exterius gubernat: & dona quæ ecclesię ad mensurã largit plenissima redũdantia in se cõtinet: ac tandẽ mẽbra sua ad se trahit. Atqui eisdẽ quodãmodo rationibus diabolus est caput oim malorũ: nã & antiquior fuit hominibus, quibus iniquitatẽ intus suggessit, & continẽter suggerit, licet nõ eo mõdo quo Deus virtutes, quia nõ est nræ dns volũtatis. Et quodam pacto iniquos hoies gubernat: quare Iob. 41. appellat rex super oẽs filios superbiæ. Et ad suum propriũ finẽ hoies inducit: nẽpe, vt auertant à Deo, iuxta illud Iere. 2. A seculo cõfregisti iugũ, rupisti vincula, dixisti. Non seruiã. ¶ Antichrs ergo duob⁹ priorib⁹ modis nequibit esse malorũ caput: qm̃ neq; vniuersis mortalib⁹ antecessit, neq; suos antecessores ad malũ instigauit: duob⁹ aũt posterioribus rõnibus hoc põt nomẽ sortiri: nẽpe, qa malignitate & scelerũ immanitate iniquos oẽs superabit: & cũctos quos poterit ad suã pertrahet nequitiã, vt à Deo deficiãt. Vñ super illũ locũ. 2. ad Thess. 2. Ostendẽs se tanq̃ sit Deus, ait glossa. Sicut in Chro oĩs plenitudo diuinitatis inhabitauit, ita in Antichro oĩs malitiæ plenitudo. Non quidẽ ita, quòd humanitas eius sit assumpta à diabolo in vnitatẽ psonę, sicut humanitas Chri à filio Dei: sed quod diabol⁹ suã malitiã emi nẽtius ei influet suggerẽdo, q̃ oib⁹ alijs. Quavtiq; rõne & respectu præcedentiũ iniquorũ fuit quodãmodo caput. Nã sicut oẽs scti & ꝓphetę imaginẽ quandã suis virtutib⁹ Chri præferebãt: ita & oẽs pseudo ꝓphetę & tyrãni, q̃ũ quandã effigiẽ & vmbrã Antichri præmõstrabãt: iuxta illud eiusdẽ ap̃ci loci. Mysteriũ iã operat iniqtatis: quasi Nero iã tunc atq; alij subinde tyrãni mysteriũ essent Antichri. ¶ Quo aũt ingeniũ bestiæ apertius perpendat, ferf, vt Hiero. ait super Dan. ca. 11. ex Iudaica gẽte in Babylone nasciturũ: atq; alij addũt ex tribu Dan: qa verba Iacob prs ei⁹ Gen. 49. plurimũ ad rẽ alludũt. Dan coluber invia, cerestes in semita. Etem̃ sicut antiquus hostis sub forma colubri primos parentes adortus est, sic & Antichrus per fraudes & techinas, vias sepiet, vt vix se possint hoies ab ei⁹ laqueis extricare. Est em̃ cegastes, vt ait Solinus, serpẽtis genus callidissimũ. Vnde subdit in ꝓphetia. Mordens vngulas equi, vt cadat ascẽsor ei⁹ retro, scilicet, vt à Deo recedat. Quapropter truculentiã persecutiõis contẽplatus Iacob cõcludit. Salutare tuũ expectabo dñe. Atq; eam ob rem, suspicant nõnulli Ioan. in Apoca. c. 7. vbi tribus Israel recẽsuit, qbus signãntur electi, silẽtio prętersisse tribũ Dan. ¶ Quod aũt à Babylone sit vẽturus, cõiectura fit nõ leuis, ꝙ sicut Nẽbrot ædificãs Babylonỹ cãturrim, vt Genẽ. 11. legitur, bellũ indixit Deo, à quo proinde Heber, pater hę bræorũ populi Dei segregatus fuit, ita ab ea dẽ Babylone sit supremus ecclesiæ hostis reuelãdus. Erit aũt vilibus despectisq; parẽtib⁹ ortus: quod verbo illo Dani. 11. de Antiocho Epiphane significat. Et stabit in loco eius despectus, & nõ tribuet ei honor regius: & veniet clam & obtinebit regnũ in fraudulẽtia. Antiochus em̃ ille, qui vt libris Machabęorũ memoriæ proditum est, populum Dei atrocissimis

Antichristus malorũ caput.

Antichristus innatus.

In Babylone.

Prima.

Antiochus.

cissimis bellis deuexauit: figura vt nostri tradunt, fuit Antichristi. Quapropter sicut ille, ita Antichristus Aegyptum prius sibi suppeditabit: ac subinde potentissima inuadet Romanorum brachia. ¶ Non aũt defuerunt, vt loco citato ait Hiero. &. 20. de ciui. Dei. ca. 19. Aug. qui opinati fuerint Neronẽ fuisse, qui resurrecturus est, vt fit Antichristus, propter verbum Pauli loco citato. Qui tenet nũc (sci licet Romanum imperium) teneat donec de medio fiat: hoc est, eius auferatur regnum: quæ quidem illic verba Augu. & in epistola ad Esichiũ ait non intelligere. Attamẽ sensus est, quòd qui tenet imperium Romanum & tenebit spirituale teneat quousq; in fine mũdi ab eo tollatur. Quare satis est dicere Nero nem fuisse Antichristi vmbram & prę sagiũ, in quo mysterium, hoc est, figura iniquitatis operabatur. ¶ Secunda conclusio. Antichristus pessimus omnium futurus est mortaliũ qui hactenus fuerunt, & qui post hac futuri sunt. At ne quis peccatũ siue Adæ siue Iudæ obijciat, non conferimus peccatũ cum peccato: sed cum personis personã. Fuit em̃ peccatum Adæ tum ex alijs circũstantijs graue, tum ratione vniuersalis detrimenti, quod generi humano intulit, grauissimũ: & peccatũ Iudæ & eorũ, qui Chrm crucifixerũt ex obiecto sceleratissimũ, simul ac impientissimũ, quia fuit occisio Dei. Sed tm̃ nullũ illorũ fuit infinitæ malitiæ: sed illa cõi ratione omnium peccatorũ, qua auersio à Deo dicitur infinita. Quocirca possunt tot scelera, sacrilegia, & impietates in vno homine accumulari, vt personam peiorẽ faciant illis, qui illa peccata Adæ & Iudæ commiserunt. Hanc conclusionem affirmat Apostolus, vbi eum ait fore hoiem peccati & filium perditionis: sunt em̃ hebraismi, quibus significatur malignitatis exundantia. Neq; tm̃ asserimus futurũ infinite malũ: quia malum nequit totum bonum corrumpere. Quapropter non quomodo in Deo plenitudo virtutis, ita in eo plenitudo iniquitatis abũdabit. Attamen, vt Christus omniũ fuit bonorum optimus, ita & ip se erit omnium malorum pessimus. ¶ Vnde vt ab eius statim conceptu cõtrarius Christo videatur, aiunt, ꝙ sicut Christus opera spiritus sanẽti conceptus fuit, ita eum spiritu diabolico ab vtero matris suę occupandũ: quin verò à diabolo ipso arreptũ iri. Non quod eũ prorsus, vt reliquos arreptitios demẽtet, sed sano iudicio quo peccare possit seruato, voluntatem eius omni replebit spurcitia & iniquitate. Et ideo fertur, vel per incestum grauissimũ, vel per sacrilegiũ ex sacris parentibus concipiendũ. Hoc aũt nulla fulcitur autoritate, tũ cum Apostolus eum hoiem peccati, & filiũ perditionis appellet, certũ est in hoc solũ concipiendũ, vt omniũ sit scelerum ac flagitiorũ sentina. ¶ Et primum eo superbię, quę initium est oĩs peccati, eleuabitur, vt non solũ Deo aduersef, vt ait Paulus (quod nomen eius sonat) sed ex tollatur supra omne quod dicitur Deus, siue verè sit Deus, vt qui est in cœlo, siue falso noĩe colatur, vt Dij gentium: siue per adoptionẽ sic nominetur quẽadmodum ait sanctis viris Dauid. Ego dixi Dij estis & filij excelsi oẽs. Similia em̃ de illo prophetauit Daniel sub figura Antiochi. Ait quippe capi. 11. Eleuabit & magnificabit aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deorũ loquetur magnifica. Quod certè de solo Antichristo dici potuit, cuius ideo figura pręcessit in Cæsare, qui fertur statuã suam in tẽplo adorãdam posuisse: & in rege Tyri, de quo legitur Ezechi. 28. Dixisti quia Deus ego sum. Nam vt Apostolus ait, sedebit in tẽplo, ostendẽs se tanq̃ sit Deus. In quo videbitur, non solũ superbiã Adæ, qui voluit esse, vt Deus, transcẽdere, verũ & Luciferi, qui voluit esse ęqualis Deo. Nam ob hoc potissimũ nomẽ habebit Antichristi, ꝙ Christũ prædicabit fuisse falsum Deũ, fallamq; prædicasse fidẽ, & iniquas cõdidisse leges: verũq; se esse Messiam illum filiũ Dei, qui fuerat Abrahæ patribusq; subinde ꝓmissus. Et re vera hoc est expauescendũ mortaliũ monstrũ, quod homini impuro, tamq; insolenter absurdo, & impudico, possit quispiã vllam adhibere fidẽ, dicenti se esse aut Deum, aut probũ hominem. ¶ Tertia conclusio. Antichristus erit omni arte fallendi instructus, omniq; potestate huius seculi coarmatus, vt humanas mẽtes possit seducere, humanasque voluntates, tum quantũ ad vim concupiscibilẽ allicere, tũ & quantũ ad irascibilẽ exterrere: vt alios per fallacias, aliosq; blanditijs, sed alios metu & pauore cõmoueat. Hac em̃ de causa in bestia illa Apocal. 13. quæ Cosdroæ filium designabat, delineat⁹ fuit, quæ capita habebat septẽ, & cornua decẽ: scilicet, regna plura & potestatus plurimos: & noĩa super capita blasphemiæ. Eratq; similis pardo versicolori: nã erit omnimoda vitiorum varietate intinctus: & habebit vngulam vrsi ad conculcandã ecclesiam, & Leonis os ferocissimum: cui draco, idest, diabolus: virtutem suam magnam colla-

Hiero.

Secunda cõclusio.

Conceptus Antichristi.

Superbia Antichristi.

Danie. 11.

Tertia conclusio.

Bestia. Apocaly. cap. 13.

Universidad de Deusto Biblioteca

collaturus est. ¶Haud tamē virtutem vllam super naturalem habebit, quare nec vera miracula edere poterit. Miracula enim sola Dei virtute fieri possunt: quam nunquam neque ipse exercuit, neq; vlli creaturæ commisit, nisi ad fidem catholicam asserēdam, multo ergo minus illam Antichristo tribuet ad illam labefactandam. Erit tñ prompto paratissimoq; dæmonum satilicio constipatus, quo posit ficta seductoriaq; miracula ostentare: vel aerem immutando, vt præstigiatores faciunt, vel phantasticas species cōmouendo, vt res quę non sunt, aut quales non sunt appareāt, quod diabolus facere pōt: imò & per nicissimo motu poterit agētia naturalia passis admouere: vt quam citissimè res fiant naturales, quę possint ęstimari miracula. Quod in Magis Pharaonis secundū Aug. vsuvenit, qui fecerunt serpentes & reliqua. ¶Vnde eodem loco Apostolus. Erit inquit aduentus eius secundum operationem Satanę, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductiōe iniquitatis his qui pereūt. Atq; illis apparētibus mirabilibus, homines vanos & ad credendum faciles, dementabit: auaros verò opibus, & superbos honorib⁹, & voluptuosos voluptatib⁹, & meticulosos terroribus. Plerosque tñ immanitate tormentorum exquisitissimaq; trucidandi arte euincet. Nam alia via quomodo poterit tam turpe tamq; nefandum hominis monstrū quēpiam allicere, quem in suam amicitiā conciliet? ¶Dies aūt persecutionis eius vt Christus ait breues erunt propter electos: Durabit enim illius persecutionis truculētia, vt supra diximus, & Aug. 20. de ciuit. cap. 8. refert tribus annis cum quarto dimidiato. Tantū em ferè durauit prędicatio Christi, processuraq; est prędicatio Eliæ, ac subinde Antichristi calamitas: de qua Daniel. ca. 12. vaticinatus est. Visio aūt fuit, quod cùm interrogasset Angelum vsq; quo finis illorū mirabiliū? rndit quia in tēpus & tempora & dimidiū temporis: scilicet, in vnum annum atq; alteros duos & dimidium quarti, idemq; inferius repetit dicens, A tempore cum ablatū fuerit iuge sacrificium, scilicet ecclesiæ, & cum posita fuerit abominatio, scilicet Antichristi, in desolationē dies mille ducenti nonaginta, qui idem ferè tempus reddunt. ¶Finis autem eius erit quod Michael ecclesiæ princeps, qui diabolicum de cœlo deiecit exercitum, illum extinguet, & vt fertur in mōte Oliueti, vnde Christus ascendit. Id enim Daniel in initio eiusdē capitis, insinuat dicens. In tempore illo consurget Michael princeps magnus, qui stat p filijs populi tui: & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt, vsq; ad tēpus illud: & multi ex his, qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitā æternam alij in opprobriū, &c. Et hoc est quod ait eodem loco Paulus. Tunc reuelabitur ille iniquus quem dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ &c.

Non faciet vera miracula.

Paulus.

Tempus persecutionis Antichristi.

Visio Danielis.

Finis Antichristi.

¶Ad primum igitur argumentum respōdetur. Diabolum & Antichristū non esse duo, sed vnum caput: quoniam Antichristus virtute diaboli vtetur. Veluti Deus est caput Christi, & Christus caput ecclesiæ in virtute Dei. Et summus Pontifex dicitur caput ecclesiæ tanquam Christi vicarius, cuius virtute & autoritate fungitur. Atq; adeo nihil obstat, quominus sit, & membrum diaboli & malorum caput.

Solutio argumentorum.

QVAESTIO SECUNDA, De signis iudicium antecessuris.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm iudicio finali aliqua sint signa antecessura.

Secunda quęstio est de signis iudicij, & ideo quæritur primo, vtrùm aliqua sint illud præcessura. Et arguitē à parte negatiua. Dies iudicij, vt supra constitutum reliquimus, sic est nobis occulta, vt eam nosse minimè nobis expediat: iuxta illud Pauli. 1. Thessal. 5. Ipsi diligēter scitis, quia dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. Cum em dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habētis, & non effugient. Rei autem occultæ non congruit indiciū antecedere: ergo nulla sunt antecessura signa. ¶Secundò arguitur. Aduentum primum in carne, quātus fuerit plurimis prophetarum oraculis prænuntiatus, nulla tñ antecesserunt signa: ergo neq; præcedent secundū aduentū. Nam cùm in primo occultus venit, quare à suis ipsis fuit ignoratus: & in secundo, vt ait Psaltes, manifestè veniet: si signa aliqua necessaria essent, potius deberent primum antecedere. ¶In cōtrarium, est illud Lucæ. 21. Erunt signa in sole & luna & stellis. &c.

Partitio negatiua.

Secundò arguitur.

Quæstio.

¶Quęstionem hanc ancipitem reddunt euāgelica verba apud Matthęū. cap. 24. & apud Lucam cap. 21. vbi de signis Christus sic amphibole locutus est, vt vix oculatissimus dignoscere queat, vtrùm de illis loquatur quæ excidij Hierosolymitani indicia fuerunt: an de illis quæ aduentū vltimū dñi indicabunt. Vnde nonnulli ex quibus est Abulensis super Matthæum, contendunt non nisi de euersione Hierosolymorum accipienda. At verò hæsitari non debet quin de ambabus simul consummationibus: scilicet, ciuitatis illius & totius orbis, intelligantur: nempe, partim de vna & partim de altera: vt in epistola ad Esichium ait Aug. & 20. de ciui. Dei, ca. 5. Hoc certè Matth. 24. palam fit: Sermo enim obortus illic de clade Hierosolymitana fuit. Prospiciens enim structurā templi ait Christus. Nonne videtis hæc omnia? amen dico vobis nō relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Et tunc accesserunt ad eum discipuli seorsum, secretò interrogantes duo: primum quando futura esset ciuitatis subuersio. Dic nobis quando hęc erunt (quę tu dicis) scilicet templi subuersio: & quod signum aduentus tui & consummationis seculi, id est, dic præterea hoc quod sub tices, quę signa erunt aduentus tui. Præsupponebant enim, aduentum eius & consummationem seculi eodem tempore fore. Et hoc erat quod ipsi omnium potissimum scire cupiebant, quod ideo identidem illum interrogabant: vt Actuum. 1. legitur. Commiscuerūt autem ambas interrogationes, vel arbitrati excidiū vrbis non fore vsq; ad seculi consummationem venturum, vel fortè mysterium illud docti, cuius articulo præcedenti meminimus: videlicet, quod sicut templum illud sacrificijs illius legis dedicatū erat: ita & totus mūdus templum erat futurus in quo euangeliū erat colēdum. Ac perinde quod euersio Hierosolymitana quæ in abolitione illius legis erat futura, prognosticū esset cōsummationis seculi: quæ deficiente fide & cultu euangelij expectatur. Obidq; Christus vtriusq; signa promiscuè posuit. Quocirca, non solum quædam ad Hierosolymam referuntur, & quædam ad finem mundi, vt Aug. autor est, verùm aliqua vtrunq; simul sensum referūt.

Secundò arguitur.

Quæstio.

Secundò arguitur.

Quæstio.

¶Illud ergo quod primum omnium respōdit. Videte ne quis vos seducat, multi enim venient in nomine meo dicentes. Ego sum Christus, audituri estis prælia &c. oportet hæc fieri: sed nondum finis: manifesta respōsio est ad secundum interrogatū de consummatione seculi. Non enim ait restrictè, nondum finis tēpli & vrbis: sed simpliciter nondum finis. Vbi planè insinuatur finis mundi. At verò nō ponit illic signa propria finis mundi, sed communia: quæ ab eius passione vsq; ad illum finem sunt processura: tam in pseudo Prophetis & hęreticis, quàm in tyrānis, qui prelijs & falsis dogmatibus afflicturi sunt ecclesiam. Atque hunc sensum explicatius refert Lucas cap. 21. dicens. Inijcient vobis manus suas, & persequent, tradentes vos in sinagogas & custodias. &c. Et propterea dicit. Nondum finis. Tametsi in fine mundi illa erunt omnibus præcedentibus acerbiora. Nam quanuis hæreses semper fuerint, & modò ob nostrorum peccatorū merita augeantur, & magna ex parte discessionē à Romana sede in hæreticis nostri seculi conspiciamus, quod est mysterium iniquitatis, vt ait Paulus Antichristi: & quanuis prælia & seditiones, vt ait Aug. semper fuerint: & quāquam multi se nominauerint Antichristos, vt Mahometus atq; alij, hæc tamen quędam figura sunt illius veritatis quę in Antichristo cumulatiùs complebitur. Quare hæc non sunt signa, quæ punctim indicent finem mūdi, sed prognostica illius temporis: quæ quāto auctius succreuerint, tāto tēpus illud properantius aduenire proclamant. Et ideo cōcludit Christus. Qui perseueraverit vsque in finem hic saluus erit. ¶Item quod continuo subsequitur. Et prædicabitur hoc euangeliū regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet cōsummatio, palam ad finem mundi refertur. Non enim ait, tunc erit cōsummatio tēpli aut ciuitatis, sed simpliciter, cōsummatio. ¶At quod sub inde subiūgitur. Cùm ergo videritis abominationē desolationis quæ dicta est à Daniele propheta: reuersio esse videtur ad respōdendum primo interrogato de subuersione templi. Nam licet hoc Matthæus, non tam planè explicet: Lucas tamen explicatiùs eodem loco illud commemorat, dicens. Cùm autem videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote: quia appropinquabit desolatio eius, tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & qui in medio eius discedant,

Primum respōsum.

Et prædicabitur hoc euang. &c.

Abominatio desolationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dant,& qui in regionibus non intrent in eã, quia dies vltiõis hi sunt. Et ideo vterq; euangelista subiungit. Væ prægnãtibus & nutriẽtibus in illis diebus: quia scilicet non poterũt fugere. Atqui si in hoc sensu sumantur Matthæi verba, scilicet, de Hierosolymorum clade, necesse est prophetiam ibidem allegatã Danielis referri ad capi.9. nõ quidem ad.79. hebdomadas illic relatas, quæ procul dubio in primo aduentu Christi fuerũt completæ: sed ad præcedentia ibidem verba quibus vrbis subuersionem per Romanos faciendam prænuntiauit. Quanuis & in eadem strage finis mundi fuerit præsignatus, quem diem Propheta etiam descripsit. cap.12. vt supra distin.43. quest.2. ar.2. explicuimus. Nihil ergo vetat vtrumq; sensum Christum insinuasse: idcirco enim subiunxit. Qui legit intelligat. Extat autem verbum ab ipso allegatũ apud Danielem. c.9. vbi post enarratam occisionẽ Messię subdit. Et erit in templo abominatio desolationis. Quam quidem abominationẽ nonnulli, vt etiam Aug. meminit, referunt ad idolum quod Antiochus tẽpore Machabæorum, vt libro eorum. 1. capi. 1. scriptũ est, in templo erexit super altare Dei: quod nominauit idolum desolationis. Et propterea aiunt dixisse Christum abominationẽ stantem in loco sancto. Sed re vera verbum Christi non alludit nisi ad desolationem quę Romanorum impetu post eius passionem facta fuit: de illa quippe prophetauit illic Daniel dicens, nunquam sub omni cœlo tam magnum fuisse malũ. Vel ad desolationem mũdi illic designatam. Et ideo non ait Idolum desolationis, sed abominatio. Dixit autem Christus stantem in loco sancto, vt alluderet ad verbum Danielis, in templo, quod per Romanorum abominationem desolatum fuit.

Danie.9.

Idolũ Antiochi.

¶ At quod apud eundem Matth. ab illo verbo subsequitur. Erit enim tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsq; modò, neq; fiet: certe ad propria signa consummationis seculi regressio est. Quare ad quæstionem hac conclusione respondetur. Signa futura sunt aduentus domini prænuntia, atq; ipsi proxima. Et primum quidem verbum ipsum postremo citatum hoc denotat: quare particula, enim, non refertur ad proximã orationem præcedentem, saltem si de excidio intelligatur Hierosolymitano, sed ad aliud superius antecedens verbum. Et tunc erit consummatio, scilicet mundi. Nam quod de illo redeat illic sermo, patet ex prædicto verbo. Erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neq; fiet. Daniel nanque de clade Hierosolymitana locutus, non ait nisi, quòd erit magnum malum, quale non fuit sub omni cœlo, scilicet, vsque ad subuersionem vrbis & templi: nõ tamen inclusit futurum sub Antichristo: Christus verò adiecit neq; fiet illucusq;. Tametsi græca lectio non habeat nisi, neq; fiat, deprecatiuè: sed consonantior est latina. ¶ Secundò id constat ex subiunecto verbo. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: Nõ dicit eum modo, omnis caro Hierosolymitana, aut Iudaica, sed omnis caro simpliciter. Quare abbreuiandos ait propter electos, scilicet, totius ecclesię. Quocirca id quod subditur. Surgent enim pseudo Christi & pseudo Prophetæ & dabunt signa magna & prodigia: palam de Antichristo, & de eius auxiliaribus ducibus intelligit. Quare subinfert. Ita, vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Atque id ipsum subsequens particula confirmat. Sicut fulgur exit ab oriente, & patet vsque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Vel forsan legendũ est, fulgor, vt referatur ad solem, qui subito dum oritur, videt in occidente. Quanuis Lucæ.17. Sicut fulgur, inquit, coruscans de sub cœlo in ea quæ sub cœlo sunt fulget, ita erit filius hominis in illa die. Et subdit apud Matth. Vbi fuerit corpus congregabuntur & aquilæ: fit enim allusio ad illud Pauli. Rapiemur in nubibus obuiam domino in aera: aquilarum nanq; volatu, sanctorum merita diuino numine suffulta denotãtur. ¶ Super omnia demum rem confirmat, cõclusio illa. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellę cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in cœlo, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cũ virtute multa & maiestate. Et tandem subdit. De die illa nemo scit, &c. Et similia ferè verba habentur Marci.13. & Lucæ.21. proeul dubio ergo certissima est conclusio, quòd ante diem iudicij apparebunt in cœlis expauescenda signa. ¶ Et confirmatur præterea ratione ex his vltimis verbis collecta. Est enim Christus dominus cum potestate magna & maiestate venturus: ad autoritatẽ autẽ iudicis confert, aliqua signa præcedere, quæ iudicandos ad reuerẽtiam & terrorẽ cõmoueãt: vt supplices in eius tribunali sistantur. Cùm ergo ma-

Respõsio de fine mundi.

Cõclusio prĩcipalis.

Ratio.1.

Ratio.2.

Præcipua firmatio.

ergo maiestas Christi, & potestas sit super cœlestis, condecet, vt signa quoque cœlestia eius aduentum repræsentent. ¶ Hieronymus autem quindecim continuis diebus iudicium præcedentibus, quindecim signa refert futura: dicens, quòd prima die maria omnia exaltabuntur. 15. cubitis super montes. Secundo omnia æquora prosternentur in profundum: ita vt vix videri possint. Tertio redigentur in antiquum statum. Quarto belluæ omnes & alia quę mouẽtur in aquis, congregabuntur & leuabuntur super pelagus, more contentionis inuicem mugientes. Quinto omnia volatilia cœli congregabuntur in campis inuicem plorantes, non gustantes neq; bibentes. Sexto flumina ignea surgent ab occasu solis cõtra faciem firmamenti vsque ad ortum corruentia. Septimo, omnia sydera errantia fixa spargẽt ex se igneas comas, sicut cometæ. Octauo, erit magnus terręmotus, & omnia animalia prosternentur. Nono, omnes lapides tam magni quàm parui diuidẽtur in quatuor partes: vna quaque aliam collidente. Decimo, omnes plantæ sanguineũ fluent rorem. Vndecimo, omnes montes, & colles & ædificia in puluerem redigentur. Duodecimo, omnia animalia venient ad campos de siluis & mõtibus rugientia, & nihil gustantia. Tredecimo, omnia sepulchra ab ortu solis vsq; ad occasum patebunt cadaueribus ad resurgendum. Quarto decimo, omnes homines de habitaculis suis recedent non intelligentes: neq; loquentes: sed discurrentes. Quintodecimo, omnes morientur, & resurgent cum mortuis longè ante defunctis. Hæc autem Hieronymus non tanquam ex propria sententia cõstituit: sed dixit se in annalibus Iudæorum inuenisse. Sunt autem, vt apparet cõficta. Posuit enim Christus signa illius diei, & tamẽ nullius istorum meminit: neque omnia videntur rei esse conuenientia.

Quindecim signa.

Similę ab arbore fici.

Obiectio.

¶ Ad primum igitur argumentum respõdetur, bifariam eiusmodi signa posse intelligi antecedere. Vno modo, quod aliquantulo tempore aduentum domini præueniant: ita vt non monstrent diem certum neque mensem: imo forsan, quod antecedant per annũ vel amplius. Et tunc, vt ait ad Esichium August. erit inter probos & improbos dissensio & discrimen: quod homines ventri & luxui dediti erunt, vt ait Paulus in pace & securitate, veluti mortales illi, dum arcam Noe fabricabat: sed cordatiores & Dei cultores, non erunt in illa tranquillitate, imò de illis, ait Lucas, quod arescent præ timore. Quare nõ obstat diem iudicij fore sic occultam, vt planè non constet, & nihilominus antecedere signa quæ diem illam comminentur. ¶ Atque huc alludere videtur similitudo Christi. Ab arbore fici, discite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia propè est æstas: ita & vos cùm videritis hæc omnia, scitote, quia propè est in ianuis. At verò similitudo illa non videtur signis iudicio proximis apposita, sed cunctis à tempore passionis Christi illucusque procedentibus. Prædicationem enim suam & mortem, comparauit gemmantibus arboribus, & virescentibus: nam illic iacta sunt semina spiritualium fructuum. Dixit autem, propè esse æstatem, sicuti ait in sua Canonica Ioannes, nunc esse nouissimam horam. ¶ Secundò ergo modo & melius dicendum signa illa ventura esse in eadem nocte vel die præcedente iudicio: vt quod ait Paulus. Dicturos tunc homines pax, & tranquillitas, referatur ad tempus antequam signa eos conterritent, & quod ait, repentinum superuenturum interitum, sicut dolorem in vtero habentis, referatur ad signorum præsentiam, quæ non permittet eis ad cor redire. Et de illo tempore, ait Lucas, quòd tunc arescent præ timore. Et tunc, quod ait Christus diem illam esse occultam, intelligendum est, quousque signa illam diem iam iam præsentem demonstrent: & ideo dicitur ventura sicut fur. Etenim quod iste modus dicendi sit rei congruentior probatur. Nam secundum priorem dicendum esset, obscuritatem solis & lunæ non duraturam vsque ad articulum & momentum iudicij: non enim credibile fit, tanto tempore in summis tenebris totum fore mundum: sed secundum hunc modum posteriorem, tenebræ durabunt, quousque ignis præcedens faciem Domini, & splendor ipsius iudicis, cœlum serenet. ¶ Ad secundum respondetur. Quod primus aduentus Christi debuit esse per Prophetas, quantum ad tempus prænuntiatus: ipse tamen debuit venire occultus: & vtraque ratione non decuit, vt signa præcederent: præsertim quod primus aduentus fuit pacificus, secundus verò erit terrificus.

Solutio secũdi diargumẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS. II.

Vtrùm Sol & Luna circa iudicium, secundum rei veritatem contenebrescent, & virtutes cœlorum mouebuntur.

Conſtituto quod aduentum iudicis, debent ſigna cœleſtia prę uenire, quæritur quemadmodum illa debeant contingere ſigna. Quæritur ergo primo vtrũ propè iudicium, obſcurabitur Sol & Luna, & virtutes cœlorum mouebunt. Et arguitur à parte negatiua. Sol & Luna ſimul priuari ſua luce nequeunt, nam luna eclypſatur per interpoſitionem terræ inter ipſam & ſolem, quare debent eſſe in oppoſitis cœli punctis. Sol verò obſcuratur per interpoſitionem lunæ inter ipſum & nos: ad quod requiritur eſſe luminaria coniuncta. ¶ Secundò arguitur. Sicut dicitur, quod Sol & Luna obſcurabuntur, ſubiungitur, quòd ſtellæ cadent de cœlo: ſtellæ autem cum ſint cœli partes, ac perinde incorruptibiles, cadere inde nõ poſſunt: ergo omnia per metaphoram intelligenda ſunt, & non ſecundum rei veritatem. ¶ Tertiò, virtutes cœlorum intelligi nequeũt niſi angeli: illi autem moueri non poſſunt, primo quia ſunt beati, quibus mutari repugnat, ſecundo, quia neq; timere poſſunt neque admirari, cum admiratio ex ignorantia cauſarum proueniat: quæ in angelis eſſe nequit: tertio, quia circum ſtabunt domino in iudicio, iuxta illud Apocalypſis. 7. Omnes angeli aſtabunt in circuitu throni. ¶ In contrarium eſt textus euangelicus. Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum mouebuntur.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæſtionem quatuor concluſionibus reſpondetur. Operæpretium autem eſt primum de tempore diſtinguere: ſcilicet, ante aduentus Chriſti articulum aut in ipſo articulo, aut poſt. In ipſo enim temporis articulo, non ſolum nulla erit obſcuritas ſolis & lunæ, verùm multo fulgentiùs q̃ modo ſplendeſcent: quia adueniente domino totus innouabitur mundus. Iuxta illud Iſaię. 30. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſeptempliciter. Quæ etiam luminaria peracto iudicio lucentia permanebunt: luna ſcilicet, in occidente oppoſita ſoli. De qua re diſtin. 48. recurret ſermo. Loquimur ergo de tempore, quod erit iudicio proximum, vt articulo

Decisio articuli.

Sub tempus iudicij non erit obſcuritas.

præcedenti expoſitum eſt. ¶ Sit ergo prima concluſio. Sol tunc & luna obſcurabitur. Conclusio habetur in euangelio, & ideo probari non indiget. ſed tamen de modo dubitatur, qui poteſt vnus eſſe trium: ſcilicet, aut per eclipſim, aut per ſubtractionem radiorum, aut per interpoſitam nubem. Nam quod Hieronymus præſenti loco inſinuat, videlicet luminaria tunc non eſſe abſolutè remiſſura lumen, imò quòd debent fulgentiùs promicare, ſed q̃ reſpectu eximij ſplendoris iudicis dicentur obſcurari, textui euangelico non vſque adeò conſonat, vbi tanquã exhorrendum ſignum obſcuritas illa denotatur. Idque iudicio antecedens: cùm tamen claritas ſolis non ſit vſque ad iudicij momentum augenda. Per eclipſim autem obſcuritas illa non fiet, primo propter rationem ſæctam, quia Sol & Luna ſimul eclipſari non poſſunt. Item quia ſol tũc erit in oriente, & luna in occidente. Deinde q̃a obſcuratio illa erit in vniuerſo orbe, tamen vniuerſales eclipſes eſſe non poſſunt: & ideo obſcuritas ſolis, qui expirante Chriſto tenebras fecit in vniuerſo mũdo, nõ potuit eſſe eclipſis. ¶ Tertio ad rem propriè arguit. Eclipſes ſunt res naturales, quæ cum per naturam accidant, non dicuntur ſigna, neq; verò terrorem incutiunt, neq; admirationem generant: at verò obſcuritas tunc ſolis & lunæ commemorantur tãquam ſigna ſupernaturalia aduentus domini, qui etiam ſupernaturalis erit, terrore & admiratione plena: ergo non per cauſas naturales, ſed ſupernaturaliter contingent. Et confirmatur, quia ſimiliter dicitur de ſtellis, quòd cadent: ſcilicet, à ſuo lumine: & tamen hoc fieri non poteſt per eclipſim. ¶ Poteſt ergo obſcuritas illa fieri per radiorum ſubtractionem: nimirum per hoc quod Deus concurſum generalem ſuſpendat: ne cum illis luminaribus ad lucendum concurrat: ſicuti ſolem in tempore Ioſue ſuſpendendo eundem cõcurſum ne moueretur ſiſtere gradum fecit. Atq; hoc pacto ſole ſuum mittente radios luna & reliqua aſtra, quippe quæ ſolo fulgore ſolis lucent, contenebreſcent. Quapropter modus hic non eſt niſi valde conueniẽs. Veruntamen, quia in miraculis id quod minoris admirationis exiſtit aſſerendum eſt, fortaſſe obſcuritas non niſi obtenſa nube aliqua fiet: quæ totum orbem obnubilet. ¶ Secunda concluſio. Pari modo vniuerſa aſtra obſcurabũtur: vel quia ſol ad illa fulgorem nullum mittet: vel quia

Primacuclusio.

Eclipsium erit.

Per radiorum ſubtractionem.

Secunda conclusio.

nubes

nubes totum cœlum cõteget. Atque hoc pacto dicuntur cadere: quia ſuum ceſſabit lucendi officium. Iuxta illud Ioheliſ. 3. vbi de eadem die propheta locutus ait. Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerũt ſplendorem ſuum. Sic enim ſol dum ſub terram cadit obſcurari videt: & quando mane aſtra occultantur cadere vulgo apparet. Quocirca quanuis verborum varietate euangeliſta vtatur dicens. Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent: eandem obſcuritatem ſignificat, niſi quod varietas illa maiorem emphaſim habet ad incutiendum terrorem.

Diſtinctio.

¶ Hæſitabit autem quiſpiam, eſto oporteret apparere cœleſtia ſigna iudicij, cur hæc potius quàm alia: poterant, nanque vel ſtare, vel retrocedere, vel augere lumen. Reſpondetur, illa eſſe congruentiſsima. Primò, quia crementum luminis, non erat ad terrorem & mœrorem aptum: & ſtatio ſolis & retrogreſsio tempore Ioſue, & Ezechiæ, vt. 4. Regum. 20. legitur accidit. Oportet autem, vt in fine mundi ſigna dentur inſolita, & inaudita. Sed potiſsima ratio eſt, quòd cùm ille futurus ſit obitus quidam mundi, & potiſsimus effectus luminarium ſit lucere, condecet, vt aſtra luctus & mœroris documenta ſubtracto lumine præbeant. Illa enim ratione ſol quaſi necem ſui creatoris lugẽs in momento paſsionis Chriſti lumen ſubduxit orbi. ¶ Ex his colligitur obſcuritatem illam aſtrorum, non eſſe qualemcunq; futuram, vt in noctis crepuſculo, aut in tempore eclipſis, ſed omnimodam, abſque vllo prorſus ſplendore, aceſi nullum eſſet aſtrum in cœlo. ¶ Tertia concluſio. Non ſolum in cœlo, verùm in elementis, vt in aere, & in mari, & in terra erunt ſigna. Sic enim legitur Lucæ. 21. Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & in terra preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris & fluctuum. Quemadmodũ enim dum fabrica quædam & moles magna minatur ruinam, columnæ omnes & tigna, ſtridore concutiuntur. Sic tunc elementa quæ ſunt mundi columina, contremiſcent, quaſi ſint à ſuo ordine diuellenda. Quare & mare immodicis, eiſdemq; inſuetis fluctibus intumeſcet & fremet, vnde & terræmotus inſurget, & animalia cuiuſque generis conterrita expaueſcent: & arbores conuellentur, & ædificia corruent. Quapropter homines, vt ait Lucas, areſcent: neque id tamen vna tantum cauſa. Primùm, ſcilicet, quia deficiente ſolis

Veriſimiliores.

Aſtrorum obſcuritas.

Tertia conclusio.

Exemplum.

Homines areſcent.

lumine, quod in hæc influit terreſtria, viuentium virtus deficiet. Secundò, ob nimiã animi anguſtiam, ac mœrorem præſentium malorum. Et tertiò propter timorem futurorũ, quæ præſens calamitas comminabitur. Erũt enim ſenſibus abſorpti, pauoreq; & ſtupore attoniti, quod areſcentium nomine deſignatur. ¶ Quòd ſi arguas, luminaria per ſuum lumen, quod in hunc mundum influunt ipſum conſeruant: ergo ſi antè diem iudicij illud lumen ſubtrahunt, ante ceſſabit mundus. Reſpõdetur, quod non ſolo lumine, ſed motu & alijs influentijs occultis mundum ſuſtentant. Et ideo licet tunc viuentia mareeſcent, non tamen prorſus res cunctæ peribunt. ¶ Quarta concluſio. Quòd cœlorum virtutes commouebuntur, duobus modis intelligi poteſt, Etenim quod moueãtur, euangelica aſſertio eſt. Modus autem non eſt ita certus. Primò enim poteſt ſententia illa eſſe quaſi præcedentium repetitio: vt virtutes cœlorum ſint ipſa luminarium natura. Quaſi dicat ſol, & luna, & ſtellæ obſcurabunt: quia virtutes ipſorum quæ ſunt illuminare mutabuntur. Sicut dum ſol tempore Ioſue greſſum tenuit, virtus cœli dici potuit moueri. Cui ſenſui applaudit litera cauſalis apud Lucam. Erũt ſigna in ſole & luna &c. Nam virtutes cœlorum mouebuntur: ac ſi cauſa tam obſcuritatis aſtrorum, quàm fluctus maris, & preſſuræ gentium, ſit futura mutatio virtutum, influxuumque cœleſtium. ¶ Nihilominus ſecundo modo poſſunt virtutum nomine angeli ſubintelligi. Cui ſenſui germanior eſt textus copulatiuus apud Matthæũ. Et virtutes cœlorum mouebuntur. Quaſi alia ſit res noua præter præcedentia ſigna. Et Marcus ſignificantius ait. Et virtutes, quæ ſunt in cœlo mouebuntur. Imò Chryſoſtomus, videtur ad quendam eorum metũ verbũ referre. Ait quippe. Virtutes cœlicæ mouebuntur quanuis conſciæ non ſint: videntes enim infinitas multitudines condemnari non intrepide ſtabunt illic. Quibus verbis non inſinuat, timore propriæ damnationis concutiendos. Nam cùm ſint beati, nequit eiuſcemodi timor eos tangere. Sed quòd trepidabunt tantam mortalium cladem aſpicientes. Neque verò ille erit propriè timor, qui eſt de malo futuro: neque verò admiratio, quæ ex ignorantiæ cauſa naſcitur: quia res iſtæ non poſſunt in angelos illos fœlices cadere, quippe qui diuino conſpectu fruantur. Sed ad exagerandam rei magnitudinẽ,

Quarta conclusio.

Virtutes.

Lucæ. 21.

Angeli.

Chryſoſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit more nostro illos trepidaturos. Atverò Christus, non loquebat̃ de illo iudicij momento, sed de antecedẽti tempore. Ob idq; ad Esichiũ Aug. sic inquit. Non solum mortales fluctuabũt cùm alterabit̃ mundus, sed & angeli stupebũt in tam terribilibus mutationibus vniuersi: hoc est, stabunt immoti sicut solent, qui stupore corripiũtur. Cui alludit illud Iob. 26. Colũnæ cœli contremiscũt, & pauẽt ad nutum eius. Vnde colligit Beda. Quid ergo facient tabulæ: hoc est, mortales hoĩes cum tremunt columnę? Et re vera sola lectio & cõtemplatio tam terribilium rerũ, tamq; exhorrẽdi spectaculi, deberet nos modò cõmouere, ne tunc aspectus pauidos obrueret. ¶ Fortasse verò, non ad cõmotionem mẽtis angelorũ, sed ad mutationẽ eorũ operationũ, hoc significãtius refertur. Vnde alij qui dicunt cessationẽ angelorũ ab operibus cõsuetis, in quibus requiescũt, appellari hic motiones. Cessabũt em̃ iam inde tum orbes mouere, tũ & hoĩes custodire, atq; alia erga nos officia exhibere. Attamẽ cessatio illa nõ tam apte dicitur angelorũ motio: præsertim q̃ illa requies ab articulo tẽporis iudicij debet incipere. Et tũ Christus loquitur de tempore præcedenti. Dicendum ergo, angelos tunc lic mouẽdos quod insueta opera & officia exercent: tam in collectione puluerum, quàm in alijs ministerijs illic necessarijs. Vnde virtutum nomẽ vel vniuersos angelos designat, qui dicũtur virtutes: hoc est, spiritus, qui non sunt corpora, sed merę virtutes. Vel fortasse significatur, quintus angelorum ordo: scilicet, medius secundæ hierarchiæ, qui ob id virtutes dicuntur, quòd sunt miraculis ædendis tanq̃ ministri deputati: proferentur enim illic miracula maxima. ¶ Per hæc ergo argumentorũ solutiones liquidò constant.

August. *Iob. 26.* *Alius sensus.* *Sentẽtia autoris.*

DISTINCTIO
Quadragesima septima, De finali iudicio.

Textus. Capit. j.

HIS itaque de Antichristo & de signorum considẽratione præiactis ad meditationem gñalis iudicij descendamus, quod in consummatione seculi nos manet. Hanc enim catholicam veritatem sacra nos oracula docent, vt illud Ioannis, Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Et apud Matthæum. Væ tibi Corozain. Dico vobis Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij quàm vobis. Et rursus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condẽnabunt eam. Vnde. 20. de ciuitate Dei Augustinus euidentissimè, inquit, testimonia sacra diem iudicij prædicãt esse venturam. Enimuerò, vt in rerum conditione primo consideratur generalis illa qua mundus fuit conditus: præterea vnius cuiusque hominis alia singularis, ita præter peculiare iudicium, quo vnusquilibet dum vita defungitur iudicatur, congruit aliud in fine seculi celebrari, quod primę vniuersali creationi respondeat.

Ioan. 12. *Matth. 11.* *August. 20. de ciui. Dei capit. 5.*

¶ In illo verò iudicio Christus do minus quatenus homo cui quaratione humanitatem assumpsit pater contulit, vt rex esset regni cœlorum, iuxta illud Lucæ. 1. Dabit ei dominus sedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in ęternum, sedebit iudex, iuxta illam eius confessionem apud Ioannem. Pater nõ iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Et rursus. Potestatem dedit

Capi. 3. *Ioannis. 5.*

dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Alij nihilominus beatorũ, qui relictis omnibus sequuti sunt ipsum, ei erunt assessores iudices: ait quippe apud Matthæum discipulis suis. Amen dico vobis, quòd vos qui sequuti estis me in regeneratiõe cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Hoc est gentium vniuersitatem. Super quæ verba Augusti. libro. 20. de ciuitate Dei, ait. Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, solos duodecim homines cum illo iudicaturos putare debemus: alioqui Matthias, qui in locum Iudæ apostolatum accepit, & Paulus, qui plus alijs laborauit, vbi ad iudicandum sedeant non habebunt. Vnde duodenario numero significata est vniuersa iudicantium multitudo: eorum scilicet, qui Apostolorum fuerint sectatores. Hos insinuauit Isaias, dicens. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Et Iob. 36. Non saluat impios & pauperibus iudicium tribuit.

Matth. 19. *August. 20. de ciui. Dei capit. 5.* *Isaiæ. 3.*

Capi. iij. ¶ Atqui in illo generali iudicio vniuersi mortales comparebunt, iuxta verbum Christi apud Mattheum. Et congregabũtur ante eum omnes gentes. Et ad Romanos, Paulus. Omnes stabimus ante tribunal Christi, vniuersiq; iudicio vel approbationis, vel condemnationis iudicabuntur: vel illam sententiam audientes. Venite benedicti patris mei percipite regnum: vel illam. Ite maledicti in ignem æternum. Iudicio tamen discussionis neque omnes electos, neque verò cunctos reprobos opus erit iudicare. Imò, vt Gregorius. 26. libro Moralium, ait. Cùm duæ sint iudicandorum partes, electorum, scilicet, & reproborũ, bini ordines in singulis continentur, vt quatuor resultent ordines. Alij enim iudicantur, & pereunt: nempe, ini qui Christiani, quibus dicitur. Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. Alij iudicantur & regnant, vt boni Christiani, qui non omnia reliquerunt, quibus tamen dicitur. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Alij non iudicantur & pereunt: nempe infideles, quibus ait Christus. Qui non credit iam iudicatus est. Alij verò non iudicantur & regnant, vt qui non solum quod lex præcipit implere contenti sunt, sed & quod ad perfectionem consulitur adhibere student. Iudicium autem vt Iohelis. 3. assertum videtur, in valle Iosaphat futurum existimatur, ait enim propheta. Congregabo omnes gentes & deducam eos in valle Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis.

Gregor. 26. libr. Moral. capi. 24.

¶ Apparebit ergo dominus ad iudicandum in forma humana, sed tamen dotibus gloriæ fulgentissima. Cap. iiij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma. Videbunt enim filium homi
Luca. 2. nis, vt legitur apud Lucam (id est in forma humana) venientem in nube cum potestate magna, &
Matth. 25. maiestate. Et apud Matthæum. Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, &c. Videbitur autem ab vniuersis tam bonis quàm malis. At verò pij non solum formam serui, verùm & formam Dei con-
Aug. 1. de trinit. ca. 13. spicient. Iniqui verò, vt. 1. de trinitate, ait Augustinus, procul dubio eum videre non poterunt nisi secundum formam, qua filius hominis est: sed tamen in claritate in qua iudicabit, non in humilitate in qua iudicatus est. Cæterùm illam Dei formam in qua æqualis est patri non videbunt. Nõ enim sunt mundi cordes, & beati mundi cordes quoniã ipsi Deũ videbunt.

Cap. v. Daniel. 7. ¶Tunc ergo, vt est apud Daniel, in iudicium sedebit, & libri aperientur, in quibus vnusquisq; propria corporis quæ gesit vti ait Paulus legat: vt iustitiam intelligat sententię quam est auditurus.
Apocalypsis. 20. De quibus libris in Apocalypsis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum: liber autem vnicuiq; propria erit conscientia, quæ vti ait ad
Paul. Ro. ma. 2. Romanos Paulus, testimonium reddet ipsis, inter se inuicem cogitantibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die, cum iudicabit dominus occulta hominum. Credibile nanque est iudicium illud aut totum aut plurima ex parte, mentis potius significationibus quàm externis vocibus celebrandum.

¶Tandem rex, vt ipse apud Mat-
Cap. vi. thæum ait, separabit gentes ab in-
Matth. 25. uicem, sicut pastor segregat oues ab hedis, & statuet quidem oues à dextris suis: hedos autem à sinistris. Ac subinde his, qui à dextris existent, dicet. Venite benedicti patris mei posidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: esuriui enim & dedistis mihi mãducare: sitiui & dedistis mihi bibere, &c. His autem qui à sinistris. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: esuriui enim & non dedistis mihi mãducare, sitiui & non dedistis mihi potum, &c.

DISTINCTIONIS Quadragesimæ septimæ, Quæstio prima, De iudicantibus, & iudicandis.

ART. I.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm iudicium finale sit futurum.

Postquam superiori distinctione eorum quę iudicium antecedent tractatũ absoluimus, subsequitur, vt in hac quadragesima septima de iudicio ipso dicamus. Cuius duæ erunt quæstiones, prior de iudicantibus & iudicandis, ac posterior de eiusdem iudicij forma & modo. ¶Quæritur ergo primò tanquam omnium fundamentum, vtrum generale iudicium sit futurum. Et arguitur à parte negatiua. Legitur enim Naum. 1. Non consurget duplex tribulatio. Et secundum septuaginta interpretes. Non iudicabit dominus bis in idipsum. Vnusquisque autem in suo obitu iudicatur, & secundum merita retributionem suscipit: Dixit quippe dominus latroni. Hodie mecum eris in paradiso. Et de epulone, vt vna habet lectio. Mortuus est diues & sepultus est in infernum: ergo nihil alio generali iudicio opus est. Pręsertim cum iudicium debeat sententiam antecedere: quæ tamen in particularibus iudicijs ad singulos profertur. ¶Secundò arguitur. Si necessarium esset generale iudicium, id maximè propter corpora quæ tunc resurgent: ad corpora verò non pertinent meritum & demeritum, quia non sunt nisi animarum instrumenta: ergo cum iudicium futurum sit, vt pro meritorum ratione præmia, aut supplicia reddantur, non est vsque ad corporum resurrectionem dilatandum. Quod per illud Ioannis. 12. Nunc iudicium est mundi, confirmatur. ¶In contrarium autem est, illud Ioannis eodem capite. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.

Portinega. ua argumentũ pri. mum.

Secundũ ar gumentũ.

Pro affirmatiua.

Iudicij no. men.

¶Nomen iudicij vno modo vsurpatur pro intellectus assensu vel dissensu, quo enuntiationem cognoscimus esse veram, vel falsam: atque hoc modo impræsentiarum non accipitur. Sed altero, vt est actus iustitiæ, quemadmodum, secunda secundæ quæstione. 60. ait Diuus Thomas. Est enim recta definitio iusti, quæ perpensis rei causis colligitur. Vnde Philosophus quinto Ethicorum. Homines, inquit, ad iudicem sicuti ad quandam animatam iustitiam confugiunt. Et ideo quæstio præsens est de iudicio quo Deus de meritis nostris iudicat, seu bonis, seu malis: vt vnicuique secundum opera sua retribuat.

¶Et quidem Philaster in suo hæreticorum catalogo quosdam refert Barbaronos, atque alios Floranos, qui iudicium vllum fore negabant. At verò Augustinus in libro de hæresibus vbi illorum meminit hæreticorum, hunc errorem non commemorauit. Quicunque tamen illo fuerint commaculati, indigni sunt, quorum mẽtio fiat: adeò est eiuscemodi hæresis absurda. Præsertim si & particularia singulorum iudicia negabant. Cum enim diuinis legibus subditi simus quis tam mentis inops esse potest, qui neget eidem nos Deo rationem nostrorum morum exhibituros? Sed quæstio præsens non est nisi de generali iudicio, quod post cuiusque singulare expectamus. ¶Hac ergo catholica conclusione, quã negare hæreticum esset, respondetur. In seculi consummatione venturus est Christus, qui generali iudicio iudicaturus est viuos & mortuos. Hunc etenim inter alios articulum in symbolo confitemur. Et est assertio Christi loco citato apud Ioannem, Ille iudicabit eum in nouissimo die. Et Ioannis tertio. Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vbi duos sub notauit suos aduentus. Primum, scilicet, ad saluandum per misericordiam mundum, & secundum ad iudicandum ipsum rigore iustitiæ. Et ideo subdit. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Quasi illa sit futura materia iudicij, quemadmodum homines fidem susceperint & coluerint. Et Ioannis quinto. Procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij. Et Isaiæ tertio. Dominus ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui. Et. 1. ad Corinthios. 4. Apostolus. Nolite ante tempus iudicare, quo adusque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Et. 2. ad Corinthios quinto. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gesit, siue bonum siue malum. Vnde Augustinus. 20. de ciuitate Dei, capit.

Hæresis Barbaronum.

Conclusio.

Testimonia sacra.

Ioannis. 5.

1. Corint. 4.

2. Corint. 5.

August.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pit.quinto.Euidentissimè, inquit, testimonia sacra dieru iudicij prædicant esse ventu-
rum. Vt illud apud Matthæum capit.11. Væ tibi Chorozaim. Dico vobis Tyro & Sydo-
ni remissius erit in die iudicij quàm vobis. Et rursus ad Capharnaum.Dico vobis,quia
terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm vobis. Et Matthæi.12. Viri Ni-
niuitæ surgent in iudicio cum generatione ista,& condemnabunt eam: quia pœniten-
tiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quam Ionas hic. Et regina Austri sur-
get in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ au
dire sapientiam Salomonis, & ecce plus quã Salomon hic. Et Matthæi.13.in zizaniorum
parabola, ait, quod in consummatione seculi mittet filius hominis angelos suos,& col
ligent de regno suo omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in ca
minum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in re-
gno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. Hic, vt ait Augustinus iudicium,
vel diem iudicij non nominauit, sed multo eum clarius ipsis rebus expressit:& in fine se
culi futurum esse prædixit. Et Matthæi. 19. discipulis ait.Amẽ dico vobis, quod vos qui
secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, se-
debitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.Est ergo con-
clusio, sacris eisdemque manifestis oraculis constabilita. Vnde idem Augustinus eo-
dem libro capit.30. recensitis id genus diuinis oraculis, sic concludit. Nullus igitur,
vel negat vel dubitat per Iesum Christum tale quale istis sacris literis prænuntiatur,
futurum esse nouissimum iudicium,nisi qui eisdem literis incredula animositate seu cæ-
citate non credit.

Aliatestimonia sacra.

Rationes.

¶ Neque verò rationes desunt optimæ,qui-
bus conclusio congruenter demonstratur.
Enimuerò homo bifariam æstimari po-
test: vno modo, vt singularis persona:
atque altero, vt pars Christianæ Reipu-
blicæ. Rursus & quatenus est singularis
persona considerari potest aut in se præci-
se, aut in effectibus suarum actionum, qui
quotidie inserpunt, & ad alias ac subinde
alias personas profunduntur. ¶ Ex his ergo
quatuor colliguntur rationes. Prima, fi-
nis rei suo debet congruere principio: in
hac autem mundi machina consideratur,

Prima rõ.

tum vniuersalis eius creatio, tum & vniusc
uiusque hominis generatio: singulari au-
tem cuiusque generationi respondet pecu-
liare vniuscuiusque iudicium,dum moritur:
ergo congruens est, vt præter hæc particu-
laria iudicia fiat in seculi consummatione
vnum generale, quo de toto humano ge-
nere iudicetur: cui & angeli, qui nostri fue-
runt custodes, ceu nostri patroni compa-
reant, & dæmones, qui fuerunt nostri ho-
stes, vt criminatores assistant.

Secunda ratio.

¶ Secunda ratio est Sancti Thomæ tertia
parte,quæstione quinquagesima nona, ar-
ticu.5. Quanuis homo secundum suam per
sonam per animæ separationem moriatur,
permanet tamen ex rebus futuris pluribus
modis dependens. Vno modo in filijs, se-
cundum illud Ecclesiastici.30. Mortuus est
pater eius & quasi non est mortuus, simi-
lem em̃ reliquit sibi post se. Et similiter per-
sistit in sua familia & in suis subditis, quos
debuit integris moribus instituere. Secun-
do modo, etiam permanet in suis effectibus
seu bonis seu malis, Perseuerant enim &
martyrum aliorumque sanctorum exem-
pla, & sapientium doctrina, quibus homi-
nes in dies proficiunt & promouent. Rur-
sus hæreticorum dogmata quotidie ger-
minant, vt modo Lutheranorum, quo-
rum pestem vtinam Deus nostris seculis re-
stingat. Item manent in suis affectibus quæ
in rebus istis caducis & lubricis defixerunt,
amplificando res suas suaque perpetuando
nomina. Tertiò, & quantum ad corpora,
quæ vel honorifice fuerunt sepulta, vel nul-
la sepultura donata. In summa permanent
in hominum memoria. Cum ergo vniuscu-
iusque iudicium ex his omnibus pendeat,
quæ quanuis Deus antequam fiant noue-
rit, hominibus tamen ante finem mundi in-
notescere satis nequeunt, quam maximè
congruens est, vt tunc Deus mortalium v-
niuersitatem, eodem tribunali iudicet: vt
qualis vnusquisque fuerit, non solum per e-
ius actus, sed per omnes subsequentes effe-
ctus & per fructus quos in alias personas
protulit, aut per damna quæ illis intulit, v-
niuersis palam fiat. ¶ Tertia ratio inde su-
mitur quod legitimum operum pretium,
ex intentione quæ intus in corde latet æ-
stimatur, ex quo, vt ait Christus exeunt co
gitationes, siue bonæ, siue malæ. Quo fit,
vt quamplurimum subsit fallaciæ in iudi-
candis hominibus de externa facie & ope-
ribus.

Tertia ratio.

ribus. Sunt enim plurimi,qui lupinum pe-
ctus ouina pelle contegunt:& vice versa mul
ti pectoris sanctimoniam externe dissimu-
lant.Est ergo rei maximè consentaneum,vt
in generali hominum angelorumq; cõsen-
tu, abdita cordium propalentur, vt legiti-
mum personarum iudicium notum fiat v-
niuersis: atque adeò hypocritæ summo con
fundantur opprobrio, & Dei filij publi-
cis honoribus honestentur. Vnde Paulus
1.ad Corinthios.4.Nolite, inquit, ante tem
pus iudicare, quousque veniat dominus,
qui & illuminabit abscondita tenebrarum,
& manifestabit consilia cordium: & tunc
laus erit vnicuique à Deo. ¶ Quarta de-
num ratio sumitur ex similitudine semen-
tis & messis. Tempus enim præsentis secu-
li tempus sementis est, vbi grana cum pa-
leis mixta concrescunt, & zizania cum triti
co. Conuenit enim, vt ait super psalmum.
54. Augustinus probos in hoc seculo cum
reprobis commixtim viuere, vt mali consi-
lijs exemplisque bonorum in viam redeant:
& boni peruersa iniquorum opera caueãt.
Est ergo operæpretium, vt dominus mes-
sis,quemadmodum ait Baptista.Matthęi.2.
ventilabro suo, hoc est, discretionis iudi-
cio, permundet aream suam, triticumque
in horreum suum congreget, & paleas igne
comburat inextinguibili.

1.Corint.4.

Quarta rõ.

Ministri Christi.

¶ Ad primum igitur argumentum respon-
detur, quòd Deus non iudicat bis in idip-
sum, contra schisum prophetæ, hoc est,pro
eodem delicto non congeminat pœnas.At
tamen secundum rationes diuersas iudi-
cia duplare: scilicet,vt qui occulte tanquam
singularis persona iudicatus fuit, publici-
tus, quasi pars Reipublicæ iterum iudice-
tur: & præmium aut supplicium quod se-
cũdum animam suscepit, suscipiat etiam in
corpore, nihil iniustitiæ præ se fert, sed plu
rimum sapientiæ lumen. Et ideo ad postre
mam argumenti particulam respondetur,
non quemadmodum illi,quorum errorem,
distinctione.45.refutauimus, quod animæ
ante diem iudicij, nec donentur præmijs,
nec supplicijs plectantur: monstratum e-
nim illic reliquimus, quàm hoc sit falsum.
Sed respondetur primo, quod licet senten-
tia in iudicio particulari præcedat gene-
rale in parte,nihilominus per iudicium post
modum generale non solum confirmatur,
verùm ampliatur. Vt deinceps boni alijs
accidentarijs præmijs fruantur, tum in cor
poribus, tum sanctorum auctiori consor-
tio. Et pariter damnati truculentius cru-
ciabuntur. ¶ Ad secundum respondetur,
quod corpus non est, vt instrumentum ani
mæ separatum, sed coniunctum, tanquam
pars suppositi: & ideo sicut fuit particeps
laboris & voluptatis, debet esse & præmij
& supplicij. Atque adeò licet anima, quæ
per se subsistit, in ipso statim exitu à cor-
pore suam suscipiat retributionem, cor-
pus tamen, quia manet mutabilitati ob-
noxium, in fine mundi est illam recepturum.

Solutio secũdi argumẽ.

¶ Verbum autem illud Christi Ioannis, 12.
Nunc iudicium est mundi, non accipitur in
eo, quem,nunc tractamus, sensum, sed vt
tractatu.52. super Ioannem ait Augustinus,
loquebatur de iudicio quod fecit dum per
suam passionem, de diabolica tyrannide li-
berauit genus humanum.

Verbũ Christi Ioan.12.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm Christo sint alij assessuri iudices.

Onfitemur iudicium futu
rum, exploremus ergo de
iudicibus, vtrùm alij sint
assessuri Christo. Et ar-
guitur à parte negatiua,
ex illo Ioannis quinto. Pa
ter non iudicat quenquam, sed omne iudi-
cium dedit filio, vt omnes honorificent
filium sicut honorificant patrem. Igitur
cum honore illo filij nulla sit creatura di-
gna, fit vt nullus sit cum eo futurus iu-
dex. ¶ Secundò arguitur. Quicunque ses-
surus est de re aliqua iudex, debet pote-
state in id quod iudicat fungi: illa autem
de quibus incundum est iudicium illud
sunt merita demeritaque humana, quæ
soli diuinæ subsunt autoritati & cognitio-
ni: ergo nullus alius erit iudex. Præser-
tim si (quod quæstione sequenti proba-
bilius censebitur) forma illa iudicij tan-
tum in mente sit perficienda,consequi vide-
tur,quod solus Christus,cui patula sunt ho-
minum corda, debeat totum iudicium ab-
soluere. ¶ In contrarium est illud, Matthæi
decimonono, quod Christus est Aposto-
lis pollicitus. In regeneratione, cum se-
derit filius hominis in sede maiestatis suæ,
sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus

Partinegatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Israel. Cui illud consonat, Isaiæ. 3. Dominus ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui.

Prima conclusio. ¶Ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima Christus etiam quatenus homo, & inquantum redemptor humani generis constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum, Verba sunt Petri apostoli, Actuum. 10. Neque conclusionem hic præfigimus ceu ex professo locupletius ampliandam: pertinet enim ad tractatum de vita Christi. Quare de indiciaria eius potestate disseruit Diuus Thomas. 3. parte quæstione. 59. Sed eam tanquam reliquarum caput, *Notandũ.* præponimus. Vbi notandum, quod si loquamur de Christo quatenus Deus est, & de iudicio diuino vniuersarum rerum, non dixisset Christus. Pater non iudicat quenquam. Quia per proprietatem, idem est iudicium omnium trium personarum: licet per attributionem quodammodo competat filio iudicare. Nam etsi ad iudicium requiratur potestas, quæ attribuitur patri, & rectitudo, quæ attribuitur spiritui sancto: tamen quantum ad formam qua formatur iudicium requiritur sapientia. Iuxta illud Ecclesiastici. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum, sapientia verò attribuitur filio. Christus autem non loquebatur, nec nos loquimur de illo iudicio, sed de generali, quod facturus est in forma humana. De hoc ergo asseruit, quòd pater non iudicat quenquam, sed hanc potestatem dedit filio, quia filius hominis est.

Chrysosto. ¶Quanuis Chrysostomus arbitratus Christo, hanc iudicis facultatem, non quatenus homini, sed quatenus Deo per generationem æternam esse communicatam: non sic legit, sed interiecto puncto. Omne iudicium dedit filio. Vt alia oratio sit. Quia filius hominis est, nolite mirari hoc. At verò profectò lectio hæc nõ tam textui cõsonat, quàm *Cõtra Chrysosto.* alia Augustini, quæ est communis. Alioqui non negasset patrem illo modo iudicare, quo iudicat filius. Est ergo sensus, quòd in iudicio generali pater non iudicabit, sed filio hoc dedit: quatenus homo est: tametsi primæua iudicandi autoritas in patre ipso residet. Et ratio est, quia iudicium illud futurum est in forma visibili, vt etiam damnati, qui diuinitatem conspicere nequeunt, videant nihilominus ipsum iudicem. Vnde *Ratio.* cum pater non sit homo, quia neque humanitatem assumpsit, non iudicabit. Ait enim Augustinus in libro de verbis domini. Rectum erat, vt iudicandi viderent iudicem, tam boni quàm mali. Et ideo formam seruui iudex ostendit malis: bonis verò, etiam formam Dei. ¶Altius tamen ratio huius *Altior ratio.* contemplanda est. Eo enim, quòd Christus dominus nostram sibi humanitatem vniuit, ratione illius ineffabilis vnionis, competit ei esse regem regni cœlorum, iuxta illud Lucæ. 1. Dabit ei dominus Deus, sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Hunc ergo tunc titulum absq; meritis ratiõe diuini suppositi obtinuit. Sed præterea & quatenus suo nos pretioso sanguine redemit, ius suis meritis acquisiuit, vt esset caput nostrum ac subinde iudex. Nempe, vt qui pro Dei iustitia pugnauit & vicit, & iniustè iudicatus est, secundum Dei iustitiam iudex esset. Vnde Iob. 36. Causa tua *Iob. 36.* quasi impij iudicata est: iudicium causamque recipies. Et Augustinus in libro de verbis domini. Sedebit iudex, qui stetit sub iudice, damnabit verò reos, qui falso factus est reus. Et super autoritatem quam tractamus, Ioannis. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est ait. Non quidem propter conditionem naturæ: alioqui omnes homines eandem haberent potestatem: sed propter gratiam capitis, quam Christus in humana accepit natura.

Augus. *Ioannis. 5.*

¶Secunda conclusio. Alij etiam cum Christo iudicabunt. Vbi adnotandum est, iudicare, multifariam contingere. Vno modo, quis dicitur iudicare tanquam causa & obiectum, cuius comparatione iudicium alterius accipitur. Qui enim iustorum opera intuetur, iudicat quam sint impij culpandi. Atque hoc pacto Matthæi. 12. ait Christus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquam Ionas hic. Pluris enim illi Ionæ comminationem æstimarunt, quàm Iudæi disciplinam Christi. Et similiter Reginam Austri plus mouit Salomonis fama, quàm illos præsentia Christi. Sed isto modo non solum sancti, verum & nequam homines iudicabunt. Iuxta illud Matth. 11. Væ tibi Corozain, quia si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Et ideo per comparationem erunt illi reprobi causa condemnandi Iudæos obstinatiores illis. ¶Secundo modo

Secunda conclusio. *Multiplex iudicandi modus.* *Matth. 12.* *Matth. 11.*

modo dicitur quis iudicare, quia iudicanti consentit, quasi ei sententia placeat. Atque hoc pacto iusti omnes ac soli quodammodo iudicabunt, Christi sententiam approbantes. Iuxta illud Sapien. 3. Iudicabunt sancti nationes. Sed illud nondum est propriè iudicare, quasi per actionem & facultatem quæ illis competat. Quare conclusio nostra alium asserit iudicandi modũ, quo Christus non iustis vniuersis, sed peculiariter Apostolis, qui relinquentes omnia secuti sunt eum, pollicitus est. De quibus legit, Isaiæ. c. 3. Dñs ad iudicandũ veniet cum senioribus populi sui. Et Prouerb. 31. ait Salomon de ecclesiæ spõso, Nobilis in portis vir eius quãdo sederit cum senatoribus terræ. Et Iob. 36. Non saluat impios & pauperibus iudicium tribuit. Et Apocalypsis. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut & ego vici & sedi cum patre meo in Throno eius. Quanuis hoc ad vniuersos iustos referri videatur, qui sedebunt in throno cum Christo, non in throno iudicandi, sed regnandi.

Tertius modus. ¶Hanc verò apostolicam iudicandi actionem, Magister Sententiarum, non putat ante posse sciri, quàm videatur, nisi per reuelationem. Nihilominus sunt, qui non aliter interpretentur, quàm quod iudicabunt per honorabilem confessionem propè Christum: veluti assessores iudicare dicũtur, quia superiores cæteris apparebunt in iudicio occurrentes Christo obuiam in aera. At profectò hoc non sufficit, vt propriè dicantur iudicare. Nam magnates assidentes Regi dum iudicat, si nihil aliud, vel in causæ cognitione, vel in sententiæ prolatione operentur, neutiquam appellantur iudices.

Tertius modus. *Magistri Sententiarum dictum.*

Assidui. Superiores iudices.

¶Et ideo Ricardus de sancto victore plusculum eis tribuit dicens, quòd viri eximiæ sanctitatis, qui diuinæ contemplationi assistunt, ea quæ in libro Sapientiæ quotidie legunt, veluti in cordium voluminibus transcribunt. Vnde subdit. Quid verò sunt iudicantium corda diuinitus in omnem veritatem edocta, nisi quædam canonum decreta? Itaque iudicare non sit nisi in corde tanquam in libris habere scriptam Dei sapientiam.

Vnum sententiam iudicium.

¶Hæc autem speculatio egregia est: non tamen satis vim munusque iudicandi exprimit. Et ideo, vt impræsentiarum ait Diuus Thomas dicendum tandem, quòd cum iudicare propriè sit sententiam in alium ferre, hoc bifariam contingit. Vno modo per propriam autoritatem, & hæc est propria Christi functio, qui ex meritis iudicandorum mente sententiam colliget. Sed altero modo contingit sententiam proferre, autoritate illius, qui id munus ministro committit. Et hoc modo iudicabunt Apostoli & apostolici viri, sententiam, scilicet, Christi autoritate latam in notitiam iudicandorum proferendo. Quod est quasi illam pronunciare: hoc est, eos docere quid cuique iustitia Dei pro suis meritis retribuat. Atque hoc inferius videtur idem Ricardus his verbis explicare. Iudices coram iudicandis decretorum suorum libros aperire: est ad cordium suorum inspectionem inferiorum quorumlibet visum admittere, sensumque suum in his quæ ad iudicium pertinent reuelare. Debet enim illa esse locutio, aut vocalis aut mentalis, vt quæstione sequenti videbimus.

Tertia conclusio. ¶Tertia conclusio. Honorificum hoc iudicandi munus non quibuslibet sanctis ob quæcunque merita, sed solis Apostolis eorumque sequacibus propter perfectum paupertatis statum concedendus est. Duplex nanque est consideranda paupertas. Vna quidem communis, quæ sæpè solet esse coacta: & illa non nominatur status paupertatis, quanuis si æquo animo per Dei gratiam toleretur, suo non careat egregio merito. Sed alia est paupertas de qua impræsentiarũ loquimur, videlicet dum quis cuncta quæ habet, vt Christum sequatur relinquit, & trino voto religionem profitetur: firmitas enim voti status dicitur. Probatur ergo conclusio ex verbis Christi, eodem Euangelico loco, vbi præmissa historia illius adolescentis, cui sciscitanti quid ageret, vt vitam æternam possideret, affirmantique subinde seruasse mandata, respondit dominus, vt si vellet perfectus esse, cuncta quæ haberet relinqueret & sequeretur ipsum, mirantibusque discipulis quisnam posset saluus esse, percontatus est Petrus. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Cui dominus. Amen dico vobis. Quia supremum erat quod pollicebatur præmium, creditúque subinde difficile, vt affirmatius illud assereret ait. Amen dico vobis quòd vos, qui sequuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim. Id est, non stabitis inter illos, qui iudicandi sunt: sed assidebitis

Duplex paupertas. *Probatio cõclusionis.* *Matth. 19.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

debitis iuxta sedem maiestatis meæ. Non promiscuè in vno communi sedili, sed singuli in sedibus singulis, quod ad maiorem honoris cumulum accedit. Nec tamen sedebitis honoris gratia, vt propè me sitis: sed quod mea ego autoritate facturus sum, id vos tanquam mei ministri facietis: iudicabitis, inquam, duodecim tribus Israel, id est, totam iudicandorum vniuersitatem. Quanquam, quia ex illo populo erant assumpti, cui Christus peculiariter fuerat promissus, illum solum populum nominauit. Et quorem explicatius doceret subiunxit. Omnis qui reliquerit domum, aut fratres aut sorores, aut agros, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Quasi dicat, propter singularia merita peculiaria recipiet vnusquisque præmia. Sed propter omnimodam omnium bonorum abiectionem, vt liber se homo totum obsequio meo tradat, iudex erit.

Paupertatis dignitas. ¶Et re vera huic altissimo paupertatis statui accomodatissima est iudicandi facultas. Primò propter congruitatem. Nam qui de rebus quibuslibet iudicaturus sedet, ab eorum prorsus affectu debet esse purus: quavtique ratione Philosophus. 2. &. 3. de anima, ait quod visus debet esse omni colore nudus: alias nequiret colores oēs percipere: veluti lingua amaro humore infecta, gustare sapores nequit. Eadem ratione intellectus probatur esse incorporeus, quia omnia cognoscit corpora. Iudices ergo, qui Reipublicæ oculi sunt & lumina, rerum omnium affectione debent esse nudi & purissimi. Hac ergo congruentissima ratione statum paupertatis, quo omnia prorsus abijciuntur iudicandi de omnibus potestas accommodatur. Vnde quia spiritualis homo per corporalium spoliationem fit, ait. 1. ad Corinth. 2.

1. Corint. 2. Apostolus, quod spiritualis iudicat omnia & ipse à nemine iudicatur. Quocirca, vt infideles, quia sunt manifestarij Reipublicæ hostes non iudicabuntur iudicio discussionis, sed condemnationis, quia qui non credidit iam iudicatus est, ita per alterum extremum, quia iudicium de operibus misericordiæ explicandum est. Esuriui & dedistis mihi manducare &c. illi qui per erogationē omnium bonorum statum paupertatis elegerunt, quia manifestum est vno religionis actu, & voto cuncta misericordiæ opera exoluisse, non iudicabuntur, sed alios iudicabunt, qui partem dederunt, & partem retinuerunt: atque eos præcipuè, qui nihil dederunt. ¶ Secundò, id etiam conuenit ratione meriti. Abiectio enim & contemptus mundi excelsæ humilitatis officium & indicium est: præmium autem humilitatis est exaltatio, iuxta illud. Qui se humiliat exaltabitur. Cùm ergo, qui statum paupertatis profitentur, ab omnibus suppeditentur, despectique cunctis habeantur, æquissima sapientia diuina est, vt super omnes exaltentur. Nulla verò est exaltatio maior quàm alios iudicare. ¶ Tertiò, & potestas hæc paupertati, tanquam proprio ipsius præparamento congruit. Ob id enim, vt paulò ante dicebamus, conuenit sanctorum quibuspiam iudicare, quod per contemplationem cor habēt diuinam veritatē edoctum, quam alijs valeant enunciare. Prima autem omnium dispositio ad statum perfectionis, ac perinde contemplationis est paupertas, quę ideo in capite beatitudinum à Christo est collocata: Ob idque pauperibus iudicare congruit. Vnde in verbis illis Christi, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, hoc mihi inspicere videor. Promittitur, inquam, pauperibus regnum cœlorum, non ea tantum generali ratione qua iustis omnibus propositum est: sed singulari qua regum est ciuium causas iudicare ac definire. Et ideo post consiliorum narrationem conclusit Christus dicens. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autem fecerit, magnus vocabitur. Cōsilia namque etsi quantum ad necessitatem sint minima, tamen mandatis adiecta sunt maxima. ¶ Et ideo, qui mandata absque illis seruauerit, erit quidem in regno cœlorum, sed tamen ratione status erit ex minoribus, nisi aliunde crementum fecerit charitatis. Qui verò consilia mandatis adiecerint, erunt magni, nempe, proceres & magnates apud Deum, atq; adeo assessores iudices. ¶ In hoc ergo iudicantium ordine omnes professione pauperes vtriusque sexus includuntur, in quo sacratissima virgo principatum obtinebit. Omnes, inquam, etiam si in sanctorum canonem non fuerint per ecclesiam adscripti, dummodo instituta suæ religionis legitimè seruauerint, vel si pro humana fragilitate lapsi fuerint, per diuinam clementiam fructus egerint pœnitentiæ, & tandem in sua professione vitam absoluant.

Secundatio. *Tertiatio.* *Beati pauperes spiritu, &c.* *Consilia.* *Nihil.*

¶ Ex his colligitur angelos non esse futuros assessores

assessores iudices Christi. Sicut enim pater, quia inuisibilis est, nō iudicabit, sed filius in humana natura, vt ab omnibus tam malis, quàm bonis conspiciatur: ita neque inuisibiles angeli. Debent enim iudices omnes in eadem apparere natura, atque adeò homines esse quanuis iudicabunt, vt cæteri iusti, sententiam approbādo. ¶ Præterea quia angeli non sunt à terrenorum affectu liberi & puri suapte sponte per meritum, sed suapte natura absq; vllo merito. Quapropter nullum inconueniens est licet illo priuentur honoris titulo, quo donantur apostolici homines, sicuti & aureolis quibus virgines donantur, propter spontaneam virginitatē, & martyres propter victoriam martyrij. Item quia illic mero ministrorū officio fungētur, quos vt habetur Matthæi. 13. mittet filius hominis ad colligenda scandala. Item apparebūt tanquam testes, vt ait glossa super illud Matthæi. 25. Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo. Ministrorum autem & testium non est iudicare.

Abiectio priuat regno. ¶ Ad primum igitur argumētum respondetur, illum honorem iudicandi propria autoritate neminē esse consecuturū præter Christum, cui conuenit propter eminentiam capitis. Et per hoc itidem respōdetur ad secundum: scilicet, quod soli Christo subsunt nostra merita & demerita tanquam retributori. Sed alijs iudicibus per eius reuelationē innotescent. Et quanuis iudicium sit mente citra vocem transigendum, nihil obstat quominus quibusdam specialiter sanctis illa fiat sententiæ reuelatio, quæ non fiat omnibus.

Quæstiones dictæ. ¶ At verò contra tertiam conclusionem supersunt nonnulla dubiola dissoluenda. Arguitur ergo, quod non omnes professione pauperes iudicaturi dicilla sint: quoniā Christus duodecim præcise apostolis duodecim spopondit iudiciales sedes. ¶ Sed & quod non eis duntaxat eadem potestas congruat arguitur secūdo. Qui dignitate & merito inferior est, non debet superiorē iudicare: sunt autem complures, qui quāuis paupertatem professi non fuerint, cumulatiora tamen habent apud Deum per eius gratiam merita: præsertim candidati martyres, qui licet bona externa non abiecerint, propriam tamē vitam quæ diuitijs cūctis pretiosior est, Deo sacrificarunt, in quo & Christum ipsum imitati sunt, qui ob id quod iniustè iudicatus est, iudex esse meruit. ¶ Et tandem arguitur. Qui verbis & doctrina exhortatur cæteros iusi habet contēptores verbi iudicandi, iuxta illud Ioannis. 5. est qui accusat vos Moyses in quo vos speratis: nempe, quia eius documentis (vt ait glossa) non creditis: & iuxta illud iam citatum Ioannis. 12. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die: ergo citra paupertatis professionem erunt sancti iudices. ¶ Ad primum respondet August. 20. de ciuita. Dei cap. 5. his verbis. Ne quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, solos duodecim homines cum illo iudicaturos putare debemus. Alioqui quoniam in locum Iudæ traditoris apostolū Matthiam legimus ordinatum, & Paulum, qui plus alijs laborauit postmodum apostolatu donatum, vbi ad iudicandum sedeant non habebunt. Vnde duodenario numero significata est vniuersa iudicantiū multitudo, ppterea, quòd duodecim apostolis loquebat in quorum persona hoc omnibus eorum sectatoribus promittebat. ¶ Ad secundum respondetur, quod qui meritis superiores fuerint perfectius præmium essentiale, quod in Dei visione consistit, obtinebunt: nihil tamen obstat quominus vltronei pauperes illo accidētario fungantur honore iudicandi etiam superiores, autoritate sibi à supremo iudice indulta. ¶ Ad id autem quod de martyribus obiectum est: non desunt, qui arbitrentur, vt Abulensis super Matth. cap. 25. quæst. 324. quòd vniuersi sancti, qui in catalogum & sanctorum canonem ecclesiæ autoritate relati sunt sint cum apostolis iudicaturi, eo q; ecclesiæ testimonio iam iudicati sunt. Verūtamen hoc, quanuis probabilitate non careat, tū euangelio non satis consonat, quo Christus non nisi illis, qui reliquerunt omnia hāc dignitatem pollicitus est. Nisi dicas etiā martyres simul cum vita reliquisse omnia. Nihilominus opinio cōmunis, quam sustinet hic Sanctus Thomas est, quòd non iudicabunt nisi pauperes. Et ideo respōdetur, quòd martyrio non vsq; adeo rationes supra factæ coaptantur, vt sint iudices. Quanuis ob feruorem charitatis præmium essentiale cumulatius assequantur & aureolas quibus alij non donantur. Qui autem secundum aliam opinionem dixerint fore iudices cum probabilitate etiam loquentur. De Christo verò diuersa est ratio. Primò quia tanq̄ capiti cōuenit ei iudicare. Secūdo quia heroice statum paupertatis seruauit. Et tertiò quia non solū iniustè iudicatus est, sed per eminētissimam humilitatem humiliauit semetipsum vsque ad cru-

Solutiones. *De martyribus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad crucem: & in actu humilitatis professores paupertatis similius eum imitãtur. Virgines verò per solenne votum statum etiam paupertatis, vt dictum est profitentur.

¶Sed rogas nũquid ex sanctis patribus anti quæ legis aliqui iudicabunt: argues nanque inde à parte negatiua, quod tunc non vigebat votum solenne paupertatis. Nihilominus affirmatiua probabilior est, multi enim tunc sic vitam instituebant, vt omnia prorsus abijcientes solitariam vitam monachali similem ducerent, vt Essenorum collegium, qui, vt refert Iosephus eremum colebant, in quo fuit Ioannes Baptista, & prophetæ atque alij, de quibus ait ad Hebræ. Paulus, ꝙ erant in solitudinibus errãtes, in montibus, & in cauernis terræ, melotis induti & pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. ¶Ad tertium respondetur, quòd qui alijs aut leges ponũt aut exhortatione aut cõsilio auxilio sunt, iudicabunt illos per modũ causę: scilicet, ostendendo in iudicio quemadmodum eos iuuerint, neque quicquam profecerint.

Solutio tertij argumẽ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm mortales vniuersi debeant in iudicio comparere, vt iudicentur.



TERTIO quæritur de iudicandis, vtrùm tota mortalis vniuersitas debeat ante tribunal Christi sisti. Et arguitur à parte negatiua. Tota vniuersitas diuiditur in duo: scilicet, in infideles, qui non crediderunt, & in eos qui crediderunt: sed vt Ioannis. 3. ait Dominus, qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus est: ergo nulli iudicabuntur. Atque adeò neque opus habent illic comparere. Quòd si prius membrum de fide viua intelligatur, saltem consequitur nullos iustorum esse iudicandos. Idque præterea inde confirmatur, quòd cum sint certi de sua beatitudine, & quod certum est in iudicium nõ reuocetur: non videntur iudicandi. ¶Secundò arguitur. Legitur in psalmo primo. Non resurgent impij in iudicio: sed omnes iniqui qui Deum aut fide aut moribus non sunt cõfessi, impij censentur: ergo nulli mali iudicabuntur, atque adeò neque comparebunt. Et præsertim arguitur de pueris ante vsum rationis defunctis, qui cùm nulla ꝓpria merita aut demerita habuerint, nihil habere videntur de quo iudicari possint. ¶Tertiò arguitur. Si homines tam beati quàm damnati resurgent in iudicio, vt iudicentur, eadem ratione cõsequitur angelos tam bonos quàm malos fore iudicandos: angeli verò nõ iudicabuntur, quia boni non habent quid plus recipiant, & de malorum principe, ait dominus, Ioannis. 16. Princeps huius mundi iam iudicatus est: ergo neque homines iudicabuntur. ¶In contrarium autem est illud 2. ad Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Chri, vt referat vnusquisq; ꝓpria corporis quæ gessit, seu bona seu mala. ¶Ad quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Vniuersi mortales nemine excepto comparere habent in iudicio: hoc enim affirmauit Christus Matthæi. 25. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Idque ipsum resonat verbum Pauli ad Romanos. 14. Omnes stabimus, ante tribunal Christi scriptum est enim (scilicet Isaiæ 45.) Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua cõfitebitur Deo. ¶Et ratio conclusionis est, ꝙ Christus fuit vniuersalis omniũ redemptor: eo quòd quantum ad sufficientiam vniuerso humano generi pretio sui sanguinis mercatus est gratiam & gloriam apud patrem: licet redẽptio illa non fuerit in omnibus efficaciam sortita, propter obicem humanæ voluntatis. Et ideo, quia se vsq; ad ignominiam crucis humiliauit, datum est illi nomen, vt ait Paulus, ad Philippenses. 2. quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu, omne genu flectatur, cœlestium, terrestriũ, & infernorum. Atque hæc fuit visio Ioannis Apocaly. 19. vbi ait quòd agnus habebat in vestimento & in femore scriptum. Rex regum, & dominus dominantium. Obidque totum humanũ genus comparebit, vt exaltationem illam redemptoris secundum humanitatem aspiciant, alijn gaudium, atque alij in confusionem. Imò & angeli, quorum etiam dominium acquisiuit, tanquam ministri, vt illico dicemus.

Partiũnegatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Primam conclusio.

¶Veruntamen quatenus ad iudicium res attinet, distinguendum est duplex. Est enim aliud discussionis, quo scilicet, merita & demerita, vt vnicuique iusta fiat retributio, æstimantur. Alterum verò est iudiciũ seu approbationis, seu condemnatiõis: nempe, sententia qua vel præmium confertur ad gaudium, vel infligitur supplicium ad confusionem.

Duplex iudicium.

Secunda cõclusio.

¶Subjicitur ergo secunda conclusio. Vniuersi homines, absque vlla exceptione iudicabũtur: approbationis iudicio, aut reprobationis, per sententiam quæ Christo tanquam proprio iudici competit. Venite benedicti patris mei percipite regnum, aut. Ite maledicti in ignem æternum. Atque hanc ob rem iudicium illud dicetur, erit que vniuersale & generale. Quoniam quotquot ab orbe condito homines salui facti sunt, nõ nisi per eius fidem & gratiam seruati sunt: iuxta illud Actuum. 4. Non est aliud nomen datum sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde Paulus, ad Romanos. 3. Quem præposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum in suscitatione Dei, &c. Itaque tam præcedentes ipsum quàm subsequentes, per eius viuam fidem seruati sunt. Quocirca & qui illam neglexerũt in eundem ipsum fuerunt iniurij: atque adeò iudex, vt ait Petrus factus est viuorum & mortuorum. Quare & qui ante vsum rationis in baptismo gratiam suscipiunt per eum admittuntur ad regnum & qui sine illa moriuntur, qui in Adam peccauerunt per eum excluduntur.

Rom. 3.

Tertia conclusio.

¶Tertia conclusio. Iudicio discussionis neque vniuersi iusti, neque omnes iniqui iudicabuntur. Discussio enim locum non habet nisi vbi quædam est meritorum cum demeritis commixtio. Vnde illi, qui quemadmodum. 1. ad Corinthios. 3. ait Paulus super fundamentum fidei ædificant aurum, & argentum, & lapides pretiosos: nempe, qui mũdo & omnibus eius pompis & rebus abrenunciantes, crucem suam tulerũt & se prorsus addixerunt Christo: quia notabilem nõ habent admixtam malitiæ partem, ratione status quales sint ostendunt, non indigent discussione iudicari, sed approbatione: vt quemadmodum articulo præcedenti diximus, alios iudicent. Illi verò, qui super idem fidei fundamentum, lignum, fœnum, & stipulam exstruunt: videlicet, qui terrenis negotijs non prorsus extricantur, sed nihilominus sic res seculares tractant, vt earum cupiditas vel à Dei gratia non deijciat, vel finat, in ea tandem ab hac luce decedere, illi quidem discussione meritorum præmissa, suo præmio donabuntur. Itaque in istis vtrunque iudicium: scilicet, discussionis & approbationis exercebitur: quia licet commixtionem habuerint bonorum, ac malorum operum, eleemosynis tamẽ peccata sua expiarunt, iuxta illud. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Vel per ignem expurgati sunt. Haud tamen huiusmodi discussionem sic intelligas, vt tunc sint culpas cum meritis simul habituri permixtas: nam iam tunc omnino erunt perpurgati: sed discutietur quemadmodum pœnitentiam egerint, & de Deo fuerint benemeriti. ¶Simili ergo modo & de reprobis dicendum: iudicio siquidem condemnationis vniuersi tam infideles quàm fideles iudicabuntur. Discussionis verò non item omnes, sed tantum fideles. Etenim cum nullum opus nisi supra fidem exstructum, rationem habeat boni meriti apud Deum, illi quibus fides Christi, vel explicita vel saltem implicita non illuxit, nullum præstiterunt bonum opus, sed omnia sua opera vel mala fuerunt vel nullius pretij apud Deum. Quare absque vlla discussiõe inter bonum & malum, tanquam manifestarij Reipublicæ hostes, expellentur in tenebras exteriores. Fideles autem absq; charitate defuncti, quia fundamentum fidei suo vitæ instituto iecerunt, qui saltem actus laudabilis quodammodo est, & ad meritum ratione sua ordinatus, tametsi absque charitate non sit meritorius, iudicabũtur iudicio discussionis, non quod eorum opera si qua fecerunt bona, referantur, vt præmientur, quia per finale peccatum mortua fuerunt: sed reddetur eis condemnationis ratio. Quia esuriui & non dedistis mihi manducare &c. Ille enim mos obtinuit in republica, vt exteri hostes inaudita causa damnẽtur, ciues autem non nisi audita & discussa. Egregia ergo est Gregorij diuisio. 26. libro mora. capit. 24. vbi ait, duas fore tunc partes: scilicet, electorum & reproborum, sed & binos ordines eisdem singulis contineri, ita vt quatuor resultent membra. Alij nanque iudicantur & pereunt, vt mali Christiani. Alij non iudicantur (nimirum discussione) & pereunt, vt infideles. Alij iudicantur & regnant: vt boni Christiani, qui apostolicam vitam non duxerunt. Sed alij non iudicantur & regnant, vt viri apostolici.

Ibid. c. 3.

De reprobis.

Egregia mora diuisio.

¶Quarta conclusio. Angeli neque boni neque mali sententia Christi iudicabuntur, quantum ad præmium vel supplicium essentiale: scilicet, neque iudicio discussionis, neque approbationis, aut reprobationis. Ad cuius intellectum adnotandũ, quod Christus non fuit angelorum redemptor: & ideo

Quarta conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo Lucifer cum sua caterua nulla expectata redemptione, quia non erant pœnitentiæ ac perinde nec redemptionis capaces, in infernum detrusus fuit. Et hoc est, quod ait ad Hebræ.2. Apostolus. Nunquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Confessio est eiusdem Christi, Lucæ.19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat: nempe, humanum genus, quod alibi appellat ouem quam relictis nonaginta nouē in cœlo, quęsitum venit ad terras. Quare in simbolo confitemur. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis. ¶ Quam ob rem, vt Diuus Thomas docet, si homo non peccasset, Christus carnem non assumpsisset. Ait quippe Apostolus. 1. ad Timoth.1. Venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Vbi August. Nulla causa veniendi fuit Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est medicinæ causa. Quocirca illud ad Colossi.1. Pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris siue quæ in cœlis sunt: non intelligitur quasi angelos redemerit, sed quod pacem inter homines & angelos composuerit. ¶ Hinc ergo fit, ad Christum, inquantum homo est & redemptor, non spectare, angelorū merita discutere, aut præmium essentiale, aut suppliciū eis rependere, sed inquantū Deus. Ab initio enim anteaquam homo cōderetur, & boni angeli donati sunt gloria, & mali supplicijs addicti. Ea propter dęmonibus nō dicitur. Ite in ignē æternum, sed hominibus, ite in ignem æternum, qui ab initio mundi paratus est diabolo & angelis eius. Et pariter electis hominibus. Venite benedicti percipite regnū, quod ꝓ scilicet, angeli ab initio possident. Vnde fit angelos illic potissimum in ministeriū comparituros. Hoc enim ministerium debetur Christo etiam inquantum homini & redemptori. Acquisiuit nāq; virtute vnionis humanitatis ad verbum, eatenus angelorū dominium, vt illos quemadmodum, ad Hebrę. ait Paulus, mittat in ministerium hominū, propter eos qui hæreditatem capient salutis. Et propterea ait ipse datam ei potestatē in cœlo & in terra. Comparebunt ergo tunc angeli: vt scilicet boni, vt administrent ei, vt dictū est, in præparatione iudicij & in patrocinio iustorum: mali verò vt accusatores & executores aduersus iniquos. ¶ Nihilominus & quantum ad accidentarium præmium, aut supplicium iudicabūtur autoritate Christi, non quidem pro meritis proprijs, aut demeritis, sed quod alienorum causa fuerint. Boni scilicet, custodiendo protegendoq; nos, & mali nobis infestando. Quare & boni amplius tunc gaudebunt de salute eorum, quibus causa promerendi fuerunt. Ac perinde mali multiplicata iniquorum ruina aerius torquebuntur. ¶ Colligitur ergo ex his omnibus iudicium illud generale tam ex parte iudicantium quàm iudicandorum ad homines duntaxat directè pertinere: consequutiuè tamē ad angelos tanquam ad ministros. ¶ Facilè ergo ex his argumentorum solutio colligitur. Quod enim ait Christus, qui credit in eum non iudicatur, intelligitur de fide viua, & de iudicio condemnationis. Nam cum præmiatio effectus sit misericordiæ, & punitio effectus iustitiæ, sæpè nomen iudicij pro condemnatione vsurpatur. Est ergo sensus, quod qui fide viua credit, non condemnatur. Nihilominus multi eorum, licèt non omnes, iudicabuntur iudicio discussionis. Illa tamen discussio nō minuet certitudinem ipsorum: quippe, qui iam beatitudine tuto fruantur, quam citra summam certitudinem habere non possent. Quapropter neq; vllo metu concutientur, sed intrepide stabunt. ¶ Quòd si obijcias verbum Gregorij super illud, Iob.40. Cùm sublatus fuerit tremebunt angeli, dicētis. Consideremus quomodo tūc iniquorum conscientia concutitur, quando etiam iustorum vita turbatur. Respondetur Gregorium loqui de iustis in hac vita, qui cō sideratione illius diei vehementissimè turbantur. Vnde colligit quanta erit tunc damnatorum concussio. ¶ Ad secundum respondetur. Quod si resurgere intelligatur ad iudicandum, vel ad suscipiendum præmium, nulli impij resurgent, quanuis impiorum nomen ad omnes iniustos extendatur. Si autē, vt iudicentur, & nomine impiorum intelligantur infideles, non resurgent, vt iudicetur iudicio discussionis. ¶ Redarguet quis forsan. Ergo remissius agetur cum infidelibus quàm cum fidelibus: nam infideles secundū hanc rationem & concessionem diui Gregorij loco citato, libro.26. super Iob, Infideles non audient iudicis vocem, neq; eius increpationem: sed impiqui fideles, vox autem iudicis, atq; increpatio per quam terribilis erit: ergo terribilius erit iudicium aduersus fideles quàm aduersus infideles. Negatur consequentia. Nā etsi fideles increpatione terrean tur, nonnihil tamen increpatio illa remissioris rigo-

Christus ac quisiuit angelorum dominium.

Quō angeli iudicabuntur.

August.

Iudiciū ad hōines pertinet.

Solutio primi argumēti.

Gregorius.

Solutio secūdi argumēti.

Redarguitur.

ris rigoris habet quàm neglectus infideliū. Tum quòd Christus non dedignabitur eos alioqui & eorum demerita discutere, in quibus saltem fidem sibi quodammodo placentem inueniet. Cum infideles eo vsque despectui sit habiturus, vt rationem ab illis nō exigat, præterquam quod & sniam damnationis in eos crudelius est probaturus. Similiter respondetur de pueris ante vsum rationis defunctis, ꝓ non iudicabuntur discussionis iudicio, sed vel approbationis vel cōdemnationis. ¶ Ad tertium deniq; iam responsum est, vbi rationem perhibuimus cur angeli nō iudicētur. At verò illud quis fortè obijciat. 1. ad Corinthios.6. & illud. Marci.1. vbi, Demon à Christo depulsus exclamasse legitur. Venisti ante tempus perdere nos, vbi glossa ait, quod dęmones in terra dominum cernentes se continuo iudicādos credebant. Et. 2. Pet. 2. Deus angelis peccantibus non pepercit: sed rudentibus in infernum detractos in Tartarum tradit cruciandos in iudicium reseruari. ¶ Respondetur ad primum, Paulum illic loqui de iudicio per respectum & comparationem: quoniam quidam homines, vt Apostoli, & alij quibusdam angelis superiores erunt in gloria. Ad secundum verò respondetur, ꝓ quantum ad essentiale supplicium dęmones non mittentur, vt dictum est, tunc in infernum, quoniam de cœlo illuc fuerunt præcipitati: sed quantum ad accidentale tormentum mittentur cum vniuersa damnatorum turba cum maiori ignominia: & sic mittentur, vt non amplius illis liceat ad seducendos debellandosq; homines, aut ad negotium aliud inde exire. Et eodem pacto intelligitur verbum, quod est apud Petrum.

Secundū argumēntum.

Pars affirmatiua.

Conclusio principalis.

Probatio cōclusionis.

Ratio. 1.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm iudicium in valle Iosaphat sit futurum.

VIdicandorū consideratione annexum est quærere quo loco ille celebrandus sit celeberrimus conuētus. Nam de tempore & hora, quæ est altera rei circunstantia, distin. 43. dictum est. Vtrùm in valle Iosaphat. Et arguitur à parte negatiua. Iudicandorū vniuersitas longè auctior erit & copiosior quàm vallis vna posit tantam multitudinem capere: præcipuè damnatorū, quorum corpora non habebunt subtilitatis dotem qua se valeāt penetrare, neq; dotem agilitatis, vt eleuentur in aera, sed omnes stabūt in terra: non ergo illic erit iudicium. ¶ Secundò. Videtur ibi Christ⁹ iustè iudicaturus, vbi iniustè iudicat⁹ est: sed in prætorio Pilati fuit morti adiudicatus, & in Caluarię loco eidem passioni addictus: ergo illic iudicabit. ¶ In cōtrarium est, illud Iohel.3. Congregabo omnes gentes & deducam eos in valle Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis.

¶ Cum de loco non sit in Euangelio expressum testimonium, solis est coniecturis agendum. Vnde Magister senten. dist. sequēti referens quandam glossam in locum citatum Iohelis quæ ait, pueriliter eundem locū à quibusdam sic intelligi, quod in valle Iosaphat sit celebrandum iudicium: cùm tamen dominus non in terra, sed in aeris spatio ad iudicādum sedebit, opinatus est cum illa glossa locum Prophetæ non esse intelligēdum in sensu literali de illa valle, sed secundum nominis ethimologiam Iosaphat quippe, interpretatur domus iudicij. Et ideo tantum sonat, Deducam eos in valle Iosaphat, acsi dixisset, in domum iudicij, quicunque ille fuerit locus.

¶ Hac tamen non obstante opinione, tanq; longè probabilior, statuitur conclusio quòd iudicium celebrandum sit in valle illa Iosaphat, quę iacet ad pedem montis Olueti versus vrbem. Et primo quod illa opinio quam Magister refert sit magis friuola quàm hæc nostra quæ à cūctis suscipitur, patet ex ratione sua. Ex eo enim, quod Christus sessurus sit in aere colligit non fore in valle illa: hæc aūt collectio infirmissima est. Nam etsi Christus sit appariturus in aere, damnati verò stabunt in terra: quippe quorum corpora grauia erunt, vt modo. Secundò quanuis concederetur omnes eleuandos in aera, nihilominus super aliquo terræ loco eleuabūtur, quare dicentur esse in valle, sicut aues dicunt per vallem volare. ¶ Probatur ergo conclusio ex loco citato Prophetæ: nam quādo locus quicunq; scripturæ in sensu literali sustineri valet, non est ad metaphoram, vel ethimologiā distrahendus. Propheta verò loquebatur illic quasi futuram historiam prænuncians: quare videtur non vsurpasse nomen generaliter secundum commune significatum quo significat domū iudicij, sed singulariter pro illo loco. Alioqui nō fuisset opus latinè transcribere. In valle Iosaphat, sed in domo iudicij. Et certè verborum ipse contextus. Congregabo eos & deducam in vallem admonet singularem locum designari. ¶ Mox & ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc id videtur suadere. Christus de monte Olueti ascendit in forma gloriosa, & maiestate, quo ascendente angeli admirantibus Galilæis dixerunt. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Si ergo in illa forma venturus est, coniectura sit magna, quòd in eundem sit quoque locum descensurus. ¶ Et re vera, quod in illa Hierosolymitana prouincia sit venturus, nemo cum aliquo probabilitatis colore negare potest. Nam cùm illam terram Deus venturo Messiæ destinauerit, & ad illum populum fuerit peculiariter promissus, ibidemq; adeò natus fidem suam & legem promulgauerit, cunctaq; ecclesiæ mysteria peregerit, ac demum illic passus, inde fuerit in cœlum eleuatus, quam maximè sit probabile illuc fore ad iudicãdum remigraturum. Quod si in eadem regione est iudicaturus, vbi congruentius, quàm ad muros Hierusalem vbi fuerat templum, atque adeò iuxta locum vnde ascendit. Inde enim, vt ait Apostolus ascendens, captiuam duxit captiuitatem: illuc ergo reuersurus est, vt reliquam captiuorum partem inde sursum ducat. ¶ Sed ais mons Olueti & vallis Iosaphat, non sunt idem locus. Respondetur, quod cùm vallis ad pedem monticuli extendatur, conijcitur, quod Christus in latere, vel in cacumine montis in aere sedebit, vnde à cunctis electis conspici possit: qui itidem circa ipsum in aere sublimes erunt: & in valle subtus erunt damnati in terra.

Ratio.2.

Argumentum.

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd quantum ad electos nulla est difficultas, cùm enim per dotem agilitatis sint in aerem subleuandi, poterunt alij alijs sublimius eleuari. Qua vtique ratione in paruo spatio respectu terræ possunt omnes aerem replentes existere. Damnatos verò non est necesse omnes intra vallis spatium intercludi, sed erit vallis plena, & circum iacentia loca quanta illis capiendis sufficiant. Nam etsi humanitatem Christi visuri sint omnes, tantus tamen erit splendor supernaturalis Christi, vt à quàm maxima distantia videri possit. ¶ Ad secundum respondetur, quod Christus passus est in forma passibili, & humili, venturus tamen est cum maiestate & gloriæ splendore: & ideo non descendet in locum quo passus est & condemnatus, sed ad illum vnde gloriosus ascendit.

Solutio secũdi argumẽ.

QVAESTIO SECUNDA, De forma iudicij.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm Christus in forma humana gloriosa iudicabit.

HANC quæstionem Petrus Lombardus in distinctionem sequentem reiecit. Non tũ satis videtur lucẽ ordinis obseruasse: obidq; nos in hac distinctiõe cuncta quę in iudicio fient absoluemus, vt in subsequẽti subsequẽtia ipsum subijciamus. Constitutis ergo iudicantibus & iudicandis & loco, quæritur in hac secũda quæstione de forma iudicij, & primo de aduẽtu Christi: vtrũ scilicet adueniet in forma humana, eademq; gloriosa. Et arguitur à parte negatiua. Iudicium & potissimè illud supremum summã autoritatẽ in iudice requirit, iuxta illud Ecclesiastici.7. Noli fieri iudex nisi valeas virtute rũpere iniquitatẽ: ergo iudicabit in forma supremi dñi. Forma aũt humana est forma serui, iuxta illud ad Philippen. 2. Formã serui accipiẽs, ergo non iudicabit nisi in forma Dei, quæ est inuincibilis. ¶ Secũdò pater vt Ioan.5. legitur, omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem: honor aũt æqualis nõ debetur patri & filio nisi secundũ diuinitatem filij: ergo iudicabit non in forma humana, sed in diuina. Quo illud Dani.7. alludit. Aspiciebã donec throni positi sunt, & antiquus dierũ sedit, nam throni iudicandi potestatẽ significant, & dierum antiquitas Deo ratione æternitatis, vt in libro de diuinis nominibus ait Dionysius, competit. ¶ Tertiò arguitur, q̃ non veniet in forma gloriosa. Legitur enim Ioan.29. Videbunt in quẽ transfixerunt. Et Matth.14. habetur quod apparebit signum filij hoĩs in cœlo, idest, signũ crucis. Vbi ait Chrysostomus, q̃ veniet non solũ vulnerũ cicatrices, sed etiã ipsam mortem exprobratissimam ostendens. Quæ omnia minimè videntur formæ gloriosæ cohærere. Præsertim, q̃ est etiã à malis contuendus, & tũ oculus nõ glorificatus ineptus videt, vt splendorẽ gloriosi

Partiũgit tiũ argumẽtũ pri mũ.

Secũdũ argũ.

Tertiũ argũtũ.

riosi corporis cernere valeat. ¶ In contrariũ est illud Lucæ.21. Videbunt filium hominis (idest in humanitate) venientẽ in nube cum potestate magna & maiestate. Quod vtiq; maiestatis nomen fulgorẽ gloriæ importat. ¶ Ad quæstionẽ tribus cõclusionibus rñdetur. Prima. Christus veniet ad iudiciũ in forma humana. Cõclusio partim art.2. probata est, vbi mõstrauimus ipsi inquantũ homini & redẽptori, atq; adeò ecclesiæ capiti cõpetere iudiciariã potestatẽ: iuxta illud Ioan.5. Potestatẽ dedit ei iudiciũ facere, quia filius hoĩs est. Etenim cũ maximè sit congruẽs, vt in ea forma iudicet secundum quam ei conuenit esse iudici, sit vt in eadẽ sit forma ad iudiciũ sessurus. Qua vtiq; à cunctis tam malis quã bonis perspici valeat. Præsertim q̃ cùm iudicandi, vt dictũ est, præcipuè non sint nisi hoĩes, conueniẽs est, vt ab hoĩe humanis oculis visibili iudicentur. ¶ At verò ratio potissima quæ legitimã exprimit causam, est hæc. Iudiciũ quodcunq; dominiũ in iudice præsupponit, aut dñi facultatem, iuxta illud ad Roma.14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Et ideo Christus in illa forma secundũ quã est dñs humani generis iudicatũ veniet. Est autẽ inquantũ Deus iure creationis dñs vniuersorũ quę condidit, iuxta illud psalmi. Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos & non ipsi nos. Obtinuit tũ & inquantũ homo iure redẽptionis dominiũ in totum humanũ genus. Vnde eodem citato loco Paulus. In hoc Chrs mortuus est & resurrexit, vt & viuorũ & mortuorũ dominẽt. Quare Petrus Act.2. illud psalmi. Dixit dominus dño meo, sede à dextris meis, in Ascensione dñs impletum testatur. Et Marcus. Assumptus est in cœlũ & sedet à dextris Dei. Itaq; virtute vnionis humanitatis ad verbum conuenit Christo esse dñm: sed nihilominus & meritò passionis id ipsum ei debet. At verò beneficiũ creationis bonaq; naturalia quæ per ipsum acquisiuimus, nõ sunt nobis ad præmiũ vitæ æternæ, quod supernaturale est sufficiẽtia: præsertim postq̃ in Adam peccauimus, per quod pẽtrũ ingrati facti sumus Deo. Sunt ergo ad hmõi præmiũ assequendũ nobis necessaria bona quæ per beneficiũ redemptiõis donata sunt nobis. Igitur cum iudiciũ illud gñale eo referatur, vt electi ad præmium illud cœlestis regni assumant, reprobi verò inde excludant, congruũ est, vt Christus in ea forma iudex tunc sedeat, secundũ quã redemit nos, illisq; bonis donauit, quibus regnũ illud promereremur: quæ quidẽ est forma humana. Nempe, vt illis, qui eiusmodi beneficijs & donis bene vsi sunt, causam illic suæ salutis adorẽt: reliquis verò opprobrio & improperio detur, q̃ eadẽ beneficia neglexerint. Et eam obrem non solũ in forma humana vẽturus est, verũ & cũ crucis insignibus: tunc em̃ inquit, patebit signũ filij hoĩs in cœlo: nempe, vexillum crucis, cũ reliquis improperij signis & vt ait Chryso. cicatricib̃, quibus coronatus & flagellatus & despectui habitus ius nobis regni mercatus est. Quæ quidẽ insignia electis immenso gloriæ fulgore rutilantia apparebunt, reprobis verò pauore & terrore plena. ¶ Accedit quod eius est, iudiciũ morum exigere, cuius est leges viuẽdi condere: Christus aũt quatenus redẽptor, fuit etiã legislator noster: ergo eadem ratione futurus est iudex. Vnde Aug. tracta.23. super Ioannẽ. Iudicat, inquit, & suscitat corpora non pater, sed filius secundum dispensationẽ humanitatis. In eo quod est filius Dei est vita quæ viuificat animas: in eo quod est filius hoĩs, iudex. ¶ Secunda cõclusio. Christus tũc apparebit iudex in forma gloriosa. Vnde Aug. loco citato de trinita. Mali inquit, nõ videbũt Christum nisi secundũ formã, qua filius hoĩs est: sed tã in claritate in qua iudicabit, non in humilitate, in qua iudicatus est. Hoc Christus Matth.24. illis nos verbis docuit, dicens. Videbunt filium hoĩs venientẽ in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate. ¶ Et ratio cõclusionis ex discrimine ducitur inter primũ & secundũ aduentũ. Est em̃, vt supra diximus Dei & hoĩm mediator: nempe, quia pro nobis quo ad sufficientiam satisfecit, & cõtinuo interpellat ad patrem, & vicissim eaquę patris sunt nobis impertitur. Iuxta illud Ioan.17. Claritatem quam dedisti mihi dedi eis. At qui his muneribus secundũ duas quas habet naturas fungitur. Nam secundum humanã qua nobiscum cõicat, pro nobis apud patrem intercedit: secundũ verò diuinã, qua cõicat cùm patre, eius nobis dona rependit. Igitur cum in primo aduentu in hoc apparuerit, vt pro nobis apud patrẽ satisfaceret, in forma nostræ infirmitatis & miseriæ cui subuentũ venerat apparuit. At quia in secũdo aduentu descẽsurus est, vt iustitiã patris, atq; adeò eius potestatẽ in nos exerceat, necesse est, vt suam humanitatem diuina maiestate vestitam iudicãdorum oculis obijciat. ¶ Atque hoc est, quod, vt Matth.26. legitur, principem illum sacerdotum docere voluit.

Ratio.2.

Aliaratio.

Secunda cõclusio.

Ratio cõclusionis.

Ioan.17.

Matth.26.

Universidad de Deusto Biblioteca

Fuit enim hallucinatio illius populi, Messiã non nisi cũ regio maiestatis splendore venturum: nimirũ nescientes inter primum & secundũ aduentum discernere. Cuius discriminis illos Ioan. 3. admonuit, dicens. Misit Deus filium suum in mundum, non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Igitur cum sub articulum passiõis iam Iudæi trepidassent, suspicantes illũ esse Messiam, adiurauit eum princeps, vt responderet si esset Christus filius Dei viui. Cui respõdens Christus. Tu dixisti, subiunxit. Veruntamen dico vobis. A modo (id est postmodum) videbitis filiũ hoïs sedentem è dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Quasi diceret. Propterea non me cognoscitis, quia sub habitu infirmitatis humanę me cernitis: videbitis me tamẽ postea in eo habitu, vt in filio hominis filium Dei latere confitemini. ¶Ex his sequitur tertia conclusio. Non solum in corporis glorioso splendore demonstrabit se Deum, quo præ cæteris eminentius splendebit, verũm in virtute se esse filium Dei. Hoc enim designat verbum. Sedẽtem à dextris virtutis Dei. Dextera eũ Dei duo significat. Primum beatitudinẽ ipsius, iuxta illud psalmi. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Et sedere est illic requiescere: atq; hoc pacto Christus inquantũ Deus sedet ad dexteram Dei patris: quia eadem cum ipso beatitudine immutabili ęternitate fruitur. Et inquãtum homo etiam sic dicitur ibidem sedere: quia secũdum animã in eadem requiescit beatitudine: licet non ęquali per essentiam deitatis, neq; ab ęterno, sed per creatam in tempore visionẽ. Veruntamen alio modo accipitur dextra Dei, pro regia virtute, & iudiciaria potestate quæ plenissimè data est Christo in cœlo & in terra. Et isto modo inquantum homo dicitur sedere à dextris Dei, quia omne iudiciũ dedit filio. Et de ista sessione, ait Marcus. Assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Et sic eum sedẽtem vidit Stephanus in agone. Et Dauid. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Illud enim, donec, significat tempus ab Ascensione vsq; ad diem iudicij, quando omnes, qui Christo in hoc seculo aduersantur, subiecti erunt pedibus eius. Et ideo in symbolo tres ex ordine articulos cõfitemur. Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris, & inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Quasi secundus ad primum, atq; ad secũdum tertius consequant. Igitur venire cum potestate & maiestate est venire cũ virtute Dei. ¶Quod si roges quæ nam est illa maiestas & virtus: respõdet Remigius, nihil aliud quàm deitas ipsa. At verò plus voluit Christus asserere: nempe, quod veniet cum illo exteriori habitu & apparatu, vt intelligatur esse filius Dei. Simile enim dixit apud Matth. ca. 16. veniet filius hominis in gloria patris sui: id est, omnipotentem patris virtutem repræsentans, per absolutum imperium, & promptissimũ obsequium, quo cuncta obedient ei tanquã pedibus suis subiecta. Hoc enim est quod ipse precatus est patrem, Matth. 17. Ego te clarificaui super terrã: opus cõsummaui quod dedisti mihi, vt faciã. Hoc est. In carne mortali passus sum cuncta quæ opus erant, vt te clarificarem, id est, vt fidem promulgarem tuam, ostendens te esse patrem meum, vt tibi orbem lucrifacerem. In cuius testimoniũ nunc mortalis mori adorno. Tu ergo deinceps clarifica me apud temeipsum, claritate quam habui priusquam mũdus fieret apud te. Idest ostende, me esse verum Deum naturalem filium tuum, vt illa potestate resurgã & in cœlum ascendam, & ad dexterã tuam sedeam, & tandẽ ad iudicium reuertar. ¶Ad hanc ergo maiestatem accedet tunc & angelorum comitatus, quorum dominium, vt dictum est acquisiuit Christus, tam vniõe humanitatis ad verbum, q̃ merito redemptionis. Vnde loco citato Matth. 16. Veniet, inquit, filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, idest, suo ipsius obsequio manci patis. ¶Neque verò aliquãtus eorum numerus eum circundabit, sed vniuersi in eius venient comitatu. Sic enim legimus, Matth. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli cum eo. Vbi nomen, omnes, non licet coarctare ad omnes huius aut illius hierarchiæ, sed in sua amplitudine relinquere. Tota ergo cœlestis curia tam animarum quæ iudicandæ sunt, quàm angelorum, qui iudici famulatum debent, illic aderunt. Quare eo ordine quo eorũ hierarchiæ dispositæ sunt in cœlo venient Angeli vt iudicium enũcient. Principatus, vt cæteris præsint. Throni, vt veluti iudiciaria sedes sint Christo, quibus quasi subnixus veniat: illis enim proprium est iudicij sententiam præsertim erga electos exequi. ¶Veniet autẽ in nube, vt ait Lucas, aut in nubibus, vt ait Marcus, quia etiã sanctũ venient in nubibus. Tametsi

Ioannis.3.

Tertia conclusio.

Dextra, duo significat.

Stephanus.

Secundus ad primum.

Tertius ad secundum.

Omnes ad cœli venient.

metsi disceptatio sit inter interpretes, tum de substantia nubium an erunt naturales ex vaporibus, an verò supranaturales: quàm de necessitate & officio eius. Et re vera quanuis qui miraculũ excusare cõtenderint, asserere cogitauerint, nubes illas fore naturales, vix tamen id defendi potest. Nam in illo resurrectionis momento, motus cœli cessabũt: quare neq; vapores eleuari poterunt. Item quia cum conuẽtus ille supernaturaliter celebrandus sit, cunctaq; illic supranaturam peragenda, nubes illas verisimillimum est virtute supernaturali cõdensandas, vt diuina filij Dei virtus euidentius appareat, & maiori sit spectantibus admiratiõi. Sic enim tum in trãsfiguratione nubes lucida quæ, vt Matth. 17. legitur obumbrauit eos, & in ascensione, vt Actuum. 1. relatum est, nubes quæ suscepit Christum ab oculis discipulorum supernaturalis creditur: siue ex nimio splendore corporis Christi fuerit genita, siue angelorũ ministerio. Fuit enim Christo eritq; tunc solẽne, eximiam gloriæ maiestatem in nube demõstrare. Vnde Actuum. 1. aiunt angeli. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Et vt. 1. Thessal. 4. ait Paulus, electi tunc etiam rapientur in nubibus obuiã Christo in aera. ¶Necessitas ergo eiusce modi nubium non est sustinere aut euehere seu Christi seu aliorum sanctorum corpora, quippe quæ per dotem agilitatis ꝓpria virtute per aerem mouetur: imò virtus Christi nubes ipsas sustinuit & substinebit. Sed in transfiguratione vnum nubis officium fuit, temperare eminentem corporis Christi splendorẽ, vt posset mortalibus oculis intueri. At verò in Ascensione non dicitur simpliciter, quod nubes suscepit eum, sed quod suscepit eum ab oculis eorum. Videbant enim eum cùm eleuaretur de terra, sed post à longa distãtia non videbant nisi lumen splendoris eius: sicuti ex nimio splẽdore quem sol reliquit, apparet in nocte via lactea in cœlo. At verò in die iudicij oculi gloriosi beatorum non egebunt temperamẽto nubis ad cernendũ Christi corpus, quandoquidem in cœlo sine nube illud conspicient: sed reprobi illa indigebunt. Quocirca illæ nubes non erunt ex solo splendore Christi manantes, sed condensatione aeris factę, vt sint quodammodo sedilia iudicantium honoris gratia, & quasi vehicula eorum qui assurgent Christo obuiam in aera.

Supernaturales nubes.

Matth. 17.

Actuum. 1.

1. Thessal. 4.

Necessitas nubium.

¶Primum igitur argumentum solutum illo loco restat, vbi ostendimus, q̃ licet Christus inquantum Deus primæuum, idemq; naturale habeat vniuersarum rerum dominium, nihilominus & quatenꝰ homo inest sibi participatum acquisitumq; dominium, quia, vt 1. Corinth. 12. & Hebræ. 2. ait Apostolus omnia subiecta sunt pedibꝰ eius, & eadem ratione habet inexpugnabilem iudicãdi potestatem, quam nemo detrectare valet. ¶Ad secũdum respondetur. Ex hoc q̃ Christus genus humanum fuit redimere sufficiens, documẽtum suæ diuinitatis exhibuit, quia purus homo id præstare nequiuisset: & ideo quia iudicaturus est tanq̃ redemptor, ęqualis debetur ei honor cum patre. ¶Ordinem verò rei huius graphicè Daniel loco citato expressit. Ait quippe. Aspiciebam donec throni positi sunt: nempe, patris & filij, quatenus homo est. Et antiquus dierũ sedit: nempe pater primum, qui est prior origine, & in quo tanq̃ in fonte luminum primum residet iudicãdi auctoritas. Quæ ideo à patre emanat in filium, tum inquantũ Deus est per generationem æternã; tum inquantum est homo, tam virtute vnionis quã merito passiõis. Quare subdit ꝓpheta. Aspiciebam ergo in visione noctis (nempe appetente aurora qua celebrandum est iudicium) & ecce cum nubibus cœli quasi filius hoïs veniebat, & vsque ad antiquum dierũ peruenit, & dedit ei potestatem (scilicet pater filio) & honorẽ & regnum: & oẽs populi, tribus & linguæ ipsi seruient (scilicet inquantũ redemptori) & potestas eius, potestas ęterna, quę non auferetur &c. ¶Ad tertium rñdetur, q̃ quãuis crucifixores Christi visuri sint formã, quam transfixerunt, nõ tã in illa ignominia qua illam affecerunt: sed in gloria per quam cõfusione repleant. Et idem est de signo crucis & cicatricibus sentiendũ. Est enim in potestate habẽtis corpus gloriosum, & præsertim Christi, illud quibus voluerit ostendere, etiã damnatis, qui dotibus illis gloriæ carent: vt videntes quemadmodum Isa. 26. scriptũ est, confundant, & ignis eos inuidiæ deuoret. Gloria eũ quæ amicos delectat, inimicos contristatur. Igitur dum asseritur Chrs in eadẽ forma iudicaturus, qua iudicatus est, non accipitur forma pro eadẽ qualitate, sed pro eadẽ natura, qualitate mutata. ¶Ad augmentũ, tum repræsentationis maiestatis iudicis, tum & spectantiũ admiratiõis, accessionẽ faciet tunc ignis, qui vt est in psalmo ante ipsum iudicem præcedet: de quo locus

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argum.

Ordo iudicij apud Danielem.

Solutio tertij argumẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cus præsens alterum articulũ videbatur exigere. Attamẽ quia illius ignis duplex erit effectus, vnus quidem mundũ expurgare, quare dicitur ignis conflagrationis, quod quidẽ faciet ante ipsum iudicij momentum: alter verò effectus erit conuoluere dæmones cum vniuersis condemnatis hominibus in infernum q; eos obtrudere: qui quidem effectus subsequetur iudicium tanquã sententiæ executio, vt de ambobus simul luculentius dicamus, tota huius ignis disputatio in subsequẽtem distinctionem reponitur. In qua de habitu & aspectu orbis, quo post iudiciũ in perpetuũ relinquendus est, conuenit disputare.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm diuinitas Christi ab iniquis tunc sit conspicienda.

QVoniam dictum est Christum in forma visibili vẽturum, subsequitur, vt inquiramus vtrũ eius diuinitatem etiam reprobi sint conspecturi. Et arguitur à parte affirmatiua. Primo. Damnati cognoscent Christum esse Dei filium: ergo videbũt eius deitatem postq; erit eis præsens. Probatur cõsequentia: quia si reprobi diuinitatem videre non poterunt, ratio est quia illa sine beatifico gaudio videri nequit: hæc autem ratio, non videtur solida: quoniã quæ sunt in affectu non de necessitate ad ea quæ sunt in intellectu consequũtur. Solet enim, vt ait Aug. præcedere intellectus, vbi sequitur aut tardus, aut nullus affectus. Imò videntur, posse illam videre & de visu tristari: nam vt sensus ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile: sed in sensibus, vt inquit Aug. palato nõ sano pœna est panis, qui sano est suauis: ergo pari modo damnati deitatem intuentes possunt ob eius odiũ tristari: quicquid enim recipitur ad modum recipiẽtis aptatur: quare licet visio per se sit effectrix lætitiæ, potest in odiente ipsam mœstitiam gignere: nulla ergo est ratio cur non illam videant. ¶ Secundò arguitur. Damnati videbunt humanitatem Christi gloriosam, quę suapte natura in gentissimæ voluptatis est causa, & tamẽ nullam inde voluptatem captabunt: ergo similiter res dispẽsari possunt, vt diuinitatem intuentes nulla afficiantur lætitia: imò ingentiori mœrore, quã solam humanitatem videntes. Si quidẽ maiori odio Christũ quatenus Deum prosequantur iniqui, quàm quatenus hominem. Vnde colligitur diuinitatem visuros. ¶ In contrario est, quod in visione diuinæ essentię beatitudo consistit, iuxta illud Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum &c. sed de essentia beatitudinis est, vt delectet, & illa delectatione damnati sunt indignissimi: ergo diuinitatem nõ videbunt.

Partis affirmatiuæ argumentum primum.

Secundũ argumentũ.

Pars negatiua.

¶ Quæstio hæc duo videt implicare mẽbra: scilicet, vtrùm diuina essentia absque gaudio videri possit: & secũdum vtrùm damnati eã videbũt. Et posterioris solutio, ex prioris decisione colligit. Tribus ergo conclusionibus respondetur. Prima. Reprobi non videbunt deitatem in se ipsa. Conclusio est, August. 1. de trini. cap. 13. vbi ait quòd cum boni & mali visuri sint iudicem bonorum & mortuorũ, mali tamen eum videre non poterunt, nisi secũdum formam qua filius hominis est. Cæterùm illam Dei formam in qua ęqualis est patri proculdubio non videbunt. Non emẽ sunt mundicordes, & tamen beati mundicordes quoniam ipsi Deum videbũt. Et in libro de verbis domini. Rectum, inquit, erat vt iudicã di viderent iudicem: iudicandi autem erant boni & mali: restabat, vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostenderetur, forma verò Dei solis bonis seruaretur. ¶ Ratio tũ prima conclusionis est, quod deitas naturaliter videri non potest, sed lumen gloriæ requirit quo eleuetur potentia, vt ad id fiat idonea: nam ad tam excelsam veritatem contuendã habet se intellectus noster veluti ad lumẽ solis oculus noctuæ. Etsi aliqui lumẽ illud gloriæ negant, exigi saltem fatentur cõcursum aliquem diuinum supra naturam: damnatis verò non est cur illud donetur. aut gloriæ lumen aut singulare auxilium. ¶ Secundò arguitur, quia cum beatitudo, vt argutum est, in illo deitatis conspectu consistat, nequirẽt miseri deitatem conspicere, nisi tunc saltem per modum transitus essent beati, vt Paulus in raptu: quod perditos illos maximè dedecet. Ait enim Ioan. cap. 3. suæ canonicæ. Cùm apparuerit, similes ei erimus: videbimus emẽ eum sicuti est. Tanta ergo similitudinis excellentia non nisi illis conuenit, qui mundo sunt corde. ¶ Tertiò arguitur. Diuina essentia absq; gaudio suapte natura videri nequit: iniqui aũt nullo vnquam potientur gaudio: tantum abest, vt diuino illo sint digni: ergo minimè deitatem videbũt. At verò ad intellectum maioris animaduertẽdum, id quod est per par-

Decisio articuli.

Conclusio prima.

Ratio conclusionis.

Secunda conclusio.

Secunda ratio.

Tertia conclusio.

Ratio.

per participationem delectabile, quia potest habere aliquid ad mixtum quod non sit tale posse quidẽ quandoq; sine delectatiõe possideri, vt sunt diuitiæ, honores, & reliqua temporalia bona: quæ plurimum laboris & periculi, & anxietatis habent admixtum: sicut aqua calida potest frigefieri. Id aũt quod per se ipsum sic est delectabile, vt sit ipsa delectationis ratio, nequit absq; delectatione possideri: sicut ignis non potest non esse calidus. Essentia verò diuina, quia adeò per se est bona & per se vera, vt sit ratio ipsa bonitatis & veritatis, cuius participatione quæcunque bona & vera illam habent qualitatem, fit adeò esse delectabilem, vt sit ipsa delectationis ratio: atq; adeò sine delectatione possideri nequeat. Secus in hac vita obscurè & sub ænigmate apprehensa. Potest enim quispiã quia adeptu difficilis est, & alias cohibet seculares voluptates, eã nõ appetere. ¶ Quod si arguas. Deus potest concursum suspendere ne visio in videntem vllum gignat gaudiũ, hoc minimè inficiamur: esset tamen illud supernaturale miraculum de potentia eius absoluta procedens, quod in damnatis non est assumendum. Loquimur ergo de ipsa rei natura secundum quam visio adeò est voluptatis ac lætitiæ genitrix, vt nullam secum tristitiam admittat, sed omnem omnino procul pellat. ¶ Secunda conclusio. Damnati videbunt dotes gloriæ humanitatis Christi, nempe, claritatem & reliquas. Probatur, quoniã vt supra dictum est videbunt Christũ in forma humana: quia videbunt in quem transfixerunt: sed humanitas, vt articulo præcedenti constituimus, apparebit cum dotibus gloriæ, ergo talem eam videbunt. Nam vt supra diximus in potestate habentis corpus gloriosum est illud oculis etiã non gloriosis subdere, & dum voluerit, subducere. Quẽadmodum de Christo post resurrectionẽ legitur, dum discipulis se ostendere volebat. ¶ Tertia conclusio. Non solum per excellentiam claritatis corporis, vt dictum est, verum & per maiestatem imperandi, & promptitudinẽ in angelis & sanctis obsequendi, per aliumque apparatum ac terrifica signa agnoscent illũ esse verẽ filium Dei. Ad quam vtique cognitionem vsque adeò erunt conuicti, vt id neutiquam negare valeant. Angelos aũt non videbunt, quia visui corporeo non patent, nisi fortè Deus dispẽsauerit, vt intellectu eos percipiant, sicut videbunt dæmones. Sed satis est dicere, quòd per rerum circunstantias intelligent esse præsentes.

¶ Primum igitur argumentũ solutum restat. Consequentia nanq; nulla est, quod si damnati Christum cognoscent esse filium Dei, videbũt ipsius diuinitatem. Conceditur q; illã sine gaudio videri non posse. Quod em ait Aug. intellectum quãdoq; præuolare, quem affectus nõ subsequitur, intelligitur in bonis temporalibus, quæ licet sub aliqua ratiõe delectabiles apprehendantur, habent nihilominus alias propter quas non delectant. Pręter ea respectu bonorum temporaliũ sæpè potẽtia proportione caret, vt illa possit satis percipere: & ideo palatũ non sanum nequit dulce gustare. Sed tã dispositio damnatorũ prava non tollit proportionem ad essentiã diuinam quæ est per se bona, ad quam ideireo natura inclinatur: obidq; si illã viderent, non possent non oblectari: neq; odium quo illã prosequuntur vim tunc haberet ad generandum tristitiã, quia odiũ est finitæ efficaciæ, essentia verò diuina infinitę ad illud deuincẽdum. ¶ Ad secundum demum rñdetur non esse rationẽ parem de visiõe gloriosæ humanitatis, tum quòd sine lumine gloriæ põt naturaliter videri, tum quòd cùm non sit per se ratio ipsa delectationis sicut diuinitas, neq; sit infinitę actiuitatis, sed res participata & finita, non est necessarium, vt odium damnatorũ extinguat. Et ideo ipsam videntes inuidia & liuore cõtabescẽt: & vehemẽtius cõtristabuntur, quòd eum quẽ oderunt in tanta honoris & gloriæ sublimitate perspiciant.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm tunc vnusquisque, tam electorum, quàm reproborum, vniuersa bona & mala, tam propria q̃ fecit quã aliena videbit.

QVMad iudiciũ merita causæ sint cognitu necessaria, quærit vtrũ oium opera tam bona quã mala erunt tunc vniuersis patẽtia, vt singuli & propria videãt, & aliena. Et arguitur à parte negatiua. Quicquid factorum cognoscimus, aut per sensum præsens accipimus, aut de thesauro memoriæ depromimus: tunc aũt peccata præterita, quia elapsa sunt, non poterũt sensu percipi, neq; verò quę memoria exciderũt, cognosci: ergo non tunc cuncta videbunt. ¶ Secundò. Resurgentium cognitio non erit tũc perspicacior quàm nunc est angelorũ, quippe cùm

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumẽtum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm hominibus Matthæi.22.æqualitas cum angelis promittatur: angeli verò nõ possunt alienas cõscientias scrutari & cognoscere ipsis inuitis, imò aliorũ locutione opus habẽt, vt eorum corda cognoscant: ergo multò minus illic vnus quispiam poterit alterius conscientiam inspicere. ¶Tertiò arguitur. Aut omnia quisq; vno intuitu videbit, aut sigillatim, non sigillatim, vt facta sunt, quia id immensum exigeret spacium temporis: neque verò simul vno contuitu, nam vt 2. Topicorum ait Philosophus, non possumus simul plura intelligere: adeò, vt neque angeli possint simul intelligere nisi quæ per vnam speciem intelligunt: ergo nullus tunc cuncta videbit. ¶In contrariũ est illud.1.ad Corinthios.4. Nolite ante tempus iudicare quousque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶Ad quæstionem, quatuor conclusionibus gradatim respondetur. Prima capitalis. In illo articulo futuri illius iudicij libri aperiẽtur quibus causarum merita legantur, vt cunctis iusta appareat sententia. Sic enim de illa die vaticinatus est Daniel, capi. 7. post illa verba supra relata. Aspiciebã donec throni positi sunt & antiquus dierum &c. Et cõtinuo subsequitur. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et Apocalypsi.20. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitę, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Huiuscemodi autẽ libros Aug. 20. de ciuita. Dei. cap. 14. sic interpretatus est, vt libri priore loco positi intelligantur sancti & veteres & noui, vt in illis ostendat, quæ Deus fieri sua mandata iussisset: in alio autẽ libro vitę, intelligat vita vniuscuiusq; quid scilicet horũ quisq; non fecisset siue fecisset. Est hic tñ animaduertendum, quod isti libri, vt ibidem subiungit Aug. non possunt esse materiales, quia eorum magnitudinem & longitudinẽ vix vllus posset locus capere, aut tempus sufficere, vt legerentur. Et respondendũ esset quando essent scripti, aut vbi, aut cuius opera. Item quia Dei omnipotentia hac rerũ mole non indiget, vt iudicium peragat suũ: sunt ergo spiritualiter intelligendi scripti, vel in mente Dei vel in mentibus hominũ. Præterea meminisse oportet in iudicio binã esse cognitionem necessariam: nempe, iuris & facti. Cogitauit ergo Aug. sanctos diuinarum legũ custodes scriptas habere in pectore diuinas leges & iura, quæ per eorum opera alijs innotescunt: de quibus supra citatus Ricardus ait, eorum corda esse quasi quædã canonũ decreta, quatiq; ratione librorũ imaginem præ se ferent. Sed prętera Librum vitæ interpretatur Augu. morum cuiusq; relationem, in quo eius gesta scripta sint: atque hanc intellexit quandã vim esse diuinã, qua fiet, vt cuiq; opera sua, vel bona vel mala, cũcta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernãtur, vt accuset vel excuset scientia conscientiam, atque ita insimul, & omnes & singuli iudicentur.

Prima conclusio.

Dan.ca. 7.

Apoca.20.

Augu. 20. de ciui. Dei cap.14.

Liber vitæ

¶At verò quanuis sancti quodammodo libri dici possint: tamen liber vitæ, vt in Apocalypsi subiungitur, non põt intelligi scientia quæ in memoria cuiusque erit, eius conscientiã accusans vel excusans. Primo, quia liber vitæ nunquam inter sanctos & Theologos accipitur nisi pro libro prædestinationis: notitia enim ipsa Dei, qua firmiter retinet se aliquos prædestinasse ad vitam æternam, dicitur liber vitæ. Secundò, quia Ioannes illic nõ dicit in libro vitæ scripta esse opera cuiusque, sed nomina, & ideo subdit. Qui non inuẽtus est in libro vitæ scriptus missus est in stagnum ignis. Quare nõ dicitur liber vitę, quia scripta in eo sint acta & gesta vitę, sed quia in eo scripti sunt omnes prędestinati ad vitã. Et ita idem Aug. illico, cap. 15. exponit librũ vitæ. ¶Dicendũ ergo q̃ libri aperiẽdi in iudicio sunt tum sancto ã officia & merita, in quibus ius effulget, ad cuius normam cuncti deberent officia sua exigere: tum etiã singulorũ memoriæ, quibus vnusquisq; gestorũ suorũ recordabitur, vt opera cum legibus conferant, & cuius retributionis digna fuerint, appareant. De quibus libris ait Paulus. Testimonium reddẽte illis cõscientia eorũ, cogitationibus inter se accusantibus, aut defendentibus, in die cum iudicabit dñs occulta hominũ. Itaq; cogitationes memoriæ sunt libri, qui conscientiã aut ream tunc facient, aut absoluent. Et quia illę cogitationes erunt Christo & sanctis eius patulæ, per illas dicetur vnusquisque referre propria corporis prout gessit siue bonũ siue malũ: vt.2. Corinth. ait Pau. Sed præter hos libros expãdetur & in mente iudicis liber vitæ vbi conscripti sunt prædestinati, vt constet quemadmodum per Dei gratiam quæ prædestinationis effectus est, ipsam prædestinationẽ compleuerint, & suã vocationẽ, vt ait Petrus, certam 2. Petri fece-

Sententia.

tertia.

fecerint: & quemadmodum reprobi in illo libro nunquam scripti supplicia fuerint commeriti.

¶Exurgit tamen ex hoc interrogatio, quæ nam sunt & quanta quæ in suis conscientijs tam electi quàm reprobi cernẽt. Quare subiungitur secunda conclusio. In reproborum conscientia tam ipsi quã alij vniuersi cuncta eorũ crimina & demerita inspectabunt, imò & bona etiam siqua fecerint opera, omnia inquam virtute diuina, de qua loquit Augu. subito eis in memoriam reuocabuntur, atq; alijs in eorum conscientijs manifesta fient.

Secunda cõclusio.

Probatio cõclusionis.

Probatur conclusio. Iudicium illud erit, vt rectissimum, ita & prudentissimum: ad rectitudinem aũt iudicij spectat, vt non nisi conuicto reo sentẽtia proferatur: conuinci autẽ nequit nisi vniuersa de quibus accusatur ei ob oculos proponantur, vt perinde merita suæ causæ cognoscantur: oĩa ergo cuiusq; reprobi erunt ei penia, ne de iudice conqueratur quod velex odio vel alio extra causam affectu eum iudicauerit. Quare non solum mortalia crimina, sed etiam veniales culpæ, quæ momentũ aliquod ad suppliciorũ cumulum afferunt, erunt ei præsentes. Imò neque sola opera aut verba externa, verùm & cordium cogitationes in publicum prodibunt: iuxta illud.1. Corinth. 4. Dñs tunc illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordiũ. Et ratio est qm̃ licet iudicium humanum, quod idcirco imperfectũ est, non fiat nisi secundũ externa opera quæ sensibus patent, illud tñ perfectissimũ secundum pœnitissimas causas & in pectore reconditissimas faciendũ est. Nam cum ex corde, vt ait Christus exeant cogitationes: scilicet opera, ex intentione quæ intus latet sunt opera perpendenda. Quod si aliqua bona fecerint ex gratia procedentia, vt christiani, etiã illa præsentia reum ipsum accusabunt, propter ingratitudinem qua Deo terga vertit: imò & naturæ dotes, illic clamabunt, quòd gratias pro ipsis suo creatori non reddenerit. At verò, quia iudicium illud non priuatim inter iudicem & tantum reum fiet, sed publicitus in conspectu totius Reipublicæ humani generis, nõ sat erit, vt rei se ipsos agnoscant: sed operæpretium est, vt eorum conscientiæ vniuersis sint cõpertę, quibus & sententiæ innotescent. ¶Meditet ergo cordatissimus quisque quanto pudore & opprobrio suffundẽtur in cõspectu Dei, angelorum, & hominũ, hypocritæ: qui mortalium oculos tanquam dealbata sepulchra fefellerint: nempe, qui putida pudendaque corda & pectora intus gestantes, execranda opera fucato externo habitu cõtegerint. Certè quando nullus nos alius infernus spectaret, hæc satis esset meditatio, vt tales esse cõtenderemus, quales Deo & hominibus apparere cupimus. ¶Interrogabit autem hic quispiam, si omnia opera etiam infidelium sunt eis in memoriam reuersura: quomodo dictũ est, quòd non iudicabuntur iudicio discussionis? Rñdetur, non negari quin per suas sint conscientias conuincendi, quanto sint supplicio digni: sanè cum inter ipsos sint alijs alij longè peiores, sed tũ eorum peccata, cum suis virtutibus non conferentur, neque causa eis sententiæ reddetur. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. &c. ¶Tertia conclusio. Omnia opera iustorum bona, tam sibi quàm vniuersis alijs illic propalabuntur: reuocabuntur, inquam in eorum memorias, & in aliorum notitiam reducentur, non solum opera & verba, sed etiam cogitatiões. ¶Et ratio est, quia licet præmia adultis ætate propter illa merita conferantur, quæ ex diuina misericordia, & gratia dimanarunt, tamen quia supposita gratia verè sunt merita, retributio illa erit actus iustitiæ, iuxta illud Pauli.2. Timoth.4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Iustitia autem in præmio cognosci non potest nisi per meritorum pretium: cunctis ergo illorum merita explicabunt. ¶Accedit autem secunda ratio, quòd quanuis essentiale præmium in Dei possessione consistat, tamen ratio ipsa præmij hoc ipsum sonat, vt propter meritum conferatur, alioqui nõ esset actus iustitiæ. Et ideo maxima honoris accessio inde fiet tunc iustis, q̃ ineffabile illud præmium non prorsus gratis absq; vllo eorum merito, sed pro suis meritis de diuino subsidio profectis suscipiant. Inter homines enim præstantius est meruisse, quod non habes, quàm non meruisse, quod habes. Dignitas enim honoris æstimatur, non nuda possessio. Quare Christus Ioan.12. Si quis, inquit, mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Videlicet ostendẽdo publicitus vniuersis quemadmodũ mihi ministrauerit. Et Lucæ.12. Qui me confessus fuerit corã hominibus (tanquã amicum & dominũ) & filius homi-

Interrogatio.

Tertia conclusio.

Ratio cõclusionis.

Secunda ratio.

Ioannis.12.

Lucæ.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominis confitebitur illum coram angelis Dei, vbi longè erit cumulatissimus honor, tanquam fidelem seruum. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur corã angelis Dei, vbi ingentius erit opprobriũ.

Dubium. ¶ Veruntamen de electorũ delictis per pœnitentiã deletis, dubiũ est vtrũ sint in memoriam reuersura. Extant emẽ oracula sacra par

Isaiæ.65. tinegatiuæ fauentia: vt illud Isa.65. Ego creo cœlos nouos & terrã nouã, & non erunt in memoria priora, & non ascendẽt super cor, sed gaudebitis in æternũ, & rursus. Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & abscondita ab oculis nostris. Vbi Hiero. Obliuioni, inquit, tradentur priora mala, quia forsitan in futuro pristinæ conuersationis memoria oĩno delebitur, succedentibus bonis ęternis,

Psal.31. ne sit pars malorũ prioris angustiæ memorari. Et psal.31. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et.1.

1. Petri. 4. Petri.4. Charitas operit multitudinem peccatorum. ¶ Quæsitũ hoc bipertitur dist.47. Magister senten. Concedit emẽ electorũ delicta in memoriã eis reditura. Sed præfata testimonia hoc cõtestari, q̃ memoria illa nec contristabit electos, nec beatitudinẽ offuscabit. Vtrùm verò proditura sint in aliorũ notitiam, ait se nõ legisse expressum in scriptura: vnde non irrationabiliter, inquit, putari põt peccata hic per pœnitentiã tecta & delecta, illic etiam tegi alijs. Et re vera vulgus ho-

Argumẽt. vulgi. minum facilè hanc sibi sniam persuadebit hoc argumento. Vix enim ingenium plebis percipere valet quo pacto fieri possit, vt crimina flagitia & scelera, quæ nonnunq̃ nefanda esse contingit & quã maximè depudẽda, quæ hic fuerũt occulta, in notitiam illic purgatissimarum mentiũ prodire possint absq; maximo pudore & opprobrio illius, qui illa cõmisit. Præsertim si hic semper fuerit, vt iustus & honestus æstimatus. Cùm ergo beatitudini omnis turpitudinis pudor & verecundia repugnet, colligitur electorũ delicta nõ esse tunc in aliorum notitiã prodenda. ¶ Ni-

Quarta conclusio. hilominus subnectit quarta conclusio. Cuncta etiã electorũ crimina vniuersis erũt aperta. Neq; hoc loco tenetur sntia Petri Lombardi. Probatur. Primo ex illo Pauli. 1. Corin. 4.

Probatio cõclusionis. afferentis, q̃ tunc dñs illuminabit abscõdita tenebrarũ & manifestabit consilia cordiũ: quæ quidẽ indefinita assertio vim haber vniuersalis: quia illud erit vniuersale iudiciũ, nõ solum vniuersorũ hominũ, verum & vniuersorum operum. Et ideo ait illic glossa, q̃ gesta cogitata bona & mala, tunc aperta & nota erunt omnibus. ¶ Et secundò arguitur, q̃ aliquorum iustorũ delicta erunt illic manifesta: sicut Dauidis, & Petri, & Magdalenæ: & eadem est omnium ratio. ¶ Tertiò id præsertim comprobatur. Iudiciũ illud ad hoc po- *Egregia ratio.* tissimum celebrabitur, vt gratiæ & virtutes, quæ nobis diuina ope prouenìunt, vniuersis ad Dei gloriam innotescant, inter has verò egregium locũ obtinet pœnitentia: expedit ergo, vt eius vis & efficacia sit cunctis manifesta. Nequiret autẽ satis cum sua laude cognosci, nisi cuncta electorũ delicta quantunuis ingentia & fœda, quæ illa sunt virtute deleta, oĩbus essent cõperta: quo enim grauiora erunt, eo pœnitentiq̃ potestas diuino fauore suffulta maiori splẽdore fulgebit. Huic enim quodammodo accõmodari põt verbũ Pauli, Roma.5. Vbi abundauit delictum su- *Rom.5.* perabundauit & gratia. Absit aũt quemadmodũ illico nos Apostolus admonet, vt peccatis complicemur, vt gratia abundet sicut illi blasphemi aiebant, Faciamus mala, vt inde veniant bona. Neq; emẽ nos Deus condidit, nec Christus redemit, vt pœnitẽtes essemus, sed vt eius mandata sic obseruaremus, vt nulla nobis opus esset pœnitentia. Quare cæteris paribus longè copiosior laus erit innocentibus quàm pœnitentibus, nisi pœnitentia quemadmodũ in Magdalena excellẽtes fuerit vires sortita. ¶ Ad argumentũ ergo *Solutio argumẽti.* popularẽ rñdetur, q̃ delicta iustorum, quia non erunt tunc patentia Deo ad vindictam, sed tanq̃ materia pœnitentiæ, nulla in oculis iustorum erunt opprobrij, aut pudoris causa, sed laudum, quibus Deum efferãt, qui tantam virtutem pœnitẽtiæ, & fidei, spei, & charitati quibus nititur, tribuit, vt deleta peccata nullo sint amplio vituperio aut exprobratione digna. Quãuis fuerit vel peccatũ Adæ si pœnitentiam egit, vel persecutio Pauli, vel turpitudo Magdalenę, vel negatio Petri, vel impietas crucifigentiũ Christũ: imò & proditio Iudę si eum facti pœnituisset, non esset tunc fœdum. Hunc ergo sensum exhibẽt testimonia illa citata, apud Isaiam, & Dauidẽ, & Petrũ. Sunt emẽ iustorũ peccata cõtecta apud Deũ, quia quantũ ad vltionẽ obliuioni ea traditi iuxta illud Ezechi.18. Si impius egerit pœnitẽtiam, omniũ iniquitatũ eius, quas operatus est nõ recordabor. ¶ Obijciet verò quispiam illud Chrysosto. hom.2. in psal.50. *Chrysost.* Nunc si recorderis peccatorum tuorum, & pro eis depreceris, citius illa delebis: si verò obliui-

obliuiscẽris, tunc eorũ recordaberis nolens, quando publicabuntur in conspectu omniũ amicorum, & inimicorũ, sanctorumque angelorum: ergo illa sola peccata tunc proferentur in publicum, quæ propter negligẽtiam non fuerunt hic remissa. ¶ Item si omnium delicta essent cunctis iniquis comperta, inde solatium aliquod reciperent: nam solatium est, plures habere delictorum socios, indeq̃ eis verecundia & pudor minuitur. ¶ Rñdetur ad primum, Chrysost. id docere, quod peccata quæ hic nõ fuerint deleta proferenda tunc erunt ad ignominiam: quæ verò fuerint extincta proferentur ad gloriam. ¶ Ad aliud negatur, q̃ aliquod sint inde solamen, aut verecũdiæ remissionẽ damnati habituri. Illud enim in iudicio hoĩm accidit, inter quos propter multitudinẽ delinquentiũ fit leuior pudor. Secus in æstimatione Dei, quæ tunc erit omnibus manifesta, qua scilicet res æstimãtur secũdum veritatem, secundum quam nihilo est peccatum minus propterea, q̃ pluribus sit in consuetudine: imò ob id est peius.

Solutio primi argum. ¶ Ad primum igitur argumentũ rñdetur, q̃ omniũ mortalium opera q̃uis memoria exciderint manent in suo effectu, vt bona manent in acceptatione ad præmium. Et si fuerint per peccatũ mortificata manẽt in ingratitudine. Et quę non fuerunt per pœnitentiã deleta manent in reatu æterni supplicij. Et si fuerint deleta in virtute pœnitentiæ. Quocirca, quia cuncta ex his effectibus pendent perinde habent, vt valeant in memoriã remigrare. At verò, vt citatus Aug. ait, tam repentina tantorũ operum recordatio diuinæ tũc virtuti tribuendum est, qua Chrs per iudicã di potestate in omnium memoriam reuocabit. ¶ Sed redarguitur contra. Aucta causa effectus crescit, charitas in hac vita est causa doloris peccatorũ & gemitus: charitas autẽ illic erit confirmatior & perfectior: ergo si tunc peccata memorię iustorum recurrerẽt, non possent non dolere: contra illud Apocalyp.21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & nõ erit vltra gemitus, neque clamor, neque dolor. Rñdetur, q̃ licet illud sit charitatis ingenium in hac vita, lætitia tñ in patria erit potentior, vt omni dolori obsistat, ne occupare animũ possit beatis: imò potius de diuina clementia gaudebunt, per quam ab illis malis liberati sunt. Sicut solent post prælium milites lætari de illis quæ euaserunt periculis: atq; illi qui post grauissimos morbos cõualuerunt. Veluti è cõtrario dãnati, bonorũ memores quæ fecerunt: nullum inde oblectamentũ suscipient: imò plus eis augebit mœstitiæ. Iuxta illud Boetii.2. de consolatione. Summũ infortunij genus est, fuisse fœlicem. ¶ Ad secundũ rñdetur, q̃ cũ *Solutio secũdi argumẽ.* & bona iustorũ opera, & iniustorũ iniqua, aliquod illic incrementũ gloriæ & miseriæ efficiant, inde poterũt alij aliorum merita, aut demerita, saltẽ in genere perspicere: speciatim verò per virtutẽ diuinã, vt dictũ est singulorũ cõscientię cunctis pandent, vt ab omnibus legantur. Quapropter non solũ in suis effectibus, vt dictũ est, sed in seipsis, merita demeritaq; cuiusq; deprehendent. ¶ Ad ter- *Solutio tertij argumẽ.* tium bipertitus est rñdendi modus. Quidã emẽ aiunt, eodem instanti tũc oẽs singulorũ merita & demerita visuros. Quod quidem quantum ad beatos facile est creditu, si illa sunt visuri in verbo. Secus in ꝓprio gũre, puta in singulorũ consciẽtijs. De dãnatis verò, qui non in verbo, sed in proprio genere videbunt non ita facilè creditur. Et ideo alij opinant, q̃ non videbunt sigillatim cuncta, sed in genere. Hoc tñ est contra verbũ Augu. loco supra citato.20. de ciuit. Dei. vbi ait, q̃ oĩa mentis intuitu cernent, & quasi in libro recitabũtur. Imò ad conditionẽ illius iudicij nõ satis est cuncta in genere cognoscere, sed & singula perpendere. Alioqui non estimarentur personæ ad iustũ quales essent. Dicendũ ergo, vt hic ait D. Tho. quòd singula cõsiderabunt in proprio genere, non tñ in instãti, cũ non sint videnda per eandẽ speciẽ. Sed tñ subito per diuinã virtutẽ: hoc est, in exiguo tẽpore. Et vt ait ibidem Aug. mira celeritate cernentur. Vnde super illud Iob.8. Induetur confusione, ait glossa. Viso iudice omnia mala ante oculos mentis versantur: hoc est, singula, quemadmodũ cõmissa sunt occurrũt.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm iudicium illud, scilicet, tam discepta tio, quàm sentẽtiæ prolatio, sit vocaliter, an non nisi mentaliter repræsentanda.

AD hæc quæ dicta sunt attinet, vt breuiter exploremus vtrũ iudicium illud, sit externo verbo, an sola mentis locutione perficiendum. Et arguitur, *Partis negatiuæ argumentũ primum.* quòd fiet voce. Ait quippe Augustinus.20. de ciuitate Dei. Per quot dies hoc futu-

rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum iudicium tendatur incertum est: nõ autem incertum esset nisi vocis prolatiõe esset celebrandum. Et Gregorius libro etiam cita to.26. Morali. ait, quòd illi saltem verba iudicis audient, qui eius verbo fidem tenuerunt.

Pars affirmatiua. ¶In contrarium autem videtur stare Paul. Roma.2. vbi ait. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum &c.

¶De hac quæstione nihil habetur sacris literis compertum. Et ideo hoc Magist. senten. tanq̃ problema vtrinq; anceps relinquit. Dicebant enim quidam q̃ iudicium mentaliter sit faciendũ ꝓpter verbũ Apostoli. 1. Cor. 15. In momento, & in ictu oculi. Illud autẽ non ad iudicium, sed ad resurrectionẽ refertur: & ideo alij dixerunt vocaliter exprimendũ. Ricardus verò hic art. 1. quęst. 2. ait q̃ sicut Christus est Deus & homo, ita partim mẽtaliter, & partim vocaliter iudicabit. ¶Duas aũt cõclusiones possumus ex coniecturis & vero similibus rõnibus colligere. Prima sit. Discussio & examinatio operũ, & accusatio aut ex

Prima conclusio. cusatio, quæ ad conuincendũ iniquos, & ad præmiandum iustos sn̄iam antecedet, mentaliter duntaxat perficietur: conclusio est cũctis receptissima. Et ratio est quia accusatio illa, & singulorum operũ enarratio, & examinatio, si voce seriatim esset peragenda, immensum temporis spacium exigeret, & ferè esset in illud absurdum recidere quod Augu. de libris repellit, qui apud Danie. & in Apocalyp. cõmemorãtur. Nempe, q̃ si essent materiales, vix tempus sufficeret, vt legerentur. Idem em̃ propè modum accideret, si omnia essent voce percẽsenda. Vnde eodem li. c. 26. ait, quod conscientias reproborũ conuincet sine vlla sermonis prolixitate. Et sapien. 4. dirumpet illos inflatos sine voce. Accedit, q̃ cũ illa Deus nouerit, & sua virtute sit cunctis reuelaturus, nihil vocali prolixitate opus erit.

Roma.2. Et certè hoc videtur. Roma. 2. Paulus, illis verbis docere. Testimoniũ reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit dñs occulta hoim̃. Quibus vtiq; verbis insinuat nullos fore accusatores aut testes præter conscientiæ cogitatus, qui omnibus erunt in propatulo. ¶Secũda

Secunda cõclusio. conclusio. Quanuis non omnino cum certitudine, tũ neq; absq; probabilitate affirmari potest, sn̄ias illas Christi, quæ Matth. 25. referuntur. Venite benedicti. &, Ite maledicti. sensibili voce esse proferendas. Opinio fuit Abulensis super eũdem locum. q. 333. Et quæ me ratio in hoc inducit est illa, quæ solet: nẽpe, quod vbicunq; euangelicus textus admittere sensum põt literalem quem sonat, secundum illum est audiendus: possumus aũt sententias illas ad literam, vt vocales interpretari: nã licet accusatio & examinatio intelligi nequeat nisi cum magno temporis decursu: sententiæ tamen illæ citissimè enunciari valent: q̃m nõ ad singulos singulatim sunt proferendæ, sed vna ad electorum chorum, qui erunt à dextris, atq; altera ad reproborũ turbam, qui erũt à sinistris: non ergo est cur negetur voce esse proferendas. ¶Secundo ar-

Ratio. guitur. Christus iudicare debet in quantum homo, venturusq; est in forma humana visibili, & vniuersi in eundem locum in suis corporibus sunt conuocandi. & quod probabilius supra diximus, voce, & sono tubæ: & re vera sunt ad dextram & ad sinistram loco separandi: ergo pari ratione audibili voce sunt per sententiam approbandi vel reprobandi. Etenim si omnia in mente duntaxat perficienda essent, non tanta appareret ratio celebritatis illius concilij. ¶Præterea & Christo

Tertiaratio. ad honoris excellentiam vox illa, Venite benedicti percipite regnum. &, Ite maledicti in ignem æternũ, accedet & iustis ad augmentum gaudij, & iniquis ad terroris vehementiam causa illa eius voce prolata. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &, Esuriui, & non dedistis mihi mãducare: ergo sono vocis enũtiabuntur. Neq; necessariũ est, vt quidam arguunt, sn̄iam hac ratione examinationi & accusationi respondere: nam accusationi & examinationi sufficiunt singulorum cõscientiæ cunctis mente perspectæ, sententia verò debet maiestatem iudicis secundum humanam vocem repræsentare.

Solutio argumentorũ. ¶Argumenta ergo in capite obiecta, quatenus probant sn̄iam voce esse proferendã, cõceduntur. Si aũt fiant ad probandũ examen quoq; & testificationem, similiter esse expri mẽdam. Rñdetur ad primũ, propterea Aug. incertum dixisse quanto tempore iudicium sit protendẽdum, quod neque compertum habebat sit ne voce an verò mente exprimẽdum. Gregorius autem sentẽtiam nostram tenuisse videtur. Ait quippe, quòd vniuersi Christiani, tam beati, quàm damnati audiẽt vocem iudicis: sententiam, videlicet, illã Esuriui, & dedistis mihi manducare. &, Esuriui, & non dedistis mihi manducare: quia infidelibus illa suæ condemnationis ratio minimè reddenda est.

ART.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm electi & reprobi sunt ad dextram, & ad sinistram Christi separandi.

Rationes argumentorũ pro.

POST hæc quæritur de dispositione iudicandorũ, vtrum sint separandi ad dextram & ad sinistrã Christi. Et arguitur à parte negatiua. Videtur separatio illa nec sine magno negotio fieri posse, neq; esse tam necessaria: ergo non nisi per metaphoram intelligenda est, vt iusti dicantur esse ad dextram, quia sunt ad beatitudinem

Rationes pro. destinati, & reprobi ad sinistram, quia sunt destinati ad supplicium. ¶Secundò Paulus

Ratio pro. dicit. Omnes stabimus ante tribunal Christi, ergo omnes erunt ante faciem eius, electi quidem sursum in aere, vt ait idem Apostolus: miseri verò in terra, grauedine suorũ corporum pressi: ergo non erunt à dextris neq;

Ratio pro. à sinistris. ¶In contrariũ est illud Matth. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit in sede maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ad inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues quidem à dextris suis, & hædos à sinistris.

¶Locus iste euãgelicus erunt fortè à quibus non nisi per metaphoram exponatur, vt sedere Christum, quia in aere nequibit esse sedes: & separar[illegible] onos à malis. Imo Origenes

Origenes. super Matth. in eundem locum videtur huc alludere, q̃ dextra nihil aliud sit quàm beatorum cognitio qua videbunt se, miserante Deo, seruatos. Et sinistra iniquorũ notitia, qua suis se delictis supplicia meruisse intelligent. Ait quippe, q̃ quandiu iniqui: nempe in hac vita, neq; se cognoscunt neque Christum, & iusti per speculum & in ænigmate vident, tandiu non sunt segregati boni à malis: cùm autem propter manifestationem filij Dei, omnes ad intellectum venerint suũ, tunc saluator segregabit bonos à malis, quia peccatores cognoscẽt sua delicta, & iusti manifestè videbunt semina iustitiæ suæ ad qualem eos perduxerint finem. Quare per dextram, & sinistram non videtur intelligere nisi differẽtiam præmiorum & suppliciorum. Sancti enim, inquit, qui dextera opera operati sunt, acceperunt mercedem suorum laborum, dextrã regis, in qua requies & gloria est: multi verò propter opera sua pessima & sinistra ceciderũt in sinistram & in tristitiam tormentorum. ¶Quicquid autẽ vel

Prima conclusio. Origenes, vel alij quicunq; senserint, ad quæstionem tribus conclusionibus rñdetur. Prima. Credibile est Christũ iudicatũ ire in forma sedentis. Nam postq̃ hoc ipse asserit, & põt ad literam sustineri, non tam castè & sincerè seruatur assertio per metaphorã: præsertim cùm non solum dicat sessurum se in sede maiestatis suæ, verùm & discipulis, vt dictum est, duodecim pollicitus fuerit sedes in quibus tunc sedeant. ¶Secundò, quia cùm

Secunda ratio. inquantũ homo, atque in forma humana sit iudicaturus, consequitur, vt etiam sit ostensurus formã iudicis, quæ est sessio. Hoc em̃ plurimum ad maiestatẽ confert. Et ideo ait quòd sedebit in sede maiestatis suæ, sicut dũ nos redemit pepẽdit in cruce ignominię suę. Sedes enim non solum honorem contra ignominiam, verùm & requiem à laboribus significat: vt sicut stans ipse à sedentibus pontificibus & iudice ludibrio habitus fuit, & iniustæ neci adiudicatus: ita sedens stantes suos hostes ante scabellum pedum suorum, iusto iudicio cõdemnet. ¶Sedes autem

Sedet ex nube. illa non est existimãda fore aut ex terra, aut ex aliqua terrena materia, quia nõ sunt absque necessitate cumulanda miracula: sed erit nubes illa in qua se ipse asseruit venturũ. Itaq; quod alibi se dixit venturum in nube, hic dixit in sede maiestatis suæ. Aer enim virtute diuina condensabitur in nubem lucidã sub forma sedis. Et pari modo de alijs iudicãtib⁹ dicẽdũ. Præterq̃ q̃ throni ipsi angelici apparebũt ipsum, nõ necessitatis, sed honoris grã vehẽtes. ¶Secũda cõclusio. Tũc re vera inter fœlices & miseros segregatio fiet localis. Nam postq̃ assertio Christi in hoc lite-

Secunda cõclusio. rali sensu optimè audiri põt, sic est auscultanda. Enimuerò cùm Chr̃s vtrũq; dixerit: scilicet, congregabunt ante eum oẽs gentes, & segregabit oues ab hędis diffiteri realẽ nequeũt segregationẽ, nisi qui pariter congregationẽ negauerint: quod esset negare iudiciũ in forma visibili per congregationem in eundem locum. Præsertim cùm iniqui igne ardebũt: fœlices verò minimè: vt distinct. sequenti videbiũ⁹. ¶Et est præterea equitatis ratio quę eandem segregationem persuadet. In hac enim seculari militia, quia prædestinati & reprobi non planè discernuntur, neque constat qui nam sint in vno, qui ve in altero ordine, permittuntur permixtim viuere, vt sint quasi triticum inter zizania. In illo verò

resurr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

resurrectionis momento, luce plusquã meridiana illa manifestabitur differentia. Quare non est æquitati consentaneũ, vt simul filij lucis, cum filijs Belial commisceantur. Non ergo congregatio omnium gentium, & segregatio ouium ab hædis sic intelligendæ sunt, ac si prius tempore fiat congregatio, quàm segregatio, sed quemadmodum, ait Christus Ioan. 5. q̃ resurgent alij in resurrectionẽ vitæ, atq; alij in resurrectionẽ iudicij, sic in ipso regenerationis articulo, exurgent electi ad dextrã, & reprobi ad sinistrã: vt cõgregatio sit simul segregatio. Sed propter faciliorem humanũ modum intelligẽdi, dictũ est, congregabunt, & segregabit. Terribilior nanq; erit, longèq; plus nobis pauoris offeret meditatio, si quemadmodũ hic viuimus, q̃ nostræ salutis, aut perditionis incerti sumus, meditemur nos esse sicut in die Noe, securè comedẽtes & bibentes, ac lubricis huius seculi voluptatibus fruentes. Tunc enim si de repente apparenti ad iudiciũ Chrõ præsentati, audiremus ipsum segregare iubentẽ bonos à malis, quo nam pauore & stupore vnusquisque tunc tereret, hæsitãs vtrius nam esset sortis. Igitur quod Matth. 13. ait Christus, in cõsummatiõe seculi exituros angelos, qui separabunt malos de medio iustorũ: de hac separatione à dextris ad sinistrã, intelligendũ est, vt inde illico mittant in caminũ ignis.

Congregat. & segre.

Meditatio.

¶ Nomine dextræ in Deo misericordia eius intelligit, & sinistræ, iustitia. Enimuerò vbi mẽbra hæc non inueniunt, rõne virtutis dignoscunt. Vnde Aristo. in orbe cœlesti, illic dextrũ posuit, vnde motus eius inciperet, si post quietẽ moueret: nempe in oriente. Prius aũt primusq; motus Dei est per miam, Non quòd iustitiæ virtus non sit etiã ei propria, sed q̃ misericordiæ actio non habet in nobis propriè causam; sed à solo ipso dimanat. Dum em̃ vniuersum cõdidit, nullũ erat in rebus illius beneficij meritum, quia neq; vlla res erat: neq; verò in impio dum illũ iustificat iustitia verò eius propter nostra merita aut demerita operat in nobis: & ideo dũ in iniquos animaduertit, à sinistris operat, quia ex eorũ delictis vitio illa procedit. Atq; hic est sensus ecclesiasticæ illi collectę. Deus cui propriũ est misereri semper & parcere. Quasi illud sit ꝓpriũ ingeniũ eius & prima beneficiorũ radix. Hac ergo rõne electi collocandi sunt à dextris Chri, & reprobi à sinistris. ¶ Præterea quia dextra prosperitatem designat, atq; adeo sempiternã fœlicitatẽ: sicut sinistra extremã miseriam. Igitur electi tum ꝓpter merita quæ ex misericordia procedunt, tum propter præmiũ quod recepturi sunt, collocabuntur à dextris: iniqui verò, & ꝓpter demerita quę ex sua sinistra voluntate processerunt, & propter iustũ suppliciũ quo sunt plectendi statuent à sinistris. ¶ Cæterùm quia Christus pluribus se muneribus functum asseruit in euangelio, pluribus modis segregationẽ hanc explicare possumus. Est enim ecclesiæ sponsus iuxta illud Pauli. Despondi vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo, prudentes virgines, præparatę ad nuptias constituentur à dextris, & fatuæ quæ in hoc seculo, dum oleum miæ gratis vendebat, malignè illud emerunt depellent ad sinistram. Et quia regnũ cœlorũ cum sagena contulit missa in mare, boni pisces custodientur à dextris, & mali eijciẽtur in sinistram. Et quia se quoq; cõparauit agricolæ permundanti aream suã, illi qui sunt in horreum condẽdi, vt grana, siti erunt à dextris, paleæ verò & zizania se mouebuntur ad sinistram, vt inde proijciantur in ignẽ. ¶ Inter omnes autẽ similitudines illa Christo maximè placuit, vt se pastorẽ prædicaret, & suam familiam ouium gregẽ. Descendit em̃ de cœlo ouem quæsitũ, quam perdiderat, & ideo ait. Ego sum pastor bonus, & cognoscoues meas, & cognoscũt me meæ. Obidq; ait impræsentiarũ, q̃ statuet oues quidẽ à dextris suis, hædos aũt à sinistris. Ouis etenim obedientissimũ animal est, & in gregẽ sub cura pastoris semper viuens: ex cæteris enim animalibus siluestria feraq; inuenias, etiam capros, oues verò minimè: obidque maximè Christianam ecclesiã repræsentant. Sunt & inter animalia maximè frugiferę, lana quippe, lacte, & caseo, & assiduo fœtu, & carnib ipsis sunt nobis frugi, & vberes. Et tales debent in spiritualibus esse christiani. Sunt humillimæ, paucissimis contentæ, inermesq; & nulla fallendi arte instructæ, & mãsuetudine insignes. Quam ob rem dñs discipulos suos ceu oues in medio luporem esse iussit. Sunt denique innocentię candore præstãtissimæ, adeò, vt Chrm ipsum quasi agnũ dominatorum terræ expectarent prophetę, & velut agnũ tollentẽ pctã indicaret Ioannes, & tanq̃ agnũ corã tondente se obmutescentẽ se ipse tradiderit in sacrificiũ. ¶ Capri verò cõtrà fructuosi, cornibus & mento feritatẽ superbiãq; præ se ferũt: & cũ oues demisso capite tenellis herbis contentæ pascantur, capri in duos

Dextra & sinistra.

Secunda ratio.

Christus pastor ouis.

Prudentes. imprudentes. virgines.

Capri.

duos semper pedes erecti dumorũ cacumina decerpunt. Sic enim filij huius seculi ad summos semper honores inhiant, vixq; pastoribus obsequunt. Atqui ad maiorem emphasim, oues fœmineo genere expressit, qa mitiores sunt frugalioresq; quàm arietes: hædos verò, nẽpe barbatos capros genere masculino, qm̃ ferociores sunt quam capræ.

Hædus.

¶ Hinc fit, vt dæmones nunq̃ formam ouiũ, sed semper caprorũ induant. Atqui ea propter in lege veteri capri pro delictis populi sacrificiũ erant, & ideo quasi ipsa peccata foras emittebant. Agnorum verò sacrificiũ innocentiã Christi præsignabat. ¶ Tandẽ & hoc consideratione dignum est, quanto scilicet copiosior numerus à sinistris erit q̃ à dextris. Si enim ab orbe condito sub lege naturæ oculos ad gentes conijcias, quibus fides Messiæ nõ effulsit: deinde ad gentes quę modo euangeliũ non agnoscũt, incomparabilis est infideliũ numerus respectu anguli quo verus Deus colitur. Imò si infideliũ multitudine prætermissa Christicolarum ecclesiam contẽplemur, vtinam tot dextrã quot sinistrã occuparent. Quod em̃ ait Christus, tũc duo erũt in agro, vnus assumetur & vnus relinquetur: duę molẽtes in mola, vna assumet & vna relinquetur, duo in lecto, vnus assumetur & alius relinquetur, non significat electorum ac reproborum paritatẽ, sed q̃ ex omni statu, sexu, ætate, conditione, officio, & arte, erunt prędestinati & reprobi. Nam quia prę miserat aduentum iudicis de repente futurũ sicut in diebus ante diluuium, qm̃ securi erãt homines, comedentes, bibentes, nubentes & nuptui tradentes, ne quis cogitaret non esse tunc plures saluandos quàm illic in arca, dixit ex quocunq; statu aliquos seruandos, aliosque reijciendos: videlicet, vt neq; in vllo quispiam statu & conditiõe, aut officio tutò se viuere arbitretur, nisi Dei gratia præsidio ei fuerit, neque verò desperet si eius voluerit fauore vti. Ob id nãq; dixit. Vnus assumet, & alius relinquetur: ne quis suis viribus naturalibus suam salutẽ adscribat, sed præuenięti Dei gratiæ. Non em̃ ex operibus, vt ait Paulus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est. Iacob dilexi Esau autem odio habui.

Quo & de di.

Nulla prior. ratio.

¶ Ad primum igitur argumentum negatur, aut magno negotio opus tunc fore, vt separentur ab iniquis electi, aut non esse necessarium: imo resurgẽdo separabunt, & erit operæ pretiũ, vt beandi sicut meritis, ita & loco sint ab iniquis disgregati. ¶ Ad secundum respondetur nihil situi obstare quominus omnes sint ante faciem iudicis, electique in aere, reprobiq; in terra: & nihilominus illi sint à dextris & isti à sinistris.

Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm generale iudicium per sententiam iudicis concludetur.

POstremus actus iudicij est snia, & ideo tandem quęritur vtrùm per sniam iudiciũ generale concludetur. Et arguitur à parte negatiua. Si aliqua esset illic snia futura, maximè illa. Venite benedicti patris mei &c. aut, Ite maledicti &c. illæ verò non habent sniarum formã, quæ est absoluo aut condẽno vos, aut quid simile, imò potius habet executiõis sniæ figuram. ¶ Secundò potissimum arguitur. Sniam debet examinatio caulæ antecedere, vt secundũ merita proferatur, illis verò verbis non exprimitur tota causa legitima approbationis aut condẽnationis: ergo non est snia. Probatur minor. Regnum cœlorum pro legis & mandatorũ obseruatione confert, & pro eorũ transgressione aufert, iuxta illud Matthęi. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, & copiosior eius possessio illis promissa est, qui consiliorum vota obseruantiæ mandatorum adiecerint: iuxta illud Matth. 5. Beati pauperes spiritu, qm̃ ipsorum est regnum cœlorũ. Beati mites, Beati qui lugent, &c. quorũ custodibus promittitur, q̃ erũt magni in regno cœlorũ: illic aũt nulla fit aut mandatorũ aut cõsiliorum mentio: ergo non est legitima snia.

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

¶ Tertiò arguit. Nemo à regno nisi propter vel originale, vel mortale crimen excluditur: opera verò misericordiæ gñre suo rarò, nimirum ꝓpter extremã, aut grauem necessitatẽ obligãt sub reatu mortalis criminis: ergo nõ vident tot condẽnandi, quia esurientem nõ pauerunt, aut non potarunt sitientẽ. Potissimũ, q̃ opera misericordiæ spũalia præstantiora censentur, quorum tũ illic nulla habet memoria. ¶ In contrariũ est Christi autoritas, cuius nulla in iudicio alia referuntur verba quam illa. Venite benedicti. &, Ite maledicti, &c. quæ cum sint iudicij conclusio, eius habent imaginem sententiæ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem hac vna catholica conclusione respondetur. Verba illa Christi, Venite, & Ite, legitima est sententia eademq; iudicio

Cõclusio cãtholica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicio illi accõmodatissima. Vbi adnotandũ est, quòd cum ad iudiciũ, vt supra diximus tria sint potissimum requisita: nempe potestas in persona, sapientia in intellectu, & rectitudo in voluntate: quæ quanuis per proprietatem in tribus personis existant, attribuitur tamen primum patri, secũdum filio, tertium spiritui sancto, hæc omnia in summo gradu relucent in illo iudicio: quia Christus quantum ad potestatem, vt ait Petrus constitutus est iudex vniuersalis viuorum & mortuorum: est autem ipse vt summa sapiẽtia, ita & summa bonitas, & ex vno falli non potest, & ex altero nec potest fallere, neque alicui iniuriam irrogare. ¶ Sapientia autem iudicis duplex est: scilicet iuris & facti, inde ergo primum tum extimescendum est illud iudicium, tum cum primis adorandũ, quod iudex neque per testes falli poterit in facto, neq; per aduocatos in iure: qa omnia sunt, etiam cordium intima suis oculis patẽtia: & leges secũdum quas iudicaturus est ipse condidit. Itaq; ipse simul est, & legum summus cõditor, & factorum oculatissimus testis, ac perinde omnium æquissimus iudex. Nam quemadmodum secundum intellectum falli non potest, ita neq; secũdum voluntatem flecti, neq; prece neq; precio, neq; (quod expauescẽdum in Deo est) vllo commiserationis affectu. Etenim tempus miserendi illucusque protenditur, illic verò sola iustitia dominabitur, meritorum iudex, quę hic vel de misericordia eiusdem Dei processerunt, vel de nostra peruersa volũtate. Misericordia ergo & benignitas Dei, & lõganimitas qua homines hic ad pœnitẽtiam adducit, dum per duritiam cordis excluditur, in iram tum ipsius iudicis cõuertetur. Iuxta illud Pauli Roma.2. Per duritiam tuam thesaurizas tibi irã in die iræ. Hoc ergo grauius erit miseris, multoque tremendum: nempe, diuinum pectus sic occlusum videre, vt nullus eis pateat ad eius clementiam aditus. Et quemadmodum neq; secundum intellectum decipi, neque secũdum voluntatẽ flecti, ita neq; prę eius omnipotentia poterit vllo pacto superari. Quare nec ad alium superiorem, locum habebit appellatio, neq; executio moram: sed sicut in mundi fabrica ipse dixit & facta sunt, ita in illo iudicio ipse iubebit, & facta erunt.

Tria ad iudicium requisita.

Sapiẽtia iudicis duplex.

Roma.2.

¶ Quo ergo ad primum argumentũ respondeamus, negatur verba illa. Venite, & Ite, nõ esse sententiæ Dei aptissima. Homines quippe dum iudicant, quia non semper prolata sententia protinus executioni mandatur, mitiorem aliam pronuntiandi formam habẽt: in Christo autem, quia sententiam proferre est ipsam executioni mandare, appositissimè electis dicet. Venite percipite regnum, & reprobis. Ite in ignem æternum. ¶ Et quia in Deo benedicere est benefacere, & summum beneficiũ est collatio regni cœlestis, ait. Venite benedicti, hoc est, summa benedictione donati. Adijciet autem, patris mei, quia cum iudicaturus sit inquantum homo per potestatem quam à patre recepit, illam præmij collationem patri adscribet. Præsertim cum ille sit supremus prædestinationis effectus, quæ quidem prædestinatio fuit æterna, quę Christo non secũdum humanitatem, sed secundum diuinitatem, quam per generationem habet à patre, competit. Quibus de cau sis filijs Zebedæi, Matthæi.20. ait. Calicem quidem meũ bibetis: nempe, meritũ meam baiulando crucem præstabitis: præmium verò, scilicet, sedere ad dextram, & ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Miseros autem reprobos maledictos appellans, non adijcier, patris mei, quia peccatorum, quæ sunt condemnationis causa, Deus non est autor, sed nostra deprauata libertas. ¶ Posidete regnum, nam quanuis iam tunc omnes electi sint illud possessuri secundum animas: percipient tamen illud tunc secundum corpora: & cum omnium beatorũ consummato consortio. Quanuis fortasse expiicet illud Christus ad nostrum intelligendi modum: quasi tunc primum, vt fit in cuiusq; particulari iudicio, recepturi essent regnum. Ait aũt possidete, hoc est percipite, quasi illud electi concupiuerint, & corda inclinauerint, vt ait Dauid, ad faciendas iustificationes propter illã rettributionem. Quocirca damnatis non ait, Ite, percipite aut posidete Ignem: quia sua intentio nõ fuerat illud adipisci, sed ex transuerso inuiti in illud malum impingent. ¶ Et quoniam meritum regni consistit in appropinquatione ad Christum, ait, Venite. Nam quãuis tunc nõ erit in cœlo empyreo, quod sedes est beatorum, ait tamen. Venite mecum, quo ego sum remigraturus: sicut alibi dixit. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Et quia peccata consistunt in recessu à Christo, ait iniquis. Ite, sicut Matthęi.7. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. ¶ Vnum autem hic se offert dubium circa intellectum

Benedicti.

Matth.20.

Percipiũ gnum.

illius

illius verbi. Percipite regnũ. percipere nanq; regnum non est nisi regis, cuius est regni dominium & gubernatio: rex autem regni cœlorum non est nisi Deus secundum primam autoritatem, & Christus secundum eam quę sibi collata est. Respondetur autem, quòd regni possessio per ius dominandi & regendi non est nisi regis: sed nihilominus & ciuibus, qui ius habent viuẽdi in regno, & in pace & tranquillitate possessiones suas ibidem posidendi, & iuribus eius fruendi, competit etiam regni possessio. Itaq; regnum est regis tanquam regentis, & ciuium tanquam eorũ qui reguntur. Et isto secũdo modo Christus traditurus est vniuersis electis regnum cœlorum. Quanquam emineat quædam excellẽtia in cœlestibus ciuibus præ terrarum incolis: videlicet, quod ciues in hoc seculo non ad nutum toto vtuntur regno, sed per partes: in quo ideo multa illis aduersa contingunt, vt paupertas, infirmitas, atque aliæ calamitates, per quas nõ licet eis animum suũ concupitis explere. Fœlices autem cœlicolæ non per partes, sed totum posident regnũ: vniuersi, inquam, diuinam essentiam vidẽt, qua ratione Deum posident, qui est totum regnum. Atque adeò quicquid optant, obtinent: nec quicquam est quod illis aduersef, sed omnia pro votis sunt eis subdita. Atque hac ratione regum etiam nomen suo gradu illis adscribitur. Iuxta illud Apocalyp.3. Qui vicerit, dabo ęi sedere mecũ in throno meo. & ca.5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Et ca.22. Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum. ¶ Paratum vobis regnũ à constitutione mundi. Nam etsi paratum: hoc est, prædestinatum, non à constitutione mundi, sed ab æterno fuerit: tũ quia à constitutione mundi angeli illud posidere reperunt, & tunc homines ad illum posidẽdum fuerint conditi, ait paratum à constitutione mundi. Quasi diceret. Inde iam vos expectat. Differentibus autem verbis ait dãnatis. In ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. De regno nanq; nõ dixit, quod paratum est angelis, quoniã æqua sorte præparatum est hominibus cum angelis. Neq; merita quibus regnũ homines promerentur, contingunt eis per angelorum gratiam & fauorem, sed per auxilium & gratiã Dei, quæ æqualiter hominibus atque angelis opitulatur: peccatum verò primum hominis diaboli suggestione ingressum est in orbem, quod causa est condemnatiõis in ignẽ æternum: & ideo ad maiorem exprobrationem ait. Qui paratus est diabolo, & angelis eius. Quasi homines per peccatum facti sint Satanæ angeli. Præterea, vt alibi diximus, quia infernus propriè non videtur nisi angelis decretus: eo q̃ nequeant per pœnitẽtiam à peccatis liberari: hominibus nanq; ad terrorem deberet infernus seruire, vt inde se per pœnitentiam eriperent. Quocirca humanũ quidem est peccare, sed diabolicum in peccato perseuerare. ¶ Secundum verò principale argumentum, difficillimum vulgo existimatur: tanquam miraculũ enim ducitur, quòd in causam præmij & supplicij æterni, nõ nisi impletio operum misericordię, & eorum omissio afferantur. Veruntamen, qui de hoc mirantur, supponunt nullum aliud illic futurum meritorum, demeritorumq; examẽ, eo q̃ non aliud illic Christus verbo expressit, sed est ipsorum præsuppositũ falsum. Nam, vt iam satis expositum est, vniuersa merita ac demerita, vnicuiq; in memoriam redibũt, eademq; erunt cunctis comperta: vbi quem admodum iniqui mandata defregerint vniuersis constabit: atq; adeò palam erit vnusquisq; conuictus, quãto sit supplicio dignus. Nam, vt ait Christus Matth.12. Omne verbũ otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ob idque Matth.18. assimilauit regnum cœlorũ homini regi, qui voluit rationem ponere cũ seruis suis. In qua vtique parabola conclusit, quòd vnusquisq; reddet omne debitũ vsq; ad nouissimum quadrantem, vt ait alibi. Imò & in illo mentali iudicio aggrauabitur eorum culpa, qui pœnitentiam non egerunt, Niniuitarum exẽplo, qui in prædicatione Ionæ illam fecerunt, cum tamẽ Christus longissimè maior fuerit quàm Ionas, quippe qui speciale supernaturale auxiliũ continẽter offert peccatoribus, instigando eos ad pœnitentiã. Et infidelium cęcitas itidem exprobrabitur cõparatiõe reginæ Austri, quam fama Salomonis ad ipsum perduxit. ¶ Simili modo & iustorum merita erunt cunctis propatula, tam in consilijs quam in mãdatis, vt cunctis compertum fiat, quam sit vnusquisque fœlici illa retributione dignus. ¶ Hinc autem emergit dubium, cur mentio duntaxat operũ misericordiæ, quæ aut completa sunt aut neglecta, singulariter fuerit facta. Aliqui forsan cogitabunt, illam esse causam, q̃ nonnũquam

Regni possessio.

Regnũ eorum.

Paratũ vobis.

Ignis paratus diabolo.

Solutio secũdi argumẽ.

Matth.12.

Cur mentio operũ miæ facta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

opera misericordiæ vim obtinent præcepti, nempe, ingruente extrema aut graui necessitate. Sed re vera causa hæc non apparet legitima: quoniam alia sunt præcepta maiora, quæ efficatiori ratione deberẽt exprimi. Præterea, omissio illa & impletio misericordiæ in casu necessario, inter alia merita & demerita, per mentale conscientiarum examen, in illo iudicio liquebit. Adde, q̃ commendatio illa impletorum operum misericordiæ, & omissorum improperatio, nõ habet in verbis Christi illam effigiem, vt solùm ad casus extremę aut grauis necessitatis referatur, sed vt protendatur ad omnes supererogationis misericordias. ¶Duæ ergo sunt causæ, ob quas illa misericordiæ mẽtio fiat, quæ propedum in eandem incidunt. Prior hoc habet fundamentum, quod adulti Christiani ratiõe vtentes, ad quos illa commemoratio refertur, vix communi lege possunt sine peccato viuere, imò si cõfirmatos excipias, raro sine aliquo mortali. Inter fructus autem pœnitẽtiæ egregium locũ habet eleemosina: nam licet oratio ex obiecto sit præstantior, eleemosinas tamen necessitas publica pauperum commendatiores reddit. Enimuerò ieiunium macerationi potius proprij corporis confert. Vnde Tobiæ. 4. Eleemosina ab omni peccato & morte liberat. Et cap. 12. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosinam magis quàm thesauros auri recondere: quoniam eleemosina à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam. Quo alludit illud Christi, Lucæ. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Et Ecclesiastici. 3. Ignem ardentẽ extinguit aqua, & eleemosina resistit peccatis, & Deus prospector est eius, qui reddidit gratiã. Et Lucæ. 11. Date eleemosinam, & ecce omnia munda sunt vobis. Plurima sunt quæ Christus in hanc pietatis commendationem contulit. Et certè illud. 1. Petri. 4. Ante omnia mutuam in vobismet ipsis charitatẽ continuã habete: quia charitas operit multitudinem peccatorũ, eleemosinæ potissimũ coaptatur. Dum ergo Christus opera misericordiæ allegat iustis in causam suæ beatitudinis, non vult negare quin impletio mandatorum fuerit causa potissima, sed demonstrare, quemadmodum, si peccata cõmiserint, pœnitentiam tamẽ egerint, eademq; peccata, vt Daniel. 4. habetur, eleemosinis redemerint, suaque perinde merita per gratiam Dei

Duæ causæ.

Eleemosinarum commendatio.

illis beneficentię muneribus auxerint: quippe quibus egregium amorem erga Deum, qui pauperum personam agebat, declarauerint. Et è cõuerso reprobis omissionem operum misericordiæ improperans, non vult negare quin propter delicta mortalia in supplicium ignis mittantur, sed ostendere quemadmodum peccata sua per pœnitentiam delere neglexerint, & per illos pœnitẽtiæ fructus amorem eius colere, ipsumq; adeo sibi recõciliare. ¶Secũda causa, illius misericordiæ cõmemorationis, & quasi eadem est commendatio pauperum. Demõstrat enim Christus quanta ei cura sit pauperum, quantaq; eius gratia per eleemosinarum beneficium concilietur: primum in hoc q̃ in die iudicij nullam se habiturum memoriam expresserit aliorũ mandatorum, aut consiliorum, aut sacramẽtorum, aut deniq; officiorum quam benignitatis & largitatis in pauperes. Deinde, & in hoc præsertim, q̃ non satis dixisse putauit, Quod vni de his fecistis, p me fecistis. Sed in gentissimæ emphasis gratia, quãdiu fecistis, inquit, vni de his fratribus meis mihi fecistis. Stupenda Dei clementia. Dum sederit in sede maiestatis suæ cũ angelis Dei, tunc vt eleemosinarum merita eximio extollat honore, nihil cunctabitur se pauperem fuisse & egenum confiteri: nempe, qui in persona pauperis, ad ianuas esurierit nostras, illic plagas nobis ostenderit, & ęrumnas cum rubore detexerit. Igitur quibus mendicus Christus, nobis in pauperibus pręsens, viscera aperire nõ sustinuerit, eosdem saltem sufficiat vel ad illũ inenarrabilem incitare honorem, quãdo coram angelis Dei confitebitur, se pauperem ab ipsis alitum, potatum, vestitum, vel illo maledicto absterreat, quando exprobraturus est illis seipsum mendicum, esuriẽtem, & nudum, à suis ianuis abactum expulsumque fuisse. ¶Ecce ergo secundum argumentũ solutum. Antecessura enim est meritorũ: hoc est præceptorum mentalis examinatio sententiam. At verò sentẽtia, vt supra diximus fortè sono vocis propter causas iam relatas exprimetur. ¶Ad tertium denique respondetur, quòd quantuis nemo nisi propter peccatum vel originale vel mortale à regno sit excludẽdus, nihilominus quia potuit vnusquisque illud per pœnitẽtiam delere, & per misericordiæ fructus extinguere, datur miseris improperio, quòd eadem misericordiæ opera neglexerint. ¶Missa autem fecit opera misericordię spiritualia, eo q̃ licet sint

pauperũ commendatio.

Extollit eleemosinarum merita.

Solutio tertij argumẽti.

opera misericordiæ spiritualia missa fecit.

ratione

ratione obiecti cumulatioris meriti, nõ sunt tamẽ tam omnibus nota quàm corporalia, neque ad tam multa hominum genera se extendunt. Non enim tam multi sunt, qui consilio, aut doctrina, aut correctione alios iuuare possint, neq; tam frequentes, qui illis indigeant. Imò verò (quæ potissima causa est) neq; sunt illa auxilia tã necessaria. Illa quippe spũalia opera, quæ ad salutẽ sunt homini necessaria vsq; adeò sunt cũctis peruia, vt quicunque possit, nisi sua culpa obstiterit, sibi sufficere, licet ab alio non corripiatur, neque emendetur. Sed tamen corporalia subsidia non cunctis suppetunt: & ideo maiori obligatione ligant. Hoc autem examinare non est præsentis loci, sed illud admonere, vt timorem aduentus domini Christiana exultaque nobis vita adimat, eiusq; amorem ingeneret. Ait enim Paulus. Coronam iustitiæ illis esse propositam, qui aduentum domini diligunt: nempe, qui non tum supplicia timent, quam prestolantur præmia. Vnde ad Titum. 2. Sobriè & iustè & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi.

Timoth. 4.

DISTINCTIO

Quadragesima octaua, De purgatione & innouatione mundi.

Textus. Capit. j.

POST hęc quemadmodũ sit mundus in sempiternum speciosior permansurus rimandum nobis superest. Enimuero cùm non nisi in hominis obsequium cõditus fuerit, quippe cui, vt Genesis. 1. legitur dominium eius fuerit concessum, consentaneum est diuinæque prouidentiæ condecens, vt humano generi perpurgato, & per gloriam innouato, mundus quoque lustretur, purgatusque innouetur. Illud autem ministerium ignis, qui eidem muneri accommodatam habet naturã, exhibebit. Vnde in Psalm. In conspectu eius exardescet ignis, & in circuitu eius tempestas valida. Atque cùm duos sit habiturus effectus, nempe & mundum expiare, & dãnatos cum dæmonibus conuolutos in infernum obtrudere, priorem q̃ ante, posteriorem verò post iudicium, consequens fit, vt faciem iudicis sit antecessurus. Vnde in alio Psal. Dauid, Ignis ante ipsum præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. Et Ioelis. 2. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma.

Genesis. 1.

Psalm. 49.

Psalm. 96

Ioelis. 2.

¶Primum igitur electos, quos viuos repererit purgationis egentes, citissima morte perpurgabit: deinde elemẽta tria nobis attigua, quæ nobis subinde vsui sunt: nempe, terra, aqua & aer eodem igne conflagrantia expurgabuntur: ac perinde ignis, qui apud nos in aliena ardet materia. Hoc nos Petrus Apostolus docuit dicens, quod cœli, qui prius erant, & terra & aqua, aquarum inundatione perierunt. Vbi palam cœlorum nomine, vt 20. lib. de ciuit. Dei ait Augustinus ventosi aereiq; cœli intelliguntur, non etherei cœlestes. Quos subinde cœlos, ait igni reseruatos in diẽ iudicij. Ac demum de eisdem subdit, quod cum venerit dies dñi vt

Capi. ij.

2. Petri. 3.

Aug. libr. de ciu. Dei. capi. 28.

Universidad de Deusto Biblioteca

fur,cœli cum magno impetu transibũt,& ardentes soluentur,& elementa ignis ardore tabescent,& opera:nẽpe mista, quę in terra sunt, exurentur. Ascendet ergo, vt inde colligitur ignis ille,veluti aqua diluuij,cubitos quindecim super mõtium cacumina: quare ad elementum ignis,quod purgatione nõ indiget,nõ pertinget. Tandẽ prolata snia iudicij cõplicatos cũ dæmonibus miseros hoies ĩ infernũ rapiet.

Cap. iij. ¶Eiusmodi ergo purgatione peracta speciosior mundus innouatus

Apocal.21. permanebit:iuxta illud Apocal. 21. Vidi cœlũ nouũ & terram nouã: primũ enim cœlum & prima terra abijt. Vnde diuus Petrus nouos,inquit,cœlos,& terram nouã secundum ipsius promissionẽ expectamus, in quibus iustitia inhabitet. Nempe vt secundũ hoís gloriam, cuius gratia mundi machina fabricata est,mũdus ipse noua pulchritudine donetur. Et creatura quæ,

Roma. 8. vt ait ad Romanos Paulus, reuelationem filiorum Dei expectat, liberetur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ ipsorum.

Cap.iiij. ¶Igitur cũ cœli non in aliud moueantur officiũ,quàm vt humano generi propagãdo alẽdoq; seruiãt, illa tunc necessitate cessante, à suo motu requiescent, vt nec dies amplius noctesq; distinguãt aut menses & annos:lucẽ aũt non amittẽt: imò iuxta verbũ Esai. Erit lux lunæ sicut lux solis,& lux solis septẽpliciter:nõ aũt diei & noctis vicissitudine. Ac perinde elementa suo ordine & gradu cœlorũ amœnitatem imitabuntur. Nempe,vt terrę superficies,peruia vt vitrũ sit:aqua sicut crystallus : aer veluti cœlum: ac deniq; ignis ceu luminaria cœli. Animalia verò & mixta, quia suapte natura corruptibilia etiã in totum existũt,non innouabũtur,sed prorsus & ignis conflagratione,& cœlorum motu cessante interibũt vt quẽadmodũ homo,qui corpus seminat corruptibile, in incorruptionem resurget, ita cunctis corruptibilib⁹ perẽptis, soli cœli, qui suapte natura incorruptibiles sint, atq; elemẽta quæ in totũ non sunt corruptioni subiecta,perseuerent.

DISTINCTIONIS Quadragesimæ octauæ, Quęstio prima, de igne conflagrationis, & eius effectibus.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm aliqua sit futura mundi purgatio per ignem.

DE tractatũ iudicij pertinet mundi purgationem, & innouationẽ, quæ post diẽ illum in ęternũ est permansura speculari. Quare præsens distinctio duas habebit quæstiones, vnã de purgatione mũdi,atq; alterã de eius innouatiõe. ¶Quærit ergo primũ vtrũ mũdus sit per ignẽ purgãdus. Et arguit à parte negatiua. Purgatio rei vel ab eo fit quod impurum suæq; naturæ cõmistum habet, vt expurgat aurum: vel secundũ diuinã iustitiã, ad abstergendã

Partim argumenta pro.

gendã culpæ sordes:cui muneri locus purgatorij destinatus est: at verò in elemẽtis huius mundi nil immundũ cõmistũ est,iuxta illud Act.10. Quod Deus creauit,tu ne cõe(id est immundũ)dixeris:neque in rebus inanimis vlla existere põt culpa:ergo neq;vlla indigẽt purgatiõe, ¶Secũdò arguit, q̃ etiã si mũdus sit purgãdus,id non sit per ignẽ faciendũ:tũ q̃ aqua nõ minoris virtutis est ad purgandũ quã ignis, imò plura aqua q̃ igne permundãtur. Et prima mũdi emũdatio per diluuij inũdationẽ facta fuit: tum etiã q̃ si per ignẽ mũdus purgaret,ille esset eiusdem speciei cũ elemẽto ignis: hoc aũt inde apparet falsum, q̃ oĩa quatuor elemẽta illo sunt igne cõsumenda,vt.2.Petri.3. illo verbo secundũ glossam significat. Cœli ardentes soluentur,& elemẽta ignis ardore tabescẽt:ignis aũt nõ põt se ipm cõcremare. ¶In contrariũ est illud.2. Petri.3. Adueniet dies dñi,vt fur in quo cœli magno impetu trãsient,elemẽta verò calore soluent, terra aũt & quæ in ipsa sunt opera exurent. ¶Quæstio hæc quatuor cõclusiones quæ argumentis ꝓpositis insinuant exposcit. Prima.Mũdus in die iudicij purgãdus est. Conclusio hæc,q̃uis sub his terminis in sacra pagina nõ inueniat expssa,sic tũ ex illa colligit vt sit ceu catholica suscipiẽda. Legit enim Apocal.21. Vidi cœlũ nouũ, & terrã nouã. Primũ enim cœlũ & prima terra abijt,& mare iam nõ est. Et loquit de vltima mũdi cõsummatiõe: oĩs aũt rei innouatio, per aliquã fit purgationem : vt in metallorũ purificatiõe conspicit. Cui alludit Pau.1.Cor.7.vbi ait. Præterit figura huius mũdi. Pręterire nãq; figurã est ꝑ purgationẽ immutari. ¶Ratio verò cõclusionis sic colligit. Mundus ꝓpter hoĩem conditus est,nã vt Aristo.2.Phyli.habet licet mũdũ factũ negauerit, cognouit tũ esse ꝓpter hoĩem. Vnde Gen.1.post mũdi fabricationẽ ait dñs. Faciamus hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã,& prę sit piscibus maris,&volatilib⁹ cœli,& bestijs &c. Et psal.8. Oĩa subiecisti sub pedibus eius. Locus aũt debet locato proportionari: ergo q̃ũ homo secundũ corpus est ad statũ gloriæ assumẽdus,conderet,vt & mũdi corpora in statũ meliorẽ mutenẽ,vt scilicet,locus cõuenientior sit ad gloriam, & aspectu pulchrior. Immũdicies aũt quę hoĩs gloriã impedit,est culpa. Nam vt.1. Corin.15. ait Paulus corruptio incorruptelã nõ possidebit. Et Apocal.vlti. in ingressu ciuitatis glorię,foris inquit,manẽt venefici,impudici,homicidæ &c. Quare hoĩes quousq; & ab oĩ culpa,& ab omni reatu pœnæ inde relictæ purgent,gloriã non possidebũt. Creaturæ verò corporales hoĩe inferiores,q̃uis res nõ sint,quæ culpa sic infici possint, vt eã cõmittãt,tũ quatenus sunt hoĩum seruitiũ,quãdam incongruitatẽ atq; indecẽtiam ex eorũ culpis cõtrahunt:qua ideo indecẽtia ,& sordibus expurgari debẽt,vt gloriæ fulgore resplendeãt:quẽadmodũ basilicæ dum aliqua fœditate polluuntur, non sunt sacris faciendis idoneæ ,quousq; lustrent. Res verò quæ hoĩbus delinquẽtibus seruiũt,ac perinde eorũ delictis cõtaminant,sunt mixta, & elemẽta,quæ gñationib⁹,atq; alijs humanis vsibus polluunt:sunt ergo oĩa elemẽta purgãda:nã mixta oĩa peribũt. ¶Hanc veritatẽ Paul. Roma. 8. quẽ locũ illic locupleti⁹ enarrauimus edisserit. Etenim postq̃ gloriã quæ reuelabit in nobis longè passiões nras superaturã adstruxit,subiũxit. Nã expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ Dei expectat. Vanitati em creatura subiecta est non volens , sed ꝓpter eũ,qui subiecit eã in spe: quia & ipsa creatura liberabit à seruitute corruptiõis, in libertatem gloriæ filiorũ Dei. Quo loco,vt bene ait Chrysost. Omnẽ corporeã creaturã designauit, quę cũ in seruitiũ hoĩs cõdita fuerit,cui si in originali iustitia perstitisset , absq; aliqua turpitudine inseruiret,postq̃ ab eadẽ iustitia per preuaricationẽ diuini mãdati hõ cecidit, duplici vanitati subiecta fuit non volẽs. Primę.s.quia terra cœpit tribulis spinetisq; & id genus herbarũ nocumentis syluescere, aerq; nobis esse inclemens , & aĩalia nobis esse infesta,omnisq; perinde creatura nobis cœpit mortẽ intentare,quã ante peccatũ posset homo non experiri. Et quia vanũ est,quod suo frustrat fine,dictus est homo, ac perinde oĩs creatura illi vanitati humanæ mortis subiecta:non volẽs,q̃a nõ fuit illa eius primęua institutio. Sed & alteri peiori vanitati,nẽpe culpæ,ab illo vsq; pctĩ momento subiectus fuit mundus, quia homini in suis patrandis sceleribus inseruit. Lux quippe solis, ei seruit, vt illa videat quę ipsum turpiter alliciãt : seruit & noctis vmbra , vt impudẽter eadẽ perpetret:seruiunt & elemẽta quę fructus ei proferunt,atq; alia tẽporalia bona quibus ad ambitionẽ,luxũ,atq; alia id genus flagitia & scelera vtatur. Est aũt creatura illi seruitio subiecta, ꝓpter eũ(scilicet Deũ) qui subiecit eã in spe:idest,qui iussit rebus huiꝰ mũdi,vt homini ad nutũ seruirẽt, quousq; in eiusdẽ mũdi innouatiõe ab hac seruitute liberarentur. Hæc

Secundũ argumentum.

Vera affirmatiua.

Prima conclusio.

Roma.8.

Ratio cœlum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo ratio futura est cōpurgationis mūdi, vt deinceps innouat⁹ permaneat, statuiq; glię sit idoneus. Quomō aūt purgabit, articulus sequēs declarabit. Nā sunt elemēta à mixtione depuranda, & à cōtagione per humanos vsus contracta expianda. ¶ Primū igit argm̄ partim solutū restat. Nam etsi per se elemēta non sint culpę subiecta, ex hoim tū flagitijs quodāmodo contaminanť. Et ad priorē partē rndet, eo pacto nullā esse creaturā immundā: quo Manichęi dicebāt, bonū & malū eē duas substātias, alterā à bono, alterāq; à malo Deo creatas, & invnaquaq; re permixtas: in quo sensu illud allegatū intelligit Act. 10. Nihilominⁿ elemētū qd̄ sua natura est purū habet q̄diu gnationes durāt, aliqd admixtū extraneæ & peregrinæ naturæ, à quo debet purificari & defecari, vt arti. ꝓximo mōstrabit. ¶ Secunda cōclusio. Purgatio illa faciēda est pignē. Probať primo ex illo psal. 49. Ignis in cōspectu eiⁿ exardescet, & in circuitu eiⁿ tē pestas valida. Et q loquať de extremo iudicio ꝓbāt & pręcedētia, & subsequētia verba. Ait qppe Deⁿ manifestē veniet, id est, nō occulte sicut ī primo aduētu. Ignis in cōspectu eius exardescet &c. Aduocauit cœlū de sursum (hoc est, vt angeli & aię de superno cælo descēdāt) & terrā decernere ppłm suū: id est, vt iudicet ppłm suū. Quāuis Aug. 20. li. de ciu. Dei c. 2. nō legat nisi. Aduocauit cœlū sursū, idest, vt sursum ascēdat. Quare noīe cœli intelligit iustos, qui, vt ait Paulus ascēsuri sunt Chro obuiā ī aera. Et noīe terrę intelligit dānatos. Sed prior lectio cōgruētior est. Et sup illud. 1. Cor. 7. Prętерit figura huius mūdi, ait Aug. 20. de ciuit. Dei. c. 16. Pulchritudo huius mūdi mūdanorū igniū cōflagratiōe peribit. Sicut factū est mūdanarū aquarū inūdatiōe diluuij. Et subdit inferiⁿ. Vt scilicet, mūdⁿ in meliⁿ innouatⁿ, aperte accōmodeť hoibⁿ, etiā carne ī meliⁿ innouatis. Et. 2. Pet. 3. Mūdus inquit, aqua inūdatus perijt: cœli aūt, qui nūc sunt & terra eodē verbo (hoc est eadē snia) repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij, & perditiōis hoim. Et subiūgit verba illa q̄ iam supra citata sunt: scilicet, q elementa & cœli ardētes soluenť. Nouos aūt cœlos & nouam terrā & ꝓmissa expectamⁿ in qbⁿ iustitia habitat. ¶ Ratio aūt cōclusiōis ex effectu & mō quo ignis purgabit sumit. Tria em̄ sunt, ad illā mūdi purgationē ptinētia: nēpe expurgatio ab illa īdignitate, & vt sic loq̄mur irregularitate: qua mūdⁿ p humana delicta infectⁿ est, vt idoneⁿ maneat beatorū glię. Mox purificatio & defecatio elemētorū ab impuritate & cōmixtiōe aliarū rerū, ac deniq; dispositio ad glię ꝓfectionē. His aūt operibⁿ perficiē dis aptissimⁿ est ignis. Primū, ꝓpter suā nobilitatē, qa est qualitatibⁿ glię similimⁿ, ꝑsertim in luce. Atq; hac rōne accōmodatⁿ est ad abstergendas sordes ex delictis humanis relictas: vt sicut ignis purgatorij pœnas pctōrū delet: sic & reliqas illorū in elemētis admistis ille ignis extinguat, & mūdū suo creatori cōciliet. Secūdò, ꝓpter suā puritatē iqm̄ ob eximiā efficaciā actiuæ suæ virtutis, nullā extranei permixtionē admittit, sed citissimē illud absumit. Qua ꝓterea virtute potētissimⁿ est impuritatē elemētorū extrahere. Nā vt. 2. de genera. tex. 8. autor est Philoso. calidū cōgregat homogenea, hoc est similia, ab ętheroge neis ea segregādo. Est qppe ad rarefaciendū & extenuandū efficacissimⁿ. Qua vtiq; rōne metalla p ignē excolanť. Tertiò ignis dignitas est, q inter elemēta à nrīs est vlibus semotissimⁿ: qua de cā minimē inter oīa ipsis inficitur. Quartò, qa purgatio illa citissimē faciē da est: nō sicut pristina q̄ p aquas diluuij qua draginta dieb⁹ durauit ignis aūt velocissimę actiuitatis est. ¶ Deinde &, ꝓpter alterū eius effectū, qui est dānatos in infernū rapere, nō potuit aliud organū ad illā exequēdā snīam cōmodius assumi: qnquidē igneis cruciatibⁿ sunt ꝓpetuò torquēdi. Prętерea, qa codēigne illi iusti, q aliqd pœnarū habebūt purgādū expurgabunť, vt articu. ꝓxⁿ no explicabiť. Adde q & ad maiestatē iudicis efferendam, splēdorēq; glię iustis, terrorēq; inferni iniqs rēpsentādū apta est ignis demōstratio. ¶ Ad scdm igit argm̄ rndeť, q q̄is aqua aptior sit ad sordes abluēdas, nō tn̄ ad eorū purificationē, q̄ de extraneis naturis sunt cōmixta. Obidq; cū sub ętatē Noe, nō fuisset orbis postrema expurgatiōe innouādus, sed tn̄ à pctōrū sordibus, & ꝑsertim à carnalibⁿ flagitijs, quibus tūc mūdus potissimū sordebat, expiandus, aquarū officio mundatus fuit, illo flagitiorū ardore restinēto: instar quodā mō baptismi quo pctā suffocanť. Et quēadmodum in mari rubro submersi fuerūt Aegyptij: & veluti in antiqua lege pāni & vasa q̄ sine sui cōsumptiōe mūdari p ignē nequiuerāt, aqua abluebanť. In die aūt iudicij expurgādus est mūdus nō mō ab infectiōe pctī verū & à cōmixtiōe & impuritate elementorū p separationē alienæ naturę quā habēt admixtā. Cui quidem negotio accōmodatissimⁿ est ignis, quo liquescūt, excolāturq; metalla: prętерea vt pro-

Solutio primi argum.

Secunda cōclusio.

Ratio cōclusionis.

Solutio cōtra dicti argumēti.

Inundatio diluuij.

vt ꝓximè dicebamⁿ, tum & damnatorū supplicio, tū & iustorū glorię similis. Prętерq̄ q tūc, ꝓpter nimiā cupiditatē, & propriū amorē refrigescet charitas, vt Matth. 24. legit, cuius frigoris antidotū est ignis. ¶ Ad secundā verò partē eiusdē argumētī rndeť, q ignis, q purgatiōe tūc indigebit, est iste, q in nrōs venit vsus: qui quidē est in aliena materia, puta in carbone & flāma, cuius esca & fomētum est lignū, & aer: qui ideo ignis poterit ab his alienis materijs, per illū alium purissimū ex purgari. Ligna em̄ & aer, & oīa, illo conflagrabūt igne. Quare nō fit cōsequēs, vt ille se ipsum aut purificet, aut cōsummat. ¶ Quod si rursus arguas. In prima mūdi fabrica rerū distinctio & segregatio nō fuit per aliquod corporeū instrumentū facta, sed à Deo ipso immediatē. Vnde illa forte philosophorum dimanauit opinio, qua fuit Anaxagoras imbutus: nēpe, q rerū segregatio esset actus diuinæ mētis: ergo eodē mō cōdecet, vt illa elementorū purificatio p segregationē fiat à solo Deo. Negať consequētia. Qm̄ illa prima rerū distinctio fuit p ꝓductionē formarū in distinctis materijs, quas solus Deⁿ, vt autor naturæ, ꝓducere tūc potuit, cum nō essent alia agētia quæ sibi similia gignerēt. Purificatio verò elementorū in fine mūdi, erit rerū reductio ad illam puritatē in qua cōditæ sunt. Ad qd̄ opus perficiendū poterit ignis Deo ministeriū exhibere. ¶ Tertia conclusio. Ignis ille erit eiusdē speciei cū elemētari & nrō. De hac em̄ re tres circūferunť opiniones. Prima fuit quod elementū ipsum in illud sit tūc officiū descensurū. Nō quod locū suū debeat vacuū relinquere: qa hoc rerū naturæ aduersať, sed q per cōbustionē aeris multiplicabitur vsq; ad terrā, ꝓpter excrescentē tunc eius virtutē, Pugnare aūt cū hac opinione vr̄ testimoniū Petri, insinuātis, quod quantū aqua ascēdit mundū emūdans tm̄ sit ignis ille ascēsurus vñ Doctores colligūt propè nos fore generandū. ¶ Et ideo alij cogitāt ignē illū vehemētibus solis radijs in nubes densas cōgestis, ꝓgignendū: quemadmodū in speculo eorū reuerberatiōe soleť ignis accēdi. Verūtamē neque opinio hęc conueniēs est: qm̄ tam ingēs radiorū cōgestio nequiret, nisi ex certo situ & aspectu astrorū fieri: q ideo aspectus & situs posset astrologis esse cōpertus: cū tamē ꝓrius sit ignotus: qa nō erit nisi supernaturalis, veluti cætera quæ illa die sunt euentura. ¶ Rei ergo veritas est quā D. Petrus insinuare & Aug. loco proximè citato explicare vr̄: nēpe, quod eiusmodi ignis sit veluti olim diluuiū futurus. Aquæ verò diluuij per causas fuerūt naturales genitæ: sed tn̄ causæ illę virtute supnaturali Dei fuerūt coadunatę. Fecit em̄ Deus, vt vniuersæ causæ aquarū genitrices, tam cœlestes quā terrenæ tūc præter suū naturalē ordinē coirent. Simili ergo mō vniuersæ causæ quæ sunt caloris ignisq; effectrices, tā quæ in cœlo quā quæ in terra existūt, conuenient ad inflāmandū oīa quę pnt esse ignis materia. Quocirca ignis ille, vt genituram habebit supernaturalē, ita & eadē virtute erit purissimus, atq; adeò reliqs rebus expurgādis aptissimⁿ. ¶ Hinc ergo colligť nra cōclusio. Ignis em̄ ex quacūq; materia genitus, eandem tn̄ speciē seruat: vt patet in igne ex radijs solaribus, ꝓplato, q eiusdē speciei est acsi ab altero genere ignę, & vterq; eiusdem speciei est cū elemento. Nisi q ille quo nos vtimur rōne crassioris materiæ nō est tā purus. ¶ Atqui per hęc liquet argumēti solutio quod supra insinuauimus, scilicet, q̄ cum omnia elementa, etiam ignis purganda sint, non sit purgatio faciēda per ignē. Respondetur, inquam, quod ille ignis tanquā vehemētior & purior purgabit ignem, qui nobis est vsui: experimur enim ardentē facem admotam exiguæ candelæ illam extinguere: quia aerē quo eius flamma nutritur, ocyus consumit. Elementum verò ignis nil habet admixtum extraneum, quod sit purgandum, vt articulo proximo videbimus. ¶ Veruntamen aliud existit fortius argumentū. Virtus indicat rei naturam: virtus autem illa diuersa apparebit à virtute ignis elemētarij & nostri, quia mundum: nempe, aquam terram & aerē purificabit, quod facere nequibit noster ignis. Litera rnsionis huius apud D. Th. mēdosa est vbi legiť nō esse incōueniens, qd̄ ignis ille sit alterius speciei: cuius cōtrariū & in quæst. docuit & in rnsione ad. 1. Legendū ergo quòd virtus illius ignis, cū sit supnaturalis specie differet à virtute ignis nostri & elemēti, licet ignes ipsi oēs sint eiusdē speciei. Et ideo qa virtus illa nō fluet ex principijs substantię ipsius ignis nō indicabit naturā eiusdē ignis: qui eiusdē speciei est cum nrō: si quidē illa virtus ampliorē effectū habebit: adeò vt sit admirabilis quēadmodū inundatio diluuij. Quapropter non solum ascendet secūdum naturam ignis sed circumquaq; inserpet sequendo combustibilem materiam: veluti in igne totam inflammāte, aut domum aut siluam conspicimus.

Aliud argumentū.

Rēsponsio.

Tertia conclusio.

Prima opinio.

Secūda opinio.

Vera rnsio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS. II.

Vtrùm ignis ille ante iudicium veniet.

QVæritur ſubinde de aduentu illius ignis, præcedet ne an verò ſubſequet iudiciũ. Et arguit, ꝙ nõ præcedet. Deus em dicit orbem per ignẽ iudicaturus: ergo executio ſnĩæ erit vt impetu illius dãnati cũ dęmonibus rapiant in infernũ, atq; adeò erit iudiciũ ſubſecutur⁹. ¶ Secũdo arguit. Si eſſet anteceſſurus, nulli in aduẽtu dñi reperirent viui: qa oẽs cõcremaret: cõtra illud Apoſto. 1. ad Theſſa. 4. Nos q viuimus &c. rapiemur obuiã Chrõ in aera. ¶ Tertio arguit. Si veniret ante iudiciũ illud in medio eiuſdẽ ignis celebraret, quo fieret, vt ſctõrũ corpora cũ corporibus dãnatorũ tunc arderẽt. ¶ In contrariũ eſt illud pſal. 96. ignis ante ipm pręcedet. ¶ Ad quæſtionem vnica cõcluſiõe rñdetur. Ignis ille iudiciũ præueniet: nẽpe faciẽ aduenientis iudicis antecedẽs, vt in pſal. citato ait Dauid. Et in alio. Ignis in cõſpectu eius exardeſcet. Et Ioelis. 2. Ante faciẽ ei⁹ ignis vorãs. Ratio aũt cõcluſionis eſt quod ignis ille duo erunt effectus. Vnus mundi purgatio, atq; alter cõplicatio damnatorũ in infernum. Primus aũt antecedet iudiciũ & ſecund⁹ ſubſequet ſnĩam iudicis: quia erit eiuſdẽ ſnĩæ executio: fit ergo cõſequẽs, vt iudicẽ antecedat. Quod aũt prior effectus præueniet iudiciũ, probat. Reſurrectio mortuorũ præcedet iudiciũ: nam vt. 1. Theſſ. 4. ait Apls, illi qui tũc reperient viui, rapientur obuiã venięti Chrõ atq; adeò iam tũc mortui erunt, & excitati. Beati verò reſurgẽt in gloria, itaq; terminus & finis reſurrectionis erit gloria animarũ & corporũ. Iuxta illud. 1. ad Cor. 15. ſeminat in ignobilitate ſurget in gloria: ergo in illo tẽporis articulo innouabit mundus: qñquidẽ innouatio illa fit ꝑ ꝓpter hoĩm innouationẽ: nimirũ, vt quẽadmodũ ait loco ſupra citato Aug. nou⁹ mũdus innouato homini ſeruiat. Quod verbo illo Pau. ad Rom. 8. confirmat. Ipſa creatura liberabit à ſeruitute corruptionis in libertate glĩæ filiorũ Dei. Igit cũ orbis cõflagratio ad ei⁹ expiationẽ & innouationẽ referat, fit vt ſubito ante iudiciũ ſit futura. ¶ Veritas hæc præterea hinc colligit ꝙ in momẽto reſurrectiõis, vt ſupra dixim⁹ ceſſabit tẽpus ac ꝑinde cœli motus, quæ quidem ceſſatio ad eandẽ mũdi innouationẽ ſpect. ¶ Auguſt. verò loco citato lib. 20. de ciui. Dei recenſens illa quæ tũc cõtingẽt, cõflagratio nẽ mũdi poſt iudiciũ connumerat: imò poſt miſſos dãnatos in ignẽ ęternũ: non tñ cõgitabat eo ordine illa referre, quo ſunt euẽtura. Et ideo ſubdit. Quę oĩa quidẽ vẽtura eſſe credendũ eſt: quibus autẽ modis & quo ordine veniãt, magis tũc rerum experiẽtia docebit, quã nũc ad perfectũ hoĩs intelligẽtia valeat cõſequi. ¶ Primũ igit argm ſolutũ eſt: qm ſolum probat quod ille ignis aliquẽ ſit effectũ poſt iudicium habiturus. Cæterùm circa ſolutionem ſecundi & tertij adnotandũ quod ignis ille in illo momento quo reſurrectionẽ antecedet, virtutẽ naturalem exercebit in omnes quos viuos repererit, tam probos q̃ reprobos vniuerſos in cineres reſoluẽdo. Quapropter opinio tenẽtium quòd iuſti tunc viui nõ morientur, ſuſtinerinequit, niſi dicendo ꝙ Deus virtutem illius erga prædeſtinatos ſuſpẽdet: qd nõ eſt vero ſimile. At verò q̃uis oẽs hac rõne interficiat eum aliquo tñ diſcrimine. Iniquos nãq; exurẽdo cruciabit: electos verò ſi q tũc inueniant, q nihil prorſus purgandũ habeãt, nullũ vt ait hic D. Tho. & Doctores in illa cõbuſtiõe habebũt doloris ſenſum, Deo ſic ſua virtute diſponente: quia nulla eſt rõ cur crucientur. ¶ Sed ꝑfectò hoc nõ eſt dictu neceſſariũ. Etem cũ mors illa ſit per cauſam naturalẽ futura, nõ eſt cur nõ habeat ſuũ doloris effectum: qñquidẽ aduenietviatoribus in termino viæ ſicut martyres in hac vita habent, & ſanctiſsimi viri ſi comburantur. Et ſicuti illi ſancti ſi areſcentes pręt timore, vt ait Lucas, exanimarent, ſentirent mortis aculeum. Auguſt. nanque libr. 20. de ciui. Dei cap. 18. dicens, quòd ille ignis nil tũc nocebit iuſtis, intelligit poſtquã reſurrexerint. At qui voluerit dicere, ꝙ præſeruabunt à dolore, veluti tres pueri in camino ignis, cũ ꝓbabilitate loquet. Ricard. diſt. pñti arbitrat illos, qui viui reperient nõ eſſe ab illo igne interficiẽdos, ſed morituros ꝓpter ceſſationẽ cœleſtis motus q̃ putat illi igni anteceſſurã. Sed ꝑfectò opinio nonvr veritati germana: qm motus & tẽpus non ceſſabũt, vt ſupra diximus niſi in momẽto quo angeli officium abſoluet colligẽdi cineres: quare iã oẽs erunt per ignẽ in cineres reſoluti. ¶ Iuſti aũt qui aliquid habebũt purgãdũ, cruciabunt illo igne nõ ſolũ in obitu, verũ ſecundũ aĩas in illo perexiguo tẽpore quo erũt mortui. Cruciabunt inq̃, veluti in purgatorio plus minus ve pro qualitate & quãtitate pęnarũ quarũ rei ſunt, vt Aug. & patres docẽt. ¶ Quod ſi redarguas mors illa nõ niſi tantillũ tẽporis tenebit aĩas à cor-

Partinegatiua argumentũ primum.
Secundũ argumentũ.
Tertium argumentũ.
Pars affirmatiua.
Concluſio.
Prima rõ.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Auguſt.
Solutio argumentorũ.
Diſcrimen inter ꝓbos reprobos.
Adnotatio autoris.
Argumentũ.

à corporibus ſeparatas: quomodo ergo tã cito purgari poterũt oẽs? ¶ Rñdetur triplicem eſſe cauſam. Prima eſt ꝙ terroribus & perſecutionib⁹ præcedẽtibus adeò erũt electi purgati, vt perparũ eis fiat reliquũ expurgãdũ. Secunda quia cũ viui & vltronei illã inflictã mortẽ patiant, permultũ erit eis ſatisfactoria. Veluti de Cypriano martyre ait Aug. ꝙ paſsiõis falce fuit citiſsimè perpurgatus. Tertia deniq; cauſa eſt ꝙ tormẽtum illud tanto erit intẽſione truculẽtius quãto minus ꝑtensum. ¶ Per hęc ergo ſolutũ reſtat argm ſecundum. Intelligit em Paulus aliquos tũc viuos reperiẽdos dum ignis aduenerit: quo cõſumpti reſurgẽt, aſſurgẽtq; obuiã Chrõ. ¶ Ad tertiũ verò rñdetur, ꝙ ignis ille ſtatim poſt reſurrectionẽ virtutẽ exercebit ſupernaturalẽ qua ideo dãnatos in ſuis corporibus cruciabit, electis verò nullatenus nocebit. Obidq; hãc inter alias ſuperiori diſtinctiõe cãm adduximus, cur in ipſo reſurrectionis articulo fiet ſeparatio, vt iniqui reſurgãt ad ſiniſtrã, iuſti verò ad dextram. Quapropter licet oẽs ſint in igne, alij tñ ardebũt: alij verò, minimè. Tametſi Augu. loco citato. cap. 18. hæſitando dixerit, ꝙ fortè iuſti altius erunt in aera ſubleuati quàm vt poſsit ignis ille illos attingere. Sed non eſt neceſſarium.

Solutio ſecũdi argumẽ.
Solutio tertij argumẽ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm ignis ille & cœlos & omnia elementa perpurgabit.

SVbſequit de illius ignis duobus effectibus. Quorũ prior eſt mũdi purgatio. Et ideo quęrit vtrũ totũ ſit orbẽ purgaturus, ſcilicet cœlos & elemẽta & mixta. Et arguitur ꝙ ſit purgatur⁹ cœlos. Ait em Dauid. Opera mãnuũ tuarũ ſunt cœli: ipſi peribũt, tu aũt permanes. Et Petrus. 2. c. 3. Cœli ardentes ſoluent, & elemẽta ignis ardore tabeſcẽt cœli aũt ab elemẽtis diſtinẽti ſunt orbes cœleſtes. ¶ Secundò arguitur, ꝙ non purgabit quatuor elemẽta. Ait quippe Beda ſup illud citatũ verbum Petri. Quod ex elemẽtis duo prorſus ille maxim⁹ ignis cõſumet, duo verò in meliorẽ reſtituet faciẽ. ¶ Tertiò arguit, ꝙ nec oĩa mixta purgabit. Qm tam infernus, quã terreſtris paradiſus in terra continet, & tñ neuter purgabit: qñquidem nec aquas diluuij illucuſq; aſcendiſſe fertur. ¶ In contrarium eſt, ꝙ cœli nõ ſunt ignis recipiẽdi capaces, atq; adeò nec ſunt ꝑ ignẽ expurgãdi, ſed illa elemẽta & mixta quæ vſui nobis fuerũt.

Partinegatiua argumẽtũ primũ.
Secundũ argumẽtũ.
Tertium argumẽtũ.
Pars affirmatiua.

¶ Ad quæſtionẽ tribus cõcluſionibus rñdet. Prima eſt. Cœleſtes orbes ab igne nõ attingẽtur atq; adeò nec ꝑ ipſum purgabunt. Ad cuius intellectũ meminiſſe illius oportet, qd ſupra diximus, nẽpe binã fore corporaliũre rũ purgationẽ, videlicet, & ab extranea permixta natura, & à fecibus & cõtagione delictorũ. Quod aũt priori purgatiõe cęli ꝑ ignẽ nõ indigeãt, probat. Quia in ipſis nil eſt extraneę naturę admixtũ: imò neq; contrariũ qdquã habẽt, qd ipſis aut inhęrere aut nocere poſsit: ſed ſolo motu locali nobis ſeruiunt & influẽtijs quæ ad eundẽ cõſequunt motũ: nulla ergo purgatiõe indigent, qua eorũ ſubſtãtia aut intrinſeca quãtitas aut qualitas demutet, ſed ſola mot⁹ ceſſatiõe, vt requieſcãt. Motus aũt illa ceſſatio nõ fiet ꝑ aliquã agentis applicationẽ, ſed Dei numine & nutu ceſſantis orbes illos mouere: quę ideo quies ſup naturalis erit eis. Quo fit vt neq; à cõtagione & infectiõe pẽti alio ſint mõ expiãdi: qa nõ peccamus in illis, ſicut in loco, quẽadmodũ in terra, aere & mari. Quare nullas inde contraxerunt ſordes: nẽpe, aut cruorẽ per violentiã & iniuriã infuſum, aut aliud quippiã quo terrã aerẽ vel aquã tangẽtes inficim⁹. Sed ſolo illo motu nobis ſeruiũt, à quo ceſſabunt. ¶ Quod ſi de cœlo Empyreo nos redarguas, in quo angeli deliquerũt: reſpõdetur, nullius egere purgatiõis, eo quod protinus inde fuerũt deiecti. Præterq; quod vbi Deus ſe beatis oſtendit, nulla eſt alia opus luſtratione.

Prima concluſio.
Cœlum Empyreum.

¶ Ad primũ igit argm, ſcilicet ad locũ pſalmi rñdetur, vel ꝙ cœlorũ noĩe intelligunt non cœleſtes orbes, ſed ꝑs illa aeris. vt. 20, lib. de ciui. ait Aug. quæ ignis quoq; conflagratiõe purgabit. Vel ſi delignent orbes dicunt perire quantũ ad ſuas actiões in hęc inferiora: qa eorũ motus peribit. Petrus aũt appellatione cœlorũ aerem ſignificauit, vt ſe ipſe in verbis antecedẽtibus exponit. Dicens em quod cœli erãt prius & terra quæ per aquę inũdationẽ perierunt, planè cœlos nominat regionem aeris, in qua ſignificatiõe dicit cœli pluuia, & rorare cœlos. Et ideo dicẽs ꝙ cœli igni reſeruati ſunt in diẽ iudicij, eũdem aerẽ deſignauit: & vbi ſubiũgit arduros cœlos. ¶ Secũda cõcluſio. Tria elemẽta, nẽpe terra aqua & aer citra ſui corruptionẽ ignis cõflagratione in ſua ſubſtãtia permanentia purgabuntur. Quo autem cõcluſio intellectu percipiatur, duæ ſunt diſſerẽdę de hac re opiniões. Prior illorũ, q arbitrati ſunt, oĩa quidẽ elemẽta ſuã retentura materiã, mutãda vero q̃tum ad im-

Solutio primi argum.
Secunda cõcluſio.

Universidad de Deusto Biblioteca

perfectionē: diuersimode tñ. Qm̃ duo eorũ, nimirũ aerē & terrã aiebãt suas cõseruatura formas substãtiales, alienis naturis, q̃ sibi cõmiscent, abiectis. Sed ignis & terra, vt putabãt, in formã cœli translibũt: qm̃ ignē, ppter suã lucē, & aquã, ppter suã diaphanitatē, facilè censebãt posse in cœlestes substãtias trãsformari. Qua vtiq; rõne fieret, vt nõ nisi cœlũ & terra permanerẽt. Nã aer, licet suã retineat formã, cœlũ tñ nũcupat. Hanc sibi opinionē illo verbo persuadebãt Apoca.21. Vidi cœlũ nouũ & terrã nouã. Vbi dũtaxat cœlũ & terrã permansura notant. ¶ Est tñ opinio, & rei Physicæ & theologicæ oĩno dissona: qm̃ neq; cœlũ corruptibile est aut gñabile, cũ nõ habeat cõtrariũ, neq; elemẽtorũ materia potentiã habet cœlestē formã suscipiẽdi. Itē cũ Ioã. loco citato & secundũ cũ Aug. nos doceãt totũ mundũ in cœlis & elemẽtis innouandũ, cõsequens fit vt debeãt elemẽta secũdũ substantiã cũ suis formis perdurare. Quare super verbũ Pauli. præterit figura huius mũdi, non ait Aug. quod substãtia, sed q̃ pulchritudo eius peribit. Adde quod cũ mũdus sit tũc purgãdus per ignẽ, sicuti olim per aquã, fit vt sicut tũc oĩa elemẽta seruata fuere, ita & in fine mũdi salua cõsistant. ¶ Præterea totus orbis debet permanere perfect⁹, duob⁹ tñ elemẽtis secundũ substantiã de medio sublatis, nõ esset perfectus, sed trũcus. Iãdeniq; absurdũ est in loco aquęverũ esse cœlũ & ipsi eminere sursum aerẽ, suã retinentẽ formã. ¶ Ioãnes ergo in Apoc. noĩe terrę qequid sub orbe lunę cõtinet cõprehẽdit. Velut Gene.1. In principio creauit Deus cœlũ & terrã. Et in psal. Laudate dñm de terra, Ignis grando nix glacies &c. ¶ Posterior opinio, aliorũ fuit, qui aiebant, quatuor elementa secundũ substantiã permãsura, remouẽdas tñ esse qualitates ab illis actiuas & passiuas. Et adducebant verbis Augu.20. de ciui. c.16. vbi ait cõflagratiõe mũdana elementorũ corruptibiliũ qualitates, quę corporib⁹ nris corruptibilibus cõueniebãt, interituras. ¶ Verũtamẽ neq; hæc opinio cũ veritate cõuenit: qm̃ cũ tũc elemẽta sint perficiẽda, nihil quod ad eorũ perfectionē & naturã attinet, amittent: qualitates verò illę q̃tuor sunt, ppriè elementorũ passiões, eorũ naturalibus principijs ingenitæ, atq; adeò ad eorũ secundã perfectionē pertinẽtes, veluti risibile cõuenit homini: quapropter elementa persistẽtibus eorũ substãtijs, nequeũt illis qualitatib⁹ denudari. Cuius nobis testimoniũ perhibet aqua quę quã tocũq; calore ferueat, dũ fuerit ab igne semota se ipsam in suã natiuã frigiditatē reducit.

Reprobatio opinionis.

Secunda opinio.

Reprobatio opinionis.

¶ His ergo opinionib⁹ depulsis cõsequẽs fit nra conclusio: nẽpe, q̃ elemẽta & in suis substãtijs & cũ suis quatuor qualitatibus perdurabũt: expurgabunt tamẽ ab alienis naturis quę fuerint cũ ipsis cõmistę. Vid elicet ab impuritate, quã per mutuã actionē & passionē cõtraxerãt: vtpote per vapores & exhalationes, perq; rigorem ęstus & frigoris. Cessante eñ motu cœli, oĩa illa cessabunt. Atque hic est sensus Aug. dicentis qualitates illas penitus interituras. ¶ Purgabũturq; per eundem ignē ab impuritate & infectiõe nrorum delictorũ. Hæc aũt purgatio nil aliud erit quãm quædã per illũ ignē recõciliatio, vt Deo hoĩe recõciliato, mũdus etiã sit ei grat⁹, atq; adeò statui beatorũ idoneus. Quemadmodũ quæ immũda sunt aqua & igne & hysopo lustrãtur, vt antiquitus vasa & nunc violata tẽplata.

Probatio cõclusionis.

¶ Ad secundũ igit argm̃ rñdetur quod dicũtur elemẽta ablumẽda propterea q̃ aliquo modo purgabunt. Ait verò Beda quod duo ex toto cõsument. Nõ quod secundũ substãtiam sint corrũpenda, sed quòd cũ sint plus alienis substãtijs permista, penitius sunt purificanda. Hæc aũt quidã dicunt esse ignē & aquã, quæ qualitatibus actiuis: scilicet, calore & frigore reliqua exuperãt. Etenẽ cũ actiones istæ tũc sint penitus cessaturæ, dicuntur illa elemẽta prorsus cõsumẽda. Sed alij dicũt esse aquã & aerẽ, ppter varios motus & impresiones cœlestes, quib⁹ præ alijs elemẽtis alterant: vt patet in fluxu & refluxu maris & in ventorum commotionibus. Et hęc opinio verisimilior est: qm̃ elementũ ignis nullas habet fęces qbus emundet. Quãuis & terra, pfectò cũ in cẽtro subsideat, vbi tã crebrogñatiões & corruptiões, fiũt non minus quã reliqua elemẽta purgatiõe indigebit. ¶ Similiter rñdet ad illud Apoca.21. primũ cœlũ & prima terra abijt & iam mare nõ est. Vbi cælũ, quia cõponit non solũ cũ terra sed etiã cũ aqua videt vsurpare, p aere, vt loco citato ait Aug. Rñdetur, inquã, quod solũ signãturẽorũ innouatio. ¶ Sed aliter forsan quis de illa purgatiõe sic ambigat. Natura ignis est materiã quę ei admouetur prorsus corrumpere & in suã substantiã cõuertere: ergo nõ poterit res aliter mundare, q̃ illas in cineres aut in se ipsum transformãdo. Et confirmatur. Elementa tũc sunt in nobilissimũ statũ efferenda: ignis aũt est omniũ nobilissimus, & reliqua possunt in illum conuerti: ergo ita fiet.

Dubitatio.

¶ Respon-

Solutio.

¶ Rñdetur ad primũ qd̃ ignis ille ager, vt instrũmentũ diuinę virtutis & ꝓuidentię. Et ideo nõ agetvsq; ad elemẽtorũ cõsumptiõem sed vsq; ad purificationē. Præsertim cũ neq; virtute naturali qequid purificat cõsumet, vt in metallorũ eliquatiõe & purificatiõe experiẽtia docet. ¶ Ad secundũ verò rñdet elemẽta esse perficiẽda: res aũt dũ corrũpit nõ pficitur: qa nõ est superstes. Pręterq̃ qd̃ sunt pficiẽdę, nõ in se tñ, sed veluti mũdi partes, qui vno elemẽto extinẽto, imperfect⁹ esset. ¶ Tertia cõclusio. Ad elementũ ignis in suo ꝓprio loco existẽs ille purgatori⁹ ignis nõ ptinget. Nõ defuerũt, q̃ huic cõclusioni aduersarent, astruentes illũ ignẽ vsq; ad summitatẽ q̃tuor elemẽtorũ ascensum ire: nã D. Petrus absq; exceptiõe ait qd̃ ei⁹ ardore elemẽta cõtabescẽt. Nihilomin⁹, pbat cõclusio autoritate eiusdẽ apli & interptamẽto Aug. li. 2. de ciu. c. 18. Cõferũt em̃ purgationē finis mũdi cũ illa q̃ p diluuiũ facta fuit: igit cũ illę tũc aquę nõ ascẽderint nisi cubitis qndecim sup montiũ cacumina, vt Gene. 7. refert, fit vt neq; ignis ille altius sit ꝓgressur⁹, vt ait glo. sup illud. 2. Thes. 1. In flãma ignis dãtis vindictã, quã magist. sent. & theologi amplexi sunt. ¶ Pręterea & rõne id cõprobat: qm̃ elemẽtũ ignis, vt supra dixim⁹, nõ habet pmixtiões aliquas à quibus purget, & à nris vsibus & inqꝗtatib⁹ remotissimũ est: elemẽta ergo lustrãda & emundãda sunt terra aqua & aer vsq; ad mediã regionē, q̃ræ nomẽ sortit cœli: hæc em̃ & eiusmodi cõmixtiõibus subiecta sunt, & nris vsibus polluunt. Vñ Petrus aplus cũ noĩe ardentiũ cœlorũ aerẽ intellexerit, fit vt subiuncta elementorũ appellatiõe quæ eodẽ calore tabescẽt, duo inferiora subinde designauerit vñ Aug. eodẽ loco cœlos, inquit, ardẽtes Petr⁹ istos imos aereos, nõ illos supremos æthereos appellat. Quocirca loco citato Apocal. nõ fit nisi tm̃ cõmemoratio, scilicet, cœli terræ & maris: ignis em̃ nõ nisi existẽs in aliena materia apud nos purgabit. ¶ Quarta cõclusio. Mixta nõ purgabunt, sed cũcta illo igne consument. Enimuerò q̃uis cessante cœlorũ motu gñatiões cessabũt, nihilomin⁹ tñ mixta q̃ tũc genita erũt, vt plantę, metalla, & saxa, atq; id gen⁹ reliqua nõ illico deperirent, nisi illo igni cũcta cũ aĩalib⁹ inflãmante absumerent. ¶ Ad tertiũ igit argm̃ cõcedit infernũ nõ esse purgandũ, imò erit oĩum purgamẽtorũ sentina, quo ignis ille cũcta cõijciet. De paradiso aũt terrestri quẽ in lib. 2. sniarũ dist. 17. Magist. sen. & reliqui Bedã & Strabo nẽ secuti, aiũt esse in loco eminẽtissimo sub ęquinoctiali, quò aquę diluuij nõ ascẽderũt, dicendũ subinde est, neq; purgatoriũ ignẽ illuc vsque euolaturũ. At verò q̃uis necessariũ sit dicere, cõtraq̃ Origenes sensit, paradisi locũ fuisse in terra arboribus constitũ: tñ quod mõ sit sub ęquinoctiali supstes, nõ vsq; adeò certũ est. Etem̃ cũ iam per omnẽ ventũ totũ pelagus fuerit tranatũ, neq; talis fuerit reper tus locus in dubiũ vertitur vbi nã fuerit. Fortasse fuit in terra, quæ post fuit promissionis. Nil ergo de hoc hic definitur, nec de loco vbi Elias & Enoch latitant.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Solutio tertiæ argumẽt.

Ratio cõclusionis.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrũ ignis ille inuoluet reprobos in infernũ.

SEcundus effectus, qui illi adscribit igni, est dãnatos in infernũ post latã sniam rapere. Et ideo quærit vtrũ hoc verũ sit. Et arguit à parte negatiua. Super illud Malachi. 3. purgabit filios Leui, ait glosa. Duos ignes legim⁹ futuros: vnũ quo purgabit electos, & pręcedet iudiciũ: alterũ, qui reprobos cruciabit. Hic aũt est ignis inferni, q̃ vt habet Matth. 25. ab initio parat⁹ est diabolo & angelis ei⁹: ergo cõuoluere dãnatos nõ erit illius ignis, quia ille nõ fuit ab initio: sed alter, qui aĩas nũc cum dæmonibus cruciat. ¶ Secundò. Ignis ille purgatorius erit instrumentũ Dei honorificũ, quippe qui eius virtute mundũ perpurgabit: ergo nõ est cũ infernali cõmiscendus. ¶ In contrariũ illud est citati psalmi. 96. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Pars negatiua argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quęstionē breuissimè cõclusiõe affirmatiua rñdet. Ignis ille, lata snia iudicij, ꝓtinus damnatos corripiet & cõuolutos in infernũ obtrudet. Propterea nãq; in altero ps. 49. dr̃ in cõspectu ei⁹ ignis exardescet & in circuitu tẽpestas valida. Et Dan. 7. Igne⁹ fluui⁹ rapid⁹ q̃ egrediebat à facie ei⁹. Vbi ait vna glossa: vt bonos purget & malos puniat, atq; altera. Vt pctores trahat in gehennã. Et loco ꝓximè citato. 2. Thess. 1. ait Aplus. In reuelatiõe dñi Iesu de cœlo cũ angelis virtutis ei⁹ in flãma ignis dãtis vindictã his, qui nõ nouerũt Deũ &c. ¶ Rõ aũt cõclusiõis sic colligit. Tota mũdi purgatio & renouatio, ppter hoĩs purgationē & renouationē, vt prędixim⁹, est facienda: purgatio aũt humani gñis fiet per separationē electorũ à reprobis, quẽadmodũ grana à paleis segregant iuxta illd. Matth. 3.

Conclusio.

Ratio cõclusionis.

Cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cui⁹ vẽtilabrũ in manu sua, & permũdabit areã suã: ergo qa officiũ illi⁹ ignis erit purgare orbẽ ac subinde mortaliũ genus, reprobos ceu paleas à iustis quę fœlicia sunt grana, separabit, ꝓijcietq; in tenebras exteriores. Vnde Basilius super illud psal. Vox dñi intercidẽtis flammã ignis. Qm̃ in igne (inquit) & calidũ vstiuũq; & grossum reperiť, & præterea subtile & lucidũ, in illa die sic ille ignis intercideť, vt quod vstiuũ est & grossum ad inferos in pœnã dãnatorũ descẽdat, quod aũt in eo subtile est & lucidũ, superius ad gloriã electorũ remaneat. Igiť vbi primũ Chrus ꝓtulerit illud, Ite maledicti, & dęmones hoies surripient, & ignis vtrosq; in tartara concludet. Prudẽtissimè ergo simul ac sẽtissimè. Diuus Petrus post illũ cœlorũ ardorẽ, elemẽtorũq; calorẽ, ac mixtorũ exustionẽ cõcludit dicẽs. Cũ igiť hęc oĩa dissoluẽda sint, quales oportet vos esse in sẽtis cõuersationib⁹ & pietatibus, expectãtes & ꝓperãtes in aduentũ diei dñi. ¶Re vera nunq̃ aut de auribus nris cadere illa verba deberẽt. Venite benedicti. &, Ite maledicti, aut ab oculis spectaculum illud di moueri, pientissimi simul ac seuerissimi iudicis, vẽtilabro permũdantis areã suã: Fac mortales vniuersos ĩ aceruo, veluti in hoc seculo sum⁹ ceu grana cũ paleis cõmixta, cõgestos, esse & terribilẽ Dei maiẽstatẽ manu ventilabrũ tenentẽ ad eũdẽ vẽtilandũ aceruũ: atq; à dextris horreũ sitũ, quo immittẽda sunt grana, & à sinistris hiantẽ inferni voraginẽ, flãmas expirantẽ paleas voraturã. Contẽplare tũc ergo dño vẽtilãte quot in illo aceruo latitẽt, ceu grana in hoc seculo estimati, quos in in altũ vẽtilatos ventus aquilo à quo pandet oẽ malũ, ab ira Dei insufflatus, in illas inferni flammas tanq̃ paleas miserãdas subripiet. Videas illuc euolãtes magnates, antistites, reges, sacerdotes, monachos, doctores, ac magistros cũ summa ignominia aerẽ suã multitudine densantes, & flãmis ardẽtes, in illã tartarorũ voraginẽ prẽcipites. Videasq; contra q̃ plurimos in hoc seculo nullo precio habitos velut grata ꝓdituros, suorũ meritorũ põdere, q̃ per Dei gratiã cõpararunt, ad dextrã cadere, vnde in supcœlestib⁹ horreis recõdanť. O nimiũ stupendũ, miserandũq; biuiũ, quo fratres à fratribus, à parẽtibus liberi, & mariti ab vxoribus diffẽcabunť, cunctisque id genus arctissimis vinculis dissolutis, alij ibũt in viram æternam, atque alij in ignem æternũ.

Basilius.

2. Petr. 3.

Meditatio egregia.

¶Ad primũ igitur argm̃ rñdetur eundẽ fore igne cõflagratiõis mũdi, & qui dãnatos conuoluet: dicunť tñ duo, tum ꝓpter officia diuersa: quia purgabit electos, eisq; lucebit: & cruciabit iniquos: tũ subinde ꝓpter quandã substãtiæ vel qualitatum diuisionẽ, qa vt ait Basilius quod grossum est cadet in infernũ, quod verò lucidũ & subtile manebit in aere. Qua vtique ratione ignis ille sic non carebit honore suo, vt etiã cũ infernali cõmisceatur. ¶Et per hoc rñdetur ad secundũ, q̃ sicut electorũ gloria post iudiciũ erit per accidens cumulatior tum ꝓpter corporũ resumptionẽ, tum propter plenum beatorũ consortiũ, ita & damnatorũ cruciatus erunt eadem ratione truciores: quapropter non inconuenit dicere, q̃ igni quo ab initio cruciabanť dęmones & aiẽ torquebanť, alius adhibeať nouus.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

QVAESTIO SECUNDA, De mundi innouatione.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm mundus sit innouandus.

POST mũdi purgationẽ sequit de eius innouatiõe quę erit eius effectus. Quærit ergo vtrũ sit innouãdus. Et arguitur à parte negatiua. Legitur Gen. 1. q̃ Deus die septimo requieuit ab oĩ opere, qd̃ patrarat. Vbi sẽti interpretes requieuisse aiũt à nouis cõdendis creaturis: mũd⁹ aũt innouat⁹ noua vĩ creatura, qd̃ esset incidere in dogma illud Empedoclis quẽ secutus fert Orige. q̃ videlicet post hũc mundũ futurus sit alius. ¶Secũdò dispositio quã nũc mũdus habet est ei naturalis: ergo si in alterã post innouãdus est, illa dispositio erit innaturalis, ac perinde violenta: violentũ autẽ vt. 1. cœli, ait Philoso. nequit esse perpetuũ. ¶Tertiò arguit. Innouatio creaturæ est ꝓpter gloriæ præmiũ: creaturæ autẽ hoĩe inferiores non sunt gloriæ capaces: ergo nõ sunt innouãdę. ¶In contrariũ est illud Apocal. 21. Vidi cœlũ nouũ & terrã nouam: primũ ẽm cœlũ & prima terra abijt. ¶Ad quæstionẽ hac vnica cõclusiõe affirmatiua rñdetur. Mundus est innouãdus, vt perpetuò maneat innouatus. Vnde Isa. 66. Ecce ego creo nouos cœlos & nouam terrã, & nõ erũt in memoria priora. Id quod disserit Diuus Petrus loco citato dicẽs. Nouos cœlos & terram nouã secundum ipsius promissionẽ expectamus, in quib⁹ iustitia inhabitet. Vbi rationẽ ipsius cõclusionis insinuat: videlicet vt mũdus aptus fiat beatorũ gloriæ, quã per opera iustitię, ex diuina mĩa profecta, meruerũt. Enimuerò cũ mundus, vt supra dictũ est ꝓpter hoĩes fuerit cõditus, congruens est, diuinæq; sapiẽtiæ condecẽs, vt secundũ varios humani gẽris status varie disponať: quãdiu aũt vita hęc humana mortalis durat, duplex nobis mũd⁹ obsequiũ exhibet: seruit ẽm nobis primo ad alendũ, ꝓpagandũq; genus nostrũ per terræ nascentia & animaliũ auxilia præterea ad Dei cognitionẽ: per hæc ẽm visibilia, vt ait Paulus sempiternã Dei virtutẽ cõtemplamur: ergo his transactis necessitatib⁹, humanoq; gẽre innouato cõgruit, vt mundus quoq; innoueť. Iam enim inde à resurrectiõe carnis, neq; homo mũdo indigebit ad viuendũ, neq; ad Deũ contẽplandũ, quippe cũ in illa æternitate Deũ facie ad faciẽ contẽplabiť. At verò cũ corporeus oculus diuinã essentiã cõtueri nequeat, oblectabunť beati visu tum corporis imprimis Chri, ac subinde aliorũ beatorũ, tum & aspectu diuinorũ operũ, atq; hac de causa oportebit totũ orbẽ speciosum esse & aspectu pulcherrimũ. Quo circa innouatio mundi non erit solũ purificatio, sed nobilitatio, tã in perspicuitate elementorum quàm in lucis cremento astrorũ cœli, vt illico artic. 4. videbimus.

Partiũ negatiua argumẽtum per mum.

Secũdũ argumẽtũ.

Tertium argumẽtũ.

Pars affirmatiua.

Conclusio.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertii argumẽ.

¶Ad primũ igitur rñdetur, q̃ Deus quieuit die septimo à creatiõe nouarũ specierũ, imò neq; deinceps indiuidua creauit præter aĩas rõnales: innouatio aũt mũdi nõ erit creatio, quãdoquidẽ cœli: & elemẽta secundũ substãtiã permanebũt: quẽadmodũ in sex diebus creata fuerũt, q̃ si arguas ad min⁹ erit res noua cõtra illud Eccles. Nihil sub sole nouum. Quid est quod fuit, ipm̃ quod futurũ est. Rñdet, sapientẽ ibi de ijs rebus loqui, quę orbiũ circulatiõi subiecta sunt: ꝓpterea ẽm dixit, Nihil sub sole nouũ. Quæ quidẽ res in circulo secundũ eandẽ speciẽ, numero differentes continẽter per gñationes reuertunť. Illa aũt mũdi innouatio nõ fiet per causas naturales quæ solis orbiũq; circũlationib⁹ gubernanť, sed super naturã, & ideo nihil mirũ, si futurũ fuerit nouũ. ¶Et per hoc ad secundũ rñdeť. Innouationẽ illã, nõ fore naturalẽ, sed tã neque innaturalẽ, seu contra naturã, atq; adeò neq; violentã, sed supernaturalẽ, q̃lis est grã, & gĩa. Quapropter erit perpetua, quẽadmodũ & Dei virtus. ¶Ad tertiũ deniq; rñdetur, q̃ quãuis mũdus illam innouationẽ non fuerit cõmeritus, homo tã per Dei gratiam illã meruit, quippe qui ad eius gloriã pertinebit.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm motus cœlestium orbium per illam innouationem sit cessaturus.

VT innouatio illa per partes melius innotescat, quærit primũ de cœlis, vtrũ ad eorũ innouationẽ attineat, vt à motu requescant. Et arguit à parte negatiua. Motus cœli est finis creatiõis eorũ: etẽm ꝓpter motũ cõditi sunt: frustra ergo erũt superflites, si sunt à motu cessaturi: ea si quidẽ sunt frustra q̃ suo orbanť fine: nihil aũt tunc erit frustra, ergo perseuerabũt in suo motu. Prę̃sertim cũ illa innouatio sit rerũ perfectio & de perfectiõe cœlorũ sit moueri. ¶Secũdò arguit. Sol indifferẽs est, vt hac vel illa plaga mũdi persistat, ergo nulla est signabilis ratio cur potius in vna parte debeat gradũ sistere q̃ in alia, atque adeò in nulla quiescet. Eo vel maximè, q̃ si in oriẽte perstiterit, pars terræ occidentalis orizontis erit in perpetuis tenebris, quod illi fœlici statui orbis mininẽ cõgruit. ¶In contrariũ est, q̃ cũ tẽpus sit mẽsura mot⁹, quãdiu durabit motus, durabit tps: sed Apocal. 10. iurauit angelus per viuentẽ in secula, q̃ postq̃ septim⁹ angelus tuba cecinerit: scilicet, vt mortui resurgant, tps amplius nõ erit, ergo neq; erit ampli⁹ circulatio cœli. ¶Quæstionis huius solutio ꝓpemodũ ex superiorib⁹ colligiť: bimẽbri ergo cõclusiõe rñdetur. Motus cœli in mũdi innouatiõe cessabit: nõ quidẽ suapte natura, sed ꝓ Dei volũtatẽ motrices causas suspẽdentis. Duę nãq; per extremũ sunt de hac re errantiũ opiniones, Prior philosophorũ, tam eorũ, qui Peripatetici sunt, Aristotelẽ sequuti, quã Academicorũ sub Platone philosophantiũ. Isti ẽm cum non nisi causas naturales fuerint perscrutati nullã in cœlis cãm quietis rimati sunt: quia cũ sint substãtię incorruptibiles, lassari motu illo nequeũt, aut deteri. Rursus cũ eorũ motus sit orbicularis, nõ habet terminũ, quo debeat finiri. Quod aũt Deus suo arbitratu motum illũ interrũpere valeat minimè cognouerũt. Alij verò philosophi per aliud extremũ somniarunt, mundũ infinities posse, & interire, & redire. ¶Contra hæc verò dogmata statuitur nra conclusio. Disciplina enim illa philosophorũ theologæ veritati è diametro cõtra pugnat. Est ẽm certus finitusq; præde-

Partiũ negatiua argumẽtum primum.

Secũdũ argumẽtũ.

Pars affirmatiua.

Conclusio.

Duæ opiniones.

Probatio cõclusionis.

stina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stinatorũ numerus, qui scripti sunt in libro vitę, vt in libro de correctione, & gratia, ait Aug. qui quidẽ numerus neq; augebit, neq; minuetur. Iuxta illud Paul. ad Rom. 8. Quos
Roma. 8. prescíuit & prędestinauit cõformes fieri imaginis filij sui: quos aũt prædestinauit, hos & vocauit: Si aũt mundus esset perpetuus, numerus ille certus esse non posset. ¶ Altera verò opinio rei physicæ aduersat: qm̃ neque in cœlis, neq; extra vlla est naturalis potentia, quæ eis esse valeat quiescendi causa, fit ergo consequens, q̃ cessabũt suspendente Deo cõcursum, qui est ad illũ motũ necessari°, intercenteq; intelligẽtijs mouendi munus, ob rationes supra expositas: scilicet, qm̃ finis illius motus est humanũ genus, quãdiu corruptibile est, cõseruare. Quapropter cum diuina opera non sint frustra, illa necessitate cessante, cessabit motus, vnde palã fiet nobis propter nos mundi machinam esse fabricatam.
Secunda ratio. ¶ Secundò luminaria cœli, vt Genes. 1. refertur edita sunt, vt sint in dies mẽses & annos, quibus nostras nos metimur actiones: post diem verò iudicij non alia vtemur mensura, quãm diuina æternitate: neq; opus erit dierum noctiũq; vicissitudine. ¶ Ac per hoc rñdetur ad illud Gene. 8. Cunctis diebus terræ frigus & æstus: æstas & hyems, nox & dies non requiescẽt. Intelligitur em̃ de terra quãdiu vicissitudine illarũ rerum indigebit: nam post iudiciũ, ait Isaias ca. 60. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur. Circa illam verò insinuatam rationem, quòd cũ finis cœlestium motuum sint generationes hõrum infernorũ, cessante illo fine frustra permanebit motus: solet hic disputari vtrũ
Disputatio. cessatio motus cœli sit sufficiens causa, vt generationes cessent. Ricardus enim, atque alij
Ricardus. arbitrant non consequi, neq; sufficere cœlestis motus cessationẽ, vt gñrationes cessent: qm̃ vt Iosue. 10. legitur, Sole motum sistente minime gñationes cessarunt: imò pugnauit ille cum suo exercitu strenue. ¶ Deinde arguitur. Cœli non tm̃ per motum, verũ & per lucem, atq; alias occultas influentias in hæc agũt inferiora: ergo cessante motu nõ fit cõsequens, vt gñationes cessent. ¶ Accedit verbum Aug. 11. confession. dicẽtis, q̃ si corpora cœlestia starent, adhuc figuli rota posset moueri. Quare Stephanus Parisiensis Eps hunc
Articu. Parisiensis. anathemate cõdemnauit articulũ, dicentiũ, q̃ si cœlũ staret, ignis in stupam nõ ageret.
Responsio. ¶ Ad hęc aũt primũ rñdemus potissimã causam cessationis generationũ fore post diẽ iudicij, q̃ Deus ad id nullũ generale præstabit auxiliũ, atq; hęc ad nostrum propositũ sufficiens est rñsio: nam inde fit cõsequens motũ cœli fore deinceps superuacaneũ. Sed rñdetur secundo, & eiusmodi motus cessationis causam esse sufficientẽ, non quidẽ, vt omnia mixta illico interirent: quare supra diximus cũcta esse, vt ait Petrus Apost. exutenda per ignem, sed tã vt nulla fieri postea posset naturalis gñatio, imò neq; actio: q̃uis de actionibus liberis, de quibus loquit Augu. non id omnino cõsequatur. Et rationem docet primo de genera. Aristoteles: nempe, q̃ per accessum & recessum solis ad nos alternantur hyems, & ver: æstus, & autumnus, atq; adeò cuncta generant. ¶ Quocirca ad argm̃ rñdetur, q̃ etsi cœli per alias quoq; influentias & lucem in hunc mundũ inferiorẽ operentur, tã per motum fit illarũ influentiarũ applicatio. Quocirca saltẽ hoc manifestè sequit, q̃ sine motu cœli fructus terræ nec crescere, nec maturescere possent. Imò neq; animalia neque plantæ vllo temporis spacio possent viuere, quippe quorũ vita consistit in cõtinuo motu, & præcipuè animaliũ vita in actione caloris in humidũ: quapropter illico animas expirarent. Secus de lapidibus & metallis. Quod aũt Augu. ait est q̃ si aliquis impelleret rotam figuli moueret. ¶ Episcopus autẽ Parisiensis nõ est Romanus Pontifex. ¶ Ad
Ad miraculũ respon. illud aũt miraculum tẽpore Iosue nõ desunt qui rñdeant, q̃ etsi orbis solis quieuerit, nõ tã primũ mobile motũ paulauit suũ, quo generationes fiunt. Responsio tã hæc non est conueniẽs: nam tunc sequeret motũ solaris orbis proportionẽ aspectumq; amisisse, quẽ habet ad alios orbes. Quare cõuenientius est dicere oẽs tunc orbes pausam fecisse: sed tã Deus quavirtute id fecit, subsequẽter curauit rerũ gñatiões seruare, vicẽ supplẽdo cœlorũ.
Solatio primi argum. ¶ Ad primum igitur argm̃ in capite propositum rñdetur, Cœlorum finem alterum esse proximũ, qui est motus, alterũ verò superiorem, qui est homo: iuxta illud Deute. 4. Ne fortè oculis eleuatis ad cœlũ videas solem & lunã, & oĩa astra cœli, & errore deceptus adores ea quæ fecit dñs Deus tuus in ministeriũ gentibus, quę sub cœlo sunt. Iudiciũ ergo ex superiore fine sumendũ est. Quam ob rẽ cũ quiescentes orbes seruiant Deo, & beatorũ glorię, non erũt frustra, quãuis careãt motu.
¶ Et eodem modo respondetur ad aliud, q̃ motus cœli non est de perfectiõe eius essentiali, sed quatenus causa est influendi in hæc inferiorã.

Requies præstantior motu. inferiora. Imò verò simpliciter requies præstantior est motu: quia similior est Deo. Obidque quiescens cœlum, quicquid philosophi dixerint, digniorem statum habebit, gloriam referens beatorum. ¶ Ad secundum re
Solatio secũdi argumẽ. spondetur, quòd quanuis secundum naturam particularem solis indifferens ei sit punctum quodcunque cœlestis circuli, tamen secundum illum finem, qui est hominis gloria, propter quam quiescet, aptus est in nobilissimo puncto quiescere: illud autem secũ
Oriens. dum Aristote. est Oriens, & luna quiescet in opposito puncto occidentis. Non quidem in linea ecliptica, vt eclipsim patiatur, sed vt sit lumine plena. In illo enim aspectu luminaria illa creata esse censentur. Sic ait Isidorus super illud Esaiæ. 60. Non occidet vltra
Occidet. sol tuus. Ait quippe, quòd post diem iudicij sol recipiet mercedem laboris sui, & non veniet ad occasum. Nomen autem illud labo-
Labor cœli. ris cœlorum, quo vtitur etiam Ambrosius super illud ad Roma. 8. Omnis creatura ingemiscit, non accipitur propriè: quoniam cœli, vt incorruptibiles sunt, ita nullam possunt lassitudinem pati, sed intelligitur per metaphorã, vt quod Paulus ait, ingemiscere: quia cum motus cœli ordinatione diuina referantur ad complendum electorum numerum, censentur illud desiderare, ac perinde per similitudinem fatigari, expectantes mundi innouationem. ¶ Alia verò obiectio, quòd tunc plaga occidentalis erit sub perpetuis tenebris, negatur: quoniam luna quæ tunc lucebit, vt sol, in illo erit aspectu. Præterea beati quorum statui luminaria tũc seruient, cũ sint fulgore gloriæ rutilantes, neque emendicato illo lumine indigentes, aspectu illius varietatis oblectabuntur.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm astris corporibusq; cœlestibus lux in illa innouatione sit augenda.

Rationes pro parte negatiua. QVæritur de altera cœlorum qualitate quæ est lux. Et arguitur à parte negatiua Orbes illi natura sua nullius sunt mutatiõis capaces, neque purgatorius ignis ad illos vsque pertinget, vt aliquam inde valeant mendicare lucem: ergo non augebitur
Mendicare lucem. corum lux. ¶ Secundò arguitur. Quemadmodum motus cœli, ita & lux in obsequiũ nostrum propter generationes condita est: non enim soluit motu, sed etiam luce cœlum ad easdem generationes concurrit: ergo qua ratiõe cessabit motus, cessatura est lux. Quod si dicas seruituram tunc ad gloriam beatorum, in contrarium est quod ipsi nulla egebũt tali luce: iuxta illud Isa. 9. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, neq; splendor lunæ illuminabit te. Et Apocaly. 21. scriptum est. Quod ciuitas illa beatorum nõ egebit sole neque luna, vt luceant in ea. ¶ In
Pars affirmatiua. contrarium est illud Isaiæ. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter.
Conclusio. ¶ Ad quæstionem Rabbi Moyses negatiuè respõdet, haud enim sibi persuadere potuit sapientissimum Deum tantam orbis machinam innouaturum, cœlorumque splendorẽ auctum ire propter vnam exiguam creaturã: qualis est homo. Negat tamen Hebræus ille mundum factum propter hominem, nõ intelligens ipsum, qui ad imaginem Dei efformatus est, & ipsius diuinæ gloriæ capacem, ea dignitatis excellẽtia pollere, vt mundus propter ipsum fuerit conditus, & ideo testimonium illud Isaiæ & similia, quæ de mũdi innouatione loquũtur, per metaphoram exponit, sed nulla est in hac parte autoritate dignus. ¶ Respondetur ergo ad quæstio-
Conclusio. nem breuissima conclusione. Astra corporaque cœlestia cremento lucis in illa innouatione decorabuntur. Probatur. Innouatio mundi eo refertur, vt illic gloriam repræsentent, & cognitionẽ qua beati Deum videntes fruentur: mundus autem propter decorem speciei, quæ luce resplendet, inaccessam illam Dei gloriam præ se ferunt: iuxta illud Sapientiæ. 13. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri: ergo congruentissimum est, vt completo beatorum numero lux cœlestium orbium augeatur: luce nanq; species decorque mundi refulget iuxta illud Ecclesiastici. 43. Species cœli gloria stellarum mundum illuminans in excelsis dominus. ¶ Dubium aũt
Dubium de cœlorũ luce. crementũ illud lucis vnde corporibus cœlestibus sit, puenturũ: nam purgatorius ignis neque illuc pertinget, neq; tam lucidus erit, vt cœlorum lumen augere valeret. Nonnulli quorum est Ricardus dist. præsenti arbitrati
Ricardus. sunt augmentum illud lucis cœlorum ex radiatione multitudinis corporum beatorum effluxum iri: neque verò probabilitate carẽt. Quanuis tunc sequeretur, quòd nunc etiam per radiationẽ corporis Christi influxum aliquem lucis recipiãt, quod nõ habet tantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum probabilitatis, sed responderi posset quòd vnum corpus, quãtumuis lucidũ, non potest tantum effundere lumen, secus vbi in numera fuerit multitudo. Vel dicendum, quòd augebitur diuina virtute, qua reliquæ partes orbis innouabuntur, quod significãt illa pphetica verba, Lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter. ¶ Sensus autem verborũ nõ est cunctis omnino peruius: sunt enim, qui autumant ob delictum Adæ solem & lunam plurimum suæ lucis amisisse, imò glossa eiusdem loci ait, q̃ cum omnia facta sint propter hominem, in eius lapsu peiorata fuere, solque & luna in suo lumine minorata. Atque eadem ratione in mundi consummatione debet, eis lumen restitui: quare illud septempliciter solaris lucis dictum putant, quia restituetur ei lux qua septem illis diebus ante hominis casum promicauit. ¶ At verò minimè credendum est quipiam reale luminis illis luminaribus fuisse ademptum: quoniam per naturam id fieri ne quiuerat: quod autem Deus propter peccatum Adæ illorum lumen extenuaret, nõ est credibile, vt toto mundi decursu præter suã essent naturã quodãmodo truncata. ¶ Adde quòd lumen hoc, quo nũc lucent, est totum, quod suæ naturæ conuenit, alioqui astra nõ essent idonea & sufficientia ad conseruandũ humanum genus. Quod si hoc est naturale non habuissent in statu naturę integrę aliud vehemẽtius. Nam alias illud fuisset supranaturale: essetq; nimiũ excellentius, q̃ vt homines illud ferre possent: neq; ad aeris temperamentum esset idoneum. Imò sequeretur, q̃ luna tunc, vt ait propheta, tantum luceret sicut modo sol, atque adeò qũ esset in oppositione solis in nullo hemispherio fieret nox: contra illud Gene. 1. luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti. Igitur nullo modo illa fuerunt propter peccatum minoris lucis. Sed in gratiã illius glossæ, intelligendum est respectu humani vsus, quia inclementia aeris quæ propter frigus vel æstus accidunt, sunt nobis in pœnam peccati, quæ antea fuisset naturalis. Quẽadmodum terra maledicta fuit in opere suo, vt spinas, & tribulos germinaret. Non q̃ eosdẽ antea non germinasset, quia sunt naturales, sed quia non essent in pœnam peccati hominibus molesti. Fit ergo ex his consequens, q̃ augmentũ lucis, quod habituri sunt cœli in die iudicij, non erit restitutio illius, quod perdiderunt, sed ornamentũ illius innouatiõis.

Erit luna. cre.

Reprobatio.

Ratio. 2.

Genesis. 1.

Quocirca non cõsequitur, quòd si nihil propter peccatum astra illa perdiderũt, nihil sit eis accessurum propter gloriam. Vnde fit illud, quod propheta ait, septempliciter, non habere aliud mysterium, quàm q̃ ingens eis luminis accessio fiet: quoniã septenarius numerus perfectionem denotat. Et fortè in illa septenaria proportione super lunam fiet illud cremẽtum. Etenim si tunc luna erit sicut sol, nihil mirum si in illa proportione lumen solis excrescat. ¶ Hinc consequitur, quòd lumen lunę non erit tunc aliud quàm quod, veluti modo, à sole recipiet: quamlibet ipsa per se fiet amplioris luminis capax.

¶ Ad primum igitur iam responsum est, q̃ illud lucis incrementum non fiet actione purgatorij ignis, sed virtute Dei: nam quãuis cœlestes orbes non sint per naturam mutabiles sunt tamen omni potentiæ Dei obedientes, eiusq; supernaturales effectus capaces. Neq; illa erit propriè mutatio, quia non machinabitur eorum corruptionẽ, sed potius erit eorum perfectio, sicuti beatorum gloria. ¶ Ad secundum respondetur, quòd motus suapte natura non pertinet ad rei perfectionẽ, cùm sit actus imperfecti, quanuis esse causam generationum, perfectionem dicat: lux autem secundum naturam suam dicit perfectionẽ: & ideo cessante generationis necessitate cessabit simpliciter motus, non tamen lux, quã uis fuerit generationis causa: nam licet desinat esse causa, permanebit tamen quatenus est cœlorum perfectio. ¶ Ad id autem quod obijcitur, quòd tunc beati non indigebũt lumine aut solis aut lunæ. Respõdetur, bifariã aliquid posse in vsum hominũ venire. Vno modo ob necessitatẽ, & isto modo beati nulla vtentur creatura: quia Deus erit eis sufficiẽtissimus: nam sicut, ait primæ ad Corinth. 3. Paulus, erit omnia in omnibus. Sed alio modo creatura potest venire in vsum hoĩs propter eius honorem & accidentariã perfectionem: & isto modo tunc seruient cœli hominibus: nam etsi essentiale eorum gaudiũ futurum sit, essentiam Dei videre, oblectabuntur tamen in contemplatione operum eius tanta pulchritudine refulgentium. Siue in essentia diuina opera illa contemplentur, siue in proprio genere: quãdoquidem à cœlo empyreo poterunt oẽs orbes prospectare. Imò forsan corporalibus oculis, saltem virtute diuina. Et quando illos visu corporeo non cernerent, ipsi tamen illa pulchritudine canerẽt gloriam Dei, qua suam curiam beat.

Solutio primi argu.

Solutio secũdi argumẽ.

Nulla crea. beatitudine tura neq; faria.

ARTI-

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm elementa per aliquod claritatis augmentum sint innouanda.

POST cœlorum consideratione subsequitur de elementis etiam explorare an sint per aliquam claritatem innouãda. Et arguitur à parte negatiua. Sicut claritas est cœlorum propria, ita & calidum, frigidum, humidum, & siccum sunt elemẽtorum qualitates: ergo sicut cœli per claritatis ita elementa per istarum qualitatum augmẽtum sunt innouanda. ¶ Secundò. Rarum & densum sunt qualitates elementorum proprię, quæ ideo in ipsis permanebunt: claritas verò aeris, quia non habet opacitatem, non est apta ad recipiẽdum claritatem per modũ relucentis corporis: neque verò densitas terræ, propter nimiam eius impuritatẽ introrsum claritatem admittit. ¶ Tertiò. Si elemẽta aliqua erunt claritate donanda, eadem ratione deberent & plantæ atq; alia mista innouata, & claritate ornata permanere: tum quòd ad ornatum eorundem elementorum attinent, tum quod, sicut elementa, ita & mista propter hominem facta sunt, cui etiã seruiunt: quare par illis, vt elemẽtis debetur, honoris gratiã, innouatio: atque adeò si mista non innouabuntur, fit vt neque elemẽta sint innouanda. ¶ Quartò. Elementa si permansura sunt, superuacanea tunc videbuntur, nisi aliqua rationalis creatura illis, ceu domicilio vtatur: nulla autem rationalis creatura in illis habitabit: nam beatis cœli sufficiẽt. Nisi cum quibusdam opinemur, pueros qui absque baptismo decesserunt, de limbo esse tũc educendos, qui super faciem terræ spacientur, cœlorum aspectu fruentes. Hęc autem opinio non est rationi consentanea: ergo elementa non permanebũt, claritate illustrata. ¶ In contrarium est illud sæpè citatum Apocalyp. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam. &c.

Vtrũque argumẽtum pri mum.

Secũdũ argumẽtũ.

Tertium argumẽtũ.

Quartũ argumẽtũ.

Vtrũque affirmatiue.

Ratio conclusionis.

¶ Ad quæstionem duabus cõclusionibus responderur. Prima. Elementa per receptionẽ amplioris claritatis innouabuntur. Probatur. Cum corporalis creatura propter spiritualem sit condita, per illamque adeò gubernetur, oportet vt perinde atque spiritualis disponatur: fit ergo consequens, vt sicut ordo se habet spirituum terrenorum ad cœlestes, ita se habeat & corporum terrestrium ad cælestia. In illa autem vltima rerum innouatione spiritus terrenorum hominum ad honorem & dignitatem angelorum promouebũtur: quia vt Matth. 22. legitur homines erunt sicut angeli Dei, quatenus humanus spiritus cum angelicis conuenit: nempe in intellectu & voluntate: ergo simili modo substãtia corporea, nempe elemẽta in eo quod cum cœlestibus conueniunt, ad cœlorum exemplum innouabuntur: illud autem, vt. 2. de anima, ait Philosophus, est natura lucis & diaphani: ergo eiusmodi corpora ampliore claritate donabuntur. At quia non omnia eandem habent lucis capacitatem, quòniam nõ sunt æquè diaphana, illa eorum claritas non erit in omnibus æqualis, sed suis cuiusque gradibus distincta. Nempe, vt terra secundum exteram superficiem fit, vt fertur, perua sicut vitium: aqua etiam in partibus interioribus, velut chrystallus: aer tanquam nunc est cœlum: & ignis qualis est modò luna. Quocirca crementum illud lucis elemẽtorum nihil auferet de proportione vniuersi, nam sicut modo in luce & qualitatibus quas cõtinent, proportionem habent, eandem seruabunt, propterea quòd singula in suo gradu & ordine respectu alterius augmentum suscipiẽt. Hæc non sunt sacris oraculis tam exactè secundũ has differentias constituta: nihilominus sancti interpretes optimis coniecturis illa colligunt. Ex illo Esaiæ. 66. Ecce ego creo nouos cœlos & nouam terram. Et ex Apocal. Vidi cœlum nouum, & terram nouã. Et ex diuo Petro, Nouos cœlos & nouã terram, & promissa ipsius expectam⁹: nomine enim terræ illa quæ sub cœlo sunt elementa comprehenduntur. ¶ Accedunt & testimonijs rationes. Nam cum elementa in hac mortali vita sua obsequia hominibus exhibuerint, à qua seruitute, vt ad Rom. 8. ait Paulus in illa reuelatione filiorum Dei liberabuntur, congruens est, vt aliquo præmio donentur, quòillam rẽ ferãt glorificatorum corporum claritatem: nempe vt ampliore splẽdore fulgeant. ¶ Ad hæc tandem cùm humana corpora ex elementis constent, fit vt partes quæ in electorum corporibus latitant, cumulata luce innouentur: ergo cum eadem sit ratio totius & partium, tota ipsa elementa simili modò innouabuntur. ¶ Secunda conclusio. Mista non innouabuntur, sed prorsus interibunt. Hanc conclusionem quæst. præcedenti præmisimus inter loquendum de purgatione, nunc tamen iterum comprobatur. Mundus

Diuersa elementorum claritas.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Secunda cõclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt propter hominem plasmatus est, ita & propter ipsum, atque adeò instar ipsius est innouandus. Innouatio autem hominis ea erit, vt de statu corruptiõis in incorruptionem, perpetuamque quietem transcendat, iuxta illud.1. ad Corinthios.15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: ergo illa quoque erit innouatio mundi, vt omni abiecta corruptione, illa duntaxat, quæ ordinem habent ad incorruptionem, incorrupta maneant: hæc autem sunt cœli, quæ suapte natura sunt incorruptibiles & perpetui, tam secundum partes, quàm secum totum: mox elementa, quæ licet secundum partem corrumpantur, sunt tamen secũdum totum incorruptibilia: deinde homines, qui quãuis sint generabiles, & corruptibiles, hoc tamen habent secundum materialem partem: nam anima incorrupta manet, quæ tandem, cum corpus propter ipsam conditũ fuerit, ipsum resumet incorruptibile. Reliquæ verò brutæ animantes ac subinde plantæ & inferiora mista, vt metalla & lapides, & id genus reliqua, nihil in se continent incorruptibile, sed simpliciter sunt corruptibilia, tam ex parte formæ, quàm ex parte materię. Quapropter cum nullum habeãt ad incorruptionem ordinem, sunt prorsus absumenda. ¶Item si animalia & plantæ deberẽt permanere, cum par sit omniũ ratio, deberent & illa quæ corrupta sunt resurgere, quod est concessu absurdum. Nam cum anima bruti dum moritur, in nihilum abeat, nõ posset animal illud resurgere nisi eius anima crearetur. ¶Quod si dicas, illa saltem quæ in illa die reperientur viua, fore permansura, hoc nulli rationi cõgruit: nã igne conflagrationis omnia exurentur, vt diuus ait Petrus. Item quia cũ tunc cœlorum motus cessare debeat, protinus illa interirent, neq; alia procrearentur. ¶Ad hæc tandem cum plantæ, & animalia, vt Gene.1. legitur in subsidium vitę animalis hominum producta fuerint, cessante illo fine omnia disperibunt.

Ratio.2.

¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd cum mundus sit propter hominẽ innouandus, debet illa innouatio eiusdẽ hominis gloriæ accommodari: scilicet, vt sensu etiam in corporibus indicia diuinitatis percipiat. Omnium autem sensuum præstantissimus est visus, cuius obiectũ est lux: obidq; luce elementa innouabuntur: qualitates verò primæ quæ sunt actiuæ & passiuæ nõ seruiunt nisi generationibus, & fomento & recreationi sensus tactus. Generationes autem tunc cessabunt, sensusque tactus non habebit vsum circa elementa, & quanuis haberet, qualitates illæ essent molestę, quare illæ cessabunt. ¶Quòd si redarguas. Multiplicatio lucis etiã est caloris causa: ergo elemẽta erũt in temperate calida. Rñdetur, q̃ lux illa non erit caloris genitrix, sicut feruentes radij solis, sed sicut lux cœlestium corporum, quæ ipsa non alterat. ¶Ad secundum respondetur, quòd aer nõ fiet clarus quasi radios emittens, sed sicut illuminatum diaphanum. Terra verò virtute diuina fiet in superficie lucis capax. In inferno tamẽ nulla erit lucis innouatio, quanuis fiat ignis multiplicatio, per accessionem ignis conflagrationis: ille quippe non erit lucidus, sed tenebrosus, vt sit dãnatis tenebræ exteriores, quæ hoc habẽt nomen respectu culparum, quæ sunt in anima interiores tenebræ. ¶Ad tertium verò respõdetur. Quod mixta non pertinẽt ad elementorum ornatũ, nisi quatenus actiuæ & passiuæ elementorum qualitates ad particulares actiones contrahũtur in mixtis, quibus ideo actionibus cessantibus, mixta non sunt amplius elementis ornamẽto. Et ad aliud membrum respondetur, quòd neq; elementa neque mixta innouationem merentur, sed hominis meritum est, vt innouentur. At quia mixta non sunt innouationis capacia, non cadunt sub eodem merito. ¶Sed arguis rursus. Ad perfectionem vniuersi pertinent etiã mixta, & vniuersum debet manere perfectũ: ergo & mixta debent perdurare. Secundò. Animalia, & plantæ nobiliores formas habent, quàm elementa, cum sint viuẽtia: ergo fortior ratio persuadet, vt sint permansura. Iam verò & mixta omnia habẽt naturalem perpetuitatis appetitum, qui per generationes impletur: naturalis autem appetitus nõ debet frustrari: ergo permanebunt. ¶Ad primum respondetur. Quod perfectio vniuersi, sicuti & hominis, alia est quandiu hoc seculum durat, atque alia secundùm statum gloriæ. Ad perfectionem ergo vniuersi secundũ hunc statum pertinẽt mixta, non tamen secundùm illum futurum. ¶Ad secundum respondetur, quod & si formæ viuentium mixtorũ sint illa ratione perfectiores, q̃ elementorum, nihilominus ab illis in hoc deficiunt, q̃ nihil habent in se perpetuitatis. ¶Ad tertium denique respondetur. Quod appetitus perpetuitatis mistorum determinatus est & taxatus secundũ cœlorum motum, quo fiũt generationes. Illo ergo cessante motu nõ frustratur mixtorũ appetitus, licet intereant.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

Redarguitur.

Respondet.

Quidnam de pueris in limbo.

¶Ad quartũ principale argumentũ nonnulli respõdent, post diẽ iudicij pueros qui sunt in limbo, solo originali maculatos educẽdos in fine mundi in superficiem terræ, qui ideo elementorũ amœnitate fruentur. Imò arbitrantur, fore scientijs naturalibus insigniter illustrãdos. At verò vt lib.2. de natur. & grat. cap.14. dicebamus, imprimis nulla ratio videtur suadere, q̃ sint tunc resumptis corporibus scientijs naturalibus imbuendi, quas nunc ignorant. Enimuerò cũ in hac vita nullam acquisiuerint scientiã, neq; suis meritis debeatur, vt eiusmodi disciplinis diuinitus infundant, non solũ vanũ, sed temerariũ est asserere, q̃ tunc scientijs pollere debeãt: alioqui & nunc illis potirentur, quod nõ est opinabile. Neq; verò vlla apparet causa affirmãdi, q̃ sint tunc à limbo in lucem proditurí. Quod ẽm nunc sint in limbo, atq; adeò in tenebris receptissima, vt supra explicuim⁹, est patrũ omnium sñia, & præcipuè Aug. in lib. de baptismo paruulorũ. Et refertur de cõsec. dist.4. can. Nulla præter. Si ergo nũc sunt in tenebris quæ nã ratio fingi põt, vt inde post eruantur in lucem: quandoquidẽ verè sint Dei inimici, quia in Adam peccauerũt, atq; adeò in perpetuũ ad illud ergastulũ sint perinde condemnati, atq; illi qui sunt in inferno, licet pœnas sensus non patiantur, Quare Ioannes Papa in suo decreto, Ad lumina.30. quæst.1. statum illorũ perpetuã mortem appellat. Adde q̃ cum cœli immoti sint permãsuri, in nullum viuentiũ vsum permanebũt, præterq̃ in testimoniũ gloriæ beatorũ. Quare Aug. hypognosticõ.5. nullũ tertiũ post finem mũdi ponit locum, sed duo: scilicet, vitę perennis supra cœlum, & mortis ęternæ sub terra, nempe infernũ, & paruulorũ limbũ.

DISTINCTIO

Quadragesima nona, De statu Beatorum.

Matth. capit.5.

OElicitatem verò & gloriam Beatorum lingua nõ valet humana referre, de quorum nihilominus statu, & habitu non decet omnino silere. Beatitudinẽ ergo hominis palam cõstat in assecutione, possessioneque supremi eius finis sitam esse: tunc siquidẽ res vnaquæq̃ perficitur, dum ad suum redit principium: est autem Deus vt est in Apocalypsi, α & ω, principium & finis, Deus verò qui intelligibilis substãtia est, non nisi mentis oculis percipitur, & possidetur. Vnde fit cõsequens in visione illa qua Deus facie ad faciem conspicitur, nostram esse beatitudinem collocatam. Vnde Ioannes. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. Nunc filij Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimus q̃m cum apparuerit similes ei erimus, quoniã videbimus eum sicuti est. Et veritas ipsa. Pater venit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te &c. vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Vita enim æterna vna est, quæ hic per fidem inchoatur, & in cœlo per visionem confirmata perficitur. Atque adeò, vt spe & amore in hac seculari militia ad illum cõspectum per fidem in ænigmate properamus, ita & illic apprehenso obtentoq̃ Deo amore inhæremus, atque in illo sic possesso per summum gaudium conquiesci-

Apoca. 22.

1. Ioan. 3.

Ioan. 17.

Universidad de Deusto Biblioteca

mus, illoq; perinde fruimur. Iuxta illud Augustini. 10. confess. Beatitudo est gaudium de veritate, quia scilicet, gaudium est beatitudinis consummatio. Vbi enim ait Paulus, Sic currite vt comprehendatis: insinuat, per fidem nos in hac vita spe currere, sed per visionem eum postmodum comprehendere, ac perinde in ipso, quem amamus cõprehenso per gaudium cõquiescere. Est enim, vt idem ait Augustinus, ille beat⁹ qui habet quicquid vult & nihil mali vult.

Augu. 10. confess.

2. Corint. 9.

13. de trini. capit. 5.

Capi. ij. ¶Ad hanc verò fœlicissimam beatitudinem etsi homines naturali inclinatiõe ferantur & pondere, iuxta illud Augustini, Fecisti nos domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec veniat ad te, minimè tamen per nostras naturæ vires illam consequi sine speciali Dei fauore & auxilio valemus: secundum illud Apostoli primæ ad Corinthios. 2. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascẽdit quæ præparauit Deus diligentibus se. Quasi diceret. Nulla homini facultas à natura suppetit, illam fœlicitatem vel corde cogitandi. Quinuerò nisi lumine gloriȩ mentis nostrȩ oculus diuinitus subleuaretur, ad visum illum non sufficeret. Vnde Dauid, Gratiam inquit, & gloriam dabit dñs. Et alibi. In lumine tuo videbim⁹ lumẽ. Rationẽ etenim fœlicitatis in genere nemo non appetit. Rem verò illam in qua verè consistit naturale lumẽ ostendere non sufficit. Vnde 13. de trinit. Augu. Si vnus dixisset, Omnes beati esse vultis, miseri esse non vultis, dixisset aliquid quod nullus in sua non cognosceret voluntate. Ob idque cum capessendæ beatitudinis vna sit omnium voluntas, de ipsa tamen beatitudine magna est voluntatum diuersitas: non quòd eam aliquis nolit, sed quod non eam omnes norint.

1. Corint. 2.

Psalm. 83.

Psalm. 35.

Aug. 13. de trinit. ca. 3.

¶Igitur eum Deus fœlicibus illis cœlicolis speculum sit, non naturale, sed spontaneum, quanquã omnes iuxta verbum Pauli eum sic cõprehendant, vt visu teneant, nemo tamen sic vt se ipse comprehendit, sed plura pauciorave in ipso contuentur, vt secũdum singulorum merita per eius misericordiam cõparata iustitia requiret. Erit ergo cũ electis Deus, vt in parabola vineæ, ait Dominus, denarius vnus, & veluti ait Paul. Omnia in omnib⁹: quia vnuscuiusque voluntatẽ explebit suam. Sed tamen non omnes parẽ gloriam sortientur: nam in domo patris mei (ait idem redẽptor) mãsiones multæ sunt: quia multæ erunt præmiorum differentiæ. Domus ergo vna, sed mansiones multæ. Sicuti & claritas vna, sed tamẽ, vt ait Apostolus, stella differt à stella in claritate. Post diẽm verò iudicij amplior erit electis accidentaria gloria: tum propter resumpta corpora, tum & propter amplificatũ electo-

Cap. ij.

Ioan. 14.

1. Corint. 15.

Matth. 20.

Ad Colos. 3.

Hieron.

rũ numerũ. Vnde super Oseam Hier. Illud explicãs verbũ, Viuificabit nos post tres dies. Peracto inquit iudicio ampliorẽ gloriã suę claritatis Deus demonstrabit electis.

Cap. iiij. ¶Cæterùm vt animæ tribus dotibus, secũdum numerũ Theologarum virtutũ ditabuntur: nempe, visione quæ rẽdet fidei, comprehensione firmaq; per eandem visionẽ tentione, quæ terminus est spei, stabiliq; dilectione, & delectatione quæ cõsummatio est charitatis, ita & in corpora quatuor inde effluẽt dotes: quæ sunt impassibilitas contra corruptionem, subtilitas contra animalem naturam, corporis agilitas contra eius grauedinem & claritas contra obscuritatem. Iuxta illud Pauli. 1. Corin. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate surget in gloria. Seminat in infirmitate surget in virtute. Seminatur corpus aïale surget corpus spirituale.

1. Corint. 15.

Cap. v. ¶His demum aureis beatitudinis coronis, quibus per diuinum conspectum beati omnes decorantur, iuxta illud Apocalyp. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, adhibẽtur & Aureolæ, illis propositæ, qui per quasdam singulares virtutes Dei numine adiuti de nostris hostibus: nempe, de carne mundo, & diabolo triumpharunt. His nanq; per quãdam excellentiam illud Pauli de his qui in agone certant accõmodatur. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Virginibus ergo ob insignẽ aduersus carnem victoriã, & martyribus, quia strenuè contra mũdi turbulẽtam rabiem depugnantes morti occubuerunt, atq; adeò catholicæ veritatis Doctoribus, qui succincti gladio spiritus, qui vt ait Apostolus est verbum Dei, tentamenta diaboli, nõ solum à se ipsis, verũ ab alijs propulsarunt, eiusmodi aureolæ decretæ sunt.

2. Corint. 12.

Ephesios.

DISTINCTIONIS Quadragesimæ nonæ, Quæstio prima, In quo Beatitudo consistat.

TERTIA tandem, postremaque pars tractatus, de statu resurgẽtium in disputatione versatur, de statu Beatorum ac damnatorũ: quæ ideo duas cõtinet distinctiões. Hæc ergo quadragesima nona, in cõtemplatione beatitudinis posita est: digna profectò materia quæ quartũ hũc librũ sententiarum cõcludat, atq; adeò quæ attentissima speculatiõe differatur. Exposcere aũt videtur questiones quinque. Prima enim interrogabit in quo beatitudo cõsistat. Secunda, quibusnã viribus eam adipiscamur. Tertia, de visione, quæ essentia est beatitudinis. Quarta, de beatorum omnium dotibus. Ac demum quinta de quorundam aureolis.

ARTICVLVS. 1.

Vtrùm beatitudo in aliquâ re corporea, aut sensibili consistat.

CVM res primum in spirituales, & corporeas diuidantur inde initium huius præsentis speculationis sumendum est, vt videamus vtrum beatitudo in re

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliqua corporea aut ſenſibili conſiſtat. Et at-
guitur à parte affirmatiua. Id quod pluribus
in opinione eſt, non videtur falſum eſſe om-
nino: nam vox populi vox naturæ videtur:
& .7. Ethico. ait Philoſophus, quod opinio
non perditur, quam populi multi famant.
Sed populi opinio in rebus corporeis fœlici
tatem collocare videtur: nempe, aut in diui-
tijs, aut in voluptatibus, vt.1. Ethicorum, ait
idem Philoſophus: quippe quas & auidiſsi-
mè cupiunt, & ſolertiſsimè inſectantur: & ele
gantiores in honoribus: ergo in illis beatitu-
do conſiſtit. ¶ Secundo arguitur. Beatitudo
conſiſtit in illo bono, quod optimum eſt, bo
num autem corporale videtur optimũ: quia
quo aliquod bonum cõmunius eſt, eo diui-
nius, vt.1. Ethico. ait Philoſophus: corporale
autem bonum videſ cõmunius q̃ ſpirituale:
nam ſpirituale non conuenit niſi homini ſe-
cundum animam, corporale verò ad alias e-
tiam inferiores creaturas protenditur. Imò
ſpirituale non poteſt eſſe corpori cõmune:
corporale verò poteſt eſſe commune animę,
vtpote quæ de rebus corporeis voluptatem
capit: ergo videtur beatitudo in bonis corpo
ralibus eſſe poſita. ¶ Tertiò ſicut prima cau-
ſa inter efficientes eſt illa quæ in omnes in-
fluit, ita & vltimus finis in quo beatitudo cõ
ſiſtit, eſt illud quod primum omnium affe-
ctum mouet: illud autem eſt eſſe, quod vt ait
Ariſtoteles in viuentibus eſt viuere: ergo bea
titudo hominis cõſiſtit in vita quam totam
ſine ſalute corporis ſeruare nequimus: ergo
in ijs quæ ad corporis conſeruationem atti-
nent collocatur beatitudo. Vnde Eccleſia-
ſtici.30. Non eſt cenſus ſupra cenſum ſalutis
corporis. ¶ In contrarium eſt, q̃ beatitudo
hominis conſiſtit in eo, quod ſibi quatenus
animali rationali, eſt peculiare: & propriũ,
vt.1. Ethicorum. cap.7. ait Philoſophus, quo
ſcilicet cunctis animantibus præſtat, quippe
quibus beatitudo propriè non conuenit: cor
porea verò bona ſunt brutis communia: er-
go in illis beatitudo non conſiſtit.
¶ Primum omnium hoc eſt de nomine ad-
notandum, q̃ hominis beatitudo idem eſt,
quod vltimus eiuſ finis, quo cuncta ſua deſi
deria refert, & in cuius conſecutione cõquie-
ſcit. Quocirca diſtinguí ſolet inter beatitudi-
nem, ſeu fœlicitatem, obiectiuè, & formali-
ter. Obiectiuè nanq; eſt res ipſa, quam ho-
mo poſidere cupit, ſed formaliter eſt ipſa
poſſeſsio. Vt fœlicitas auari, obiectiuè eſt pe
cunia, formaliter verò eius poſſeſsio. Et fœli-
citas guloſi eſt cibus, formaliter verò eſt gu-
ſtatio, qui eſt actus guſtus. Quare obiectum
illud dicitur bonum hominis extrinſecum,
actio verò qua poſſidet, intrinſecũ, & inhæ-
rens homini. ¶ At verò quãuis tam finis vlti-
mi quàm beatitudinis nomẽ promiſcuè pro
vtroq; vſurpari ſoleat, vt tam res, quàm poſ-
ſeſsio dicatur beatitudo, & vtrumq; dicatur
vltimus finis: Deus ſcilicet extrinſecus & vi-
ſio intrinſecus, tamen ad hanc amphibolo-
giam cauendam, ſi nominum proprietatem
obſeruemus, dum ſimpliciter dicimus, vlti-
mus finis, rem ipſam quam conſequi cupi-
mus ſignificamus, ſed dicimus beatitudo,
vbi poſſeſsio rei illius intelligitur. Nam beati
tudo eſt abſtractum huius quod eſt, beatus,
atque adeò nominat inhærentem formam,
qua homo eſt beatus, ſicut albedo eſt forma
albi: finis verò vltimus dicitur bonum quod
propter ſe amamus & cupimus. Quare vlti-
mus finis eſt res quæ nos per ſui poſſeſsionẽ
beat. Igitur cum quærimus in quo beatitu-
do conſiſtat, exploramus rem illam quæ vl-
timus finis eſt, cuius poſſeſsione beamur.
¶ Atqui ſi rem à prima linea exordienda hic
nobis fuiſſet, debuiſſemus ſeriatim per ſingu
la bona corporalia diſcurrere, vt Diuus Tho
mas fecit.1.2.quæſtione.2. nempe vtrùm con
ſiſteret in diuitijs, aut in voluptatibus aut in
honoribus &c. Illa tamen diſputatio ad mo-
ralem philoſophiam ſpectat, & rationibus
naturalibus ſecundum Ariſtotelem. 1. Ethic.
pcedit: & ideo nõ curamus hic peculiariter
de ſingulis illis rebus ſingulos cõſtituere ar-
ticulos. Nihilominus, quia rei etiam Theolo
gicæ præſenti inſeruit, ſummatim hoc pri-
mo articulo cuncta complecti inſtituimus.
¶ Ad quæſtionem ergo vnica concluſionere
ſpondetur. Beatitudo in nulla re corporea
conſiſtit. Bonum enim ſi ratione ſuæ formę,
& naturæ diuidatur, triplex eſt, ſcilicet hone
ſtum, vtile, & delectabile. Honeſtum enim
eſt quod propter ſe eſt expetibile, vt Deus
imprimis, ac ſubinde virtutes. Diciturq; ho-
neſtum, quia honore dignum: quoniã ho-
nor eſt virtutis pręmiũ. Vtile verò bonũ eſt,
quod habet bonitatem ad alterius boni con
ſecutionem accommodam. Vt ſunt medici-
næ reſpectu ſanitatis. Bonum autem delecta
bile eſt quod de rei concupitæ conſecutione
dimanat. Itaque honeſtum bonum, vt vtile
antecedit, ita & delectabile ſubſequitur. ¶ Si
verò bonum ex parte ſubiecti diſcernatur,
tunc alia ratione eſt etiam triplex. Eſt enim
bonum

Partis affirmatiuæ argumentum primum.
Secundũ argumentũ.
Tertium argumentũ.
Pars negatiua.
Beatitudo.
Adnotatio autoris.
Quæſtio ſecunda.
Conclusio.
Triplex bonum.

bonũ animæ, vt ſcientia & virtutes, & bonũ
corporis vt ſanitas, ac bona deniq; externa,
vt pecuniæ & aliæ facultates. Quam vtiq; di
ſtinctionem Ioannes in.1. Canonica inſinua
uit dicens, Omne quod eſt in mundo, aut cõ
cupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia o-
culorum, aut ſuperbia vitæ. ¶ His ergo ſup-
poſitis concluſio hac ratione ſub compẽdio
probatur. Beatitudo hominis, vt nomen ip-
ſum iam à nobis expoſitum admonet, eſt id
quod ab hominibus vniuerſis ſecũdum ſuã
bene inſtitutam naturã, tanquã vltimus eo-
rum finis concupiſcitur: finis autem rei eſt
vel operatio ipſius, nam res eſt propter ope
rari, vel aſſecutio finis vltimi per ſuam opera
tionem: operatio verò hominis propria eſt
quæ à propria forma eius emanat: nam res
per formam, à qua recipit eſſe, habet opera-
ri: forma verò, ppria hominis per quam eſt
rationalis, eſt anima: ergo beatitudo homi-
nis in operationibus animæ conſiſtit, & in
illo vltimo fine quem per illas operationes
conſequitur: nempe in operatione formali-
ter, & in re obiectiuè. Operationes autem a-
nimæ propriæ non ſunt corporales, ſed ſpi-
rituales: ergo beatitudo minimè in rebus cor
poris conſtituitur. Quod ſi arguas, Homo
conſtituitur ex anima & corpore: ergo finis
debet eſſe vtrique commune: ſpirituale au-
tem non eſt commune corpori. Reſponde-
tur, quòd quia corpus eſt propter animam
ſicut materia propter formam, vt ait.2. de a-
nima. Ariſtote. Beatitudo conſiſtit in bono
animæ, quod redundat in corpus. ¶ Secun-
dò, quòd eodem ferè recidit, Beatitudo non
niſi in bono honeſto conſiſtit, quod, vt dixi
mus, per ſe eſt expetibile, quoniam propriũ
beatitudinis eſt animum, omni expleto deſi
derio, quietare, quod non faceret ſi propter
aliud concupiſceretur: bona autem corpora
lia non ſunt honeſta, ſed vtilia, quia vt cor-
pus eſt propter animam, ita & omnia bona
corporis ad animam referũtur, propter quã
condita ſunt. ¶ Tertiò, & id præterea ſic de-
mõſtratur, tam homo quàm angelus ad ima
ginem Dei fuit fabricatus, vt Geneſis.1. legi-
tur: ergo vltimus finis vtrique eſt idem com
munis: beatitudo autẽ angeli eſſe nequit cor
poralis: ergo neque finis hominis. Atqui ra-
tiones iſtæ non ſolum theologæ ſunt, ſed e-
tiam morales ex principijs naturalibus de
promptæ. Quanuis tertia plus theologiæ re
doleat. ¶ Quod verò iſtæ ſub compendio de
monſtrant, aliæ ſigillatim de rebus quibuſ-
cunque creatis oſtendunt. Enimuerò quod
in bonis externis temporalibus nempe diui
tijs & facultatibus, quas Ioannes nominauit
concupiſcentiam oculorum, beatitudo ſita
non ſit, probauit Ariſtoteles ex eo, quòd di-
uitiarum aliæ ſunt naturales, atque aliæ arti
ficiales. Naturales autem exquiruntur, non
propter ſe, ſed ad ſuſtentandam hominis na
turam, & vitam, vt cibus, indumenta, vehicu
la, & cætera. Non ergo poſſunt eſſe vltimus
finis. Artificiales verò, vt nummi, quippe
qui propter naturales expetuntur, multo-
minus ſunt vltimus finis. ¶ Præterquàm, q̃
beatitudo conſiſtit in rei poſſeſsione firma,
& ſtabili: bonum autem diuitiarum non eſt
poſſeſsio, ſed earum vſus & cõſumptio: ſunt
enim bona non per ſe honeſta, ſed vtilia. Ad
de, quòd beatitudo, ſi naturalem rationem
conſulas, debet propria virtutis operatione
acquiri, diuitiarũ aũt comparatio temeritati
potius, atq; aleæ fortunæ ſubdita eſt, quàm
prudentiæ, & virtuti. Quod ſi illud Ariſtote.
obijcias.2. Phyſi. vbi ait quod fœlicitas & for
tuna circa idem eſſe videtur. Reſpondetur,
quòd intelligit fœlicitatem & fortunam ſub
iecto conuenire: nam ſolus homo, qui eſt fœ
licitatis capax, eſt fortunæ ſubiectus: non ta-
men verſantur circa idem obiectum & mate
riam: nam fortuna eſt eorum quæ referun-
tur ad alium finem: eſt nãq; eorum quę acci
dunt præter intentionem finis. Beatitudo ve
rò eſt illius rei quæ ab omnibus amatur & in
tenditur tanquam finis. Obidque fortuna
res eſt à fœlicitate diuerſa. Licet nonnunquã
illi ſeruiat: nam res quæ præter intentionem
accidunt, tum proſperæ tum præſertim ad-
uerſæ conferre quandoque homini aſſolent
ad emendandam vitam. ¶ Iam verò cum bea
titudinis ſit appetitum ſatiare, nulli hoc mi-
nus rei quàm diuitijs conuenit: nam vt Ec-
cleſiaſtici.5. admonemur, auarus non imple-
bitur pecunia. Qua de cauſa quandam infi-
nitatem eius auiditas habet, ratione beatitu-
dini contraria. De vera quippe beatitudine
ait ipſa ſapientia Eccleſiaſtici.24. Qui edunt
me adhuc eſurient: nam quanto perfectius
poſſidetur, tanto eius perfectio ſuauius gu-
ſtatur, atque adeò tanto vehementius amo-
rem ad ſe rapit: diuitiæ verò contra, quo plu-
res poſſidentur eo illarũ inſufficientia euidẽ
tius percipitur, & ideo illis contemptis, aliæ
affectantur. Vnde Ioannis.4. Dominus ait,
Qui biberit ex hac aqua, ſcilicet, ex tempo-
ralibus bonis, ſitiet iterum.

Ioannes.
Primo cõclusio.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Beatitudo ſi diuitijs non conſiſtit.
Fœlicitas et fortuna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In honore nõ consistit. ¶Neque verò in honore, quod est bonum animæ appellatum à Ioan. superbia vitæ cõsistere potest beatitudo. Est enim honor virtutis præmium, qui idcirco non expetitur nisi tanquam virtutis testimonium: hac enim ratione homines à sapientibus honori haberi percupiunt. Quocirca virtus prestantior res est, quàm honor. ¶Præterea beatitudo in potestate hominis saltem per Dei auxilium esse debet: honor autem non est in honorato, sed in honorante, hoc est. In potestate cuiuscunque est per Dei fauorem dignum fieri honore: honorari verò minimè, sed in aliorum potestate. Quocirca, vt supra diximus, præstantior est honoris dignitas, quàm ipsa honoratio. Atque adeò non debemus honorem, vt aiebat Cato, quia vmbra virtutis est, insequi, sed virtutem, vt honor nos subsequatur. Facvirtutẽ solem esse. *Optima similitudo.* Versus virtutem ire perge, & te fugientem persequetur vmbra, sicuti illum, qui versus solem graditur. At si terga virtuti vertas, quã tumuis honorem insequaris, nunquam legitimum consequeris, sed vanum. Obidque verus honor, qui expeti à nobis debet, est ille quem Dominus Lucæ. 12. suis dilectoribus pollicitus est. Quicunque me confessus fuerit coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.

In voluptatibus non cõsistit fœlicitas. ¶Multo autem minus collocanda fœlicitas est in bonis corporis, nempe, in voluptatibus, quas Ioannes nuncupauit concupiscentiam carnis. Oblectatio nanque non est per se bona, sed alteri bono tanquam accidens, adiuncta ad alliciendum affectum. Delectatio inquam ciborum non est per se bonum, sed nutritio, cui sagax natura delectationem adiunxit propter illius necessitatem. Delectatio ergo, vt. 1. & 10. Ethicorum, autor est Philosophus, non est per se aut bona, aut mala, sed id à re illa sortitur, ad quam consequitur. Vt si cibatio est iusta & bona, delectatio erit laudabilis, sin minus, vituperio digna. Igitur bonum illud à quo voluptas bonitatem sortitur præstantius est ipsa. Quare in voluptate non potest beatitudo consistere, & longè minus in voluptate sensus. Nam bonum quod sensu percipitur, non est perfectum hominis bonum: vtpote cuius propria species sit esse animal rõnale, quod vtiq; habet ab anima. Ex quo fit quod bonũ corporis non attingit hominis perfectionẽ: atq; adeò sensibilis voluptas multũ ab hominis fœlicitate degenerat. Quapropter eos, qui in honoribus fœlicitatem collocabant, elegãtiores appellauit Philosophus: nam sensualis voluptas cum brutis animantibus cõmunis est homini. ¶Tres istas sectas absurdas visus est profligasse Christus dñs Matthæi. 5. *Matth. 5.* quasi mundus totus eis esset imbutus, vt legi suę viam sterneret. Beati pauperes spiritu. Beati mites. Beati qui lugent. Acsi dixisset. Tantum abest, vt beatitudo in ijs bonis quę mundus admiratur, sit collocanda, vt in eorum prorsus abiectione sit posita. ¶Neque *In gloriam consistit beatitudo.* verò beatitudo consistit in gloria aut fama humana. Gloria enim, vt ait Ambrosius, est clara cum laude notitia: at verò notitia humana, quia sumitur à rebus apparentibus, fallax est, & ideo dicitur vana, sed pendet nostra fœlicitas ex notitia Dei, quæ cũ sit causa rerum non fallit. Quare illa est vera gloria nostra, quòd merita nostra per eius gratiam nobis comparata, & ipse laudet, & alijs manifestet. Iuxta illud psal. Eripiam eũ, & glorificabo eum. ¶Colligamus ergo in bonis cor- *Epilogus.* poralibus non consistere beatitudinem: imò quatuor habere qualitates beatitudini contrarias. Est etenim vera beatitudo, summum bonum, quod ideo nullum secum compatitur malum: estque per se sufficiens, quæ idcirco nullius extrinsecus indiget. Est pręterea perfectum bonum quod propterea nulli potest nocere. Atque adeo comparatur ex principijs ipsius beati diuinitus adiuti. Bona verò temporalia, & multa habent sibi mala permixta, neque vllum illorum per se sufficit, imo neque omnia simul, & crebro ipsis possessoribus sunt perniciosa, ac demum extrinsecus nobis obueniunt. Fit ergo ex his consequẽs neque beatitudinem hominis in aliqua operatione corporali consistere neque eius vltimũ finem aliquam rem esse corporalem.

¶Ad primum igitur capitale argumentum *Solutio primi argumẽti.* respondetur, non semper multorum opinionem esse in totum veram, sed in partem. Populi autem opinio huic nititur syllogismo. In eo cõsistit fœlicitas quod optimum est: bona autem temporalia sunt optima. At qui in istarum priori præmissa non fallitur, quia id natura magistra vniuersi docti sunt: in illa tamen subsumpta æstimatione, nil minus si vulgus fallatur, eo quòd sensu de rebus iudicat. ¶Et eadem ratione soluitur argumẽtum fieri solitum. Id enim videtur esse summum bonum, quod prius concupiscitur: & tamen ab amore rerum corporalium

lium incipit affectus noster, & inde, vt ait Gregorius ad amorem inuisibilium manu ducimur. Sed negatur inde consequi esse summum, aut præstantius: sed quoniam cognitio nostra, vt. 1. Physicorum habetur, ab vniuersalioribus inchoatur, fit vt quod primum amamus, sit in genere id quod nobis videtur optimum: ob idque primum omnium amamus nos ipsos deinde corporalia quæ ad nostram conseruationem & quietem attinent. Sed tamen inde assurgimus ad spiritualium amorem, quæ cognoscimus esse perpetua & *Alius secũdus argumẽtum.* ad animam propriè pertinere. ¶Ad secundum respondetur, quòd bonum corporale est quidem communius in genere per prædicationem: tum quod corporalia plura sunt quàm mere spiritualia: tum quod & corporalia etiam ab angelis cognoscuntur: spiritualia verò non percipiuntur sensu. Sed tamen si loquamur de re vna singulari, res spiritualis est bonum communius per participationem & continentiam plurium bonorum. In re enim spirituali virtute continentur corporalia vt in speciebus ad intelligendum, & in affectu ad amandum. Et omnium potissimum in Deo quia eminenter continet omnia, ac perinde est finis omnium supremus. Et eadem ratione virtus quæ est res spiritualis se extendit ad corporalia quantum ad finem suæ operationis: per virtutem siquidem temperantiæ & fortitudinis homo se protegit à nocumentis etiam corporum, quia omnia illa sunt materia virtutis: sed tamen finis intentionis, quo virtus tendit & in quo homo quietatur, non est nisi bonum animæ, quæ nobilior est corpore.

Tertius argumẽt. ¶Ad tertium denique respondetur, quòd esse simpliciter acceptum præstantius est rebus cæteris vniuersis: quia omnia fundantur in esse rei: sed tamẽ esse participatum in hac vel illa re particulari, vt esse hominis in corpore, licet sit præstantius rebus alijs corporalibus, non tamen est perfectius, quàm esse spirituale, quod in Dei possessione & contemplatione consistit. Vnde Dionysius capitu. 5. de diuinis nominibus. Esse inquit est melius quàm viuere (quia vniuersalius) sed viuentia sunt meliora existentibus: & intelligentia viuentibus sine intellectu.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm beatitudo consistit in aliqua operatione.

DVO ex superioribus habemus collecta, & definita, nempe finẽ vltimum hominis non esse bonum aliquod corporale, neq; verò eius beatitudinem in operatione eius corporali consistere, vnde fit consequens quod sit bonũ animæ: sed restat explorare, Vtrùm beatitudo, saltem in aliqua consistat operatione, secũdum sensum, voluntatem, vel intellectum. Et arguitur à parte negatiua. Ait Paul. ad Rom. 6. Habetis fructum vestrũ in sanctificatiõe, finem verò vitam æternã: vita aũt non est operatio, sed ipsum viuentiũ esse: ait enim. 2. de aĩa. tex. 37. Philosophus q̃ viuere viuẽtibus est esse: ergo beatitudo nõ consistit in operatione. ¶Secũdò. Boetius. 3. de consolatione. Beatitudo, inquit, est status omniũ bonorũ congregatiõe perfectus: status aũt nõ dicit operationẽ sed esse. Quod si operationẽ includeret, cõprehẽderet etiã sensitiuã, à qua intellectiua dependet, & per quã multa cognoscimus, sine qua ideo non posset omnium bonorũ congregatio consistere: sensitiua autem cognitio cum sit temporalis, non potest ad essentiam beatitudinis pertinere. ¶In contrariũ verò est illud Arist. 1. Ethi. cap. 7. quod fœlicitas consistit in operatione secundum virtutem.

Partis negatiuæ argumẽtũ primum.

Secundũ argumẽtum.

Pars affirmatiua.

¶Ad quæstionẽ tribus cõclusionibus rñdet. Prima. Beatitudo cõsistit in aliqua operatione. Ad cuius intellectũ illa semper habeatur pręoculis supra explicata distinctio inter vltimũ finem, & beatitudinẽ, q̃ beatitudo sit assecutio vltimi finis: & ideo si quis interroget. Vtrũ beatitudo hoĩs consistat in aliquo bono creato, & consistere in aliquo bono dicat rõnẽ obiecti, in quo homo quietat, quem sensum in rigore facit eiusmodi propositio, negatiue respondendũ est, vt. 1. 2. q. 2. artic. 8. respõdet D. Tho. quoniam illud bonum in quo beatitudo sic consistit est vltimus finis, atq; adeò Deus. Vnde Augu. 19. de ciui. Dei. Vt vita, inquit, carnis anima est, ita beata vita hominis Deus est, de quo dicitur. Beatus populus cuius dominus Deus eius. Nihil enim voluntatem quietare valet, eiusque desideria plene complere, nisi sit bonum vniuersale quod est proprium voluntatis obiectũ: bonum autem vniuersale, omnia bona continens, quæ affectari possunt, solus Deus est. Quando ergo dicimus beatitudinem in operatione consistere loquimur in sensu (vt aiunt) identico: nam beatitudo est ipsa operatio, qua homo formaliter est beatus.

Prima conclusio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Probatio cõclusionis. ¶Probatur ergo in hoc sensu conclusio, scilicet, quòd beatitudo sit operatio hominis. Est enim in homine considerare primum omnium, esse & vitam, & præterea in anima potentiam, habitum, & actum, vt.2.Ethicorum ait Philosophus: beatitudo autẽ non potest esse nisi operatio. Quod sic probatur. Beatitudo est vltima hominis perfectio: nihil autem perficitur quatenus est in potentia, sed quatenus est in actu, quippe cùm potentia sine actu imperfecta sit: quoniam vt.2.de cœlo tex.17. ait Philosophus vnumquodque cuius est aliqua operatio fit propter eius operationem, vt cœli sunt propter generationem & oculus propter visionem: consistit ergo beatitudo in actu hominis. *2.de aĩa. actum.1.et.2.* Philosophus autem.2.de anima, text.2.&.5. duplicem actum ponit in anima, nempe habitum, & actum. Habitus verò non est purus actus, sed medium quid inter potentiam & actum, nempe perfectio potentiæ ad operandum: sed quia per habitus denominamur sapientes, studiosi, prudentes, &c. appellauit habitum, actum primum: operationem verò, actum secundum. Igitur si perfectio rei in actu consistit, necesse est, vt vltima perfectio consistat in vltimo actu. Quo enim domus cum ædificatur plus habet de actu, eo forma domus perfectior est, & quo fœtus in vtero plus habet de vita. Quocirca Aristoteles.1. Ethico.cap.7. fœlicitatem in operatione collocauit, quę est secundum virtutem. ¶Quod si arguas, Bonum quò diuturnius, vt.1. Ethicorum habetur, eo perfectius, habitus diuturnior est actu, ergo perfectior atque adeò in ipso consistit beatitudo. Ad primam præmissam respondetur cõparationem faciendam esse in eadem specie, vt.10.Metaphysic.textu.13. ait Philosophus: habitus verò & actus sunt diuersæ speciei: & ideo quia cætera non sunt paria, habitus nõ est perfectior: quoniam est propter actum. Præsertim quòd actus beatitudinis, vt infra videbimus, est magis diuturnus: nempe perpetuus. At verò cum operatio, vt.9.Metaph. ait Philosophus, duplex fit: vna scilicet transiens, vt vrere & siccare, quæ in externam transit materiam, atque altera permanens, *Beatitudo est actio immanens.* vt intelligere & velle, beatitudo non potest esse illa transiens: quippe cum non sit forma perficiens subiectum, sed perficiens opus effectum. Est ergo operatio permanens. Omnis quidem operatio perficit operantem: illa verò quæ transit in exteram materiam, vt ædificatio, perficit quidem operantem in ratione finis ipsius artis: sed permanens perficit ipsum in ratione formæ, vt amor & cognitio, in qua ergo consistit beatitudo. ¶Eadem conclusio demonstratur apud Aristotelem loco proximè citato.9.Metaphy.textu.15.&.16. ex eodem principio, quod res est propter suam operationem: vnde concludit fœlicitatem esse vitam, quæ consistit in operatione perfectissima. Idemq; concludit.10.Ethi.c.7.&.12.Meta.tex.39. Hæc aũt conclusio perspectior fiet articulo proximo inter disputandum de visione beatifica, vtrùm sit operatio ipsius intellectus. ¶Secunda conclusio. *Secunda cõclusio.* Operatio sensitiua siue sit potentiæ apprehensiuæ, siue appetitiuæ, non potest esse beatitudo: quanuis sit beatitudinis accidentaria. Tripliciter nanque ad beatitudinem quippiam attinet. Nempe, aut essentialiter, aut accidentaliter, aut consequenter. Atqui essentialiter operatio sensus beatitudo esse nõ potest. Beatitudo etenim nostra, vt dictum est, consistit in consecutione vltimi finis, qui vt modò dicebamus, est bonum increatum, nempe Deus. Sensu autem, quippe, qui materialis est, nequimus Deum, purissimum actum percipere, atque adeò neque ipsum appetitu sensitiuo concupiscere. ¶Sed contrà. Contritio nonnunquam sensu percipitur: adeò, vt & lachrimas exprimat, ergo appetitu sensitiuo timere possumus Deum atque adeò aliquo modo amare. Respondetur, quod sensu non possumus Deum videre, vt quæstione tertia monstrabitur. Sed nihilominus suppositа cognitione intellectus abstractiua Dei potest sensus interior: nempe æstimatiua aliquam rationem amicitiæ vel timoris Dei percipere sicut auicula & matris amicitiam & lupi inimicitiam percipit. Et per illam potest appetitus dolere vsque ad lachrimas. Possunt præterea operationes sensus beatitudinem tum antecedere, tum etiam subsequi: quoniam in hac vita intellectualis cognitio à sensu proficiscitur, quare per hæc visibilia, vt ait Paulus inuisibilia Dei contemplamur. Et corporibus per resurrectionem resumptis, vt ad Dioscorum, ait Augustinus, fiet in æterna beatitudine quædam redundantia beatitudinis animæ in corpus, & in corporeos sensus, vt quæstiõe.5. peramplius explicabitur. ¶Fit ergo ex hac proxima conclusione consequens beatitudinem in operatione dunta xat secundum animæ partem rationalem, nempe

Tertia conclusio. nempe intellectum & voluntatem consistere. Adhibetur nihilominus, Tertia conclusio. Beatitudo non cõsistit in operatione hominis, quæ in hac vita caduca haberi potest. Probatur. Beatitudo est vltima hominis perfectio: ergo vnicuiq; secundum modum suæ naturæ, quo perfici potest, contingit. In Deo nanque, quia esse & essentia & operari idem ei sunt, beatitudo est eius essentia, neq; alio quam se ipso fruitur, sed alia propter se ipsum diligit. Angeli verò per vnicam operationem qua Deo coniunguntur fiunt beati: per illam nanq; operationem qua se cũ Deo per eius gratiam coniunxerunt meruerunt beatitudinem, quam in termino illius operationis adepti sunt. Quare in via vnicum tantum habuerunt meritorium actum. In homine verò, quia diutius est in via, multę sunt operationes quibus sempiternam beatitudinem promeretur: nulla tamen eius esse potest beatitudo. Fœlicitas nanq;, vt Aristote.1.&.10.Ethicorum, autor est in duas distinguitur: altera enim est actiua quæ cõsistit in operatione secundum virtutem, atq; altera speculatiua, quam in contemplatione substãtiarum separatarũ, collocauit. Haud em̃ naturali duntaxat lumine affulsus ad veræ notitiã beatitudinis pertingere valuit, quæ in intuitiua Dei contemplatione cõsistit. ¶At verò quod in hac vita neutra esse valeat perfecta, atq; adeò nec rationẽ induere beatitudinis, inde constat quod cõtinua esse nequit, neq; firma & stabilis: qm̃ necesse est, tum sopore, tum & alijs officijs, quibus interdum vacare necesse est, interpollari. Neq; cõtemplatio euidẽs esse põt, quia neq; Deum, in quo beatitudo consistit, præsentem habemus. Quocirca Philosophus.1.Ethico. Beatitudinẽ huius vitæ, imperfectam censuit, neq; nos simpliciter beatos efficere, sed beatos vt hoĩes: nempe qua ratione esse possumus in hac vita fœlices. ¶Contẽplatio verò proprius verę beatitudini appropinquat, quę erit in cœlo: qm̃ fœlicitas secundum virtutem moralem, tum circa res corporeas & temporarias sępè versatur: tum præsertim in plures operatiões dispergitur, neq; in altero seculo eius necessitas perdurabit. Attamen contemplatio: & dignissimæ potentiæ est, nimirũ intellectus, & obiectorum magis nobilium, scilicet rerum spiritualiũ. Et est actio magis vna, quia veritatis speculationi incumbit. Vnde Christus Martha solicitaes, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Et quandã habet perpetuitatis imaginẽ, eo quod in promptu semper homo habet contẽplationis materiam: & si quando illam somno vel alia recreatione interrũpit, id facit, vt organa vegetiora sint & animus plus ad ipsam instauranda vigeat. Nihilominus quanuis contẽplatio genere suo & obiecto excelsior sit, tamẽ proximorũ necessitas sępissimè efficit, vt officia actiuæ vitę sint cumulatioris meriti. Veram ergo beatitudinem in vnica Dei presentis contemplatione consistere necesse est.

Solutio primi argum. ¶Ad primum igitur argumentũ rñdetur, q̃ vita vno modo accipit pro eo, quod est esse viuentis: & sic beatitudo non est vita, nisi in Deo, cuius esse est operari. Sed alio modo accipitur pro operatione: sicut diuiditur in actiuam & contemplatiuam: & dicimus viuere sapientis est studere. Et isto modo beatitudo est vita iuxta illud Ioan.17. Hæc est vita ęterna vt cognoscãt te verum &c. vt illico explicabimus. Et ideo Paul. contulit meritũ cum *Rom.6. Habetis &c.* præmio dicens. Habetis fructũ &c. quoniã in hac vita per opera ex fide & gratia per liberum arbitriũ germinantia debemus sanctificare, hoc est purificare cor. Et illi sunt spirituales fructus: iuxta illud, ad Galatas.5. Fructus spiritus sunt charitas pax gaudium &c. Atq; hoc pacto promeremur præmiũ, quod est vita æterna. Vnde Matth.5. Beati mundo corde, qm̃ ipsi Deum videbunt. ¶Ad secundum respondetur Boetium nil aliud docere *Solutio secũdi argumẽ.* voluisse quam beatitudinem esse bonũ perfectum atq; omniũ bonorũ complementũ: obidq; operationẽ illam per quã illud bonũ possidetur appellauit statum. Sed tamen de essentia illius nõ est operatio sensus: sed hoc probat argumentum quod operatio sensus antecedit subsequitur que beatitudinem. Vt in secunda conclusione expositum est.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm beatitudo sit potius intellectus quam voluntatis operatio.

Vtrusque rem hactenus deduximus, quod beatitudo est actus animę secundum partem rationalem. Subsequitur ergo indagatio inter duas potẽtias rationales, quæ sunt intellectus & volũtas, in cuius illarũ actu consistat. Et arguit, quòd in *Partimega tiua argumẽtum primum.* actu voluntatis, Beatitudo hominis, vt.9.de ciuita. Dei, ait Augu. in pace consistit: iuxta illud Psal. Qui posuit fines tuos pacẽ: pax autem in

Universidad de Deusto Biblioteca

tem in voluntate consistit: nam est charitatem consequens: secũdum illud, Ad Gala.5. Charitas gaudium pax, &c. ergo beatitudo consistit in actu voluntatis. ¶Secundò. Beatitudo est summum bonum: sed bonum est obiectum voluntatis: ergo beatitudo est eius operatio. ¶Tertiò. Beatitudo, vt nomen insinuat, est operatio omnium nobilissima: hæc autẽ est charitas: iuxta illud. 1. ad Corinth. 13. Horum autem maior est charitas: ergo in illa beatitudo consistit. ¶In contrarium est illud Ioannis. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum: vita nanq; æterna est finis vltimus vbiq; in euãgelio, tanquam summum præmium nobis propositus: ergo beatitudo hominis in cognitione Dei consistit, quæ est actus intellectus.

Secundũ argumẽtum.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶Quæstio hæc multum est in Scholis celebrata atque eam ob rem compluribus opinionibus frequentata. Sunt enim tria in vera beatitudine coniuncta, nempe visio Dei, qui vltimus est finis noster, & eiusdem Dei amor, ac demum delectatio, quæ inde consequitur. Vnde opiniões quot modis possunt variantur: adeò vt sint quinque. Quidam enim dicunt in nullo illorum actuum beatitudinem consistere, sed in omnium aggregatione. Alij in delectatione. Atque alij in amore, & alij in cognitione. ¶Prima opinio fuit Henrici Gandensis quam Scotus distinctione præsenti quæstione. 1. refert ex eius, quodlib. 13. quæst. 12. Commentus enim ille fuit nescio quam meditationem, quæ olim fuit celebris: nempe, quòd beatitudo consisteret in quadam circumincessiõe, & illapsu Dei in essentiam animæ beati, ad modum quo ignis circumincedit illabiturq; in essentiam candentis ferri, quod transformatur in ipsum. Qui quidẽ illapsus fiebat ex vi amoris. Nam vt Diony. capit. 7. de cœlest. hierar. contemplatur, amor est virtus transformatiua & conuersiua amantis in amatum: quasi à se exeat & in alio esse incipiat: iuxta illud euangelicũ, vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum. At quia creatura non potest naturæ diuinæ illabi, è conuerso Deus ipse & beatum diligens, & ab ipso dilectissimus, per illum amoris feruorem fit tãquam ignis, quo inflãmatus beat⁹ fit sicut Deus. Quapropter secundum illum doctorem beatitudo nõ est operatio perficiens potentiam, sed illapsus Dei primò perficiens essentiam, atque inde redundans in potentias. Tametsi illapsusile per operationem fiat voluntatis. ¶Et probabat suam opinionem primo, quòd cùm beatitudo sit nobilissima perfectio, debet in nobilissimo subiecto recipi: essentia autem animæ perfectior est quàm potentia. ¶Secũdò. Quia cùm beatitudo sit vltima perfectio rei, debet esse perfectissima coniunctio beati & beantis: perfectissima verò coniũctio fieri non potest per operationem, cum sit accidens, alioqui beatitudo esset accidentaria: ergo debet illa coniunctio fieri per essentias ipsas, vt Deus essentię beati illabatur, quam in se transformet. Item, quia gloria quæ est beatitudo est gratia cõsummata: gratia autem, vt Sanctus Thomas docet, est in essentia animæ, gratum reddente Deo. Et potissimè arguitur. Beatitudo nostra consistit in vltimo fine, qui est Deus, & non in aliquo accidente: ergo nõ erimus beati quousq; ipse Deus sit nobis per essentiam coniunctus, & non per operationem. Et ideo philosophi, aiebat Henricus, quia non cognoscebãt rationem veram beatitudinis consistere in Deo, ipsam in operatione collocabãt. ¶Hæc autem opinio licet quandam præ se ferat imaginem veri, quia certè ita est, quòd amor quodammodo transformat amantem in amatum, illa tamen transformatio non est, quia vnum simpliciter fiant, sicut ex materia, & forma fit suppositum, sed quia amor infigit amantem in amatum: & ideo per metaphorã dicitur, & exaggerationis causa transformatio. Quare illa cõiunctio non põt esse immediatè per essentias, sed per illam amoris actionem. Illo enim pacto ait Christus Ioan. 17. pro eis, qui crediturí sunt in me rogo: vt omnes vnum sint. Sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Non enim rogabat, vt essemus vna essentia cum Deo, sicut filius est cum patre, sed q̃ quemadmodũ pater, & filius se mutuo amore diligunt, ita & nos semper essemus cum ipsis per amorem conglutinati. ¶Potissima ergo reprobatio opinionis est, quòd illa circumincessio, & illapsus per essentiam nõ est intelligibilis: duæ enim essentiæ nunquàm fiunt vna nisi per infirmationẽ, quod Deo est impossibile, neq; immediatè coniunguntur, nisi per vnionem hypostaticam, qualis fuit in Christo. ¶Et ideo bene arguit Scotus. Deus cùm sit beatis præsens non aliter se habet q̃ prius, si essentiam vtrinsque consideres: ergo non potest coniunctio aliter intelligi, quàm per operationem, seu intellectus seu voluntatis, quę ideo operatio

Tria in beatitudine.

Quinq; opiniones.

Henrici prima opinio.

Reprobatio opinionis.

Ioannis. 17.

Secundũ argumẽtum.

operatio erit forma creaturæ qua fit beata. ¶Item, in creatura non potest Deum, vt formã recipere à quo ipsa denominetur beata, quia Deus non est in subiecto receptibilis, ergo recipit eum per accidens, scilicet per operationem qua ei coniungitur. ¶Postremò arguitur Deus ipse, quãuis sit beatus per suam essentiam, ratio tamen est, quia essentia, & operatio, nempe comprehensio, qua se comprehendit, sunt idem, atque adeò ratione saltẽ differt beatitudo ab essentia: ergo in creatura, similiter beatitudo est eius operatio. ¶Quod si arguas. Ergo anima facit se beatam. Negatur consequentia. Si intelligatur, vt tota aut prima causa: quia non potest illam operationem, nisi Deo autore elicere, iuxta illud Psalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Præterea, ipsa sibi videtur opinio contradicere, dicens illapsum fieri per amorem, & nihilominus prius fieri in essentia. ¶Ad eius ergo primum argumentum respõdetur, quòd etsi beatitudo sit nobilissima perfectio, tamen quia formaliter accepta, nõ est nisi operatio, non potest primum recipi in essentia, sed in nobilissima potẽtia, quam infra monstrabimus esse intellectum. ¶Et eodem pacto respondetur ad secundũ. Conceditur nanque beatitudinem esse coniunctionem perfectissimam cum vltimo fine, possibilem tamen: non aũt est possibilis nisi per operationem. ¶Ac perinde conceditur quòd beatitudo nostra consistit in vltimo fine, qui est Deus tanquam in obiecto: formaliter tamen in operatione perfectissima qua nobis coniungitur. ¶Secunda opinio est Ricardi distinctione præsenti articu. 1. quæst. 6. quòd beatitudo consistit complexim, & aggregatim in actu intellectus, simul, & voluntatis. Quocirca nominales, vt Maioris quæstione. 3. dicit, quòd beatitudo accipitur dupliciter, vno modo collectiuę, & sic consistit in aggregato visionis amoris & delectationis: & alio modo diuisiuè, quo pacto in quo libet illorum actu consistit: nam, vt ait quæstione. 5. tanquam problema sustineri potest quòd actus intellectus sit præstantior vel actus voluntatis. ¶Durandus verò quæst. 4. ait q̃ si beatitudo accipiatur pro eo quod omnem beati perfectionem includit, supponit aggregatiuè pro omnibus perfectionibus animæ & corporis quæ sunt in ipso, iuxta illud Augustini. 13. de trinit. capit. 5. Beatus est ille qui habet quicquid vult & nihil mali vult. Et iuxta illud citatum Boetij. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Si autem accipiatur pro eo, quod est omnium optimum, beatitudo est visio. ¶At verò iste modus loquendi de aggregatione, quanquam prima facie quidpiam referat claritatis, non tamen neruum rei attingit. Nomine enim beatitudinis non nisi coniunctio cum vltimo fine designatur: quapropter vnicam nominat, eandemque consummatissimam operationem, qua quidem vnica actione omnia beatus possideat, quæ vult, quia in ipsa omnia aggregãtur bona. Enimuerò, vt rerum omnium vnica est operatio, qua cum suo fine coniungitur, vt descensus grauis, & ascensus leuis, & ignitio ignis, & visio oculi, &c. Ita & vnica esse debet actio, per quam homo suum vltimum finem possideat, quæ idcirco eius sit perfecta per essentiam beatitudo, cui actiones aliæ sint annexæ: atque hæc est quam indagamus. Ineptum est ergo dicere, quòd beatitudo consistat in plurium aggregatione.

Tertiũ argumentũ.

Argumen tum.

Solutio argumentũ.

Reprobatio opinionis.

Secunda opinio.

Durandus.

¶Tertia opinio fuit Aureoli, qui collocauit beatitudinem in gaudio, & delectatione. Ait quippe Augustinus. 10. confess. capit. 1. quòd beata vita est gaudium de veritate. Et re vera opinio hæc nonnullum habet probabilitatis colorem: quia beatitudo videtur esse quies beati, & fructus eius vltimus, gaudium autem est vltimum, quod consequitur ex visione, & amore, in quod ideo beatus quiescit in Deo viso & amato, atque adeò est fructus quem ex illa visiõe capit. ¶At verò Scotus quæstione. 4. ait beatitudinem consistere in amore, qui est actus voluntatis, quem ipse putat esse fruitionem: obidque occasione ab eodem doctore sumpta solet quæstio de his terminis proponi. Vtrùm beatitudo consistat in visione, an verò in fruitione. At verò Diuus Thomas & antiqui non interrogant, nisi vtrũ cõsistat in actu intellectus, an verò in actu voluntatis, & sic certè est disputandum: nam de fruitiõe, qui nam actus sit, alia est quæstio. Et ideo nos claritatis gratia in duas quæstiones eam partiti sumus. ¶Ad præsentem ergo vnica conclusione respondetur, quæ est Sancti Thomæ. 1. 2. quęstiõe. 3. artic. 4. Beatitudo est actus intellectus: nempe, visio Dei. Ait quippe, quòd essentia beatitudinis in actu intellectus consistit, sed ad voluntatem pertinet delectatio beatitudinem consequens. Quod dialecticorum more sic explicare possumus. Nomen beatitudo supponit pro visione connotando amorem

Tertia opinio.

Quarta opinio Scoti.

Principalis conclusio.

Beatitudinis explicatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem & delectationem: est enim visio Dei quē amamus, quam delectatio consequitur. Probat. Primo sententia illa Christi citata, hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c.

¶Hunc tamē locum sic cauillatur Scotus dicens, quòd illic non accipiatur vita æterna pro vita beata, hoc est, pro vita in qua consistit beatitudo, sed est sensus, quòd cognitio Dei est quædam vita quæ nunquam finitur, sed in perpetuum durat. Philosophus nanq; 12. Metaphysi. text. 39, ait quòd cognoscere est viuere, & ideo si cognitio est ęterna, qualis est Dei visio, erit vita æterna, non tamen inde sequitur, quòd illa sit beatitudinis essentia. ¶Hanc tamen interpretationem, vt cum bona venia egregij doctoris loquamur, textus non gratanter admittit: eadem enim ratione dānatorū cognitio, quippe quę perpetua est, diceretur vita æterna. Adde, quòd Christus non simpliciter dixit, vt cognoscāt te, sed vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, vbi Deum ipsum qua ratione est finis noster, expressit, vt explicaret cognitionem illam esse perfectissimam cum illo cōiunctionem, tanquam cum vltimo fine. Et ideo adiecit, & Iesum Christum: qui inquātum Deus est eiusdem beatitudinis obiectum, & inquantum homo causa & medium ipsius consequēdæ.

¶Sed quid pluribus opus est? Nomine enim vitæ æternæ, vbicunq; in euangelio memoratur, designatur summum illud præmium cultoribus Dei, primo positum, quod à morte inferni distinguitur. Iuxta illud Pauli ad Romanos. 6. Stipendiū peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Vnde Matthæi. 16. Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Et infra, qui reliquerit patrem aut matrem &c. Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et Marci. 9. Bonum est tibi claudum intrare in vitam æternam, quàm duos habentem pedes mitti in gehennam ignis. Et Ioannis. 3. Vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Vnde ante illa citata verba apud Ioannem, ait Christus, Clarifica, filium tuum, &c. vt omne, quod dedisti ei det eis vitam æternā. Hæc est enim vita æterna, &c. Ecquis ergo colore vllo ambigere valeat, quin illic vita æterna pro æterna beatitudine vsurpetur?

¶Aliter tamen solent Scoti discipuli locum illum interpretari, vt à sensu sancti Thomæ illum diuertant: nempe, quòd ibi cognitio nō accipiatur pro visione beatifica, sed pro cognitione fidei, quæ dicitur vita æterna, eò quòd sit primum fundamētum quo itur ad vitam ęternam. ¶At verò cum nulla illic fiat cognitionis restrictio, sed simpliciter Christus dixerit, vt cognoscant, planè denotauit totam Dei cognitionem, quæ est vita æterna. Illa etenim vita hic incipitur per ęnigmaticam fidei cognitionem, & in patria perficitur, & consummatur per visionē, & nihilominus est vna, nisi quod in hoc seculo non est confirmata. Nam vita gratiæ quę hic fundatur in fide, suapte natura & ingenio, nisi nostra obstet culpa, perpetua est: quippe quæ neque per corporis mortem interrumpitur, sed permanet in anima, in qua loco fidei succedit visio, eādem perpetuans vitam. Dicens ergo Christus, hæc est vita æterna, vt cognoscant te, non solam fidem, verum & præcipuè visionē significauit, per quā Christus clarificaturus est patrem, cum offerat ei in patria beatorum regnum, quod hic acquisiuit, nempe sponsam suam ei reddens sine macula & sine ruga, qualis vniuscuiusq; anima de fonte baptismatis resurgit. Quocirca Augustinus libr. 1. de trini. Et Magister sententiarum, in hoc sensu tanquam certissimo & receptissimo tractant hunc locum de vita æterna. ¶At verò ratione Sancti Thomæ profectò conclusio planè dilucidata, constabilitur, quæ est hæc, Beatitudo (quod nemo negare potest) est consecutio vltimi finis, qua scilicet Deum possidemus & comprehendimus iuxta illud. Matthæi. 25. Venite benedicti patris mei possidete regnum. Et secundum illud Pauli. 2. ad Corinthios. 9. Sic currite, vt comprehendatis: Deum autem non per actum voluntatis, sed per visionem consequimur, possidemus, & tenemus. &c. ergo visio est beatitudo. Probat minor. Voluntas fertur in finem, & absentem, dum ipsum desiderat, & præsentem dum in ipso quiescens delectatur: desiderium autem finis absentis constantissimum est, non esse finis consecutionem, sed motum in ipsum, quod idcirco desiderantem cruciat: delectatio verò quæ habetur, dum finis est præsens non pōt esse eius cōsecutio: imò potius illū iam obtentum & possessum supponit: non enim finis possidetur ex eo, quòd delectat, sed ex eo potiùs quod possidetur, delectat: non ergo consecutio finis est actus voluntatis. Ex quo fit vt sit actus intellectus.

¶Hæc tamen ratio Sancti Thomæ nonnullis videtur lubrica, & manca, quia cum de solis desi-

Scotus.

Improbatio opinionis.

Vita æterna.

Alius cauillus.

Redargutio.

Ratio sancti Thomæ.

Impugnatio.

lis desiderio & delectatione probet non esse consecutionem finis, infert consecutionem non esse actum volūtatis: & tamen deberet probare non esse amorem Dei præsentis, in quo eā Scotus constituit. Veruntā si ratio penitius inspiciatur, est profectò efficacissima. Supponit enim quòd actus voluntatis, qui est amor, cum sit indifferens ad rem præsentem & absentem: non est rei cōprehēsio: quia consecutio rei est actus per quem res habetur præsens: & ideo excluso desiderio, quod est rei absentis, si aliquis actus voluntatis deberet esse assecutio Dei, ille deberet esse delectatio, quæ non est nisi rei præsentis: cum ergo illa non sit, fit vt neque vlla voluntatis operatio sit finis adeptio & possessio. ¶Sed arguis. Pariter cognitio Dei est indifferens ad absentem & præsentem, & nihilominus per cognitionem consequimur Deum. Respondetur, id verum esse de cognitione in genere, tamen visio non est indifferens: sed natura sua est rei præsentis: imò Deus per visionem fit præsens, atque adeò apprehenditur. ¶Et per hoc confirmatur superior ratio. Si aliquis amor esset consecutio Dei, maximè esset ille qui est rei præsentis: ille autem præsupponit iam Dei præsentiam per visionem: ergo visio ipsa per quam Deus fit nobis præsens, est Dei assecutio, apprehēsio, & tentio. Imò amor, vt dictum est, idem erat licet non tam firmus antea rei absentis, visio verò minimè. Itaque idem argumentum, quod probat de delectatione, probat & de amore, quod non sit consecutio Dei. Obiique Diuus Thomas. 3. contra gent. cap. 26. vtrunque probat, sed in summa quia vtrūq; idem erat omisit, tanq; superfluum de amore multiplicare argumenta. Quin verò, quia non suspicabatur aliquem constituere finis consecutionem in amore. Nam, vt aliud instruamus argumentum, profectò quāuis deberet beatitudo in actu volūtatis constitui, non esset in amore collocanda, sed in delectatione, quæ est visionis fructus, atq; adeò fruitiōis terminus, vt illico art. pximo monstrabimus: est ēm frui voluptatē de re obtenta captare. ¶Sed ait nihilominus Scotus, ꝙ beatitudo non consistit simpliciter in amore, sed in amore Dei visi. At verò pfectò tantum est dicere, in amore Dei visi, acsi dicas in amore Dei habiti, vt præsentis, non ergo amor est actio, per quam Deum habemus, sed illa visio quæ præsupponitur ad illum amorem, & in eius obiecto includitur, cum dicitur in amore Dei visi. ¶Ait verò rursus per vtramq; potentiam nos consequi Deum: scilicet, per visionem, & per amorem: sed visio præcedit, & ideo amor, qui subsequitur est perfectior, iuxta doctrinam Aristo. 9. Metaphysi. text. 15. dicentis, quòd posteriora sunt perfectiora. ¶Veruntamen hoc, quod affirmat non probat: scilicet, quòd amor sit consecutio: imò contrarium, vt ait Diuus Thomas circa fines sensibiles compertū est. Cupidus nanque pecunię nequaquam per eius amorem illam consequitur, sed illo amore incitatur ad conquirendum illam, quam tandem manu assequitur, vel alio possessiōis genere. Et auidus cibi certè non consequitur per amorem cibum, sed per gustum, & auidus musicæ per aurē, & amicus pulchri per visum. Et dum per illos sensus rem possidet, tunc delectatur in re habita & obtenta. Simili ergo modo in Deo à principio per desiderium cupimus ipsum consequi: consequimur autem per hoc, quod fit nobis pręsens: fit autem præsens per actum intellectus, eo quod res est intelligibilis, quæ aliter non potest attingi. Et tunc voluntas quæ illam possessionem optabat, illum firmiùs diligit, atque adeò iam in ipso habito delectatur. Igitur ineptum est duas fingere consecutiones, nam postquam rem semel consequimur, nō opus est alia consecutione, sed subsequitur in re amata & habita delectatio: quis enim rem adeptam adipiscitur? ¶At qui hic est sensus verbi Augustini supra citati. 10. confessio. quòd beatitudo est gaudium de veritate, hoc est beatitudo est consecutio veritatis, quam consequitur gaudium. ¶Præterea ad maiorem horum explicationem arguitur. Hoc differt cognoscitiua potentia ab appetitiua, ꝙ cognoscitiua est apprehensiua rei, quippe cuius actus cōsistit in eo quod est obiectum recipere: per species enim quas recipit ab obiecto ipsum cognoscit, & cognoscēdo apprehendit, appetitiua verò potentia non est apprehensiua, sed eius agendi modus est ferri in obiectū, ergo certè per amorē nō apprehēdimus Deū, sed per visionē: & cū beatitudo sit Dei cōprehensio, vt ait Paulus, atq; adeò eius possessio, fit vt non sit amor, sed visio. ¶Itē beatitudo est sufficiēs bonū: hoc aūt cōsistit in hoc ꝙ Deus ostendat se nobis secundum illud Ioan. 14. Qui diligit me ego diligā eum, & ostēdam meipsum illi. Et Philippus. Ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Manifestum aūt est Deum non se nobis ostēdere per amo-

Aliud argumentū.

Aliud argumentū.

Sententia Scoti.

Sensibilium exempla.

August.

Optimū argumentum.

Aliud argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per amorem nostrum, sed certè per visionē. Glossat autem Scotus dictum Philippi, q̃ loquebatur de sufficientia quantum ad credendum per fidem, si ostenderetur ei pater. At profectò in hoc quod ait ostende, non significat, nisi desiderium videndi ad quod ducimur per fidem: & ideo Augustinus libr. 1. de trini. per illam ostensionem, visionem intelligit, vt statim videbimus. ¶ Præterea Beatitudo cōsistit in eo per quod efficimur Deo similes: nam ratio filij in similitudine consistit, iuxta illud 1. Ioan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus: quia cùm apparuerit, inquit, similes ei erimus: per quid autē efficiamur similes, declarat subdens, videbimus eū sicuti est. Eodemq; alludit Paul. 2. Corint. 5. dicens. Dum sumus in corpore peregrinamur à domino: per fidē enim ambulamus, & non per speciem: sed habemus voluntatē peregrinari à corpore, & esse præsentes ad dominū &c. ergo esse præsentes est videre facie ad faciē: atq; adeò idipsum est illum consequi, habere, tenere, & possidere. ¶ Præterea. Beatitudo est præmium quod Deus nobis confert in patria, id autem, quod nobis confert est visio: ad quam non modo concurrit specialiter, vt ad amorem, sed in ratione speciei vniendo se intellectui nostro, ipsumque subinde per lumen gloriæ eleuādo, vt ipsum cōspiciamus: amor verò ille firmissimus consequitur illam visionem: quasi voluntas in Deū visum naturaliter feratur. Ad de denique, quòd summa miseria, & pœna damnatorū est pœna damni, quæ est carentia diuinæ visionis: ergo in visione consistit beatitudo.

Augustini testimonia. ¶ At verò quoniam Augustinum Scotus sui in suam ipsorum sententiam cogere contendunt, consulatur ipse vbique, & potissimum. lib. 1. de trinita. & constabit multo euidentius hanc suam fuisse sententiam, quam S. Thomæ. Etenim capit. 8. tractans illud ad Colossen. 3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ante, inquit, q̃ id fiat, videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Hæc enim, inquit, nobis contemplatio promittitur actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum. Vbi visionem appellat contemplationem finis & præmium nostrorum operum. Vnde subdit illud Ioannis iam à nobis citatum. Scimus quia cū apparuerimus similes ei erimus, quoniam videbimus eū sicuti est. Et subdit. Hæc est enim vita æterna, vt cognoscāt te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, de qua contemplatione & visione intelligit illud Pauli. Cùm tradiderit regnum Deo & patri: quasi illa sit regni possessio: quid clarius? Et cap. 9. In Dei, inquit, visione merces tota promittitur delectationis, & desiderij nostri. Nunquid nō merces idem est quod meritorum præmium? Glossat tamen Scotus, q̃ visio sit merces intelligentiæ, non tamen hominis. At verò Augustinus non ait quòd sit nisi merces quæ promittitur omnium nostrarū actionum & desiderij nostri præmiū. Et ca. 10. In illa contēplatione Deus erit omnia in omnibus: quia nihil ab illo aliud homo requirit, sed solo ipso illustrari perfruique sufficiet. Mirandum est, quomodo Scotus hunc locum pro se afferat, cùm aperte dicat in illa contēplatione Deum esse omnia in omnibus, quod est esse omniū præmium. Sed & ca. 13. pluries, quàm quinquies id explicatissimè inculcat. Beati enim inquit mundi corde, quoniam ipsi Deum videbūt, qua summum præmium promittitur iustis. Et rursus. Hæc vita æterna est illa visio, quæ non pertinet ad malos. Et rursus. Visio formæ Dei solis pijs exhibebitur, quorum dilectioni hoc ipsum promittit, quia seipsum ostendet eis. Et vt alia missa faciamus, circa finem enarrans illud Ioan. 14. Qui diligit me, ego diligam eum, & ostendam ei me ipsum illi, visio inquit sola est summum bonum nostrum cuius adipiscendi causa præcipimur agere quicquid rectè agimus. Perspice quòd vbi dixit Philippus, Ostende nobis patrem & sufficit nobis, de visione loquebatur, quæ est sufficiens bonum. Et lib. 13. cap. 5. Beatus, inquit, non est nisi qui & habet omnia, quæ vult, & nihil vult male. Non ergo ait beatitudinem esse, velle seu amare ea quæ habes, vt Scot' glossat, sed habere & possidere ea quæ vis, & amas: ergo visio perquam Deum quē amamus habemus, est beatitudo. Sed nihil malē velle requiritur ad beatitudinem sicut quædam dispositio voluntatis, nam qui mala vult, infœlicior est possidendo, quàm si ea consequi nequiret. Certè qui hanc veritatem negant non tam Diuo Thomæ, quàm Diuo Augustino bellum indicunt. ¶ Accersit verò Scotus in suum patrocinium. Augustinū lib. 1. de doctri. cap. 32. dicentem, quòd hęc est summa merces, vt Deo perfruamur. Hunc autem locum tractabimus articu. proximo.

Sententia Scoti.

¶ Sed

August. ¶ Sed nūc dicimus visionē ipsam qua Deus possidetur, esse fruitionem, nempe actionē qua capitur delectatio. Ait nanq; idem August. in lib. de moribus eccle. cap. 3. Quid est aliud quod dicimus frui, nisi præsto habere quod diligis? ¶ Arguit præterea Scotus, q̃ beatitudo debet esse nobilioris potentiæ, voluntas aūt est nobilior, & præstantior, quia obiectum eius est bonum. Verūtamen quāuis hic locus non vacet ad amussim disputandi de collatione hac voluntatis cum intellectu, certum est tamen Philosophum. 10. Ethico. capit. 7. ex professo probare intellectum esse potentiarum perfectissimam, ac diuinissimam: qua de causa, summam hominis fœlicitatem in vita contemplatiua collocauit, quo nihil potuit euidentius in nostrū fauorem asserere, licet religione Christiana non esset imbutus. Ecqua enim est summa contemplatio, nisi illa Dei visio? ¶ Imò illud primi metaph. Omnis homo naturaliter scire desiderat ad id ipm pertinet. Haud em̄ desiderium illic naturale hoīs qualecunq; insinuat, vt est desiderium comedēdi, ambulādi &c. Sed summū desideriū, quod est hoīs suprema fœlicitas. Quēadmodū grauis appetitus est quiescere in centro & leuis sursum. Nempe quia est rationale animal, & rationis est sapere. Ob idque in visione illa qua summa veritas conspicitur, ex quo fonte veritates omnes quæ in hac vita sciuntur, deriuantur, beatitudo consistit. ¶ Quapropter ait. 10. Metaph. tex. 29. Præstantissimam omnium diuinissimamq; operationē esse contemplationem, quam ait esse deorum vitā. Quinuerò ideo videre Deum est vita æterna, quia est visio, ac perinde possessio vitæ æternæ. ¶ Atqui quod intellectus sit præstantior potētia quā volūtas, inde D. Th. 1. par. q. 82. art. 3. demōstrat, quod ratio obiectiua intellectus, nēpe, verum, spiritualior sit, quā ratio boni: nam verū cognoscimus abstrahēdo à materia, vt. 3. de anima docet Philosophus, Bonum autem sumitur per respectū ad subiectum, quia alicui est cōueniens. Et ideo intelligere abstrahit ab existentia rei: intelligimus em̄ simpliciter res quæ nō sunt, nec sub ratione existentiæ. At verò licet velimus ea quoq; quæ non sunt, nō tamen ea cupimus & amamus nisi referendo ad existentiam, quia cupimus ea habere: quod autē abstractius est à materia & ab existētia, altius est, & purius. ¶ Fallax ergo est ratio Scoti quòd intellectio, quia prior est amore sit imperfectior. Nō enim est prior in genere causæ materialis, de quibus loquebatur. 9. Metaphy. Philosophus, sicut imperfectior est anima sensitiua qua prius viuit embrio, quàm intellectiua qua viuit posteri', sed est prior in genere causæ efficientis, & ideo est perfectior, sicut causa prima quàm secunda. Lumen enim rationis est voluntatis lux, & intellectus dux eius, quare certè intellectio natura sua præstantior est, vt Aristo. docuit. ¶ Contra hæc autē obijcit Scotus illud Pauli. 1. ad Corinth. 13. Horum autem maior est charitas & dictum Anselmi lib. 2. Cur Deus homo ca. 1. Peruersus ordo est velle amare propter intelligere, imò intelligēdum est, vt amemus. Tertiò quia corruptio actus voluntatis, nempe velle malum, peruersius est quàm corruptio actus intellectus, nam intelligere malū non est malum: ergo velle bonum perfectius est, quàm intelligere bonum. ¶ Ad hæc autem respondetur primum, quòd hoc arguēdi genus est res ab vno proposito in aliud diuertere, cum enim ratione naturali probamus actum intellectus esse perfectiorem, non loquimur in genere moris, sed in genere entis, quare indifferens est huic proposito q̃ velle bonum sit magis meritorium, quàm intelligere & quòd charitas sit hoc pacto præstantior. Secundo Paulus non comparauit charitatem ad actum perfectissimum intellectus, sed ad fidem & spem, quæ sunt actus viæ, & non manent in patria. Non autem dixisset, quòd charitas patriæ est præstantior visione Dei, per quam Deum comprehendimus, & ei similes efficimur, & per quam se nobis ostendit, & ad sui amorē nos necessario trahit. ¶ Tertio deniq; annotandum est maximè, q̃ alius est ordo in via inter charitatem & cognitionem Dei ænigmaticam, atq; alius in patria inter visionem, & confirmatā charitatem. In via nanq; perfectior est charitas, q̃ fides & spes, vt ait Paulus: nam fides ordinatur ad charitatem, vt ait Anselmus, imò omnes naturales sciētias ad hoc debemus referre, vt per visibilia, quemadmodum ait Paulus, Deum cognoscamus, ac subinde amem': sed tamen visio beata nō ordinatur ad amorem tanquam medium ad finem, imò ipsa visio est finis, in qua voluntas conquiescit. Igitur vita beata incipit à cognitiōe fidei, & progreditur per amorem ad Deum, qui est per visionē possidēdus. Itaq; debemus Deū hic intelligere, & intelligēdo, vt ait Aug. amare, & amādo possidere. Hoc est, sicut per intel-

Omnis homo naturaliter scire desiderat.

Obiectio Scoti.

Argumētorū diluti.

Alius ordo in via & in patria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellectionem promouetur ad amorem, ita per amorem perducamur ad comprehensionem. ¶Tandem, vt finem faciamus, arguit Scotus. Vltimus finis intrinsecus hominis est illud quod est summe volēdum, sed velle ipsius voluntatis magis est volendum q̄ intelligere, quia vnaquęq; res plus appetit suā perfectionē, quàm alterius: velle autem est perfectio voluntatis, & intelligere perfectio intellectus. ¶Item velle voluntatis propinquius est sibi, quàm intelligere, ergo propinquius per velle tendit in suum finem, q̄ per intelligere. ¶Item tertio arguunt discipuli eius, Vltimus finis est summum bonum, sed bonum est obiectum volūtatis: ergo immediatius per actum voluntatis assequimur finem q̄ per actum intellectus. ¶Ad primum respondetur, non esse loquendum de voluntate & intellectu acsi essent duo suppositi distincta, quia non sunt nisi duæ potētiæ eiusdem suppositi, & actiones propriè sunt suppositorum, vt.1. de anima ait Philosophus, & ideo respondetur legitimè quòd volūtas non appetit magis suum bonum q̄ bonum intellectus, sed homo per voluntatem appetit summum sui ipsius bonum, puta Deum possidere, & quia id nō possumus nisi per visionem, illud est quod summe per voluntatē appetit. Imò id ipsum est summum bonum voluntatis. ¶Ad secundum verò respondeť, primo, ꝙ siue volūtas immediatius vniatur Deo per suum velle, q̄ per intelligere, siue secus: nihil ad rem, quia ille actus volūtatis nō est assecutio obiecti, qua scilicet homo vel anima ipsum comprehendit. Quinuerò ille amor præsupponit consecutionem. Secundo respondetur, ꝙ non est adhoc attendendum an velle sit immediatior actus volūtatis, ꝙ sit immediatior actus fini, per quem anima finem ipsum consequitur, & ille est visio quæ ponitur in obiecto amoris: nam amor patriæ est Dei prius visi. ¶Pro solutione tertij notandum est, ꝙ verum & bonum, cum sint transcendentia, de se mutuo prædicanť: omne enim bonum est verum, & omne verum est bonum: voluntas autem beati non fertur in rationem boni in abstracto, sed in bonum hoc singulare: bonū igitur summū voluntatis est Deus visus. Est ergo sophisticum argumentum. Conceditur enim ꝙ vltimus finis est summum bonum, & ꝙ bonum sit obiectum voluntatis, negatur verò consequentia cum inferturʒ ergo cōsequimur præstantius vel immediatius ipsum per actum voluntatis: quoniam illa ratio boni quod homo per voluntatem appetit cōsistit in Deo, quem homo vel anima tanq̄ intelligibilē veritatem per intellectū assequitur. ¶Aliter arguunt alij. Si ille qui Deum videt non haberet amorem eius, & gaudium Dei non esset beatus: ergo beatitudo non in visione sola, sed in omnium congregatione consistit. Respondebitur art. proximo. Quoniam res hęc (& vt arbitror sine causa) nimium est apud quosdam in cōtrouersia posita, boni consulat lector ꝙ tam multis eam tractauerim. ¶Ad primum igitur argumentum in capite quæstionis positum respondetur, ꝙ pax nō est essentia beatitudinis, sed ipsam antecedens, & consequens: quia omnia perturbantia in hac vita pacem per Christum, qui fuit princeps pacis, remota sunt: & forsan de hac pace ecclesiæ militantis vaticinabatur Psalmista. Sed nihilominus est pax alia cœlestis, de qua ait Paulus, ꝙ exuperat omnē sensum & illa est consequēs beatitudinem: est enim trāquillitas & quies animę in Deo viso. ¶Ad secundum negatur consequentia, ꝙ si beatitudo est summum bonum, & bonum est obiectum voluntatis, beatitudo cōsistat in actu voluntatis. Nam si consistere accipiatur tanquàm in obiecto & vltimo fine, potiùs, vt ait S. Thomas, sequitur contrarium: nam actus voluntatis non potest esse eius primum obiectum, sicuti obiectum primum visus non est visio. Si aūt consistere accipiatur tanq̄ in operatione per quam assequimur vltimum finem, iam monstratum est, quomodo bonum illud vltimū quod voluntate cupimus non per eius operationem consequimur. ¶Quòd si quis sic redarguat, primo mouenti respōdet vltimus finis, veluti vltimus finis exercitus est victoria, quæ est finis ducis mouentis omnes: primum autem mouēs est volūtas, quæ omnibus viribus vtitur: ergo beatitudo est operatio voluntatis. Respondetur ad maiorem, quòd si intelligas vltimum finē respondere primo mouenti, idest, quòd per actum primi mouentis apprehendatur, falsum est: sed respondet ei, quia primum mouet ad illum assequendum. Potentia enim quæ primo ostendit finem est intellectus: sed voluntas mouet & intellectum & reliquas potentias ad illum assequendum, & tādem homo assequitur ipsum per alias potentias, vt dulce per gustum, & Deum per visum. Veruntamen voluntas, vt fuit primum mouens, ita postea in obiecto comprehenso quietatur,

Alia Scoti argumēta.

Aliud argumentū.

Aliud argumentū.

Verum & bonum.

quietatur, ipsoque fruitur. ¶Tertium verò argumentum iam solutum est, vbi ostendimus, ꝙ intellectio in genere entis est præstantior, quia est præuia dilectioni, & lux eius, & ideo per ipsum primo attingimus rē, quia nihil diligimus nisi præcognitum, vt 10. de trini. ait Augustinus, Quanquā volitio sit nobilior in mouendo, præstantius tñ est simpliciter dirigere & attingere, q̄ mouere.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm fruitio sit actus appetitiuæ potētiæ.

Voniam constitutum est beatitudinem in actu intellectus consistere. Quærit de fruitione quæ est fructus perceptio, quam habeat cum beatitudine cōnexionem. Vtrùm scilicet sit actus appetitiuæ potentiæ. Et arguitur à parte negatiua. Frui, vt nomen ipsum planè sonat, est fructum de re capere: sed fructus humanę vitæ, idem esse videtur, quod eius beatitudo & finis, quē per intellectum, vt dictum est, assequimur, in cuius actu beatitudo formaliter, vt ostēsum est consistit: ergo frui non est appetitiuæ potentiæ, sed intellectus. ¶Secundò. Quælibet potentia habet propriū finem, qui est eius perfectio: sicut finis visus est videre: & finis auditus sonos percipere: & sic de alijs: sed finis rei est fructus eius: ergo frui est potentię cuiuslibet, & non solius appetitiuæ. ¶Tertiò arguitur. Fruitio est delectatiōis perceptio: sed delectatio sensibilis pertinet ad sensum apprehensiuum, vt delectatio cibi ad gustum, & delectatio pulchri ad visum: ergo eadem ratiōe delectatio intellectualis (qualis de Deo percipitur) pertinet ad intellectum. ¶In contrarium est sententia illa celebris Augu. 1. de doctri. cap. 4. & 10. de Trinit. Frui est amore inhærere alicui rei propter se ipsam, sed amor est actus voluntatis: ergo & fruitio imò videtur fruitio idem esse amor.

Tertium negat hoc argumentū primum.

Secundū argumentum.

Tertium argumentū.

Vna affirmatiua.

Duplex argumentū.

Primum conclusio.

¶Quæstionem hanc ad literam cum istis argumentis proponit & tractat D. Tho. 1. 2. q. 11. art. 1. Quam hic mouendam duximus, vt eius mētem pro captu nostro exponeremus: imò, ni fallor, vt planissimam veritatem vix intellectam curaremus explicare, quæ plurimum ad beatitudinis notitiā refert. Respondetur ergo ad quæstionem quinq; cōclusionibus. Prima statuitur sub eodem verborū tenore, quo illam statuit S. Tho. Fruitio est actus appetitiuæ potentiæ. Ad intellectū autem huius conclusionis, videlicet ad intelligendum quomodo sit actus voluntatis, elicitus ne, an imperatus, supponenda est nominis significatio latina, ab illis qui de nominibus tractant. Apud latinos enim (vt omnes consulenti compertū fiet) frui est voluptatē de re captare: nomine autem voluptatis intelligitur, delectatio & gaudium. Enimuerò vt D. Tho. 1. 2. q. 31. diserte docet, quies delectatio & gaudium differunt, vt magis cōmune & minus commune. Quies enim est generale nomen, ad res vniuersas. Est enim perfectio quam res consequitur ex eo quod suum finem vltimum attingit: vt cum terrea moles descendit ad centrum, & ignis ad locum sui elementi. Et dicitur illa quies, hoc est, naturalis cessatio motus, & consecutio loci ad quē naturalis appetitus rei propendet. Res autē cognitione pollentes hoc differūt ab alijs cognitione carentibus, quod cognoscūt & sentiunt illam finis adeptionē, & ex illa cognitione resultat in eorum appetitu motus qui dicitur delectatio, quæ est passio eiusdem appetitus. Itaq; delectatio est res inferior quā quies: omnis enim delectatio est quies, quando est cum cognitione: nō autē omnis quies est delectatio, vt patet in rebus insensibilib⁹. ¶Rursus quia cognitio alia est sensitiua, & alia intellectiua & rōnalis, cognitiōem sensitiuam consequitur mera delectatio, quę nō habet altius nomen: cognitionem verò rationalem consequitur delectatio, quæ sortitur nomen gaudij. Vnde Auicena. lib. suo de anima. gaudium, inquit, est quædam delectatiōis species. Et Damascenus, & Gregorius Nicenus aiunt. Delectamur in his quæ naturaliter etiam secundum corpus concupiscimus, ea adipiscentes, & in his quæ concupiscimus secundum rationem. Gaudium verò illa sola delectatio est, quæ rationem sequitur. Ex quo fit quod dum homo secundum appetitum sensitiuum de re aliqua delectatur, quam, quia mala est auersatur ratio, delectatio illa nomē gaudij non sortitur. ¶Hinc fit quod gaudiū propriè nō in appetitu sensitiuo, sed in intellectiuo, nempe in voluntate suscipitur. Est ergo motus voluntatis quæ non est volitio, sed passio seu affectus. Nam et si dicatur passio, profectò nō tam propriè hoc nomēmeretur, quam delectatio sensualis. Quoniā in appetitu sensitiuo fit delectatio cum aliqua transmutatione corporali, vt eadem quæst. art. 4. ait D. Tho. sicut dum aqua calefit. Delectatio verò appetitus ra-

Frui.

Quies, delectatio & gaudium.

Auicena.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionalis nihil aliud est quam simpliciter motus voluntatis, nempe passio: sine aliqua tamen corporali transmutatione. Vnde Aug. lib.4.de ciuit.Dei.Cupiditas, inquit, & lætitia nihil aliud est, quam voluntas in eorum consecutione quæ volumus. ¶Veruntamen inter gaudium & lætitiam secundum nominum proprium significatum, hoc interest, quod gaudium est affectio animi, dũ ad mẽsuram rationis exhilaratur, neq; vltra modũ foras effunditur. Lætitia verò cum ita mouetur vt exterius, præcipuè in vultu immodicè egrediatur. Quare Stoici, passiones repellentes, gaudium sapienti permittebant, non tamen lætitiam. Vnde Cicero.4.Tuscul.Cùm ratione, inquit, animus mouetur placidè atque constanter, tunc gaudium dicitur: cum autem inaniter & effuse exultat, tunc illa lætitia, gestiens vel nimia dici potest: quæ est animi elatio sine ratiõe. At verò in sacris hęc non obseruatur differentia. Imò illa gaudij beatorum exuberantia, & delectatio & lætitia etiam nuncupatur: iuxta illud Psal. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Et rursum adimplebis me lætitia cũ vultu tuo. ¶Igitur quoad rẽ reuertamur. Frui est voluptatem seu delectationem & gaudiũ captare de re. Id quod D. Tho. pro constantissimo supponit. Ait quippe quod fruitio, & fruct' ad idem pertinẽt, & quia nomina ab ijs quæ sensui patent imponuntur rebus, & fructus est sensui patentior, fruitio dicitur à fructu, sicut cibatio à cibo, & ædificatio ab ędificio. Est enim fruitio per quam percipitur fruct' sicut cibatio, actio, qua sumit cibus. Et ideo sub distinctione concludit, quod frui pertinere videtur ad amorem vel delectationem quã aliquis habet de expectato, quod est vltimus finis: non ait esse amorem, sed pertinere ad ipsum. Imò quanuis sub disiunctione dicat, videtur, affirmare tamen apparet fructum non essenisi delectationis captionem, quã aliquis percipit de vltimo fine expectato, & possesso. Nam certè nomine fructus id intelligitur: iuxta verbum Augustini loco citato 10.de trinita.capit.10. Fruimur cognitis in quibus voluntas ipsis propter se ipsa delectata conquiescit. Et ideo Diuus Thomas quæst.4.arti.4. vbi definiuit beatitudinem cõsistere in visione, subdidit, sed ad voluntatem pertinet delectatio, beatitudinem consequens: iuxta verbum Augustini, beatitudo est gaudium de veritate: quia gaudium est cõsummatio beatitudinis, Frui ergo pro fecto non est nisi voluptatem capere de fine expectato, & obtento. At quia finis, ait D. Thomas, & bonum est obiectum appetitiuæ potentiæ, manifestum est, quòd fruitio est actus appetitiuæ potentiæ. Hactenus Diuus Thomas. ¶Ex his subsequitur secunda conclusio. Fruitio, si accipiatur effectiuè pro actione per quam captatur voluptas, & delectatio, non est actus elicitus voluntatis, sed intellectus, nempe ipsa visio, qua ratione est obiectum voluntatis, sed si accipiatur formaliter pro ipsa receptiõe gaudij est motus voluntatis. ¶Prior pars patet imprimis apud S.Thomam in verbis proximè præcedentibus. Colligit enim fruitionem esse actum voluntatis, quia finis, vnde captatur voluptas est obiectum voluntatis, obiectum autẽ voluntatis est visio, nempe Deus visus: ergo nõ aliter intelligit fruitionem esse voluntatis nisi, quia per illam visionẽ quã expectauit voluntas, & præsentem amat, capit voluptatẽ & gaudium: illa autem visio non est actus elicitus volũtatis, sed volitus: ergo operatio per quam voluntas capit voluptatem non est actus eius elicitus, sed intellectus. ¶Eandem verò veritatem palam absque vllo ęnigmate affirmat in solutione primi argumenti. Erat enim argumentum, quòd cum frui sit fructum capere, & fructus humanæ vitæ, quæ est beatitudo, accipiatur per intellectũ, frui est non potentiæ appetitiuæ, sed intellectiuæ. Et sic respondet. Nihil prohibet vnum secundùm diuersas rationes ad diuersas potentias pertinere. Ipsa igitur visio Dei, inquãtum est visio, est actus intellectus (nempe elicitus) inquantum autem est bonum & finis est voluntatis obiectum, & hoc inquit modo est eius fruitio. Ecce visio elicita ab intellectu, sed volita à voluntate, est fruitio, & subdit. Finem hunc intellectus consequitur tanquam potentia agens, voluntas autem tanquam potentia mouens ad finem: nempe, quia mouet intellectum: & tanquam fruens fine iam adepto, id est tanquam percipiens fructum, & gaudium ex illa visione. Ecce ergo quomodo fruitio est actus elicitus ab intellectu, sed volitus, & imperatus à voluntate quare expresè quæst. de potentia Dei, quæst 5.artic.1.ad.15. ait, quòd visio est fruitio. ¶Hanc doctrinam explicuimus superiùs ad Roma.6. Habemus fructum in sanctificationem, sed visa fuit noua, & nõnulli Diui Thomæ discipuli propterea existimant duram, quia cum Diuus Thomas in capit. quæ-

Augusti. *Gaudiũ & lætitia.* *Cicero.* *Psalm.15.* *Frui.* *August.* *Secunda cõclusio.* *Probatio.* *Secunda cõclusio plana probatio.* *Rom.6.*

quæstionis.8. proponat prius agere de actibus voluntatis immediatè ab ipsa elicitis, & in eorum numero.q.11.collocet fruitionẽ, ne queunt sibi aliud persuadere, q̃ q̃ est actus elicitus à voluntate. Cum tũ verba eiusdem doctoris modo relata expresissima, & planissima maius afferant pondus ad probandum esse actum elicitum intellectus, nempe visionẽ, quatenus obiectũ est voluntatis mouentis intellectũ. ¶Ratio aũt ob quam fruitionẽ inter actus volũtate elicitos collocauerit est, quam in secunda parte cõclusi. explicuimus: qm̃ licet per visionem in genere causæ efficientis percipiatur delectatio, illa tamen, vt supra explicuimus, est motus voluntatis, & ideo delectatio recipitur tanq̃ in subiecto in voluntate, quippe quæ potentia est per quã formaliter gaudemus, & tristamur, eo quod isti sint voluntatis affectus, & quodammodo passiones. Quare captatio voluptatis formaliter sumpta est (non dicã actus elicitus) sed motus voluntatis, quia non est propriè actio, sed passio: licet fiat, vt dixim', sine transmutatiõe, & ideo dicatur affectus. Actio verò per quam suscipitur est visio, sicut per actionem ignis calefit aqua. Illi autẽ qui de voluntate & intellectu sic diuisim existimant, acsi duo essent supposita, non possunt intelligere quemadmodum per actum intellectus in voluntate percipiatur delectatio: qui verò veritatem penetrant, atq; adeò intelligunt esse potentias eiusdem suppositi, & actiones esse suppositorum, facilè subindeintelligent quemadmodum homo, vel anima per vnam potentiam delectationẽ recipiat quæ est passio alterius. ¶Hæc verò doctrina, ne videar illam dũtaxat tanq̃ S.Tho. sustinere, probatur ratione physica. Voluntas enim est per quam res appetimus: atque adeò ipsa est primum mouens potẽtias omnes & corporis organa ad suos consequendos fines. Vtitur enim intellectu ad huius vel illius rei contemplationem & studiũ: oculis ad videndum, pedibus ad ambulandum: manibus ad capiendum &c. ergo eadem ratione per illas potentias, quibus vtitur, fines eosdem adipiscitur: & in ipsis adeptis delectatur & quiescit: vt cibum quem gulosus affectat, adipiscitur per gustum: & pulchrũ per visum: atq; adeo per easdem sensuum actiones voluptatem captat: quæ est eiusdem voluntatis affectus & passio. Simili ergo modo anima voluntate cupiens Deum assequi, per intellectum assequitur: atque adeo per eius visionem delectatur, hoc est delectationem capit, licet in voluntate recipiat. In summa neque Augustinus neque vllus vnquam priscorum patrum aliud nomine fruitionis intellexit, quàm adeptionem rei concupitę. Et in hoc sensu dicimur rebus frui & amplexibus concupitis. Quocirca vsque ad Scotũ nemo legitur amorem existimasse fruitionẽ, Quare mirandum est, quomodo illa opinio vsq; adeò inserpserit, & increbruirit in scholis. ¶Sed arguis. Nunquid non Augu. idem clarè adstruxit, dicens, Frui esse amore inhærere alicui? Respondetur. Illud non inde colligi. Nam eodem testimonio vtitur D. Tho. & tamen non inde colligit, quòd fruitio sit amor. Sed quòd ad ipsum pertineat. Sensus ergo ille non est quem vocant identicũ: quasi amor sit fruitio: sed est causalis. In hoc sensu, quòd nõ fruimur nisi illis rebus quas propter se ipsas amamus. Itaq; amore inhærere non est formaliter ipsa fruitio, sed causa requisita, vt re aliqua fruamur. Posuit enim illam definitionẽ ad differẽtiam huius, quod est vti. Est em̃ vti rem vsurpare ad id obtinẽdum quod amamus. Quare res quibus vtimur, amamus propter illas quibus fruimur. Sed illas quibus fruimur amamus propter se. At quia frui contingit non solum rebus præsentibus, quæ est perfecta fruitio, sed etiã absentibus in spe, quæ quidem fruitio est imperfecta, vt ambas complecteretur, dixit in genere, frui est amore inhærere: id est requiritur sic eas amare, vt vltra non progrediamur. Si autem perfectam fruitionem definiret, quę nõ est nisi de re obtenta & possessa, certè dixisset, vti est, de re, cui amore propter se ipsam inhæremus, dum possidetur, delectari. Iuxta verbum eius citatũ. lib.10. de trini.cap.10. Fruimur cognitis in quibus voluntas ipsis propter se ipsas delectata conquiescit. & capit.11. Frui est vti cum gaudio: non adhuc spei, sed etiã rei. At locus ille supra citatus li.de morib' eccl.cap.mentẽ Aug. aperit. Quid est quod dicim' frui nisi præsto habere quod diligis? Non ait frui est amare, habere quod amas, quod fit in Deo per visionẽ. ¶Et re vera Scot.1.sent.d.1. q.3.multũ vacillãdo hæsit ambigens amor ne, an delectatio esset fruitio: plura hinc inde Aug. testimonia conferens. Sed tandẽ ob id decreuit esse amorem q̃ frui construitcum ablatiuo significanti obiectum ex vi transitiõis. Quasi idẽ sit frui Deo, quod amare Deum. Veruntamen, vt probe artic. præsenti.1.2. Caie. anno

Repugnatio Scotiste. *Fruitio.* *Amore inhærere.* *Scotus.1.sentend.d.1.q.3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tauit constructio illa id non suadet, imò dissuadet: frui enim Deo non est amare Deum, sed conspectu Dei delectari. Nam illud Prouerb. Veni & fruamur cupitis amplexibus, non est, vt amemus amplexus: qm̃ in hoc quod ait cõcupitis præsupponit iam amari absentes. Sed est re ipsa amplexãdo delectari. Et quod ait in Adelphis, Terẽtius. Agellũ huic demus, qui fruatur, non est sensus, Qui amet, sed qui possidendo fructũ capiat, quo delectetur. ¶ Tertia cõclusio. Beatitudinẽ in visione consistere, & in fruitione adeò non sunt res diuersæ, vt sint idẽ. Non q̃ consistat in amore, quẽ Scotus arbitrat fruitionẽ, sed q̃ consistit in visiõe quæ in sensu iam exposito est fruitio, nẽpe actio per quã volũtas in se delectationẽ recipit. Hanc conclusionẽ expressè docuit Aug. Ait quippe. 1. de trin. c. 9. q̃ in visiõe patris, & filij, ac subinde spiritus sancti merces tota promittit delectatiõis, & desiderij nri, & nihilominus libr. 1. de doctri. Chriana. c. 32. Hęc, inquit, summa merces est vt Deo fruamur. Hoc secundũ testimonium affert pro se Scotus, sed discipuli S. Thomæ obijciunt aliud, & glossant hoc, q̃ sit propositio causalis, nẽpe q̃ visio sit causa fruitiõis. Ista tñ controuersia inde nascitur, q̃ supponitur amorẽ esse fruitionẽ. Augustinus verò planè loquit de visione, & fruitiõe quasi sint idẽ. Quod illo bis citato loco lib. de mor. eccle. c. 3. confirmat. Quid est aliud quod dicit frui, q̃ presto habere quod diligis. Nõ dicit q̃ diligere, sed q̃ habere. Vnde cum D. Tho. hic &. q. 5. de pot. dei. citata cõcedat q̃ fruitio est ipsamet visio, per quã volũtas capit voluptatẽ, nunq̃ negasset, beatitudinẽ consistere in fruitiõe. ¶ Ob idq; 1. 2. q. 4. art. 2. non confert visionem cum fruitione, sed cum delectatione, interrogans vtra sit præstãtior. Quã vtiq; quæstionem Aristo. 10. Ethi. insolutam reliquit. Apparet enim delectationẽ esse dignioreẽ, eo q̃ est perfectio ipsius operationis. Sed tñ rñdet D. Tho. operationẽ esse perfectiorem, atq; adeò visionẽ, eo q̃ totũ bonũ delectationis in quo volũtas quietat est ipsa operatio: præstãtius aũt bonum est illud in quo volũtas quietatur, q̃ quietatio ipsa quę est delectatio. ¶ Atque hæc est rñsio qua Aureolo fit satis, atq; alijs qui tenẽt beatitudinẽ consistere in delectatione: delectatio quippe perficit operationẽ, non quidẽ in genere causæ efficientis, imò è conuerso sic operatio perficit delectationẽ, sed tanq̃ consequẽs & cõcomitãs: veluti decor perficit, hoc est, adornat & decorat iuuentutẽ: cum tũ iuuẽtus sit perfectior. ¶ Quarta conclusio. Fruitio est duplex quædã in re, atq; altera in spe: iam enim constitutũ est fruitionẽ non esse nisi vltimi finis, quẽ propter se ipsum diligimꝰ: alioqui nõ esset de se sufficiens voluntatẽ satiare, & explere. Qua vtiq; de causa, vt Augu. lib. 83. quæstionũ. q. 30. ait. Omnis humana peruersio est fruẽdis vti velle, atq; vtendis frui. Nõ ait, q̃ velle sit fruitio, vt Scotus colligit, sed q̃ velle frui vtendis est volũtatis peruersio. Est enim amare creaturas ꝓpter se: vt auari videnẽ amare pecunias, & voluptuosi voluptates: quia amãt illas sine vllo, aut termino, aut modo, quasi essent finis vitæ. Atque alia peruersio est vti fruẽdis, vt si quis Deũ non propter ipsum, sed ꝓpter aliud bonum diligeret, quod nõ protinus in Deũ ipsum referret: igitur sicut in ordine temporaliũ rerum medicinis non fruimur, sed vtimur, sanitate verò fruimur quam propter se diligimus, & ꝓpter ipsam medicinas: ita in ordine simpliciter rerũ solo Deo fruendũ est, & creaturis vtendũ, quas propter ipsum à quo eas recepimus debemus diligere. ¶ Probat ergo conclusio. Frui, vt ait Aug. est alicui amore propter se inhærere, hoc aũt contingit non solũdum res habet, sed dum speratur. Vnde idẽ Aug. lib. 9. de trini. ca. vlti. appetitus, inquit, inhiantis sit amor fruentis: ergo in spe etiam possumꝰ Deo frui. Id quod Chrus Matth. 5. edocet, dicens, Beati pauperes spiritu, qm̃ ipsorum est regnũ cœlorum &c. Vocat enim ibi pauperes beatos in spe, qui postea futuri sunt in re. Et idem sentiendũ de alijs beatitudinibus ibidẽ subiunctis: iuxta illud psal. 29. Beatus vir cuius est nomẽ dñi spes eiꝰ. Et ad Roma. 5. Gloriamur in spe gloriæ eius. Et capit. 13. Spe gaudentes. At verò fruitio illa in spe imperfecta est, & illa duntaxat perfecta, quæ vt ait. 10. de trini. cap. 10. Augu. est vti cũ gaudio non adhuc spei, sed iã rei. Vtraq; vero fruitio solis creaturis rõnalibus, nẽpe angelis, & hominibus propriè cõuenit, quippe qui pñt media in finẽ referre, quod à brutis animãtibus alienũ est. ¶ Ex his demum colligitur quinta cõclusio. Beatitudo est intellectus cognitio speculatiua per se sufficiẽs: est em Dei contẽplatio, vt monstratũ est. In hoc enim seculo Philosophus, vt. 1. &. 10. Ethi. docuit, duas distinxit fœlicitates practicã, scilicet, quæ cõsistit in operatione secundũ morales virtutes, & speculatiuã quæ consistit in contemplatione substantiarũ separatarũ. Et hanc

Tertia conclusio.

August.

Quarta conclusio.

Aug. Frui vtendis et vti fruendis.

Probatio cõclusionis.

Matth. 5.

Psalm. 29.

Quinta conclusio.

Beatitudo practica et speculatiua.

Respõdetur illis qui beatitudinẽ ponunt in delectatione.

hanc dixit esse digniorẽ, & præstantiorẽ. Primo, quia est optimæ potentię & optimi obiecti. Licet inter intelligentias non expresserit Deum, qui est omniũ summũ. Secundo, quia quæritur propter se, nam operatio virtutum moraliũ creberrimè posita est in opere egenis ferenda. Tertio, quia per ipsam cõmunicamus Deo, eique assimilamur. At verò visio Dei, quam Aristoteles non agnouit, simpliciter est contẽplatio speculatiua, quia nullatenus circa mores versatur, imò per ipsos iam exactos cõparat. Tametsi, quia per illã actionem elicitur dirigiturq; amor in Deum quo omnes beatæ voluntatis affectus cõponuntur, dici quodammodo potest practica. Quod aũt sit sufficientissimũ bonum, simili ratione fit notum. Ad vtranque enim huius vitæ beatitudinẽ corpus requiritur, ac perinde bona eius valetudo, & habitudo, atque adeò in eius subsidium requirunt exteriora bona, ac subinde amicis, non quibus indigeat, sed apud quos fœlix sua beneficia collocet. Quãuis plus sit indigua fœlicitas actiua, q̃ contẽplatiua. At verò beatitudo patriæ corporibus ex necessitate non indiget, vt supra diximꝰ: cũ visio illa nõ per abstractionẽ à phãtasmatibꝰ corpalibus ꝓducat: requirit tñ corporũ resumptionẽ tanq̃ accidens, veluti pulchritudo aduenit iuuentuti. Illam verò corporũ resumptionem cum optima eorum valetudine, & pulchritudine, & ornamento, visio in se ipsa quodãmodo continet: qm̃ ratione illius status Deus resuscitabit corpora nostra. At verò externorum bonorũ ad eorum corporum perpetuitatem, nequaquam. Amicos aũt habet eadem fœlicitate fruẽtes, atq; ista rõne visio illa beata & beans status est omniũ bonorum aggregatiõe perfectus, perq; illam adeò vnicã beatus habet quicqd vult, & per eãdem nihil malè vult: nam inde deriuatur in voluntatẽ amor, qui summa est eius rectitudo: & delectatio quæ est omniũ desideriorum expletio, atq; adeò summa requies. ¶ Et per hoc illis respondetur qui fœlicitatem in aggregato visionis, & contemplationis collocãt. Conceditur enim, q̃ si videns Deum per absolutam Dei omnipotentiam ipsum non amaret, aut eius visione non oblectaretur, nõ esset beatus, sed tñ ex natura rei ex visione fluunt, & amor firmus, & delectatio plena: & ideo quia visio virtute continet reliqua, ipsa est bonorum omnium aggregatio, atque adeò vera beatitudo.

Respondetur illis qui fœlicitatẽ ponunt in aggregate.

Sola. arg.

¶ Primum igitur argumẽtum satis solutum est, vbi explicuimus quemadmodum fruitio sit quodãmodo ipsa visio, quia est actio per quã percipitur voluptas & delectatio. Quãuis recipiatur in voluntate, tanquam motus hoc est passio vel affectio eius. ¶ Ad secundũ respondet, q̃ cum sola volũtas sit appetitus rationalis, per illam appetit homo & anima separata omnia sua bona, ac proinde oẽs fines aliarũ potentiarũ comprehendunt & cõtinentur sub obiecto voluntatis, quæ appetit intelligere, audire & videre &c. Ob idque omnes potentias ad eosdem fines consequẽdos mouet. Ex quo sequitur visionem ipsam esse obiectum & finẽ voluntatis: quare ipsa est, quæ cõsequitur finem, quoties quælibet aliarũ potentiarũ suum proprium attingit: verba sunt in forma S. Tho. Quibus idcirco docet voluntatẽ, per visionem intellectus cõsequi suum vltimum finem. ¶ Ad tertium denique ipse rñdet, q̃ in delectatione sunt duo scilicet perceptio conuenientis boni, nempe finis, & hæc pertinet ad apprehensiuã potentiam, atq; adeò ad intellectum in delectatiõe cælesti, & complacentia eius quod offertur, vt conueniens. Et hæc pertinet ad appetitiuam potentiã: vbi ratio delectationis cõpletur: quia illa delectatio est motus (vt diximus) hoc est passio vel affectus eius.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

QVAESTIO SECUNDA, De adeptione beatitudinis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm omnis homo appetat beatitudinem.

IN hac quęstiõe de beatitudinis consecutione ordinem D. Tho. præter meum ingeniũ. 1. 2. q. 5. non seruo. Imò postremo eiꝰ articulo primũ locũ tribuo: quia cum assecutionẽ rei motus præcedat, quo ad ipsam tenditur, & primũm fundamentũ motus sit appetitus, hic ordo naturæ videt germanior, vt ab appetitu beatitudinis exordiamur. Et ideo primo quæritur, vtrùm omnis homo appetat beatitudinem. Et arguitur à parte negatiua. Nullus id appetere valet qd̃ ignorat, cum vt. 3. de Anima autor sit Philo. bonum apprehensum sit appetitus obiectũ:

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multi aũt ſunt, qui beatitudinẽ ignorãt. Vnde vt Aug.13.de trini.c.4.adnotauit, tanta diuerſitas cenſendi de beatitudine oborta eſt: alijs ſcilicet in voluptatibus corporis eã collocãtibus, atq; adeò in virtute animæ, & alij in rebus alijs: ergo non omnis homo beatitudinẽ appetit. ¶Secundò. Eſſentia beatitudinis eſt viſio eſſentiæ diuinæ (vt iam conſtitutum eſt) ſed aliqui opinant hoc eſſe impoſsibile, alijq; illud exiſtimant difficilè & laborepleniũ, quia neceſſe eſt illius gratia à voluptatibus huius vitæ abſtinere: quibus ineſcãtur mortales: ergo non oẽs illam appetũt. ¶Tertiò arguitur. Beatus eſt (vt ait Aug.) qui habet quicquid vult, & nihil malè vult: cõplures aũt malum, etiã conſulto volũt: ergo non omnes beatitudinẽ appetunt. ¶In contratiũ autem eſt illud Auguſt. lib.13.de trinit.capi.3. Si mimus ille diximſſet, Omnes beati eſſe vultis, miſeri eſſe non vultis, diximſſet aliquid, q̃ nullus in ſua non cognoſceret voluntate.

Secundũ argumẽtum.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶Hæc queſtio multa digna ſcitu in hac materia cõtinet. Ad quam ideo tribus premiſsis diſtinctionibus quinq; cõcluſionibus rñdeb. Diſtinctiõe quippe impræſentiarũ opus eſt, & ex parte beatitudinis, & ex parte appetitus, ac deniq; ex parte appetitionis. Beatitudo nanq; bifariam conſiderari põt. Non dico duplicẽ eſſe beatitudinẽ: qm̃ non eſt niſi vnica vera, nempe viſio illa beata: ſed illa inq̃ bifariam conſideraẽ. Vno modo ſecundum eius generalẽ rationẽ, nempe ſecundũ nomẽ hoc beatitudo: atq; altero modo ſecundum ſpecialẽ ſingularemq; eius rationẽ videlicet. Hæc beatitudo, vt viſio illa deſigneẽ. ¶Item appetitus, alius eſt naturalis, atq; alius liber, ſeu electiuus. Atqui naturalis ille, qui eſt in rebus inanimis & in animantibus brutis, eã hil ad noſtrũ attinet propoſitum: qm̃ ille nõ fertur in vltimum finem per eius cognitionem, eo modo quo hic loquimur: ſed in ſolo appetitu rationali, ſcilicet voluntate diſtinguũtur rationes ãuq̃. Eſt enim in ea quẽdã eſt naturalis, atq; alia inclinatio libera quatenus eſt indifferens ad vtrũlibet. ¶Quocirca dũ percontamur vtrũm omnis homo appetat beatitudinem, poteſt appetitio alterum duorum ſignificare: videlicet aut inclinationem duntaxat naturalem volũtatis: quæ eſt propenſio & pondus in rem aliquam ante actũ elicitum: quæ nimirũ inclinatio à natura homini ineſt, ceu rebus vniuerſis, etiam cognitione carentibus, quæ actum elicitum habere nequeunt. Veluti grauitas ineſt lapidi atque igni leuitas: quæ cùm cognitione caẽeãt, actus nõ habeant elicitos, ſed motus naturales per modũ paſsionis, vt aſcenſum & deſcẽſum. Aut põt nominare actum elicitũ appetendi, nempe amorẽ. ¶His præhabitis, vt ab eo quod natura altiꝰ imprimit exordiamur. Quæritur primo de appetitu, videlicet de inclinatione ante actũ elicitum, vtrum naturalis nobis inſit ad vltimũ finem. Et ne omnia in litem deferamus conpertiſsimũ omnibus & confeſsiſsimũ eſt, naturalẽ in nobis ineſſe appetitum ad beatitudinẽ generaliter conſideratã, nempe ad bonũ, quod homini optimum eſt: iuxta illud philoſophi in fronte.1. Ethic. Bonum eſt quod omnia appetũt. Sed ambiguitas noſtra eſt. Vtrùm naturalis appetitus hoĩs in illam tendat beatitudinẽ veram quæ eſt videre Deum. Huius enim partẽ affirmatiuam tenet Scotus in prologo ſentẽtiarum, vbi ait q̃ Deus eſt finis naturalis hominis, & in.4.d.49.q.9.quo loco ait naturale deſideriũ ferri ad videndũ Deum. Et cum Scoto ſentit Durand.q.8. Partem verò negatiuam amplexus eſt Caiet.in.1.par.q.1.arti.1. &.q.12.art.1. Ait quippe quòd ſi natura & voluntas humana conſideretur in puris naturalibus lumine fidei deſtituta, non habet naturale deſideriũ videdi Deũ, ſed ſi conſideret lumine fidei illuſtrata, præſuppoſita ſcilicet cognitiõe, q̃ beatitudo cõſiſtit in viſione, naturaẽ illã deſiderat. Fundamẽtũ eiꝰ eſt hoc. Finis naturalis hoĩs eſt quẽ naturaliter põt attingere: nequimꝰ aũt Deum naturaẽ, vt arti. proxi. mõſtrabimus, videre: ergo Deus viſus nõ eſt nobis naturalis, ſed ſupnaturalis finis: atq; adeò neq; appetitus ipſius eſt nobis naturalis. ¶Secũdò. Naturale deſideriũ & appetitus eſt ille qui naturaliter põt actum elicere circa ſuum obiectũ: ſed non poſſumus naturaliter actu elicito appetere viſionẽ Dei, quia vt ait Aug. Nihil eſt volitũ niſi præcognitũ: & cognoſcere illũ finem nõ poſſumus naturaliter, quia eſt reuelatio fidei: ergo neq; appetitus eſt naturalis. ¶Nihilominus prima concluſio huius articuli ſit affirmatiua. Homini ineſt appetitus naturalis ad illam verã beatitudinẽ, quæ in Dei viſione cõſiſtit. Nõ dico appetit per actum elicitũ: ſed habet appetitum, hoc eſt, inclinationẽ naturalẽ & põdus naturæ quo in illũ finẽ propendet: ſicut eſt grauitas in lapide & põdus in centrũ. At Durandus ait hunc naturalẽ appetitũ & inclinationẽ nõ eſſe volũtatis ſed intellectus cuius eſt finẽ cognoſcere & apprehendere. Sed pfectò potiùs eſt volũtatis, nam homo eſt, qui beatitudinẽ appetit, & proprius appetitus hoĩs nõ eſt intellectus neq; alia potentia ſed ſola volũtas. Nõ negamus intellectui ſuã inclinationẽ ad cognoſcendum, ſed tũ hominis per voluntatẽ eſt appetere, finẽ vltimum videre, apprehẽdere, & poſsidere. ¶Cõcluſio imprimis eſt S. Tho. in ſuo prologo ſuper.1. ſent. vbi ait. Vnũquodq; ſuauiter eſt diſpoſitum qũ collocaẽ in ſuo fine, quẽ naturaliter deſiderat: & hoc inquit nobis collatũ eſt per Chriſtum, qũ nos in gloriã æternã induxit. Inductio ergo in gloriam æternã per viſionẽ eſt finis quẽ naturaliter homo deſiderat. &.1. par.q.12.arti.1. ait ineſſe nobis naturale deſiderium ad cognoſcendũ cauſam cognito effectu: quare per cognitionẽ creaturarũ naturaliter appetimus cognoſcere cauſam, nẽpe Deum. ¶Reſpondet aũt Caieta. q̃ intelligit de deſiderio cognoſcendi cauſam ſub ratiõe cauſæ, nẽpe cognoſcere quomodo hæc efficit: non aũt de deſiderio videndi eſſentiã. At verò hoc planè eſt mentẽ D. Tho. detorquere. Quẽrit em̃ illic, vtrũ intellectus creatus naturaliter poſsit videre Deũ per eſſentiã. Cùm ergo partẽ affirmatiuã per illud mediũ concludat, manifeſtũ eſt intelligere de deſiderio videndi eſſentiã. At verò.1.2.q.3.arti.8. abſq; ænigmate hoc explicatiſsimè affirmat. Probat em̃ illic q̃ vera beatitudo non põt conſiſtere niſi in viſiõe diuinę eſſentiæ: quia vniuſ cuiuſq; perfectio attendit ſecundũ rõnem ſui obiecti, obiectum aũt intellectus, vt.2. de anima ait Philoſo. eſt quod quid eſt, id eſt eſſentia rei: & ideo ex cognitione effectũ Dei remanet inquit naturaliter homini deſideriũ, vt cognoſcat de cauſa quod quid eſt, ſcilicet eſſentiã ipſius Dei: ſicut cognita eclypſi habet naturale deſideriũ cognoſcendi eſſentiã cauſæ: eſſentia aũt Dei non põt niſi per viſionẽ cognoſci: iuxta illud Ioannis videbimus eum ſicuti eſt: ergo homo ex creaturis naturale colligit deſideriũ videdi Deum. ¶Sed probaẽ pręterea cõcluſio ex cõi animi conceptiõe. Nemo em̃ eſt mortaliũ cuiuſcunq; religionis aut ſectę, qui interrogatus an cupiat Deũ videre nõ reſpondeat, ſe id percupere. ¶Mox arguiẽ autoritate Aug. in li. de prędeſtinato. vbi ait. Poſſe habere fidẽ & charitatẽ, naturæ hoĩs eſt: habere aũt, gr̃æ Dei. Rñdet aũt Caie. q̃ poſſe habere eſt naturę, id eſt, hõ eſt illiꝰ cognitiõis capax. Sed pfectò plus aliqd voluit Aug. tribuere naturę, nẽpe inclinationẽ ad fidẽ charitatẽ & gloriã. ¶Et vt arguit Scot. trinꝰ eſt appetitꝰ, nẽpe naturalis & violẽtus & neuter. Tamerſi de appetitu neutro nihil mõ approbemꝰ: qa forſan nullus eſt, niſi dicas oculũ corporalẽ habere appetitũ neutrũ ad videndũ Deũ: quẽ certè potiùs appellarem repugnantẽ. Appetitus aũt noſter ad videndũ Deũ non eſt violẽtus, neq; verò neuter: ergo eſt naturalis. Ait Caiet. eſſe trm̃ obedientialẽ: ſed revera plus quippiã videmur habere. Cadauer em̃ ſolũ habet obedientialẽ potentiã, vt animã reſumat: q̃ verò hõ recipiat gloriã aliqd ſuper addere videẽ. ¶Potiſsima verò ratio quæ me perſuaſum habet eſt hęc. Quod homo ſit imago & ſimilitudo Dei, eſt naturale: nã qũ dixit Deus, Faciamꝰ hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã, naturã ipſam noſtram deſignauit. Similitudo aũt & imago Dei certè non ſolum capacitatẽ dicit Dei videdi, ſed naturalẽ etiã inclinationẽ: nã ſimile naturaẽ appetit ſuũ ſimile. Atq; hinc alia colligiẽ ratio. Appetitus naturalis hominis in nulla re mundi, quã obtineat, quieſcit, ſed ſemper in aliud fert: quouſq; ad illũ fœliciſsimũ Dei conſpectũ perueniat: iuxta illud Aug.1.cõfeſſ. Feciſti nos dñe ad te, & inquietum eſt cor noſtrũ donec perueniat ad te: ergo hoc manifeſtũ indiciũ eſt eundẽ appetitũ naturalẽ in illũ finẽ tendere: ſiquidẽ extra illum non ſatiaẽ. Hac em̃ rõne probaẽ, q̃ materia omnẽ appetit formã: nempe, quia nulla ſatiaẽ. Niſi q̃ ille appetitus eſt vagus ad oẽm formã: noſter verò eſt determinatus & deſtinatus in rem aliquã. ¶Præterea arguiẽ. Vnaquęq; res ſuapte natura in rẽ aliquã determinatã fertur: ſicut terra ad centrũ & ignis ad concauũ lunę: at verò nulla res põt deſignari quam naturalis appetitus hoĩs, ceu in vltimũ finẽ tendat citra illã viſionẽ: ergo illa eſt noſter naturalis finis in quẽ ideo naturaẽ ferimur. Nã ſi dixeris q̃ naturaẽ illã deſideramus in gñe deſiderãdo bonũ, nequaq̃ rei ſatisfeceris: qm̃ hoc vagũ deſideriũ in bonũ, neceſſe eſt in rẽ illã naturaẽ tendat, inquaſumũ hoĩs bonũ ſitũ ſit. Et tandẽ concluſio cõfirmaẽ ex illo 3. Oſtende faciẽ tuã & ſalui erimus: vbi certè inclinatio naturalis exprimiẽ. Cui illud cõſonat. Ioã.14. oſtẽde nobis Patrẽ & ſufficit nobis, vbi inſinuaẽ q̃ citra illud nihil appetitui ſufficit naturali. ¶Tandẽ arguitur ex dictis Caie. Si cognito illo fine vltimo per fidẽ, tũc naturaẽ homo illũ appetit, colligitur illã inclinatiõem naturalẽ ſemper eſſe natura inſitam, etiã ante illam cognitionẽ:

Quæſtio.

Arbo.

Scotus.

Caietanus.

Primaconclu.

Aliaratio.

Aug.

Ratio potiſsima.

Aliaratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam cognitio illa nõ attulit inclinationem, sed fecit eum potentem elicere actum suum. ¶Respondet ergo ad argumẽta Caietani, nõ bene definisse finẽ naturalẽ esse illum quem põt homo naturaliter cõsequi, neq; appetitum naturalẽ illũ qui naturaliter põt habere actũ elicitum: qm̃ appetitus naturalis nõ debet definiri per effectũ, sed per causam. Est ergo appetitus naturalis quẽ nobis natura inseruit: & eo ipso quod creati sumus ad imaginem Dei insitũ habemus appetitũ naturalẽ ad ipsum videndũ. Atq; adeò finis naturalis est quẽ naturaliter appetimus: licet consecutio eiʹ & adeptio nõ sit nobis naturalis. Hæc enim fuit nostrę magnificatio naturę, quod ad illũ finem fuerit condita, quẽ nisi per auxilium speciale Dei consequi non valeamus. ¶Et per hoc rñdetur ad aliud eius argm̃ ex 2. Cœli. vbi ait Philo. q̃ si astra haberent vim progressiuam, natura dedisset eis organa opportuna nẽpe pedes: sed quia nõ dedit talia organa, signũ est quod neq; dedit vim. Similiter nãq; arguit Caiet. q̃ postq̃ nõ habemus naturalia instrumẽta ad videndum naturaliter Deum, nõ habeamus naturalẽ inclinationem. Rñdetur aũt q̃ Arist. non dixit si haberent inclinationẽ, sed si haberent vim, haberent instrumẽta. Nos aũt non dicimus, q̃ natura nostra habet vim, id est potestatẽ naturalẽ videndi Deũ, sed inclinationẽ. Præterea Arist. nil de supernaturalibus nouit: & ideo non cõcederet rem aliquã habere naturalem inclinationẽ ad aliquid nisi haberet potestatem & naturales vires ad illud assequẽdum: nos aũt concedimus naturã nostrã adeò esse sublimem, vt ad illũ finem naturaliter inclinetur, quẽ non nisi per auxiliũ Dei assequi possumus. Est tñ paratissimus nobis subuenire: & quæ per alios possum̃, per nos ipsos posse censemur. ¶Hoc supposito de appetitu, qui est potẽtia, subsequit̃, vt de appetitiõe dicamus, quæ est actus elicitus. Beatitudo ergo, vt dicebamus, considerari põt aut sub generali rõne aut sub speciali & singulari. Sit ergo secũda cõclusio. Beatitudinẽ sub generali rõne omnis homo suapte natura appetit nõ solũ naturali inclinãtiõe, sed etiã actu elicito dum illi mẽte offertur. Probatur. Beatitudo sic cõsiderata nil aliud est q̃ bonũ perfectũ: bonum aũt est obiectũ voluntatis, atq; adeò bonũ eius perfectũ est illud quod eam satiat eiusq; desideria cõplet, eique perinde satisfacit: ergo beatitudinem appetere id ipsum est q̃ appetere in genere vt voluntas expleatur eiusq; desiderijs fiat satis. Hoc aũt nemo est, qui non appetat, quantũuis sit corruptæ vitæ. Nam etiã iniqui dum voluptates suas explere volunt eas sub ratione boni apprehendunt, quãuis in rei veritate à vera beatitudine sint alienæ, imo ei sint aduersæ. Atq; hoc est quod Augu. loco citato docuit, vbi facetiam mimi cuiusdã refert. Qui cũ in theatro pollicitus esset enunciaturũ se quid quisque habeat in animo, cũctis magna expectatiõe suspensis, cupiẽtibus miraculũ audire, quomodo scilicet posset arcana cordiũ detegere, tandem dixit, vili vultis oẽs emere, & carè vendere. Irridet verò meritò Aug. scenici illius ineptã facetiam. Quãplurimos enim videas, qui vt suis animis obsequant, & fruant concupitis voluptatibus, charissimè emunt, & vilissimo precio vendũt, atq; adeò sua bona dilapidãt. At verò si quispiã ille esset ex sapientibus, dixisset. Omnes beati esse vultis, miseri esse non vultis: & tunc certò cõiectasset, quid quisque in animo gereret. Scot. in. 1. sen. q. 4. nõ vult Augustinũ loqui de actu elicito quo scilicet oẽs appetant beatitudinem, sed de inclinatione naturali. Sed hoc illico mõstrabimus non esse menti Augustini consonũ. ¶Ratio aũt cõclusionis est, quã D. Th. 1.2. q. 10. arti. 1. sapienter docuit. Quicquid em̃ rei nõ necessario cõpetit fundat̃ in eo qd̃ sibi à natura est necessariũ. Intellectui nanq; prima principia cognitionis sunt per se naturaliter nota, vt quodlibet est vel nõ est: atq; inde deducunt̃ alia plus minusue nota, quæ cũ nõ sint tam euidẽtia, necessitatem intellectui nõ inferũt, vt eis assentiat. Quod aũt in intellectu est primũ principiũ respectu omniũ cõclusionũ, est in volũtate vltimus finis, ad quẽ omniũ referunt̃ electiones mediorũ: ergo æqua rõne in vltimũ finem sub illa gñali rõne cognitũ sic fertur naturaliter, vt nequeat illud nolle, sed necessario, si aliquẽ illius actum habeat, sit volitio. ¶At verò quanuis conclusio hæc sub hoc verborum generali tenore nequeat legitima rõne negari, maiori nihilominus indiget explicatiõe. Est siquidẽ dubium vtrùm beatitudo, & summũ bonum sub hoc genere cognitũ sic volũtas naturaliter appetat, vt nequeat nõ velle, an verò dũtaxat sic, vt nequeat nolle. Tractãt em̃ quæstionẽ Scotus in primo. d. 1. q. 4. & impręsentiarũ. q. 9. & Duran. q. 8. Ad cui⁹ intellectũ annotandũ, q̃ voluntatẽ ferri naturaliter in bonũ. bifariam potest intelligi, videlicet aut quantũ ad specificationem actus, aut quantũ ad exercitiũ.

Soluunt̃ argu. Caieta.

Mimi inepta facetia.

Ratio cõclusionis.

Secunda cõclusio.

Explicatio conclusionis.

Quantũ ad specificationẽ sensus est, q̃ volũtas non põt nolle beatitudinẽ sub generali rõne cognitam summi boni, sed si aliquem actũ habeat, ille necessario est volitio, & appetitio. Appetere aũt naturaliter quantũ ad exercitiũ, est non id solũ, sed q̃ oblato obiecto sub illa cognitione, necessariò volũtas habet volitionẽ. Itaq; non valeat ab exercitio cessare. ¶Et quidem Henricus Gandensis quodli. 3. q. 7. opinatur voluntatẽ necessitari respectu vltimi finis sic cogniti, non solum quantũ ad specificationẽ, sed etiã quantũ ad exercitiũ, vt non possit illã in genere cognitam nõ velle. Quæ quidẽ sntia in beatis euidẽter cognoscẽtibus beatitudinẽ in particulari verissima est, vt quæst. seq. monstrabit, non enim pñt ab amore desistere. ¶Veruntamẽ de eadẽ beatitudine in via in genere cognita solũ sub rõne summi boni statuitur tertia cõclusio. Beatitudo sic in genere cognita necessitatẽ infert volũtati quantũ ad specificationem, non tñ quantũ ad exercitiũ. ¶Probat̃ prior pars primũ rõne iam facta. Quia inclinatio naturalis volũtatis est ad bonũ quo sustiare eam possit. ¶Secũdo, sic planius explicatur. Obiectũ propriũ voluntatis est bonũ. Itaq; sicut intellectus non põt alicui assentiri nisi appareat ei verũ, neq; visus quidpiã nisi sub ratione coloris videre, ita & voluntas nullam valet rem appetere, aut amare nisi ei offeratur sub rõne boni, atque adeò nec põt quidpiã nolle & respuere, nisi sub aliqua ratione mali. Veluti intellectus, nulli põt ꝓpositiõi dissentiri nisi appareat ei falsa. In beatitudine aũt sub illa ratione generali cognita nulla apparet ratio mali: ergo neq; põt volũtas eam odisse aut nolle. ¶At verò nonnulli ex neotericis quorum est Maio. d. pñti. q. 7. quia cuncta contendũt in litem euocare, inficiantur illam maiorem, nempe solũ bonũ esse obiectũ voluntatis. Imò põt inquit, velle aliquid sub rõne mali, ac proinde nolle sub ratione boni. Et probat. Quia pñt damnati voluntatẽ suam diuinæ volũtati accõmodare, & (vt aiunt) conformare: potest aũt Deus eis præcipere, vt suam ipsius nolint beatitudinem: quia nec eis vult ipsam conferre: ergo possunt eã nolle, atq; adeò sub rõne boni, qa in beatitudine nulla apparet ratio mali. Idẽque asserũt de illo cui Deus suã reuelaret dãnationẽ: posset em̃ eam velle, beatitudinẽq; subinde nolendo respuere. ¶Nescio tñ quis nam posit hoc quod isti contendũt persuasum habere. Profectò tam impossibile est volunt atem id velle in quo nulla apparet ratio boni, aut nolle in quo nulla apparet ratio mali, q̃ est impossibile visui id videre, quod nullo indutum est colore. Scisciterer em̃ ab istis, cùm vnicuiq; potentiæ suũ sit propriũ natiuumq; obiectũ, quod nam consignare pñt voluntati si bonũ non est eius obiectũ? ¶Sed forsan quis fingat, quòd quemadmodum obiectũ intellectus sit hoc disiunctũ verum vel falsum, ita & obiectũ voluntatis sit bonum vel malũ. At verò responsio hæc vera est, si quæ latet fallacia detegatur. Intellectus quippe est potentia, tum apprehẽsiua, tum iudicatiua, & ideo apprehendit quidem æqualiter verũ & falsum, sed tñ iudicatiuus assensus non est nisi veri, & dissensus non nisi falsi. Voluntas verò non est nisi tantũ appetitiua, cuius ideo tantũ bonum est obiectum respectu volitionis, ac subinde malũ respectu nolitionis. ¶Ad argm̃ ergo eorum respondetur, quod dãnati nolunt quidẽ beatitudinem, nõ vt voluntatẽ suam diuinæ subijciant, imò quanuis eis præciperet, nollẽt obtemperare, sed illam respuunt, propter odiũ quo Deum prosequuntur, quem ideo videre nolunt, atq; id sub aliqua ratione mali nolunt, scilicet, sub rõne inimicitiæ. Atq; adeò eius inimicitias sub ratione boni appetunt: nempe quia se volũt de suo hoste vindicare. Ille verò cui in hac vita reuelaret̃ sua damnatio (quod de lege ordinaria fieri nõ põt) nõ ideo illam cuperet. Sed si Deus ei præciperet, vt eam vellet, & ei obtemperaret, id faceret sub illa rõne boni, quæ est obedire Deo. ¶Eadem cõclusio confirmat̃ autoritate August. in Enchiri. c. 104. vbi ait. Neq; voluntas non est, aut non libera dicta est, qua sic beatę esse volumus, vt miseros nos esse velle nõ possumus. ¶Veruntamen Scotus quãuis loco citato fateatur nobiscum, q̃ circa vltimũ finem oblatum sub illa ratione nequeamus actũ elicere volũtatis nisi velle, non tñ oĩno nobiscum cõuenit, q̃ ille amor beatitudinis in genere cognitę sit naturalis. Naturale em̃ vno modo dicitur, vt distinguitur cõtra liberum, atq; alio modo, vt fit ex inclinatiõe naturali, quanuis libere. Scotus ergo non concedit esse naturalem primo modo, sed secundo, scilicet, quia oritur ex inclinatione naturali, & fit absq; electione. At verò S. Thomas intelligit voluntatem moueri naturaliter, id est, non libere, vt. 1.2. quæstione. 10. artic. 2. se planè exponit, dicens, q̃ voluntas ab aliquo obiecto mouetur naturaliter, vt ab vltimo fine, ab

Mimi inepta facetia.

Diuersitas.

Probatio.

Diluitur obiectio.

August.

Scotus.

S. Thomas.

Universidad de Deusto Biblioteca

ne, ab alijs non, ſcilicet à medijs. ¶ Argumen
Argumẽt. Scoti. tum autem Scoti quo vtitur in primo. diſt. 1. quæſt. 4. eſt, q̃ vnius potentiæ non põt eſſe niſi vnus modus agendi: cum ergo voluntas ſuapte natura ſit potentia libera, non poteſt habere alium modum, vt ſcilicet aliq̃ reſpectu alicuius finis moueatur naturaliter: quoniam agere libere & naturaliter ſunt cõtraria. Item quia ſi eſt actus volũtatis, eſt voluntarius: omne autem voluntarium eſt liberũ.
Reprobatio Scoti. ¶ At profectò eadem ratiõe probaret, quòd cum intellectus reſpectu aliquarũ concluſionum nõ moueatur neceſſariò naturaliter ad aſſenſum, inde cõſequatur, vt neq; reſpectu primorum principiorum moueatur neceſſariò. Reſpondetur ergo, quòd licet libertatis arbitrium idem ſit, quòd voluntas, ratione tamen differũt: quicquid em̃ eſt à voluntate põt dici voluntarium, ſed tm̃ ratio libertatis addit indifferentiã ad vtrũlibet. Et ideo quãuis voluntas ſuapte natura ſit libera, nihilominus reſpectu finis vltimi mouetur, vt natura quantũ ad ſpecificationem, ita vt reſpectu illius non poſſit habere actum niſi volendi. Itaq; ſicut graue ſuapte natura deſcendit quia eſt talis natura, ita voluntas ſuo pondere ferturin beatitudinẽ ſibi in gñre cognitã, vt non poſſit eã reſpuere. ¶ Alioqui ſi ſua ar
Contra Scotum. gumẽtatio efficaciam haberet, concluderet ſubinde nec beatos poſſe Deum viſum amare per modum naturæ, vt ibidem concedit: quod eſt falſiſsimum. Imò eum non amant libere licet per voluntatem, ſed naturaliter: vt quæſt. ſequenti videbimus. Et eſt quodãmodo exemplum in Deo, licet non ſit omnino æquiparatio. Amat quippe ſeipſum ſpiratq; ſpiritum ſanctũ certè non libere, ſed naturaliter, tametſi Scot. diſt. 10. videatur illũ ſubobſcurè negare. Nihilominus quanquã ſpiratio illa ſit ſpontanea & voluntaria, non tm̃ eſt libera, ſed tam naturalis quàm generatio filij: quia non poteſt ſe Deus non amare aut non ſpirare ſpiritum ſanctum, quanuis omnia extra ſe amet libere. Rñdetur ergo, q̃ voluntas amat vltimũ finem non proprie, quia libere vult, ſed quia eſt talis naturæ, qa non eſt in ſua potẽſtate, ſi habet erga ipſum
Secundũmẽ brum cõcluſionis. actionẽ, non amare. ¶ Secundũ concluſiõis membrũ cõtra Henricũ aſſertũ eſt, qui cenſet beatitudinem ſub illã generali ratiõe cognitam neceſſitatẽ voluntati inferre, etiam quoad exercitiũ. Id quod primo ſic probat.
Probatiões Henrici. Sicut prima principia in intelligibilibus, ſic & in operabilibus vltimus finis: prima autẽ principia neceſſitate intellectũ mouent ad aſſenſum: ergo & vltimus finis voluntatẽ ad eius amorẽ. Secũdò volũtas neceſſario illud amat, cuius gr̃a cætera cupit: cũcta verò quæ concupiſcit in vltimũ finẽ refert: ergo illud neceſſariò amat. Tertiò, volũtas nequit quippiam nõ velle, niſi in quo ſit vel aliquis defectus boni vel aliqua apparentia mali: in vltimo aũt fine ſic cognito neutrũ iſtorũ ineſt: ergo non põt ab amore vltimi finis ceſſare.
Scotus. ¶ Scotus verò inter alias impugnatiões iſtas, vt præcipuas ponit. Primum arbitraſ contra dictiõnẽ inuoluere vltimum finem ſub rõne gñali cognitum neceſſitate trahere voluntatem, & tm̃ cognitum ſub rõne particulari, nẽpe viſionis Dei, non idẽ facere, quãuis abſtractiuè & ænigmaticè, vt in hac via noſcitur. Huius aũt rationis infirmitatẽ illico mõſtrabimus. ¶ Secundò id redarguit Potentia inferior nequit ſuperiorẽ vincere: ergo intellectus oſtendens vltimũ finem nequit voluntatem ſic vincere, vt neceſſario illũ amet. Hæc
Reprobatio Scoti. vero ratio pluribus errat modis. Primo ſupponens intellectũ eſſe volũtate inferiorẽ: cuius contrariũ ſupra demõſtrauimus. Secundo, qa maior illa in ſenſu ipſius falſa eſt: imò ſenſus oſtẽdens prima principia intellectui, vt à quolibet puncto in quodlibet punctũ lineam ducere, ipſum vt aſſentiat euincit. Tertio, quia hæc victoria non eſt potentiæ oſtẽdentis obiectũ, ſed ipſius obiecti. Etenim dũ intellectus oſtendit vltimũ finem voluntati, non eſt ipſe, qui voluntatẽ pertrahit, ſed obiectũ ipſum cognitũ: intellectus em̃ nõ facit niſi obiectũ applicare, veluti qui ignẽ ſtupæ admouet nõ exurit, ſed ignis ipſe. Et hac ratione quęſt. ſeq. cõmonſtrabimus Deum clarè viſum voluntatẽ nõ modò allicere, verùm neceſſitate ad amorẽ monere, etiam quoad exercitium. ¶ Aliter probatur cõcluſio ex illo
Augu. Augu. 1. retracta. Nihil tam eſt in poteſtate voluntatis q̃ ipſamet voluntas: ſed tm̃ hæc autoritas nõ reprobat voluntatẽ quoad ſpecificationẽ neceſſitari in hac vita, & in futura etiã quoad exercitiũ: & ideo nõ eſt tã efficax. ¶ Ratio ergo legitima eſt, q̃ beatitudo
Legitima ratio. in hac vita ſub illa gñali rõne cognita nõ eſt potens volũtati neceſſitatem imponere, vt ſit illi obiecto attenta: nã cùm ipſa ſit reliquarum potentiarũ motrix, põt quæcũq; cognitio in intellectu exiſtat, ad aliud ſe diuertere. Imò & intellectũ ab illa cogitatiõe repellere. Solus nanq; Deus, qui eſt autor naturæ põt neceſſitatem voluntati inferre quoad exercitium:

Durandus. tium: id quod in patria per ſuam ipſius viſionem facit. ¶ Durãdus autem in allegata quæſtione. 8. hanc ſic moderatur concluſionem, quòd ſaltem homo cognita beatitudine in genere neceſſitatur quoad velleitatem, quæ non eſt voluntas efficax, ſcilicet vellem. Sed re vera ratio facta hoc etiam falſum eſſe demonſtrat: quia cum voluntas poſſit exiſtente illa cognitione illam amouere, ad nullum
Contra Scotum. actum neceſſariò mouetur. ¶ Non tamẽ propter hoc debuiſſet Scotus mentem Auguſtini detorquere, dicens, quòd illis verbis, Omnes beati eſſe vultis, miſeri eſſe non vultis, ſolum appetitum deſignauerit qui eſt naturalis inclinatio: nam etiam actum ipſum elicitum ſignificauit. Non quòd neceſſario quantum ad exercitium ſemper habeatur, vt patet in dormiente, ſed quantum ad ſpecificationem, vt expoſitum eſt.
Quarta concluſio. ¶ Quartà concluſio. Veram beatitudinẽ in particulari cognitam, ſub illa ſcilicet ratione quæ eſt viſio, apprehẽſio & poſſeſsio Dei, nemo naturaliter poteſt appetere actu elicito niſi ſupernaturali cognitione pręſuppoſita. Concluſio eſt liquida, quia nil eſt volitum niſi præcognitum: cognitio verò hæc beatitudinis, ſicuti & res ipſa, vires excellit naturæ: quia ſupernaturalis eſt. Non nego, quin per vires naturales poſſit talis appetitio elici, ſuppoſita reuelatione ſupernaturali in ipſo, qui appetit, vel in alio. Enimuerò ſi Chriſtianus lumine fidei perfuſus infidelem doceret, veram beatitudinem in ſolo Dei conſpectu & poſſeſsione conſiſtere, poſſet quidem illi veritatem hanc perſuadere, atque adeò poſſet infidelis ille aſſenſum præbere, atque adeò eundem Dei conſpectum appetere & concupiſcere, quãuis nollet alios fidei articulos recipere. Illa tm̃ appetitio non eſſet grata Deo: quia non dimanaret à fide catholica, neque finem illum ſine tali fide poſſet
Quinta concluſio. cõſequi: poſſet nihilominꝰ appetere. ¶ Quinta concluſio. Cognitio fidei obſcura, qualis eſt in via, non imponit voluntati neceſſitatem, neq; quoad exercitiũ, neq; vero quoad ſpecificationẽ. Prior pars iam ſatis probata eſt. Sola em̃ clara viſio vim illã habet neceſſitatẽ inferendi voluntati quoad exercitium.
Contra Scotum. Poſteriorẽ verò cõtra rationẽ Scoti ſupra relatam ſtatuimus. Nã iſta obſcura cognitio beatitudinis in particulari nõ tm̃ vigoris habet ad trahendã volũtatẽ, vt bene ait quęſt. cita. Durandus, quantũ cognitio in genere. Nam cũ in genere nil aliud ſit q̃ ſi dicas bonum & optimũ, nullã præ ſe fert appetendi difficultatẽ: qm̃ & iniqui hoc cupiunt, cùm quicquid affectent ſub rõne boni eis apparẽtis cõcupiſcãt. Si verò alicui proponaſ beatitudo vera in particulari, oſtendaturq; via ad ipſam peruenirẽdi, quę eſt abſtinere illicitis voluptatibus, & diuina mãdata officijs colere, profectò difficultatẽ corruptis hominibus offert: adeò vt illam nolint, imò malint ſuis voluptatibꝰ oblectari. Fateor neminẽ nõ habere velleitatẽ quandã, nempe vellem illa beata vita angelorũ potiri, niſi tanti mihi cõſtaret: ſed tm̃ q̃ omnes habeãt efficacẽ abſolutũq; amorẽ eius & deſiderium experientia docet eſſe falſum. ¶ Atq; hoc eſt aduerſus lu
Aduerſus lutheranos. theranos ineluctabile argm̃. Tribuũt em̃ eã vim virtutẽq; & energiã fidei, quã habet viſio in patria. Sicut em̃ illa fœlices volũtates abſorbet, vt nequeant non Dei amore cõflagrare: ita contendũt fidem, neceſſariã habere connexionẽ cum charitate, vt qui credit nõ poſſit non amare, atq; adeò inferunt, q̃ per quodcũq; peccatũ mortale, quo amittũ charitas, perdatur fides: quæquidem hæreſis
Diluitur argum. Scoti. abſurdiſsima eſt. ¶ Quo ergo Scoto rñdeamus, negatur vllam cõuoluere contradictionem beatitudinẽ in genere cognitã neceſſitatem imponere volũtati quoad ſpecificationem: nõ aũt ſi ſpeciatim cognoſcaſ in particulari. Imò ambo hæc ſunt ſibi cohærentia. De viſione autem Dei, qua etiam negat beati volũtatem neceſſario moueri quoad exercitium quęſtione ſequenti diſputabimus.
Solutio primi argum. ¶ Primum igitur argm̃ in capite propoſitũ iam dilutum eſt. Probat enim eos, qui ignari ſunt veræ beatitudinis non poſſe illã appetere, quẽadmodũ quarta cõcluſione explicatũ eſt. Illam verò ſub rõne generali nullus ignorat: atq; adeò nemo nõ appetit. Quãuis poſſit volũtas aliorſum attendẽs ab actu appetẽdi deſiſtere, vt ſecunda, & tertia cõcluſio demonſtrabãt. ¶ Ad ſecundũ verò per quintã
Solutio ſecũdi argumẽ. concluſionẽ rñſum eſt, qua oſtendimus cognitionẽ vltimi finis in particulari adeò nulla neceſſitate mouere volũtatẽ, vt poſſit propter difficultates, quę in illa obtinẽda offerũtur, eius conſecutionẽ non appetere, imò renuere. ¶ Ad tertiũ rñdetur, q̃ illi etiã, qui malè aliqua appetũt, cõcupiſcũt illa ſub gñrali
Solutio tertij argumẽ. rõne boni, vt in ſecũda cõclu. dicebamus, & ideo appetũt beatitudinẽ in genere, nempe bonũ ſub illa rõne apprehẽſum. Ille tm̃ appetitus nõ eſt naturalis, ſed corruptus: quia nõ eſt verę beatitudinis. Neq; ille homo eſt verè beatus,

Universidad de Deusto Biblioteca

beatus, imò adeò à vera beatitudine deflexus, vt eius impedimenta appetat. Quapropter sapienter Augustinus, addens, nihil male vult, vulgarem plebis opinionem cõdemnauit: existimantium illum esse beatum, qui habet quicquid vult, & cui omnia pro votis succedunt: imò malè volens miserior fit dũ ei pro votis succedit. At verò qui diceret beatum illum esse, qui habet omnia quæ vult appetitu naturali veritatem pronunciaret, licet nil aliud adderet. Quoniam appetitus naturalis in ea duntaxat fertur, quæ ad normam rectæ rationis expetibilia sunt. Sed Augustinus explicatius loquitur.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm homo naturalibus viribus possit beatitudinem consequi.

POstquam de appetitu beatitudinis dictum est, subsequitur, vt de eius assecutiõe dicam⁹. Quæritur ergo primo vtrùm homo per suam naturalem facultatẽ possit beatitudinẽ assequi. Et arguitur à parte affirmatiua. Natura nunquam in necessarijs deficit: nihil autem tam necessarium homini est, quàm in suo vltimo fine conquiescere: ergo à natura illi sic prospectum est, vt possit per eius vires suum adipisci finem. *Partiũ affirmatiuæ argumentum primum.*

¶ Secundò. Homo irrationabilibus creaturis nobilior est & præstantior, atq; adeò plus sibi sufficiens: irrationales autem creaturæ propriis viribus suos fines attingũt: ergo & homo id ipsum potest. *Secundũ argumentũ.*

¶ Tertiò. Beatitudo (vt 1. & 10. Ethic. autor est Philosophus) est operatio perfecta, & cuius est rem incipere, est ipsam perficere: officia verò, quæ vocant moraliter bona, naturalis hominis potestati subduntur, iuxta illud Pauli ad Roma. 2. Gentes quę legem nõ habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciũt, & illa sunt perfectæ vitæ inchoationes: ergo & ad illam vitam pertingere, in hominis positum est naturali facultate. *Tertium argumentũ.*

¶ In contrarium est illud Esaiæ. 64. Oculus non vidit Deus absq; te (idest nisi te autore) quæ præparasti expectantibus te. Et 1. ad Corinth. 2. addidit Paulus, neq; auris audiuit, neque in cor hominis ascendit. Quasi nulla naturalis potentia hac vigeat virtute ac facultate. *Pars negatiua.*

¶ Quæstio præsens alia præsupponit, atque alia quærit. Ob idque ad omnia quinq; conclusionibus respondetur. Supponit enim, q̃ homo suam posit supremam beatitudinẽ, & fœlicitatẽ consequi, & quærit subinde quibus id viribus valeat. Cui & alia adiungitur quæstiũcula, vtrùm in hoc seculo, id sit Deo posibile. *Decisio articuli.*

¶ Adnotandum tamen in quæstionis vestibulo, quòd nihil hic de merito scisci tamur, vtrùm scilicet homo suis viribus naturalibus valeat beatitudinẽ promereri: hæc enim alia quęstio est, ad tractatum de gratia Dei pertinẽs: quo aduersus Pelagianos pars negatiua, ceu catholica veritas definit. Gratia enim Dei (vt ait ad Ephesios Paulus) sumus saluati per fidem, & hoc non ex nobis, Deienim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur: sed scisciamur vtrùm seclusa ratione meriti homo posit illam obtinere, scilicet vtrũ postq̃ beata virgo vel alius quispiam meritus est beatitudinẽ, vel si per impossibile dareẽ sine meritis nostris aut Chri, posset beatitudinis suæ fieri cõpos. *Notandũ. Adeph. 2.*

¶ In hoc ergo sensu statuitur prima cõclusio. Homo potest suam consequi beatitudinem. Nihil modo asserimus, quibus viribꝰ id possit, sed absolutè, quòd possit. Conclusio est de fide iuxta illud 1. Ioan. 3. cum apparuerit similes ei erimus & videbimus eum sicuti est. & 1. ad Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ęnigmate, tunc autem facie ad faciem. Ratione verò naturali probat conclusionem hanc duobus locis Diuus Thomas, prima enim par. quæst. 12. articu. 1. quæsiuit vtrùm homo posit Deum per essentiam videre: absq; disputatione vtrùm in illa visione beatitudo consistat: hic verò scilicet. 1. 2. q. 5. disputat vtrùm posit homo suam beatitudinem consequi, quæ est illa visio. Et vtrobiq; assertiuè respondet. Probatio est illa quam articulo præcedenti explicuimus. Cognito enim esse ctu desideriũ homini naturale inest cognoscendi causam, non quomodocunq;, sed per eius essentiam: ergo cognitio huius machinæ mundi desideriũ naturale nobis ingenerat cognoscẽdi causam in sua ipsius essentia quod nisi per visionẽ, fieri non põt: naturale autem desiderium non est frustra: ergo ad illum finem potest homo peruenire. *Prima cõclusio. Prima cõclusionis probatio.*

¶ Secunda ratio est. Beatitudinis nomen adeptionem perfecti boni significat: ergo quicunque capax est perfecti boni, ad eandem beatitudinis adeptionem peruenire potest: homo autem est illius capax: ergo põt illuc pertingere. Minor verò probat. Homo suapte natura ad imaginẽ & similitudinẽ Dei, vt Ge- *Secunda ratio.*

vt Gene. 1. legitur, cõditus est: imago aũt & similitudo Dei capacitatẽ quondã & aptitudinẽ designat eius essentiã cognoscendi amandiq; ac perinde ea fruendi. Est enim similitudo illa veluti celatura in annulo aureo instar lapilli figuræ excauata, qui illic celandus est: sic enim intellectus & voluntas capaces sunt quibus Dei visio & amor imprimat. *Confirmatio.*

¶ Et cõfirmatur hac ratione physica, Intellectus, quia immaterialis est, põt bonum vniuersale apprehendere abstrahẽdo ab hoc & ab illo bono naturali, atque adeò illud sic in genere cognitũ amare & appetere: ergo suapte natura est capax consequendi rem illam quæ eminenter continet vniuersa bona. Cuius indicium, vt supra diximus, est q̃ citra illius consecutionẽ naturalis noster appetitus nequaquã sedatur & cõquiescit. *Confirmatio.*

¶ Veruntamen aduersus hanc conclusionẽ videnẽ militare argumẽta hęc. Sicut natura ratiõalis est supra sensibilem, ita rõnali præeminet intellectualis, qualis est Deus, vt Dionysius ait in lib. de diuinis nomi. sed brutæ animantes solo sensu pollentes nequeunt ad finẽ rationalis creaturæ, nẽpe hois peruenire: ergo neq; homo ad suprema beatitudinẽ naturę intellectualis. *Obiectio.*

¶ Item infinitũ, vt. 3. Physi. ait Aristo. non est cognoscibile Deus aũt est infinitus: ergo nõ põt à nobis cognosci. *Obiectio.*

¶ Propter primum argm̃ nõ defuerũt, qui negarent posse Deum à creatura rõnali videri, propter eius excellẽtiam & eximiam puritatẽ. Veluti sol qui est maxime visibilis à vespertilione cerni non potest, vt Arist. 1. Meta. ait, nẽpe, q̃ sicut oculus noctuæ ad lumen solis, ita & intellectus noster ad manifestissima naturæ. Igitur si recondita naturæ intelligere nõ possum⁹, multo minus inaccessum splendorem Dei, qui totius est fons naturæ conspicere valemus. *Obiectio.*

¶ Verũtamẽ adnotandũ est, q̃ aliter intellectualia excedũt sensum, q̃ supernaturalia & Deus intellectũ nostrum. Intellectualia nanq; sic excedunt sensus oẽs, vt sub eorũ obiecto non comprehendant: nam obiectũ sensus non est nisi materiale & corporeum, quemadmodũ obiectum visus est coloratũ. *Notandũ.*

¶ Atque hinc colligit secunda cõclusio. Neq; Deus neq; Angelus corporalibus oculis videri possunt, vt 1. part. q. 12. arti. 3. ait D. Tho. Imò neq; per absolutam Dei omnipotentiã id fieri põt, plusquã, q̃ aut per aures videas, aut per oculos audias. Quoniã licet Deus se solo posit producere entitatẽ illam quæ est visio sui, non tã est in oculo aut in sensu corporeo receptibili seo modo, vt per ipsam valeant immutari: eo q̃ res intelligibilis nõ est obiectũ eius, veluti coloratũ non est obiectũ auditus. Vnde Augu. in lib. de videndo Deũ ad Paulinam, Deum inquit nemo vidit vnq̃, & in hac vita sicuti ipse est, & in Angelorũ vita sicut visibilia ista quæ corporali visione cernunt. Quocirca illud Iob. 19. In carne mea videbo Deum saluatorẽ meum. non sic intelligitur, q̃ oculo carneo posit videri essentia Dei, sed q̃ hõ existens in carne post resurrectionẽ videbit Deum, & per oculũ carnis videbit Christum. Illud autem cap. 42. Oculus meus videbit te, de oculo mẽtis intelligitur. *Secunda cõclusio. August.*

¶ Quòd si arguas. Saltim per sensum interiorem imaginatiuæ potentiæ potest Deus videri: legitur enim Esa. 6. Vidi dominũ sedentem super solium excelsum &c. illæ autẽ propheticæ visiones imaginariæ erant. Respondetur. Per illam visionem Deum non fuisse à propheta conspectũ secundũ eius essentiã, sed sub aliqua forma corporea, imaginationi oblata, Deum per similitudinẽ repræsentante: vt puta sub imagine regiæ maiestatis in throno sedẽtis. *Obiectio.*

¶ Supernaturalia verò qualis est Deus non vsque adeò intellectum nostrum excedunt, vt intra lineas obiecti eius non comprehendantur. Imò cum obiectum intellectus sit ens, Deum ipsum suo ambitu continet. Sed solum excedit captum nostrũ quantum ad modum cognoscendi, propter eius excellentiam, ad quam intellectus in puris naturalibus non habet proportionẽ. Hoc enim pacto sol exuperat vespertilionis visum. Comprehenditur enim sub obiecto visus, quia est lucidum, sed tamen excellentia lucis obstat ne ipsum posit vespertilio intueri. Quare per Dei potentiam posset eius [illegible]as sic roborari & acui, vt eũdem posset solem cõspicere. Pari ergo modo intellectus noster eleuari per lumen gloriæ potest (vt artic. 4. videbim⁹) vt Deum intueri queat. Nã etsi anima mortali corpori immersa species intelligibiles à phantasmatibus abstrahat, tamen ad videndum Deum (vt articu. proximo videbimus) Deus ipse in ratione speciei intelligibilis erit fœlicibus intellectibus coniunctus. *Supernaturalia sunt à nobis intelligibilia.*

¶ Ad aliud verò respondetur. Quod Aristote. quando ait infinitum non esse cognoscibile, intelligit de infinito ratione materię, scilicet, quod est in infinitũ in potẽtia, vt numerus partiũcõtinui & moles in infinitũ protensa: quia non habet formã, aut certum numerum per quam cognoscat. & res

Universidad de Deusto
Biblioteca

&res nõ est cognoscibilis,nisi quatenus per formam fieri potest in actu & in ,ppria specie. Deus autem est infinitum in actu, infinitaq; subinde perfectio,atq; adeò non solum est cognoscibilis,verum & infinitè cognoscibilis,vt à se ipso cognoscitur.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio. Homo in hac vita nequit supremam suam fœlicitatem consequi. Duplex enim est beatitudo:quædam scilicet imperfecta, atq; alia perfecta. Imperfecta verò beatitudo duplex etiam est. Alia quæ, vt ait Aristoteles,consistit in operatione secũdum virtutem:qua(vt ipse ait)beati sumus,vt homines. Quæ quidem est dispositio quædam ad cœlestem fœlicitatem obtinẽdam. At verò charismata ipse supernaturalia nõ cognouit,atq; adeò neq; infusam charitatem, per quam solam officia nostra nomen & rẽ obtinent virtutum. Et ideo alia est, licet non omnino perfecta & confirmata, beatitudo,quæ consistit in spe futuræ gloriæ. Et illa quidem (vt supra diximus) potest esse in hac vita. Quippe qua sancti viri abnegãtes,vt ait Paulus impietatẽ & secularia desideria, sobriè q; *Ad Tit.2.* & iustè & piè viuentes in hoc seculo,quodãmodo fruuntur, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi. ¶ Veruntamẽ,quòd perfectã beatitudinẽ in hac vita cõsequi homo nõ valeat, *Probatio.* probatur argumento primũ sumpto à peculiari ratione veræ beatitudinis. Dictum quippe est in visiõe Dei esse positam. Quę vtiq; visio in hac vita obtineri non põt. Nisi quis obijciat, illam Deum posse ex peculiari priuilegio alicui cõcedere, vt fecit Paulo. Attamen loquimur secundum ordinariã legem. Pręterea illa, nisi firmum haberet perpetuumq; statum, ratiõe completa verę beatitudinis careret. Imò, vt suo appendice ęmento decora esset, corpus etiam immortalitate & reliquis doribus insignire deberet. ¶ Conclusionem verò ob id impræsentiarũ statuimus, vt eam quoq; ex generali ratione beatitudinis deduceremus. In quo locupletando argumento Diuus Augustinus librũ *Augusti.* totum decimum nonum de ciui. Dei. expendit. *Probatio cõclusionis.* Perfecta nanq; beatitudo (vt nomen ipsum auribus suggerit) perfectum bonum est, atq; adeò sufficiens: sufficientia autem eius hæc est, vt omne malum excludat, omneq; desiderium expleat: neutrum verò istorum in hac fieri vita posibile est. Nam & intellectus noster multis ignorantiæ nebulis obducitur, & voluntas subinde prauis corruptisq; affectiõibus est peruia, à quibus nisi magna cura & labore eripi nequit. Et præterea corpus creberrimis est erumnis & calamitatib' subditum. Hæc enim speculatio Academicos dementauit, qui disquirentes in hac vita vbi nam fœlicitatem collocarẽt, inuenire nequiuerunt. Imò Marcus Varro sectas fermè tercentum de re hac recensuit. Quod etiam argumentum in Academicis & in de Finibus bonorum & malorum Cicero, aurea sua lingua disseruerit, tamen punctum non attigit. Quoniam in hac vita summum bonum *Meditatio.* non erat reperibile:imò neq; in altera quem admodum ipsi citra Deum illud indagabãt. Enimuerò cum homo ex anima & corpore constet, vtramq; partem necesse est, beatitudo perficiat. Corpus autem quod mors tam multis morbis, doloribus & cruciatibus vexat, & in suum vrget interitum, constantissimum est, non posse in hac vita ab illis eripi, quousque ad illam perueniat, in qua non erit luctus neque clamor. ¶ Sed vt ad animi *De animi bonis.* bona conuertamur, in quibus omnes huius seculi sapientes fœlicitatem statuebãt, in tribus vitæ generibus illam arbitrabantur esse *Tria vitæ genera.* positam, scilicet aut in cõtemplatione & inquisitione veritatis, aut in gerendis rebus humanis: quorum prius genus ociosum est, posterius verò negociosum, aut in quadam vita ex vtroque genere commista & temperata. Si verò virtutes morales in quibus negotium actiuæ vitæ versatur, contẽplemur, nulla in hoc seculo sine labore suũ finem consequitur. ¶ Temperantia nãque, qua carnales *Temperantia.* frenantur libidines, in perpetuo conflictu laborat, quia spiritus (vt ait Paulus) concupiscit aduersus carnem, & caro aduersus spiritum. Et ideo hęc virtus vix euitare valet quominus ratio nonnunquam carni succũbat. Absit ergo(vt inquit Augustinus) vt dum in hoc intestino bello sumus, beatitudinẽ adeptos nos esse credamus: cum ad ipsam pugnando peruenire contẽdamus. ¶ Mox pru *Prudentia.* dentia, quæ reliquis virtutibus medium constituit crebris erroribus obnubilat. ¶ Deinde iustitia, cuius munus est sua cuiq; tribuere, *Iustitia.* in hoc munere persoluendo quam plurimum laborat, tantum abest, vt beatitudinis requie fruatur. Imò hæc virtus est inter omnes quæ à Repub. maximè exulat. Adeò proprius vniuscuiusque amor, propriorũq; bonorum cupido iura alijs debita soluere vetat. ¶ Tandem fortitudo, metus audaciæque *Fortitudo.* moderatrix patientiæ parens, qua mala huius vitæ

ius vitæ tolerantur, tam multa malorũ turba nonnunquam cõcutitur, vt etiam Stoici, qui docebãt nullam pasionem in virum sapientem cadere, dicere cogerentur, ęp quãdo eo vsque mala illa succrescerent, vt sapiens, vel non posset, vel non deberet ea sustinere, tunc mortem, si neq; naturaliter aduenirет, neque aliunde accederet, deberet ipse sibi inferre, vt ab illis eriperetur. Vide quo cæcitatis illi sapientes existimati præcipitarentur, qui vt vitam quam beatam ducebant, fugerent, mortis auxilium implorabant, strenuãque fortitudinis virtutẽ homicidã faciebãt. *Misericordia.* ¶ Adde quòd nonnullæ virtutes, vt pietas in parentes atque in ciues misericordia, in condolendis miserorũ aduersitatibus laudẽ merentur suam. Cum tũ dolor à legitima beatitudine alienissimus sit. ¶ Neq; verò suprema *Contemplatio.* fœlicitas, quã in contẽplatione veritatis collocabant, quietem suam & otium nancisci in hoc seculo valet: quippe cum multis rerũ turbis perturbetur, quousq; in cælestem Hierusalem conscendamus, cujus seras portarũ nullus malorũ impetus abrũpere valet, sed posuit Deus suos fines pacem: vbi adipe frumẽti per illam beatam visionẽ perfruemur. Præterquam quod qui in hac vita addit sciẽtiam, addit sibi laborẽ, & in dignationẽ: quia indignatur videns indignos magistratus administrare. ¶ Quarta conclusio qua superior cõfirmat sit. *Quarta conclusio.* Perfecta beatitudo semel acquisita amitti non põt. Origenes fertur quorundam Platonicorũ errores sequutus, asseruisse de vltima beatitudine hominẽ posse in miseriam recidere. Quod veræ beatitudini q̃ maximè repugnat. Enimuerò cum sit bonum sufficiens, oportet (vt diximus) vt omne malum excludat, omneq; desideriũ expleat, inter alia verò fœlix præcipuè desiderat bonũ quod obtinet securè & tuto retinere, alioqui amittendi metu angeretur, & si amitteret, doleret. Requiritur ergo ad beatitudinem, vt posidens certam habeat opinionem nunq̃ suam amittendi fœlicitatem. Si aũt opinio est vera, inde fit consequẽs beatitudinẽ amitti non posse. Si verò falsa, falsitas ipsa rõnem veræ beatitudinis tollit. Igitur cum in hac vita, quæ caduca & labilis, atque adeò peritura est, nihil sit perpetuum, fit vt nec insit in ea perfecta beatitudo. Sed illa tantum eius inchoatio, quæ in spe consistit, de qua Rom. 8. ait Paulus spe salui facti sumus. Quęquidem beatitudo quanuis genere suo perpetua sit, sicuti diuinus amor, nihilominus ratiõe subiecti, quia in hoc seculo nondum sumus confirmati in gratia, per liberum arbitrium nostrum est amisibilis, nisi in beata virgine & Apostolis qui ex priuilegio fuerunt cõfirmati. Dum verò rationem veræ beatitudinis in particulari quæstione sequenti speculemur altiorem rationem eandemq; legitimã contemplabimur, cur illa beatitudo amitti nequeat. ¶ Quinta demum conclusio quæ ad *Quinta conclusio.* titulum quæstionis respondet est. Quanuis beatitudo imperfecta, quæ in hac vita per cultum virtutum moralium obtinetur, viribus naturalibus posit acquiri, non tamẽ perfecta & suprema. Imò visio Dei in qua consistit, super naturam non solum hominis, verum & omnis creaturę existit. Prior pars per ea quæ dicta sunt demonstrata est. Duas eã distinximus in hac vita imperfectas beatitudines. Vnam secũdum Philosophos, vel actiuam, quæ consistit in operatiõe secundũ virtutẽ, & cõtemplatiuã substãtiarũ separatarũ. Atque ad has asserit prior pars nostræ conclusionis viribus naturalibus posse hominẽ pertingere, scilicet, per opera moraliter bona. Quanũ opera illa nec digna sint absq; charitate infusa proprio nomine virtutum. Alterum verò beatitudinis genus, quod in spe cœlestis beatitudinis positum est, absq; speciali Dei concursu consequi homo non potest. Veruntamen impręsentiarum de officijs quibus beatitudinem promeremur, nõ habetur sermo. Sed de eius consecutiõe, quæ habet rationẽ præmij. ¶ Quod autem visio illa beata sit nobis atque Angelis supra naturalis, est catholica veritas, cuius contrarium fuit Bicardorum hæresis, in concilio Viẽnensi sub Clemente quinto clementi. ad nostrũ *Bidargorũ error.* de hæret. inter octo illorum errores condemnata. Assertio enim eorum erat quòd intellectualis natura in se ipsa est beata: neq; indiget lumine gloriæ ipsam eleuante, atq; adeò neq; alia supranaturali virtute ad videndum Deum. Imò aiebant frenetici illi & stupidi, quòd cum Deus vbique sit præsens, atque adeò quãtum est de se semper sit intellectui nostro applicitus, solum delictorum nostrorum obstaculum, est nobis impedimento, ne eum cernere valeamus. Ex quo subiiciebant, vsque adeò posse hominem in hac vita cor à culparum sordibus emundare, vt in hoc in mortali corpore Deum valeat (quẽadmodum de Paulo fertur) per essentiam videre. ¶ Sed erat illa insignis dementia. Contrarium nos enim fides Catholica docet. Legi- *Testimonia sacra.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur enim in Psalm.83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Hoc est, sicut gratia, quæ est semen gloriæ, ita & gloria ipsa solo Deo fit autore. Cui concinit ad Roma.6. Apsus, dicens. Gratia Dei vita æterna. Quæ quidem vita (vt monstratum est) in illa Dei beata visione cõsistit. Accedit & locus citatus Esaiæ, Oculus non vidit absq; te quæ præparasti expectantibus te. Cui.1.ad Corinth.2. concors Paulus, Oculus inquit non vidit &c. Et Matth.11. Nemo nouit Filium nisi Pater, & Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare, Vbi simpliciter de Dei cognitione loquebatur, vt doceret, tam Fidem, qua cognoscitur in via, quàm visionem, qua comprehenditur in patria, opera esse Dei supernaturalia. Eodẽq; illud alludit Ioan.14. Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam illũ, & manifestabo me ipsum illi. Quasi munus proprium eius sit manifestare se amicis suis, quod fiet per eius intuitum in cœlo. Est ergo Catholica fides. ¶Rationem verò, qui rem in cortice duntaxat cernunt, non aliam referunt, quàm quòd cum creatura sit finita, Dei verò substantia infinita, nulla sit proportio, vt homo naturaliter posit videre Deum. At verò ratio hæc minimè satisfacit. Aliud enim est quærere de proportione rerum quatenᵘ sunt res naturales, atque aliud de proportione obiecti & potentiæ in ratione cognoscẽdi. Enimuerò cùm ens sit intellectus obiectum, cuius amplitudine cõprehenditur Deus, disproportio inter eius infinitatem & nostram capacitatem, non est sufficiens causa tollendi proportionem in ratiõe potentiæ & obiecti ne cognoscatur à nobis. Nam per hæc visibilia, vt ait Paulus, põt ipse cognosci in quantũ causa. Vnde posset quis argumentum ducere, quòd si Deus fieret nobis præsens possemus ipsum naturaliter videre, saltem anima à corpore separata in puris naturalibus absque peccato & gratia existens. ¶Ratione.n ergo, quæ certè sola inter naturales legitima est, exponit Diuus Tho. 1.2.quæst.5.artic.5. Sed explicatiùs.1.par.q.12. arti.4. Ratio verò fundatur in hoc quod cognitio fit per abst. actionem à materia secũdum diuersos gradus: eo quod cognitio, est spũalis actio: saltem modo aliquo. Supponit aũt alia fundamẽta tria. ¶Primum, cognitio cuiuscunque rei fit ad modum cognoscentis: eo quod est receptio in potentia. Nam, vt 2.&.3.de anima ait Philosophus, cognoscere atque adeò intelligere est quoddam pati. Et ideo veluti aqua dum vasi infunditur eius figuram suscipit, ita cognitio recipitur iuxta naturam cognoscentis. Vnde (vt in libro de causis habetur) intelligentia cognoscit tam ea quæ sunt supra se, quàm ea quæ sunt infra se secundùm modum suæ substantiæ. Homo enim quia habet intellectum materię infusum, non cognoscit Angelos, qui sunt supra se, per species tam puras tamque spirituales quàm sunt Angelicæ, sed per illas intelligibiles, quas de phantasmatibus materialibus deducit, & per easdem itidem genera & species intelligit naturarum materialium, quæ sunt infra se. ¶Hac ergo suppositа veritate, quòd cognitio fit ad modũ cognoscenti, tanquam secundum fundamentum distinguenda sunt, tam potentiæ cognoscitiuæ q̃ obiecta cognoscibilia. Et quidem potentiæ quanquàm non sint nisi duæ, nempe intellectus & sensus, reperiuntur tamen in creatura in triplici differentia. Angeli enim solo intellectu vigent: bruta verò solo sensu, sed homines vtroque. Obiectorum verò cognoscibilium tria similiter sunt genera. Infimum est eorum quorum natura non habet esse nisi in hac indiuidua materia. Vt sunt oĩa mere corporalia. Alia verò sunt quorũ natura, nec materialis est, nec receptibilis in materia, vt Angeli. Homo verò est medius, quia licet habeat formam, nempe animam immaterialẽ, recipitur tamẽ illa in materia. ¶Sensus ergo siue hominis siue brutorũ nequeũt nisi singularia materialia & corporea cognoscere. Tametsi, vt in eorum patet speciebus, non nihil præ se ferãt immaterialitatis & spiritualitatis: eo quod quodãmodo sunt à materia abstractæ: ob id nanque species visibiles tam subito mouentur, nec videntur ipsæ, nec sentiuntur. Intellectus verò noster, quia in se est immaterialis, potest quidem cognoscere naturas & quidditates rerum, sed tamẽ quãdiu est in materia, nequit illas cognoscere nisi per species à materialibus phantasmatibus abstractas. Quare proprium eius munus est cognoscere naturas in vniuersali: nẽpe genera & species, atque earum quidditates: quod facultatem sensus excedit. Angelico verò intellectui connaturale est quidditates & substantias creaturarum spiritualium cognoscere. Quod quidem facultatem intellectus humani pro isto statu excedit, qui illas substantias non nisi abstractiuè cognoscit ex corporalibus ratiocinãdo. ¶Tertium fundamentum sit, quòd esse creaturarũ non est de

Ratio cõclusionis illegitima.

Primũ fundamentũ.

Ratio legitima.

Secũdũ fundamentũ.

Colligitur ratio.

Tertiũ fundamentũ.

est de intrinseca ratione substantiæ & quidditatis & essentiæ ipsarum. Nam antequam mundus esset verum erat hominem esse animal rationale & Angelum esse substantiam spiritualem, licet non existerent. Quare omnes creaturę habent esse receptũ. Quod quidem vel per creationem vel per generationẽ recipiunt. Deus autem est suum esse: nam de intrinseca ratione eius quidditatis est existere: quoniam nisi, esse, suæ esset naturæ intrinsecum, nullatenus esse posset, quia non posset illud ab alio recipere. Ex quo fit, quòd cũ omnis creatura habeat esse receptum, siue in materia corporali siue in indiuiduo, vt Angelus, omnis est quodãmodo materialis. Nam id ipsum quod est recipi, est materialis conditio. Solus autẽ Deus est purissimus actus. ¶Ex his ergo colligitur propria ratio quare Deus nequeat à creatura per essentiam cognosci. Sensus ob id nequit spiritualia cognoscere, quod est potentia materialis, & spiritualia sunt immaterialia: & intellectus noster pro isto statu ob id nequit Angelos per essentiam cognoscere, quòd ipse est in materia receptum, & Angeli habent esse actu à materia semotum. Sed in hac spiritualitatis ratione Deus plus omnem creatam cognoscitiuam potentiam exuperat, quàm vel spiritualia sensum: vel Angeli mortalium intellectum: ergo nullus intellectus creatus potest naturaliter Deum per essentiam cognoscere, atq; adeò nec videre. ¶Sed statim hoc lo.ꝺ quis ambiget, cũ quęstio sit an Deus posit naturaliter videri, quid nam referebat probare, quòd non posit per essentiam cognosci? Respondetur, quòd sicut in creaturis, tunc res per essentiam cognoscitur, quando cognoscitur per eius definitionem quidditatis, ita Deus, quia cum sit infinitus definiri non potest, cognoscitur per essentiam dum videtur: quia tunc cognoscitur sicuti est. vt ait Ioannes, atq; adeo in sua essentia. ¶Scotus distinctione præsenti quæstione.n. quanuis cõclusionis veritatem confiteatur, rationem tamen negat esse istam Sancti Thomæ: quia nullus in ea informatur syllogismus, sed solum huic innititur collectioni, quòd quia Deus excelsioris naturæ est quàm creatura non posit ab ipsa naturaliter videri, quę tamẽ collectio nulla est. Quoniam Angelus inferioris speciei videre potest superiorem. Ratio ergo, inquit, non est alia quàm, quòd nulla creatura virtutem habet faciendi Deum sibi præsentem in ratione obiecti. ¶Sed profectò ratio hæc nullius est prorsus energiæ. Imò hæc aliam priorem causam desiderat: nam cum Deus sit vbique præsens, quæritur ratio cur animæ separatæ sine culpa & gratia in puris naturalibus existenti fieri nequeat præsens in ratione obiecti. Scotus ergo suique assectæ ob id Diuum Thomam redarguunt, quòd mentem eius inspectam non habent. Diuus enim Thomas non inde argumẽtum ducit quòd Deus sit altior, imò infinitᵘ in genere rei. Haud em̃ negat quin brutum posit videre hominem, aut Angelus inferior superiorem: sed inde quòd Deus sit immaterialior. Nec verò inde colligit, quòd non posit naturaliter cognosci à creatura, sed q̃ non posit per suã quidditatẽ & essentiã à creatura cognosci, quod est ipsum videre. Et quanuis Diuus Thomas non fuerit solicitus syllogismum struere, intendit tamen illam gradationem facere quã nos in forma eliquidauimus.

Reprobatio.

Obiectio.

¶Ad primum igitur argumentum respondet optimè Diuus Thomas, quòd sicut natura homini non ideo fuit deficiens, q̃ non dederit ei naturalia tegumẽta & arma, sicut tauris & leonibus, quia tribuit ei rationem qua illa sibi conquireret, ita nec fuit maligna & insufficiens, quanuis ei principia non suppeditauerit, & facultatem veniendi per se ad beatitudinem, quia non erat possibile: dotauit tamen eum libero arbitrio, quo per Dei fauorem adiuto, qui nobis semper est fauere promptissimus, ad eandem posset beatitudinẽ promoueri. Nam quæ per amicos possumus (vt.3. Ethicorũ Philosophus autor est) per nos ipsos possumus. ¶Ad secundum respondetur, quòd nobilitas naturæ (vt 2.de Cœlo ait Philosophus) ex dignitate supremi numĩs, ad quem instituta est, debet perpẽdi: & ideo præclarius cum natura intellectuali & rationali actum est, quòd ad tam excelsum finẽ fuerit creata, vt vires eius excedat, quàm cum alijs naturis, quæ ad inferiores tendunt fines, quos suis viribus assequi valent. Quemadmodum melius est ad sanitatem dispositus, qui perfectam põt medicorum ope consequi, quàm qui non nisi imperfectam absq; alieno auxilio valet comparare. ¶Ad tertium respondetur, quòd quando rei inchoatio & dispositio est eiusdem speciei cum forma perfecta introducenda, eiusdem est potẽtiæ illam incipere & perficere. Illa autem dispositio quæ fit per opera moraliter bona non est in genere moris eiusdem speciei cum

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca

illa quæ fit per auxilium speciale Dei, & est ad beatitudinem requisita. Et ideo homo habet prioris facultatē, non autem posterioris.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm essentia Dei ab intellectu creato per aliquam creatam similitudinem videri valeat.

IX determinatiōe superioris articuli nascitur alia quæstio: vtrùm Deus, licet nō nisi supra naturaliter sit à nobis cognoscibilis, videri tamen per aliquam creatam speciem possit. Et arguitur à parte affirmatiua. Intellectus in actu (vt docet Philosophus.3.de anima) est intelligibile in actu, hoc est obiectū fit actu intelligibile per species sui, quæ in intellectu recipiuntur per quas ipse fit etiā intellectus in actu: nempe in potentia propinqua ad intelligēdum. Igitur cum hic sit intellectui naturale, pariter ad videndum Deum requiritur species, quæ sit ipsius similitudo in intellectu recepta. ¶Secundo id probatur ex illo.1.Ioan.3. scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus: videbimus eum sicuti est. Cui consonat August.9.de trini. Dicens, q̄ cum Deum nouimus fit aliqua Dei similitudo in nobis. ¶In contrarium est August.15.de trinita. vbi ait quòd cum Apostolus ait, Videmus nunc per speculum & in ænigmate, speculi & ænigmatis nomine quęcunque similitudines ab ipso significatæ intelligi possunt, quæ accōmodatæ sunt ad intelligendum Deum: visio autem Dei per essentiam non est specularis, & ænigmatica, sed contra eam dimisa: quo diuina essentia nō videtur per similitudines. ¶De ista quæstione variæ sunt opinionum differentiæ: ad quam tribus conclusionibus respondebitur. Primum autem adnotādum est duas esse quæstiones similes. vna est, vtrū homo possit per actionem alicuius creaturæ beatitudinem consequi, quam disputat Diuus Tho.1.2.quæst.5.arti.6. Hic autem altera peculiariter inquirit vtrùm per aliquam creatam speciem possit Deus videri: quam disputat.1.parte quæstione.12.articulo.2. Prior, inquam, quærit, vtrùm in genere causę efficientis creatura possit hominem beare. ¶Ad quam, quia facillimæ expeditionis est, respōdetur prima cōclusiōe. ¶Nulla creatura pōt hominem vel angelum in genere causæ efficientis beatum facere. Et loquimur de perfecta beatitudine: nam de illa imperfecta, huius vitæ, quam diximus viribus naturalibus posse acquiri, qualis est operatio moraliter bona secundum virtutem moralem, diuersa est ratio. Quoniam virtus moralis non solum naturaliter ab ipso studioso, verùm & aliorum ope, qui eum consilio aut doctrina iuuant, potest comparari. Sed de perfecta probatur conclusio. Illud quod totam naturam creatam excedit, nequit actione propria fieri alicuius creaturæ, quemadmodum suscitatio mortui & cæci illuminatio, atque id genus alia miracula. Consecutio autē perfectæ beatitudinis, quæ in Dei visione consistit, quia supranaturalis est, totam excedit naturam, vt articulo proximo monstrauimus: ergo nullius actione creaturę potest attingi: sed solius Dei immediatè agentis. ¶Nihilominus peculiaris quæstio est de specie, quæ propriè concurrit in ratione obiecti, per quam scilicet, recepta in intellectu obiectum illi vnitur ad producendam notitiam. Duo enim ad cognitionem tam sensitiuam quàm intellectiuam sunt necessaria: scilicet & virtus potentiæ & vnio obiecti cum ipsa. Et ideo de visione Dei duo sunt disputandā. Vnum ex parte intellectus: nempe vtrùm lumen eius naturale sufficiat ei ad videndum Deum, an verò aliud altius exigatur gloriæ lumen, quo ad illud opus eleuetur: de quo articulo proximo subsequens erit quæstio. Disputatio verò præsens est ex parte obiecti de speciē qua coniungitur intellectui. ¶At qui OKam.1.senten.d.1.quæst.2.& in.4.q.13. vsque adeò beatificam visionem existimat esse supranaturalem, vt arbitretur nequaquā ab intellectu, sed à solo Deo produci: quare neque vllo opus est gloriæ lumine, neq; verò specie. Probatio eius potissima est, quòd cum visio illa sit supremum premium, quod à Deo expectamus, ab ipso solo immediatè confertur: nam sicut meritum à merente, ita premium est à præmiante. Alias creatura se ipsam bearet, atq; adeò per nullā speciē producit. Item quia cum visio Dei sit supernaturalis (vt proximè probatum est) à nulla potest creatura produci, atque adeò neque ab intellectu ipso. ¶Hæc autem opinio nullius habet probabilitatis specimen: & ideo statuitur prima cōclusio. Intellectus beatus ad Dei visionem concurrit. Quoniam adeò naturale est potentiæ cognoscitiuę non cognoscere nisi eliciendo suam cognitionem, vt id ipsum

Partis affirmatiuæ argumentum primum.

Secundū argumentū.

Pars negatiua.

Duæ similes quæstiones.

Prima conclusio.

Probatio.

OKam.

ipsum fit cognoscere, quod cognitionē producere. Quid enim aliud est videre, q̄ visum visionē rei in se producere? Veluti amare idē est quod amorem elicere. Nam quanuis Philosophus dicat intelligere esse quoddā pati, hoc propterea dixit, q̄ fit per receptionē specierum ab obiecto, per quas vtiq; intellectus fit in actu primo, vt potens sit notitiam proferre, quæ est actus secūdus. Ob idq; idē Philosophus intellectionem appellat actionem immanentem, quia scilicet in eadem potentia permanet, à qua ingignitur. Vnde Aug. 2, de doctri. Christiana tanq̄ axioma ab omnibus receptissimum asserit, quòd à cognoscente & cognito paritur notitia, Atque hac ratione Pater in diuinis per intellectū generat Filium. Potest quidem Deus alias formas se solo in subiecto producere, vt calorē, & alborem &c. Et tamen notitiam per quam potentia cognoscat, aut amorem per quam appetitus amet, nequit sine concursu ipsius potentiæ. ¶Sed dicet OKam, Quanuis visio à Deo solo producatur, satis est, vt intellectus cognoscat, quod ab eo conseruetur. At verò visionem tanq̄ actum vitæ videndo conseruare est agere. Quare non est cur negetur ab intellectu pduci. ¶Nihilominus rursus qs redarguat: non potest creatura pducere charitatē aut gratiam, aut aliquam ex virtutibus infusis, quia sunt supranaturales, ergo eadē ratiōe nequit intellectus visionem producere. Negatur consequentia. Quia habitus, qui sunt supranaturales potētiæ & facultates ad agendum creatura non valet, sed solus Deus producere: illis tā potentia informata producit actus. Sicut intellectus non producit species, sed per ipsas producit notitiam. Et ideo lumen gloriæ non pōt produci ab intellectu quia est quidā habitus & facultas ad videndum, sed postq̄ suffunditur pōt Deum videre. ¶Ad argumentum igitur OKam superius factum respondetur, q̄ quanuis præmiū sit à præmiante, sicut meritum à merente, non tā inde subsequitur q̄ visio non producatur ab intellectu: aut q̄ ipse se ipsum beet, vel animam. Quoniam visio illa non producitur nisi speciali auxilio Dei supranaturaliter infundentis lumen gloriæ, & concurrentis cum intellectu in ratione speciei: veluti si Deus in præmium alicuius meriti conferret cæco visum, per ipsum ille visionem eliceret.

¶Supposito ergo, quòd visio beata ab intellectu ipso eliciatur, quæritur quæstione præsenti per quid Deus ipsi in rōne obiecti vnia tur, vtrùm scilicet per aliquā speciem. Dum enim coloratum aliquod videtur, non per se sed per suam speciē recipitur in visu. ¶Subiū gitur ergo secunda conclusio. Nulla creata species potest Deum per essentiam repręsentare. Sententia est S. Tho. loco citato.1. part. quæst.12.arti.2. Creaturæ quidem per modū vestigij aut imaginis repræsentant Deū abstractiuè, non eius essentiā, sed in se ipsis eius virtutem. At loquimur de specie quæ repræsentet Deum sicuti est: velut species visiuæ obiectum, tanquam eius similitudo. ¶Et quidem prima facie satis inde videtur probari, quòd essentia est infinita, species autem creata est finita. Sed iam supra diximus huiusce modi rationē non esse efficacem, vtpote quæ de proportione loquitur creaturæ ad Deum inquantum sunt res naturales: quod nō sufficit ad excludendum proportionem creaturæ in repræsentādo essentiam Dei. ¶Et ideo ex proprijs arguitur, primo autoritate Dionysij.1.cap.de diuinis nomi. dicentis per similitudines inferioris ordinis nullatenus posse superiora cognosci: veluti per species sensibiles non cognoscitur essentia rei in corpore: multo ergo minus per speciem creatā, essentia Dei. ¶Sed ad rem etiam propius probatur conclusio eadem ratione, quam articulo præcedenti faciebamus. Species quæ repræsentat obiectum debet esse plus spiritualis & immaterialis quàm obiectum ipsum repræsentatum, vel saltem tam immaterialis: vt patet quia species seu sensibiles seu intelligibiles magis sunt spirituales quàm obiectū corporale per ipsas cognitum: & ideo species in intelligibiles nostræ in hac vita non possunt angelorum essentias repræsentare, ob id q̄ cùm sint à phantasmatibus abstractæ, non sunt tam spirituales. Nulla autem species aut similitudo creata esse potest tam spiritualis quàm Deus: quia omnis creatura eo ipso, q̄ habet esse receptum, est quodammodo materialis: Deus autem quia non habet esse receptum, sed est de sua essentia, est purissimus actus. Quocirca nulla species in ratione similitudinis potest ipsum repræsentare. ¶Tertio. Omnis creatura in suo genere est limitata: etenim species humana ad certā perfectionem limitat, ita & virtus, vt fortitudo ad certam materiam & prudentia ad aliam & similiter quæcunq; scientia aut sapientia ad certum rerum genus, vt species albedinis ad videndam albedinem & species nigredinis ad nigredinem &c. essentia verò diuina non est limi-

Secunda cōclusio.

Probatio legitima.

Probatio legitima.

Redargutio.

Respondetur argumento OKam.

Universidad de Deusto Biblioteca

limitata: imo eminenter continet quicquid per omnem speciem creatam significari potest. Atque adeò nulla ad id pertingit, vt eum per essentiam repręsentet. Quinetiã (vt aliud adhibeamus argumẽtum) Deum videri per speciem est non videri per essentiam. ¶ Accedit ijs tandem, quòd si aliqua creata species Deum posset intuitiuè repræsentare, sequeretur, q̃ aliqua creatura virtutem haberet faciẽdi Deum præsentem intellectui, atque adeò quodammodo beandi hominem in genere causæ efficientis. Nam licet species cõcurrat in ratione obiecti, & formaliter sit in intellectu, nihilominus concurrere ad notitiam est quodammodo agere. Etenim licet Scotus dicat propterea naturaliter hominem nõ posse Deum videre, quia non potest creatura Deum facere præsentem, non tamen supremam rei causam affert: quæ certè est hæc quòd nulla species creata potest eum repræsentare. Nam sicut non stat species visibiles esse in oculo, quin obiectum ei præsentent, idem de illa specie fieret consequens.

obiectiões. ¶ Quo verò cõclusio explicatius elucidetur, arguitur primo contra rationem Dionysij. Creaturæ (vt ad Roma.1. ait Paulus) repræsentant Deum, & tamen sunt ipso inferiores. Secundo species intelligibiles significãt substantias, substantiarũq; naturas & tamen cũ sint accidentia, sunt inferioris ordinis, quàm substantia. Tertio species quæ sunt in Angelo inferiori repræsentant superiorẽ: ergo nihil obstat quominus species inferioris hominis possint superiora repręsentare, atq; adeò species creata Deum. ¶ Hæc verò argumenta per ea quæ facta sunt facilè diluũtur. Cuncta enim in hoc peccant, quòd mentem diui Thomę detorquent. Res enim esse inferioris ordinis stat dupliciter, vno modo in essendo atque alio in repræsentando. Nihil enim obstat quominus res inferiores in essendo superiores repræsentent. Quo pacto creaturæ repræsentant Deum: tametsi non eius essentiã, sed eius virtutem, per quam est rerum causa. Et pariter species intelligibiles quæ sunt accidentia repręsentant substantias, & species inferioris angeli superiorem. Veruntamẽ hoc nihil ad rem. Nos enim non dicimus nisi, q̃ species inferioris ordinis in repræsentando, quæ illa ratiõe debent esse immateriales, nõ possunt repræsentare res superioris ordinis: puta minus materiales & magis spirituales & hac ratione creatura Deum repræsentare nequit, vt satis superque expositum est. ¶ Potissimum autem argumentum est de visione ipsa. Illa enim, cũ sit creatura, habet esse receptum, atque adeò quidpiam immaterialitatis, & nihilominus repræsentat Deum. De lumine gloriæ dicemus articulo proximo. ¶ Capreolus distinct. præsenti quæst. 5. huic argumento succumbens, negat visionem esse Dei similitudinem, sed ait nomen similitudinis obiecti soli speciei competere. Et arbitratur esse opinionem S. Tho. eo quòd hic in solutione ad primum illud Ioan. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, non de visione, sed de similitudine, quæ est per participationem luminis gloriæ interpretatur. ¶ At verò profectò minimè negandum est visionem esse similitudinẽ. Imo ob id requiritur species, quę est similitudo obiecti per modum habitus, vt potens sit intellectus notitiam producere, quæ est actualis (vt aiunt) eiusdem obiecti imago. Vnde August. 14. de trini. ca. 17. Tũc inquit perfecta erit Dei similitudo in mente quando Dei perfecta erit visio. Vbi visionẽ appellat similitudinem. Et Anselmus Monologion. 38. nulla, inquit, ratione negari potest cognitionem rei esse imaginem eius. Glossa autem Capreoli, scilicet, quòd dicatur imago in suo principio, nempe in specie à qua producitur, est verborũ mentem inflectere. Imò verò Ioannes, vbi ait. Similes ei erimus, de visione loquitur. Atque illam Diuus Thomas appellat participationẽ luminis gloriæ. Præterea Capreolus nequit vim argumenti declinare. Nam gratis admisso Visionem non esse similitudinem, saltem euitari nõ potest, quin repræsentet Deum: & tamen est creatura, atque adeò minus spiritualis q̃ Deus. ¶ Respondetur igitur aliter ad argumẽtum, quòd aliter species quàm visio est similitudo obiecti ipsum repræsentans. Nam repræsentare speciei est efficere rei cognitionem: modus autem repręsentandi notitiæ non est efficere, sed esse cognitionem ipsam & repræsentationem formaliter. Et Sanct. Thomas, non contendit creaturam non posse esse repræsentationem Dei. Sed quod non posset creatura sic repræsentare Deũ, vt eius cognitionem efficiat, qua cognoscatur per essentiam. ¶ Quod si discriminis differentiam scire cupis, respondetur planam esse. Quoniam species tenet se ex parte obiecti, vicẽ eius gerens. Et ideo impossibile est, quòd illa quæ est magis materialis suppleat vicem obiecti minus materialis. Visio verò non se tenet ex parte obiecti, sed est ipsa eius apprehensio.

Solutiones.

Potissimum arg. è visi.

Capreolus.

Solutio legitima.

Discrimen inter species & notitiam.

Et ideo

Et ideo licet nequeat esse species creata Deũ repræsentans, nihilominus Deus ipse concurrens in ratione speciei producit visionem sui quæ est ipsa repræsentatio. ¶ Et similiter respondetur ad aliud argumentum supra factum, quòd creatura posset beare hominem. Si enim daretur species Deum repræsentãs, hominem bearet in ratione causæ efficientis: visio autem non beat nisi formaliter, quod est esse ipsam beatitudinem, per quam Deus, qui illam producit creaturas facit beatas. ¶ Tertia conclusio. Deus in ratione speciei vnitur intellectibus beatis ad producendum eius visionem. Probatur conclusio ex superiori. Intellectus solus nisi ei obiectum vniatur, vt constituat eum in actu primo, hoc est in potentia proxima ad intelligendum, intelligere ipse, aut videre nequit. Quemadmodum neque visus corporeus nisi obiectum ei per species visibiles conuũgatur. Hæc enim veritas adeò fuit semper vniuersis philosophis perspicua, vt quemadmodum; primo de Anima, ait Philosophus, propterea priscorum scholæ philosophorum docerent intellectum esse omnia: nempe, ferrum terram &c. vt omnia posset intelligere. Neq; illos aliter potuit idem Philosophus refutare, q̃ docendo obiectum vniri intellectui, nõ per se realiter, sed per suam speciem quæ est eius similitudo. Igitur, cum vt iam probatum est, nulla esse possit creata species Deum repræsentans, consequens fit vt Deus ipse eidem intellectui in ratione speciei vniat. ¶ Sed ad rei huius explicationẽ arguitur. Vniri in ratione speciei est recipiin intellectu, aut in quacunq; alia apprehẽsiua potẽtia, Deus autẽ non est receptibilis formaliter, per se ipsum in aliquo: nam sicut nõ habet esse receptum: ita nec potest in alio recipi: alioquin non esset simplicissimè immaterialis. ¶ Ad hoc autem respondetur illo negato, quod assumitur. Negatur inquam vniri in rõne speciei esse recipi in potentia: hoc em non cõuenit per se spẽi, sed per accidens speciebus creatis, quia sunt accidentia: per se em ratio spẽi non dicit aliud quã vniri potentię, & facere cum ea vnum principiũ ad cognoscendum faciendo potentiam cognoscitiuã in actu primo: verum quia creaturæ nõ possunt per se hoc pacto vniri potentijs, accedit eis, vt per species quas in potentia proferunt ei vniantur. Deus autem quia eminenter continet vniuersalem rationem essendi, à quo ideo esse omnium rerũ deriuatur, per se ipsum vnitur intellectui esto ipsi non inhæreat, quia est completissima substantia. Itaque cum dicimus, Deum vniri in ratiõe speciei intellectui non solum asserimus quòd concurrat in genere causæ efficientis veluti cum omnibus causis secundis concurrit, ad agendum: sed quòd cõcurrit peculiari ratione speciei faciendo intellectum intelligibilẽ in actu primo. ¶ Et per hoc solutum restat argumentum primum. Concedimus em quòd intellectus & sensus, non sit in actu nisi quãdo obiectum illi vnitur: sed tamen obiecta creata vniuntur potentijs per accidentales species quæ in ipsa recipiuntur. Deus autem se ipso. ¶ Sed redarguitur hæc solutio. Sequetur inde quòd etiam Deus ipse posset vniri intellectui in ratione notitiæ & visionis atque adeò nulla opus esset alia creata. Negatur consequentia: quoniam visio de intrinseca ratione sua dicit formam inhærentem oculo & notitia formam inherentem cognoscenti. Nam cognoscere, & intelligere, vt ait Aristo. est quoddam pati: quare intellectũ videre, est in se habere visionem sicut aquã calefieri, est recipere calorem: & papyrum esse albam est in se habere alborem. Imo in omnibus actiõibus simile est exemplũ. Etenim sicut hominem scribere est actionem illã ab homine emanare, ita & hominem ambulare est ambulationem (vt sic loquamur) facere & recipere. Et idem est de nutrire, atq; adeò de videre & intelligere. ¶ Ad autoritatem vero Ioannis, Similes ei erimus. Respondet S. Thomas, quod non intelligitur de similitudine speciei, quæ recipiatur in intellectu, sed de participatione luminis gloriæ, quo eleuatur potentia ad producendum visionẽ, quæ est similitudo Dei. Et eodem modo intelligi. D. August. si loquatur de intellectione beata. Videtur tamen loqui de intellectione in via per quã quodãmodo assimilamur Deo.

Tertia conclusio.

Explicatio conclusionis.

Solutio primi argum.

Redarguitio de visione.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm intellectus creatus ad videndũ Dei essentiam aliquo creato lumine supranaturali indigeat?

QVoniam dictum est duo ad cognoscendum esse necessaria & virtutem potentiæ, & vnionem obiecti per speciem & ab hoc secundo expediti sumus, subsequitur, vt de priori inquiramus. Vtrùm, requiratur lumẽ supranaturale ad videndum

Universidad de Deusto Biblioteca

Deum præter naturale quo intellect⁹ viget. Est quæstio S.Tho.1.par.q.12.art.5. Et arguit à parte negatiua. In rebus creatis, id quod per se lucidum est (vt sol) alio non eget lumine quo videatur: Deus autem est ipsissima intelligibilis lux: ergo alio, vt videatur, non indiget lumine. ¶Secundo. Quando Deus per aliquod medium videt, vt puta per creaturas, non vr per essentiam: quia videri per essentiam est videri immediatè, hoc est, sine alio medio. ¶Tertiò. Quicquid est creatum non repugnat alicui creaturæ esse naturale: igitur si essentia Dei per lumen creatum videri potest, posset lumen illud alicui creaturæ esse naturale, atq; adeò Deus esset naturaliter à creatura visibilis, cuius contrarium cõstitutũ est. Nulla ergo luce opus est suprana turali ad Deum videndum. ¶Quartò redarguit Durand. D. Thomã cõtradictionis. Ait enim dist. præsenti. q. 2. arti. 7. q̃ in hac vita miraculose fieri põt diuina virtute q̃ intellectus creatus non habens nisi dispositionem viæ eleuetur ad videndum Deum per essentiam: ergo & in patria id fieri potest. ¶In cõtrarium autem est illud psalmi. 35. In lumine tuo videbimus lumen.

Partium negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Quartũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶In introitu quæstionis huius notandũ est, quòd cum vniuersalis sit omnium confessio Deum à creatura non posse naturaliter per essentiã cognosci, atque adeo nec videri. De modo tñ quo supernaturaliter videatur variãt doctores, suntq; perinde in triplici differentia. Opinio enim ferè cõis est quòd neq; vlla requiritur species ex parte obiecti, neq; verò lumẽ ex parte potentiæ. Hæc em̃ sententia nominalib⁹ perplacet. Enimuero vt sunt Metaphysicæ scientiæ parum amici, ita neque in huiusmodi speculationibus multum insudant. Veruntamen in eandem sententiam videtur & Scotus declinare distinctione præsenti quæstione. 11. eandemque affirmat Durãdus quæstione. 2. Alij dicunt requiri speciem supernaturalem ex parte obiecti, quæ Deum faciat potentiæ præsentem. Hęc tamen opinio satis articulo præcedenti explosa fuit. Quo autẽ ad priores reuertamur, si ab illis scisciteris cur nequeat Deus à creatura naturaliter videri. Nam si naturaliter videri non potest, supernaturalis virtus ad id requiritur. Respondet Scotus, non aliam requiri virtutem præter Deũ qui se faciat præsentem intellectui. ¶Sed primum non satis respondet nisi addat, quòd vniatur in ratione speciei obiecto. Nam hoc est se facere præsentem. Præterea, non satis est respondere ex parte obiecti quomodo se vniat intellectui verum & ex parte intellectus, vtrum virtutem habeat sufficientem concurrendi cum Deo naturalẽ: nam certè corporeus oculus illã virtutẽ non habet. ¶Quocirca Durãdus rñdet, non aliam virtutẽ ex parte intellectus requiri: quàm status mutationem. Nempe, quòd corpus hoc mortale exuat in quo nequit intelligere nisi per species à phantasmatibus abstractas. Anima enim, inquit, separata quæ illis phantasmatibus non indiget Deum potest naturaliter videre. ¶At verò opinio hæc generalem confessionem diffitetur tenentium Deum non posse naturaliter videri. Nam si anima separata id suis viribus naturalibus assequitur, cum status ille, quo separata est sit ei naturalis, colligitur, quòd possit Deus à creatura per naturam videri: contra illud Psalmi, Gratiam & gloriam dabit dominus, & contra id genus recitata testimonia. ¶Est ergo tertia opinio San. Thomæ secundum quam ad quæstionem vnica conclusione affirmatiua respondetur. Ex parte intellectus non sufficit lumen naturale, sed requiritur eius eleuatio per lumen gloriæ, vt Deum cernere & videre possit. Quo verò rationis ius euidentior fiat, arguitur statim contra. Deus (vt dictum est) in ratione speciei intellectui coniungit ad visionem ipsius eliciendam: ergo lumẽ gloriæ, vt superfluũ redundat. Probatur consequẽtia. Quia vt intellectus intelligat sufficit, vt per species obiecti fiat in actu primo. Imò Deum vniri intellectui in ratione speciei est cum ipso vnã concurrere: ergo hoc absque alio lumine satis est. ¶Et confirmatur ratio. Lumen ad id solum ponitur necessarium, vt eleuetur potentia. Sed per Deũ ipsum in ratione speciei concurrentem satis eleuatur: ergo nullo opus est lumine. ¶Ad rei ergo huius intelligentiam illud fundamentum pro fixo habendum est quod articulo præcedenti, tanquam ab omnibus receptissimum, præiecimus. Nempe duo esse ad cognitionem necessaria, scilicet virtutem potentiæ & obiecti vnionẽ. Atqui prius requirit virtus potentiæ q̃ vnio obiecti. Imò ad hoc requiritur virtus, vt possit species obiecti recipere. Etem̃ quia potẽtia sensitiua nõ habet virtutẽ cognoscendi spiritualia & vniuersalia, nequit species intelligibiles recipere: per quas obiecta illa vniant ei. Et quia oculus vespertilionis virtute non viget cernendi solem, fit vt neq; eius visibiles

Triplex opinio.

Scoti impugnatio.

Durandus.

Conclusio.

Obiectiões.

Fundamentum.

Probatio cõclusionis.

visibiles species suscipere valeat. ¶Hoc supposito probatur cõclusio. Visio beatifica est intellectui supranaturalis (vt supra probatũ est tum sacris oraculis tum etiam ratione) ergo lumẽ naturale nõ est ad illum intuendũ sufficiens. Cum ergo intellectus ipse (vt supra probatũ est) debeat cõcurrere ad eliciendam visionem, lumine alio supranaturali indiget, quo fiat videndi potens: hoc est idoneus cui Deus in ratione speciei vniatur. Lumen enim gloriæ non concurrit ex parte obiecti veluti species, sed ex parte potentiæ, vt eius acies quodammodo acuatur. ¶Et confirmatur ratio ex illo Aristote. 1. Metaphysi. Sicut oculus noctuæ ad lumen solis, sic intellectus noster ad manifestissima naturæ. Etenim cùm inter prima principia naturæ, quæ Aristoteles appellat manifestissima, Deus sit supremus, multo minus intellectus noster lumine naturali videre Deum potest quàm oculus noctuæ solem. Non solum pro isto statu quo anima est corpori colligata, verum & simpliciter. Cũ ergo Deus mẽtis oculis sine aliquo intellectuali lumine cerni nequeat, veluti, nec coloratũ videri sine sensibili, subsequitur, vt supernaturali lumine sit ad id muneris illustrandus. Profectò posita illa veritate, quòd Deus à creatura naturaliter videri nequit, planè colligitur nostra conclusio. Nã inde consequitur q̃ intellectus non habet talem virtutem neq; sufficiens lumen (nam lumen nil aliud est q̃ intellectus virtus) atque adeò q̃ indigeat alio supranaturali. ¶Ad hęc accedit exemplum fidei. Nam quia in hac vita lumen naturæ ad cognoscendum Trinitatis mysteria nobis non sufficit, lumine fidei supranaturali donamur: eadem ergo ratiõe si lumen naturale nobis ad videndum Deum non est satis, consequens fit, vt per aliud debeamus diuinitus ad id muneris eleuari.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Solutio argumentorũ.

¶Vnde ad argumẽtum proximè factum respondetur, quòd si Deus posset vniri intellectui creato in ratione speciei sine lumine gloriæ, non esset illud necessarium, sed tamen non potest sicut oculus noctuæ recipere lumen solis nisi supranaturaliter acutior fiat: & ideo lumen prærequiritur, vt Deus illi vniatur & cum Deo ad visionem concurrat. Cur autem non eleuet intellectum Deus absque lumine, sicut per se concurrit in ratione speciei, liquida est ratio. Quia lumen eleuans tenet se ex parte potentiæ: est enim virtus ei superaddita: & ideo debet in ipso esse formaliter inhærens ei: species autem tenet se ex parte obiecti. Hinc facilè quisque vsum luminis gloriæ colliget. Haud enim ponitur, vt sit dispositio merè passiua ad suscipiendum visionem, quemadmodum dispositiones ad suscipiendam formam. Sed tanquam actiua virtus cum Deo concurrente in ratione speciei ad eandem eliciendam visionem coagat. ¶Quocirca nõ est ceu similitudo aut imago obiecti quemadmodum species, aut notitia, sed potius simile est habitibus quibus potentia perficitur ad agẽdum. Tametsi quodammodo ab illis discriminetur, quod apprimè est animaduertendum. Nam habitus naturalis non ponitur simpliciter ad agendum, sed ad bene & facilè agendum: potest enim intellectus sine habitu scientiæ æquè rerum habere iudicia, non tamen ita bene & facilè, quam per habitum. Et ideo dicitur dispositio perfecti ad optimum. Lumen verò gloriæ non ponitur solum ad bene videndũ Deum, sed simpliciter ad videndum, vtpote sine quo intellectus nullatenus ipsum videre valet: ob idque potius assimilatur illi speciei qualitatis, quæ est potentia, quam illi quæ est habitus. Quanquam & similis quoq; fit habitui fidei infuso sine quo supranaturalia credere non possumus.

Visus luminis gloriæ.

Nota discrimen.

¶Sententia hæc San. Thomæ, Vel est determinatio ecclesiæ, vel ei quã simillima & proxima, in Clementina supra citata ad nostrum de hæreticis. Vbi error condemnatur dicentium quod anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum & ipso beate fruendum. Quocirca qui sub his verbis hoc negaret, in hæresim impingeret. ¶Est tamen adnotandum, quòd de lumine gloriæ bifariã sentire possumus. Vno modo, quòd sit qualitas distincta sicut lumen in actu, atque altero modo, vt sit Dei concursus, intellectum eleuantis, atque hoc secundo modo glossant Scot. Durandus, & noũnales clemẽtinam. Scilicet quod specialem Dei concursum appellet lumen gloriæ. Priori verò modo sentit de illo lumine Diuus Thomas. Atque in hoc sensu censet Caietanus illic esse ab ecclesia decretum. Et profectò est quàm maximè vero simile. Similiter enim in eodem concilio Viennensi sub eodem Clemente definitum est habitus per baptismũ infundi, etiam parnulis: qui cum non possint actu à Deo moueri, consequens fieri vr definiri, q̃ infundant habitus, qui sunt qualitates à potentijs distinctæ. Item cum lumen in creaturis sit qualitas, videtur idem ibidem

Decretũ clementinæ.

Bifariam de lumine gloriæ loquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obiectio. decerni. ¶Quod si arguas. Lumen naturale intellectus nõ est necesse, vt sit ab ipso distincta qualitas: ergo nec de lumine gloriæ id asserere constringimur. Respondetur primum antecedẽte negato. Nam lumen naturale est virtus intellectus agentis, qui est qualitas. Et præterea consequentia non valet. Nam cum lumẽ supranaturale sit virtus naturæ superaddita vrgẽtius ratio cõuincit distingui à potentia, quam lumen naturale. ¶Arguit verumtamẽ Scotus cõtra, Quicquid Deus põt facere cum causa secunda põt facere se solo: ergo si per lumen glorię eleuat intellectũ, potest absque illo id ipsum efficere. ¶Caie. quidem loco præsenti & Capreolus quæst. 2. nihil cunctãtes negare Deum per suam omnipotentiam efficere posse, vt intellectus absq; lumine gloriæ ipsum videat. Et quanuis eorum olim opinionem nimis rigidam censebam, iam verò modo mollior & verior mihi censetur. In illo enim consuetissimo syllogismo cauendum est ne variatio appellationis, quam sic vocant, delitescat: nam & si quancunque entitatem quam Deus per causam secundam profert, posit & se solo proferre, non tamen sine causa secunda efficere potest, vt ipsa faciat. Potest inquam entitatem quæ est meritum, nempe orationem sine merito proferre, non tamen potest ipse se solo mereri: quia mereri est actio creaturæ. Sicuti põt entitatem quæ est visio sine oculo meo producere: facere tamen non potest, vt ego videam nisi virtutem mihi videndi tribuerit. Quemadmodum nec facere valet, vt lapis videat, aut quod aqua absque calore aut alia simili virtute calefaciat. Ad propositum ergo lumen gloriæ est virtus & facultas intellectus ad videndũ Deum: ergo quanuis posit illam entitatem se solo producere, imo præducit, non tamen potest absque illa facere, vt intellectus videat visione beata: quia hoc esset facere, vt intellectus sine virtute videndi videret. Sicut potest visionem solis se solo producere, non tamen intelligitur quomodo posit facere, vt noctua videat solem nisi altiorem illi virtutem suppeditauerit, quam modo habet. Profectò vix põt intelligi quomodo posit facere quod intellectus ipsum videat, nisi tribuẽdo illi virtutem quam nos vocamus lumen gloriæ. ¶Quod si arguas.

Caietanus.

Deus sine lu. glo. videri nequit.

obiectio. Deus potest conseruare formam substantialem, puta ignis, sine dispositionibus in subiecto, veluti e conuerso conseruat in sacramento altaris qualitates panis sine eius substantia: ergo similiter potest visionem in intellectu conseruare sine lumine gloriæ. Negatur consequentia. nam dispositiones solum concurrunt ad conseruandam formam, quam Deus sine illis conseruare potest. Lumen vero (vt dictum est) non est dispositio passiua ad recipiendam visionem, sed virtus actiua. Et ideo licet entitatem illam posit Deus se solo conseruare, non tamen facere, quòd intellectus absque illa videat: sicut non potest facere, vt aqua absq; calore calefaciat. ¶Validius tamen argumẽtum, quod aduersus hoc obijci põt est de auxilio speciali, quo Deus mouet peccatorẽ ad sui conuersionẽ: quodquidem est supernaturale: & tamen non est qualitas, sed motus Dei. ¶Attamen neque hoc concludit. Est enim ratio diuersa: quoniam liberum arbitrium quantum ad substantiam operis facultatem habet naturalẽ mouendi se in Deum saltem supposita cognitione fidei: sed indiget à Deo specialiter moueri, vt sit dispositio ad eius gratiam assequendam. Et ideo potest moueri à Deo, vt se disponat, sine alia qualitate gratiam præcedente. Veluti serra, quia formã in se habet secandi, non indiget alia forma ab artifice impressa ad arcam fabrefaciendam, quàm, vt ab ipso secundum artem moueatur. Videre autem Deum per essentiam omnino excedit naturales vires, etiam quantum ad substantiam operis. Et ideo sine virtute supranaturali intellectui inhærente: non videtur quomodo posit concurrere ad visionem. ¶Sed quo supremum respõsum adhibeamus: quãuis gratis largiremur Scoto, Deum per suam omnipotentiam intellectũ posse absq; lumine eleuare: nulla tũ inde fit consecutio, vt sic faciat. Non em̃ solam absolutã Dei omnipotentiã rimari decet: sed quid debitus rerũ ordo deposcat. Disponit em̃ Deus (vt est apud Sapientẽ) omnia suauiter. Igitur cum res naturales suis potentijs & virtutibus instruxerit & respectu supranaturaliũ nos etiã habitibus infusis donauerit, quibus debitas valeamus actiones exercere, cur negandũ est cùm intellect* naturaliter Deum videre nequeat, lumine aliquo & virtute supranaturali ad id muneris diuinitus perfici? ¶At quanuis sinta hæc de lumine glorię, & rationibus suffulta, & ecclesiæ autoritate sit subnixa, à pluribus ceu peculiaris S. Tho. impugnat. Et primo arguit Scotus argumẽto quod nos primo loco ꝓposuimus, qd quia Deus per se lucidus est imo & totius fons luminis, nõ indigeat alio, vt videatur. Ad quod optimè Diuus Thomas respondet, quòd lumen illud non requiritur ex parte Dei, vt per illud fiat ipse intelligibilis, sed vt potentia fiat potens: per modum quo potentia fit potentia ad operandum per habitum. Quanuis, vt diximus, non solum requiritur, velut habitus acquisitus, vt potentia fit potentior, sed vt simpliciter sit potens. Hunc enim in modum lumen corporale necessarium est visui, nempe vt medium actu transparens fiat, vt posit à colore moueri, qui per se est visibilis.

Caietanus.

Bonum argumẽtũ.

Responsio.

Sufficiẽs responsum.

Solutio primi argumẽ.

Diuus Tho. vt sol.

Solutio secũdi argumẽ.

¶Quod si arguas, Sol per suum lumen videtur: ergo & Deus. Conceditur argumẽtum: pari enim modo & Deus videtur per illud lumen ab ipso emanans, iuxta illud citati Psal. In lumine tuo videbimus lumen. ¶Ad secundum verò itidem responsum est, lumen illud non requiri, vt Dei similitudinem, in qua videatur, actu esset eius species: tunc enim non videretur per suam essentiam, sed per medium. Sed ponitur quasi intellectus perfectio, ipsum corroborans, atq; eleuans, quare non per ipsum tanquam per medium videtur Deus, sed sub ipso, id est, virtute ipsius, quod non tollit, quin per essentiam videatur. ¶Redarguit verò Durandus interrogans, quomodo lumine illo corroboretur intellectus: aut enim virtus eius intenditur: & hoc non: quia virtus illa non est intensibilis, neque suscipit magis & minus: aut veluti duo agentia imperfecta inuicem se adiuuãt, vt duo pondẽs aliquod importãtes, cui neuter per se sufficeret, & neque hoc est verum: quia non est dicendum, quòd intellectus faciat partem, & lumen aliam partem. Respondetur autem, quòd neutro illorum modo, sed quia est virtus intellectus ipsius, sicut habitus fidei. ¶Ad tertium denique respondetur, quòd quanuis lumen illud sit creatum, nequit tamen connaturale esse creaturæ, nisi creatura esset naturæ diuinæ, cuius lumen illud est participatio, sicut splendor solis non potest esse connaturalis nisi soli, neque calor nisi igni. ¶Dubitatur hic autem, vtrùm saltem intellectui per lumen illud sibi infusum sit naturale videre Deum? nam & hoc Scotus ex opinione Sancti Thomæ, ceu absurdum elicit, quod quidem Caietanus illi concedit, scilicet, quòd supposito lumine intellectus naturaliter videat. Crediderim tamen hoc esse falsum, & contra mentem Sancti Thomæ: nam negans lumen illud posse fieri naturale creaturæ, negare videtur, & videre ipsum esse naturale. Quocirca dicendũ, quòd nunquam actus fit naturalis, nisi quãdo potentia est naturalis, licet sit supranaturaliter recepta. Cæcus inquam per visum supranaturaliter receptum, naturaliter videret, quia natura eius est habere visum, sed tamen quia nõ est naturale intellectui habere illud lumen, fit vt neque videre sit ei naturale.

Durandus.

Durandus.

Solutio tertij argumẽ.

Dubitatio.

¶Aliud verò fieri solutum argumẽtum, nempe, quòd pari modo Deus posset visum corporeum per lumen eleuare, quo ipse videretur, iam supra artic. 2. solutum est. Vbi diximus, quòd quia Deus (sicut neque vlla res spiritualis) non comprehenditur sub obiecto sensus, nequit per Dei potẽtiam eleuari, vt spiritualia videat, Deus tamen comprehenditur sub obiecto intellectus, quod est ens, sed tamen propter eius excellentiam nequit à creatura per essentiam videri, aut cognosci. Nihilominus quemadmodum Deus potest vespertilionis oculum acuere, & perficere, vt posit solem videre, potest & intellectum per lumen subleuare, vt ipsum videat. ¶Et per hoc soluitur argumentum quod hic obmolitur Durandus. Quando virtus potentiæ se ad aliquod obiectum extendit, illo præsentato statim illud cognoscit sine alio iuuamine: obiectum verò intellectus est ens quo comprehenditur Deus: ergo sine alio iuuamine potest illum anima separata videre, vel in corpore glorioso. Negatur inquam maior, quando excellentia obiecti superat virtutem potentiæ, vt patet in sole respectu oculi noctuæ. ¶Aliud verò item argumentum facit idem Durandus, quod ceu Achiles existimari solet, neque solutum satis videas, quia ex falso intellectu procedit. Arguit quippe hoc pacto. Lumen gloriæ ob id ponitur à Diuo Thoma, vt intellectus, qui per se cum Deo non habet proportionem altius eleuetur, & fiat ei proportionabilis: at verò tam sine proportione manet lumine illo donatus, quàm sine illo: ergo lumen illud est superuacaneum. Probatur minor, quia disproportio illa in hoc consistit, ꝙ Deus est infinitus, intellectus verò est finitus: lumen autem illud, cum sit creatura, non vsq; adeò intellectum eleuat, vt Deo adæquetur: quoniam semper manet finitus. ¶Argumẽtum verò re perspecta nullius est roboris. Respondetur enim ad minorem, nempe, ꝙ etiã cum lumine illo intellectus non habeat cum Deo proportionẽ: si enim intelligat de proportione rerũ in esse naturæ, eam cõfitemur, sed ni-

Durandus.

Aliud argumẽtũ.

Argumẽt. celebre.

Solutio.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſed nihil ad rem. Non enim Diuus Thomas intelligit, quòd intellectus per illud lumen efficiatur infinitus, quia neque eſt neceſſarium nec poſsibile, ſed quòd fit proportionabilis Deo in ratione cognoſcendi: quemadmodum potentia proportionatur obiecto. Videlicet, ꝙ cùm per lumẽ naturę nõ poſsit Deum intelligere, per illud lumen ſupernaturale efficiatur ad id potens, quãuis ſit finitum. ¶ Quòd ſi redarguas. Propterea intelle- *Redargutio* ctus naturaliter non erat potens videre Deũ quia infinitum Deus excedit creaturam: ergo ad videndum ipſum deberet fieri infinitus, vt tolleretur ille exceſſus. Negatur conſequẽtia: nam, & hoc quòd Deus eſt infinitus, ſolum ſequitur quòd intellectus ipſum naturaliter non poteſt videre: nullatenus tamen ſubſequitur quòd id non poſsit ſupernaturaliter, etiam ſi maneat finitus. Quare cum illud lumẽ ſit virtus ſupernaturalis, per quod intellectus acquirit eſſe ſupernaturale, & quãdam Dei participationem ſatis eſt: Exemplũ eſt in habitu fidei. Enimuerò quia myſteria fidei ſunt ſupernaturalia & infinita, non poteſt illa homo ſatis credere naturaliter, ſed ſupernaturaliter per habitũ infuſum, licet non faciat hominem infinitum. Euidentiuſq; id inſpicitur in gratia. Nequimus enim viribus naturalibus opera exhibere quæ Deo ſunt grata: ſed quia per gratiam eleuamur, & vt ait Petrus, efficimur diuinæ conſortes naturæ, eadem poſſumus opera præſtare. ¶ Aliud *Aliud argumentũ.* adhibet idem Duran. argumentum, nempe, quòd lumine gloriæ poſito ſterneretur via proceſſui in infinitum: nam qua ratiõe illud requiritur, eeu diſpoſitio ad ſuſcipiendam viſionem, cùm ipſum ſit etiam forma ſuperna turalis, alia requireretur ad ipſum ſuſcipiendum diſpoſitio, & ſic in infinitũ. Ad hoc autem *Solutio.* reſpondetur primum, quòd lumẽ non requiritur tanquam diſpoſitio ad eam ſuſcipiendum, ſed tanquam virtus ipſam producendi: & quia lumen non producitur ab intellectu, non exigitur alia virtus ad ipſum producẽdum. Secundo reſpondetur, ꝙ etiam ſi conſideraretur, vt diſpoſitió ad ſuſcipiendum viſionem, vt Durandus falſo opinatur, argumentum eius nullum eſt: quia ad formam quæ eſt vltimus terminus actionis requiritur diſpoſitio, vt ad formam ignis, ſed ad illam quæ eſt via, & inchoatio alterius, vt ad calorem, nõ requiritur alia diſpoſitio. At prior ſolutio eſt magis legitima.

Sol. 4. arg. ¶ Circa quartum argumẽtum quod fuit Durandi tria ſunt notanda. Primũ, quòd in hac vita lege communi nemo poteſt Deum videre, quæ quidem catholica veritas eſt in Clemen. ad noſtrum, de hæreticis contra Bigardos, quos ſuperius retulimus, decreta, ſecundum illud Exod. 32. Non videbit me homo, & viuet. Vbi gloſſa quandiu hic mortaliter viuitur, per quaſdam imagines Deus videri poteſt, ſed per ipſam naturæ ſuæ ſpeciẽ non poteſt. Et 2. ad Corinthios. 5. Apoſtolus. Per fidem ambulamus, & non per ſpeciem: audemus autem, & bonam volũtatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad dominum, ſcilicet, per viſionem. ¶ Ratio- *Ratio* nem verò affert Diuus Thomas. 1. part. q. 12. arti. 11. quòd cognitio ſequitur rei naturã: anima autem in hac vita, quia eſt corpori alligata, cuius cognitio, vt ait Philoſophus à ſenſu incipit, nihil cognoſcere valet niſi per ſpecies à materia abſtractas, atque adeò non cognoſcit niſi formas quæ ſunt in materia, aut ſubſtantias ſeparatas, quatenus per has poſſunt abſtractiuè cognoſci. Deus autem vt monſtratum eſt, non eſt ſecundum ſuam eſſentiam per aliquã ſpeciem cognoſcibilis, & multo minus per ſpeciẽ abſtractã à materia, cognoſcit ergo in hac vita non per ſe, ſed per ſuos effectꝰ, vt ad Rom. 1. ait Paulus. ¶ Veruntamẽ lege hac ordinaria nõ obſtante po- *Ex priuilegio viatę poteſt Deũ videre.* teſt Deus in hoc ſeculo ex priuilegio ſingulari viſionem ſui ſuis dilectis impartiri: vt Auguſt. 12. ſuper Gene. ad literam. & ad Paulinã de videndo Deum. & Diuus Thomas. 2. 2. q. 175. arti. 3. de Moyſe, & Paulo affirmant. Idq; congruentiſsima ratione: nam vt ille doctor fuit ſinagogæ, ita & Paulus eccleſiæ. Quibus ideo ſe ſe Deus ſuaque arcana expãdit. Præter hos autem nemini cõceſſum legitur: Prophetis nanq; ſolum per imaginarias ſimilitudines fuit oſtenſus: iuxta illud Eſaiæ. 6. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium. Aut per extaſim & mentis exceſſum in contemplatione. Quemadmodum ait pſalmiſta. Ego dixi in exceſſu meo omnis homo mendax. Et Act. 10. de diuo Petro legitur, ꝙ cecidit ſuper eũ mẽtis exceſſus. Et ſic intelligẽdũ eſt illud Gen. 32. de Iacob, Vidi Deũ facie ad faciẽ. Dixit eẽ facie ad faciẽ, nõ ꝙ videret ſicuti eſt, vt ait Ioãnes: ſed ad exaggerandã ſuę contẽplationis eminentiam. ¶ Tertio deniq; noſſe *Lumen gloriæ in via neceſſario.* oportet, quòd neque in hac vita per priuilegium Paulus aut quinis alius videre potuit Dei eſſentiam, niſi lumine gloriæ perfuſus. Vt rationibus ſuperius probatum eſt: quoniam

niam licet Deus entitatem quæ eſt viſio ſe ipſo producere queat, faceret tamen ꝙ intellectus ipſe videat, non poteſt niſi tribuendo ei virtutem ſupernaturalem: quandoquidẽ naturaliter non poteſt. Virtus autem illa ſuper naturalis eſt lumen. Poteſt tamen lumẽ hoc dupliciter ineſſe, ſcilicet, aut per modum habitus permanenter: & hoc ad beatitudinẽ requiritur, qualis eſt in patria: aut per modum tranſeuntis diſpoſitionis: atq; hoc pacto fuit in Paulo. Sententia eſt Diui Tho. loco citato *Solutio argumenti.* 2. 2. in ſolu. ad. 3. Quare tandem ad argumentum factum reſpõdendum ꝙ S. Tho. præſenti diſtinctione dicens, ꝙ in hac vita põt miraculoſe diuina virtute intellectus creatus non habens niſi diſpoſitionem viæ eleuari ad videndum Deum per eſſentiam, non negauit requiri lumen, vt non ſolum Durandus arbitratur arguendo contra ſanctum Thomam, verùm & Capreolus reſpõdendo. Quare ait, quòd poſtea ſe retractauit & correxit in. 22. Sed certè non opus habuit retractatiõe: quia hic non negauit requiri in via. Imò in hoc ꝙ dixit, Virtute diuina, intellexit lumen gloriæ per modum tranſeuntis requiri. Quod quidem lumen ſimul eſſe poteſt cum diſpoſitione viæ, nempe cum habitu fidei. Quinetiam lumen ipſum per modum tranſeuntis eſt diſpoſitio viæ ad videndum Deum.

QVAESTIO TERTIA, De viſione.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm videntes Deum per eſſentiam ipſum comprehendant.

ERTIA quæſtio additur de qualitate, & poteſtate viſionis. Atqui diuus Thomas 1. parte quæſtione. 12. aliam rationem ſequutus, prius diſputat vtrùm videntium Deum alius alio perfectiùs videat, ac deinde vtrùm ipſum comprehendant. At verò quia ſi comprehenderent omnes æqualiter viderent, ſi verò non comprehendunt, poſſunt videre inæqualiter, à comprehenſione initium ſumimus. Vtrùm ſcilicet omnes beati Deum comprehendant. Et arguitur à parte affirmatiua ex illo Apoſtoli ad Philippenſes. 3. Sequor autem ſi quo- *Primum argumentũ.* modo comprehendi, &. 1. ad Corinthios. 9. inducto exemplo in ſtadio currentium, vbi omnes quidem currunt, ſed non omnes accipiunt brauium, admonet Corinth. dicens, Sic currite, vt comprehendatis. Et de ſeipſo ſubdit. Ego igitur ſic curro non quaſi in incertum, Quaſi diceret. Sed vt comprehendam. ¶ Secundò arguitur. Auguſtinus in E- *Secundum argumentum.* piſtola. 112. de videndo Deum ad Paulinam capit. 9. Illud inquit comprehenditur, quod ita totum videtur, vt nihil eius lateat videntem: ſed ſi Deus per eſſentiam videtur, cum ſit ſimplex, neceſſe eſt, vt totus videatur, neque quippiam eius lateat: ergo comprehenditur. ¶ In contrarium autem eſt illud Hie- *In contrarium.* remiæ. 32. Fortiſsime magne potens, Dominus exercitium nomẽ tibi & incomprehenſibilis cogitatu.

¶ Inter reſpondẽdum ad hanc quæſtionem multis OKam in. 4. quæſtione. 13. & ſui ſequaces diſtinctionibus vtuntur, ad rem non ita multum pertinentibus. Quinque enim inquit, modis comprehenſionis nomen vſurpatur. Primo ſcilicet idem eſt comprehendere, quod rem taliter videre, vt nihil eius videntem lateat. Et ſecundo modo idem eſt, quòd ſingulas rei partes diſtinctè cognoſcere. Et tertiò eſt rem perfectiſsima cognitione qua cognoſcibilis eſt cognoſcere. Quartò eſt rẽ cognoſcere ſub omnibus prædicatis ei conuenientibus. Ac denique quinto tunc res cõprehenditur quando talis eſt proportio cognitionis illius ad cognitiones aliarum rerũ, quanta eſt inter rem ipſam & alios. Tunc igitur dicit quòd primo modo beatus cõprehẽdit eſſentiam, quia cum Deus nullas habeat partes, nulla latet videntem. Et eadem ratione neque à ſe neque à creatura poteſt cõprehendi. Reliquis verò tribus comprehendi tur à ſeipſo, ſed non à creatura. ¶ Is verò mo- *Reprobatio.* dus coaceruandi diſtinctiones profectò neq; theologus eſt, neque ad ſcientiam admodũ conducens. Nomina enim non ſunt ad libitum diſtinguenda, nemo quippe neſcit, ꝙ ſi capiat hoc modo, vt vnicuilibet placet, Deus comprehẽdatur. Si verò aliter vt alteri lubet, non comprehendatur. Sed certa ratio docendi eſt ex proprijs nominum ſignificatis doctrinam inſtituere, & rerum veritates rimari. ¶ Duobus ergo duntaxat modis vſur- *Comprehendere dupliciter.* patur in ſacro eloquio cõprehenſionis nomen. Rẽ cognitiõe cõprehendere primo

OKam quãque modis accipit comprehenſionis nomen.

codemq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

eodemque proprio, & perfectissimo modo est ipsam tantum cognoscere, quantum est suapte natura cognoscibilis. Verba sunt Sancti Thomæ præsenti articulo, Dixerim Quãtũ suapte natura est cognoscibilis: vt cognoscibile dicat conditionem obiecti, nõ autem conditionẽ subiecti cognoscentis, puta quãtum potest ab alio cognosci, vt in tertia acceptione fingit OKam, scilicet, quòd cõprehendere sit rem perfectissima notitia cognoscere qua potest cognosci. Tunc enim fieret consequens, quòd nulla creatura posset ab alia creatura comprehendi: puta quòd angelus nõ posset formicam cõprehendere: quia nulla creata cognitio est perfectissima, qua res potest cognosci, cum à Deo perfectius cognoscatur. Quod quidem consequens, licet OKam cõcedat, est nihilominus absurdum, & rei physicę contrarium: nam cum quęcunque natura creata sit finita, gratis negatur posse ab alia creatura comprehendi. Imò verò sequeretur tam incomprehensibilem esse creaturam, quàm Deum: nam sicut Deus à se ipso solo comprehendi potest, ita neque creatura posset nisi ab ipso comprehendi: consequens tamen est concessu longè absurdissimum: quando quidem solum ipse prædicatur incomprehensibilis, eo quòd est infinitus. ¶Igitur comprehensio in hoc stat, ęq notitia sit obiecto adæquata: nempe, quòd quantũ est in ipso cognoscibile per tantũ, ipsam cognoscatur. Hoc ẽ planè nominis significatio admonet. Neq; verò satis est rem totam cognoscere ad comprehensionem, siue partes habeat, siue indiuisibilis sit, sed requiritur præterea, vt docte ait D. Thomas, ęq ea notitia cognoscatur, qua res ipsa secundum naturam suam est cognoscibilis. Quocirca si quod per scientiam demonstratiuam scibile est, opinione duntaxat cognosceretur, non esset comprehensum. Quare omnẽ triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis, nemo comprehendit, nisi qui id per demonstrationem cognoscit: nam qui solum sapientibus mathematicis citra demõstrationem id dicentibus fidem adhiberet, veritatem illam non cõprehenderet. Atq; adeò nec sufficit ad rem comprehendendam illam in alio cognoscere, sicut cognoscit Deus per creaturas, sed debet per essentiam cognosci, qualiter est cognoscibilis. Vnde August. epist. citata. Aliud inquit est videre, aliud est totum videndo comprehẽdere. Quandoquidem id videtur, quod præsens, vt cunq; senti-

Contra OKam.

Ratio cõprehensionis.

August.

tur: totum autem comprehenditur videdo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circũspici possunt, &c. 12. de ciuita. Dei. ca. 18. Quicquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finit. ¶Ad quæstionem ergo tribus cõclusionibus respondetur. Prima. Deus est simpliciter incomprehẽsibilis. Veritas est catholica, vt patet oraculo illo prophetico citato. & Iob. 11. forsitan vestigia Dei comprehendes? & vsq; ad perfectum omnipotentem reperies, Quasi dicat, nequaquam. Cuius vtique rationem subdẽs, ait, Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari. Vbi graphicè rationem explicat cur sit incomprehensibilis: nempe, quia infinitus, cuius infinitatem describit ad sensum per excessum super omnes creaturas, quæ sunt oculis subiectæ. Eadem enim phrasi ait Salomon. 3. Regum. 8. Si cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quã ędificaui? Idem Paulino cõfirmatur eloquio ad Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, & 1. ad Timoth. 6. Qui solus habet immortalitatem & lucẽ inhabitat inaccessibilẽ idest incõprehensibilem. ¶Ratio verò cõclusionis colligitur ex definitione, Deus est substantiæ, & essentiæ infinitæ, nempe quæ non limitatur ad aliquod certũ genus, vt homo, leo, equus, &c. Sed eminenter omnia continet, atque adeò eius esse est infinitum. Sed vnũquodq; ea est ratiõe cognoscibile, qua habet esse naturale: quia sicut ait Aristo. sicut res se habẽt ad esse, ita & ad cognosci: ergo suapte natura est infinitè cognoscibilis, nulla autem notitia creata potest esse infinita: ergo à nulla creatura potest comprehendi: quia nec eius fines, vt ait Augu. possunt ab ea circunspici. ¶Atqui eadem ratione & vnumquodque eius attributorum est incomprehẽsibile: nam qua ratione essentia Dei, eadem & bonitas, & sapientia, potentia, & iustitia sunt infinita. ¶Et confirmatur ratio ex ijs quæ arti. prę cedẽti definita sunt. Intellectus si quidẽ creatus non põt per sua naturalia Deum videre, nisi virtute supernaturali luminis gloriæ sibi donati. illud autem cum sit creatura, est finitum, neq; adæquatur Deo: ergo nullus põt beatorum ipsum cõprehendere. ¶Hinc fit ęq se ipse sua sapiẽtia cõprehendit, nam sicut habet infinitam essentiam, ita infinitam sapien-

Prima conclusio.

Deus se cõprehendit.

piẽtiam, quæ adæquatur essentiæ, atq; adeò quantum est cognoscibilis, & intelligibilis tantũm se ipsum intelligit. ¶Sed percontaris, cur si se ipsum comprehendit, simpliciter dicatur incomprehensibilis? Respondetur, quòd hæc attributa per ordinem ad creaturas cognoscuntur à nobis: & ideo quia est à creatura incomprehensibilis, simpliciter dicitur incomprehensibilis. ¶Sed arguitur, ęq saltem anima Christi essentiam Dei comprehendat licet sit creatura. Gloria quippe respondet gratiæ: sed gratia Christi fuit infinita, vt. 3. par. quæst. 7. art. 11. docet D. Thomas: ergo & eius gloria & beatitudo est infinita, atque adeò visio essentiæ diuinæ, in qua, vt supra dictum est, beatitudo consistit. Si verò est infinita nihil vetat quominus sit diuinæ essentiæ comprehensoria. ¶Respondetur, ęq gratia vnionis in Christo fuit infinita simpliciter ratione termini, nempe, quia fuit assumptio humanitatis ad diuinam personam: gratia verò gratum faciens non fuit infinita, inquantum ens, quia fuit res creata: sed tamen in genere gratiæ fuit infinita, non quidẽ simpliciter, vt essentia diuina, sed quodammodo non limitata: quia habuit quicquid ad rationem gratiæ pertinere poterat: quoniã nõ fuit ei data gratia ad mensuram, sicuti lux solis potest dici infinita, quia habet quicquid ad rationem lucis attinet. At verò per illam gratiam non meruit suam gloriam, sed nostram, si per eius auxilia, & nostra opera nobis applicetur, quare gloria ei collata est nõ per merita, sed ratione vnionis, sicuti & gratia ipsa. Non ergo argumentum vincit visionem qua anima Christi fruitur Deo esse simpliciter infinitam, quod requiritur ad comprehendendum, sed est quodammodo infinita, vt gratia quia continet quicquid ad rationem creatæ visionis pertinere potest: infinita enim simpliciter neque per Dei omnipotentiam esse potuit quãdo quidẽ est creatura. ¶Secunda conclusio. Esse incõprehensibile hoc perfecto modo est proprium attributum Dei, nulli competens creaturæ. Et ratio est liquida. Quoniam incomprehensibile est attributum ad id consequẽs, quod est infinitum, & immensum: nulla autem creatura est infinita: nulla ergo est incomprehẽsibilis. Imò omnis potest non solum à Deo, verùm & ab alia creatura comprehendi. Potest ẽm Angelus naturas rerum creatarum cognoscere, quãtum in se sunt cognoscibiles. Tametsi à Deo perfectiùs comprehẽdantur. Dum ẽm ego auellanam aut nucem, totam manibus, aut ore cõcludo, vt nihil eius appareat, re vera illam comprehendo, licet alio ampliori vase melius concluderetur. ¶Secundò verò modo rem comprehendere idem est quod attingere, & tenere, & consequi, quæ quidem consecutio est insecutiõis terminus. Dum enim rapax accipiter auem, quam insequitur, vnguibus tenet, & canis leporem, prædam verè dicuntur comprehendere, quanuis totã neq; vnguibus, neq; ore ambiant. ¶Et secundum hanc acceptionem subnectitur tertia cõclusio. Creatura intellectualis, & rationalis, nempe angelus, & homo Deum videntes eũ hoc secundo modo comprehendunt, quia attingunt ipsum, tenent, & possidẽt licet non totam eius essentiam cognoscendo circunscribant. Hoc probatur testimonijs illis citatis Pauli, & Cantic. 3. ait sponsa, tenui eum neq; dimittam Et Ioannes. 1. can. ca. 3. Cùm apparuerit similes ei erimus, videbimus eum sicuti est. Idest non videbimus solum sub humanitatis velamine, quemadmodum nobis apparuit, sed in se ipso quatenus Deus est, quod est ipsum attingere, & cõprehendere. Et August. eadem epistola citata comprehendere inquit Deum impossibile est cuicunq; intellectui creato, attingere verò mente Deũ qualitercunque magna est beatitudo. ¶Hinc fit ad comprehendendum hoc modo Deũ non sat esse Deum videre, sed oportet ipsum tenere, hoc est cum perpetuitatis securitate eũ videre. Quapropter Paulus licet Deũ viuens viderit, non tamen comprehendit, quia non per modum perpetui habitus, sed transcursim eum fuit intuitus. Est enim comprehensio, spei terminus: spes autem non solum dicit amorem rei, sed motum ad ipsum consequendum. Quocirca vbi per visionem tutò tenetur, spes cessat, atque hoc est, quam vehementissimum argumentum contra Scotum tenentem beatitudinem consistere in amore. Beatitudo enim non est nisi comprehensio obiecti in quod spe tendimus: non autem comprehenditur per voluntatem, quia non est potentia apprehensiua, sed per intellectum. Quapropter visio quatenus est clara notitia, actusque ab intellectu elicitus est dos animæ respõdens fidei, sed quatenus est tentio obiecti per voluntatem concupita, est cõprehensio, atque adeò dos quæ est spei terminus, delectatio verò fruitio, & quies in ipso cõprehenso est tertia dos respondens charitati. Sed de hoc quæst. sequenti latiùs.

Interrogatio.

Gratia Christi. Verum. Quam cõprehendat.

Gratia Christi infinita.

Secunda cõclusio.

Secunda acceptio comprehẽsionis.

Tertia conclusio.

Videbimus eũ sicuti est.

August.

Non sat est videre ad comprehendendũ.

Contra Scotum.

¶Primum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio primi argum. ¶Primum igitur argumẽtum Pauli testimonijs instructum solutum est. Accipit enim illic comprehendere Deum. Secundo modo, quo tertia conclusio asserit posse à creatura comprehendi. ¶Ad secũdum verò quod ex *Solutio secũdi argumẽ.* autoritate Augustini colligitur, respõdetur, quòd non ideo Deus incomprehensibilis est à creatura, quòd aliquid eius sit quod non videatur: quicunque enim beatus, vt art. sequẽti videbimus, omnia attributa Dei intuetur, sanè cũ omnia sint ipsa simplicissima essentia, sed ob id quòd non adæquatè videtur, vt visibilis est, hoc est cum illa claritate & euidentia, qua ipse se cognoscit: quemadmodũ diximus de conclusione demonstrabili, si nõ nisi per probabilem rationem cognosceret, tunc enim cognosceretur tota, sed non perfectè. Sic enim & beatus cognoscit, & essentiã Dei, & sapientiam, potentiam &c. Sed nullũ *August.* perfectè. Qua vtique ratione duo posuit Augustinus in comprehensionis definitione, nẽpe, quòd sic res tota videatur, vt nihil eius videntem lateat, aut cuius fines circunspici, & circunscribi possunt. Tunc enim & fines rei circunspiciuntur, quando in modo cognoscendi ad finem peruenitur, quod creatura non põt respectu Dei. ¶Et hoc est, quod solent antiqui dicere Deum videri à beatis totum, sed non totaliter. Ad huius autem in- *Deus videt totus, sed nõ totaliter.* telligentiam arguitur, quòd non posit videri totus, quin totaliter. Aut enim id quod dicitur, totaliter, significat modum rei visę, aut modum videntis. Sed modũ rei visæ, certum est videri totaliter, quia cernitur totus. Si autem significet modum videntis, itidem apparet totaliter videri, quia quicunq; beatus tota sua virtute eum videt. ¶Respondetur, q̃ illud totaliter dicit conditionem obiecti, non quidem, q̃ modus obiecti non cadat totus sub cognitione, sed quòd modus obiecti nõ sit modus cognoscẽtis. Quod est dicere. Quicunq; beatus videt Deũ esse infinitũ, eiusq; potentiam, & sapiẽtiam esse infinitam, infinitęq; perfectionis, & ideo quale est obiectum, tale cadit sub cognitiõe, iuxta verbũ Ioan. Videbimus eum sicuti est. Tamen modus obiecti non est modus cognoscentis. Hoc est cognoscens nõ cognoscit infinitè perfectè sicut ipse est cognoscibilis. Quemadmodũ põt qs per rationẽ pbabilẽ, & per fidẽ quã adhibet mathematico cognoscere illã veritatem, triãgulus habet tres angulos æq̃les duob' rectis, esse demõstrabilẽ, licet nõ cognoscat ipsam demõstratiuè, sicuti ipsa est cognoscibilis.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm videntium Dei essentiam vnus alio perfectius videat.

POstquam visum est, videntes Deum ipsum non comprehendere subsequitur, vt explorem' vtrùm omnes æqualiter videãt: an verò vnus alio perfectiùs. Et arguitur, quòd omnes videãt æqualiter. Omnes, vt ait proximè citatus Ioannes: videbimus eum, sicuti est: ipse autem non est nisi vno tantum modo: ergo omnes eodem modo eum videbimus, atque adeò nullus alio perfectius. ¶Secundò. Vna res vt Augu. lib. 83. quęstionum autor est, non potest ab vno plusquam ab alio intelligi. Nam intelligere est totam rem intus legere: quare aut tota intelligitur, aut nihil eius: omnes autem videntes Deum intelligunt eius essentiam: quoniam intellectu, vt dictum est videt: ergo nullus alio perfectiùs videt. ¶Tertiò. Quòd aliquid ab vno quàm ab alio perfectius videat, aut prouenit ex parte obiecti, quod non se æqualiter repræsentat, aut ex parte potẽtiæ visiuæ, quæ non est in omnibus æqualis: ex parte quidem Dei id non videtur accidere. Nam cùm non videatur per aliquam speciẽ creatam, vt dictum est, quæ sit in vno perfectior quàm in alio, non apparet quomodo inæqualiter repræsentetur. Si autem id proueniat ex parte potentiæ: tunc consequitur, vt cuius intellectus naturaliter sit sublimior, perfectius videat, atque adeò angeli, qui sunt sublimioris naturæ perfectius quàm homines viderent, quod videtur Euangelio cõtrarium Matth. 22. vbi hominibus pollicet Christus, quòd erũt sicut angeli Dei in cœlo. ¶In *In contrarium.* contrarium autem est. Quòd si omnes æqualiter viderent, cum visio illa sit vita æterna, iuxta illud apud Ioannem, supra expositum. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te &c. cõsequens fieret, vt omnes essent æquales in vita æterna: contra illud. 1. ad Corinth. 15. Stella differt ab stella in claritate.

Primum argumentũ. *Secundũ argumentũ.* *Tertium argumentũ.*

¶Ad quæstionem duabus cõclusionibus respondetur. Inter beatos vnus alio perfectius *Primata clusio.* videt diuinam essentiam. Et quidem conclusio omnibus est in confesso. Imò quanuis nõ sit in sacra pagine expressa, est tamen habenda tanquam catholica secundum illud Pauli citatum. Ait enim stella differt ab stella in claritate, & subdit sic & resurrectio mortuorum.

Mansiones. rum. Enimuerò quemadmodum astra omnia lumen à sole secundum cuiusque naturã recipiunt ita beati in Dei præsentia eius gloria secundum diuersa merita promicãt. ¶Et Christus ipse Ioannis. 14. In domo patris mei mansiões multæ sunt. Vbi non solum loquitur de ecclesia militanti in qua sunt diuersæ functiones, vt episcoporum sacerdotum &c. sed de locis quibus beati collocabũtur in cœlis, vt patet ex subiunctis continuo verbis: quia vado vobis parare locum. Ibat autem per mortem ad patrem. Cœlum enim vbi requies est beatorum optimè aptissimèque dicitur, & est domus per metaphoram. Imò verò ad rei proprietatem videtur accedere. Domus nanq; hoc distinguitur à diuersorio, q̃ *Domus pro diuersorio.* in diuersorio peregrini in trãsitu recipiunt: domus aũt est in qua permanenter habitaẽ. Vnde. 2. ad Corinth. 5. Apostolus, Scimus q̃ si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum nõ manufactã, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est, super induì cupientes. Dicitur ergo cœlum vbi sedes est Dei, domus, id est, perfecta habitatio, ad differentiam huius seculi, quod est diuersorium in quo peregrinamur à domino. Igitur, qua ratione receptaculum illud quo vniuersi beati recipiuntur, ob id dicitur vna domus, quòd omnes sub eodem patrefamiliãs vnius Dei visione, & hæreditate, ceu eius filij fruuntur, ita & propter diuersos gradus beatitudinis dicuntur, in eadem domo multæ esse mansiones. Vnde Lucæ. 16. pluratiuè dixit. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui recipiant vos in æterna taberna cula. ¶Ratione autem probatur conclusio, *Ratione pro conclusio.* non solum esse verã, sed esse catholicam. Nõ erunt omnes æqualiter beati: beatitudo autẽ consistit in visione: ergo visio illa non erit in omnibus æqualiter perfecta, atq; adeò nec secundum eandem perfectionẽ omnes Deum videbunt. Posterior quidem præmissa non est de fide: licet, vt monstratum est, sit verissima opinio: ad nostrum autem propositum nil refert vtrùm in visione: an in amore, vel in delectatione beatitudo consistat. Satis quippe est veritatem esse fidei quod nõ omnes erunt æquè beati: & visionem ad beatitudinem pertinere: inde enim planè colligitur non omnes æqualiter videre, aut amare, aut delectari: quandoquidem in illis actibus vel in eorum aliquo beatitudo cõsistit.

¶Quod autem catholica sit veritas non omnes esse æquè beatos probauimus aduersus *Aduersus Lutheranos* Lutheranos. lib. 1. De natura & gratia. ca. 20. Gloria enim respondet gratiæ quæ illius est seminarium & arra. At verò quod non omnes iusti sint pari modo grati Deo neq; eundem apud ipsum habeãt locum, probatur: quia non omnes de Deo æqualiter bene merentur. ¶Sed vide Lutheranorum errorẽ, *Lutherani.* Quia putant nullam in nobis inesse iustitiã, sed per solam iustitiam Christi nos iustificari, quæ vna fuit, colligunt omnes esse Deo æquè gratos, pariterq; amicos, atq; adeò æquali sanctitate pollere. Audi q̃am sit absurdum, quod Lutherus inde elicuit, scilicet omnes esse tam sanctos, quàm fuit sanctissima virgo. Certè animus audire exhorret. Veritas autem catholica est, q̃ etsi Christus quo ad sufficientiam omnibus plenissimè satisfecerit, applicatur tamen nobis illa satisfactio & meritum quoad efficaciam per sacramenta, perque nostra opera liberi arbitrij eius ope, & fauore suffulti. Quapropter licet infantes ante vsum rationis ex fonte baptismatis vbi Christo commorientes eius efficimur membra, in gratia æquali resurgant, tã postmodum rationis luce aduenientę tanquam Dei filij per eius gratiam merita nostra accumulamus, plus, minusue secũdum curam & diligentiam q̃ eius cultui impendimus: iuxta illud Apocalyp. 22. Iustus iustificetur adhuc. ¶Colligamus ergo rationẽ. Deus vt ad Roma. 2. ait Paulus, reddet vnicuiq; secundum *Ratio colligitur.* opera eius: opera autem nõ sunt æqualia neque in viris probis neq; in reprobis: ergo sicut alijs inæqualia supplicia, ita & iustis imparem gloriam est redditurus. Gloria verò & beatitudo in visione Dei cõsistit ergo nõ æqualiter, sed cum quadam disparitatis ęquitate ipsum videbũt. ¶Huc accedit illud Matthæi. 5. *Matthæi. 5.* Beati mundo corde: q̃m ipsi Deum videbunt. Cor nanq; per charitatis officia, quę ex fide procedunt emũdatur. De corde enim exeunt cogitationes prauæ Matth. 15. ac per inde alię mũdæ: ergo quo quisq; mũdius habuerit cor, perspicacius Deum videbit. ¶Sed redarguet quis fortè hanc veritatem ex illa *Redarguitio.* Christi parabola Matth. 20. De operarijs vineę, qui quanuis non paribus diei horis neq; pares operas impendissent, nihil hominibus paterfamilias eundem cunctis repẽdit denarium diurnum. Respondet per illam parabolam id tantum Christum admonitos nos curasse, vt intelligeremus, quòd in Dei cultu tã *Denarius diurnus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum solertissimus quisque pōt in breui tēpo re, ꝓficere, quantū segnis in maiori. Item, do cere voluit, ꝙ omnia nr̃a merita ex sua volū tate & gratia valorē fortiūtur: & ideo dixit. Quia huic volo dare. Cæterū in suprema re tributione glorię q̃uis cunctis idem conferat denarius, qui erit Dei essentia ab omnib⁹ cla rè conspecta & possessa, nihilominus visio il la & possessio non erit in omnibus æqualis: atq; adeo, licet Deus in se denari⁹ sit infinitę æstimationis, non tn̄ in omnibus erit eiusdē pretij. Mirabile auditu quod sit in hominis potestate per Dei gratiam positum, vt possit suis meritis precium immutabilis Dei sibi au gere: & tamen nō sit eis tantæ curæ illud pro curare, cordisque oculos exacuere & purifi care, quibus ipsum euidentius videant.

Contemplatio.

Demodo varietatis visionum.

¶Conclusio igitur catholica est, & à catholi cis confessa, sed inquirēdi ratio inde exurgit, quonāmodo & per quid varientur beatorū visiones, vt sint aliæ alijs perfectiores. Enimuerò, qui rationibus de superficie ductis con tenti sunt, non aliā tribuunt, quam quod cū Deus sit speculum, nō naturale, sed (vt in epi stola ad Pau. ait Aug.) spontaneū, idest, quo gradu se sibi placet repræsentans, ostendit se vnicuiq; pro cuiusq; meritis. At verò quānis hoc verissimū sit, non tn̄ per hoc reddit causa quam hic exploramus. Non ambigimus diuersos beatitudinis gradus Deum sua spōte pro ratione distributiuæ iustitiæ distribue re, sed cùm illa beatitudo in visione cōsistat, quærimus causam & modū ex natura rei ei⁹ varietatis, vt in vno sit in repræsentādo per fectior, q̃ in alio. Illa em̄ differentia nō pōt ni si aut ex obiecto prouenire, aut ratione potē tiæ. ¶Diuus ergo Tho. 1. par. q. 12. ar. 6. suppo nit in primis, vt conclusum est, nō id euenire propter speciē & similitudinē creatā, quæ in vno sit perfectior, q̃ in alio cum non sit visio illa per talem speciē gignendā, atq; adeo nec euenire ex parte obiecti. Nec sufficit quidē in causam reddere ꝙ Deus perfectius cū vno intellectu q̃ cum alio concurrat: qm̄ cū intel lectus etiā ipse concurrat, necesse est in ipso etiā intellectu perfectiorē consiteri virtutem qui perfectius concurrit. Varietas ergo illa, ait D. Tho. inde prouenturа est ꝙ intellectus vnius maiorē habebit facultatē ad videndū Deū q̃ alius. Facultas verò illa nō competit intellectui secundū suā naturā: quādoquidē vt dictū est, non pōt Deus à creatura natura liter videri. Accidet ergo per lumē gloriæ, qd̄ intellectū in quadā Dei formitate constituit.

Ratio.

Quo fit vt quo vnusquisq; intellectus plus il lius luminis erit participās perfectius Deū vi debit: plus aūt ille participabit, qui plus ha buit in via charitatis, qua vt diximus permū datur cor. Nam vbi maior fuerit charitas ibi est maius desideriū potiūdi re amata: deside rium aūt paratiorē reddit desiderantē ad su sceptionē rei concupitæ, & vt exuberantius gaudiū de eius possessione capiat. ¶Collige ergo quod cū charitas mentis obtutū purifi cet, fit vt quēadmodū qui oculorū aciem a cutiorē habet, perfectiùs lumine ad videndū requisito illuminat, quā qui lippitudinē ocu lorū patitur, ita qui feruentiori charitate fla grāt, clariori perfundent lumine ad videndū Deum. Igitur si scisciteris in quo cōsistat mā sionum diuersitas, rn̄detur, ꝙ in varia perfe ctione visionū maiorum & minorū: nam mā sio dicit terminū vię ac perinde requiē. Et ex varietate visionis subinde eadē consequit va rietas in amore & in delectatiōe. Si verò cau sam rursus inquiras hui⁹ varietatis. Rn̄detur, Proximam esse lumē quod est facultas vidē di maior vel minor. Primitiuā verò in ratiōe meriti charitatē viæ. ¶Quod si cōtra arguas Matth. 25. legitur. Quod dedit vnicuiq; secū dum propriā virtutē. Et in psal. & apud Pau. quod reddet vnicuiq; secundū opera sua. Re spondetur, ꝙ quia opera nō sunt meritoria secundū substantiā operū solius liberi arbi trij, sed quatenus à charitate procedūt, idem est reddere secundū opera, quod secdm men surā charitatis: atq; idem etiā est reddere se cundū propriam virtutē. Non em̄ accipit hic virtus pro naturali, sed ꝙ illa quę nobis par ticulariter donatur auxilio Dei. ¶Et re vera hoc egregiū est argm̄ in fauorē luminis glo riæ. Si quidē illo secluso vix reddi causa pōt proxima variæ perfectionis beatitudinū. Nā dicere satis esse, ꝙ Deus plus cōcurrit cū bea ta virgine q̃ cum beato Petro, nō satis rei fa cit, vt supradictū est: sanè cum nō solū Deus verum & intellectus ipse creatus ad visionē cōcurrat, cui ideo necesse est, vt clarius & per fecti⁹ videat, perfectiorē habeat in se virtutē: nam re vera in hac vita nō pōt Deus facere quod lippus oculis tā perfectè videat q̃ linx: nisi tantam ei virtutem tribuerit: & cum in beatis illa virtus non sit naturalis, consequit quod tota differētia cōsistat in lumine, glo riæ. ¶Et cōfirmatur hęc ratio. Aut beata vir go perfectius ad suā visionē eliciendam con currit, q̃ D. Petrus, aut secus: sed solus Deus est, qui plus concurrit cū illa. Hoc secundū

Quanto ꝙ charitas, tā rum lumen.

Bona ratio.

non est

nō est probabile: tum quia nō est intelligibi le quomodo perfectius videat: nisi perfecti⁹ cōcurrat: cum videre sit actus vitæ, tum etiā quod hoc derogaret dignitati virginis. Nam cùm fœlicitas & meritoriū præmiū cōsistat in elicienda visione Dei, vbi maior est digni tas, & cumulatius meritum perfectior debet esse concursus ad eliciendā visionē. Si aūt cō cesseris, vt concedendū est, beatam virginē, perfectius cōcurrere, cōsequitur vt perfectio rem habeat supernaturalē virtutē, quæ alia nequit ex cogitari, q̃ lumen glorię. ¶Sciscita bitur hic tn̄ fortè quispiā, vtrum visiones oēs angelorū & hominū sunt eiusdem speciei. Vi dentur em̄ specie differre. Primū quia à potē tijs producunt differentibus specie, qualiter hoēs ab angelis differunt. ¶Secundo, quia nec sunt oēs eiusdē adæquati obiecti, qm̄ vt artic. proxi, videbimus, non oēs eadē prorsus in verbo vident. ¶Tertio denique, qm̄ vt om nium est theologorū confessio, vnus est alio essentialiter beatior, si quidem visio in qua essentialiter beatitudo cōsistit perfectior est in vno quā in alio: ergo eadē rōne ipsa erit es sentialiter perfectior, atq; adeò omnes, vel sal tim illæ quæ sunt inæquales sunt specie diffe rentes. ¶His tn̄ non obstantibus rn̄detur omnes esse eiusdem speciei essentialis. Et pri mò de visionibus animarū res est cōstantissi ma: quandoquidē sunt, & eiusdē obiecti, & à potentijs eiusdē speciei productæ. Sed etiā si illas cū visionibus angelorū conferas, idē pro batur. Nam oēs sunt eiusdem obiecti & siūt per eandem speciem: nempe per Deum con currentem in ratione speciei & à lumine eiusdem speciei: neq; differunt nisi sola clari tate quæ non est differentia specifica, sed ac cidentaria. ¶Vnde ad primum argm̄ respon detur. Primum, ꝙ esto producant̄ à potētijs diuersarū specierū, scilicet angelicis & huma nis, non inde cōsequitur ipsas differre specie: qm̄ ignis à sole productus, & productus ab igne eiusdē sunt speciei: & visio leonis, & vi sio equi eiusdē obiecti: quare si visio vnius poneretur in alterius oculo videret per ip sum. Secundo rn̄detur, ꝙ cùm visiones illę producantur non virtute naturali, sed virtu te luminis & speciei quæ est Deus, & omnia lumina sint eiusdem speciei, vt de verit. q. 9. arti. 1. ait D. Tho. hoc sufficit, vt sint eiusdem speciei. ¶Et confirmatur. Si omnes, vt ait O-kam à sōlo Deo producerentur, essent eius dem speciei: eædem autē sunt prorsus licet intellectus creatus simul concurrat, ergo & nūc sunt eiusdē speciei. ¶Ad secundā igitur obiectionē per distinctionem rn̄detur. Sunt enim oēs eiusdem obiecti proximi, & quod aiunt immediati, nēpe essentiæ diuinę, quod sufficit vt sint eiusdē speciei: licet non sint e iusdē adæquati mediati, & remoti: quia non oēs eosdem vident effectus Dei in ipso, vt arti cu. subsequenti videbitur. Tertia demū ob iectio sophisticæ nititur consequentiæ. Non em̄ sequit. Vnus beat⁹ in rōne beati est essen tialiter perfectior alio: ergo eius beatitudo est essentialiter perfectior. Dicitur em̄ vnus beatus essentialiter perfectior, quia essentia lis eius beatitudo est perfectior, sed non quia ipsa est essentialiter perfectior. Quare meli⁹ diceret beatus secundū beatitudinē essentia lem perfectior, quā essentialiter perfectior.

Vnus visiones sunt eiusdem speciei.

Omnes sunt eiusdem speciei.

Solutio primi argum.

¶Secunda conclusio, quæ ex prima elicitur. Quemadmodū visio ita & amor ac subinde delectatio nō est in cūctis beatis æqualis, sed quo quisq; beatior est, eo & ardētiùs diligit, & suauius delectatur. Probatur planè cōclu sio: qm̄ amor visioni & antecedens est, & sub sequens. Quo enim in via auctior est charitas, vt dictū est, subsequet̄ & perfectior visio, ex qua subinde ꝓueniet, vt eadem cōfirma ta charitas copiosior sit ac perinde delectatio: nam quo quisq; perfectius id posidet, ꝙ flagrantius diligit suauiori amplioriq; gau dio perfunditur.

Secunda cōclusio.

¶Ad primū igitur argm̄ principale rn̄detur, ꝙ vbi ait Ioan. videbimus Deū sicuti est, ad uerbium illud, sicuti determinat visionis mo dum ex parte rei visæ: vt sit sensus. Videbi mus eū, ita esse, sicuti est: qa ipsum eius esse videbimus, quod est eius essentia. Quare vi debimus eum actū purum, simplicissimū, in finitū, &c. Non tn̄ determinat modū visiōis ex parte videntis: vt sit sensus, quod tam per fectus erit modus videdi quā est in Deo per fectus modus essendi. ¶Et similiter rn̄detur ad secundū, quod erat verbū Aug. Dum em̄ ait, ꝙ rem vnā non pōt vnus alio melius in telligere, veritatē continet, si ad modū rei in tellectæ referatur: quia quicūq; intelligit rē aliter quā sit, nō verè intelligit: non aūt si re feratur ad modū intelligēdi. Nam etsi duo rē intelligant qualis est, vnus tn̄ pōt eam perfe ctius q̃ alius intelligere. ¶Ad tertium deniq; rn̄detur, vt dictū est, ꝙ illud visionū discrimē nō prouenit ex parte obiecti, quod per spec ies diuersas repræsentet: sed ex parte poten tiarū quæ nō habent pares intelligēdi facul tates. Illa tn̄ facultas nō est naturalis, sed lu-

Solutio secūdi argumē.

Solutio tertij argumē.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vtrùm vires naturales aliquid ad visionē conferant.

minis gloriæ: & ideo non est maior in angelo, q̃ in anima eisdē meritis cumulata. ¶ Contra hanc tñ sententiam existit argm̃, quod vis naturalis intellectus aliquid conducat, vt cum eodem lumine perfectiorē producat visionem. Nempe, quod angelus qui naturali lumine vigore intellectus sublimior est, perfectius cum eodē lumine Deū videat, q̃ anima humana, vt beatæ virginis, aut Petri.

Caietanus.

¶ Caietanus nanq; 3. par. q. 10. artic. 4. sic opinatus est. Et videtur cum aliqua probabilitate locutus. Quoniã cum intellectus creatus concurrat ad visionē, etiam per suã naturalē virtutē elevatam per lumen, videt qui perspicaciorē habet intellectũ, perspicacius Deum cernere. Quocirca subsequenter concedit, q̃ si lumen gloriæ quo donata est anima Christi tributum esset angelo, perfectiùs ille videret, q̃ anima illa. Et eadem ratione perfectiùs videret Christus si assumpsisset naturam angelicam cum eodē lumine. ¶ Crediderim tñ, partem contrariã longè probabiliorē. Videtur em̃ in primis snia S. Tho. qui totam facultatem videdi tribuit lumini. Et ratio præterea huic parti patrocinatur. Nam cũ actus videndi sit supernaturalis videt solã proportionem naturalis virtutis insequi. Aqua siquidē, quia non habet natiuũ calorē sed extraneũ, non calefacit secundũ proportionē suę naturalis virtutis, sed secundũ proportionē caloris, vel maioris, vel minoris. Ident, cõfitemur in meritis de cõdigno. Nam licet producant per liberũ arbitriũ, tñ quia tota ratio meriti inest eis ex gratia & auxilio Dei, secundũ illius proportionē estimatur ratio meriti. ¶ Secundo arguitur. Visio nõ est maior, aut perfectior nisi secundũ concursum Dei quo in rõne speciei concurrit: non tñ plus minusve cõcurrit quam est quãtitas luminis glorię: ergo naturale lumen perfectionē visionis non auget. ¶ Tertio arguitur. Concessã contraria opinione fieret consequens quòd lumen nõ conferretur beatis secundum meritorũ proportionē. Etenim si angelus & homo æqualia habent merita, æquale consequuntur premium, quod est visio. Si autem æqualibus infunderentur luminum radijs perfectiùs videret angelus: ergo necesse est, vt minus ei lumen donetur, quod non est probabile. ¶ Respõdetur ergo ad rationē obiectã quod quãuis intellectus creatus concurrat ad visionē, non tñ nisi in virtute luminis gloriæ, & ideo maior virtus naturalis non auget visionem. ¶ Contra hoc tamen arguitur. Omnes beati

Secunda rõ.

Tertia ratio.

Sentētia autoris.

toto quo pñt conatu visionē Dei eliciũt, sed vbi auctior est virtus naturalis, vehementior erit conat⁹: ergo & visio perfectior. ¶ Ad hoc plurimi rñdent omnes beatos æqualiter conari. Quare visionum disparitatē non arbitrantur ex diuersis conatibus prouenire, sed ex diuersitate luminũ, si opinionem teneas D. Tho. vel secundũ Scotum, & nominales ex diuerso concursu Dei. ¶ At verò vbi nulla est resistentia profectò vix est intelligibile duos æqualiter conari, vbi effectus non sunt æquales aut vbi sunt æquales, inæqualiter conari. Qm̃ conatus nõ est aliqd antecedēs applicationem potentiæ sed applicatio ipsa: & ideò certè quanta est applicatio, tantus erit effect⁹. Quod vt exēplo explicem⁹, fertur cõiter maiori conatu opus esse ad dilectionē inimici, q̃ ad æqualē amici. Attamen si id verũ est prouenit quidē ex resistentia inimicitiæ, quæ obstat amori: quapropter difficilius se se applicat volũtas ad eius dilectionē, q̃ ad dilectionē amici. At verò in Dei visiõe, vbi nulla est resistentia, re vera quãtus erit conatus, erit & applicatio potentiæ ac subinde visio. Item cũ conatus sit actio & nullus intellect⁹ agat nisi quantũ Deus cum ipso concurrit, profectò fieri non põt, vt oẽs beati æquali conatu ad videndũ applicent, & tñ Deus plus cũ vno q̃ cum alio cõcurrat. ¶ Dicendũ ergo non oẽs æqualiter conari, sed eo quisq; plus, quo beatior est. Conatus aũt sequunt, nõ naturæ vires, sed luminũ quãtitatẽ. Quanto em̃ quisq; lumine donat tantũ ad videndũ conatur, tantamq; perinde visionē elicit. ¶ Cum ergo assumit q̃ oẽs summo conatu videt, distinguit. Etenim si intelligatur de conatu secundũ naturales vires, negat, si verò secundũ luminis modũ concedit. Quare supremus angelus, q̃uis sit sublimioris naturæ non tñ conat quantum sacratissima virgo, quę amplior, glorię lumine fulget. ¶ Ex his fit consequẽs q̃ ille conatus nõ põt intendi aut remiti sicut neq; lumen: atque adeò licèt simul cũ visione beatus alia plura in, pprio gñre intelligat, non ideo vllo pacto remittitur visio.

Sentētia autoris.

Sentētia autoris.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm videntes Deum omnia in ipso videant eademque simul.

ARticulo præcedenti, quo cõclusum est vnum alio videre perfectiùs, annectitur præsens, vtrũ illa visionum varietas etiam ex tendatur

Vtrùm affirmatiua argumentum primum.

tendatur obiectis, vt vnus in Deo plura videat, q̃ alter, an vero omnia oẽs contueãtur. Et arguitur à parte affirmatiua, scilicet q̃ oẽs videant omnia. Ait enim. 4. Dialogorũ Gregorius. Quid est quod non videant qui videtem omnia vident? cum ergo Deus omnia videat cuncta itidē vnusquisq; beatorũ videt.

Secundũ argumentũ.

¶ Secũdò. Quicunq; videt speculũ videt oĩa quæ in ipso resplendent, sed in Deo qui omnia eminenter cõtinet, vniuersa resplendẽt: ergo cũcta in eo oẽs aspiciũt. ¶ Tertiò. Si nõ omnia viderent oẽs, sequeretur q̃ posset beatus successiuè in Deo nunc pauciora & post plura videre. Nil em̃ obstat quominus Deus ei qui nõ omnia videt ea in ipso reuelet quæ illum antea latebat. Consequens aũt est contra snĩam Aug. vlti. de trini. Vbi ait q̃ omnẽ scientiam nostrã vno simul conspectu videbimus in Deo: ergo omnia oẽs simul vident.

Vtrùm negatiua.

¶ In contrariũ est q̃ angelorũ Deum videntium inferiores (vt. 7. capi. de cœlesti hierarchia ait Dionysius) à superioribus purgant, quod est illuminari: atq; adeò inferiores nõ tot quot superiores vident.

Conclusio arguēdi.

¶ Quæstio hæc præcipua est. Ad quam decẽ conclusionibus rñdebitur. Est enim inter ea quæ sunt in Deo distinguendũ. Sunt inquã quædã in ipso formaliter: nẽpe essentiã eius & esse, personęq;, & vniuersa attributa: quæ sola rõne ab essentia distinguunt. Sunt & alia eminẽter: nempe vniuersæ possibiles creaturæ. Quæ q̃ idē non tñ sunt in illo vt effectus in causa. Quemadmodũ effectus quos sol, pducere põt, sunt in ipso tanq̃ in virtute & principio: sed quia Deus qua rõne est infinitus eminẽter est oĩa. At quia res est, pfundæ speculatiõis, tot de illa sunt sensus quot capita. Sunt em̃ opiniones nõ pauciores quã quinque. ¶ In ingressu verò statim adnotandus est vsitatus Theologorũ sermo, scilicet videre in verbo. Etenim quæ in essentia Dei, ceu in speculo vniuersali videnť, dicunť videri in verbo. Et ratio est quia verbũ est in quo quasi in imagine videť obiectũ. Et quãuis nomen verbi propriè cõueniat filio in diuinis, qui tanq̃ expressã notitia per modũ intellectus gignitur, nihilominus quia essentia ipsa est per eminentiã species & speculũ creaturarũ, illa quę videnť in ipsa dicunť videri in verbo: qm̃, vt dictum est, in rõne speciei Deus ad sui visionē cõcurrit. Obidq; dicunť videre in verbo ad differentiã eorũ quæ beati videt per proprias species, quæ ideo dicunť cognoscere in proprio genere. ¶ Igitur quia opinio

Tertiũ affirmatiua argumentum.

Secundũ argumentũ.

Quid sit aliquid videre in verbo.

nes omnes in primã cõclusionē consentiũt, illam ante earum recitationē præmittamus.

Prima conclusio.

¶ Conclusio est. Vniuersi beati videt omnia quæ sunt formaliter in Deo. In primis snĩa est S. Tho. in. 1. par. q. 12. art. 7. in solutio. ad. 2. vbi ait, q̃ non propterea Deus incõprehensibilis dicitur, quasi aliquid eius sit quod nõ videatur, sed quia non tam perfectè à creatura videtur, quam est ipse visibilis. Imò Ioannes vbi ait, videbimus eũ sicuti est: Id nos ipsum docet: videre em̃ sicuti est, vt supra explicuimus, est videre quicquid ipse est. ¶ Sed rõne id probatur. Quicquid est in Deo formaliter est ipsissimus Deus: relationes em̃ diuinæ & attributorũ quodcũq; est ipsissima essentia: ergo nequit videri Deus quin cuncta quę in ipso sunt formaliter videãtur. Etenim Deus tam sua est sapiẽtia, q̃ ego sum mihi idē. ¶ Itē desideriũ naturæ, vt diximus, est cognoscere causam per essentiã: quare visio est cognitio Dei per essentiã: qua, vt ait Ioannes, cognoscitur sicuti est: cognoscere autē per essentiã est cognoscere omnia quę in diuina essentia includunť: hæc autē sunt illa quæ formaliter sunt in ipso. ¶ Ad hæc visio illa est clara notitia quæ rñdet fidei, & tentio quæ rñdet spei. Sed per fidem omnia quæ in Deo sunt credimus & per speciem omnia illa possidere concupiscimus: ergo per visionē cũcta videmus & possidemus. ¶ Quod si arguas Deus, vt ait Augu. est speculum voluntariũ: ergo põt illa quæ voluerit reuelare, alia celando. Negatur consequẽtia, de illis quæ in ipso sunt formaliter & intrinsece. Naturaliter em̃ illa sic repręsentat, vt se ipsum repręsentare sit omnia illa repræsentare. ¶ Dubium hic tamẽ emergit. Vtrùm esto oĩa illa videant quæ sunt formaliter in Deo, possint de potẽtia Dei absoluta quædam eorũ absq; alijs videri? Scotus nãq; in primo. dist. 1. q. 2. & in. 4. dist. pũti tenet, q̃ põt quis videre essentiã non videndo personas ac perinde vnam personã sine alia, saltē patrem sine spiritu sancto. Quoniã de patre & filio qui relatiua sunt, maior difficultas ei occurrebat, eo q̃ vnum relatiuũ includit reliquũ. Probatio eius est. Essentia est quid absolutum, & persona quid relatiuũ. Imò essentia, vt putat, & relatio formaliter distinguunť. Absolutum autē non includit relatiuũ: ergo põt vnum absq; alio videri. Et eadem ratiõe põt pater sine spiritu sancto videri. ¶ Secundo. Si essent personæ distinctæ per absoluta posset vna videri sine alia: ergo quãuis distinguanť per relatiua, saltem pater sine spiritu

Secunda ratio.

Dubium de omnipotentia Dei.

Scotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſancto:quia pariter diſtinguiť realiter,& vnº nõ referť ad aliũ. ¶Atqui ſi ratio hæc efficax eſt,ſimiliter cõcludit ꝙ attributa diſtinguantur ab eſſentia & inter ſe:quia pariter ſecundũ ipſum diſtinguntť formaliter. ¶Cõtra hãc opinionẽ aſſeritur ſecũda cõcluſio. Quanuis per notitiã iudicatiuã eſſentia poſsit ſine perſona cognoſci,atq; vna perſona ſine alia: apprehenſiua tũ intuitiua neq; per diuinam omnipotentiã eſt poſsibile. Intuitiua inquã: qm̃ per notitiã abſtractiuã, vt modo in via, nil vetat quominus quiſq; poſsit Deũ apprehendere nil cogitãdo de trinitate aut de omnipotẽtia aut de alio quolibet attributo. Atqui de iud. eo illico dicemus. ¶Sed de apprehẽſiua intuitiua ꝓbatur cõcluſio. Viſio Dei eſt notitia ipſius exiſtẽtis atq; præſentis: ſed nõ exiſtit niſi in perſona:ergo nõ põt eſſentia videri niſi videať perſona, & eadẽ ratione quin videanť oẽs tres. Atq; hinc colligitur ꝙ nec põt videri vna ſine alia: qm̃ pater nõ poteſt videri niſi in eſſentia,& eſſentia non põt videri niſi videať filius & ſpũs ſanctus: ergo vna perſona non põt abſq; alia videri. ¶Secundo arguiť oſtendẽdo primã concluſiõis radicẽ. Perſona & attributa nõ diſtinguntť ab eſſentia ex natura rei: imò eſſentia tã idẽ eſt pater & filius & ſpũs ſctũs & iuſtitia & miſericordia ex natura rei,&c.quã Petrus eſt Petrus & Michael angelus ipſemet:imò magis: quia Deus eſt magis ſimplex eo quod natura angelica habet eſſe receptũ in indiuiduo per creationẽ, & in Deo nihil prorſus cõpoſitionis aut diſtinctiõis excogitari poteſt,niſi, quẽadmodũ ait Anſelmus, vbi eſt relationis oppoſitio:vtputa inter perſonas:ergo quem admodũ Angelus non põt videre intuitiuè naturã alterius angeli exiſtẽtis corã ipſo ꝛc. ſi videndo perſonã,neq; perſonã niſi videndo eſſentiã,ita nullus põt videre Deũ niſi videndo trinum,omnipotentẽ,ſapientẽ, &c.nã videre eſt cognoſcere per eſſentiã,& eſſentia includit perfectiones omnes illas & prædicata. ¶Scio quidẽ Scot.in.1.diſt.8.tenere perſonas diuinas diſtingui formaliter ab eſſentia. Attributa verò & ab eſſentia & inter ſe. Propterea,ꝙ qui diffiniret,inquit, iuſtitiam Dei aliã aſsignaret definitionẽ quã miſericordiæ aut omnipotẽtiæ, & ſimiliter ſi definiret eſſentiam aliã conſtitueret quã definiẽdo perſonam. ¶Sed profectò hæc differẽtia eſt falſa ex natura rei. Imò apertè diuinę ſimplicitati repugnat. Nam primũ in Deo nulla eſt propria definitio:hoc eſt eũ eſſe infinitũ actum

Secunda cõcluſio.

Ratio.2.

Diſtinctio formalis Scoti.

Impugnatio.

quod nõ coarctari ad genº aliquod,ac perinde nec definiri poſſe. Secundo admiſſo ꝙ aliquo modo ſit definibilis,falſum eſt ꝙ ex natura rei alia definitio dareť iuſtitiæ & alia ſapientiæ diuinæ. Iuſtitia enim & ſapiẽtia creatæ diuerſas habẽt definitiões,quia ſunt res diuerſæ. In Deo tũ quia vnaquęq; illarũ perfectionũ eſt infinita & oẽs ſunt vnus ſimpliciſſimus Deus, quicquid eſſentialiter includiť in ſapiẽtia, includiť in eſſentia & ſic de omnibus attributis. Quare non põt dari definitio vnius differens à definitione alterius, niſi ſola rõne. Quæ quidẽ definitio ſumiť per cõparationẽ ad noſtrã ſapientiã,iuſtitiã & miſericordiã. Sed in hoc falliť,niſi nos fallimur, Scotº, ꝙ ex eo quod in deo exiſtit potẽtia & iuſtitia ſine operatiõe intellectus, infert eſſe duo ſecluſa operatiõe intellectus:& tũ nõ ſequiť. Imò licet ſecluſa operatiõe intellectº ſit potẽs,& iuſtus nõ tũ illa ſunt plura,ſed intellectus cõparans illa ad nras qualitates cognoſcit ea vt plura. Et hoc eſt ſola rõne differre ratiocinata:quia habet fundamentũ in re. Et idẽ eſt ꝓprſus de eſſentia & perſona. ¶Profectò ſi Scotus plus quã noĩe à D.Th. differat: noĩe,ſcilicet,diſtinctionis formalis intelligat aliã diſtinctionẽ à parte rei præter diſtinctionẽ rõnis, fateor me intelligere nõ poſſe quomodo ſummã Dei ſimplicitatẽ tueri valeat. Quod ſi non ponat aliã planiſsimè ſit conſequẽs, ꝙ nec per Dei omnipotentiã fieri poſſit vt quis videat eſſentiã non videndo perſonas & oĩa attributa. ¶Præterea arguitur. Si Deus eſſet vnica perſona ſicut Michael, non poſſet videri eſſentia ſine perſona, nec è conuerſo. Nunc autẽ tam ſimplex eſt Deus quã eſſet tunc,& tam idem ſunt eſſentia & pater quantũ eſſent eſſentia & illa perſona: ergo nõ põt vnũ ſine alio videri:qa nullatenus ex natura rei ſunt vnũ & aliud. Imò explicatiſſima cõtradictionis implicatio eſt videri eſſentiam nõ viſa perſona, aut è cõuerſo. Id quod Chrus Ioan.14.expreſsit dicẽs. Philippe, qui videt me,videt & patrẽ meũ. Quod nõ dixit ꝓpterea ꝙ pater relatiuè dicit ad filiũ,ſed qa ſunt vnica & ſimpliciſsima eſſentia: & ideo ſubiecit. Quia ego in patre & pater in me eſt. ¶Et quod ſupremũ argm̃ eſt. Si poſſet eſſentia videri aliquo attributorũ nõ viſo, eadẽ rõne poſſet videri eſſentia nullo viſo, quod eſt manifeſta cõtradictio:nam qui nõ videret in Deo omnipotentiã,ſapientiã & iuſtitiã, &c. quid nã videret? ¶At verò ſi de iudicio percõteris,Rũdetur poſsibile eſſe vt quis iudicium formet

Periculoſa opi. Scotti.

Aliud argumentũ.

Aliud argumentũ.

formet de Deo ꝙ ſit vnus,nõ aduertẽdo quẽ admodũ gignat filium aut ſpiret ſpiritũ ſanctũ. Quinetiã põt Deus cõcurrere cũ vno beato ad producendũ vnũ iudiciũ & nõ ad producendũ aliud. Si modo loquamur de iudicio quod ſit aſſenſus in ꝓprio gñe:quos põt etiã habere beatus:nã de viſiõe ipſa ſecus eſt. Quippe quæ,vt illico videbimus,non ſolum notitia apprehẽſiua eſt,verũ & iudicatiua naturaliter repreſentãs:& ideo nõ intelligiťqũo quis per illã poſsit iudicare de re aliqua, quę eſt formaliter in Deo, non iudicãdo de omnibus. ¶Clara ergo eſt ſolutio argumẽti Scoti:nam q̃uis eſſentia in creaturis nõ includat relatiuũ. Secus tũ in diuinis. Sũt eũ de eſſentia diuina tum relationes perſonales, tum & vniuerſa attributa:quare nullũ põt niſi cum alijs videre. ¶Hac ſuppoſita cõcluſiõe hinc incipiũt opiniones variari. Henricus eũ Gãdenſis quodlib.6.q.4. opinať nullũ beatũ in verbo videre niſi omnia, ſolaq; illa quę ſunt formaliter in Deo. Itaq; de creaturis nihil videnť niſi forſan in proprio genere. Ratio verò eius potiſsima eſt, ꝙ ſi quis videret ſimultetiã illa quæ in Deo eminẽter continenť, cõprehenderet ipſum:qa cognoſceret Deũ, nõ ſolum in ipſo abſolutè, ſed in rõne principij quatenus eſt rerũ cauſa. Et ideo nihil eius lateret videntẽ, vt ait Auguſtinus. ¶Quod ſi dicas aliũ alio clarius videre & ideo neminẽ cõprehẽdere, nõ põt ipſe intelligere, eũ clarius videre qui non plura videt: nam in creaturis in tabella depicta quicũq; melius videt, plura videt. ¶OKam in.4.diſt.13. aliter negat nõ poſſe eadẽ viſiõe videri eſſentiã & creaturas: ſcilicet,quia tũc non eſſet intuitiua creaturã, ſed ſolius Dei in quo viderenť creaturę tã quã in imagine,atq; adeò nõ eſſet viſio earũ. Sed vel dicendũ, inquit, eſt ꝙ viſio terminať collectiuè ad eſſentiã & creaturas immediatè,ſicut cũ quis videt plures hoĩes ſimul. Vel dicendũ cum Henrico ꝙ viſio ſolũ ſignificat eſſentiã & Deus ꝓducit alias viſiones quas ei placet quibus beati viderẽt creaturas. ¶Secunda opinio eſt quã Durand.d.pñti.q.3.recitat:nẽpe,ꝙ oẽs vſq; ad minimũ beatorũ videnť oĩa quæ ſunt in Deo,tam quę ſunt eminenter quã quę ſunt formaliter. Ratio quam hæc ſibi opinio poſſet obtẽdere, eſt ꝙ Deus, vt ſupradiximº, tã naturaliter repreſentat ea quæ ſunt eminẽter in ipſo, q̃ quæ ſunt formaliter. ¶Tertia opinio eſt ibidem Durandi inter ambas media, quæ duo aſſerit. Primum. Quicũq; beatus videt in verbo oẽs creaturas q̃tum ad quod quid eſt:nẽpe quid eſt homo, quid lapis &c. Oẽs inquit, nõ ſolũ quas naturaliter per cauſas ſecũdas ꝓducere põt, verũ & quas põt ſupranaturaliť. Secundũ eiº aſſertum eſt nullã creaturã quiſpiam beatorũ in Deo cognoſcit quantũ ad exiſtentiã. Itaq; in verbo nemo cognoſcit angelũ aut hoĩem exiſtere:neq; beatos,neq; nos,neq; nras orationes,aut quæ apud nos accidũt, ſed eiuſmodi exiſtentias ſolũ noſcũt per creatas à Deo ſpecies & viſiões:vt aiũt Henri.& OKam. ¶Probatio eius eſt,qa eo modo cognoſcunť creaturæ in Deo,quo in ipſo repræſentanť. Verbũ aũt repræſentat quidditatẽ naturaliť & de neceſsitate:exiſtẽtias verò,libere: ergo reſpectu quidditatũ nõ eſt voluntariũ ſpeculũ, ſed ſolũ reſpectu exiſtentiarũ: quare non eſt poſsibile videre Deũ,quin videanť quidditates. Secus aũt de exiſtẽtijs. Et probať illa minor: qm̃ Deus quidditates eo repræſentat ꝙ illas põt ꝓducere,ſed nõ eſt in poteſtate Dei quin poſsit illas ꝓducere:ergo de neceſsitate illas repræſentat. Exiſtẽtias verò nõ repreſentat niſi quia in ſua mera volũtate eſt ꝓducere ſi libuerit:ergo nõ repreſentanť de neceſsitate, atq; adeò nec per viſionẽ beatificã videtur. ¶Quarta deniq; opinio eſt Scoti in.3.d.14.q.2. Vbi licet de aĩa Chri loquať, de oĩbus tũ beatis id ipm ſentit. Cuius duo itidẽ ſunt aſſerta. Primũ aĩa Chri (ac perinde quicunq; beatus) vnica viſione videt in verbo habitualiter quæcunq; in ipſo eminẽter continẽtur quantũ ad eſſentias & exiſtẽtias. Secundũ eſt ꝙ nõ actu videt oĩa. Cognoſcere habitualiter eſt ꝙ habet virtutem repræſentãdi quicquid Deus voluerit, & qm̃ voluerit, quare illa viſio ſucceſsiuè repræſentat nũc pauciora, nũc plura. ¶His ergo opiniõibus ob oculos obiectis ad enarrandã quintã opinionẽ quæ eſt Sancti Tho. & eruendã pro captu nro veritatem ſubijciunť alię cõcluſiões. Sit ergo ordine tertia circa primã opinionẽ. De potẽtia Dei abſoluta nõ repugnat beatũ in Deo illa pręciſe videre, quæ ſunt formaliter in ipſo. Cõcluſio eſt Durãdo cõtraria.q.3.nihilominus probať ex arti.præcedẽti. Dictu:a eũ eſt ꝙ quãto lumẽ glorię maius minuſue eſt,tãto beatus plura pauciorave videt in verbo: hoc aũt de his quæ ſunt in ipſo formaliter intelligi nõ põt: ergo de alijs intelligiť, quæ in ipſo ſunt eminẽter: igitur ſi quis põt pauciora illorũ videre quã alius,tam remiſſum eſſe põt lumen, vt nihil eorum videat in verbo. Et hucuſq; pertingit, quòd Deus ſit ſpeculũ voluntarium.

Solutio argm. Scoti.

Opinio Hẽrici prima.

Secũda opinio.

Tertia opinio Durãd.

Quarta opinio Scoti.

Tertia concluſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Visio verbi omniũ minima.

¶Ex quo fit illã visionẽ esse omniũ imperfectissimã, vt ait inibi Durãd. quæ posset haberi de Deo: qñ quidem nulla põt pauciora repræsentare quã quæ sunt in ipso formaliter. Sed ait q̃ talis visio nõ est admitteda: & ratio eius est, qa tũc Deus nõ videret perfectè: causa em nõ cognoscit nisi cognoscat eius potestas ad effectus. Cũ ergo Deus sit omniũ causa, nõ põt videri perfectè nisi eius videant effectus. Et quo eius argm̃ maius habeat robur, sic cõfirmat. Inter alia attributa Dei hoc est vnũ quod est eminenter oia continẽs: dictũ aũt est, q̃ non põt videri nisi videant oia quæ formaliter sunt in ipso: ergo vidẽs Deũ videt Dei eminentiã, & creaturarũ continentiã, atq; adeò creaturas. ¶Item Deus est obiectũ tam naturaliter repræsentãs creaturas, q̃ seq̃ quia est eminẽter omnes. ¶Rndetur aũt hoc argm̃ cõcludere non posse visionẽ Dei nõ repræsentare in ipso creaturas in vniuersali & in rõne gñrica: qñ videns Deũ videt eius oipotentiã & cuncti sapientiã, atq; adeò q̃ possit cũcta posibilia producere. Sed tñ tam remissum põt esse lumẽ, vt nõ videat creaturas in particulari puta Angelũ hoiem equũ &c. Quocirca concedit nõ esse illã perfectissimã visionẽ: quia non solũ non est cõprehensiua, verũ nec tã perfecta q̃ visiões quæ nunc sunt beatorũ. Sed nihilominus si talis daret visio esset tã perfecta quantũ sufficeret ad beandũ videntẽ. Iuxta illud verbũ Augustini. 5. cõfessionum. Beatus qui te scit, & si alia nesciat.

¶Ad postremũ verò rndetur, q̃ Deus naturaliter quantũ est de se repræsentat creaturas sicut se ipm. Sed inde solũ sequit, q̃ qui eũ cõprehẽderet sicut se ipsum cõprehendit, non posset nõ videre cunctas creaturas in ipso. Secus ille q̃ cũ non cõprehendit. Veluti qui nõ cõprehendit principiũ nõ in eo videt oẽs cõclusiones. ¶Quarta cõclusio cõtra eandẽ primam opinionẽ. Secundũ legẽ ordinariã nulla est beatorũ visio qua illa præcise videant, quæ sunt formaliter in Deo: nã primũ de aia Chrĩ non est dubiũ quin oia illic videat quæ ad mysteriũ redẽptiõis attinẽt. Imò & beat̃ Petrus illa etiã quæ ctinẽt ad suã ecclesiã. Et singuli beatorũ ea quę cuiusq; statui competũt, vt illico explicatĩ elucidabit. ¶Sed pbat̃ prius cõclusio etiã aduersus OKam. Essentia diuina nõ solũ, vt dictũ est, existit creaturarũ causa, verũ eminẽter oẽs illas cõtinet. Neq; verò, vt ipse cũ suis noialib̃ cẽset, cõtinere eminenter est esse excellẽtioris naturę. Ista em ratione etiã homo continet creaturas se inferiores, qa illas excedit. Imò cõtinere eminenter oia est ppriũ Dei, quia quateñ est infinitus est eminẽter oia. Et inde puenit, vt sit omniũ fons & origo. Quocirca creaturę perfectĩ in ipso repræsentant̃ quã in se ipsis. Vnde q̃ Augustinus & reliqui patres appellent Deũ speculũ creaturarũ, non tũ est oino, vt creata specula quę species à rebus suscipiũt, quas reflectũt. Deus em nõ suscipit à rebus species, imò prius perfectiusq; creaturæ sunt in Deo quã in se ipsis. Quocirca creaturæ potĩ sunt specula Dei: nẽpe ipm tanq̃ ipsius effectus repręsentãtes. Quẽadmodũ. 1. ad Cor. 13. ait Paulus. Videmus nũc p speculũ in ęnigmate, sed dicit Deus speculũ eo solo q̃ repręsentat creaturas, vt causa. Hinc ergo colligit argm̃. Deus est oia: ergo vidẽs ipsum videt creaturas quatenus secundũ proportionẽ sui luminis plus minusue perspicue videt Deũ. Et ideo negat visionẽ illã nõ esse notitiã intuitiuã tam creaturarũ q̃ ipsius Dei. Enimuerò Deus in se ipso intuet̃ creaturas: ergo visio sui ipsius est visio creaturarũ, atq; adeò notitia earũ intuitiua. ¶Sed redarguis. Speculũ creatũ nõ vr̃ p easdẽ species per quas videnr̃ res in ipso: ergo nec Deus & res in ipso eadẽ spẽ videnr̃. Negatur cõsequẽtia: nã res in speculo creato nõ videnr̃ nisi per pprias earũ species, quæ in ipso refranguntur: speculũ verò per propriã ipsius. Sed tñ in Deo videnr̃ creaturę per ipsum Deũ, qui est earũ species: & ideo eadẽ visione videnr̃ qua ipse. Atque hoc mẽdo intelligendũ est verbũ D. Tho. 1. par. q. 12. arti. 9. scilicet q̃ per vnã speciẽ vr̃ speculũ & ea quæ in ipso apparẽt. ¶Et confirmat̃ illo verbo Gregorij supra citato. Quid non videt qui videntẽ oia vident. Sensus em est q̃ quẽadmodũ ipse in se ipso oia videt, Ita beati in ipso ea videt quę ad cuiusq; mensurã attinẽt. ¶Tertio & cõclusio probat̃ ex illa celebri snia Augu. 12. de genesi ad literã, atque alijs locis. Ait em q̃ beati creaturas duplici visiõe videt, nẽpe matutina & vespertina. Matutinã notitiã creaturarum appellat illã qua videnr̃ in verbo, & vespertinã qua videnr̃ in pprio gñe, scilicet, per spẽs creatas, quas in via acquisierũt, vel Deus illis infundit qñ opus est orãtiões nr̃as vel aliud quippiã eis, qd non videbãt, reuelare. Imò & angeli superiores, vt diximus, aliq̃ reuelant aliqua inferioribus per nouas spẽs. ¶Ad hæc cũ Deus sit secundũ Aug. speculũ volũtariũ, & nõ respectu eorũ quæ in ipso sunt formaliter, vt dictũ est, fit vt sit respectu creaturarũ: quę ideo per Dei visionẽ videnr̃ in ipso. ¶Sed vide

Quarta conclusio.

Aduersus OKam.

Deus speculum.

Gregorius.

Cognitio matutina & vespertina.

Solutio OKam.

vide lepidã solutionẽ OKam. Ait quippe q̃ quis per visionẽ Dei nulla videat̃ creatura, nihilominus, qa simul cũ illa visiõe Deus pducit creaturarũ notitias in beatis, dicit̃ speculũ voluntariũ, & per illas visiones quatenus ab ipso productę sunt, dicunẽ creaturę videri in verbo, atq; adeò censent̃ matutinę cognitiones. ¶Hæc verò, vt bona venia dixerim, ineptiora sunt, quã vt sint impugnatiõe digna. Enimuerò ratio speculi est esse obiectũ: nihil ergo videt̃ in verbo, quin videatur tanquã in obiecto atq; adeò per eandẽ visionẽ, qua ipsum videtur. Neq; alia dici põt matutina notitia: quandoquidẽ matutina non sit nisi illa in qua essentialiter consistit beatitudo: nempe quæ est notitia ipsius lucis in se ipsa: nam visio quæ fit per species creatas, non est de essentia beatitudinis: & ideo dicitur vespertina. Negari ergo nõ potest beatã Dei visionẽ creaturas in ipso repræsentare. Cuius cõtrarium toti theologię aduersatur. ¶Et quando aliud nõ esset argumentũ, hoc certè satis esset, q̃ Christus in quantũ homo, & quatenus redemptor, ac perinde iudex viuorũ & mortuorũ, cognoscit omnia opera nostra, etiam cordiũ cogitationes: vtpote de quibus debet iudicare, quinuerò & creaturas oẽs, quib̃ bene aut malè vtimur: cognoscere aũt tam multa in proprio gñre per species diuersas, atque adeò simul ad oia aduertere, cum anima eius sit finita, quę habere nequit species infinitas nõ est creditũ posibile. Cognoscit ergo illa per beatã visionẽ in verbo. Atq; hac rõne D. Tho. 1. par. q. 12. art. 9. pbat q̃ videtes Deũ nõ videt p aliquas creatas similitudines, sed per ipsam essentiã intellectui præsentẽ, quæ est omnia eminenter. ¶Supposito ergo q̃ beati non solũ illa quæ in ipso sunt formaliter, verum & illa quæ in ipso sunt eminenter videt subsequit̃ vt examinemus vtrũ videant omnia, vt dicebat secũda opinio. Nam tunc argumentum Henrici videt̃ energiam habere cõcludendi intellectũ creatũ posse cõprehendere Deũ. ¶Statuitur ergo cõtra secundã opinionẽ quinta cõclusio. Nullus fœliciũ illorũ cælicolarũ intellectus videt in Deo distinctè oia quę in ipso eminẽter continenr̃. Hæc est snia & conclusio S. Tho. 1. part. q. 12. ar. 8. Imò vr̃ testimonijs sacris satis firmari. Angeli nanque apud Esaiã ca. 63. Christũ intuẽtes ascendentẽ de terris hęsitãtes legunr̃ interrogasse: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de bosra. Vbi fatenr̃ mysteria redẽptionis nõ prorsus in verbo vidisse. Et. 1. Corin. 2. Quis hominũ scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt nemo cognouit nisi spũs Dei. Vnde colligitur beatos nõ nosse cogitatiões nr̃as aut aliorum beatorũ, & multo minus penetrant spiritum Dei, vt eius cuncta cogitata sint eis peruia. Et Matth. 24. De die illa (scilicet, Iudicij) nemo scit, neq; angeli de cœlo, nisi solus pater. Secũdo cum supra citatus Augustiñ dicat Deum esse voluntarium speculũ. Non omnia omnibus quæ in ipso sunt detegit & tñ secundũ istam citatã opinionẽ omnia quę sunt in ipso tam eminẽter q̃ formaliter essent cunctis naturaliter patula. ¶Vnde deniq; cõsequeretur q̃ Deus nemini beatõ̃ lum posset nouas facere reuelatiões aut orationũ nostrarum, quas ad ipsos fundimus, aut aliarũ rerũ quæ nobis accidunt: sed oia in Deo perinde ac in se ipso perspicerent, quod fas nõ est opinari. ¶Rationẽ aũt ex rerũ natura (quod suũ fœlix ingeniũ est) deducit loco citato D. Th. hoc modo. Si beatus cũcta quę in Deo sunt, nõ modo formaliter, sed eminẽter, cõspiceret fieret inde consequẽs eiusmodi intellectũ cõprehendere Deum. Et probat̃. Illa quæ eminenter sunt in Deo continentur in ipso tanquam effectus in causa, & tanquam conclusiones in aliquo principio. Sunt enim omnes creaturæ sicut radij illius lucis, quam, vt ait Paulus, Deus habitat inaccessibilem. Vnde Iacobus Apostolus. Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminũ. Quanto verò principium aliquod luculentius perfectiusq; videtur; tanto plures ibidem effectus conspiciunt̃. Qui em acumine ingenij & perspicacitate posset in vno sibi principio pposito subito plurium conclusionũ inspicit veritates, quas si ebetioris esset ingenij nõ antea intelligeret, q̃ sibi singulæ explicarent̃. Ille igitur intellectus qui viso principio oẽs effectus omnesq; effectuũ rõnes cõtueret̃, illud cõprehẽderet: nullus aũt intellectus creatus, vt dictũ est, plenè valet Deũ cõprehẽdere: null̃ ergo ipsum cernẽdo oẽs eius perspicit effectus, qui in ipso eminẽter continenr̃. Sed eorũ quæ facit & facere potest eo quisq; plura cognoscit quo eum perfectiùs cumulatiori lumine gloriæ videt. ¶At verò contra hanc conclusionẽ non pauci insurgunt & primo vr̃ ad cõprehendendũ ipsum Deum neutiq̃ requiri q̃ oẽs eius effectus cognoscant̃ in ipso, nec verò sufficere. Etenim ad cõprehendendã creaturã, vt ad cõprehendendũ solem, nõ est necesse oẽs

Verbũ.

Quia em videant.

Quinta conclusio.

Ratio cõclusionis.

Obiectiões.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius posibiles effectus distinctè & in particulari cognoscere: Angelus em̃ profectò videt solè posse cõprehendere, & tñ difficile est creditu, q̃ oẽs eius effectus in diuiduo distinctè cognoscat. ¶ Secũdo, Dictũ est arti. 1. non sat esse ad cõprehensionẽ, vt res tota cognoscat, sed præterea exigi q̃ clarissima notitia qua ex sua natura est cognoscibilis, cognoscatur. Quare enũciatio per demõstrationẽ scibilis nõ cõprehendit dũ opiniõe cognoscit. ¶ Ad primũ rñdetur q̃ S. Th. nõ dicit illud esse requisitũ, vt oẽs effect⁹ cognoscant, sed q̃ illud sufficit: nẽpe, q̃ qui illos cognosceret cõprehenderet cãr⁹. Secũdo rñdetur q̃ diuersa est rõ in Deo q̃ nã in creaturis: qm̃ in causa creata nõ relucẽt oẽs effectus posibiles in indiuiduo, sed in cõfuso: videlicet in potẽtia producẽdi res hui⁹ vel illius speciei: quare ad illã cõprehendendũ satis est illa eodẽ modo effect⁹ in ipsa cognoscere. In Deo aũt, quia est eminenter oĩa, vniuersa distinctè & in indiuiduo relucẽt: & ideo ex natura sua est sic cognoscibilis, vt distinctè in eo cognoscant: atq; adeò nõ antea cõprehendit, quam sic in eo cognoscant oĩa. Imò & principiũ intelligibile ĩ creaturis forsan nõ cõprehenderet nisi cognoscerent oẽs conclusiones distinctè, saltẽ illę quæ ꝓximè & immediatè ex illo eliciunt: obidq; hoc D. Tho. exẽplo vsus est. ¶ Secundũ verò argm̃ multis scholæ D. Th. difficile apparet, arbitrãtibus sibi se esse cõtrariũ, cũ prius dixerit nõ satis esse totã rem cognoscere ad cõprehẽdendũ & post cõtrariũ. At verò S. Doctor minimè secũ pugnat: imò docte sibi cõstat. Etenim si cõtingere posset, vt quis oĩa videret quæ sunt in Deo formaliter & eminenter, & tñ non id infinita claritate notitiæ cognosceret, ꝓfecto minimè ad cõprehẽdendũ sufficeret. Sed tñ adeò sunt ambo cõnexa, vt neutrũ absq; altero esse valeat: imò qui distinctè sic oĩa cognosceret, infinita notitia & claritate Deũ cognosceret, q̃ ideo solus põt esse ipse Deus. Et idẽ esset de principio creato si quis in eo oẽs eius cõclusiões inspiceret. ¶ Nihilomin⁹ Scot. in. 3. d. 14. q. 2. rõnem D. Tho. inficiat. Ait quippe q̃ quanquã qui perfecti⁹ cognoscit causam plures cognoscit effectus, non tñ conuertit, vt qui plures cognoscit effectus perfectius cognoscat causam. Primò, quia causa ab effectu nullã recipit perfectionẽ, atq; adeò nec cognitio principij perficit ex pluriũ cõclusionũ cognitiõe. Quare neq; exemplũ, inquit D. Tho. legitimũ est: qa põt quisq; cognito principio in aliquo gradu cognoscere postmodũ aliam conclusionẽ, quã prius in ipso nõ nouerat, non aucta eiusdem principij cognitiõe. ¶ Rñdet argumẽta æqui- *Cognoscere effectus dupliciter.*
nocatiõe laborare: cognoscere nãq; effectus stat dupliciter: vno modo in se ipsis, atq; altero in suo principio. Ex cognitione ergo effectuũ in se ipsis non auget cognitio principij: & hoc est quod ꝓbat Scotica ratio: qa causa ab effectu nõ perficit. Et hoc modo põt cognito principio in vno gradu nouus effectus cognosci nõ aucta cognitiõe principij, sed tñ qñ effect⁹ cognoscunt in suo principio, quãto plures illic cognoscunt tanto perfecti⁹ cognoscit principiũ. Neq; põt nouus postmodũ in eodẽ principio cognosci, quin perficiatur cognitio principij. Hoc enim nõ est causam ab effectu perfectionẽ recipere, sed penitius per cognitionẽ virtutem eius penetrari. *Alia obiectio.*
¶ Arguit pręterea cõtra. Qñ duæ perfectiões vni rei cõpetunt & secũda rõne prioris, tunc si res illa nõ cõprehendit cognita priori perfectiõe, nõ cõprehendet etiã si posterior cognoscat: in Deo aũt rõne infinitatis & omnipotẽtiæ cõuenit vt creaturæ sint eminẽter in ipso: videtes aũt infinitatẽ & omnipotẽtiam Dei ipsum nõ cõprehendunt: ergo nec q̃q̃ in in ipso videãt distinctè creaturas. ¶ Rñdetur, *Solutio.*
q̃ si infinitas & omnipotẽtia cõprehẽderentur, non visis distinctè creaturis, satis esset ad cõprehensionẽ Dei: sed tñ quod nos dicimus est, q̃ neq; infinitas neq; omnipotentia neq; aliquod attributũ quod habeat ordinẽ cauſę ad extra, cõprehendit nisi in ipso cognoscantur oĩa quæ eminẽter cõtinet. ¶ Igitur si videtes Deũ vident ea quæ in ipso sunt nõ solum formaliter, verũ eminẽter, inuestigare restat quæ nã videt, & quæ nõ videt. Sit ergo sexta *Sexta conclusio.*
cõclusio circa tertiã opinionẽ quæ fuit Durãdi. Vniuersi beati videt in verbo oẽs quidditates rerũ naturaliũ, non tñ rerũ supernaturaliũ, vt arbitrat Durãdus. Hæc etiã est cõclusio D. Tho. eodẽ artic. citato in solu. ad. 4. Et probat vtraq; pars. Illa beata visio faciare oẽ debet naturale desideriũ: oẽs aũt naturaliter scire desiderãt species, & gñra rerũ naturaliũ, & rõnes earũ, quia horũ cognitio ad perfectionẽ intellectus naturalẽ pertinet: ergo oĩa illa cuicũq; beato sua demõstrabit visio. Verũtñ qa naturale desideriũ ad supranaturalia mysteria & arcana Dei nõ exurgit, nõ opus est vt videtes Deũ illa, quę supranaturaliter ꝓducere valeat, inspiciãt, sed sicut Deus voluerit reuelare. Falsum ergo est Durã. assumptũ: nẽpe q̃ beati videãt in Deo res quẽadmodũ naturaliter repręsentant: nã ex creaturis nõ videt nisi secũdũ luminis quantitatẽ, quod Deus beatis pro rõne iustitiæ distributiuæ admetitur.

Septima cõclusio.

¶ Septima conclusio aduersus eundẽ autorẽ. Quanuis non oẽs beati omniũ existentias in verbo videãt, quorũ quidditates inspiciũt, nihilominus multa vident, etiã quoad existentiã. Hęc conclusio satis in quinta fuit demonstrata. Negariem̃ non põt quin Chrus, non modo quidditates, verũ existẽtias rerũ in verbo videat, de quibus iudicaturus est: nã pctã & merita nõ sunt in quidditatib⁹, sed in ipsis operibus, & tam innumerabilẽ rerũ numerũ non põt per proprias species videre. Fallax ergo est cõsequentia Durãdi q̃ ꝓpterea q̃ rerũ existẽtię nõ sunt nisi in volũtate & libertate Dei, beati illas non videãt: nam & volũtas ipsa quã videt, voluntariũ speculũ illarũ rerũ est. Quocirca quemadmodũ Deus in se ipso, nõ modo rerũ quidditates, verũ & existẽtias intuetur: ita & beati in ipso. Vident ergo beatorũ singuliin diuina essentia, eadẽ rõne, qua naturaliũ quidditates, existẽtias quoq; rerũ, quæ ad suos cuiusque status attinẽt. ¶ Sed tñ ad huius plenioręm intelligentiã subiungit ad uersus Scotũ octaua cõclusio. Visio beata, siue animæ Christi, siue alius cuiuslibet, nõ repræsentat per modũ habitus, sed per modũ actus. Inest, quidẽ eatenus per modũ habitus qd est perpetuo permanẽs velut res incorruptibilis. At verò repræsentatio eius, nõ est nisi per modũ actus. Opinatur Scotus, q̃ quẽadmodum habitus scientiæ, nunc pauciorũ, nũc pluriũ actuales assensus producit: ita & per eandẽ visionẽ, seu anima Christi, seu quicunque alius beatus, nunc pauciora videt, & postea plura, & postea pauciora. Itaq; dum Deus reuelat beato orationes, quas in hac vita ad ipm̃ fundunt, non id facit aliã illi infundendo notitiã vel speciẽ: sed quia est speculũ voluntariũ per illã visionẽ incipit tũc beatus in illo illas oratiões videre. Et sic de alio quocunq; apud nos euentu, quem ad statũ beati nosse pertineat. Cõtra hanc ergo opinionẽ, statuta est nra cõclusio, quę est S. Tho. 1. par. q. 12. art. 10. Vbi docet, visionẽ beatam simul oĩa quæ in verbo videt cognoscere: imò hoc tanq̃ notũ supponit, quæ etiã snia fuit Aug. vlti lib. de trini. vbi ait, Non erunt volubiles nræ cogitationes ab alijs in alia euntes, atq; redeũtes: sed omnẽ scientiã nostrã vno simul cõspectu videbimus. Quare D. Tho. solũ possibilitatis modum exponit. Nam q̃ cõclusio sit verissima, patet: qm̃ visio illa nõ est habitus, sed certè actualis notitia, sicut visio corporalis in oculo, & iudiciũ in intellectu. Imò est notitia intuitiua, vt nomen ipsum visiõis admonet: impossibile ergo est cogitatu, cum sit actualis notitia obiecti semper præsentis, quomodo nũc plura, postverò pauciora, aut è cõuerso, repręsentet. ¶ Secũdo ad id arguit. *Ratio. 2.*
Visio illa est actualis notitia per Deũ in rõne speciei genita: ergo habet naturam ipsius Dei, tanq̃ eius participatio. Atq; adeò sicut Deus actu in se oĩa videt, ita & beatus in ipso illa, quæ per eandẽ visionẽ, intuetur. ¶ Ad *Ratio. 3.*
hæc. Visio illa in rõne notitiæ est incorruptibilis: ergo eadẽ rõne est inuariabilis, nã omne variabile est corruptibile. Sed ut in rõne notitiæ est inuariabilis, profectò non põt diuersa successiuè repræsentare. ¶ Neq; cogitare possum, quæ nã ratio mouit Scotum, q̃ q̃ *Ratio Scoti.*
beatis Deus in diuersis tẽporibus recẽtes reuelationes inspirat. Veruntamẽ rñdetur, illas nouas reuelatiões nõ facere in verbo, sed per proprias species: sanè cũ ad essentiã beatitudinis non pertineãt, sed sint illi accidentarię, & aduẽtitiæ. Imò & inferioribus angelis ministerio superiorũ, vt ait Dionysius, multa reuelat: & eadẽ fortè rõne, animabus inferioribus ministerio superiorũ: quę ideo reuelationes non pñt fieri in verbo. Quocirca orationes nostras, ad sanctos effusas, Deus illis, non in verbo, sed per proprias species reuelat.

Opinio Scoti.

¶ Aliud dubiũ, neq; dignũ, quod silentio pretermittatur, ex his quæ dicta sunt, emregit. *Postrema dubitatio.*
Vtrũ visio beata sit simplex, an complexa, sitq; tantũ apprehensiua. ¶ Subiungit ergo *Nona conclusio.*
nona conclusio. Visio quæcũq; beata est notitia simplicissima, eadẽq; apprehẽsiua, & simul iudicatiua. Probatur. Primo ex noĩe ipsius visiõis: visio em̃ in creaturis simplex notitia est, pariter & notitia apprehẽsiua intellectus: cur ergo in beato nõ erit simplex? Et cõfirmatur. Notitia em̃ simplex perfectior est cæteris paribus, q̃ cõplexa: quippe quæ proprius, ad vnitatẽ, & simplicitatẽ Dei accedẽs: q̃ in creaturis per accidẽs notitia cõplexa sit perfectior, eo q̃ iudiciũ nõ habet nisi per enunciationis compositionẽ: sed est propter imperfectionẽ status, quia nõ possumus cõplexa enunciationũ nisi pluribus notitijs apprehẽdere. Cum ergo visio beata sit Dei participatio, consequens fit esse simplicissimã. ¶ Quod aũt sit etiã iudicatiua, probat. Nam *Visio est iudicatiua.*
constantissimũ est, beatũ cognoscere quę in verbo videt: cognitio aũt non est perfecta nisi sit iudicium. ¶ Item visio illa cũcta explet beato-

Notanda solutio.

Scotus.

Octaua cõclusio.

Alia cõclusio.

Universidad de Deusto Biblioteca

beatorũ desideria: desiderium aũt nostrum non est tantũ videre Deũ, sed iudicare quis, quantus, qualisq; sit: ergo beatus illa omnia iudicat. ¶Ad hæc. Visio illa, vt dixim⁹, correspondet fidei: fides aũt, non solũ apprehensiua cognitio est, verum & iudicatiua omniũ articulorũ: talis ergo est visio. ¶At verò forsan quis, rationes has eludere sic contendet, quod licet beatus oĩa illa iudicet, non tñ per visionẽ, quæ solũ est simplex apprehẽsio, sed per iudicia, quæ ab eadẽ visione dimanant. ¶Hic autẽ elusorius cauillus est: qm̃ beati tã multa iudicia diuersa simul habere non pñt, nec valerẽt per omnia simul aduertere: ergo nõ iudicãt omnia per visionẽ. Præterea. Illa producta iudicia essent creata, atq; adeò nõ pertinerent ad essentiã beatitudinis, neq; essent cognitiões in verbo: planũ ergo est per eandem visionẽ cuncta beatũ iudicare. Vnde D. Tho. articulo illo. 10. citato hoc tacitus præsupponens, declarat quomodo sit posibile. Nos em̃ inquit, in hac vita ob id non possumus plura simul intelligere, vt ait Philosophus, quod per plures species illa cognoscimus, & intellectus non põt simul pluribus speciebus informari, & actuari, ad intelligendum plura sicut vnũ corpus, non põt pluribus coloribus simul pingi. ¶Sed obiter huius Aristotelis axioma, quod multis negotiũ facessit, exponã. Ait em̃ q̃ cõtingit plura scire, intelligere vero non. Hoc est plures simul habere sniarum habitus, non tñ per omnes simul intelligere. Vnde aliqui eliciũt, q̃ licet corporalibus oculis, plura simul videamus: nẽpe hoĩes, libros, & sedes, atq; alia supellectilia, quę in eadẽ sunt aula: illa tñ intellectus nõ simul intueri valet per diuersas illorũ species. Sed hoc tñ est negare experientiã & ipsum ad quod neq; Aristotelis, neq; vlla doctorum autoritas nos põt cogere. Snĩa ergo Aristo. nõ fuit nisi q̃ eũ intelligere fit rem intus, atq; adeò perfectè cognoscere, nõ possumus ad plura simul attẽdere perfectè: imò attentio tũc remittit: quia plurib⁹ intentus, minor est ad singula sensus. Nihilominus sicut corpus in gradib⁹ remissis põt recipere qualitates cõtrarias: ita põt intellectus ad plura remisse simul attẽdere. At verò qm̃ illa plura cognoscit per eandẽ speciem, vt plures partes per speciẽ totius, aut cõclusionẽ per suũ principiũ, non remittit attentio, quin posit perfectè simul & principiũ & cõclusio intelligi. Eodem ergo modo in beati visione: quia oĩa videnť per vnicam speciẽ, quę est Deus, atq; intuitu eiusdẽ visiõis, beatus simul plura perfectissime intelligit, ac de oĩbus simul iudicat, omnibusq; simul fruitur. Nec tẽporis vllam successionẽ expectat, sed est, velut stella actuali Dei lumine semper plena, semperq; absq; vllo fastidio saciata. ¶Colligamus ergo in epilogũ quæ dicta sunt, decimã adhibẽtes conclusionẽ. Omnes beati vident in verbo, quantũ ad rerũ existentias, quotquot ad suũ cuiusq; statum pertinẽt. Hoc em̃ est beatitudo, vt dixim⁹, Status omniũ bonorũ aggregatiõe perfectus. ¶Igitur aĩa Christi, qui est primogenitus in multis fratribus, quinetiam vnigenit⁹ patris, videt in verbo omnia quæ Deus videt scientia visiõis. Cõclusio est S. Tho. 3. par. q. 10. art. 2. Illa dicitur Deus videre scientia visiõis, quę secundũ aliquã tẽporis differentiã, existũt. Nempe oĩa quæ sunt, vel fuerũt, vel erũt, sed illa cognoscit simplici intelligentia, quę esse pñt, licet nunq̃ erũt. Qua re sciẽtia visionis nõ auget supra scientiã intelligẽtiæ nisi præsentiã rerũ, non solũ in verbo, sed in se ipsis. ¶Probatur cõclusio. Quia quatenus est iudex viuorũ & mortuorũ debet inquantum homo cognoscere mortales vniuersos, suaq; omniũ opera & cogitatus. Vnde illud Ioan. 2. Ipse em̃ sciebat quid esset in hoĩe, nõ solum inquantũ Deo, verũ inquãtum homini ei tribuendũ est. Et cũ mundus corporeus ꝓpter hoĩem factus sit, & in opere redẽptiõis, angelorũ etiã ministerio fuerit vsus, ad ipsum, cui subiecta sur: oĩa, spectat pręterita, præsentia & futura cognoscere in verbo. Fuit em̃ agnus (vt Apoc. 5. legitur) qui dignus est accipere diuinitatẽ & sapiẽtiam, hoc est omniũ cognitionẽ, vt explicuit glossa. Non tñ nouit oĩa quæ Deus facere potest alioquin diuinã essentiã visione creata comprehẽderet. ¶Post ipsum etiã beata virgo in verbo videt tanto plura quocũq; alio, quãto maiori lumine gloriæ perfundit. Et diuus Petrus, qui fuit ecclesiæ vicarius pręcipua gesta eorum quæ in ecclesiastica administratione fiunt, & D. Dominicus ea quę ad suũ attinẽt ordinẽ: & D. Franciscus ea quę ad suum spectant: & sic deinoquoq; dicendũ. Tametsi q̃is nemo nisi Deum pręcise videret, id ei ad æternã fœlicitatẽ sat esset: iuxta illud Aug. 5. confessionũ. Infœlix homo, qui scit omnia illa, scilicet creaturas, te autem nescit. Beatus aũt qui te scit, etiã si illa nesciat. Qui vero te & illa nouit, non propter illa beatior est, sed propter te solũ beatus. ¶Vnde quantũuis dignitate & pręmijs beati dispares sint summa tamen

Alia ratio.
Cauillus.
Non possumus plura simul intelligere.
Decima cõclusio.
Anima Christi.
S. Thom.
D. Tho.
Beatissima virgo.

tñ concordia fruuntur, non solũ singuli sua propria gloria, verũ & aliorũ tanq̃ proprijs. Vnde Aug. lib. de virginitate cap. 26. super illud. In domo patris mei mansiones multæ sunt, glossat idest, varię præmiorum dignitates: sed erit etiã par gaudium, vt quod habebunt singuli cõmune sit omnib⁹: par inquit ad hunc sensum, q̃ quilibet suo erit plenus, & contentus. Bona em̃ seculi huius, quia curta sunt & angusta, posideri ab omnibus simul nequeũt in pace. Quocirca quia cupidines, appetitusq; mortaliũ nimium exorbitant, naturę legibus, decalogiq; mãdatis, ceu quibusdã lineis & limitibus intercludunť, vt quisq; iure suo contẽtus, alienũ ne violet: hæreditas verò illa cœlestis, qa infinita est, oĩm desideria cõplet: quare nemo alijs q̃d possident inuidet. Quinuerò quo plures illa fruũtur, eo se singuli fœliciores existimant. Est enim illic Deus omnia in omnib⁹, vt ait Apostolus. Super quo verbo Aug. lib. 22. de ciuit. Dei. c. 30. Ipse, inquit, finis erit desideriorum nostrorũ, & subdit. Cæterùm qui futuri sint pro meritis etiã gradus honorũ, atq; gloriarũ, quis est idoneus cogitare, quãto magis dicere? Quod tñ futuri sint non est ambigendum? Atq; id etiã beata ciuitas illa, magnum in se bonum videbit, q̃ nulli superiori nullus inferior inuidebit: sicut nunc non inuident archangelis angeli cæteri, neque in corpore esse vult oculus, qui est digitus: quia nemo illic vult esse, q̃ quod non accepit, sed pacatissimo cõcordiæ & charitatis vinculo ei, qui accepit erit obstrictus.

¶Argumenta in capite quæstionis proposita contra quintam conclusionẽ militare videntur: contendunt em̃ probare q̃ videntes Deum per essentiã, vniuersa videant quæ in ipso sunt, tam eminenter q̃ formaliter, vt secunda tenebat opinio. Illud ergo Gregorij. Quid non vident, qui videntẽ omnia, videt? non sic intelligitur q̃ oẽs videant quicquid Deus videt, sed q̃ cum ipse quantũ est de se sufficientissimũ sit obiectũ, quicunq; in ipso quantũ desiderat videt: quia nemo plusquã pro sua dignitate videre desiderat. ¶Ad secũdum verò negat q̃ videns speculũ videat omnia quę in ipso resplendẽt, nisi ipsum cõprehendat. ¶Sed aliter arguitur. Plus est videre Deum q̃ omnia alia præter ipsum, etiam illa quæ Deus põt facere: qui aũt videt maius videt minus si in ipso includit: ergo videntes Deum, omnia cõtuenť in ipso. Rũdetur autẽ q̃ licet maioris perfectionis sit videre Deum q̃ omnes creaturas in se ipsis, perfectius tñ est sic videre ipsum vt in eo videant omnes q̃ solum videre ipsum. ¶Hinc autem exurgit aliud argumentum. Cognoscere omnia quę Deus põt producere in se ipsis, profectò nemo posset nisi vel infinitis notitijs vel vna infinita: sed visio quæcũq; beata est perfectior quam esset illa, aut oẽs illæ: ergo quæcunque visio Dei est infinita, atque adeo ipsius comprehensoria. ¶Quicquid sit de priori præmissa, quæ fortasse est vera, licet sit imposibile tot notitias, aut tantã haberi, cõceditur minor: nempe, q̃ licet tales notitiæ, aut notitia dari posset quæ esset infinita, non esset tã perfecta quã visio Dei: quia pẽ. 5. ꝓtio notitiæ attendit ex parte obiecti, & infinitæ creaturæ, si essent posibiles in actu, non essent tam perfectæ q̃ Deus. Sed nihilominus visio Dei creata est finitæ perfectionis, per quam ideo Deus non cõprehenditur. ¶Ad tertiũ verò principale rñsum est conclusione octaua: vbi ostendimus beatã visionẽ non repræsentare per modum habitus nunc plura nũc pauciora, sed per modũ actus simul omnia.

Solutio primi argum.
Nota de bono huius seculi.
August.
Aliud argumentũ.
Solutio tertij argumẽ.
Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm Visio Dei per essentiam omnia eminenter, & in virtute contineat, quæ ad beatitudinem pertinent.

QVanuis ex superioribus facilẽ quisq; colligere id posset, quod hic interrogamus. Nihilominus vt explicatius contemplationẽ beatæ visionis cõcludamus, quęritur vtrùm eminenter & in virtute cõtineat quicquid est ad supremã fœlicitatem expedit. Et arguitur ad partem negatiuã. Inter alia ad beatitudinẽ requiritur q̃ sit adeò perpetua q̃ amitti nequeat: illa aũt visio est ex natura sua amisibilis. Omnis em̃ perfectio inest perfectibili secundũ modum ipsius: cũ ergo homo, qui eius subiectũ est, sit suapte natura mutabilis: illa etiã visio erit mutabilis. ¶Secundo. Ad beatitudinẽ requirit recta voluntas, etiã perpetua: iuxta illud Augusti. Beatus est qui habet quicquid vult, & nihil malè vult: illa aũt beatitudo nõ cõtinet in illa visione: qm̃ illa existente, cũ voluntas sit libera, põt ab amore Dei cessare. Vel dicendũ est q̃ visio tollit libertatẽ volũtatis, quod esset illã sua perfectione denudare. Quod si põt cessare ab amore, põt etiam cessare à gaudio, q̃d tñ est de beatitudinis essentia: nã quiquod

Partis negatiuæ argumẽtum primum.
Secundũ argumẽtum.

Universidad de Deusto Biblioteca

quod habet nõ amat, non oblectatur in illo.

Tertium argumentũ. ¶ Tertio arguitur. Si visio qua nunc animæ fruuntur cuncta cõtineret quæ ad beatitudinem pertinent, cõsequeretur: vt post corporum resurrectionem nequirent plura videre in verbo q̃ modo vident aut intensius: consequens tñ esse videtur aduersus illud Aug. 12. super Gene. ca. 35. dicentis quod anima separata appetitu administrãdi corpus retardatur quodãmodo ne tota intentione pergat in summũ cœlũ, id est, in visionẽ essentiæ diuinæ. Vnde oẽs inferũt sanctos resumptis corporibus fore beatiores. ¶ In contrariũ est q̃ beatitudo, vt dictum est, consistit in illa visione: & tã beatitudo, vt ait Boetius, est status omnium bonorũ aggregatiõe perfectus.

Pars affirmatiua.

Duo ad fœlicitatem requisita. ¶ Ad veram & legitimam fœlicitatẽ, duo Augu. 13. de trini. c. 5. & 6. exigi docet, scilicet, & habere quod vis, & nihil malè velle. Beatus est em̃ inquit, qui habet quicquid vult, & nihil malè vult. Horum aũt primũ potiusq; est nihil malè velle: nempe rectitudo volũtatis. Quare primũ omniũ, vt in cæteris actiõibus præfigendum est obiectũ beatitudinis, vt sit bonũ, quod est propriũ voluntatis obiectũ. Vnde mala, inquit, voluntate, vel sola, quisq; miser efficitur, sed miserior potestate, qua desiderium malè volũtatis impletur. At peruersitas naturæ nr̃æ est, vt cum hæc duo ad beatitudinem requiranr̃, magis eligant hoies, vt omnia quæ volũt habeant, q̃ vt omnia bene velint, etiã si non habeãt: cum hoc posterius sit primũ fundamentũ, atq; omniũ præstantissimũ in beatitudine. ¶ Igitur ad cœlestem quæ vera est, beatitudinẽ tantũ tria, quę sint de eius essentia, requiruntur: scilicet visio, amor, & gaudiũ. Nam per visionẽ habemus, quod amamus, & per amorẽ amamus quod habemus. Et ideo per eius possessionẽ gaudiũ suscipimus, quod est honestissimũ atq; adeò illud suscipere, est summa fruitio. De qua ideo fœlicitate ait. 12. super Gene. ad literam Augu. Vna, & tota virtus est amare quod videas, & summa fœlicitas habere quod amas. Non dixit summa fœlicitas est amare, sed habere quod amas. At verò sicut amare illic rectitudinẽ dicit voluntatis: ita & habere firmitatem, & possessionis perpetuitatẽ. Huic aũt beatitudinis essentiæ inseparabilia accidẽtia sunt honor & gloria: quæ Deo sunt attributa necessaria: iuxta illud. 1. Thimo. 1. Soli Deo honor & gloria. Quod & de sanctis per participationẽ conuenire canitur, nempe in illo verticulo psal. 8. Gloria & honore coronasti eum. ¶ Corpora verò in quæ animarũ beatitudo per dotes effluat, & amicos: nimirũ sanctorum consortiũ, accidẽtia sunt beatitudini accedentia. Sed tã bona alia externa, quæ in hac animali vita ad fœlicitatẽ pertinent, vt bonorũ possessio &c. nequaq̃ ad illam fœlicitatem spectãt, vt supra diximus: quia illa bona vel requirũtur ad sustentationẽ corporis animalis, vel ad operationes aliquas & officia, quæ per hmõi corruptibile corpus exercemus, in illa autem vita (vt. 1. ad Corinth. 15. ait Paulus) nõ erit corpus animale, sed spirituale. ¶ Proponimus ergo præsenti articulo ostendere cuncta, quæ ad rationẽ veræ beatitudinis attinẽt, in visione tanq̃ in primo fundamento eminenter contineri, vt sit ipsa in virtute status omnium bonorũ aggregatione perfectus. Hoc autem sex conclusionibus explicabitur. Prima. Illa visio est possessio omniũ quæ rectè desiderari possunt. Hæc iã supra. q. 1. art. 3. est asserta, vbi monstratũ est, q̃ per visionẽ Deum apprehẽdimus: cum intellectus sit potentia apprehensiua, non aũt voluntas: & Deum, cum sit intelligibilis, per aliam potentiam attingere & consequi non possimus. Per voluntatẽ enim amore eum quærimus, & per visionem adipiscimur. In quo subinde amantis voluntas conquiescit. Iuxta illud Canti. 3. Quæsiui quẽ diligit anima mea, tenui eum nec dimittam. Cum verò Deus, vt sæpè dictum est, sit eminenter omnia, quę rectè desiderari possunt, per illam visionem beatus habet quicquid recta ratione vult. Vt qua phrasi ait Gregorius. Quid nõ vident, qui videntẽ omnia videt? dicere quoq; possimus. Quid nõ habet & possidet, qui eũ qui omnia est possidet? Vnde Aug. loco supra citato lib. 22. de ciui. Dei. c. 30. super illud Esaiæ. Ego ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs, ait. Quid hoc est nisi ego ero vnde sacientur, ego ero quæcũq; à bonis honestis desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona. ¶ Secunda conclusio. Visio beatrix suapte natura est perpetua. Hanc conclusionẽ aduersus priscos in primis hæreticos, sed & quodãmodo aduersus quosdam catholicos constituitur. Fuerunt enim Origianistæ ab Origene Adamantio dicti: inter quorũ alios errores Epiphanius, & secũdum eum Augustinus in lib. de hæresibus capit. 43. Vnũ hoc referunt, cuius supra dist. 45. quæst. 2. artic. 2. meminimus, q̃ sicut damnati possunt quandoque liberari, & ad fœlicitatem transire: ita & beati

Honor & gloria.

Perpetuitas & rectæ voluntatis.

Propositum præsentiuæ articuli.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

& beati possunt de sua fœlicitate in miseriã incidere. Sed hæc hæresis adeò est demens, vt vix credatur in illa Origenẽ permãsisse. Quã uis illius etiã meminerit D. Tho. 1. 2. q. 5. ar. 4. At verò inter catholicos q̃uis nullus sit, qui non fateatur visionem illam esse perpetuã: dicunt tñ nonnulli id non suapte habere natura. Sed quia Deus pro suo (vt aiunt) beneplacito vult illam perpetuo conseruare. Contra quos asserimus hoc ex suo ipsius habere natura. Etenim qui aliter loquuntur, non satis visionẽ illam pro sua dignitate æstimant. Illo em̃ pacto & ego, & corruptibiliũ quodcunq; posset esse perpetuũ. Conclusio verò nostra asserit q̃ visio illa est perpetua, veluti angeli & cœlorũ orbes. Angelũ enim quãuis Deus supranaturã creando cõdiderit, dedit nihilominus ei substantiã & esse natura sua perpetuũ. Itaq; sine speciali auxilio Dei perpetuo est duraturus: sicuti animæ nostræ & cœli, quæ ideo res miraculũ essent si finẽ haberent: quia nequeũt nisi per anihilationẽ finiri. Homines verò & corruptibilia mixta vice versa, quia corruptibilia sunt, nequeunt per concursum Dei generalẽ perpetuo subsistere, sed supranaturaliter per specialem Dei concursum. Igitur sicut angelus, sic & visio beata, q̃uis supranaturaliter sit producta: nihilominus (sicut lumẽ ipsum gloriæ) suapte natura est incorruptibilis. Itaq; naturale est ei semper existere, & si corrũperetur, esset supranaturaliter miraculũ. Probatur conclusio. Illa visio est vita ęterna ergo, sicut natura sua est esse vitam, ita & suapte natura est ęterna. ¶ Secundo. Quia visio naturam insequit speciei per quã producitur: illa aũt producitur à Deo concurrente, non solũ vt concurrit ad propagationẽ corruptibiliũ, sed in ratiõe speciei: ergo & visio illa inde incorruptibilitatis sortitur naturã. ¶ Tertio ad idem arguit cũ D. Tho. loco citato. 1. 2. q. 5. arti. 4. Si illa esset natura sua corruptibilis, aut ex parte Dei id proueniret, aut ex parte libertatis subiecti, nempe videntis, aut ex parte alicuius agẽtis contrarij. Non ex parte Dei: qm̃ substrahere visionẽ illam esset pœna, postq̃ illa cõfertur in præmiũ: pœna aũt à Deo q̃uisimo iudice, non nisi ꝓpter culpã infligitur: culpa verò illic, cùm volũtatis rectitudo, vt statim dicemus, sit ex illa visione necessario cõsequẽs non põt accidere: ergo Deo cessante illã cõseruare nõ est corruptibilis. Quinimò in sensu composito, vt illam postq̃ contulerit auserat, bonitati Dei, ac perinde fidei, qua fidelis est, apertè repugnat. Quapropter si omnipotentia Dei infinita bonitati eius, fideique & constantiæ dictorum alligata consideretur, non põt per talem potentiã illa visione beatos expoliare. ¶ Quod aũt nec ex parte libertatis subiecti illa sit corruptibilis, probatur. Quoniam qui bono carere optat, quod possidet, aut hoc facit quia bonũ illud insufficiẽs iudicat, aut aliquod habens annexũ incõmodum, propter quod illud fastidit: visio autẽ diuinæ essentiæ animã bonis omnibus cõplet: quippe quã summo fonti totius bonitatis coniungit. Vnde in psal. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Et Sapiep. 7. Venerũt mihi cũcta bona pariter cum illa, hempe cũ illa diuinitatis contemplatione. Quod aũt nihil habere queat incõmoditatis annexũ, probatur. Nam in fonte illo bonitatis, vt omnis est bonorum sufficientia, ita neq; põt quippiam incõmodi apparere. Vnde Sapient. 8. Non habet amaritudinem cõuersatio illius, nec tędium conuictus eius, sed lætitiã & gaudium. Quapropter nullũ ex illa satietate potest fastidiũ suboriri. Vnde Ecclesiastici. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: qm̃quanto magis eius dulcedo cognoscitur, tanto auidius percipitur. Vnde August. lib. illo pluries citato. 22. de ciuita. Dei cap. 30. Ipse, inquit, finis erit desideriorũ nostrorũ, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatiõe laudabit. ¶ Sũt verò qui dicunt volũtatẽ ob id solũ, vt suam experiatur libertatẽ, posse ab illa visione desistere, nisi Deus supranaturaliter illam retineret, atq; adeò colligunt illam visionem suapte natura non esse perpetuam. ¶ At tamẽ isti non animaduertũt libertatis amplitudinẽ, quantũuis magnam, infra limites obiecti voluntatis esse interclusam, neq; foras egredi posse: obiectum aũt voluntatis respectu volitionis est bonũ, saltẽ apparens, & respectu nolitiõis malũ. Quapropter nisi experiẽtia libertatis sub rõne boni repręsentẽt, neutiquam volũtas eadem põt vti libertate: voluntari autẽ videntis Deũ sub nullius põt rõne boni repræsentari, ab illa visiõe cessare: atq; adeò nec libertatẽ in hoc experiri: quare neque ab illa visione desistere potest.

Visio beata suapte natura est perpetua.

Probatio.

Secundara.

Tertia.

Visio est corruptibilis ex parte Dei.

Ex pte subiecti nõ est corruptibilis.

Quorũdam obiectio.

¶ Cæterùm neque vllius tertij agentis virtute potest eadem visio vel mutari, vel deperire. Probatur. Mens per illius visionis celsitudinẽ Deo coniuncta super omnes eleuatur creaturas, atq; adeò ab omnibus eximiẽ periculis, quę abillis existere possunt. Quare absurdum

Visio beata nulli subdi tur contrario.

Universidad de Deusto
Biblioteca

absurdũ est beatitudinem illam, vt Origianiſtæ contendebant, alternationibus ſubijcere: quæ quidem non niſi temporis ſucceſsione & viciſsitudine contingunt, cùm viſio illa tempori, quod motus menſura eſt, nõ ſubiaceat, ſed ſit æterna, atque adeò ab omni motu & viciſsitudine exempta. Vnde Dauid. Lauda Hieruſalem (hoc eſt viſio pacis) domi nũ: lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum (ſcilicet, ne quippiã illuc aduerſi penetrare poſsit, quod ineffabilem illam requiem perturbare valeat) ſed benedixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem (ſine vllo bellorum periculo) & adipe frumenti ſatiat te. Nempe Dei ipſius conſpectu, qui radix eſt fructuum omnium prima, atque adeò per nullam inopiã beata illa vita deficere poteſt.

Lauda Hierusalẽ &c.

¶ Huic concluſioni annectitur tertia. Viſio illa ſuapte natura habet certum, ſecurumq; facere beatum ſuæ perpetuitatis. Probatur. Viſio illa eſt beatitudo, ac petinde bonum ſufficiens, cunctis ſcilicet rectis deſideriis ſatis faciens. Inter deſideria autẽ humana, hoc eſt vnum, vt ſupra diximus: ſcilicet, nõ carere bono, quod poſsidet, atque huius certitudinẽ habere: nam ſi illa certitudine careret, non poſſet nõ anxiari, ſicut ſi bonum illud perderet, nõ poſſet non triſtari: per illam ergo viſionem iudicat in verbo beatus tutum ſe eſſe & perpetuitatis illius beatitudinis certum. ¶ Atq; hoc eſt recens aliud argumentũ, ꝓ viſio ſuapte natura ſit perpetua: nã ſi illud iudicium quo id iudicat eſt verum, perpetua eſt, ſin falſum, viſio illa non eſſet beatitudo: nam falſitas, quia malum eſt, beatitudini aduerſatur. ¶ Quarta concluſio. Viſio beata in ſua natura & eſſentiali virtute includit voluntatis rectitudinem, quæ eſt ad beatitudinem neceſſaria. Et ratio eſt. Quia viſio illa neceſsitatem voluntati infert amandi Deum, non ſolum quoad ſpecificationẽ, vt actum cõtrarium habere nequeat, verũ & quoad exercitium, vt ab eodem amore ceſſare non valeat. Hanc concluſionem negat Scotus diſtinct. præſenti quæſt. 9. Sed latius in primo Sentẽ. diſtin. 1 queſt. 4. Negat inquam voluntatem beati neceſsitari quoad exercitium ad amãdum. ¶ Nihilominus antequam eius argumenta referamus probatur planè concluſio. Finis vltimus, in quem homo ſuapte natura fertur, & ad quem humana natura, cum ad imaginem Dei fabricata eſt, fuit inſtituta, & ad quem per fidei cognitionem fuit illuſtrata, & diuino gloriæ lumine eleuata, eſt perſpicua illa Dei viſio: ſed omnis natura dum ad finem ſuum naturalem peruenit, naturaliter ibi conquieſcit: vt patet de graui quãdo eſt in centro, & de vnoquoq; elemẽto dum in ſuo proprio eſt loco: atque ita in eo quieſcit, vt nullus ei fiat reliquus appetitus inde abſcedendi: ergo & voluntas clarè videntis Deum, ſic ei amore infigitur, adeoque in eo conquieſcit, vt nullus ei relinquatur appetitus, aut potẽtia ab illa viſione, amore, ac fruitione euellendi ſe ſe. Imo ſicut graue corpus in centro, ſic ſpũs illi fœlices, in illo ſuo ſupremo fine immobiles ſuapte natura conſiſtũt. ¶ Secundo id probatur. Voluntas, vt ſupra dictum eſt, ad ſuam beatitudinem ſub generali ratione boni cognitam appetendũ, quo ad ſpecificationem neceſsitatur, quo ad exercitium verò nõ item, ſed ratio eſt, tum ꝓ beatitudo ſic cognita non nihil difficultatis voluntati offert ad illam inſequẽdam, propterea quòd ab alijs voluptatibus eſt ei abſtinendum, tum etiam quòd hominem in hac vita opus eſt alijs vacare negotijs neceſſe eſt ei, vt ab illis actibus cognoſcendi & appetendi finem diſtrahatur. Vbi autem Deus præſens eſt, euidenterque conſpectus, nil prorſus difficultatis aut laboris in eo amando apparere poteſt: imò ſumma facilitas & fœlicitas. Neque illic alia negotia poſſunt voluntatem interpellare, vt ab illo viſionis ſplendore, & amoris dulcedine ceſſet. ¶ Tertò denique arguitur. Voluntas nunq; ab amore rei ceſſat, niſi, vel quia potentia fatigata laſſatur, & ſomno forti ſopitur, vel ad aliud ſe amandũ transfert, quod pluris eſtimat. Illic autem neque vlla poteſt eſſe laſsitudo, aut ſomniũ, neque vlla res offerre ſe poteſt præ Deo ipſo diligenda, ad quam ſe voluntas conuertat: ergo non poteſt ab illo amore ceſſare. Nam quod vt ſuam experiatur libertatem id facere poſsit, iam reprobatum eſt: quoniã id nõ poteſt voluntati ſub aliqua ratione boni præſentari. ¶ Sed ait Scotus, ꝓ nõdum ſatis probatum eſt non poſſe voluntatem velle aliqd niſi ſub ratione boni, aut nolle niſi ſub ratione mali. At verò hoc ſatis ſuperque ſupra demonſtratum eſt. Quinetiam adeò eſt per ſe notum, vt probatione non egeat.

Tertia concluſio.

Recens argumentũ.

Quarta concluſio.

Scotus.

Probatio cõcluſionis adueꝛſum Scotum.

Secundaꝛia.

Ratio.

Caiſtus.

¶ Argumenta verò Scoti iam ſupra diluta ſunt. Vnum enim eſt, ꝓ potentia inferior, qualem putat eſſe intellectum, nõ poteſt ſuperiorem vincere, nempe voluntatẽ. Verũtamen, præterquam quod falſum eſt intellectum eſſe potentiã inferiorem, vt ſupra ſatis oſtendimus, vis illa non eſt in intellectu, ſed in obiecto clarè viſo, & per intellectum volũtati applicato. ¶ Alia eius ratio eſt. Eadẽ eſt potentia quæ vult finem, & media propter finem: eadem autem potentia non habet eõtrarios modos agendi, nempe naturaliter & libere, qui ſunt modi oppoſiti: cum ergo libere velit media, libere etiam vult finẽ. ¶ Reſpondetur autem ad minorem. Quod modi agendi naturaliter, & libere non ſunt in eadẽ potentia contrarij reſpectu diuerſorum: & ideo voluntas vult finẽ optimè applicatũ de neceſsitate, ſcilicet, tãquam natura: & mediũ libere. Quæquidem diuerſitas conſiſtit in ipſis obiectis diuerſimodè mouentibus: ſcilicet in fine clarè viſo, qui neceſsitatem infert voluntati, & in medijs, quæ ad id non ſufficiũt. Vt patet reſpectu intellectꝰ, qui ad aſſenſum primorum principiorum neceſſario moueꝛ, non tamen ad cõcluſiones, quæ inde non neceſſaria conſequentia inferunt. ¶ Sed arguitꝛ rurſus. Diuerſa applicatio obiecti nõ mutat id, quod intrinſecum eſt voluntati: Deus autem obſcurè viſus in hac vita non neceſsitat ad ſui amorem: ergo neque clarè viſus in patria. Negatur maior. Imò cũ Deus in ſe vim habeat trahendi ad amorem ſui voluntatem ex neceſsitate ſi in via id non facit, eſt, quia imperfectè applicatur per intellectũ. Et præterea quia voluntas eſt in via laſsitudini ſubdita, & ideo in patria, vbi perfectè per viſionem applicatur, nec volũtas fatigari poteſt, Deus trahit ipſam ad ſe plena virtute, atque adeò ex neceſsitate. ¶ Et per hoc ſoluit aliud Scoti argumentum. Arguit quippe. Non poteſt voluntas, quæ antea libere mouebatur, nunc ex neceſsitate moueꝛi, niſi aliquod intrinſecum ei recens adueniat: per viſionẽ autem nihil intrinſeci volũtas acquiritꝛ: ergo nõ ex neceſsitate mouetꝛ. Reſpondetꝛ enim ad maiorem. Non opus eſſe vt voluntas aliquod principium intrinſecum nouũ acquirat: quia hoc eſt ei perpetuo natiuum, & naturæ ſuæ intrinſecum, vt ad ſuum finem nõ perfectè applicatum nõ moueatꝛ de neceſsitate quoad exercitiũ, & tũ ſi applicet, perfectè feraꝛ in ipſum tanq; mera natura. ¶ Hinc fit beatificum amorẽ nõ eſſe liberũ libertate contradictionis aut cõtrarietatis, ſed neceſſarium, veluti eſt ille quo ſe ipſe Deus amat: licet Deo inſit à natura, imò ipſe ſit ſuus amor: & in beato producatur à Deo ipſo clarè viſo. Eſt nihilominus actus voluntarius: hoc eſt, à voluntate procedens. Non tamen meritorius noui præmij: licet ſit optimus. ¶ Sed argues. Ille amor eſt neceſſarius: ergo eſt coactus. Negatur conſequentia. Quoniã neceſsitas ſolum tollit libertatem contrarietatis, aut contradictionis, ſcilicet, aut ponendi contrarium actum, aut nullum habendi. Coactio verò addit inſuper, vt actus fiat contra inclinationem ſuppoſiti, atque adeò voluntatis, quæ eius eſt appetitus: & tamen amor ille eſt ipſiſsima voluntatis inclinatio. ¶ Imò verò quanuis libertas vno proprioq; modo accipiatur, vt dictum eſt, vſurpatur tamen etiam à ſanctis patribus pro actu voluntatis, ad quẽ maximè inclinatur. Qua phraſi vtentes aiunt ſummam in beatis ineſſe libertatem, eo quòd adeò ſummo bono inhæreãt vt neque ab illo diuelli poſsint, nec peccare queant. nam peccandi non eſt potentia, ſed impotentia potius. Abſit enim vt Deum impotentem dicamus, eo quod peccare non poſsit, cum peccare potius ſit deficere. Quo circa Auguſtinus eodem citato cap. 30. lib. 22. de ciuitate Dei. Neque ideo, inquit, liberum arbitrium non habebunt (ſcilicet, beati) quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum à delectatione peccandi, vſque ad delectationem non peccandi indeclinabilem libertatem. Nam primum liberum arbitrium, quod homini datũ eſt, quando primum creatus eſt rectus, potuit nõ peccare, ſed potuit & peccare. Hoc autem nouiſsimum eo potentius erit, quo peccare nõ poterit. Verum hoc quoq; Dei munere, non ſuæ poſsibilitate naturæ. Aliud eſt enim eſſe Deum, aliud participem Dei. Deus natura peccare non poteſt, particeps verò Dei ab illo ſupra, vt peccare non poſsit. Hæc ille. Igitur cum voluntatis inclinatio ſit in bonum ſecundum rationem, quando ei immobilis hæret, ſumma cenſetur libertate frui. Præſertim quòd in beatis, quanuis eorum volũtas ſit ad bonum per Dei amorem determinata, nihilominus non prorſus eſt ad vnum ſingulare conſtricta, quin poſsit vnum, & aliud bonum, atque diuerſa in proprio genere velle, quæ in Deũ ipſum referantur. Quẽadmodum & Chriſti voluntas libera fuit, tametſi nequaquam peccatrix. ¶ Ex his planè colligitur quinta concluſio. In eadem beante viſione eminẽter continetur perpetuum, idque honeſtiſsimum gaudium & fruitio. Quinimò, vt ſupra monſtratũ reliquimus, viſio ipſa eſt per quam voluntas voluptatem captat.

Aliud argumentũ.

Aliud argumentũ.

Non eſt coactus.

Libertas.

Peccare impotentia.

Auguſt.

Quinta concluſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

captat. Quæ quidem lætitiæ captatio est viso Deo frui. ¶Constitutũ deniq; satis habemus in visione beatifica cuncta eminẽter cõtineri, quæ in essentia beatitudinis includuntur. De accidentibus ergo, quæ ei ꝓpria sunt & inseparabilia, quasi ex eadẽ visione fluentia subiungitur sexta conclusio. Ex eadem visione dimanant gloria, & honor. Differt autem inter hæc, quòd gloria (vt ait Ambrosius) est clara cum laude notitia. Honor autẽ (vt 1. Ethicorũ autor est Philosophus) est reuerentia cuipiam propter aliquam eius excellentiam exhibita, & potissimum propter virtutem. Est enim honor virtutis præmium, Vnde ipsa gloriã sortitur boni honesti. Quapropter gloria ex natura sua antecellit honorem. Nam quia merita, & excellentia personæ nota est, digna existimatur honore.

Sexta conclusio.

Gloria.

¶Gloria verò vt super ca. 2. ad Romanos annotauimus, bifariam potest intelligi. Primo gloria ipsa Dei, quæ per illam visionẽ in beatos exũdat. Notitia enim illa ineffabilis, qua seipsum, suarumq; perfectionum abyssum cognoscit, & comprehendit, quatenus per eã ipse sibi ab æterno innotuit, dicitur, estq; gloria Dei. Et quia per beatrices illas visiões, beatis itidem innotescit, per illam eis gloriã suam communicat, qua beatorum desideria explet. Quo ideo modo psalmista nomẽ gloriæ vsurpauit, vbi dixit. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Atque in hoc eodem significato Iacobus appellauit Deum, patrem luminum. Quinuerò (vt enarrat Origenes) cũ pater fons gloriæ sit Christus (vt ad Hebrę. 1. ait Apostolus) fuit vnigenitus eius splendor. Ait quippe, Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Idem enim est, & splẽdorem esse gloriæ & figuram substantiæ. Vnde Dauid psal. 109. In splendoribus sanctorũ ante Luciferũ genui te: idest, In illis splẽdoribus ab æterno, qui in tempore erãt cum sanctis cõicandi. Et ideo idem, Chrus, qui splendor est vnigenitus patris & tãquam homo, primogenitus in multis fratribus, eiusdẽ nos facit gloriæ participes. Iuxta illud Esaiæ. 68. Requiem tibi dabit dominus semper, & implebit splendoribus animã tuam, & ossa tua liberabit. Atque hæc est essentialis beatorum gloria. Quo ideo consuetissimo nomine fœlicitatẽ vitæ æternę significamus. ¶Sed potest nihilominus in præsentiarum gloria, pro illa clara notitia vsurpari, quã de dignitate, & meritis vniuscuiusq; beati, tum Deus, tum etiam per ipsum reliquorum beatorũ

Essentialis gloria.

Gloria secũdo modo.

cætus, maxima cum laude habebunt. Hoc enim significatu opulentiæ dignitatisque ꝓmplitudo, quæ latissimẽ patet, & cunctis nota est, gloria nuncupatur. Vnde vt Genesis. 45. legitur. Ioseph fratribus ait. Ite annunciate patri meo omnem gloriam meam. Christus autem, cordium etiã inspector, in illo supremo iudicio sanctorum merita, per eius gratiam cumulata, quæ in hac vita magna ex parte latent, cunctis propalabit, vt magna cum laude fiant manifesta. Esuriui & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere, &c. ¶Atqui quemadmodum gloria, ita & honor duplex impræsentiarum censeri potest, scilicet, & ille inestimabilis, quo Deus fœlicissimos suos amicos honestabit. Nominibus, scilicet, honorificis, nõ iam seruos, sed amicos appellando, imò & Dei filios: iuxta illud Ioannis. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus. Quare & in suam hæreditatem admittens. Venite, inquiet, benedicti patris mei. Percipite regnũ. Meritò ergo psalmista ait. Nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ¶Secundus etiam illic erit honor mutuus, quẽ sibi inuicem beati sunt delaturi. Qui quidẽ honor summo precio æstimandus est. Nam si (vt ait Aristo.) ob id à sapientibus honorari cupimus, quod illi sunt certiores virtutis nostræ testes, quanto pluris habendus est honor ab illis exhibitus, qui & optimi sunt, & falli nequeunt? ¶Accidentia verò, quæ essentiæ beatitudinis adhærescunt, sunt corpora, quæ gloriæ dotibus donantur, ac demum amicorum contubernium, vt eadem in omnes diffusa gloria, singulos fœlicius delectet. Et hæc quoque iure illius beatę visionis beatis accedunt: quæ ideo viso status est omniũ bonorum aggregatione perfectus.

Gen. 45.

Honor duplex.

Secũdus honor.

Corpora & amici.

¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd quanuis homo secundum suam naturam sit mutabilis, tamen quia virtute diuina in illa superna beatitudine per lumẽ gloriæ subleuatur, capax fit illius beatitudinis, quæ cum sit sufficientissimum bonum, immobiliter inhæret, facitque suum ipsius subiectum immutabile. ¶Secundum autẽ iam solutum est, vbi monstrauimus, quòd voluntas respectu amoris Dei visi, non est libera libertate contradictionis, aut contrarietatis, vt possit ab illo bono desistere, aut contrarium committere peccatum. Neque hoc est, sua perfectione priuari: imò illa est summa libertas sum-

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

tas summo bono immobiliter adherere, atq; illo requie & pace Dei frui, quæ exuperat omnem sensum.

Tertium argumentũ.

¶Tertium argumentum offert quæstionem illam quæ hic solet per se latius disputari, vtrùm beatitudo sanctorum post corporum resurrectionẽ sit futura maior, quàm sit modo: sed tamen quia breuissimę facillimæque expeditionis est, nõ opus habet singulari articulo. Dissoluitur ergo sub distinctionibus duabus. Sermo enim haberi potest, aut de beatitudine essentiali: scilicet, de visione, aut de accidentali & aduentitia. Item augeri beatitudinem bifariam intelligi potest, videlicet aut extensiue (quod aiunt) aut intensiue, Atqui beatitudo sanctorum post resurrectionẽ extensiue amplior erit: non solũ, quia plures erunt beati: verum quia vniuscuiusque beatitudo latius diffundetur: tum ꝓpter ampliorem societatem fruentium Deo, tum etiam: quia dilatabitur ad corpus: nam ex visiõe animæ deriuabuntur dotes in corpora: ac sub inde gaudium accidentarium accõmulabitur propter satiatum appetitum naturalem quem anima habet ad corpus. ¶Vtrùm verò visio ipsa intensiuè augeatur, respõdet hic D. Tho. q. 1. arti. 4. affirmatiuè. Et ratio eius est quia anima perfectus habet esse (simpliciter loquendo) in corpore quoniam est actus corporis, quam separata. Sed accidit ei quando corpus est corruptibile, vt minus bene habeat: quia corpus quod corrumpitur aggranat animam. Sublata ergo illa mole & graue dine, vt auferf à corpore glorioso, perfectiùs erit anima in corpore illo quàm separata: ex perfectiori autem esse prouenit perfectior operatio, vt patet in corpore sano respectu ægri: ergo anima tũc perfectiùs videbit: quod est intensius augeri visionem. Et hoc est (inquit) quod sonat autoritas allegata Augustini. ¶Durandus verò distinct. præsenti quæstione. 7. contrariam tenet sententiam, quia anima in corpore glorioso nõ habet, inquit, perfectius esse, vt perfectiùs sit nomen adiacens huic quod est esse: licet perfectiori modo sit in corpore. Et re vera quicquid sit de argumento Durandi, non video quomodo visio hoc modo intensiue augeatur: nam si in genere visionis intensior est, erit clarior, & si clarior, plura repræsentabit: nam clarius videre aliquod principium in ratiõe principij est plures effectus seu conclusiones in ipso videre. Etenim simili modo argumentabatur superius D. Tho. quod qui omnia in verbo videret quæ eminenter continet, ipsum comprehenderet. Præterea quicunque picturam clarius videt plura in ipsa videt: nam distinctius videt. ¶Atqui oĩum argumentorũ maximum est quod resumpto corpore non augebitur lumen, & totus conatus, vt supradiximus, est secundum luminis quantitatem, & non secundum vires naturales: & ideo licet appetitus animę in corpore esset liberior, non ideo esset vegetior ad Deum videndum. Igitur D. Tho. in summa nempe. 1. 2. quęst. 4. arti. 5. hanc deseruit opinionem, dicens quod resumptis corporibus solum augebitur gloria extensiue: quia deriuabitur ad corpus per dotes. Et argumento quarto obiicit autoritatẽ illam Aug. quod appetitu corporis anima separata retardatur ne tota intentione feratur in Deum, & respõdet non aliter intelligi quam quod, licet quiescat in Deo, tamẽ vellet, vt ad participationẽ suæ beatitudinis corpus per dotes pertingeret. Et sic solutum restat argumentũ. Videlicet quod animæ beatæ resumptis corporibus non videbunt plura in verbo neque illud clarius aut intensius, sed erunt beatiores accidentaliter, quo ad corpora & quo ad plenum beatorum numerum & consortium.

Tertium argumentũ.

Beatitudo post resurrectionem ex intensiue maior.

D. Tho.

Durandus.

Vtrùm post resurrectionẽ erit intensior.

Maximum argument.

S. Thom. se correxit.

QVAESTIO QVARTA, De dotibus gloriæ.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm aliquæ sint in beatis Dotes.

DE beatitudine, & gloria essentiali hactenus dictũ est. Subsequitur, nũc de dotibus sermo, quæ inde promanant. Quæritur ergo primo in genere. Vtrùm sint aliquæ dotes. Et arguitur à parte negatiua. Dos est id quod sponso pater sponsę, ad onera sustinenda matrimonij iure cõsignat: sancti autem non gerunt figuram sponsi, nec Deus figuram patris sponsæ, imò patris sponsi, nempe Christi: ergo dos non habet locum in beatis. ¶Secundo arguitur. Dos est ornatus animæ, & corporis: beatitudo autem est ipse idem animæ ornatus: ergo dos non distinguitur à beatitudine. ¶In contrariũ est. Quod ad Ephesios. 6. referẽs Apostolus ma-

Partu negatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Universidad de Deusto Biblioteca

trimonium primorum parentum ait. Sacramentum hoc magnum est: dico autem in Christo & ecclesia. Vbi matrimonium spirituale animæ per illud designari docet: in matrimonio autem carnis sponsa non nisi dotata traducitur in domum sponsi: ergo similiter anima in cœlum assumitur.

Dos nomẽ. ¶Dos à dando dicitur: nullibi tamen est nisi recipiatur. Vnde pro quocunq; dono seu munere generaliter vsurpatur: siue à Deo donatum sit: vt Gene.30. Dotauit me Deus dote bona: siue à natura, secũdum animam vel corpus: quẽadmodum dicimus hominẽ, sciẽtia, & virtute dotatum, & pulchritudine, & viribus. Et Oꝓ. Cicius. Et quacunque potes dote placere, place. Atque hoc pacto nonnulli arbitrantur dotis nomen in præsentia vsurpari. Sed tamen ratio non consentit: quoniam tunc non possent dotes sub certo numero comprehendi: quippe cum vniuersa dona, quibus diuinitus donamur, hanc habeant rationẽ dotis. Accipitur ergo in præsentia dos, secundũ acceptionẽ, & vsum iuris, instar illi⁹, quo spõsa dotat, vt possit maritus onera matrimonij sustinere. Vnde dos (vt definiri assolet) est perpetuus ornatus animæ, & corporis rõne spiritualis matrimonij, vitæ sufficiẽs in æterna beatitudine iugiter perseuerans.

Prima conclusio. ¶Ad quæstionem ergo duabus conclusionibus respondetur. Prima. Dotes quibus anima in ingressu cœli, & corpus in resurrectione dotantur, patrum traditione, quæ in sacro eloquio fundamentum habet, receptissimæ in ecclesia sunt. Dixerim traditione patrum. Quoniam sub hoc nomine dotium, talis assertio nõ extat expresse in sacra scriptura. Nihilominus in ea fundamentum habet. Enimuerò, quia natiuum nobis est, quòd cognitio nostra à sensu incipit, spiritualia similitudine corporalium intelligere, copulatio animæ cum Deo despensationis, & matrimonij nomine nobis significatur: potissimũ coniunctio Christi per amorem cum ecclesia: quãdo nostram naturam assumpsit, qua Deus factus est homo. Hanc enim loco citato ait Paulus, sub mysterio in illo primorum parentum matrimonio fuisse designatam. Vnde in psal.18. Vbi eius incarnatio denotatur: tanquã sponsus prẽnunciat procedẽs de thalamo suo. Et ad Ephes.5. Apostolus. Chrs dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea &c. vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã non habentem maculã, aut rugam. Etenim quemadmodum per carnale matrimonium,

Despõsatio Christi cum ecclesia.

vt legitur Genes.2. fiunt duo in carne vna, ad propagationem humani generis secundũ carnem. Ita per vnionem, qua sibi Christus humanitatem vniuit, facti sunt Deus & eius ecclesia duo in vno spiritu, ad propagationẽ filiorum, quos sibi Deus adoptare cõstituit.

Despõsatio in baptismo. ¶Quocirca per baptismum, quod est ecclesiæ sacramentum, virtute passiõis Christi institutum, dum cum ipso morientes, & cum ipso sepulti, membra eius efficimur, fide formata renascimur filij Dei: iuxta illud Ioan.1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Igitur qua ratione ecclesia est sponsa Christi, eadem quicunq; in eius gremio in gratia Dei existens, est filius Dei illo matrimonio genitus. Nihilominus & quicunq; nomen etiam sponsæ retinet. Nam illa copulatio per gratiam in baptismo, vt respectu Dei adoptio in filium est & respectu Christi incorporatio membri in suum corpus. Ita est & despõsatio, qua ratione est coniunctio cum Deo in vno spiritu. Illic enim Deus animam ceu spõsam amplexatur: iuxta illud Cantic.2. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Vnde Paulus.2. ad Corinth.11. Despondi enim vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo. Itaque nomen sponsę, vt totæ collectiõi ecclesiæ, ita & singulis eius membris adaptatur. Vnde cuicunque animæ per gratiam Deo cõiunctę, ait sponsus Cant. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Etenim quia Dei nascit filia, soror est Christi: sed nihilominus propter amplexus gratiæ ad edẽdos spirituales fructus, & fœtus, etiam sponsa est. Et ideo subdit. Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa.

Collectiones minutatim. ¶Hinc ergo meritissimo sancti patres nomẽ dotiũ collegerunt: Deũ scilicet, considerantes sponsam suam, cũ eam domo receperit, dotatum ire. Legitur enim Esaiæ.61. Gaudens gaudebo in Dño, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me: quasi sponsum decoratũ corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Et psalmo. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Et Cantic.1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Dotes nõ nisi in gloria dantur. ¶At verò, quoniam vt.ff. de iure dotium. l. Doris, habetur. Dotis appellatio non refertur ad matrimoniũ quo adusque sit omnino confirmatum, dotes nõ

sunt, nisi quæ in ingressu gloriæ conferũtur. Quapropter gratia, per quam in hoc seculo desponsamur Deo, nomen dotis non obtinet, neque verò habitus infusi fidei, & charitatis: quoniam nondum in hoc seculo sic cõfirmatur matrimonium, vt in domum sponsi traducamur, sed possumus ab illa dignitate decidere ac subinde matrimonium dissoluere. Dicitur autem gratia pignus seu potius arra gloriæ: nam arra est quæ postea perseuerat in matrimonio. Dotes ergo sunt illæ, quæ ad sufficientiam æternæ vitæ conferuntur in domo Dei, vbi mansiones multę sunt.

Gratia est arra gloriæ.

Argumẽti solutio. ¶Et per hoc soluitur argumẽtum, si quis arguat. Dos matrimonij causa confertur: sed per fidem desponsamur Christo: iuxta illud apud Ioan. citatum. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credũt in nomine eius: ergo fides est dos. Respondetur, inquam, ꝙ per fidem non confirmatur matrimonium, vt non sit dissolubile. Et ideo non dotãtur animæ nisi in introitu cœli. Quandiu enim vita hæc durat (vt.2. ad Corint.5. ait Paulus) peregrinamur à domino.

Ante orbẽ redemptum non fuerunt dotes. ¶Hinc ergo colligitur antequam Christus humanitatem induitus ecclesiam sibi desponsasset, neminem vnquam neque sub lege naturæ, neque sub lege scripta, quantauis sanctimonia ab hac luce demigraret, dotibus fuisse ornatum: quia neque vllus fuit illucusq; cœlum ingressus.

Obiectiones ¶Redarguet autem quis forsan, contra hanc dotium assertionem. Dotes, vt dictum est, ad ferenda onera matrimonij conferuntur, vt, scilicet, facilius tolerentur: sed in patria nulla sunt onera, nec difficultas in illa sustinenda vita: ergo inepte illa dona dicũtur dotes. Præsertim cùm dotes ad externa fortunę bona pertineant: & tamen beatorum præmia intus animæ conferantur.

Solutiones. ¶Ad primum verò respondetur, quòd doti aliud per se inest, aliud verò per accidẽs. Per se inquam est matrimonij solatium, & vitæ emolumentum & subsidium. Per accidens autem habet, ab onere, & molestia matrimonij animum leuare, & inopiã supplere. Dotes ergo congruũt beatis secundum priorem rationẽ: nam posterior non habet illic locum. Neq; verò omnimoda extat similitudo in bonorum genere huius seculi: nam in matrimonio carnali decore opus est, & ornamento exteriori, ob idq; sponsa bonis fortunæ dotatur. In matrimonio verò spirituali decor intrinsecus est in anima: iuxta illud psal.44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis: & ideo dotes exigit spirituales.

Solutio primi argum. ¶Ad primum igitur capitale respondetur. Quod quanuis dos sponso assignetur, cuius, durante matrimonio, est eius possessio, & vsus: tamen eius dominium non est nisi sponsæ: quæ ideo dicitur dotata, vel si dote carueritur, dicitur indotata. Quapropter dissoluto matrimonio tale dominium penes ipsam iure permanet. Pari ergo modo dotes, quæ ecclesiæ & singulis eius membris conferuntur in patria, quantum ad vsum sunt sponsi, scilicet, Dei, in cuius gloriam & honorem cedũt, sed quantum ad dominium sunt sponsæ, quę huiuscemodi dotibus ornatur.

Aliud argumentũ. ¶Ad aliud verò membrum respondetur, ꝙ quanuis in morte sit, vt parentes puellæ illã de suis bonis dotent, quæ quidem dos, quia à patre proficiscitur, dicitur profectitia. ff. de iure dotiũ. l. profectitia. Hoc autem non est de intrinseca ratione dotis, sed accidentarium: potest enim à quocunq; alio dotari, nempe vel ab eo qui eam violauerit: iuxta illud Exodi.22. Si seduxerit quis virginem, nec dum desponsatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Vel potest dotari à patre sponsi, vt de Sychem legitur Genes. 34. Qui cum optaret Iacobi filiam filio suo in vxorem tradere, dixit ad Iacob, & fratres eiꝰ. Augete dotem, & munera postulate. Quin verò & spõsus ipse amore ductus sponsæ illam dotat, vt senes solent puellas virgines. Ad propositũ ergo. Quanuis pater in diuinis sit pater spõsi ecclesiæ, nẽpe Christi: pater tũ sponsæ, scilicet, ecclesiæ, & eius membrorũ est tota trinitas: nẽpe Deus quatenꝰ vnus in tribus personis: & quia effectus ad extra totius sunt trinitatis, pater potius sponsæ secundũ proprietatem [illegible] dotibus exornat q̃ pater sponsi, nempe Deus potius q̃ prima persona trinitatis. Quanuis per appropriationẽ, & attributionem eadem dotatio secundũ diuersas consideationes aliæ atq; aliæ personæ adscribatur. Attribuitur em patri: quia in ipso est respectu creaturarũ prima autoritas, & paternitas. Et sic eidem patri, qui per proprietatẽ est pater sponsi, & per attributionem est pater sponsæ, conuenit ipsam dotare. Filio autem eadem attribuitur dotatio: quia propter ipsum, & per ipsum cuncta nobis donantur. Ac demum spiritui sancto, quatenus in ipso & secundum ipsum donatur nobis charitas Dei, quæ est vniuersæ donationis ratio.

Quomodo Deus dotet animam.

Secunda cõclusio. ¶Secunda cõclusio. Dotiũ aliquæ sola rõne differunt à beatitudine. Aliæ verò differunt re.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D.Tho.dist. pñti.q.4.arti.2. refert opinionē tenentium q̃ solum differunt à beatitudine ratione, atq; illa reiecta tenet q̃ differunt re. Sed tamen ii in particulari considerentur, vt ex dictis eiº in alijs locis & ex rei veritate colligitur, fortasse non tam vniuersaliter absolutè respondendum est: quod omnes differant realiter, vt suis singularum articulis examinabitur saltem dotes animæ. Dotes nanque corporis planum est realiter differre à visione, quæ est in anima, in qua beatitudo collocatur. Sunt enim corporum perfectiones & ornatus, ex animæ beatitudine deriuati: vt infra monstrabitur. ¶Ad secundum igitur argumentum respondetur, quod beatitudo, cum sit animæ operatio, non tam propriè dicitur ornatus, quàm operatio ex qua ornatus dimanant, qui sunt dotes, vt agilitas, subtilitas &c.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm Christo vel angelis dotes competāt, an verò solis hominibus.

POST consideratiōem dotium secundum suam essentiam quæritur de eius subiecto: nempe vtrùm sint in Christo & in angelis, an verò in solis hominibus. Et arguitur q̃ competant Christo. Primo. *Primum argumentū.* Quia per dotes corporis conformabimur Christo: iuxta illud ad Philip.3. Qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suæ: ergo in ipso sunt dotes, quibus nostræ debent esse conformes. ¶Secundò arguitur. Quòd etiam sint in angelis. *Secundū argumentū.* Spirituale matrimonium in spiritali coniunctione consistit cum Deo per gratiā & gloriam: hæc autem non minus in angelis est quam in hominibus: ergo non minus eorum ecclesia est sponsa Dei q̃ nostra. ¶In cōtrarium est. *In contrarium.* Quod inter sponsum & spōsam exigitur discretio personarum: in Christo autem nō sunt duo suppositi, ipse verò est spōsus: iuxta illud Ioā.3. Qui habet sponsam spōsus est: ergo nullatenus est sponsa. Et de angelis idem patet. Quia Christus desponsauit sibi ecclesiam per incarnationem, & passionem, in cuius mysterium prædictum fuerat Exodi.4. Sponsus sanguinū tu mihi es: angeli verò tunc non aliter fuerunt Deo coniuncti quàm erant antea: nam vt ad Hebræ.2. ait Apostolus. Nusquam angelos apprehendit: ergo ipsi non sunt sponsa, atque adeò neque habent propriè dotes.

¶Ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Primum enim Christo, vt hic refert D.Tho. nonnulli dotes etiam conuenire arbitrati sunt. Aiunt quippe, triplicem in ipso discerni vnionem: vnam, scilicet, qua per amorem coniungitur patri, quam vocant cōsentaneam: quia idem eis est velle. Atq; hanc videtur Christus Ioan.17. significasse, vbi ait. Claritatem quā dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Secūdam vnio est, quam appellāt dignatiuam, nempe qua dignatus est naturam nostram sibi vnire in vnitatem suppositi. Tertia est qua Christus per amorem vnitur ecclesię, & vicissim ecclesia ei per fidem charitate formatam. Aiunt ergo secundum primas duas vniōes propriè conuenire Christo habere dotes: quia quatenus vnitur per amorem patri, est eius spōsa, & pariter humanitas quatenus vnita verbo est sponsa Christi. At verò secundum tertiā vnionem non habet propriè dotes secūdum proprium nomē, & rationem dotium: quia non est sponsa sed sponsus: quanuis dona illa quæ in alijs beatis habent rationem dotis, sint in illo per excellentiam. ¶Huius autem opinionis duæ priores partes refutantur, & solū tertia recipitur. Et ideo statuitur hic prima conclusio. Dona quæ in beatis nomē habent & rationem dotis per excellentiā sunt in Christo: nomen autem & ratio dotium secundum nullam eius vnionem illi competunt. Prior pars liquida est: quoniam in anima Christi ab instanti suæ conceptionis fuit visio, comprehensio, & fruitio eminētissimo modo, & in eius corpore post resurrectionē incorruptibilitas, subtilitas, agilitas, & claritas. ¶Secunda verò pars itidem probatur. Secundùm vnionem amoris qua Christus secundùm diuinitatem fuit ab æterno, estque patri coniunctus, non potest dici patris sponsa. Quippe cum sponsa respectu sponsi subiectionem quandam & participationem gratiæ dicat. Filius autem in diuinis non est subiectus patri, nec particeps propriè dicitur: cū vnica simplicissima essentia sit tribus personis æqualiter cōmunis. Neque verò secundū vnionem humanitatis ad verbum humanitas dicitur sponsa verbi: quoniam distinctio inter sponsum & sponsam est personalis tanquam inter duo suppositi eo quod actiones sunt suppositorum: in Christo autem non sunt duo suppositi. Secundò, quia desponsatio debet esse inter personas natura similes, & ideo Christus per vnionem humanitatis, factus est sponsus non humanitatis: quia non est similis naturæ diuinæ, sed ecclesiæ cui per eiusdem humanitatis assumptionem factus est similis. Tertio denique, quoniam dos datur (vt dictum est) sponsæ quando in domum sponsi introducitur, humanitas autem nunquam fuit à diuinitate separata, neque ab eius visione comprehensione & fruitione. Secundùm denique coniunctionem, qua sibi ecclesiam per gratiam adiunxit & desponsauit, ipse fuit sponsus qui ecclesiam dotauit, neutiquam tamen spōsa: quia eiusdem non est dare & recipere. Dona igitur illa Christus in anima vel in corpore non recepit per modū sponsæ ab sponso, sed virtute vnionis humanitatis ad verbum, qua factus fuit sponsus. Atque adeò neque rationem habent dotium, neque verò nomen.

Triplex vnio in Christo.

Prima conclusio de Christo.

In Christo non fuerūt dotes sub tali ratione.

Solutio primi argum. ¶Respondetur igitur ad primum argumentum, quòd quanuis Christo cōformabimur secundum illa dona quæ sunt in illo & in nobis: imò in ipso per excellentiam tanquam in capite, non tamen in illo habent rationē dotium, sed in nobis in quibus sunt tanquā in eius membris. ¶Potest autem quis objicere ad probandum, quòd humanitas vnita verbo dicatur eius sponsa, glossam super illud Psalmi, In sole posuit tabernaculum suum: quæ contrarium dicit. Item Augustinus libr.1. de doctrina Christiana ait, quòd Christus secūndùm regulam Tychonij propter vnitatem corporis mystici quæ est inter caput & membra, nominat se etiam sponsam & non solum spōsum. Nam de ipso sub vtroque nomine intelligitur illa prophetia Esaiæ.61. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatā monilibus suis. ¶Ad primum respondetur, quòd natura humana non dicitur, ppriè sponsa verbi: quia non est persona. Dicitur autem quodammodo desponsata, idest, verbo indissolubili nodo tanquam superiori inferior coniuncta & ab ipso gubernata. ¶Et simili modo respondetur ad secundum: non enim Christus dicitur sponsa, quia verè sit, sed quia suscipit prædicatum, quod conuenit ecclesiæ. Dicitur, inquam, sponsa non in se sed in suis membris. Et eodem modo dici potest habere dotes: quia ecclesia illas habet. ¶Quod si redarguas. Christus ipse dicitur membrum ecclesiæ.1. ad Corinth.12. Vos estis corpus Christi & membra de membro. Omne autem membrum habet dotes, etiam sub ratione & nomine dotium. Respondetur. Quod quandoque nomen ecclesiæ vsurpatur pro reliquo corpore quod distinguitur à capite, quod est Christus, & hoc modo Christus nō est membrum ecclesiæ. Sed alio modo vsurpatur nomen pro toto corpore compacto ex capite & membris, & isto modo Christus potest dici membrum, sicut caput est membrū. Sed inde non sequitur, quòd habeat dotes sub ratione dotium: quia eius officium non est recipere, & dotari, sed influere & dotare. Et ideo non est propriè membrum ecclesiæ, vt ecclesia est nomen sponsæ, sed ecclesiæ, vt dicit coniunctionem ex sponso, & spōsa: quia ipse est sponsus. ¶Secunda subnectitur conclusio. Quanuis dona illa quæ sunt dotes animæ, nempe visio, & comprehēsio, & fruitio sint in angelis, tamen in illis neque rationē tam propriè habent dotium, neque nomen, quam in hominib°. Prior pars notissima est. Quandoquidem eadem beatitudine fruuntur, qua homines secundum animam. Secunda verò probatur, si desponsatio intelligatur cum Christo qui est spōsus ecclesiæ. Primo. Inter sponsum & sponsam debet esse similitudo secundum aliquam naturam: Christus autem, vt dictum est, naturam nō assumpsit angelicam, sed humanam, & ideo angeli nō sunt ei similes. ¶Sed potissima ratio est. Quod angeli. vt distin. 47. dicebamus, non receperunt gratiam per modum redemptionis ex passione Christi: quippe qui non nisi propter peccatum. Adę factus est homo. Ante cuius casum creati à Deo fuerant in gratia, & ideo non propriè dici possunt sponsa Christi. Atque adeo nec habere eius dotes. Quare Origenes super Cantica quatuor dignōuit° personarum differentias, videlicet, sponsum & sponsam, qui sunt Christus & ecclesia: & adolescētulas, quæ sunt animæ, quæ ab sponso in gremio sponsę lactantur, & spōsi sodales, qui sunt angeli. Sed nihilominus respectu Dei atque adeò Christi, qua ratione est Deus potest eorum ecclesia dici sponsa, licet non sint eiusdem naturæ: quia sunt Deo per gratiam coniuncti, quam ab illo receperunt, atq; adeò gloriam: eadem ergo ratione eorum dona dici possunt Dei dotes. ¶Ex his fit consequens tertia conclusio. Dotes propriè, quatenus sponsæ Christi, solum sunt in hominibus, tam secundum corpus, q̃ secundum animam. De quibus nos subsequentes articuli docebunt. ¶Ad secundū igitur

Solutio.

Solutio obiectionis.

Secunda cōclusio.

Potissima ratio.

Quatuor personarū genera.

Tertia conclusio.

Solutio secūdi argumē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur argumentum rñdetur. Quod quãuis angeli sint per gratiam coniuncti cũ Deo, qua ratiõe aliquo modo pñt dici eius sponsa, nõ tñ sunt desponsati cũ Christo: quia non sunt illius naturæ quã assumpsit. ¶Sed contra secundã conclusionẽ videtur pugnare glossa super illud Canti. 6. Vna est columba mea. Quæ ait. Vnam esse ecclesiam in hominibus & angelis. Et super illud Lucę. 12. Et vos similes hominibus expectãtibus dominum suũ, &c. ait alias, quòd ad nuptias dominus ibit cum post resurrectionem nouus homo angelorum multitudinem sibi copulabit. Quibus locis angeli censentur spõsa Christi tanquã pars ecclesiæ. Itẽ quia maior requiritur similitudo inter caput & mẽbra q̃ inter spõsum & sponsam: Chrus aũt propter conformitatẽ & excellentiã gratiæ & gloriæ videt esse caput angelorũ: ergo & sponsus. ¶Rñdetur ad primum, ꝙ licet angeli hoc modo pertineant ad vnitatẽ ecclesiæ Dei: quod eisdem donis participant, non tñ sunt pars ecclesiæ Christi tanq̃ eius mẽbra. ¶Ad secundũ autẽ rñdetur. Quod quãuis dicat glossa, ꝙ nouus homo Christus angelorum multitudinẽ sibi copulabit, non tñ dixit sibi desponsabit propriè, sed quia copulabit ecclesiã suam cũ angelorũ cætu in gloria. ¶Ad tertiũ deniq; respondet, ꝙ Christus, vt nõ est sponsus angelorũ, ita neq; est caput: quia neque est eiusdẽ naturæ, neq; influxit per passionẽ gratiã in illos. Sed est eorũ caput inquãtum Deus: nã illa ratione fuit autor eorum grãæ, & gloriæ.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm tres sint tantum animæ dotes, scilicet, visio, delectatio, & fruitio.

POstquàm in generali de dotib' dictum est, cõsequitur, vt in particulari singulas exploremus. Quæritur ergo vtrùm tres sint tantum animæ dotes, scilicet, visio, dilectio, & fruitio. Et arguitur à parte negatiua. Anima Deo coniungitur secundum mentem, in qua est trinitatis imago, nempe memoria, intelligentia, & voluntas. Dilectio verò pertinet ad volũtatem, & visio ad intelligentiam: ergo debet aliqua dos rñdere memoriæ: illa aũt non est fruitio: quippeq̃, vt supra dictum est, ad voluntatẽ attineat: ergo numerus non cõuenit. ¶Secũdò. Dotes animæ tribus dicũtur virtutibus theologicis rñdere, nempe fidei, spei, & charitati, quarum Deus obiectũ est. Dilectio aũt rñdet charitati, & visio fidei: ergo tertia deberet respõdere spei: illa verò non est fruitio, vtpote quæ ad charitatẽ pertinet: ergo alia deficit dos. ¶Tertiò. Ad beatitudinẽ requiritur comprehẽsio: iuxta illud. 1. ad Corin. 10. Sic currite vt comprehendatis: ergo hæc debet constitui dos quarta. ¶In contrarium aũt est. Quod dotes animæ respondent virtutibus, quarũ Deus ipse est proximũ obiectũ, vt præmium correspondeat meritis: illæ autem sunt virtutes theologicæ, quibus tres illæ dotes optimè coaptantur.

¶De hac quæstioue vniuersi doctores cõsentiunt esse tres animæ dotes, vt quemadmodum septem sunt virtutes, scilicet, tres theologice, & quatuor morales cardinales. Ita & septem sint dotes, scilicet, tres animæ, rñdentes virtutibus theologicis, & quatuor corporis, quæ cardinalibus adaptari possunt. Secũdo & omnes consentiunt ꝙ prima illarũ sit visio, seu ornatus & claritas quæ sit dos visionis. Item ꝙ aliæ duæ sint ex numero harum triũ, quæ sunt, dilectio, fruitio, & cõprehẽsio. Dissentiunt tñ inter illas. Quidam enim dicunt, ꝙ sunt visio, dilectio, & fruitio. Alij verò, aiunt quod sint visio, cõprehensio, & fruitio, quæ ponitur loco dilectionis. Alij quod sint visio, dilectio, & comprehensio quæ ponitur loco fruitionis. Tametsi Ricardus dist. pñti art. 3. q. 7, loco comprehensionis nõ ponat nisi securitatem, neq; dilectionem distinctam à fruitione: quia habendõ, inquit, rem amatam, illa fruimur, illamq; tenemus, & sic dicit ꝙ dotes sunt visio, fruitio, & securitas. ¶Secundum tñ dubiũ quod hic includit, est vtrũ dotes istæ sint operationes illæ videndi, fruendi, & diligendi. An verò qualitates per modum habitus eisdem operationibus antecedentes, quæ sunt animæ ornatus per modum habitus. ¶Ad quæstionẽ ergo quinq; conclusionibus rñdetur. Prima fundamẽtalis sit. Dotes animæ sic assignãdæ sunt, vt tribus virtutibus theologicis rñdeant. Probat ratione proximè insinuata. Qm̃ dotes pertinent ad beatitudinẽ, vel tanq̃ actus, vel tanq̃ habitus & ornatus animæ: nã dotes sunt quibus spõsa in ingressu liminũ sponsi dotatur, nempe qm̃ beata illa fœlicitate donat: & qa beatitudo essentialiter est in anima, dotes animæ accõmodari debent ad illã beatitudinem, qua Deũ consequimur, illoq; fruimur, & quia in via per tres virtutes theologicas, vtq; Deũ habent, ꝑ proximo obiecto, ad ipsum

Partis negatiuæ argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

Septem dotes.

Opinionum varietas.

Ricardus.

Prima conclusio.

sum tendimus debẽt dotes eisdem rñdere virtutibus. ¶Hinc sequit secunda cõclusio. Prima dotium est clara visio, seu habitus claritatis ad videndũ, vt inferius explicabim'. Hoc patet quia prima virtutũ theologicarũ est fides, quæ visioni rñdet, tanq̃ meritũ præmio. In præmiũ em̃ quod nunc ea credimus, quæ non videmus, videbimus eadem postea, quę nunc credimus. ¶Hoc docet Paulus. 1. ad Corinth. 13. Ex parte em̃ inquit cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum aũt venerit qd̃ perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. Et subdit. Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad faciẽ: visio ergo est præmium fidei. ¶Tertia conclusio. Spei rñdet dos, quæ est cõprehensio. Hoc patet ex illo citato. 1. ad Corin. 10. Sic currite, vt cõprehendatis. Spes em̃ dicit non quemcũq; amorem, sed desiderũ, per quod tẽdimus in rem: igitur sicut terminus credendi est videre. Ita terminus spei est tentio, & cõprehensio. Vnde quãuis per visionem Deum teneamus, & cõprehendamus: tñ est diuersa ratio: nã quatenus est clara cognitio, rñdet fidei, sed quatenus est consecutio Dei cũ securitate, & perpetuitate correspõdet spei. Et ideo sicut per illam visionẽ quatenus est clara cognitio euacuabitur fides, idest cessabit in patria. Ita per eandẽ, quatenus est tentio, euacuabitur spes. ¶Quarta conclusio. Si cõprehensio cõnumeretur secunda dos, quæ optime, aptissimeq; cõnumerari põt tunc tertia, quę correspõdet charitati, potiũs fruitio, ea rõne, qua includit dilectionẽ, ceu proximã causam: nã dilectio patriæ, qa est iam boni pñtis per visionẽ, & cũ securitate possessi per cõprehensionẽ, causa est proxima fruitionis quæ ideo erit terminus charitatis viæ. Est em̃ frui de re possessa, quam propter ipsam amamus delectationẽ capere. Et hæc certè est satis apta, & concinna dotiũ distinctio quã D. Tho. amplectitur 1. 2. q. 4. art. 3. Nihilominus eadẽ rõne qua dilectio includit fruitionẽ pñt etiã designari visio, dilectio, & cõprehensio, vt dilectio patrię quæ est firma, & immobilis sit terminus dilectionis viæ. Tandẽ quia cõprehensio includitur tam in dilectione patriæ q̃ in fruitione tãquam vtriusq; causa, possunt etiã designari visio, dilectio, & fruitio. Quęquidẽ distinctio videt D. Thomę impræsentiarũ magis placere: quia & hæc est etiã rei satis accommoda. Tunc aũt fruitio quatenus cõprehensionem includit est terminus, nõ charitatis, sed spei. Et hoc etiam satis apte. qm̃ terminus sub spe laborantis, est rem cõsequi vt ea fruatur. Per parui ergo refert, primamne, an tertiã malueris rationẽ insequi. Quãuis illa prima qua in summa D. Tho. sequutus fuit, sit præferẽda. ¶Restat nihilominus dubiũ, quod in capite quæstiõis insinuauimus, quomodo dotes distinguantur à beatitudine D. Tho. hic, & Ricardus loco citato, & reliqui antiqui dotes oẽs tam corporis q̃ animæ distinctas arbitrãtur à beatitudine, nempe à visione, amore, & delectatione, quæ sunt actiões vel passiones. Vt sint dotes tanquã habitus & ornatus aiæ huiuscemodi operationibus præuij, & tanq̃ potentiæ ad easdẽ operatiões eliciẽdas: q̃uis appellen̄t nominibus eorundẽ actuũ. Itaque dos visionis est habitus ad elicienũã visionẽ, quæquidẽ dos dicit visio, & pariter dos dilectionis est habitus charitatis, ex qua elicit dilectio. ¶Atqui si ad amussim velis analogiã seruare dotiũ matrimonij carnalis sic dicendum apparet. Nam dotes nuptiarũ nõ sunt operationes vitæ, scilicet, sumptus facere ad sustinendã vitã, sed facultas & potestas eosdem faciendi, nempe numi, & possẽssiões & reliqua. Pariter ergo censendũ apparetde dotibus aiæ. ¶At verò ꝓfectò difficile est istos habitus illic in patria perscrutari. Et S. Tho. in. 4. sequebatur opinionẽ cõem reseruando exactiora examina ad summã, quam dictare cogitabat. Haud em̃ intelligi põt visiõis dos ad visionẽ præuia, nisi sit lumẽ gloriæ: quod certè nõ tam apte dicitur visio, neq; D. Tho. huc videt alludere ꝙ dos sit lumẽ illud. Alias ipse se explicuisset. Itẽ ad videndũ non alius requirit habitus præter speciẽ, cuius vicẽ gerit illic Deus. Præterea q̃uis habitũ charitatis posimus vtcunq; appellare dotẽ dilectiõis, ex quo elicit actus diligẽdi, non tñ oẽs cõsentiũt, vt dilectio ponat dos. Imò D. ipse Tho. loco proximè citato. 1. 2. nõ poni dilectionẽ, sed fruitionem ait rñdere dilectioni viæ. Præterea. Dos cõprehẽsiõis ꝓfectò nõ põt intelligi alia q̃ ipsa visio, qua rõne est obiectũ voluntatis, & termin' spei, scilicet, qua rõne est cõsecutio obiecti cũ securitate, & perpetuitate. Pręterea respectu fruitiõis nõ põt signari habitus præcedens, nã fruitio est captatio delectationis, quæ, licet sit affectus volũtatis, suscipitur tñ ex visione, vt supra ex S. Tho. 1. 2. q. 11. arti. 1. collectũ reliquimus. ¶Crediderim igitur quod si D. Tho. ad hunc locũ dotiũ in summa peruenisset, nõ alias hoc noĩe intellexisset qualitates quã actus ipsos videẽdi, comprehendendi, amandi, & fruendi. Neque opus

Secunda cõclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Vtrum dotes sint habitus.

Impugnatio.

Sentẽtia autoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus est rationem similitudines dotium matrimonij carnalis ad vnguē in spūali seruare. In mrimonio em carnali dotes sunt facultates sustinēdi vitam: in patria verò sunt actus ipsi ad quos prēter lumē glīę & habitū charitatis nullis alijs opus est habitibus, sed Deus in ratione speciei producit visionem quæ est comprehensio. ¶Si ergo opinio hæc placet statuenda est quinta cōclusio. Dotes animæ sola ratione à beatitudine distinguuntur: visio nanque quatenus clara est cognitio elicita ab intellectu est dos respondens fidei, sed quatenus est obiectum voluntatis concupitum, per quam scilicet voluntas consequitur & tenet finem suum, in quod per spem tendebat, est cōprehensio respondens spei. Iam enim diximus quod voluntas vtitur alijs potentijs ad consequendum fines suos quos appetit: nam quia actiones sunt suppositorum & voluntas est proprius appetitus suppositi, ipsa est quę mouet alias potētias per quas & suos consequitur fines. Atq; adeò, vt ait S. Tho. 1.2. q. 11. art. 1. ad. 1. eadē visionē, qua rōne est obiectū voluntatis per quā de bono cōcupito delectatione capitur fruitionem censet. ¶Ad primum igitur argumentum respōdetur, quòd memoriæ & intelligentiæ non respondent duo, sed vna dos quæ est visio: eo quòd memoria non est nisi intelligentiæ thesaurus, nempe specierum apotheca. Neq; verò opus est dotes illis potentijs ad iustum respondere, sed theologicis virtutibus. ¶Secundum autem iam solutum est vbi diximus cōprehensionem vel fruitionem quatenus cōprehensionē includit, respondere spei. ¶Anselmus verò dicit ad beatitudinē animæ pertinere sapientiam, amicitiam, concordiam, potestatem, honorem, securitatem, & gaudium. Et Boetius tertio de consolatū enarrat quinq; quæ sunt sufficientia, quam promittunt diuitiæ, iocunditas, quam promittit voluptas, celebratas quam promittit fama, securitas quā promittit potentia, reuerentia quā promittit dignitas. Hæc autem ab istis patribus non tanquam dotes connumerātur, sed tanquam beatitudinis comites. Sapientia enim pertinet ad sponsum: amicitia verò & concordia ad ipsum respectu membrorum & ad membra ipse inter se. Nam amicitia refertur ad affectū, & cōcordia ad assensum in agendis, & potestas est in sponso ad gubernandum, & honor in inferioribus, quem ei deferunt. Boetius verò aliam sequutus rationem explicuit quemadmodum in beatitudine ea sint quæ homines in hac vita concupiscunt. Homines enim ab incommodis securos esse cupiunt & tutos, & illa securitas est in patria. Cupiuntque bonum sibi conueniens quod est iocunditas, vel bonum perfectum & optimum, quod est sufficiētia, vel excellentiæ manifestationem, quæ est celebritas & gloria. Ac denique sibi cupiunt honorem deferri & reuerentiam.

Quinta conclusio.

Solutio primi argum.

Solutio secūdi argumē.

Anselmus

Boetius.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm corporibus gloriosis sint futuræ dotes quatuor.

POST dotes animæ subsequi de dotibus corporis disputatio. Et ideo quæritur primo de earū numero, sed primo arguit, q̄ in corporibus nullæ sint futurę dotes. Enimuerò dotes ad statū attinēt spiritualem, qui est in mente, corpora verò ad illum nō pertinēt statum, quippe cū illic mētis operationes à corporibus nō pendeāt: ergo nullæ erūt in corporibus dotes. ¶Secūdo arguit contra numerū q̄ non erūt precisæ quatuor scilicet impossibilitas, subtilitas, agilitas, & claritas. Anselmus siquidē ponit septem quę sunt pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, & diuturnitas. ¶In contrariū verò est illud 1. ad Corinth. 15. seminat in ignobilitate surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in virtute, seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. ¶Ad quæstionem duabus cōclusionibus respondetur. Prima. Congruentissimū ad fœlicitatē, imò secundum diuinam bonitatem sapientiā & iustitiam Dei necessariū, vt sanctorum corpora suis dotibus exornet. Conclusio primum catholica est (vt patet autoritate Pauli inducta, & Sapien. 3.) fulgebūt iusti & tanq̄ scintillæ in arūdineto discurrēt. Vbi in fulgore claritas designat, & in igne, quatenus elementū vehemētissimæ actiōis est, qui omnia subito deuorat, impassibilitas: & qua ratione velocissimū habet motum (vt libr. 3. super genesim exponit Augustinus). Agilitas, & scintillarum significatione, subtilitas. ¶Sed & ratione præterea probatur. Dotes sunt ornamēta quibus exornat sponsa, vt in cōspectu sponsi dignè decenterq; cōpareat. Debet aūt non solum secundū aiam, sed etiā in corpore cōparere: ergo nō solū in aia dotari homo debuit, verū & in corpore ornari. Neque obstat si objicias, q̄ cum oculo corporeo Deus videri non possit non fit corpus Deus præsens: quoniam licēt visio non fit nisi in anima, condecet tamen, cum sit actus corporis, vt in corpore quo Deum videbit appareat illis ornamentis dotato, quæ fœlicem animam condecent. ¶Secundo id etiam probatur. Homo quatenus factus est ad imaginem & similitudinem Dei est beatitudinis capax: & quanuis illa imago in animæ potentijs existat, nihilominus corpus eidem animæ adaptatum est, quod eius dignitati & vsibus congrueret: ergo eadem ratione in beatitudine necessarium est, vt ex animæ beatitudine, quæ est vita æterna, deriuentur in corpus dotes quibus ad vsus eiusdem vitæ aptum sit & idoneum. ¶Secunda conclusio. Dotes corporis congruentissimè tantum quatuor designantur, scilicet, nec pauciores nec plures. Hunc numerum possumus ad virtutes Cardinales referre, veluti tres dotes animæ ad Theologas retulimus. Iustitia nanque, quæ, quia perpetuo seruat Reipub. pacem, immortalitatis titulum obtinuit, respondet impassibilitas temperantiæ, quæ corpus extenuat, subtilitas, Fortitudini verò agilitas, Vnde Paulus loco citato, seminatur inquit, in infirmitate (scilicet in grauedine qua motus retardatur) surget in virtute. Sed prudentiæ propter cognitionis lucem respōdet claritas. ¶Hęc autem coaptatio quanuis concinna sit, nō tamen rei causam enucleat. Numerus ergo dotium inde sumendus est, quòd per illas corpus gloriosum disponitur & exornatur, vt idoneum sit animæ coniunctioni in vitam æternam. Nempe, vt ei ad vsus illius vitæ absque impedimento & mora inseruiat. Anima verò vnitur corpori & vt forma & vt motor, tribuens ei & esse & operari: & quidem ex hoc fundamento Diuus Thomas sic hunc numerum colligit, quòd inquantum corpus sit idoneum animæ informanti requirit dotem subtilitatis: nam quod subtile est facilè alienam formam suscipit, & inquantum ab eadem anima recipit formas accidentales, conuenit ei dos claritatis. Inquantum verò subditur ei vt motori conuenit ei dos agilitatis, & inquantum ab anima conseruatur dos impassibilitatis. Atqui distributio hæc fortè est legitima. Attamen non decrit cui alia magis arrideat. Videlicet, vt quatenus anima velut forma dat corpori esse, conueniat ei dos prima impassibilitatis, quæ est omnium fundamentum. Subtilitas verò impassibilitati annexa est: si sit dos, vt quidam autumant, dos' qua se corpus gloriosum cum alio corpore solido penetrat, quod est quoddam incorruptibilitatis & impassibilitatis genus: nempe alteri corpori in eodem loco non cedere. Quantuis hoc suo proprio loco examinandum & corrigendum est. Qua verò ratione corpus animæ, ceu motori subijcitur reliquis duobus dotibus opus habet: videlicet quantum ad motum localem & reliqua corporalia opera dote agilitatis, vt animæ ad nutum obsequatur, sed sensuum operationibus congruit claritas propter visus dignitatem inter alios sensus. Tametsi & earundem voluntati seruiat quoque agilitas. De singulis autem in suis proprijs locis fiet explicatior sermo. ¶Ad primum igitur argumentum negatur corpus gloriosum nullatenus pertinere ad statum spiritualem animæ: status enim animæ (vt dictum est) per assumptionem corporis perficitur. Præterquam quod ad eundem statum spiritualem pertinet, vt corpore vtatur sibi per dotes acommodato: nam operationes secundum corpus pertinent ad gloriam accidentalem illius spiritualis status. ¶Ad secundum respondetur illa septem quæ numerauit Anselmus ad hæc quatuor reduci. Nomine enim claritatis pulchritudo continetur. Velocitas verò libertas & fortitudo sub agilitate comprehenditur: veluti sanitas & diuturnitas sub impassibilitate. Voluptatem forsan Anselmus non posuit tanquam dotem, nisi subtilitati adaptetur, eo quod subtile facilè & absque vllo labore formam recipit, in qua quiescit.

Primum argumentū.

Secundū argumentum.

In contrarium.

Prima conclusio.

Ratio conclusionis.

Solutio primi argumē.

Solutio secūdi argumē.

ARTICVLVS. V.

Vtrum impassibilitas inter dotes corporis gloriosi sit connumeranda?

VT de singulis dotibus dicamus primum se offert impassibilitas. Quæritur ergo vtrùm sit inter dotes animæ connumeranda. Et arguitur à parte negatiua. Primo, quia quod est rei definitioni intrinsecū, pertinet ad eius essentiā: sed homo in corpore glorioso erit animal rōnale mortale: ergo passibile. ¶Secundò, qa cū cōsistat ex forma & materia quā moriēs reliquerat: materia aūt intrinseca sit erit in potētia ad alias formas: fit vt sit passibile. ¶Tertiò. Patientur homines in corporibus secūdum sensus,

Rationes numerandotium.

Sarlhom.

Alia collectio numeri dotium.

Partiu negatiuæ argumētum primum.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus:non enim solumvidebunt sed audient & tangent cœlum. ¶In contrarium est illud citatum.1.ad Corinth.15.Seminatur in corruptione resurget in incorruptione.

Pars affirmatiua.

Impassibilitas.

¶Dos hæc prima cõsulto non appellatur in corruptio:tametsi ad illam consequatur,sed impassibilitas.Et ratio est quod esse incorruptibile nõ est corporibus gloriosis propriũ, sed & corporibus damnatorũ cum ipsis cõmune:impassibilitas verò est beatis propria. Corpora (inquam) damnatorum sic sunt in corruptibilia,vt tamen sint passibilia passione etiam propriè dicta,vt caloris & frigoris: quæquidem passiones corpora, nisi Deus in perpetua supplicia illa conseruaret, corrũperent. Quocirca incorruptibilitas illa non dicitur,dos veluti incorruptibilitas beatorũ quæ passibilitatem habet annexam. ¶Accipitur autem passionis nomẽ dupliciter: vno modo pro quacunq; qualitatis receptione, siue sit rei perfectiua,siue corruptiua.Quemadmodum generatio habituum scientiarum & virtutum,atque adeò cognitiones ipse dicuntur generali nomine passiones: quamuis hoc non sit propriè pati:sed perfici. Secũdò modo accipitur nomen pro passione ,ppriè dicta,quam Damascen° lib.2. de fide ait esse motum præter naturam:tunc enim res propriè patitur, quando à sua naturali dispositione ad naturam agentis trahitur, vt quando aqua calefit. Vnde immoderatus cordis motus,passio eius est:quando verò cum moderamine mouetur, potius est actio, in qua eius vita consistit. ¶His suppositis ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur.

Passio duplex.

Damascen.

Prima conclusio.

Prima. Corpora gloriosa sunt impassibilia passiõe hac ,ppriè dicta. Hanc asseruit Paul. loco citato,dicens,Seminatur in co[illegible]e, surget in incorruptione. Et rursum. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Imò est assertio Christi vbicunque de vita ęterna loquitur:vt Matth. 16. Omnis qui reliquerit patrem vel matrem &c.vitam æternam possidebit.Et Matth.25. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Enimuerò cum vita ęterna post corporum resurrectionem,non solum animæ, sed toti homini promittatur,tam perfectũ erit suo gradu corpus,tamq; incorruptibile, quàm anima. Vnde Paul.ad Roma.1.Deus reddet vnicuique secundum opera eius, ijs quidem qui gloriam & honorem & incorruptionẽ quærunt,vitam æternam. ¶Conclusio ergo confessio est catholica,sed de modo:nempe,quę nam res sit dos hæc impassibilitatis controuertitur. Etenim cum ad passionem requiratur & principium passiuum)'est enim potentia passiua secundum Aristo.5.Meta. principium transmutandi ab altero) & pręterea agentis virtus,potest impassibilitas assignari, aut per hoc quod in corpore glorioso nullũ sit principium passiuum , aut per hoc quod in eo sit virtus impediens actionem agentis. Et vterq; modus sub opinionibus versatur. Quidam enim hanc dotem statui & cõditioni elementorum glorificati corporis adscribunt,dicentes quod etsi corpora illa ex elementis constent, non tamen in eis qualitates erunt actiuæ & passiuæ, atque adeò in eis nõ erit principiũ patiendi. ¶Sed isti veritatẽ tollunt, & naturam veri corporis. Illæ enim qualitates sunt de perfectione elementorum ad diuersam complexionem membrorũ pertinentes:erunt enim illic vera caro, vera ossa & sanguis:hæc autem diuersas habent complexiones quæ non nisi ex diuersa mixtura & temperamento illarum qualitatum, scilicet ,caloris & frigoris constant. ¶Et eodem pacto refutatur alia opinio dicentium in illis corporibus fore illas qualitates:cohibitas tamen virtute diuina ne agant. Hæc enim opinio qualitates illas poneret ociosas . Mox & easdem tolleret complexiões,quippe quæ temperata actione earum qualitatum seruãtur. Adde quod si corpora gloriosa tangantur sentientur temperatissimeille qualitates: vt quando dixit discipulis suis Christus,Palpate & videte. Quanquam ab illa temperatissima actione exorbitari non possint, neq; vlla futura sit illic actio caloris naturalis in humidum naturale. Huiusmodi enim actio non sustinet nisi vitam mortalem. Præterea isti non ponunt dotem, quæ sit res aliqua positiuè, nisi sola prohibitio actionum naturalium:quod non est congruens naturæ corporis glorificati.

Prima opinio.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

¶Tertia ergo opinio finxit in corporib° gloriosis quandam naturam quintæ essentiæ quam autumant in compositionem venire humani corporis ad conciliandum elementa in armoniam quandam , vt materia fiat incorruptibilis, consona incorruptibili aërẽ. Hæc enim inquiũt : quinta essentia inhoc seculo dominio vincitur naturæ elementalis; sed post corporum resurrectionem victoriã super eadem elementa obtinebit,atque adeò gloriosa corpora suapte natura faciet incorruptibilia,instar cœlestium corporum. Hæc autem opinio & rei physicæ aduersa est , & theologæ veritati. ¶Incompositionem enim mixtorum corporum secundum Aristotelem in libris de generatione,& de cœlo, & secundum omnes, qui vero nomine philosophorum censentur,duntaxat veniunt elemẽta quatuor quæ sunt sub orbe lunæ. Quare nomine quintę essentię solam cœlestem substantiam intelligunt.Obidqueillam in mixtis asserere, confictum commentum est.

Aduersus quintam essentiam.

¶Præterea dotem impassibilitatis virtuti naturali tribuere,fide reclamante,non licet. Apostolus nanque loco citato, virtuti Christi dotes illas adscribit. Ait quippe, Factus est primus Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem , Qualis terrenus, tales & terreni. Qualis cœlestis, tales & cœlestes.Et ad Philippenses.3.Ipse reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. ¶Ad hæc corpus humanum ad proprietatẽ cœlestis gloriæ subleuari,virtutis certè Dei supernaturalis est. Virtus enim naturalis quantumcunq; fingatur quinta essentia,non vtique sic posset naturam elementorum euincere , vt corpus in naturam cœlestem transmutaret.

¶Ad de quod cum alias dotes ,quæ corpori glorioso conueniunt,ad rationem beatitudinis pertineant, atq; adeò virtuti Dei per modum retributionis ei præmij conferantur. Idem necessum est de impassibilitate sentire.

Ratio Sanctæ Thomæ.

¶Ratio ergo quinta est quam Diuus Thomas impræsentiarum constituit. Causa eĩ impassibilitatis corporis gloriosi ex illo perfecto modo deducit , quo anima tunc corpus informabit.Nihil enim patitur passione propriè dicta nisi ab agente, quod assimilare sibi passum intendit,euincatur,& superetur. Vt patet in aqua dum ei admouetur ignis.Hæc autem victoria contingere nequit nisi forma ipsius passi debilitetur , atque eius attenuetur virtus. Post resurrectionem verò , sicut anima beata erit omnino Deo subiecta,ita & corpus sic erit animæ ipsi subditum , atque ab ipsa perfectum, vt nullum ei naturale agens dominari valeat , vt possit ipsum ab animæ dominio & informatione diuellere.

Paludanus.

¶Cæterùm hanc Diui Thomæ sententiam, & eius contrarij impugnant,& eius discipuli eo modo glossant , quem Diuus Thomas non explicat. ¶Paludanus nanque distinctione.44.quæstione.2. & Capreolus imitatur,sic glossant Diuum Thomam , quasi intellexerit dotem impassibilitatis esse quandam qualitatem,qua corpus sic animæ subditur, vt non possit ab alio agente contra voluntatem ipsius animæ vinci : quoniam anima dicunt non potest supra corpus excellentius habere dominium,quàm antea, nisi corpus ipsum aliquo modo mutetur : mutatio autem terminatur ad aliquam qualitatẽ: ergo illa est in beatis. ¶Præterea dotes corporis debent correspõdere dotibus animæ : animæ verò dotes sunt qualitates,vt expositum est, nempe dispositiones actibus antecedentes,vel actus ipsi. ¶Tertiò id patet ex Augustino in episto. ad Dioscorum,vbi ait, quod in corporibus gloriosis erit perpetua sanitas & incorruptionis vigor.Et propter hanc autoritatem ait Paludanus posse teneri dotem illam esse in corpore : quanuis dicat fortasse esse in anima,vt per illam qualitatẽ dominiũ obtineat in corpus , vt nihil ei præter suam voluntatem accidat. ¶Atque hoc potest confirmari similitudine status naturæ integræ: erat enim tunc corpus eatenus immortale, vt posset non mori,idque habebat per iustitiam originalem quæ erat in anima. Cum ergo in gloria maior sit immortalitas, quia est non posse mori,id fiet per aliquam qualitatem. Et hæc fuit antiquior opinio Ricardi distinctione præsenti quæst.2.artic.4. ¶Scotus verò distinctione præsenti quæstiõe.13.& Durandus distinct.44.quęst.4.non aliam agnoscunt rationem dotis impassibilitatis, quàm Dei assistentiam sua voluntate impedientis actionem contrarij agentis corporaque subinde illa conseruantis. Arguit enim Scotus contra illam qualitatem: quia illa nõ potest esse de natura cœlesti , cùm sit in corpore mixto: Si verò sit materialis , vt duricies, quæ incisioni resistit,tunc nõ posset esse contraria omnibus qualitatibus actiuis:ergo nõ omnem posset contrariam actionẽ cohibere. ¶Secundo quia quando aliquid est pluribus cõmune, eadem ratione omnibus inest : esse autẽ incorruptibile,est corporibus damnatorum cum beatis cõe:damnatorũ verò corpora non sunt incorruptibilia per aliquã inhærentem qualitatem: ergo nec corpora gloriosa. Sunt ergo omnia per hoc tantũ incorruptibilia : quia Deus vult illa conseruare. Atque adhanc sententiam annuere videtur in epistola ad Consentium.146. Augustinus dicens quòd sicut ab igne fornacis Caldæorum abstulit Deus virtutem comburendi, quan-

Impassibilitas an sit qualitas.

Scotus & Duran.

Universidad de Deusto Biblioteca

quantum ad aliquid, quia corpora puerorũ seruata sunt: sed mansit quãtum ad aliquid, quia ille ignis cõburebat ligna, ita auferet à corporibus beatis corruptionem, licet manebunt quantũ ad alia vera corpora. ¶Alij demum impassibilitatem glorificatorum corporum solum tribuunt cessationi cœlestis motus: sine quo nihil potest aut generari, aut corrumpi.

Reprobatio illius quod impassibili. non sit nisi conseruatio Dei.

¶Ex his autẽ postremis opinionibus, vt tres priores velut reprobas relinquam[a], hæc profectò Scoti & Durandi non satis videtur rei facere. Cum enim corpus gloriosum dicatur sitq; incorruptibile, necesse est sic ipsum incorruptibile asserere, vt hoc intrinsecus habeat. Vesuti Angelus (vt supra dicebam[a], natura sua est incorruptibilis & pariter cœlũ. Item cum corpus resurget in vitã æternam, necesse est, q̃ supposita supranaturali virtute Dei illud resuscitantis, per se ipsum naturã habeat incorruptibilitatis: sicut dicebamus de visione. Si aũt non aliter esset incorruptibile q̃ per Dei conseruationem, id profectò non haberet ex se, sed prorsus ab extrinseco. Quare non posset simpliciter incorruptibile aut impassibile censeri. Etenim licèt hominẽ modo Deus, vel quidpiam aliud natura sua corruptibile perpetuo statueret conseruare, non aliter q̃ cohibendo omnia agentia ne illud corrumperent, certè nec incorruptibile propriè diceretur, nec impassibile, neq; diceretur homo immortalis. Quoniam hæc sunt prædicata rei intrinseca, sed solum diceretur res diuinitus conseruata: veluti in statu naturæ integræ conseruarentur homines per lignum vitæ. ¶Præterea sequeretur, q̃ corpora gloriosa non aliter essent incorruptibilia, q̃ corpora damnatorũ: quia nihil plus se haberent incorruptibilitatis q̃ illa: sed solùm quia omnia per solam Dei assistentiam seruarentur, licet corpora gloriosa seruarentur insuper à passionibus: consequens autem est falsum: quia dotes corporis gloriosi deriuantur à beatitudine, quæ est in anima: atq; adeò impassibilitas est in corpore. ¶Ad hæc dicere corpus Christi non aliter esse incorruptibile in cœlo, quàm [p] Deus illud supernaturaliter conseruat, est eius dignitati plurimũ derogare: si aũt est in se incorruptibile, taliter etiam reliqua erunt: quippe cum vt ait Paulus, ei sint configuranda. ¶Igitur impassibilitatis corporum gloriosorũ præter causas quæ sunt ab extrinseco signanda est causa intrinseca. Ab extrinseco quidẽ causa vna est cessatio motus cœlorum. Item quia post diem iudicij nulla erunt agentia extrinseca quę possint corpus corrumpere, qua ratione nec elementa tunc corrumpentur. Adde & circunstantiam cœlestis loci. Nam esto vlla essent agentia contraria, non possent illi loco, sicuti neque modo applicantur, applicari. Sed tamen nulla istarum causarum meretur nomẽ dotis. Signanda est ergo causa intrinseca prohibẽs ne corpus à calore naturali & alijs qualitatibus elementalibus corrumpatur: atque adeò ipsum reddens, simpliciter incorruptibile & impassibile. ¶Hæc autem non absq; probabilitate potest cõstitui qualitas (vt ait Paludanus) corpori inhærens vel animæ: nã sic significantius seruatur, q̃ dotes corporis deriuentur ex anima. Quare tunc sicut lumẽ gloriæ eleuat animam, vt possit videre Deũ, ita & dos impassibilitatis cum reliquis disponeret corpus, vt perfectissimè possit, tum informari, tum etiam moueri ab anima. ¶Veruntamen quicquid sit de alijs, profectò impassibilitatem non est necesse sic asserere distinctam qualitatem. Nec Diuus Thomas talem insinuat qualitatem, sed ait potius quod ipsa animæ informatio perfecta, & indissolubilis quę dat corpori esse perpetuum, est dos impassibilitatis. Contemplatur enim, & re vera doctè, quod anima, quia per visionem & amorem Dei est Deo omnino subdita, æterna vita fruens, est potens corpus resurgẽs sic indissolubiliter informare: q̃d modũ quo forma cœli suam informat materiam, atque adeò alligat sic potentiam materiæ, vt non fit amplius vlli alterationi atq; passioni peruia quę à sua natura corp[a] distrahat. ¶At verò propterea huic sententiæ non tanta adhibetur fides, quod putant nonnulli Diuum Thomam hoc in voluntatem animæ retulisse: nẽpe, quod sicut ipsa subdita est Deo, ita habeat corpus suæ voluntati subiectum, vt nihil ei præter eius arbitrium accidere possit nocumenti: hoc autem non esset facere corpus impassibile, sed animam omnipotentem respectu corporis cui posset omnia nocumenta cauere. Et tamen Sanctus Thomas illud non tribuit volũtati, sed naturæ informationis. Itaque licet beatus se in ignem proijceret suapte natura corpus non posset magis comburi, quam cœlum vel angelus. Neque adhoc, vt Paludanus arbitratur opus est aliqua qualitate existente in corpore. Adqui ad hunc sensum intelligitur dotem hanc derinari ex animæ beatitudine.

Impassibilitatis causa.

Quod dotẽ passibili. sit qualitas.

Quod nõ sit qualitas.

Explicatio veritatis.

Et certè

August. Et certè hoc est illud, quod ait Augustinus loco citato ad Dioscorum. Tam potentem fecit animam Deus, vt ex eius plena fœlicitate redundet in corpus sanitas perpetua & vigor incorruptibilis. Imò hoc sonat verbum apostoli, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Certè non aliter quam per animæ informationem. Atq; idem est. Seminatur in corruptione resurget in incorruptionem. Resurget nanque per animæ informationem. ¶Et hoc constituitur discrimen inter gloriosa corpora & damnatorũ: hæc cẽ non sunt incorruptibilia per dotem quæ deriuetur ab animæ beatitudine: alioqui essent etiam impassibilia. Quanuis vt in sum. con. gen. lib. 4. cap. 89. ait S. Tho. non sint transmutabilia in alias formas, diuina virtute corpus animæ totaliter subijciente. ¶Quocirca non est æquale exemplum in iustitia originali per quam vires inferiores erant rationi subditæ: illud quippe tantum fiebat per gratiam Dei, quam credo fuisse illam iustitiam quæ præter quam quod reddebat hominem Deo gratum, faciebat pro illo statu illam rectitudinem. Neque erat similis immortalitatis illius status, quæ erat potestas nõ moriendi ab extrinseco per lignum vitæ proueniẽs. Immortalitas cẽ corporis gloriosi est tam intrinseca quam incorruptibilitas cœli: quãuis supernaturam ei adueniat. ¶Neque Augustinus ad Consentium citatus vbi exemplum ad hoc propositum inducit de tribus pueris, qui in camino ignis illæsi seruati sunt, huic sententiæ refragatur: imò ei patrocinatur. Ait enim illic carni illorum nõ esse addi tam incorruptionem sed igni detractam corrumpendi facultatẽ. Infert tamen inde quod qui virtutem igni detraxit comburendi, potuit carnem post resurrectionem facere, vt non posit corrumpi. Hoc est, quod sit per se incorruptibilis. ¶Adde quod anima tunc informans corpus ad quendam spiritualitatis gradum illud eleuabit, vt sibi ad nutũ seruiat. Ait enim. 13. de ciuitate Dei Augustinus exponens illud Pauli, Seminatur, corpus animale surget spirituale. Non quod caro in spiritum conuertetur: sed quia spiritui summa & mirabili obtemperandi facilitate subdetur vsque ad implendam mortalitatis indissolubilem securissimam voluntatem, omni molestiæ sensu, omni corruptibilitate detracta. Itaque non erit aliud incorruptibilitas quàm indissolubilis informatio, & cõiunctio animæ cum corpore. ¶Vnde ad illud argumentum, quod debent dotes corporis, illis quæ sunt in anima conuenire, respondetur, non opus esse, vt sint perinde qualitates atque illæ: sed sicut illæ sunt vel dispositiões ad operandum, vel operationes ipsæ, ita impassibilitas est perfectissima animæ informatio ad perpetuũ esse corporis. ¶Hinc fit dotem impassibilitatis secundum se considerata nullatenus esse maiorem in beata virgine quàm in infimo beato: quia incorruptibilitas est ipsum esse rei nõ aptum corrumpi: negatio verò hæc aut priuatio, non suscipit magis aut minus. Atque id asserit Glossa super illud. 1. ad Corinth. 15. Surget in incorruptione. Nempe quod æquale omnes habent quod pati non possint. Erunt tamen inæquales ex parte causę. Quod est dicere, Habebũt causas inæquales: quoniam dotes dãtur propter merita præcedentia ex fide per charitatem operante: quæquidem merita non sunt in omnibus paria.

August.

Omnes dotes æquales.

Solutio primi argum.

¶Ad primum igitur argumentum respondet Anselmus in libro illo citato de similitudinibus quòd mortale in definitione hominis à Philosophis adiectum est: qui non nouerũt immortalem vitam totius hominis in anima & corpore: de quo ideo secundũ hãc vitam præsentem philosophati sunt. Vel potest dici, quòd secundum Philosophum. 8. Metaphyc. quia differentiæ essentiales sunt nobis incognitæ, vtimur quandoq; differentijs accidentalibus ad significandum essentiales quæ sunt accidentalium causæ: & ideo nomine mortalis explicantur qualitates contrariæ homini essentiales, quæ sunt mortis causæ. ¶Ad secundum respondetur, quod quanuis in corporibus gloriosis eadem permaneat materia quę in istis inferioribus, quãtum ad substantiam quæ suapte natura est in potentia ad alias formas: est tamen illa potentia ligata per animæ informationem perfectã, vt nequeat amplius illas recipere: quod quidem ligamen non est in via propterea quod nõ ita perfectè dominatur corpori anima nec tam perfectè illud informat. ¶Et per hoc respondetur ad aliud argumentũ, quod quispiam hoc pacto posset adijcere. Contraria, vt. 1. de genera. ait Philosophus, suapte natura inuicem agunt & patiuntur: in corporibus autem gloriosis erunt qualitates contrariæ, vt dictum est: ergo agent inuicẽ & patientur secundum suam vltimam potẽtiam, atque adeò temperamẽtum vitæ corrũpere.

Solutio secũdi argumẽ.

Aliud argumentũ.

Respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondeō inquam, quòd cum elementales qualitates, vt.2.de anima ait Philosoph⁹, sint animę instrumenta (eius enim virtute gubernatur calor naturalis in nutriendi opere) & vbi agens principale perfectum est, & in instrumento nullus est defectus, nequeat actio instrumenti regulam transgredi à principali agenti prescriptam, perfecta illa animę informatio qualitates moderatur, ne possint à debito temperamēto exorbitari. Doctrina est Augustini loco citato ad Consentium, dicentis quòd Deus qui ignem fornacis trium puerorum eatenus compescuit, ne illorum corpora comburerent: seruando in eō tamen naturam, qua posset vrere ligna, potest de ista visibili & tractabili natura corporū, quibusdam manentibus qualitatibus, alias auferre, atque adeò efficere, vt qualitates maneāt cōtrariæ, sine facultate distemperandi corpus. ¶Secunda conclusio. Corpora sanctorū patientur passione perfectiua, nempe recipiendo species sensibiles in sensorijs organis ad sentiendum. Negari enim non pōt quin sentiant: quia corpora gloriosa resurgent, vt distinc.44.dicebamus, perfecta absque aliqua labe aut vitio: ergo habebūt organa sensus: si autem illa essent omnia perpetuo ociosa, tūc vita sanctorū quantum ad corpora somno potius similis esset quàm vigilantium vitæ, quod opinari non decet. Secundo quia vis sensitiua propinquior est & vicinior spirituali virtuti animæ quàm reliquum corpus, sed corpus sanctorum sua suscipiet præmia pro meritis, veluti & corpora damnatorum sua pro demeritis supplicia: ergo & vis sensitiua corporis gloriosi non frustrabitur: veluti in damnatis suas patietur tristitias, delectatio verò sensus non nisi per eorum vsus percipitur. ¶Tertiò sancti mouebuntur motu animali, nam (vt habetur Sapient.3.) tanquàm scintillę in arundineto discurrent: motus verò animalis non fit sine ducatu sensus. Certissimum ergo est beatorum sensus suis potiri vsibus. Neque de hoc vllus ambigit. Quoniam huiusmodi passio adeò corruptionem corporum non machinatur, vt fit eius perfectio. ¶Veruntamē de modo est cōtrouersia: Nam quoniam solent cum sensorijs speciebus qualitates materiales in organis recipi, quæ eorum temperamentum lædunt, vt in auditu patet & in odoratu & potissimum in gustu & tactu, nonnulli negarunt sensatiōes in corporibus gloriosis per susceptionem fieri ab obiecto, sed extra mittendo. Alij verò dixerunt sensus externos ab internis suscipere species vice versa qua modo interiores ab exterioribus eas modo suscipiunt. ¶Neuter tamen istorum modorum rationi consentaneus est. Quoniam potentiæ sensitiuæ non mutabunt naturam suam: sunt autem potētiæ non quidem actiuæ, vt extra mittant, sed passiuæ vt intus suscipiant: idq; respectu suorum obiectorum. Igitur neq; sentire nisi per susceptas species possunt, neque illas nisi à suis proprijs obiectis suscipere. Attamē cum corpora illa non sint susceptiua qualitatum materialium, recipient species spiritales, eo gradu quem vnusquisque sensus exigit. ¶Sed maior ambiguitas est vtrū omnes sensus, suos illic habebunt vsus. De hoc adhibetur tertia conclusio. Certum est quod visus suo fungetur officio. In hanc enim cōclusionem vnanimi consensu omnes conueniunt: Augustinus quidem.22.de ciuit. Dei cap.penulti. Disserit vtrùm corporeo visu tunc videbunt, propterea quòd oculus erit spiritualis. Nihilominus certum est illa non posse videre. Quia spiritualia sub nullo cadunt obiecto sensus, atque adeò neq; sub facultate potentię aut sensorij organi. Proculdubio tamē videbunt sancti cœlestia corpora, & simili ratione se inuicem. Est enim visus sensuum dignissimus, cuius species inter omnes sensibiles plurimum spiritualitatis habent: nulla ergo ratio vetat quominus beati illo fruantur dignissimo sensu. Illius enim medium ad videndum est lumen, quod est cœlestis qualitas: & inter corporum dotes vna est claritas eidem sensui accommoda: videbunt ergo amœnissimum cœlorum splendorem & sanctorum fulgentia corpora. Quinimò & hunc inferiorem elementorum orbem, quæ ideo (vt supra diximus) fore claritate illustranda. Et accedit ratio potissima quòd omnes oculis corporalibus videbunt Christum ad iudicium in forma humana venientem: iuxta illud Apocaly.1.Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, atque adeò ipsum perpetuo aspiciēt in gloria. Imò illa inter accidentales potissima erit fœlicitas. ¶Vnum tamen argumentum poterit fortè quēpiam ancipitem tenere. Cum species visibiles non possint nisi per aerem multiplicari aut, per corpus diaphanum, quod sit transparens, & sanctorum locus sit interna pars cœli quę solida est, & opaca, vt stellæ testantur, quæ nisi opacitatem haberent, non possent solis radios quos suscipiūt, reuerberare, nō apparet quomodo per medium cœlum multiplicabuntur, vt possit beatus distantem alium videre? Respondetur ꝙ etsi cœlum adeò esset oppacū, vt penetrari speciebus nō posset, tū ratione status penetraretur. Nam & penetrabitur cum corporibus gloriosis. Sed tamen miraculum hoc non erit necessarium, quia cœlum empyreum est vsq; adeò transparēs, & lucidū vt multo melius per ipsum quàm per purissimam crystallum visibiles species diffundantur. Non enim est sicut astra quæ foras emittunt lucem, vt supra diximus, sed sicut illuminatus aer. Quinimò hinc aliud emergit argumentum in cōtrarium. Eximiū enim lumen in speculo, vt experiētia docet, impedit ne per species obiecti in ipso receptas ipsum earum obiectum videatur: ergo tam ingens splendoris vehementia obstaculo erit, tum ne obiecta possint species diffundere, tum ne pupilla tanta claritate suffusa possit illas suscipere. ¶Præterea beati nō poterunt ad tantam distantiam videre: præsertim, si vt par est, omnes visu corporeo intueri habent Christum. ¶Veruntamen respōdetur ad primum, quòd vehementia luminis nil per se obstat visui, quinimò quo splendidius est, melius ad videndum seruit: nisi visus debilitas obstet, vt in vespertilione respectu solis. In speculo enim ob id non videtur obiectum per species in ipso reflexas, quod ipsas reflectere nequit, nisi dorsum opacum habeat, quæ ratiōe illi à tergo adhibetur plūbum, quod obscuritatem faciat: & quia nimius radiorum solarium fulgor illam obscuritatem contegit, obstat ne in speculo videatur obiectū. In cœlo verò, quia nulla erit potentiæ debilitas, nil luminis vehemētia obstabit visui, quinetiā limpidissimæ erit visionis causa. Et pariter respondetur ad secundum, quòd acutissima illic erit acies & acumen visus: & ideo tenuissimo cono & angulo specierū immutabitur, atq; adeò à quàm longissima distantia videbunt. ¶Et re vera siue hoc fic fiat ex natura oculi, & luminis, siue supernaturali virtute: pie tamen credendum est oēs semper visuros Christi humanitatē. Imò & ex beatis se inuicem multos: præsertim quod vt infra videbim⁹, moueri poterunt ad videndū nunc alios, tunc verò alios. ¶Secūdus sensus ordine & spiritualitatis & eminentiæ in cerebro est auditus quem non nulli negant vsum illic habiturum, dicentes quòd solus visus & tactus suis officijs fungētur. Statuitur nihilominus quarta cōclusio. Auditus etiā in illa fœlicitate habebit vsum fœlicissimum. De huiusmodi sensationibus, vt Augustinus.22.de ciuita. Dei capi.vlti.ait. nihil temere definire debemus: quia nec excogitare illa quæ illic euenient possumus. Sunt nanque vt est apud Sapientem cogitationes mortalium timidæ incertęque prouidentiæ nostræ. Veruntamen de illis modulo nostro possumus vtcunque coniectari. ¶Coniectura autem est. vt quicquid ad gloriam Dei sanctorumque attinet, quæ in illa æternitate affirmari crediq; facilè possit, affirmetur. Soni verò & armonia, quæ perfectum est auditus obiectu, nnil illius æternitatis vetat, quominus intonari possint, & audiri. Illa enim quatuor animalia quæ Ioanni Apocaly.4.apparuisse referuntur, ait Ioannes quòd requiem non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus omnipotens. Quod ecclesia quotidie in sacris referens, Deum ipsum precatur vt cum ipsis angelis qui quotidie clamare nō cessant nostros cantus admittat. Cum ergo musica hæc ad literam possit absq; vlla absurditate intelligi, nulla est ratio, cur sic non intelligantur. Vnde & super illud Psalmi penultimi. Exultabunt sancti in gloria, & exultationes Dei in gutture eorum, ait Augustinus, quòd sanctorum corda & linguæ non cessabunt laudare Deum. ¶Secundo. Cum vsus linguæ ad exprimēdum humanos conceptus natura hoibus, ea rōne concesserit, ꝙ homo est animal politicum, & natum in societate viuere: quæ quidem societas per huiusmodi conceptuum communicationē colitur, & vegetatur, ratio non permittit quod sancti in cœlo vbi natura perficienda est, illo dō[illegible]rētur. Nam etsi ad beatitudinem essentialem sat beatis sit in verbo ea videre, quæ illos fœlices faciunt, erit tamen perquā iocundum fratribus habitantibus in vnum colloquia secum inuicem nectere, & multo fœlicius laudes Dei, quas mente concipiunt linguis efferre: quandoquidem & in hac ecclesia militanti illis vocalibus laudibus Deus colatur, & in illa triumphāti corpora etiam habebunt sancti. ¶Tertiò. Sicut pulchrū delectat visum, ita & auditum suauitas musicæ, adeò vt Pythagoras cœlestes orbes suis motibus cogitaret armoniam facere: ergo sicut oculi illic suo non frustrabuntur gaudio & lætitia, ita neq; aures. ¶Accedit illud quod supra diximus. Nempe sentētiam illam. Esuriui & dedistis mihi manducare &c. Et veni-

August.
Secunda cōclusio.
Duo modi errandi de beatorū sensationibus.
Tertia conclusio.
Argumentum.
August.
Aliud argumentū.
Responsa.
Argumentum contra conclusionē.
Quarta conclusio de auditu.
Coniectura cōclusionis.
Secunda rō.
Tertia ratio.
Ratio 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

te benedicti patris mei sonoravoce pronunciatum iri. Quod si ita fiet, nil mirum si contemplemur Christum nonnunquam beatissimæ matri & reliquis sanctis eum laudantibus vicissim loquutum ire. Illa enim vita erit in corpore & anima iocundissima non ergo est cur vel Christum, vel reliquos sanctos mutos fore credamus. Quod si non erũt muti, certè neq; surdi. ¶At verò quanuis loco citato in Apocalyp. dicatur quòd requiẽ non habent clamantia, fortasse non tã ad rigorem literæ intelligitur, sed quòd clamabant ordine quodã & per vices cantus quandoq; pausando. ¶Tota verò difficultas in hac suscipienda sententia huc incũbit, quot vocalis sermo quomodo fiat nõ intelligitur nisi aeris verberatione, qui in cœlo non est, item neq; fieri põt in corpore solido, quod inscindi nequeat, Nã vox multiplicatur per motum: at verò corpus cœleste discindi non est possibile. ¶Ad hoc Diuus Thomas in secundo sen. distin. 2. quæst. 2. arti. 2. bifariam respondet. Vno modo, quod soni illi & voces multiplicabuntur per sonoras species sine motu, atque adeò sine incisione corporis: ad modum quo species visibiles multiplicãtur sine incisione aeris. Nihilominus adhibet solutionem secundam, quòd possunt multiplicari, soni per incisionem partium cœli empyrei, quod eius ignobilitati nõ est tribuendum: eo quod factum sit propter beatorum statum & scinditur impulsione beatæ linguæ. Et Ricardus distinctione præsenti. art. 4. quęst. 3. hanc secundam amplectitur opinionem, quæ ideo videtur fuisse antiqua. Neque inde infertur ait Diuus Tho. cœlum illud esse corruptibile: quoniã raritas inquit, & densitas illius cœli nõ sunt eiusd[illegible]onis cum eiusmodi qualitatibus quæ sunt apud nos. Obidque licet partes, dum discinduntur condensentur, & dum concurrunt, rarefiant, non ideo corpus est corruptibile. ¶At verò profectò nõ est facilè sic de incorruptibili cœlo sentire: cum scindi corruptio sit. Præterea est argumentum ex qua materia voces illæ fiant. Nam si dicas fieri ex aere quò in pulmone latet, cum illo expirato, qui finitus est, non posset alius inspirari, facilè materia illarum vocũ absumeretur. Et ideo fortasse voces illæ per species spirituales, ceu visibiles, modo nobis occulto efformantur. ¶Tres alij sensus plus habent materialitatis: inter illos verò minus olfactus, cuius ideo organum in cerebro eminẽtius est organo gustus de quo statuitur quinta cõclusio. Odor illic suauissimus sentietur. Est tamen hic adnotandum, quòd in illa fœlicitate nullũ erit prorsus corpus nisi cœlum, & corpora gloriosa. Quare nullus illic potest esse odor extraneus sicuti apud nos florum, aut fructuũ, aut pigmentorum. Quocirca illud Apocalyp. 5. de senioribus illis habentibus singulis phialas aureas plenas odoramẽtorũ, quæ sunt orationes sanctõrum: & quicquid simile in sacris literis reperiatur, per metaphorã intelligendum est. Orationes enim, vt est in psalmo. 140. Sicut odoriferum incensum diriguntur in conspectu Dei. Veruntamẽ corpora ipsa gloriosa erũt odorifera ob temperatissimam primarum qualitatum complexionem: stomachus inquam substantia erit odorifera plenus & reliqui humores odorẽ mittẽt. Etenim si sanctorum cadauera in terris odore fragrant, nihil mirum, si eadem resurgentia corpora in cœlesti beatitudine cœlestibus odoribus recrentur. ¶Quod si arguas odorem non emitti nisi per effumationem, vt apud nos apparet. Respondetur hoc accidere propter humiditatem quæ odoris sedes est, quæ vt illum emittat, igne est resoluenda. Non tamẽ hoc de essentia odoris censetur. Nam vultures à remotissima distantia cadauera olfactu præsentiscũt, ad quam fœtoris fumus pertingere nequit. ¶Reliqui duo sensus, nempe gustus, & tactus omnino sunt materiales: gustus enim pars quædã est tactus. De tactu ergo subiungitur sexta conclusio, quæ cunctis est receptissima. Vsus tactus erit in patria: nam beati per orbes cœlestes transeuntes, & in empyreo existentes, tactum cœlorum sentient, quanuis per illos penetrent, & poterunt se inuicem manu tangere, & amplexari: tactus enim ille nihil ad corruptionem corporum machinabitur, sed erit sensus perfectio: quoniam species tangibiles non secum deferent reales qualitates, sicuti in nobis caloris & frigoris, iusto temperamento humano corpori aduersæ: quia illa beata corpora non patientur passione propriè dicta distemperante corpus, sed recipiẽt illas species spũali modo, vt visibiles. Quinimò & homines non glorificati poterunt glorificatum corpus tangere: nam qui per eundem locum quo ipsum est vellet transire, nõ posset. ¶Quinetiã corpora gloriosa non solum tangibilia sunt, verum & palpantur. Cuius testimonium exhibuit Christus Lucæ vltimo, dicens discipulis, palpate, & videte.

Nota.

Magnũ argumentum contra conclusio.

Ricardus.

Quinta conclusio.

Argumentum.

Sexta conclusio.

Palpare

Palpare.

Palpare enim plus quippiam addit super id quod est tangere. Primæ enim qualitates, vt cãliditas, & frigiditas, tangibiles sunt, & ideo elementa in quibus existunt, tanguntur, vt aer, aqua & ignis, non tamen palpantur, quia non sunt consistentia, & solida, requiritur enim ad hoc quòd res sit palpabilis, vt suo proprio termino consistat. ¶De gustu verò adhibetur septima, postrẽmaque conclusio. Gustus proprium vsum non habebit per saporem extrinsecum. Certum enim est quòd illic, vt ait Christus, neque nubent, neque nubentur, atq; adeò nullus erit cibi potusue vsus, quia neque erit animalis vita. Etenim cum sapor non propter se à natura fuerit animalibus tributus, sed propter necessitatem cibi, & potus, nulla erit frustratio, si illa necessitate cessante, nullus illic sit sapor. Nihilominus probabilitate nõ caret ex optimo qualitatum temperamento perinde humorem aliquem perpetuum inesse illic linguæ, vt diximus odorẽ etiam in corpus diffundi: nempe, vt beati nullo vsus sensus corporei frustrẽtur: humor autem ille saporem faciet omnium suauissimum, qui est in hac vita mortali. ¶Circa huiusmodi autem sensatiões omnes poterit quis dubitare, vtrùm per illas beatus noua concipiet rerum iudicia. Respondetur autem quòd recipiet noua iudicia sensus communis, quæ sunt noua experimenta, non autem noua iudicia intellectus: quoniam beatus omnia quæ ad suum statum attinent, scit, licet sit postea expertus. Quemadmodum Astrologus sciens futuram ecclypsin, postea illam experitur. Vnde quod ait supra citatus Augustinus illic non fore cogitationes volubiles, intelligitur de intellectualibus iudicijs.

Septima cõclusio.

Iudicium sensus.

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm subtilitas sit inter dotes corporis gloriosi connumeranda.

Secunda dos est subtilitas, quã diximus impassibilitati esse annexam, & ideo de illa quæritur vtrùm sit inter dotes corporis gloriosi connumeranda. Et arguitur à parte negatiua. Dotes corporis gloriosi excedunt similes omnes qualitates naturales: vt claritas claritatem solis, & agilitas perniciissimum ventorum volatum: ergo si illic erit subtilitas, debet subtilitates omniũ corporum naturalium excedere, vt aeris: in tanta verò subtilitate nequit humana natura seruari. ¶Secundò arguitur. Si subtilitatis dos erit in corpore glorioso, effectus eius, vt fertur, erit vt glorificatum corpus cum alio se corpore in eodem loco penetrare valeat. Reformabitur enim corpus humilitatis nostræ, vt ad Philippenses. 3. ait Paulus configuratum corpori claritatis Christi, & Christus post resurrectionem, vt refertur Ioannis. 20. ianuis clausis ad discipulos ingressus est: cõsequens tamẽ videtur falsum. Nam dos subtilitatis nequit à corpore corpulentiam qua locum replet auferre: illa verò permanente non potest se cum alio corpore penetrare. ¶Tertiò. Si subtilitas ad dotes corporis gloriosi pertineret faceret ipsum non esse palpabile, tum quod Gregorius in Homilia octauæ paschæ. Corrũpi inquit necesse est quod palpatur, tum quod si palpabile esset resisteret alteri corpori eundem secum intrantem locum, atque adeò non valeret se cum illo penetrare. Quod autem non faciat corpus impalpabile docuit Christus Lucæ vlti. dicens, Discipulis post resurrectionem. Palpate & videte: nulla ergo erit dos subtilitatis. ¶In cõtrarium est verbum citatum Apostoli primæ ad Corinth. 15. Seminatur corpus animale surget spirituale, idest, spiritui simile: subtilitas enim corporis spiritualitatẽ designat.

Tertiunegatiua argumentum primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentu.

Pars affirmatiua.

¶Ad hanc quæstionem quatuor conclusionibus respondet. Est tamen primũ animaduertendum, quòd subtilitatis nomine spiritualitas corporis gloriosi designatur, vt in verbo Apostoli citato innuitur. Nomen aũt subtilitatis, vt patet in aqua, & præcipuè in aere à penetratiua virtute sumptũ est. Nam vt. 2. de genera. ait Philosophus subtile est, quod est partibus ac partiũ partibus subintrandis aptum. Ob naturam enim humidi, quod malè termino proprio terminatur, bene tamen alieno, vt in aqua conspicimus, corpus quod tangit vsq; ad minimam partem influit: & ideo figuram vasis in quo recipitur facilè suscipit, nõ proprio sed alieno termino contenta. ¶Hæc autem penetrãdi virtus quæ subtilitas dicitur, aut ex tenuitate quantitatis prouenit, vt in acus cuspide, aut ex raritatis qualitate, vt in aere. Tenuitas, nãque materiæ secundum latum & profundũ, licet res sit longa, vt acus, facit, vt facilè penetret. Et hæc subtilitas dicitur acuties. Similiter paucitas materiæ, vnde raritas nascitur

Subtilitatis nomen.

Duplex subtilitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eũdem habet effectum: & ideo aqua, & plus aer, & plurimum ignis nomẽ subtilitatis obtinent, in quibus forma materiæ propter eiusdem materiæ paucitatem optimè dominatur. Atqui à subtilitate primi generis ratione acutiei quantitatis translatum est nomẽ ad res alias quæ virtutem habent penetrandi, siue corporeæ sint, vt Sol, cuius virtus ad intima rerum penetrat, siue spirituales vt est intellectus, qui rerum veritates penitissimas scrutatur. Et pariter dicitur subtilissimus visus, qui vsque ad minima videnda penetrat: & pari modo tactus, atque alius quiuis sensus. ¶Subtilitatem ergo trifariam corporibus gloriosis diuersi tribuerũt Hęretici: nam que quos Augustin' refert, opinati sunt corpus gloriosum conuertendum esse in spiritum secundum substantiam, qualis est ipsa anima. Quem errorem confutat libr. 13. de ciuitate Dei capite. 23. ¶Conuincitur enim illorum error, vt libr. de duabus naturis ostendit Boetius. Primo, quia transitus vnius in alterum fieri nequit, nisi in materia communicent: materia autem corpori & spiritui cõmunis esse non potest, quando quidem spiritualia immaterialia sunt. ¶Secundò, quia tunc corpora mortua non eadem resurgerent, neque homo post resurrectionem constaret ex corpore, & anima. ¶Tertiò, quia si corpora conuertẽda essent in spiritum, conuerterentur in animam, & sic Apostolus nõ dixisset, resurget spirituale, sed animale: & tũ non dixit nisi quod seminatur animale, resurget spirituale, hoc est seminatur terrenũ, & graue tanquàm vitam habens animalem, & mortalem: & resurget spirituale, id est, ad modum spiritus animæ obtemperans.

Tres modi dicendi.

Hæresis reprobatio.

¶Alij deinde hæretici dixerunt, quòd corpora resurgẽt spiritualia propter materiæ paucitatem & raritatẽ. Itaq; erunt aerea, vt li. 14. Mora. c. 31. refert. Fuit em Euticius Constantinopolitanus Eps cum quo Gregorius de hac re congressus fuit. Aiebat enim quòd nõ resurget corpus palpabile. Hæresis autem hęc condemnatur verbo illo Christi Lucæ vltimo Palpate & videte. Quæquidem verba blasphemus ille aiebat Christum dixisse, nõ quia palpabile habebat corpus, sed vt discipulis resurrexisse se persuaderet. Atverò si verũ nõ dicebat, quomodo verũ persuadebat? Præsertim cum subiũxerit. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere? Si enim corpora resurgentium essent aerea, essent sicut phantasmata, vt Apostoli putabant esse corpus Christi, neque ossibus, neque vera carne compacta, quia os & caro tantam non ferunt raritatem, & tamen Iob capit. 19. In carne mea inquit, videbo Deum.

Alij hæretici.

¶His ergo errorib' reiectis sit prima cõclusio. Corpora gloriosa habebunt subtilitatis dotẽ propter cõpletissimã eorum perfectionem & aptissimam complexionem, qua erunt animæ dominio instar spiritus subdita. Queadmodum aer & aqua formam continentis vasis promptissimo obsequio suscipiunt. ¶Hanc autem corporis perfectionem quidam, vt supra retulimus, quintæ essentiæ adscribebant, quæ elemẽtis tunc maximè dominabitur. Sed iã diximus hãc quintã essentiã locum in elementis nõ habere, neque posse illa sic euincere, vt in naturam cœlestem vertant: sed quintam essentiam solum esse cœlorum naturam. Non ergo aliũde dos subtilitatis conuenit corporibus q̃ ex dominio animæ perfectissimè dominantis, actuantisque corpus. Quo fit vt hæc dos nõ antecedat, sed subsequatur animæ informationem: per quam corpori tribuit esse, vt diximus, incorruptibile & impassibile, atque adeò aptitudo illa & facilitas, vt perfectissimè obtemperet. Nam forma suas secum affert dispositiones tanquã propriasei us passiones, vt patet de forma ignis cum in materia inducitur. ¶Differentiam autem impassibilitatis à subtilitate, & agilitate Diuus Thomas sic constituit, quod subtilitas sit omnium prima videlicet per quam corpus apte & idoneè suscipit formam sub ratione informantis ipsum, dantisque ei esse perpetuum: instar aeris & aquæ, quæ propter suam subtilitatem facillimè suscipit vasis continentis formam. Sed agilitas conuenit ei quatenus subijcitur eidem animæ ceu motori: & claritas quatenus subijcitur ad alias operationes: impassibilitas verò quatenus anima illud cõseruat. Quocirca impassibilitas secundum Sanctũ Thomam non erit prima sed vltima dotium. ¶Durandus verò distinctione. 44. quæstione. 5. quem Paludanus sequitur quæstione. 3. aliam rationem affert, nempe, quod dos impassibilitatis conueniat corpori omnium prima scilicet quatenus subditur animæ in ratione formæ dantis ei esse perpetuum: subtilitas verò sit secunda qua scilicet subditur eidem animæ, vt motori quantùm ad reliquas operationes pręter localem motum quales sunt sensationes & appetitiones appetitus sensitiui. Sed agilitas quatenus

Prima conclusio.

Cõtra quintam essentiam.

Constitutio S. Thomæ.

Alia ratio distinguẽdi dotes.

nus animæ obediens est in motu locali. At verò tunc non restaret ratio, qua claritas ei conueniret: & ideo si impassibilitas ponatur prima, quod re vera eo quod esse perpetuũ actiones præcedit, congruentissimum est, sic videtur ordo istarum dotum constituendus. Sunt enim in omnibus tria, scilicet, esse quòd est omnium fundamentum. Et potentiæ ad operandum, quæ inde proximè effluunt ac denique operationes. Impassibilitas ergo est dispositio corporis recipientis perfectum esse. Subtilitas vero potest ei annecti secundum eorum opinionem, qui aiunt ratione illius posse corpus gloriosum penetrari cum alio corpore: quia hoc est genus incorruptibilitatis non cedere alteri in eodem loco. Si verò cum S. Thoma id negef dicendũ fortè, q̃ per subtilitatem corpus fit idoneũ obtẽperatque animæ in suscipiendis facilè potẽtijs & organis & viribus, ac demũ debitis cõplexiõibus corporis, quę proximè fluunt ex essentia hominis, vt aptum fiat ad operandum: veluti subtilia, vt aer & ignis maximè mobilia sunt. Claritas verò pertinet ad operationem sensuum, & maximè visus: ac demum agilitas ad localem motum.

Secũda autoritas.

Solutio primi argum.

¶Et per hoc solutum restat primum argumentum. Subtilitas nanque corporis gloriosi non prouenit ex acumine quantitatis, vt in acu, aut ex paruitate & raritate materiæ, vt in aqua, vel aere. Nam tanta est materia in corpore glorioso quanta ad debitam hominis compositionem necessaria est: sed dos subtilitatis est habilitas, vt corpus debite ab anima, vel informetur, vt ait D. Thomas, vel vt potentias & organa & debitas vires suscipiat ad operandum. ¶Hinc ambiguitatis colligitur solutio de essentia huius dotis, sit ne qualitas distincta à corpore: Scotus enim distinctione præsenti quæstione, 16. negat esse qualitatem, cui Durãdus adstipulatur distinctione. 44. quæstione quinta. Sed Paludanus quæstione. 3. probabile existimat esse qualitatem. At verò Diuus Thomas id non insinuat. Neque verò opus est has qualitates absque necessitate multiplicare. Vnde sicut de impassibilitate diximus, ita & de subtilitate dicere possumus, quòd non sit aliud quàm habilitas corporis propter animæ informationem, vt facilè vires & potentias accipiat operandi quæ ex ipso esse perpetuo effluunt. Tametsi non magni referat dicere, quòd sit qualitas.

¶De effectu autem huius dotis etiam controuertitur. Vtrùm scilicet virtute illius possit corpus gloriosum cum alio se penetrare: hæc autem quæstio aliam præsupponit. Vtrùm, scilicet, id sit siue possibile virtute dotis, siue alia diuina. ¶Primum omniũ opinari quis forsan posset nulla opus esse corpori glorioso virtute penetrandi se cum cœlo empyreo: sed quod cœlum posset diuidi sicuti aer vel aqua. Dixit enim (vt paulo ante retulimus Sanctus Thomas. 2. sententiarũ quæstione. 2. articulo. 2.) quòd diuiditur ad formandas beatorum voces, idque ipsum opinatur Ricardus distinctione præsenti quæstione. 3. articulo. 4. At verò hoc certè non est bene opinabile. Tum quòd nec voces videntur illic formari ex aere, tum quòd non est intellectu facilè quomodo corpus illud sit incorruptibile, & tamen sit diuisibile. Vt de Iob. 37. Cœli velut ære solidissimi fundati sunt. Quare nec Diuus Thomas nec Ricardus fateri audent, quòd diuidantur ad motum corporum glorificatorum quicquid de sono dixerint. Præsertim quòd de alijs sphęris cœlestibus inferioribus suspicatur nemo esse diuisibiles, per quas tamen ascendit Christus, ascendentque beati resumptis corporibus. ¶Quò ergo ad penetrationem redeamus, eam Philosophi constanter negabunt. Enimuerò, vt Philosophus, & Commentator. 4. Physic. capit. de vacuo docent impossibilitas essendi duo corpora in eodem loco ex eorum mathematicis terminis prouenit: vocant autem mathematicos terminos dimensiones quantitatis. Quare dicunt, quòd si cubus nempe quadrata quantitas absque physico corpore esset in loco, non posset secum aliud corpus ibidem compati secus si sint duo corpora vnicam habentia quantitatem, vt materia & forma materia enim & forma ligni in eodem sunt loco adæquato. Hinc ergo lumine naturali colligitur duo corpora non posse penetratiuè in eodem existere loco. Quinuerò Durandus in. 4. distinct. 44. quæstione. 6. cui Paludanus adstipulatur quæstione. 3. tanquam probabilem opinionem sustinet, q̃ per nullam potentiã Deus potest facere, vt duo corpora in eodem loco se penetrent simul. Et ratio eius est, quoniam non minus necesse est duo corpora distingui ab inuicem situ & loco quam partes eiusdem corporis situ inter se distare: nam cum ante diuisionem necesse erat partes distare loco, id ipsum necesse erit postquam sunt duo: partes autem eiusdem

Cœlinõ sunt diuisibiles.

Duran. & Paludanus.

Universidad de Deusto Biblioteca

iusdem corporis nõ possunt esse simul: quia de intrinseca ratione cuiusque corporis est habere partem extra partem situ & loco distantes: ergo & duo corpora necesse est sic distare. ¶ Et confirmatur eadem minor propositio, quoniam si non esset necesse partes eiusdem corporis distare, posset secunda medietas poni in eodem loco cum prima: & rursus si illic consideres duas medietates posset poni secunda vbi est prima: atque adeò sic conduplicando posset cœlum poni in loco vnius grani milij, quod non est opinabile.

Boetius. ¶ Tertium argumentum sumitur ex Boetio libro primo de trinitate capit. 1. vbi ait quod differentia indiuidualis sumitur ex accidentibus: duo enim homines nõ genere aut specie, sed accidentibus distant: potissimum autem est locus & ideo fingere (inquit) duo corpora in vno loco non possumus. Alia afferunt minoris efficaciæ argumenta. ¶ His tamen nihil obstantibus subiungitur secunda

Secunda cõclusio. conclusio. Per diuinam omnipotentiam fieri potest, vt duo corpora in eodem loco simul consistant. At verò cum hoc per naturã fieri nequeat non potest conclusio ratiõe naturali monstrari, neque vllus merè philosophus eam reciperet: sed satis est supposita fide rationes quæ contrariæ apparent dissoluere. Est ergo conclusio de fide saltim secun-

Sacra testimonia. dum communem scripturæ sacræ interpretationem. Sanè cum Christus illęsis cõclusisq; virgineis claustris natus fuerit, & occluso sepulchro resurrexerit, & ad discipulos obseratis ianuis ingressus fuerit, & per cœlorũ corpora ascendens ad patrem absque eorum incisione penetrauerit, & similiter in die iudicij ascendẽt cum eo beati in corporibus gloriosis, & cum cœlo se Empyreo penetrabũt.

Durãdi responsa. ¶ Durandus quidem & Paludanus ad omnia ista respondere nituntur, quasi non sint de fide. Aiunt quippe, quòd fortè latera vasis intemeratæ virginis absque ruptione poterant dilatari: & cœli scindi virtute diuina. Neque expressè habetur, vt aiunt, in euangelio quod Christus clauso sepulchro resurrexit, aut quòd per fores clausas fuerit ingressus, sed quòd eranꝫ clausæ dum venit. ¶ Sunt

Reprobatio. autem cauillationes istæ minimè tutæ: imò videntur sacris textibus inimicæ. Quare Damascenus libro. 3. cap. vltimo. Corpus inquit, gloriosum erit spirituale, quale fuit corpus domini post resurrectionẽ, clausis ianuis pertransiẽs. ¶ Ratio ergo possibilitatis huius, vt ait Diuus Tho. est quòd necessitas: vt quodcunq; corpus vnũ sibi propriũ vindicet locũ neque eundem duo simul naturaliter replere valeant, est diuersitas materiæ, quæ distinctionem situs exigit: vnde prouenit, vt eum duo per mixtionẽ in vnum coeunt, nequeat id fieri, nisi vtroque destructo vnum fiat tertium: vt dum aqua infunditur vino. Igitur cum esse cuiusque corporis à suis intrinsecis principijs: ceu à causa secũda pendeat: à Deo verò tanquã à causa prima, & quicquid Deꝰ facit cum causa secunda, facere se solo possit præter ordinem eiusdem causæ, potest duo corpora, vtroq; in suo esse conseruato, in eodem loco ponere. Quemadmodum accidens quòd naturaliter mediante subiecto conseruat, potest subiecto destructo se solo conseruare: vt fides nos in sancto Sacramento docet. ¶ Secundo id probatur. Sicut forma & materia lapidem componentes sunt per eandem quantitatem in eodem loco, potest Deus eodem loco supernaturaliter seruare separatas, suam vtrique quantitatem tribuendo. ¶ Scotus verò loco citato distin. præsenti quæst. 16. hanc rationem D. Thomæ refutat. Impossibile enim, inquit, est, quòd Deus rẽ aliquam absq; suis principijs intrinsecis conseruet, cuius contrarium hic Diuus Thomas affirmare videtur. At verò Diuus Tho. nunquam id somniauit: nam quando duo corpora virtute diuina sunt in eodem loco, vtriusque principia intrinseca illic seruantur. Sed vult dicere, quòd cum duo esse distincta duorum indiuiduorum penẽ ãt à distinctio ne materiæ, & distinctio materiæ ex distinctis situbus in diuersis locis, facit Deꝰ, vt quãuis non sint in diuersis locis, nec habeant diuersos situs, habeant esse distincta in eodem loco. ¶ Alij probant eo quod quãtitatis duo sunt officia, scilicet, facere corpus quantum: nempe in suis partibus extensum: & extendere in ordine ad locum, & ipsum occupare. Primum autem habet in genere causæ formalis: & posterius in genere causæ efficiẽtis. Potest ergo Deus seruato priori, secundum effectum impedire, vt corpus non occupet locum. Hæc verò ratio nõ est, vt iacet admittenda. Quantitas em̃ corporis se penetrantis cum alio non impeditur, quin occupet locum: imò vtrunque eundem locum occupat ne aliud naturaliter subintret sicut solũ absque alio occuparet: etiam si esset glorificatũ: sed solum fit, vt vtraq; quantitas alteram secum virtute diuina admittat. Neque verò naturaliter illã repellit in genere causæ efficientis, sed

Redargutio Scoti.

Aliaratio.

Solutio argumentum Durandi. tis, sed quia locum occupat. ¶ Vnde ad argumentum Duran. negatur tam intrinsecum esse quantitati extendere corpus in ordine ad locum, quàm ordinare partes in se: Christus enim cum sua quantitate est in sacramẽto, quod certè Durand. sine periculo negare non potest: & tamen non extenditur in ordine ad locum, & hoc certè maius est miraculũ quam ponere duo corpora in eodem loco: vbi neutra impeditur quantitas, quominus sit extensa in ordine ad locum. Et ad aliud conceditur ꝙ potest tota quantitas cœli poni in tanto loco quantum est granũ milij. Imò in minori, nam & quantitas corporis Christi est in sacramento sub quocũq; punctò specierum: nec hoc licet Theologo negare. Atq; adeò nec ambigere quin Deus possit duo corpora in eodem loco collocare.

Solutio rõis Philosophorũ. ¶ Vnde ad rationem Philosophorum respõdetur. Dimensiones corporum solum obstare ne naturaliter duo corpora eodem simul loco esse possint, non autẽ quin Deus supra naturali virtute id valeat efficere. ¶ Et similiter respondetur ad Boetium, ꝙ loquebatur

Ad argumẽtum Boetij. mera rerum natura pensata. Principia enim indiuiduationis naturalia sunt tempus, & locus: duo nanq; homines non differũt numero, nisi quia vnus hoc tempore & loco ꝓductus fuit, alius alio: nequeunt enim naturaliter duo in eodem adęquato loco & tẽpore simul produci, secus autẽ virtute Dei, qui non dependet in operando ex loco & tempore. Et ex eodem principio soluuntur aliæ rationes plurimæ, quæ à diuersis doctoribus in fauorem Philosophorum fieri consueuerunt. ¶ Veruntamen hac supposita veritate hoc Theologum inde exurgit dubium. Vtrùm possibilitas hæc penetrandi se vnum corpus cum alio in eodem loco glorificato corpori virtute huius dotis subtilitatis cõpetat. Duo

Duo de subtilitate errorũ. enim de hac re fuerunt errores. Vnus quem supra retulimus illius Euthicij Constantinopoli. ꝙ corpora glorificata virtute dotis subtilitatis erunt aerea atq; adeò poterunt per poros cuiuscunq; alterius corporis penetrare. Hæc tã absurda hæresis est quæ veritatẽ humani corporis tollit, Sanè cum corpus tũc nõ esset palpabile, nec verã haberet carnem & ossa, cuius contrariũ Christus discipulis persuasum curauit. Nam caro & ossa aeream raritatẽ non ferunt. ¶ Sed alius fuit error pau

Secundus error. lomin⁹ absurdus, ꝙ virtute subtilitatis habet corpus glorificatũ posse suam figurã variare & in quancumq; paruissimã quantitatẽ contrahere, vt posit per quẽcunq; porum quantumuis paruũ se se collare. Et ita dicunt natũ fuisse Christũ, intrasseq; ianuis clausis per orificiũ exiguũ, & rimulas. Atq; ita dicũt posse penetrare per cœlum. ¶ Sed tã & hæc cogitatio veritatẽ tollit humani corporis: salua

Reprobatio enim corporis cõsistentia non põt quãtitas nisi per cõdensationẽ minui, vt quãdo aqua gelatur, corpus aũt humanũ tantam condensationem non suffert: & multo minus gloriosum, quod cũ sit incorruptibile, non est condensabile. Imò licet fieret, vel per cõdensationem, vel per substractionẽ, alia via, quantitatis, nõ posset humana figura sub tam exigua quãtitate seruari, imò fieret monstrũ hoĩs, vt formica, quod decentiã corporis gloriosi absurdissimẽ dedeceret. Pręterquam ꝙ cœli nõ habent poros per quos corpus posset beati transire. ¶ Sunt ergo hmõi figmenta deridicula: & ideo aliter inter Theologos variatur opinio supposita veritate, ꝙ posit se corpus gloriosum penetrare cum alio. Scotus enim quæst. 16. citata ait, penetrationẽ hanc ratiõe subtilitatis prouenire. At verò S. Tho. d. 44. id negat, cum quo Duran. cõsentit. & Ricardus distin. pnũ arti. 4. q. 5. ¶ Arbitror tã dissi

Tertia cõclusio. dium potius in verbis cõsistere, q̃ in re. Nihilominus rigore propriè loquẽdi seruato subiungitur tertia cõclusio. Quòd se corpus gloriosum cũ alio penetret virtute dotis subtilitatis nõ habet, sed sola id virtus diuina facit. Probatur prior pars. Nulla virtus quę in corpore glorioso existat põt illud facere cũ alio penetrabile, nisi tollendo penetratiõis impedimentũ quod est quãtitatis dimensio: hoc aũt virtus subtilitatis efficere non põt: nam si ponatur esse qualitas, siue corporalis, siue spũalis non est actiua, vt sic illã valeat quantitatem, corpulentiãq; tollere, rõne cuius nequit cum alio se penetrare. ¶ Item quia illam tollere nõ posset nisi corpus corrũpendo: nã quãtitas illa compositionẽ corporis insequitur: est enim conditio materiæ, quæ verè est in corpore glorioso, corpus aũt illud non est corruptibile. ¶ Præterea quanuis fingeretur posse citra corruptionẽ corporis quantitas tolli, nihilominus ablatio illa defectus esset potius corporis, q̃ perfectio, dos aũt subtilitatis ad perfectionẽ spectat. Et rõnes istæ, quãuis quomodolibet de hac dote loquamur, energiam habeant, efficaciorẽ tamen si hmõi dos non ponat esse qualitas & virtus adiecta corpori, quod Scotus cõcedit. Sunt qui similitudinem huius penetrationis ex coexistentia lumi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia luminis cum aere & ignis cum ferro ducunt. Hæc verò exempla licet ad explicandã rem vulgo conferant, non tñ re vera sunt legitima: qm̃ lumen non est corpus. Neque in ferro ignito est substantia ignis: quippe quę tam densam materiam non secum permittat. Quapropter neque illic est tam intensus calor quàm in flamma candelæ: quia tanta intensio non est nisi cum forma ignis. Veruntamen propter multitudinem & densitatem materiæ ferri imbibitum illic est plus caloris obidq; vehemẽtius vrit, quam flamma candelæ. ¶ Alij fingunt, vt ipse Scotus refert, q̃ dos subtilitatis quanuis quãtitatem à corpore non adimat, facit tñ vt non occupet locum, & ideo põt cum alio se penetrare: hæc tamen fictio vana est, tum q̃ natiuũ est quãtitati, & ab illa inseparabile, locum occupare, tum q̃ vanissimum est dicere corpus gloriosum nõ occupare locum: tunc em̃ quodcunq; aliud corpus posset naturaliter eundẽ locum intrare. Neq; illa esset in corpore glorioso penetrationis virtus, sed euacuandi locum. Cum tñ corpus gloriosum locum repleat, quare qñ aliud est se cum in eodem loco vtrũq; per se illud replet. ¶ Item sequeret, q̃ vnũ corpus gloriosum posset se penetrare cũ alio glorioso, quod nullus Theologorũ admittit, nec admittendũ est: quia est cõtra illorũ corporum decentiã, & decorẽ. ¶ Aliũ modũ refert Ricardus, neq; oĩno reputat improbabilẽ, nempe q̃ impossibilitas penetrationis non solũ ex dimensiõibus proueniat, sed ex debilitate virtutis ad subintrandũ corpus alterius. Corpora aũt non gloriosa sunt ad hoc debilia: & ideo se nequeunt penetrare. Corpus verò gloriosum habet illã virtutẽ subtilitatis & ideo intrat locum corporis nõ gloriosi, quod resistere nõ põt, non tamẽ locũ alterius corporis gloriosi: nã sicut vnũ habet virtutẽ intrandi, aliud habet virtutẽ resistendi. ¶ Hæc aũt inanis fictio est: nã se penetrare cum alio corpore non est agere, & quãtitas natura sua resistit, nõ tanq̃ virtus actiua, sed quia locũ replet. ¶ Si ergo quęras ab Scoto, quomodo corpus gloriosum virtute subtilitatis cũ alio se penetret, rñdet hoc habere quatenus ab hac anima informat. Hoc autẽ maiori indiget explicatione, si em̃ intelligat talẽ virtutẽ inesse corpori falsum est, si aũt intelligat esse hoc debitũ illi statui, est verum. ¶ Ob idq; adhibet hic quarta cõclusio. Quãuis corpa duo, se penetrare, siue alterũ illorũ glorificatũ sit, siue neutrũ, aut vtrunq;, sola virtute diuina supra rerũ naturã fiat, nihilomiñ corpori glorificato rõne sui status hoc debet. Atq; hoc ait loco citato Ricard. & fortè vult dicere Scotus, neq; D. Th. negat, imò insinuat, & in solutione tertij argumẽti quæstiuncula secũda explicat, dicens, quod corpus gloriosum transibit spheras cœlorũ sine earum diuisione: nõ ex vi subtilitatis, sed ex diuina virtute, quæ eis ad nutũ in oĩbus subueniet. Quasi diceret. Propter id quod illi statui ex pacto diuino debitũ est. Itaq; penetratio illa corporis gloriosi cum nõ glorioso quãuis sit supranaturalis, non tñ est miraculosa, sicut si duo corpora nõ glorificata se penetrarent, sed põt dici naturalis illius status. Etenim sicut rõne status naturæ integræ homo virtute diuina tanq̃ illi statui debitũ seruabat ne ei aliquod incõmodum posset accidere: ita rõne status beatorũ conuenit corpori glorificato, cum alio se penetrare, quanuis hoc fiat virtute diuina, quæ nõ est in corpore. Et quia illi statui non necessariũ est, neq; verò cõdecens, vt corpus glorificatũ cũ alio glorificato se penetret, non est eis hoc debitum rõne status. Et hoc ait S. Tho. d. 44. q. 2. art. 2. q. 4. Et ideo dicit q̃ corpus glorificatũ põt se penetrare cũ non glorificato, non tñ cũ alio glorificato. ¶ Quod si roges vtrũ hoc q̃ rõne status possit se penetrare cũ corpore nõ glorioso possit aliquomodo virtuti subtilitatis adscribi, rñdetur eatenus id posse concedi, q̃ cũ virtus subtilitatis sit illa habilitas corporis, qua subijcit animæ in suscipiendis potentijs, & viribus ad operandũ & ad existendũ in loco, dicere possumus illa ratione Deũ pepigisse, quotiescunq; opus esset, concurrere, vt beatus se posset cũ cœlo penetrare, & cũ illo existere. Nã penetratio cũ corpore subtilitatẽ designat: qualis est in aere & in igne, atque adeò spũalitatem: quo ideo noĩe Apostolus hanc designauit dotem, dicens, Seminatur animale resurget spirituale.

¶ Et per hoc solutũ restat secundũ argumentum in cap. q. propositum. Non em̃ effectus subtilitatis est penetratio, sed subiecto ad animam modo exposito. ¶ Est tñ annotãdum discrimẽ inter penetrationes corporis Christi ante resurrectionẽ, & post: nã penetratio illa dũ exiuit ex clauso vtero matris, nullatenus fuit rõne dotis, quia corpus tunc neque erat impassibile neq; habebat dotẽ: sed fuit simpliciter miraculosa, veluti ambulatio super aquas & claritas trãsfigurationis. Etem̃ neq; illa fuit dos agilitatis, neq; hęc claritatis sed ambo fuerunt miracula. Resurrectio aũt clauso sepulchro, & ingressio ianuis clausis, fuit rõne corpis glorificati, atq; adeò ad sensum expositũ per dotẽ subtilitatis. Quanuis in Chrõ, vt supra dixim̃ nõ fuerit rõ dotiũ. Vnde q̃ in Homilia paschali ait Grego. Corpus dñi intrauit ad discipulos ianuis clausis, quod ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exijt vtero virginis, non ex eadem prorsus ratione euenisse affirmat.

Alia opinio.

Alia dicẽdi modus.

Opin. Scoti.

Quarta conclusio.

Gloriosum corp. cũ nõ glori. nõ se penetrat.

Secundũ argumentũ.

Virtute subtilitatis.

Solutio secũdi argumẽti.

Discrimẽ in penetrationibus.

ARTICVLVS. VII.

Vtrùm corpus gloriosum dotem habebit agilitatis.

Tertia dos est agilitas de qua ergo quæritur. Vtrùm in corporibus beatorũ sit futura. Et arguit à parte negatiua. Id quod de se est ad motũ agilẽ nullo indiget deferente vehiculo: corpora verò resurgentiũ, vt. 1. ad Thessa. c. 4. ait Paul. deferẽtur obuiã Chrõ in nubibus: ergo non habebũt agilitatis dotẽ. ¶ Secũdo arguit. Si agilitas esset i beatis futura, id esset ppter localẽ motũ ille aũt nõ erit in beatis: tũ q̃ vt. 3. Physi. ait Philosophus, motus est actus imperfecti, & illic nulla erit imperfectio: tum quod ille motus nunq̃ est nisi ppter indigentiã adipiscendi aliquid quod nõ est in oĩ loco: & tñ illic nulla erit indigẽtia, imò vt ait. 22. li. de ciui. Aug. ibi erit quicqd voles & nõ erit quicquid noles. ¶ Item. Tertiò qa si illic futurus esset aliqs motus, fieret in instanti: qm̃ nulla erit resistẽtia: & vt. 4. Physi. insinuat Philos. vbi non est resistentia motus fit in stãti: vt in vacuo si dareẽ. Et Aug. ait ibidẽ de illo statu quod vbicũq; voluerit spũs, ibi erit & corp̃. Vbi insinuat q̃ erit motus sicut spũs voluerit qui nõ depẽdet à loco: motus aũt instãtaneus nõ est possibilis: ergo illic nõ erit mot̃, atq; adeò nec agilitas. ¶ In contrariũ est verbum supra citatũ Apostoli. 1. ad Corinth. 15. Seminatur in infirmitate surget in virtute.

¶ Ad quæstionẽ iuxta numerũ argumẽtorũ tribus cõclusionibus rñdebit. Prima. Beati in resumptis corporibus dotẽ habebũt agilitatis. Hanc em̃ Apl̃us appellauit virtutẽ, infirmitati contrariã: quã homo in hoc corpore corruptibili sentit, quod aggrauat aĩam. Est aũt dos hæc ordine tertia, corpori cõgruẽs in ordine ad motũ, ac subinde ĩ ordine ad alias operatiões, quibus aĩæ ad nutũ tunc seruiet. Tria em̃ art. prẽcedẽti distinxim̃ in corpore scilicet, esse, posse, & operari. Cũ igit̃ impassibilitas sit dos corporis qua subdit̃ aĩæ tribuẽtũ ei esse, & subtilitas qua ei subdit̃, vt idoneè in ĩsumm potentias vires q; ad operãdum & debitas cõmplexiões perfectiùs influat, agilitas erit dos ad obediendũ, vt sit facilè mobile tum motu localĩ, tũ subinde in alijs operationibus. ¶ Tũc em̃ aĩa vt spũs mouebit̃. Vnde Aug. lib. 16. de ciui. Dei. cap. 27. Imperabit Deus animo: animus corpori tanq̃ obediẽti: ibi erit suauitas & facilitas, quãta regnãdi viuendiq; fœlicitas, & lib. 22. c. vlti. Qui inquit motus illic taliũ corporũ sint futuri, temere definire nõ audeo, quod excogitare nõ valeo. Tamẽ & motus & status, sicut ipsa spẽs, decẽs erit. Quicũq; em̃ erit, vbi qd̃ non decet nõ erit: certè vbi volet spũs, ibi protinus erit corpus, nec volet aliquid spũs, quod nec spiritũ posit decere, nec corpus. ¶ Quod si quęras vtrũ hæc dos sit qualitas à corpore distincta. Rñdet̃, q̃ neq; necessitas talis qualitatis apparet, nec D. Tho. expresse eã ponit, verũ tamẽ neq; superflua videbit̃ si inesse corpori asseratur, tanq̃ motiua virtus & perfecta sanitas. Vnde S. Tho. ait q̃ est perfectio effluẽs ab aĩa glorificata in corpus, quasi habile, vt subijciatur aĩæ. Et Aug. 13. de ciui. c. 18. dotem hanc graphicè exponens virtuti animæ tribuat. Ait enim, hoc Deum animis illis perfectissimis tribuere, vt sua corpora quãuis terrena, tamẽ incorruptibilia, vbi voluerint ponant, & quo voluerint agant, motu, situque facillimo: nam si angeli quælibet animalia rapere possunt, & vbilibet constituere, cur sanctorum perfecti spũs diuino munere sine vlla difficultate non poterũt, quo voluerint sua sistere corpora? Subditq; aptissimũ exẽplu[illegible]rpore sano. Membra em̃ suæ carnis leuiora portat anima, cum in sanitate robusta sunt, q̃ in langore, cum macra sunt. Et cum alijs gestantibus onerosior sit sanus & validus, q̃ exilis & morbidus, ipse tñ ad suũ corpus mouendum, atq; portandum agilior est, cum̃ bona valetudine plus habet molis, q̃ cum in peste, vel in fame minimũ roboris. ¶ Adde quod caro, vt ait ad Galath. Apostolus, in hac vita concupiscit aduersus spiritũ, nõ solũ in moribus, vt suis seruiat voluptatib̃, verũ in quacũq; actiõe, & obsequio. Corpus em̃ qd̃ corrũpit̃ aggrauat aĩam. Et ideo tanq̃ præmiũ beatorũ corporib̃, quæ in hac vita fuerint iustis animis obsecuta, retribuet Deũ agilitatis dotẽ qua in illis fœlicib̃ motibus ad nutũ illi perpetuo obtẽperẽt. Est ergo

Pertinegatiua argumentũ primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Hæc affirmatiua.

Prima conclusio.

August.

August.

Universidad de Deusto
Biblioteca

agilitas perfecta quædam sanitas ex perfectissima animatione proficiscens, vt expedite obsequi ad nutum valeat voluntati beati.

Secunda cõclusio. ¶Secunda cõclusio. Beati in corporibus glorificatis mouebunt locali motu. Primo enim id probat testimonio Esaiæ.40. Current, & nõ laborabũt: volabunt, & nõ deficient, vbi non solũ citissimus eis motus noie cursus tribuit, verũ & perniciissimus, tanq; volatus. Et Sapien.3. Fulgebunt iusti & tanq; scintillæ in arundineto discurrent. Nomine em fulgoris claritas significat, & scintillarũ cursu motus.

Tanquam scintillæ. Et est profecto aptissima allusio. Arundinetum nanq; ppter arundinũ tenuitatẽ, & sicitatem paratissima est ignis esca, & ideo cum primũ minimã scintillam capit, illã pernicissimo motu exilit quasi promicans ab vna in aliam arundinẽ. Qua ratione & fulgentissimus splendor ignis, & velocissimus eius motus designatur, qui fulgor & motus specimẽ dotium beatorũ præ se fert. ¶Ratio præterea

Ratio cõclusionis. ijs accedit testimonijs. Quemadmodũ enim, vt supra diximus, illum statum fœlicissimũ nõ condecet, vt beati tanq; muti sint, aut surdi, sed vsu illorũ sensuum fruant, ita neq; videtur consentaneũ, vt cum pedes habeãt, & manus, dignissima corporis organa, veluti lapides sint immobiles, sed quãdoq; spacient, vt sua fruantur libertate, aliosq; beatos visitent, & per eorum mansiones discurrãt. Imò, & nonnunquã, si libuerit, hunc sub lunarem orbem visere possint. Quinetiam credibile est coram Christo genua flectere.

Vtrum gradientur. ¶Dubium aũt est, vtrũ mouebunt pedibus gradiẽdo, an verò auium more, aut leuissimi corporis quod vento rapitur. Rndetur, q ascendentes in cœlum per aera, aut descendentes, si forsan huc aliquãdo reuertan[illegible]am bulabunt, quia elementa aeris, & ignis non sunt firma ad ambulendũ, sed mouebuntur volantiũ instar: per cœlum aũt Empyreum mouebunt pedibus gradiẽdo: qm corpus cœli est solidũ. Mouebunt aũt sine cœlestis corporis incisione, sed penetrando se per illud, vt se, qn quiescunt, penetrãt. Mouebunt aũt etiam ascendendo absq; vllo prorsus labore & lassitudine, quia corpus gloriosum, vt nõ est corruptibile, ita neque graue, onerosum, aut fatigabile, sed æqualiter ad omnẽ differẽtiam positionis mouebit, Augusti. enim.22. de ciui. Dei cap.11. Deus inquit à corporibus beatis auferet graue pondus. ¶De hoc autẽ

Multiplex opinio. multiplex est opinio. Sunt em qui dicant, q mouebit se beatus ad modũ voluntatis & spiritus ab vno loco in aliũ, non transeũdo per medium sicut possumus cogitationẽ & affectum trãsmittere à terra in cœlũ sine medio. Ad quod propositũ illud supra citatũ Augustini afferunt, Vbi spiritus erit, erit & corp[illegible]. ¶Hoc tamẽ credibile non est: tum q corpus

Reprobatio non põt vsq; ad spũs naturã, & nobilitatem transcendere: tum q dum intellectus, & voluntas cogitatione aut affectu mutatur, non transmigrat essentialiter, quia non continet his locis, de quibus cogitat, sed dicunt transire, quia suos actus ab vno loco in alium dirigunt. ¶Alij verò aiunt, q corpus gloriosum quãuis natura sua non possit transire de extremo in extremũ sine medio, atq; adeò motum se fore in tẽpore: virtute tñ gloriæ suæ

Tertia cõclusio. rõne status mouebit in instanti, non transeundo per mediũ. ¶Aduersus hanc autẽ conclusionem statuit tertia cõclusio. Corpus gloriosum neq; mouetur, neq; moueri põt in instãti, sed mouetur subito, hoc est breuissimo tẽpore & quasi modo nostro imperceptibili. Priorẽ partẽ super.4. Physi. in materia de vacuo.q.3. late probauimus. Angelus enim qui est substantiæ incorporeæ, atq; adeò à loco non pendens, põt quidem transire à loco, A, vsq; ad locũ C & non per mediũ B, atq; adeò põt moueri in suis instantibus, vt nunc sit in C cum immediatè ante hoc fuerit in A & nũquã in B, corpus vero gloriosum in suo motu pendet à loco, atq; adeò nõ põt trãsire ab A in C nisi per mediũ B, vnde sequitur quod nec possit moueri in instãti. Detur em quod moueat ab A in C, Tunc aut qñ mouetur totum est in A, aut totum in C: & vtrũlibet dederis, non mouetur. Nam si totũ est in A nõdum cœpit moueri, si verò in C, iam est motũ: debet ergo esse partim in A & partim in C aut in medio B. Si est partim in A & partim in C necesse est, quod partim sit etiã in medio B alioquin pars quæ est in C nõ esset continua cũ ea quæ est in A: aut debes dare, q totũ sit in medio puta in B. Si verò dederis quod est partim, aut totum in B, cõsequitur aut quod est simul in plurib[illegible] locis, quod est impossibile, aut q prius totum transiuit per B q̃ peruenit ad C, atq; adeò nõ poterit in instãti. Quod si contẽderis quod per potẽtiã diuinã ponet simul in pluribus locis, tũc nõ mouebit, sed quiescet. Fit ergo consequẽs q corpus gloriosum mouetur in tẽpore nobis imperceptibili, scilicet, velocius quàm velocissimi venti flatus. Si tamen voluerit. Nam poterit vt libuerit moueri. ¶Nihilominus non

nus non est necesse, q omnes beati æqualem habeant virtutem mouendi se. Nam quodcunq; tempus quantũnis paruum, est in infinitum diuisibile, & ideo quantulocunque paruo tempore moueatur vnus, potest in minori moueri alius secundum meritorũ rationem. Quanuis fortasse non sit necesse tam exactam meritorum rationem in motu sequi, quàm in visione.

Solutio primi argum. ¶Ad primum igitur argumẽtum respondetur, vt supra diximus quod corpora gloriosa non subleuabuntur in nubibus propter necessitatem, sed propter reuerentiam & honorem. ¶Ad secundum respondetur, q motus

Solutio secũdi argumẽ. localis nihil rei intrinsecum variat, quia non dicit ordinem nisi ad externum locum: quare id quod tali motu mouetur (vt.8. Physicorum, ait Philosophus) nihil in se habet imperfectum, sicuti quod mouetur motu alterationis aut augmenti. Neque verò mouebuntur propter indigentiam rei necessariæ quę illis ad suam perfectionem desit, sed tum, vt sua vtantur libertate, tum vt eorum potẽtiæ suis vsibus decorentur. ¶Neque obstat quod ait

De mansionibus. Philoso.2. Cœli scilicet, q ea quæ diuinã bonitatem sine motu participant, fœlicius illã participant q̃ cum motu. Illud enim intelligitur quando nequeunt illam sine motu participare, quod non est in beatis. ¶Quòd si arguas. Quoquisq; erit beatior sublimiori erit mansione, quare Christus (vt.2. ad Hebræos ait Paulus) excelsior cœlis erit factus, gloria & honore & dignitate. Respondetur, q mansiones tribuuntur beatis secundum præmiũ accidentale, & ideo non est necessarium, vt illam nemo mutet. Nam inde descendens nec

Solutio tertij argumẽ. variabitur essentialis visus Dei nec decidet de dignitate quam habet manẽdi in sua mãsione. Quare nihil vetat quominus & existẽtes in inferioribus mansiõibus nonnunquã ascendant: quoniã neque per hoc augebitur eorum dignitas. ¶Ad tertium verò respõdetur (vt prędicta.3. quęst. super.4. Physi. respõdimus) q Aristoteles de vacuo nõ arguit ostensiue, vt probare contendat, q si daretur vacuum, motus fieret in instanti, sed arguit ad impossibile, suppositaillorũ Philosophorum opinione qui nullam resistentiã immobiliintrinsecam agnoscebãt. Tunc enim, cũ in vacuo nulla esset extrinseca, sequeretur illud impossibile quod mot[illegible] fieret in instãti. Aristoteles verò, quia mobile quodcunq; finitæ actiuitatis est, seclusa resistentia medij intellexit successionẽ motus. Sic ergo de corporibus beatorum dicendum, q licet mediũ non resistat mouentur nihilominus successiuè. Non quidem in tempore vero quia post diem iudicij nullum erit. Sed erit secundũ rationem prioris & posterioris. At quia motus ille erit imperceptibilis, ait Augustinus, q vbi voluerit spiritus, ibi erit & corpus: scilicet, quàm citissimè.

ARTICVLVS. VIII.

Vtrùm in corporibus beatorũ erit claritas.

QVarta postremaq; inter corporum dotes est claritas, de qua ideo quæritur vtrum sit in eis futura. Et arguitur à parte negati

Pars negatiuæ argumẽtum primum. ua. Corpus luminosum, vt ait Auice.6. de naturalibus est peruium, hoc est pellucẽs & trãsparẽs vt chrystallus: corporis autẽ gloriosi non omnes partes possunt esse peruiæ & transparẽtes, quippe quæ sunt terrenæ, vt caro & ossa: ergo non erit lucidum.

Secundũ argumentũ. ¶Secundò. Lux & color contrariam dispositionem exigunt in subiecto: quoniam, vt lib. De sensu & sensato Philosophus ait, lux est extremitas perspicui in corpore non terminato, sed color in corpore terminato: corpora verò beatorum erunt colorata: ergo non

Tertium argumentũ. erunt lucida. ¶Tertiò. Si corpora gloriosa essent clara & lucida, non esset in potestate beati, non videri à quocunque oculo, etiam non glorificati corporis, quia lux omnibus est peruia: consequẽs tamen est falsum: quia Christus postquam resurrexit, vt Lucæ vltimo legitur, occultauit se discipulis euntibus in Emaus: ergo corpora beatorum nulla erunt claritate fulgentia. ¶In contrarium est

Pars affirmatiua. verbum apostoli primæ ad Corinthios.c.15. Seminatur in ignobilitate surget in gloria.

Prima conclusio. ¶Ad quæstionem duabus conclusiõibus respondetur. Prima. Beatorum corpora erunt clara & lucida. Conclusio est de fide Matthæi.13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Et loco citato Sapientiæ tertio. Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ, &c. Atque illam claritatem Paulus appellauit gloriam, Vnde cum beatos astris comparasset, dicens aliam esse claritatem solis, aliam lunæ, aliam stellarum, subiunxit, Seminatur in ignobilitate surget in gloria. Enimuerò gloria nihil aliud est, quam nobilitatis splendor quo excellentia personæ omnibus publicitus innotescit. Et ad Philippẽses.4. Saluatorem expectamus dominum nostrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtrum Ieſum Chriſtum qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Atqui (vt Matthæi.17. legitur,quo corporis gloriam, & claritatē ſuis diſcipulis indicaret, transfigurauit ſe in monte ante eos. Vnde Iob capit.28. de ſapiētia loquens(quo nomine beatitudo intelligitur). Non adæquabitur inquit ei aurum vel vitrū, neque topazion de Aetiopia. Super quæ verba Gregorius,18. Moral.capit.31. ait quod in auro claritas fulgentium beatorum deſignatur: & in vitro perſpicuitas cordium. ¶Illi quintæ eſſentiæ fautores eidem claritatē veluti impaſsibilitatem & reliquas dotes aſcribunt. Sed hanc iam ſupra opinionem reiecimus. Eſt ergo claritas nihil aliud quam fulgor, qui ex animæ beatitudine in corpus influit. Id enim quod recipitur, nō ad modum influentis, ſed ad modum recipientis ſuſcipitur: quare nihil obſtat quominus ex ſpiritualis gloriæ ſplendore, qui eſt in anima, corporalis claritas reſultet in corpus: vt ſicut gloria animæ participatio eſt gloriæ diuinæ: ita & gloria corporis ſit participatio illius quæ eſt in aīa. Vnde ſi qua dotiū qualitas eſt corpori infuſa, id de hac potiſsimū claritatis dote ſentire congruit, ab ipſo diſtincta. Haud enim claritas hæc ſolum eſt intelligenda, vt Durandus diſtinctione.44. quæſtione.8. refert, Metaphoricè ſcilicet, quòd ſit manifeſtatio illius gloriæ. Aut ſic tātum, quòd illa corpora ſint terſa & polita, vt ſicut ſpeculum alieno lumine lucet: ita vt ſolo illo lumine luceant, quod à ſole, vel à cœlo Empyreo fuſcipiunt. Sed quod in ſe habeant inhærētem lucem: veluti ſol ipſe, & precioſi lapides, qui etiam in tenebris lucent. ¶Veruntamen non ita planus eſt intelligendi modus, quo corporalis claritas ab illa ſpirituali animæ oriuetur, vtrùm ſcilicet anima concurrat in genere cauſæ efficientis. Non enim ſatis intelligitur quomodo anima efficere poſsit claritatem illam. Et ideo contra hanc opinionem Sancti Thomæ arguit Ricardus diſtin. præſenti arti.4.q.6. Anima quippe beata nō poteſt illam claritatem de nihilo facere: quia creare non poteſt: neque illam valet de claritatis ſuæ viſione efficere: quia ſicut corpus nequit in ſpiritum tranſmutari, ita nec ſpiritus in corpus. Et ideo Ricardus duos modos excogitauit. Vnum ſcilicet, quod quēadmodum anima virtute intellectus agentis abſtrahit à phantaſmatibus ſpecies intelligibiles, ita anima de corporali materia corporis virtute beatæ viſionis educat illam corporalem claritatem. ¶Attamen hoc non tam facilè intelligitur quàm dicitur: quoniā non eſt in corpore materia ſignabilis, vnde illa claritas educatur. Eſt ergo mod' alius quod claritas illa producitur per creationē à Deo. Et certè, ſi eſt qualitas, ita dicendum eſt. Niſi quod, quemadmodum ſupra diximus, viſio in ſua virtute eminenter continet dotes iſtas: quia tanquam illi debitum ſtatui, qui beatis conuenit ratione viſionis & ratiōe illius perfectiſsimæ animationis qua anima informat corpus, dotes illæ corporibus obueniunt. ¶Neque verò omnes beati, vt ait Paulus æquali claritate rutilabunt, ſed ſecundum iuſtitiæ diſtributionem & pro meritorum cuiuſque & dignitatis ratione. Itaque Chriſtus erit inter omnes ſicut ſol, atque omnium beatorū exemplar. Cuius indiciū fuit quod in tranſfiguratione reſplenduit facies eius ſicut ſol: & veſtimenta eius (quorum nomine deſignātur Sancti) facta ſunt alba ſicut nix. At verò quanuis euangeliſta exemplum poſuerit in ſole nobis noto, credibile tamen eſt quod beatorum minimus fulgentiùs quàm ſol ſplendebit. Nam ſi cœlorum lux (vt ſupra diximus) propter ſtatum filiorum Dei augebitur, ratio videtur expoſcere, vt beati ipſi micantius eluceant. Veruntamen non opus eſt, quòd vnus beatorum tantum luceat quàm ſol, propterea, quòd ſol quàm latiſsimo interuallo maior eſt beato corpore: ſed ſi daretur tantula particula ſolis quantum eſt illud corpus, rutilantius illud eſſet. ¶Eſt autem hic dubium vtrùm corpora beatorum à corpore non beato naturaliter videri poſsint. Ricardus nanque diſtinctione præſenti artic.4.quæſtione.6. aduerſus Sanctum Thomā partem ſuſtinet negatiuā: duo ſcilicet aſſerens. Primum quod claritas illa corporum beatorum ſpecie differt à claritate elementorum & à claritate ſolis. Vnde qui dicitur, quod fulgebunt iuſti ſicut ſol intinuatur æqualitas, imò plus lucebunt iuſti, ſed ſimilitudo captui noſtro accommodata: quia ſolis claritas eſt imitatio quædam illorum beatorum. Secundo ait. Quod niſi beatus temperare lucem illam voluerit, vt quaſi ſub parua nubecula appareat, nequit propter ſui excellentiam & debilitatem oculi non glorificati ab illo videri. Et poteſt exemplo doceri veſpertilionis reſpectu ſolis. Et re vera eſt magnū argumentū quod ſi naturaliter poſſet ab oculo non glorificato videri, conſequeretur, quod non eſſet in facultate beati occultare ſe non beato dum veſſet: quia claritas illa naturaliter repreſentaret: niſi de loco illo beatus abſcederet: cum tamen Diuus Thomas, & omnes contrarium doceant. ¶Accedit & Auguſtini teſtimonium libr.22. de ciuitate Dei capit.19. vbi ait quod claritas corporis Chriſti cum reſurrexit ab oculis diſcipulorum abſcondita fuit: quoniam eam non ferret humanus atque infirmus aſpectus, quando ille à ſuis ita deberet attendi, vt poſſet agnoſci. Igitur opinio hæc Ricardi profectò probabilitate non caret. Neque verò ſcio quid Sanctus Thomas ſenſiſſet ſi in ſumma hucuſque peruenniſſet. ¶Nihilominus hic licet eandem referat opinionem, illam tamen reſpuit, & contrarium ſentit. ¶Secundum quem ſtatuitur ſecunda concluſio. Quanuis corpus glorioſum videri à non glorioſo naturaliter valeat eſt tamē in poteſtate beati illud occultare ne ab oculo non glorioſo videatur. In hanc ſecundam partem Ricardus & omnes conſentiunt. Priorē verò inde Diuus Thomas probat quod ei non videt contraria opinio poſſe defendi niſi dicendo lucem illam non eſſe eiuſdem rationis cum luce ſolis. Nam ſi eſt eiuſdem rationis cadit ſub obiecto viſus eiuſdem rationis cum noſtro, qualis eſt oculus damnatorum. Quod autem ſit eiuſdem rationis probat. Nam cum in ſacris aſſeritur, quòd fulgebunt iuſti ſicut ſol, lux intelligenda eſt qualem nos conſpicimus: alioqui non intelligeremus quid eſſet. ¶At verò probatio non eſt ſatis euidens: quoniam quicquid ſit de ſole reſpectu ignis, cuius claritates fortè, vt calores ſunt eiuſdem ſpeciei, ſuſtineri ita men poteſt quòd claritas illa beatorum ſit alterius ſpeciei. Et quanuis ſit eiuſdem, manere tamen videtur alia ratio in ſuo rigore: ſcilicet, quòd oculus non glorificatus proportionem ad illam luminis excellentiam non habeat, quemadmodum nec veſpertilio ad lumen ſolis. Veruntamen Diuus Thomas reſpondet, quòd claritas beati corporis licet in eſſentia ſit eiuſdem ſpeciei cum claritate ſolis, nihilominus in modo efficiendi eſt alterius rationis. Et ideo ſicut corpus ipſum non poteſt pati niſi paſsiōe animalis, ſcilicet ſenſus, ita non pōt impedire quominus à quocunque oculo naturaliter videatur. ¶Opinio hæc præterea Sancti Thomæ ſacris oraculis, fulcitur: vt eſt illud Apocalypſis.1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, ſcilicet Chriſtum ad iudicium veniētem, & Sapientiæ.5. de eiſdem damnatis legitur, quòd gloriam filiorum Dei videntes turbabuntur timore horribili & mirabuntur in ſubitatione inſpiratæ ſalutis. Item ſi configurabimur (vt ait Paulus) corpori claritatis Chriſti cum claritatis illius exemplum fuerit illa quæ in tranſfiguratione Domini in eius facie reſplenduit, fit vt & claritas beatorum ſit, veluti illa, viſibilis, quanuis negandum non ſit quin humanus oculorum obtutus non poſſet tam eximium ſplendorē diuferre propter allegatam Auguſtini autoritatem. Et fortaſſe in die iudicij non apparuit damnatis Chriſtus & reliqui beati niſi nubibus temperantibus corporum ſplendorem. ¶Secunda pars concluſionis probatur, quoniam quando Chriſtus ſuam cœlauit claritatem diſcipulos illos euntes in Emaus, dum cum illis colloqueretur, non cenſetur nouū miraculum, ſed ſtatus glorioſi corporis obedientis animæ ad nutum: ergo & omnibus beatis ratione illius ſtatus conueniet, vt oculis non glorificatis occultare ſe poſsint. ¶Et confirmatur: quoniam claritas illa ob eorum merita illis donata eſt: ergo ſuæ eſt voluntati ſubiecta. Vnde quando Chriſtus ſe diſcipulorum oculis ſubtraxit non fuit neceſſe, vt inde abſcederet. ¶Verum eſt tamen quod ſi eſt qualitas, non eſt intellectu facile quomodo arbitrio beati poſsit occultari. Item eſt argumentum, quod etiam ſe poſſet beatus alteri beato contegere, quod concedi non ſolet. ¶Reſpondetur nihilominus, quòd cum illa non producatur niſi ex virtute Dei, ex debito & decentia illius ſtatus, nō decet, vt beati ſe ſibi mutuo occultent: ſecus reſpectu aliorum quando voluerint. Ad eorum nat[illegible]que nutum Deus illis ſubuenit, veluti de ſubtilitate ſecundum Sanctum Thomam dictum eſt.

¶Ad primum igitur argumentum reſpondetur, quod Auicenna, & philoſophi loquūtur de corpore luminoſo, quod ex natura ſua claritatem habet, quod non poteſt eſſe niſi perlucidum & tranſparēs vt Chryſtallus. Corpus autem glorioſum non ex natura ſed ex merito. ¶Dubia tamen eſt ſententia hæc propter verbum illud citatum Gregorij.18. Moral.capi.31. quod in auro intelligitur beatorū claritas, & in vitro pellucentia ſeu tranſparentia. Quod verbum exponens D. Tho. credit, quod corpora illa erunt tranſparētia. Quanuis profectò obſcurè loquatur. Nam in ſolu-

Quomodo anima claritatem corp. efficiat.

Ricardus.

Non in omnibus eadē erit claritas.

Secunda cōcluſio.

Dubium.

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ſolutione primi reſpondens, vt modo dicebamus ad Auicennam, ait corpora beata non fore peruia, ideſt, tranſparentia. Sed ſtatim exponendo verbum Gregorij contrarium dicit, ſcilicet, quòd denſitas illorum corporum non contrariatur peruietati. Facit enim argumentum hoc. Omne corpus lucidum occultat illud quod eſt poſt ſe. Vna enim flamma occultat & eclypſat illud quod à tergo illius eſt: corpus autē glorioſum non occultat, dicente Gregorio, quòd erit ſicut vitrum: ergo non erit lucidum. Et reſpondet negata conſequentia. Imò erit lucidū, quod Gregorius ait ſignificari in auro, & ſimul peruium & tranſparens quod ſignificatur in vitro. Qula denſitas inquit illorum corporum qualem diſpoſitio exigit humani corporis, non obſtat tranſparentiæ: Chryſtallus enim denſiſsima eſt, & nihilominus tranſparens. ¶ Ricardus verò inter reſpondendum ad idem argumentum, negat illa corpora eſſe tranſparentia. Nam denſitas, inquit, repugnat tranſparentiæ. Quare res tranſparentes: vt Chryſtallus, non ſunt inquit denſę, ſed poroſæ: quanuis ſint duræ: neque opus, inquit eſt, vt maior ſemper denſitas maiorem duriciem ſequatur. ¶ Ad hoc ergo dicēdum in primis, quòd verbum Gregorij nō debet nobis tantum negotium faceſſere. Ipſe enim non ait corpora glorioſa fore vt vitrum, eo quòd ſint pellucentia & peruia reſpectu oculi corporalis: vt ſcilicet poſsit vnus beatus videre tertium, qui eſt à tergo ſecundi: quaſi corpus ſecundi eſſet ſicut vitrum: ſed quia eſt perlucens oculis mentis: nempe quòd vnus beatus videt cor alterius ſub eius corpore latens. Ait quippe illam beatorum ſocietatem eſſe, vt aurum & vitrum, quorum corda ſibi inuicem & claritate fulgeant, & puritate tranſlucent. Et ideo bene poteſt opinio Ricardi ſuſtineri. Non tamen propter eius rationem, ſcilicet, quòd eorum denſitas trāſparentiæ obſtet: nam certè chryſtallus denſiſsima eſt: ſed quia id neque naturæ corporis humani congruere videtur, nec ad illum ſtatum eſſe neceſſarium. Nihilominus & opinio Sancti Tho. eſt ſatis probabilis: quia illa corpora erunt veluti ſpiritualia, animis ad nutum obſequentia. Et ideo ait, quòd ſicut in poteſtate corporis glorioſi eſt oſtendere ſe nō glorioſo vel ſe occultare, ita & occultare corpus poſt ſe exiſtens. Hoc pacto, quòd quando oſtendit ſe ipſum, tunc occultabit aliud: quia eius colores impedient ne per ipſum videatur alterum coloratum, eo quod duo diuerſi colores per idem medium non videntur: ſicut depicta victrinanon permittit, vt colores alieni trans ipſam videantur. Quando verò non ſe oſtendit, tunc non occultabit aliud, quin poſsit per ipſum trāſuideri. Itaque quādo Chriſtus ab oculis eunium in Emaus diſparuit, ſi illic permanſit, potuerunt diſcipuli trans ipſum videre alia corpora ſicut per lucidam Chryſtallum. Et propterea in ſolutione ad primum reſpondit ad Auicennam. Corpus glorioſum non eſſe peruiū ſicut naturale, quia naturale ſemper trāſlucet: nec poteſt corpus trans ipſum exiſtens occultare.

Ricardus.

Sententia autoris.

¶ Ad ſecundum igitur principale argumentum reſpondetur, quòd gloria naturam nō tollit, ſed perficit: & ideo corpora glorificata iuxta eorum naturam erunt colorata, eademque pulcherrima. Corporis enim pulchritudo (vt.19. de ciuit. Dei, ait Auguſtinus) eſt partium conuenientia cum quadam coloris ſuauitate. Quæ profectò pulchritudo beatos maximè condecet: ſed nihilominus erunt claritate ſuffuſi: vt quemadmodum vitrina per ſolares radios ſuos colores demonſtrat, ita & corpora glorioſa ſuam pulchritudinem per ſuam propriam claritatem oſtendant. Quanuis non omnia membra pari fulgore reluceant: quia non omnia ſunt paris lucis capacia: vt os quàm caro.

Solutio ſecū di argumē.

¶ Ad tertium iam reſponſum eſt, quòd cum hoc claritatis donum detur propter meritum, in poteſtate beati erit ipſius effectum impedire. ¶ Quòd ſi arguas. Qualitas ineſt corpori glorioſo ſicut quantitas: non autem in poteſtate beati eſt quantitatem minorem facere, aut maiorem: ergo neque eſt in eius facultate claritatem illam, quæ eſt qualitas, obtegere. Negatur conſequentia: quia quantitas naturaliter ineſt corpori, quare non poſſet ſine corporis mutatione mutari: neque verò eſt actiua: claritas verò eſt donum ſupranaturale, & eſt actiua: & ideo in poteſtate beati poſitum eſt, non quidem illam tollere, ſed tamen eius effectum impedire. ¶ Quòd ſi redarguas. Ergo pariter poteſt impedire ne videatur à corpore glorioſo. Fortaſſe poſſet ſi expediret: ſed tamen conſequentia non valet: quoniam cum illa occultatio ſit propter decentiam illi ſtatui debitam, non videtur decere, vt vnus beatus coram altero exiſtens ſe poſsit illius obtutui ſubducere.

Solutio terti argumē.

obiectio.

QVAE-

QVAESTIO QVINTA, De aureolis.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm aureolæ ſint in beatis futuræ à fructibus diſtinctæ.

QVINTA demū quæſtio, quæ hanc diſtinctionem clauſura eſt, inſtituitur de Aureolis, quæ non omnibus beatis, ſed quibuſdam competunt, & ideo quæritur primo, vtrùm ſint à fructibus diſtinctæ. Et arguitur, quòd nulla ſit aureola illic futura. Aureola nominat præmium accidentale ab aurea diſtinctum, quę eſt beatitudo eſſentialis: beatitudo autem eſſentialis omnia pręmia comprehendit, cum ſit ſtatus, vt ait Boetius. omnium bonorum aggregatione perfectus: ergo aureola ab aurea non diſtinguitur. ¶ Secundo arguitur. Eidem merito non debentur diuerſa præmia, eidem autem merito, ſcilicet, virginitati, reſpondet aureola, & pariter fructus centeſimus, ergo aureola à fructu non diſtinguitur. ¶ In contrarium autem eſt, quòd eccleſia militās cum à triumphante deſcendat: iuxta illud Apocalyp. 21. Vidi ciuitatem ſanctam deſcendentē de cœlo, illam imitatur, in eccleſia verò militante victoribus conferuntur laureæ: ergo & in triumphante.

Primum argumentū.

Secundū argumentū.

In contrarium.

Quomodo aureola.

¶ Aureolas, qui ſolam linguam latinam conſuluerit, non ab auro aureolas, ſed à lauro fortè laureolas nuncupabit: nam in re militari victores, præcipuè apud Romanos, diuerſis ſertis donabantur. Erant enim diuerſa coronarū genera. Vt triumphalis ex lauro: eo quòd hæc arbor lætitiæ, victoriarumque ſit nuntia: ſicuti oliuæ ramus quam columba ad Noe in Arcam detulit, fuit miſericordiæ Dei nuntius. Et alia erat obſidionalis ex gramine, quæ donabatur ei, qui obſeſſos ab obſidione liberaſſet. Et ciuica ex quercu, qua inſigniebatur ille qui ciuem ſeruaſſet. Erat etiam & muralis, & naualis, atque aliæ id genus, & ideo videntur illæ coronæ non eſſe dicendæ aureolæ, ſed laureolæ: atque adeo nihil mirum, ſi quis ſuſpicetur, vitio ſcriptorum pereūte prima litera, pro laureola dici aureola. ¶ At verò non ita conijciendum eſt, ſed quòd patres conſulto ab auro aureolam dixerint. Beatitudo nanque aureæ coronæ pluribus de cauſis comparatur. Prima quòd cum vita hæc humana, vt Iob. 7. legitur militia ſit ſuper terram, meritorum præmium merito dicitur corona: iuxta illud primæ ad Timothæum. 4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Et ſecundæ ad Theſſalonicē. 2. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Præterquàm quod circularis coronæ figura, quæ & omnium perfectiſsima eſt, & nec principium habet neq; finem, ſed principiū in ea coniūgitur fini, tum perfectionem beatitudinis ſignificat, per quam beati ſuo coniunguntur fini, tum etiā & eius perpetuitatem. Dicitur verò aurea, non ſolum propter illius beatæ lucis fulgorem, ſed præſertim quia beati illi poſſeſſores regni cœleſtis, vt reges æſtimantur: eo quòd Deo ſunt ſanctiſsimè ſubditi, cui ſeruire regnare eſt. Iuxta illud Apocalypſis. 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum. Et ideo Chriſtus Apocalyp. capit. 9. refertur habens in capite ſuo coronam auream. Et capite. 4. Viginti illi quatuor ſeniores coronis itidem aureis inſigniti leguntur, quas de capite ſuo adorātes Deum demittebant. Igitur ſi beatitudo eſſentialis aurea corona dicitur, illa accidentalis, quæ quibuſdam beatis ratione alicuius excellentiæ peculiariter adhibetur, merito dicetur aureola, hoc eſt coronula aurea.

Circularis figura.

¶ Ad quæſtionem ergo quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima. Congruentiſsimum eſt beatorum ſtatui, vt qui aliquem ſingulari modo excellentem obtinuerit victoriam, ſuper gaudium eſſentialis beatitudinis quod aurea corona dicitur, aliud ſuperaddatur accidentale, quod nomen habeat aureolæ. Concluſio hæc non habetur in ſacris literis expreſſa, meriſsimo tamen ſancti patres illam docuerunt: Quare eccleſia in ſingulorum ſolennijs martyrum canit Corona aurea ſuper caput eius. Et primo figura eius præceſsit in menſa ſanctuarij veteris teſtamenti. Pręceptū enim fuit, vt Exodi. 25. legitur. Facies menſa n de lignis Sethin &c. & inaurabis eā auro puriſsimo. Vbi mēſa cœleſtis regni deſignat, de qua ait Chriſus. Ego diſpono vobis regnū, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meā. Et ſequitur. Facieſq; ei aureū labrum per circuitum, & ipſo labro coronā interraſilem, ideſt, limatā & politam altam quatuor digitis, vbi nō inepte ſignificatur

Prima concluſio.

Exod. 25. aureola.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catur aurea Sanctorũ corona fide quatuor Euangeliorum fulgens in conspectu domini. Et subditur. Et super illam alterã coronã aureolã, scilicet, propter eminẽtiam quorundam egregiè certantium, qui insigni potiti sunt victoria. Ratio ergo conclusionis ex similitudine ciuilis militię ducitur, in qua propter singularia facinora singulares cõferunt coronæ, vt muralis aurea illis, qui primũ murũ subirẽt, & castrensis illi, qui hostiũ castra primus introiret, atq; id genus aliæ. Concedet ergo, vt similiter qui strenuè in hac vita pugnarunt auctuario gaudio, super communem mensuram donẽtur. ¶ De aureolis ergo quidã opinati sunt nullatenus esse ab essentiali beatitudine distinctas, sed ipsam eãdem visionem, quæ præmiũ essentiale est, & aureæ nomen habet, qua ratione martyribus, virginibus, aut doctoribus confertur aureolæ nomen sortiri. Non quòd aliquo modo præmium ipsum aut gaudium crescat, sed quia illis confertur qui illo singulari genere victoriæ potiti sunt. Veruntamẽ opinio hæc non est rei consentanea, nam aureola, vt habet glossa super illud Exodi citato ait, aliquid superpositum est essentiali præmio. Enimuerò vbi meritum egregius præcessit cumulatius futurum est gaudium. ¶ Est ergo aureola (vt aliquo modo describatur) accidentale gaudium de aliquo insigni facto, essentiali præmio superadditũ, corporali decore declaratum. Vbi annotandum est, præmium non dici accidentale, quia sit accidẽs, nam & visio ipsa & beatitudo essentialis est accidens, neque quia potest beato deficere: nam sicut aurea, ita & aureola perpetua est, sed dicitur accidentale, quia est gaudium de aliquo creato bono, cũ essentiale [illegible] Deo ipso viso, quod absque alio esset sufficiens. Non autem omne præmium accidẽtale est aureola, quãuis omnis aureola sit præmium accidentale. Potest enim aliquid addi essentiali gaudio dupliciter. Vno modo ex natura communi visionis: quale erit vnio animæ cum resurgentibus corporibus, per quã accessio ei fiet gaudij: & pariter cõtubernium completi numeri beatorum, & cognitiones affectionesque creaturarum in proprio genere. Hæc ergo præmia sunt, & gaudia accidentalia, non tamen nomen habent aureolæ, quia omnibus sunt communia. Sed alio modo adhibẽt aliquid eidem essentiali præmio ratione operis meritorij, quod duplicẽ habet conditionem honestatis, & laudis. Primam ratiõe charitatis quæ merito est essentialis, cui ideo præmium debetur essentiale, minus: aut maius secundum augmentum charitatis. Quare adiectio illa ad præmium pertinet essentiale quod Deum habet, p̃ obiecto. Sed aliam rationem laudis habet meritum ex genere, & strenuitate operis, quale est martyrium, & virginitas, Gaudium ergo quod ratione ipsius adhibetur est accidentale: quia de re creata, nempe de illo opere. Et hæc adiectio nomen sortitur aureolæ, quia illi excellentiæ operis respondet ex genere suo. ¶ Quòd si roges cur cum sit adiectio ad præmium essentiale, nomen habeat diminutiuum. Respondetur. Propterea quòd nõ est essentiale, sed accidentale. Præmiũ enim essentiale quia ratiõe charitatis æstimatur, maioris pretij est quàm aureola: sed aureola illi adiecta facit illud accidẽtaliter crescere. ¶ Ex quo fit consequens posse aliquos sine aureolis maiori præmio essentiali frui, quàm habẽtes aureolas, vt diua Magdalena: nam vt angelos interim omittamus, possunt etiam & ex hominib̃ multi cumulatiorem habuisse charitatis gradum, propter lõgam vitam in qua plura accumularunt merita, q̃ sit charitas martyris in vno actu, & q̃ virginitas. Vnde aureola nõ est gaudiũ essentiale intẽsius: quandoquidem illud intensius esse possit ratione charitatis in eo qui aureolam non habet: sed est accidẽtale adiectum. Et ideo nec differunt solum secundum magis & minus in eadem specie: imò differunt specie. ¶ Sive rò rursus scisciteris aureola vbi fit: in anima ne, an in corpore ex dictis colligitur solutio. Est em̃ eius substãtia in anima: quia est gaudium de facto illo egregio quod ex charitate processit, qua ratione erat difficile, & strenuum: nihilominus gaudium illud explicabitur in corpore per modum coronulę in capite, vel instar palmæ, vt infra explicabitur. Itaque aureola non supponit, vt dialectico more loquamur, nisi gaudiũ ipsum animæ, connotãdo: tamen signum, quo declaratur in corpore. ¶ Secunda cõclusio. Quanuis aureola & fructus ambo sint præmia accidentalia, differunt tamen inter se. Hanc distinctionem fructuum ab aureolis diuersi diuerso modo interpretãtur, quidam enim aiunt inter aureolam, & fructum non esse discrimen, nisi quòd aureola debetur pugnanti: iuxta illud. 2. ad Timoth. 2. Nõ coronabitur nisi qui legitimè certauerit, fructus verò laboranti: iuxta illud Sapientiæ. 4. Bonorum operum

Similitudo ciuilis rei publicæ.

Varia opiniones.

Diminutiuum nomẽ.

Aureola descriptio.

Præmiũ accidentale.

De subiecto aureolæ.

Secunda cõclusio.

Distinctio fructuum.

operum gloriosus est fructus. At verò cum idem sit labor & certamen, distinctio hæc solum est rationis, cum tamen distinctio inter aureolam, & fructum sit realis. Et eodẽ modo refutant alij dicentes, non aliter differre, q̃ ꝙ aureola consistit in gaudio boni creati, quatenꝰ respicit laborẽ corporis, fructus aũt etiam sit gaudium de bono creato, quatenꝰ respicit voluntatem: nam & opus quod corpore exhibetur, ex voluntate procedit, quare sola tunc ratione differẽt. ¶ Ad intelligendum ergo discrimen hoc notandũ est, quòd cum nomen fructus à corporalibus per metaphoram ad spiritualia transferatur, ex varietate quæ in fructibus reperitur, variæ sumuntur metaphoræ. Fructus autem qui ex terræ nascentibus proueniunt diuersas habent conditiones, ex quibus subinde diuersi modẽ ad spiritualia fit translatio. Primum enim conuenit fructui dulcedo, qua tanquã vltimus q̃ expectat̃ finis delectat: & isto modo gaudium de consecutione vltimi finis est fructus: vnde descendit fruitionis nomen, siue in re, quando in patria per consecutionẽ eiusdem finis illam capimus delectationem, siue in spe, de qua etiam in via gaudemus. Secundo modo accipitur fructus ꝙ eo quod reficit, quãuis nõ sit vltimum, & isto modo virtutes omnes dicũtur fructus, quos ideo fructus Paulus ad Gala. 5. ad duodecim connumerat, dicens. Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax &c. Tertio modo accipitur fructus pro illo cõmodo quod ex labore agriculturæ expectatur, & sic omne præmium spirituale, siue sit gratia, siue gloria, dicitur fructus: iuxta illud ad Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem autem vitam æternam. Nullo autem horum trium modorum vsurpatur hoc nomen impræsentiarum, sed quarto modo, vt metaphora sumatur ab illa fructus proprietate, qua fructus dicitur id quod ex semine nascitur. Sic enim Christus Matth. 13. verbũ fidei appellauit semen, quod in nostris cordibus seminatum facit fructum, aut trigesimum, aut sexagesimum, aut centesimum, secundum terrę benignitatem. Verbum enim ex natura sua efficacissimũ est, & ideo quo terra feracior est, idest, cor benignius, vberior est fructus. Benignitas autem & feracitas cordis in hoc cõsistit, quòd à terrenis sese expurget, & in spũm conuertat: vt scilicet neq; vijs huius seculi sit peruium. Nã quod illic seminatur volucres cœli nempe humana superbia deuorat. Neque sit vt sicut saxũ, sed emolliatur, ne quod illic seminat̃, facilè arescat. Neq; verò inter diuitiarũ spinas sit consitum, quæ semen suffocare pergunt, Sed sit terra bona vt verbum in ea terrenos humores possit in spiritum conuertere. Fructus ergo secundum hunc significatum est gaudium ab illo differens, quod est aureola. Vt inter auream, & aureolam & fructũ hoc sit interstitium, ꝙ aurea sit visio, seu gaudiũ essentiale, inde de Deo viso perceptũ, aureola verò sit gaudiũ de perfectiõe operis adhibitum: sed fructus sit gaudiũ quod de operantis dispositione accumulatur secundum spiritualitatis gradum, quo per Dei verbum quisque in suo corde seminatum profecit.

¶ Ex quo fit, quod quemadmodum aureola, ita & fructus ad gaudium pertineat accidentale, essentiali adiectum: nam pari modo de bono creato percipit. Atque adeò fructus non semper charitatis proportionẽ & quantitatem insequitur. Potest enim vidua plura charitatis opera & merita facere, quàm virgo, imò & coniugatus, atque adeò in beatitudine essentiali excedere. ¶ Tertia conclusio. Fructus etsi virtuti continentiæ peculiarius tribuatur, omni tamen virtuti congruit. Hieronymus quidem & aduersus Iouinianũ & in Commentarijs Matthæi. 13. Tres illas euãgelicorum fructuum differentias soli continentiæ ascripsit: quam ideo opinionem Sanctus Thomas, & reliqui Theologi sequuntur. At verò cuiuscunq; virtutis est fructum ferre, verbum enim fidei in corde seminatũ omnium virtutum vberem frugem profert. Potissimũ tamen in virtute continentiæ fructus elucent, qui spiritualitati adscribuntur. Na[illegible] spiritualitas ex abstractione à voluptatibus carnalibus exurgat, eo quod caro (vt ait ad Galatas Paulus) concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, illi peculiariter virtuti tribuitur fructus, qua aduersus carnem spiritus pugnat: qualis est virtus continentiæ, quæ in compescendis venereis insultibus versatur. ¶ Quod si scisciteris, cùm actus temperantiæ circa cibum & potum sint magis necessarij quam circa venerea, cur non tam proprie & æqualiter in ipsis ponitur fructus atq; in reliquis? Respõdetur, quia non sunt tam vehementes. Sunt enim venerei adeò exorbitantes, & violenti, vt quemadmodum ait Hierony. in carnali conflictu neque spiritus, pphetiæ corda prophetarũ tangat, & quemadmodũ. 7. Ethico.

Quæst. mul tiplicitèr dicitur.

Tertia conclusio.

Hierony.

Cibus et potus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ait Philosophus, in illa delectatione vix fit posibile quidpiam intelligere. ¶Ex his demum colligitur quarta conclusio. Tres sunt fructus, tribus virtutis gradibus consignati: illi scilicet qui Matth.13. referũtur tricesimus sexagesimus, & centesimus. Hi verò tres gradus generaliter in omni virtute constituuntur, qui sunt gradus continentiæ, quãdo homo cum passionibus colluctatur: & temperantiæ, quando illas habet sedatas & hæroicus, quando nullæ prorsus insurgunt, sed homo pacateviuit. Et ideo Christus sicut in maligna terra tres distinxit gradus, scilicet incõtinẽtiæ, quãdo homo est sicut in via quibuscunque corruptis affectibus expositus: imò illos præueniens: & illorum qui verbum virtutis concipiunt, sed præ cordis ariditate humorem non habent, vt crescat: & illorum qui humorem quidem habent, scilicet nonnullum virtutis affectum, sed solicitudine secularium exortum semen suffocant: ita & in terra bona tres distinxit ordines, qui in quacunque virtute reperiuntur: qui sunt incipiẽtium, proficientium, & perfectorum. Nihilominus quia hi tres generales virtutum gradus peculiarius in virtute continentiæ existunt, tres isti fructus eidem virtuti peculiarius adaptantur: vtpote per quam spiritualitas, vt expositum est, comparatur. Est enim minimus quantum ad meritũ, sed maximus quantum ad necessitatem: vt carnis concupiscentia & delectatio aduersus legem Dei nõ exorbitet, sed iustis sit officijs contenta. Atq; hic est in coniugatis, fidem coniugij legitimè seruantibus. Alius verò est spiritualis gradus paulo minor quo ad necessitatem, sed maior quo ad meritum: quo scilicet se homo à licitis complexibus abstrahit, non tamẽ perpetuo vinculo sed libero, à quo posit abscedere. Atque hic gradus est in viduis. Sed tertius est maximi meriti quo scilicet homo sic in statu spirituali constituitur, vt à carnis complexibus & voluptatibus perpetuo proposito alienetur. Atque hic est in virginibus, qui propositum habent in perpetuum carnis integritatem seruandi: hoc enim propositum etiam citra votum, ad virginitatis aureolam sufficit. Quanuis status continentiæ, vt paupertatis & obedientiæ, voto firmiori firmetur. Primus ergo dicitur trigesimus: secundus sexagesimus, & tertius centesimus. ¶Rationem autem huiusmodi numerorum forsam non aliam cõminisci opus esset, quam quod tricesimus fructus plurimum esse solet semini iustus in terra bona: qualis erat terra illa promissa quam Iordanis interluebat: vt scilicet modius ad triginta proueniat: & ideo adaptatur minori graduiuirtutis quippequi necessarius est. Solet autem ad duplum benigna gleba illum proferre. Veruntamẽ quasi per miraculum, vbi solum feracissimum est, ad centesimum prouenit. Legitur enim Gene.26. quòd cum Isaac in Geraris sementem fecisset, inuenit in ipso anno cẽtuplum, quasi beneficio diuino. Vnde subdit. Benedixitq; ei dominus: ¶Nihilominus patres qui istorũ sunt numerorum obseruatores, ad denariũ, qui est numerus mandatorũ perfectus, tanq; ad radicem eos referunt. Tricesimus enim numerus ex denario per ternariũ ducto cõsurgit. Ternarius autem, vt.1. de Cœlo, & mũdo ait Philosophus, integrum corpus significat quod longitudine, latitudine, & profunditate cõstat: & rursus principio, medio, & fine. Et ideo significat illum spũalitatis gradũ, qui est virtuti necessarius. Sexagenarius aũt constatur ex eodem denario per sex multiplicato: senarius aũt quippe qui ex partibus suis aliquotis, vno, duobus, & tribus constet, duplo perfectior est. Sed centesimus numerus ex eodem denario per se ipsum ducto prouenens perfectissimus est: nempe numerus cubus, hoc est quadratus omni ex parte æqualis, & talis est in omni virtute gradus hęroicus, vt in virtute fortitudinis martyriũ, vt in lib. de virgi. ait Augu. & in virtute misericordiæ, omnia abijcere & dare pauperibus, atq; in virtute cõtinentię status virginitatis. Quapropter non opus fuit similem proportionẽ in his excessibus seruare, sed rationem perfecti numeri. Nec aliud Christus dicere voluit quàm quòd fructus ex semine verbi aliquando ille peuenit, qui iustè solet ex semine prouenire: aliquando verò duplus, sed aliquãdo consummatissimus. ¶At quo tandẽ Bedę rationẽ adhibeamus, quæ minimè est contemnenda, numeros illos ad digitorum refert dispositionem, qua apud Romanos in more erat annos supputare tacẽdo: vt dũ depicta imago contractum habebat minimum sinistræ digitum, significabat annum vnum: si verò solum secundũ ab illo cõtrahebat duos &c. Numerus verò tricesimus pingebatur in eadem sinistra, police & indice moliter se osculantibus. Quæ ideo figura statum coniugalem designat. Numerus verò sexagenarius delineabatur eodem indice policẽ in modum crucis desuper comprimente: quæ ideo figura

Quarta conclusio.

Fructus tres.

Tricesimus sexage. & centesi.

Ratiões numerorum.

Ratio suppputandi perdigitos.

figura viduitatis præsuram poterat indicare, sed in numero centenario à sinistra fiebat transitus ad dextram. Vnde de Nestore, qui centesimum ætatis excesserat annum, canit Iuuenalis, atque suos iam dextera computat annos: quemadmodum homines virginitas ab humana in angelicã transmittit naturã.

Iuuena. Sat.13.10.

Solutio primi argum.

¶Primi igitur argumenti solutio per ea quę supradicta sunt liquet, Diximus enim in beata visione eminenter contineri omnia quæ ad eius ornatum attinent: non enim ex illa solum deriuatur amor & gaudium ad beatitudinem essentialiter pertinentia, verum & fructus omnes & aureolæ. Et in hoc sensu ipsa dicitur status omnium bonorum aggregatione perfectus. Nihilominus formaliter alia alijs beatis accidentaliter adhibent. Et quanuis nihil adhiberetur satis ad beatitudinem esset visio, vt.5. de confessio. ait Augustinus.

Solutio secũdi argumẽ.

¶Ad secundum respondetur nullum esse inconueniẽs eidem merito diuersis rationibus diuersa præmia competere. Auream scilicet quia procedit ex charitate, & aureolã ex genere operis: & fructum ex dispositione personæ. Itaque sanctissimæ virgini ob nimiam eius charitatem post Christũ summa essentialis gloria competit, & propter personæ hęroicam dispositionem spiritualitatis centesimus fructus, idemque super omnes cumulatissimus: nam quanuis in omnibus sit centesimus, est tñ gaudium illud in quibusdam cumulatius, quàm in alijs. Et præterea ratione strenuitatis operis adiecta est ei aureola. ¶Econuerso non in omnibus in quibus est fructus, est aureola, vt patet in coniugatis, & viduis. Et si restrictè fructus accipiatur in virtute continentiæ potest è conuerso in martyre esse aureola sine fructu. Secus si fructus accipiatur pro gaudio quod gradui cuiuscũque virtutis respondet.

ARTICVLVS. II.

Vtrùm tantum sint tres aureolæ?

Pertinegatiua argumentũ primum.

SEcundo quæritur de numero aureolarum, vtrum tantũ sint tres? Et arguitur à parte negatiua. Viduæ, vt Hieronymus autor est, maiorem difficultatem in abstinendo à carnis illecebris patiuntur, quàm virgines: vbi autem maior est pugna æquius debetur pręmium: ergo viduis etiam debetur aureola. Atque adeo non sunt tres tantum. ¶Secundò. Aureola est præmium, quod operibus supererogationis tribuitur, ait enim Beda super illud Exod.25. Aliam coronam aureolam &c. Aureolam de eorũ præmio rectè intelligi, qui generalia mandata spontaneæ vitæ perfectioris electione transcendunt, sed vbi necessitas occurrit confitẽdi fidem, non est opus supererogationis, iuxta illud ad Romanos.10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem: ergo illis martyribus non debebitur aureola. ¶Tertiò. Omne præmium quod in patria conferendum est, alicui virtutis operi respondet: quod ex Dei dono procedit, imò aureolæ non conferuntur nisi propter opera consilij, quæ ait Beda esse supererogationis: prædicare autem & docere non semper est singulare Dei donum, neque opus consilij, imò sæpè fit per scientiam acquisitam humano studio: ergo doctoribus non debentur aureolæ. ¶Quartò. Si essent tres aureolæ non deberent esse æquales, quia nec dignitas operis est æqualis. Neq; verò discerni posset quæ nam esset excellentior, nam ex vna parte virginitas videtur excellere, quippe cũ de virginibus legatur Apocalypsis.7. quòd sequuntur agnum quocunque ierit. Sed ex alia parte videtur martyrium excellentius, dicente Augustino in libr. de virginitate, q̃ nemo ausus fuit præferre virginitatem martyrio. Sed & doctrina prædicationis videtur ambobus præeminere ex parte obiecti, nam versatur circa intelligibiles veritates, cum virginitas, & martyrium versentur circa sensibiles affectus: non ergo apte possunt tres aureolæ distingui. ¶Quintò. Si Aureolæ essent ponendæ, maximè Christo competeret, qui & virgo & doctor fuit & mortem pertulit. Item deberentur & Angelis. Nam loquens de virginitate Hieronymus ait. In carne præter carnem viuere potius est vita angelica, quãm humana. Item conuenirent & corpori, postquam conueniũt illi doctes, & tamen neque Christo, neque angelis, neq; corporibus aureolæ istæ assignãtur: ergo non sunt tres. ¶In contrarium autem est sanctorum patrum, & ecclesiæ autoritas.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Quartũ argumentũ.

Quintũ argumentũ.

Pars affirmatiua.

Prima conclusio.

¶Ad quæstionem nouem cõclusionibus respondetur. Prima. Tres sunt nec pauciores, nec plures aureolæ, scilicet virginitatis, martyrij, & doctrinæ. Aureola nanque, vt modo constitutum reliquimus, est gaudium quod propter singularem victoriam in hac humana militia partam per excellentiam victori

Universidad de Deusto
Biblioteca

confertur. Sumitur autem hic ternarius numerus & secundum hostes contra quos pugnamus, & secundum virtutes quibus dimicamus, & secundum tria quibus Christo vincentes configuramur. Hostes nanque sunt caro, mundus, & dæmon. In pugna verò quę est cõtra carnem, illa est victoria potissima, quæ à venereis insultibus, & voluptatib°, violẽtissimè inter omnia delectabilia tactus pugnantibus, per continentiam obtinetur: quę vtique victoria in virginitate sita est. Et ideo prima debetur virginitati aureola. Contra mundum verò illa est illustrissima cum eius infestam persecutionem, & tyrãnidem vsque ad mortem sustinemus: & ideo secunda aureola debetur martyribus, In pugna verò contra diabolum illa est suprema cũ quis non solum à se, verùm & à mentibus hominum quos calumniator ille seducere pergit, propulsat: quod fit per sanam doctrinam, & veritatis lucem, & ideo tertia aureola debetur doctoribus. ¶ Atqui aureolæ istæ tribus præterea animi virtutibus rñdent, doctrina scilicet rationali, per quã veritas fidei diffunditur, & propagatur: aureola verò martyrij respondet irascibili quæ circa ardua versatur, & præcipuè circa pericula mortis: sed aureola virginitatis respondet concupiscibili, quæ versatur circa delectabilia tactus, & præcipuè circa venerea. ¶ Rursus per doctrinæ prædicationẽ assimilant doctores Chrõ, quatenus mediatori Dei, & hominum, qui quæcunque audiuit à patre fecit nobis manifesta: per aureolam verò virginitatis assimilantur ei virgines, quatenus exemplar fuit & decus totius puritatis, sed & martyres eum imitantur quatenus mortem pertulit crucis.

obiectio. ¶ Quod si quis arguat, quod cum tres illæ aureolæ tribus cardinalibus adaptentur: vt doctrina, prudentiæ: & martyrium fortitudini: & temperantiæ, virginitas, alia etiam debuit iustitiæ constitui, imò & alia professa paupertati, atque alia obedientiæ, quæ sunt consiliorum opera. Respondetur, quòd cum iustitia in omni virtute contineatur, & pariter obedientia non indigebant singulari aureola: & quanuis paupertas sit opus perfectionis, non tamen tantum habet difficultatis, incomparanda victoria, quam pugna carnis, & ideo illi non debetur aureola, sed iudiciaria potestas, vt dictum est.

¶ De virginitate hic non est proprius disputandi locus: pertinet enim ad materiam temperantiæ: de qua ideo virtute disputat Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 152. sed solum ad hunc locum de ipsius aureola dicere spectat. De qua aliqui sic sentiunt, quod ad aureolam sufficiat actu virginitatẽ seruasse: dum tamen homo beatitudinem obtineat, etiam si non habuerit propositum illam perpetuo seruandi. At verò aduersus hanc opinionem statuitur secunda conclusio. *secunda cõclusio.* Ad aureolã virginitatis requiritur propositũ perpetuo virginitatis seruandæ. Nam secundum aliam opinionem etiam illa virgo quæ propositum haberet nubendi, obtineret aureolam: quod vtique Sancti non approbãt. Aureola enim virginitatis præmium est illius singularis virtutis quatenus rationẽ habet virtutis. Virtus autẽ virginitatis ex obiecto est continentia carnis, seu non experiri delectationem illam: ergo non habebit rationem singularis virtutis, nisi per propositum voluntatis illam perpetuo seruandi: atque adeò sine illo proposito virginitati nõ debetur aureola: neque centenarius fructus, neque verò viduę sexagenarius, nisi simile propositum perpetuæ continentiæ habeat. Votum autem non est necessarium: quanuis per ipsum fiat virginitas perfectior, & per solenne perfectissima. Vnde August. in libro, De nuptijs & concupiscentia. Virginitas, inquit, est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio: *virginitas.* hoc est, propositum perpetuæ conseruationis illius. Et illic rursum. Virginitas inquit est continẽtia qua integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis vouetur, cõsecratur, seruatur. Vouetur, idest, offertur. Dicitur enim virgo à carnis virore, qui est in mẽtis proposito. ¶ Quod si arguas. Virgo etiam quæ absque tali proposito ab hac luce migrauerit gaudio de sua integritate oblectabitur. Conceditur, sed tamen illud nec est aureola, nec tale meretur nomen. ¶ Vnde Diuus Thomas quæstione citata arti. 1. Tria inquit sunt *Tria in virginitate.* in virginitate consideranda. Primum integritas carnis. Et hoc est illi accidentale. Nam vt. 1. de ciuitate Dei idem ait Augusti. membra illa possunt diuersis casibus vulnerata vim perpeti: & à medicis & ab obstetricibus & aliunde. Secundũ est in experientia voluptuosæ delectationis in resolutione seminis. Et hoc est materiale: scilicet illam non experiri. Tertium verò est formale, nempe propositum quod est in anima. Integritas enim carnis res naturalis est, atq; adeo non est virtus nisi illo sancto proposito induatur. Quando ergo illud materiale perdit, non tamen sponte, sed

te, sed per vim reluctante virgine, non amittitur virginitas: quippe quæ semper seruatur in mente. Quanuis in illa violentia illecebra carnis voluptasq; insurgat: quinetiam si vi corrupta concipiat. Siue vis illa in contumeliam fidei, siue alia de causa inferatur. Vnde beata Lucia si me, inquit, inuitam violare feceris, mihi castitas duplicabitur ad coronã. Non q̃ duas esset obtentura virginitatis aureolas, sed quòd illi aureolæ aliud accessurũ erat gaudium propter patientiam toleratæ iniuriæ. Si verò sua sponte & voluntate quis resolutionem seminis voluptuose experiat, irrecuperabiliter perdit virginitatem, atque adeò aureolæ ius. Et in hoc sensu ait Hieronymus Deum non posse virginitatem post ruinam reparare licet posit per pœnitentiã peccatum tolli: quinetiam deinceps per cumulatos pœnitẽtiæ fructus præmium essentiale augeri. Cuius Magdalena nobis documentum præbuit. Veruntamen dum qui virginitatem proposuit delectationes morosas mortales sua sponte sentit, aut mente vel in nuptias vel in fornicationẽ consentit, citra vllam tamen seminis emissionem, perdit quidem virginitatem, atq; adeò si in illo statu decederet, aureolam non obtineret: põt tamen per pœnitentiam eam recuperare, & integrato eodem proposito perpetuæ continentiæ, sua non frustrabitur aureola. ¶ Percontaris autem vtrùm frigidi & eunuchi ad generandum, imò ad coeundum inepti, de quibus supra in materia de matrimonio diximus, valeant virginitatis aureolam promereri. Apparet enim non posse: quia necessitas nõ est virtus. Hoc tamen non obstante in libro de Sancta virginitate Augustinus affirmando respondet. Dum enim propositum habent vxorem non ducendi faciunt de necessitate virtutem. Ait quippe quibus virile membrũ debilitatur, vt generare non possint, vt sunt eunuchi, cum christiani fiunt & Dei præcepta custodiunt, sufficit propositum non habendi coniugem. ¶ Diuus Thomas impræsentiarum negat ante legem euangelicã virginitatem sub consilio fuisse, atque adeò aureola fuisse dignam. Hoc tamen supra distinctio. 30. quæst. 2. art. 1. disputauimus: in alterã partem sub peritiorum censura inclinantes. ¶ Ad primum igitur argumentum respõdetur, quod quibusdã pensatis rationibus maiorem pugnam sustinent virgines: sed alijs perpensis maiorem viduæ. In virgines nanq; multa conspirant tentamenta. Concupiscẽtia nãq; propter refrenati sanguinis repressionem ardentius exurit, & rem experiundi desiderium ob curiositatem vehementius incitat. Homines enim ad illa quæ experti nõ sunt, auidius anhelant. Mox & existimatio maioris voluptatis, quàm in rei veritate turpitudo illa habet, ignem insufflat: & minor quàm par est detrimentorum opinio, quę tamen detrimenta magna secum affert corrupta virginitas, illecebrarũ relaxat habenas. Præterquam si prolis cupido inter hæc sese insinuet, atque aliarum voluptatum quæ solent maritis accrescere. Viduas autẽ ex altera parte præteritarum delectationum memoria valdè infestat. Sed tamen quia ab alijs enarratis hostibus liberiores sunt, nõ tam acri subdũtur pugnæ, quàm virgines. Quicquid autem sit de pugna, aureola tamen & palma non ei, sed victoriæ decernitur. Laus autẽ victoriæ est nunquam hosti succumbere: hoc enim est in militia pulcherrimum. Et ideo nõ viduitati, sed virginitati proposita est aureola. ¶ Et per hæc diluitur dubitatio de sacratissima virgine, an verè habeat virginitatis aureolam. Haud enim desunt qui id negent, propterea quòd nullam sensit pugnam carnis aduersus spiritum. Quibus vt alij contradicant affirmentque habere aureolam, in aliud impingunt extremũ dicentes habuisse pugnam carnis: tametsi propter excellentiã temperantiæ & continentiæ, quam habuit in gradu heroico illam nõ senserit. ¶ Sed isti bifariam peccant. Primum concedentes in Deipara virgine insultum aliquem aut illecebram & tentationem carnis: cum aut fomitem non habuerit, aut eius inclinationem habuerit prorsus restinctam & ligatam. Secundò, quia si illam non sensit, nihil ad laudẽ referebat, iam habuisse. Quare nõ est pium talem luctã in intemerata virgine admittere. Dicendum ergo est q̃ etiam si carnis pugnam nullam habuerit, habet tã aureolam modo excellentissimo. Seruauit enim illam integritatem quæ in membris ecclesiæ virginitas æstimatur. Et quando virtutes sunt in gradu heroico, quanuis nullus sit passionũ insultus, adeò virtus nec perfectionem suam nec nomẽ perdit, vt sit etiam perfectior. Præsertim quod beata virgo pie creditur si non carnis, Satanæ tã iacula & tentamenta pertulisse: siquidẽ Christum etiam ipsum Deũ versutus ille adoriri non fuit veritus.

¶ De martyrio quæ materia est fortitudinis disputat D. Tho. 22. q. 124. de cuius igitur tan-

frigidis

August.

Solutio primi argum.

Sacratissima virgo.

Impugnatio.

Tertia conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum aureola affertur hic cõsideratio. De qua subiungitur tertia cõclusio. Martyribus, per inde atq; virginibus, aureola debetur. Dictũ enim est aureolam non nisi propter insignẽ victoriam deberi. Quemadmodũ autem in luctamine aduersus carnẽ insignis victoria est, quæ contra venereorũ pugnam obtinet, quæ acerrima est, ita & in certamine aduersus mundum illa est illustrissima, quæ de tyrannis habetur in causa mortis: quæ (vt ait Philosophus) omniũ est terribilium terribilissima. Et ideo martyribus debetur aureola.

Martyrij cõmendatio. ¶Accedit præterea ad eius meritũ quod huiusmodi victoria non solum æstimãda est ex passionis vehementia & magnitudine, verũ ex modo, ac demum ex causa. Ex vehemẽtia inquam passionis: quia illa strenuissima patientia est, quæ tolerandæ violentę morti impenditur: præsertim illis mortis tolerãdis generibus, quibus martyres sunt excoriati, assàti, ac dilaniati. Ex modo verò: quoniam (vt Aristo. 3. & 7. Ethico. docet) virtus fortitudinis plus laudis in expectando, quàm in aggrediendo meretur: & martyres non solũ tormentorum truculentiã expectabant, verum inermes se se crucibus offerebant, tanq̃ oues in medio luporũ. Non modo neminẽ offendentes, verum nec se ipsos defendentes: imò paratiores mortiferendæ, quàm tyranni erãt inferendæ. Quod quidem admirabile etiam tyrãnis ipsis genus fortitudinis erat: & Christianę familiæ peculiare, Chrĩ sanguine progenitæ. Causa deniq; martyrium in culmine collocat. Nam enim tantũ in protectionẽ virtutis aut reipublicæ se se martyres morti exponunt, verùm & in defensionem & confirmationem fidei quæ omnium est virtutum fundamentum, & spe cœlestis retributionis, quæ omnium obtinet præmiorũ iãstigiũ: & propter charitatem Dei, quæ est totius perfectionis consummatio, & peculiariter propter Christum ipsum, qui vt nos à Satanica tyrãnide liberaret & in Dei filios adoptaret mortem pertulit crucis.

Solutio secũdi argumẽ. ¶Ex ijs argumentũ secundũ principale solutum restat. Nam etsi (vt ait Beda) aureolæ operibus supererogationis debeantur, non tã ea ratione qua sunt supererogationis, sed ea qua sunt perfectionis: & ideo martyr non solum est aureola dignus, qũ extra necessitatẽ sua se sponte martyrio offert, verùm etiam dum à tyranno captus, necessitas præcepti ingruit confitendi fidem, Dum modo tunc voluntate acceptet mortem. Ratio enim & meritum martyrij non consistit in passione mortis quatenus ab alio inferẽ, sed quatenus à martyre per vltroneã virtutis patiẽtiam suscipiẽ. Quare qui renitens in patibulũ raperetur non esset martyr. ¶Veruntamẽ ad perfectam martyrij rationẽ, vt mors sine voluntate non sufficit, ita neq; sine morte volũtas. Vnde quanuis quis auidissimè martyriũ sitiat (vt de Patre nostro & de Diuo Francisco ac de alijs legitur) non est citra perpessionẽ mortis verè martyr: quanuis feruore charitatis possit præmiũ essentiale sibi augere, plusquam si esset martyr. Palma enim martyrij propterea non tribuitur nisi susceptæ morti quòd quantuncunq; quis illam affectet, difficultatem tamen non nisi sub ipsum conflictus articulum patitur vbi ideo ad doloris tolerãtiam actus ipsos internos fortitudinis & charitatis intendi necesse est, & nouas acquirere vires: sicuti in actibus impudicis vsu venit: tunc enim affectus vehementius feruet. Quod autem meritum voluntatis sine morte sæpè sit maior, constantissimum est. Sunt enim multi sanĉti in gloria, qui citra martyrium nõnullis martyribus beatitudine essentiali antecellunt: vt Ioan. Euangelista & Diua Magdalena. Nam & pœnitentiam ipsam D. Gregorius genus arbitratur martyrij. Ait quippe. Quanuis occasio persecutiõis desit, habet tamen & pax nostra martyriũ suum: quia etsi carnis colla ferro non subijcimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus. Hæc ille. Quanquã pœnitentiũ afflictioni aureola nõ debeatur: quã pœnitẽtia non dicit vehementem pugnam, sed illam mensuram, quę ad corpus edomandum idonea est: & ideo excessus non est virtus. ¶At citra pœnitentiã cũctis martyribus longissimè antecellit sacratissima virgo. Tametsi non desint qui eam martyrum catalogo adscribere contendant, propter verbum senis illius Simeonis Lucæ. 2. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quinetiam in sermone de assumptione Hieronymus. Rectè, inquit, dixerim, Dei genitrix virgo & martyr fuit, quanuis in pace vitam finiuerit. Vnde etiam ipsius animam pertransiuit gladius: scilicet dolor de morte filij. At verò (vt Diuus Thomas impręsentiarum ait, & certè dicendum videtur) non illa ratione fuit martyr, qua martyrij aureolam habeat. Martyr enim (vt ait Isidorus) idem est Grecè, quod testis idemque fidei: & ecclesia non recipit alios, vt testes fidei quam eos, qui mortem, in eius

Martyrij meritũ.

Et volũtas & mors ad martyrium requiritur.

Pœnitẽtia.

Sacratissima virgo.

Martyrij

testimonium pertulerunt. Appellauit autem eam Hieronymus martyrem, ob quandam similitudinem: scilicet ob vehementissimum doloris sensum, quem in corde habuit de morte filij, quod quædam fuit imago martyrij. ¶Atque hac ratione Bernardus tria distinxit martyrum genera: scilicet, voluntate non nece (vt Ioannes Euangelista) voluntate & nece, vt Stephanus, nece & non voluntate, vt Innocentes. ¶At verò nonnulli intelligentes, quòd vt sola voluntate absque nece, ita neque sola nece absque voluntate ratio martyrij completur, vt facerent Innocentes perfectè martyres, dixerunt acceleratum eis fuisse rationis vsum, veluti Ioanni Baptistæ in vtero matris. Veruntamen hoc non est communi Theologorum autoritate susceptum. Et ideo dicendum (vt insinuare videtur Bernardus) quòd sicut Ioannes Euangelista non fuit perfectè martyr, sed sola voluntate, ita neque innocentes nisi sola nece, & ideo neque habent perfectam aureolam, sed quandam eius participationem: nempe gaudium, quòd mortem pro Christo fuerint perpessi.

Tria martyrũ genera Bernardus.

De innocentibus.

Verum requiritur mors.

¶Dubium tamen est de morte cuius passio ad martyrium est necessaria. Nam cum meritum laudisque Martyrij, vt dictum est, non tam in violenta illatione, quàm in spõtanea acceptatiõe consistat, videtur ille qui lethale vulnus accepit, licet medicorum postea diligentia, aut fortè miraculo mortem euaserit, esse nihilominus martyrem: & è conuerso, qui minori quàm lethali vulnere læsus fuit propter Deum, si nihilominus incuria, & negligentia mortem obijt, non esse martyrem: & tamen ecclesia neque illum catalogo adscribet, neque istum non adscribet. ¶Respõdetur, quòd qui vulnus accepit lethale, quantuis non illico animam expiret, sed post aliquod temporis spacium moriatur, martyr existimandus est: atque adeò aureola dignus. Vt de beata Cecilia atque alijs compluribus martyribus memoriæ proditum est, quiin carcere sunt defuncti. Si verò vulnus tale fuerit, vt medicorum iudicio æstimaretur lethale, nihilominus tamen aliqua exquisitissima medicina, & diligentia euaserit, non est martyr: quia ecclesia nullum medicorum iudicium, sed solam mortem, tanquam sufficiens testimonium approbat martyrij. Secus fortè si manifestè constaret solo supernaturali miraculo fuisse post tale vulnus seruatum: si enim hoc euidens esset fortasse haberetur pro martyre: postquàm illa tanquam mors naturalis reputaretur. Quantuis neque hoc certò statuerim, sed iudicio ecclesiæ relinquendum est. Si verò vulnus non fuit lethale nihilominus mors subsecuta est, quia non potuit medicamen adhiberi, martyr ille verè est, imò quanuis adhiberi posset medela, non tamen fuit adhibita, quia ille sic vulneratus, aut cæsus, non tenetur postquam plagam accepit, tantam diligentiam adhibere, vt curetur. Secus si adesset, qui facilè ei mederetur, & ille renueret. Tunc enim videretur mortem plus nimio appetiuisse, & se interemisse, quare non haberetur pro martyre.

Responsio.

¶Quod si roges quid si propter negligentiam mortuus est? Sunt qui dicant, non esse martyrem, quia non ex vulnere, sed ex negligentia morti occubuit. Nihilominus certius est, nisi negligentia sit adeò magna, quòd sit mortalis culpa, mortem illam tanquam martyrium ducendam: quoniam negligentia non est causa mortis, sed supposito vulnere. ¶Quid verò si quis nullam accepit plagam neque verbera: sed sola diuturna carceris afflictione in carceribus pro Christo vita defungitur? D. Thomas impræsentiarum ait, quòd qui aliquibus verberibus longè ante susceptis, etiam non lethalibus in carcere tandem moriuntur, martyres reputantur, vt Marcellus Papa: sed tamẽ. 2. 2. quæstione. 124. articu. 4. ad. 3. ait. Quod pro sola tolerantia carceris, exilij vel rapinæ diuitiarum martyrium non reputatur, nisi fortè secundum quòd ex his sequitur mors. Vbi sola tolerantia carceris, & exilij vsque ad mortem appellat martyriũ, quanuis nulla verbera præcesserint. Et certè ita videtur dicendũ, dum modo illa tolerantia sit causa mortis. Nam Marcellus licet longè antea fuerat fustibus cæsus, læsio tamen illa nulla fuit eius mortis causa, sed quia post certum tempus stabulo deputatus est ad seruiendum animalibus, & illa fuit afflictione defunctus. Et ratio quoque id persuadet: nam afflictio illa, verberum loco existimatur. Diuturnitas tamen carceris, nisi fuerit vsq; ad mortem non dicitur martyrium, vt legitur de Sylueſtro. ¶Alia verò temporalium bonorum amissio citra mortem, etiam si propter Christum fiat, neque martyrium est, neque aureolam meretur. Quanuis quispiam bona temporalia, scilicet diuitias, vel honorem, vel famam pluris æstimet, quàm vitam: nam ex genere

Propter negligentiam mortuus.

De solo carcere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo sola vita est in qua exponenda egregius fortitudinis actus, vt.3. Ethicorum, ait Philosophus, locum habet.

Causa martyrij. ¶Ad hæc tandem notandum, quòd neque voluntas appetendi mortem, neque mors ipsa eidem voluntati adiuncta, nisi causa adsit fidei, aut religiōis sufficit ad martyrium. Quanuis, inquam, vita in defensionem Reipublicæ, aut pudicitiæ, aut alius cuiusuis virtutis politicæ exponatur, nisi id referatur in fidem, aut virtutem infusam, quæ aut Christum, aut Deum habet pro obiecto, non censetur martyrium. Itaque vel formaliter, vel virtualiter debet esse confessio fidei, & testimonium eius: hoc enim sonat martyr, quod testis fidei. Beata enim Agnes quæ pro tuenda virginitate colla gladio submisit eo celebratur, vt martyr, quòd id fecit in testimonium fidei, quia virginitatem, quam Christo vouerat tueri voluit. Quare quicunque mortem subiret in testimonium alicuius virtutis: nempe, ad defendendum esse virtutem, dum modo fide id Christi faceret, verè esset martyr, & pariter qui rempublicam defenderent, vt fidem protegerent, nempe, si illam à Turcis, & infidelibus tutarentur, vel ab hæreticis, qui religionem Christianam subuertere contendunt. Secus si ab alio Christiano rege, tanquam milites temporales illam defenderent: ibi enim quanuis virtutem fortitudinis exerceant, non subinde martyrij aureolam promerentur.

Ante legē euangelicā fuerūt martyres. ¶Ex quo sequitur, quòd etiam ante legem euangelicam potuerunt homines aureolam mereri, vt Machabæi, qui pro religione pugnabant: licet illam in limbo quousque eos Christus in cœlum euexit non obtinuerint. Et idem est de Ioanne Baptista: qui cum ob zelum propugnandæ iustitiæ capite truncatus fuerit, id ad religionem retulit, & fidem, nempe, vt ostenderet adulterium peccatum esse, & ideo egregius fuit martyr. Imò si qui fortè lege naturę pro religione veri Dei cum sola fide implicita morti occubuerit, vt martyr nunc in cœlo aureola insignitur. Et multo æquius Sanson ob Dei nutu in eius amicitia templum, vt hostes religionis occideret, *De Sa: son.* super seipsum cōiecit. Sunt enim multi martyres in cœlo, quos ecclesia, nisi in festo omnium sanctorum, nō celebrat, De quibus ad Hebræos. 11. Apostolus ait. Per fidem vicisse regna, operatosque fuisse iustitiam, qui obturauerunt, inquit, ora leonum, & extinxerunt impetum ignis, & fortes facti sunt in bello. Alij distenti, alij verò ludibria & verbera experti, insuper & carceres, lapidati, secti, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ.

De illis qui se perimūt. ¶Postremum denique argumentum soluendum restat, quod, vt Augustinus primo de ciuitate Dei autor est, nemini licet sibi manus inijcere quacunque ex causa, atq; adeò multò minus se se occidere: & tamen multi martyres leguntur sese peremisse, vt metum violandæ pudicitiæ euaderent, atque, vt tyrannos præuenirent. Legitur enim ecclesiasticæ historiæ libro. 8. capit. 12. de quibusdam fœminis, quæ cum ad sacrificandum ducerentur, & in media via Satanici ministri earum pudicitiam solicitarent, ne polluerentur, aut sacrificare cogerentur, in fluuium se præcipitarunt. Et beata Apollonia cum à lictoribus ante rogum comburenda teneretur, eorum manibus elapsa in ignē se eundē proiecit. Respondetur verò id diuino instinctu in exemplum egregiæ fortitudinis fecisse, vt tyrannorum rabies admiratione vinceretur, dum viderent pro Christo sic sexum illum fragilem mortē contēnere.

Quarta conclusio. ¶Tertia demum est doctorum aureola, de qua subnectitur quarta conclusio. Doctorum aureola nec prelatis tantum quibus munus prædicandi incumbit, nequevero illis nisi munere suo fungantur, sed cunctis qui actum prædicandi & docendi, siue voce, siue scripto exercent, debetur. Aureola enim hęc non debetur ratione status, nempe, ratione episcopatus aut prefecturę cui annexum est officium prædicandi: nec verò propter habitum scientiæ quo quis docere potest, sed propter actum, in quo ratio meriti cōsistit, iuxta illud. 2. ad Timothæum. 2. non coronabit nisi qui legitimè certauerit. Imò qui statum habet vel habitū sine vsu maioris est opprobrij dignus, maiorisq; fit criminis reus. Veruntamen non pro vna aut altera concione vel lectione, sed pro professione docendi expectanda est aureola, siue lingua siue calamo id fiat: dum tamen in obsequium fidei munere illo doctor fungatur. Et potissimum vt incredulos aut hæreticos lucrifaciat, seu vt illos ab ecclesia arceat diuinoq; gregi caueat. Nam docere profanas literas aut humana iura non est aureolæ meritum.

Solutio tertij argumē. ¶Ad tertium igitur argumentū negatur officium prædicandi non esse opus virtutis & supererogationis: imò est opus misericordię: & quan-

uis doctrina ad prædicandū humano studio arquiratur, est nihilominus opus perfectiōis quinetiā perficientiū aliōs: ad quod munus Deus credendus est illis specialiter opitulari: qui eius gratia id faciūt: nempe, vt fidē eius & leges elucident & persuadeant. Quapropter (vt de martyrio dictū est) non solum qn docere spōtaneū opus est & supererogatiōis verū & qn necessitas occurrit præcepti comparat aureola. Imò tunc cūmulatius est meritum: vt puta qn id ex officio & ratiōe status incumbit: & præsertim qn hęreses pullulant tunc em ingruentibus lupis continēter indefesseq; debet pastorū sibilus & clamor crebrescere. Est tn prædicatoribus ac fidei doctoribus solerter inanis aura cauenda, quæ aureolā illis vel auferat vel deterat. Scientia em inflat: cum tn ad hanc aureolā promerēdam potissimum requiratur humilitas.

Quinta conclusio. ¶Subsequitur vt has inter se aureolas conferamus, meritoque suo cuiusque perpendamus. Sit ergo quinta conclusio. Quanuis singulæ istarum quæ dictæ sunt aureolæ, alias merito superēt, & vicissim ab alijs alia ratione superentur, simpliciter tamen martyrum aureola cæteris antefertur. Probatur prior pars. Si meritum ex pugnæ rigore & acerbitate perpendatur, aureola martyrij quodam modo præeminet aureolæ virginitatis: sed quodammodo ab illa exceditur. Certamen enim in martyrio truculētius est, quod ideo in conflictu celsiorem exigit animum, maioriq; fortitudine & charitate robustū: sed ex altera parte diuturnitas pugnæ carnis in virgine patientiā longiorē & longanimitatē requirit. Nihilominus ex genere suo, quia terribilissimū est mors, simpliciter palma martyrij est præstantior. Verūtamen si excellentia ex obiecto & materia perpendatur, aureola doctorū illustrior est: qn hmōi pugna circa intelligibiles veritates versatur: cum aliæ nō nisi circa sensibiles effectus versent. *Secunda pars.* ¶Posterior verò conclusionis pars probatur: nā etsi in virtute perfectio obiecti, vnde species sortitur, præferatur, tn in aureolis, quæ victoribus decernunt, potius habenda est ratio difficultatis in vincendo: & quia hæc in martyribus præeminet, eorum aureola simpliciter est gloriosior. Vnde Christus Matth. 5. in calce omnium beatitudinum quasi omnes vno verbo complexus, Beati inquit, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniā ipsorum est regnum cœlorum. Obidq; ecclesia in sanctorum catalogo martyres doctoribus ac virginibus præfert. ¶Et per hæc quatum argumentū solutum restat. Vnaquæq; enim virtus suum habet priuilegiū & excellentiam: de virginibus nanque propter eximiam puritatem: & quia cœlestem angelorum candorem referunt, legitur Apocal. 14. quod cantant canticum nouum, nempe nouum epithalamium, atq; sublimiorem hymnum quàm solet in thalamis carnalibus cani: & ideo tanquam sponsum sponsæ sequūtur agnum quocunque ierit: quia in pluribus assimilantur Christo (vt in libro de virginitate ait Augustinus) propter eximiam humilitatem, quæ virginitatis candori annexa est, licet non tam propè eum imitentur quàm martyres. *Solu. quartī argumen.*

Sexta conclusio. ¶At quoniam non solum vna aureola cum alia alterius speciei, verùm & cum alia secū simili in specie cōfertur, subiungit sexta conclusio. Aureola virginitatis potest esse in vnovirgine cumulatior quàm in alio: & similiter aureola martyris & doctoris. At quia statim se offert in contrarium argumentum, quòd videntur aureolæ in culmine charitatis existere, & id quod in culmine est nequit maius minusue esse, ad notandum est, quod præmium in aureolis crescere potest, aut ex radice meriti, quæ est charitas, aut ex genere operis. Quando ergo crescit ex radice charitatis, augetur aurea, hoc est essentiale præmiū. Quando verò ratione operis, crescit solum gaudiū, quod est aureola. Potest, inquam, fortè martyr vnus feruentiori charitate minores pati cruciatus, atq; alius minori charitate subire maiores, tūc ergo præmiū essentiale prioris auctē erit, aureola verò posterioris cumulatior. Idemque vsu venit si ex duobus Doctoribus vnus cum minori charitate maiorem adhibeat diligētiam prædicandi. Et pariter est de virginibus censendum. Potest enim aliqua quæ in maiori est charitate solertius occasiones impudicitiæ cauere, atque ab illa cautius elongari: quæ ideo maiorem habebit aureolam. Igitur aureola neque semper est in charitatis culmine, neque charitatis insequitur proportionem. In deipara verò virgine vtraq; ratione excellentissima omnium aureola refulget.

Septima cōclusio. ¶Tandem de subiecto aureolę dicere superest. De quo septima adhibetur conclusio. In Christo domino nostro, quāuis quicquid in alijs beatis aureolæ nomen habet, eminētissimo modo existat, tn ppter eius excellentiā, nec ratio neque nomen aureolæ inuenitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Probatur prior pars: Christus & virginitatis fons fuit, & decus eximium, & martyrum firmamentum, & robur, & doctorum fulgentissimum lumen. Imò quanuis nulla carnis tentamenta vllum in eo motum habuerint, labores tamen plures hausit, & in passione dolores, ac subinde naturalem legitimamque sensit carnis infirmitatem mortem formidantis; ob quas pugnas, & luctas, quas heroice vicit, quidam ei aureolam martyrij adscribere contenderunt. At verò cum aureola diminutionem, ac perinde participationem gaudij designet, fas non est illam Christo attribuere, qui nõ participationem sed plenitudinem omnium habet gaudiorũ, de cuius plenitudine omnes accipiunt. Igitur sicut de dotibus diximus, quę secundum hanc rationem non sunt in Christo, sed aliquid excellentius, cui dotes aliorum assimilantur, ita dicendum est de aureolis. Fuit enim in Christo plena victoriæ ratio, cuius similitudine victores omnes constituuntur, iuxta illud Ioannis.16. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Et alibi. Si mundus vos odit, me priorem odio habuit. Et Apoca.5. Ecce vicit leo de tribu Iuda, & cap.3. Qui vicerit, faciam eum sedere in throno meo, sicut ego vici, & sedeo in throno patris mei. Igitur quia ipse est in throno patris, plusquam aureolam habet, sed quia alij merentur thronum eius, fiunt gaudiorum participes, quæ aureolæ dicuntur. Et similiter in doctrina ipse est lux patris, iuxta illud. Quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis, sed alij suæ sunt lucis participes. ¶Octaua conclusio. Neque in angelis est propriè ratio aureolæ: nam aureola præmium est merito respondens, in angelis autem virginitas non meritum, neque victoria pugnæ, sed rei natura fuit. Et in hoc sensu ait libr. de virgini. Hieronymus, quòd in carne præter carnem viuere vita angelica est idest meritum angelicæ naturæ simile, quia virgines per gratiam naturam imitantur angelicam. Et quemadmodum contra carnem non sunt colluctati, ita neque contra mundum dimicarunt, vt mortem oppeterẽt: pugna enim illa quã contra Luciferum in cœlo habuerunt, metaphorica fuit quia illos tanquam Dei ministri de illo fastigio deiecerunt: & ideo neque aureolam martyrij meruerunt. Et quanquam Deus per superiores angelos aliqua inferioribus reuelet, illa tamen reuelatio neq; explicatio fidei est, quæ non est in beatis, neque doctrinæ habet rationem. Quæ sit, iuxta verbum Dionysij, purgatio: & ideo neque illa ratione aureolam merentur doctorum. Sed omnes vnico modo, nempe, per conuersionem in Deum per gratiam, & auxilium Dei eodem modo beatitudinem meruerunt, & ideo diuersis aureolis non discernuntur: veluti homines, qui ad illam diuersis modis, & officijs promouentur.

Octaua conclusio de angelis.

¶Nona conclusio. Aureola non est principaliter in corpore, sed in mente: quanuis per quandam redundantiam refulgeat in corpore. Est enim, vt dictum est, animi gaudium. At verò quemadmodum essentialis beatitudo, quæ in anima consistit, in corpus per dotes gloriæ refunditur, quæ quidẽ dotes vniuersis beatis communes sunt: ita & aureolæ, quæ sunt quorundam peculiares, aliqua habent insignia in corpore.

Nona conclusio decor poribus.

¶Quòd si quæras vtrùm in toto corpore, an in quibusdam membris. Ex sacris literis nihil comperti habemus. Sunt tamen coniecturæ, vt appareant in capite coronulæ figuræ: nam aureola coronulam, vt diximus, significat. Neque probabilitate caret, vt quandam colorum varietatem præ se ferant: nam & corpora ipsa colorata erunt. Non quòd ex commistione qualitatum quæ in beatis sunt naturales, varietas illa colorum in aureolis oriatur: quippe cum sint supranaturalia insignia, sed quod claritas ipsa gloriæ in capitibus virginum decorem quendam alboris præferant: & in martyribus subrubeum: & in confessoribus subuiride. Et fortasse in manibus virgines candida lilia gestare apparebunt, & martyres palmam. Arbor enim illa, quam contra impositam sibi molem Philosophi assurgere aiunt, martyrum patientiam & tolerantiam significat: & in doctoribus apparebunt subuirides rami: nihil enim vetat quo minus cœlestis claritas illas repræsentet varietates. At verò alia martyrum insignia, vt Pauli ensem, & Laurentij craticulam non oportebit illic repræsentari. Cicatrices autem martyrum nõ reputantur aureolæ: nam multi illic erunt sine cicatricibus martyres, vt qui non gladio, sed submersi vel inedia confecti martyrio coronati sunt. ¶Per hæc igitur argumentum vltimum solutum restat. Et hæc de amplissima beatitudinis materia ad Dei gloriam dicta sint, qui nos ad eius contemplationem admittere dignetur.

palma.

DISTIN-

DISTINCTIO

Quinquagesima, De statu, & pœnis damnatorum.

Textus. Capit. j.

FOElicissimæ beatorum gloriæ miserrimam damnatorum calamitatẽ tandem opponamus oportet: quos infernus locus manet, & gehennæ perpetua flamma, & exteriores tenebræ. Etenim neque ignis ille purus est: sed stagnũ, inquit Ioan. ignis ardẽtis sulphure. Et in psalm. Ignis, sulphur, spũs procellarũ pars calicis eorũ. Quare & sine luce ardet, & quasi ventorum impetu fremẽs miseros cõcremare non cessat. Quod si, vt est apud Iob, ab aquis niuiũ trãsibũt ad calorẽ nimiũ, transitus tũ ille omni est refrigerio destitutus.

Apoca. 19.

Psalm. 10.

Iob. 33.

Capi. ij. ¶Tam animæ ergo illic q̃ corpora perpetuos sentiẽt cruciat?: is enim sensus est illius verbi Dñi. Ite in ignẽ æternũ, nempe, vnde nulla est futura redẽptio. Fuerũt enim Origianistæ, vt refert Aug. de hæresi condẽnati, qui arbitrabanť finẽ quãdoq; genus illud supplicio rũ habiturũ. Prima aũt calamitatũ in illo ergastulo illa censeť, quòd à regno cœlesti sint in perpetuũ relegati, diuinoq; priuati cõspectu: quã damni pœnã appellant. Vnde Augu. quales illæ sint exteriores tenebræ futuræ, super sextũ psalmũ sic enarrat. Ira Dei in iudicio erit, & hic est in cęcitate mẽtis, cũ dantur mali in reprobũ sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt, quia tunc peccatores pœnit? erũt extra Deũ. Quid est enim penitus esse extra Deũ, nisi esse in summa cęcitate. Si quidẽ inhabitat Deus lucem inaccessibilẽ. Hæ autẽ tenebræ hic iam incipiũt in peccãte, cũ ab interiori Dei luce secludiť, sed non penitus dum in hac vita est. Hæc ille. Itaq; in hac vita etiam peccatores extera hac luce corporea fruunť, sed ĩ illo ergastulo, quo cũ corporib? dãnati detrudẽdi, sunt nõ solũ interioribus aĩæ tenebris delictorũ, verũ & exteriorib? corporũ calligabũt.

Iob. dehæ. capit.

¶Secũda nihilo minor animarum pœna est perpetuũ eorũ odiũ, quo in diuinã bonitatẽ continẽter exurgunt, nã superbia eorũ qui te oderũt, ait Psalmista, ascendit semper. Peius enim est dei bonitatẽ odisse q̃ lucẽ nõ cernere. Hoc enim pęna est, illud verò culpa. Quãuis odiũ illud non sit tã nouũ peccatũ, hoc est meritũ noui supplicij, q̃ supplicũ mali meriti, quod in hoc seculo perpetrarũt: nã vt in Enchiri. ait Augu. neq; beatis volũtas, neq; dãnatis facultas poterit vlla esse peccãdi: vel vlla cõditio moriendi. Itaq; vt confirmatissimus ille beatorũ amor non est meritũ noui præmij, ita neq; obstinatissimũ illud, pessimũq; in damnatis odium Dei, de meritum

Cap. iij.

Cap. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

meritum est noui supplicij: quia vtrique extra viam sunt, statumq; bene, aut malè merendi.

Cap.iiij. ¶Tertia subinde miserorum pœna est sensus: nempe igneus cruciatus, quem etiam animę antea q̃ sua resumant corpora patiuntur. Etenim quanuis libr. de ciui. Dei. 20. Augusti. cuiusmodi ille ignis fuerit, sub iudice reliquerit, post modum tamen corporeum esse agnouit: eodemq; nihilominus spiritus cruciari. Cur enim, inquit, non dicamus, quanuis miris, tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi? Hactenus ille. Patiuntur ergo nunc etiam animæ inextinguibilē ignem & vermē viuacissimū, iuxta illud Marci. 9. Bonum est tibi claudum introire in vitam ęternā, quam duos pedes habētem ire in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorū non moritur, & ignis nō extinguit. Et in ecclesiasti co: vindicta impij ignis & vermis. Viuax ergo ignis exurens, stimulansq; conscietiæ remorsus de peccatorū putredine genitus ceu vermis affligit. His adhibet fletus & stridor dentiū. Ille ob prēsentē cruciatū, hic verò ob futurorū metū.

Lib.2.de ciuit.capi.16.

Libr.21.capit.10.

Ecclesiastici.7.

Lucæ.13.

Cap. v. ¶Cæterum in postrema carnis resurrectione calamitosi illi corporibus induentur, quæ sint sua gravitate ponderosa, sic tamen in malū suum incorruptibilia, vt tamē sint perennibus tormentis passibilia. Vnde in Apocalipsi. In diebus illis quærent homines mortem, & nō inuenient eam, & desiderabūt mori, & fugiet mors ab illis. Dolores ergo mortis sine spe moriendi sentient. Infœlix sors & horrore plena: vita mortis imago, vbi nec passionis cōsolatio vlla, nec liberationis spes reliqua: mors quæ miseros, neq; verè permittit viuere, neque ab illa vitæ vmbra vnquā eripere valet. Vtinā ergo nobis Deus illam caueat perpetuam mortē, & donet suam vitam æternam.

Apocal.9.

DISTINCTIONIS Quinquagesimæ, De statu & pœnis damnatorum, Quæstio vnica.

ARTICVLVS. I.

Vtrùm ignis inferni sit corporeus.

POstremò tandem quinquagesima distinctio in disputatione, De statu & pœnis damnatorum versatur quæ vnica erit quæstione contenta. Et quidē à loco inferni inchoandū nobis esset, nisi illum dist. 45. circa centrum terrę reconditū constituissemus: & ideo primū de igne quæritur vtrū sit corporeus. Et arguitur à parte negatiua. Primo autoritate Damascenilib. 4. cap. vlti. Tradetur diabolus & peccatores in ignē æternum: nō materialem, qualis est qui apud nos est, sed qualem nouit Deus. Et Aug. 11. super Genes. ad literam cap. 32. quærens cum aīa de corpore exierit, vtrum ad aliqua loca corporalia feratur an ad incorporalia, corporalibus similia: respondet quòd cum spiritualis sit, non ad corporalia loca, sed ad spiritualia, aut ad loca pœnalia, similia corporalibus feratur. ¶Secundò arguitur ratiōe. Ignis corporeus non potest animas, quæ spiritus sunt, cruciare: animæ verò modò sine corporibus cruciantur: ergo ignis ille non est corporeus. ¶Tertiò. Ignis corporeus naturali impetu agit: ergo illa combustibilia quæ illi applicantur æqualiter vrit: damnati verò etiam in corporibus non ęqualiter, sed pro cuiusque merito tormenta eius patientur. Ait em. 4. Dialogorum Grego. Vnus quidem est gehennę ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores, vnusquisque quantum exigit culpa, tantum sentiet de pœna: ergo non est corporeus. ¶In contrarium est illud Mathæi. 25. Ite in ignem æternum.

Partimq; tiua argumentum primum.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Pars affirmatiua.

¶De illo inferni perhorrendo igne multi in primitiua ecclesia dubitarūt, esset ne corporeus, quæ vtique opinionum ambiguitas ex Philosophorum placitis ortum habuit, nam cum illi corporum resurrectionem nō agnouissent, solius animæ corpus egressæ pœnā, aut præmium profitebantur. Et qm̄ neq; satis intelligebant quomodo spūs ab igne corporeo pati posset, eiusmodi ignē diffitebantur, affirmantes, vt ait Auicēna quicquid de animorum pœna euulgatur, per metaphoram esse intelligendum. Vt quemadmodum fœlices animæ non de re aliqua corporea, sed spirituali oblectabantur, quia suum se finem consequutas vident, ita & afflictionem malorum, spiritualem duntaxat putabant, nempe quia à suo sunt fine semotæ. At quia illa tristitia vulgo non potest nisi per similitudines corporales ostendi, dicuntur per metaphoram igne affligi, & præterea, vt metu viuentes exterreantur. ¶At quoniam alij etiam ex philosophis eo vsque sunt cognitione progressi, vt crederent separatas animas non solum pœna damni propter auersionē à suo fine: verum & sensu affligi, alij cōmenti sunt animas corporū similitudinibus cruciari, vt homines phantasticis imaginationibus torquentur in somno: de quo visionum genere 12. de ciuitate Dei meminit Augustinus capit. 21. Veruntamen quoniam neque hoc gaudiorum, aut suppliciorum modum satis rei facere alijs videbatur, Tertium Philosophorū placitum, quod & Auicenna refert, fuit, quòd animæ hæc corpora mortalia exutæ alijs vniuntur cœlestibus corporibus, in quibus perpetuo vel præmijs fruantur, vel afficiantur supplicijs. Hoc autem. 1. de anima Aristoteles probat esse falsum: nam anima, vt suo est proprio corpori accomodata, quæ non potest in aliud transire, vt Pythagoras comminiscebatur: ita & suis certis vtitur organis, vt alijs vti non valeat. Neque verò soli Philosophi, verum & patres Sancti de hoc aliquando hæsitarunt. Vnde Augustinus. 20. de ciuita. Dei cap. 16. Qui inquit, ignis cuiusmodi, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi fortè cui spiritus diuinus ostendit. Subiungit tamen quòd in postrema die seculi mundanorum ignium conflagratione mundus peribit: insinuans fortè q̃ etsi de igne quo nunc torquētur animæ, ambigi possit, sit ne corporeus, an spiritualis, tū de illo qui damnatos cum suis corporibus in infernū obtrudet, quē sunt perpetuo perpessuri non esse dubitandum fore corporeum.

Philosophorū placita.

Augu. 20. de ciuit. 16.

¶His ergo recensitis opinionibus ad quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Ignis inferni est corporeus ab initio mundi ibidem creatus. Probatur primo ex regula quam supra pluribus locis cōmendauimus, nempe quòd quoties verbum sacræ scripturæ, eo præsertim loco, vbi historia narratur in sensu literali sanè interpretari potest, sic est interpretandum: ait verò Christus dicturum se dilectis suis. Venite benedicti patris mei percipite regnum: ac subinde damnatis. Ite maledicti in ignem æternum: qui paratus est diabolo: vbi prior pars ad literam intelligitur de regno quod etiā in corporibus beati possidebunt: ergo non est cur non & ignis nomē ad literam corporeum significet, paratum ab initio diabolo. Mox accedit & ratio. Damnati resumptis corporibus igne sunt corporeo cruciandi: & non est credibile tunc totum esse creandum: quanuis ignis conflagrationis sit illi adhibendus: ergo & nunc est ibi corporeus. Et confirmatur hoc. Si verbum illud. Ite in ignem æternum, corporeum significat, vt pote quo damnati cum suis corporibus mittuntur, & subdit Christus. Qui paratus est diabolo & angelis eius, consequens fit, vt idem corporeus ignis sit ab initio in inferno. ¶Deinde arguitur. Si non sit verus corporeus ignis, non est cur potius dixisset in ignem, quàm in aquā, vel aerem æternū: nam quantū ad spirituale tormentū non plus igni confert, q̃ aliud elementū quodlibet. ¶Præterea ob id ignis potius q̃ res alia prædicatur in inferno torquere miseros, quòd elementum illud propter vehementissimam agendi vim horrendissimum est, ac perinde ad vlciscenda crimina, & scelera quæ contra Dei omnipotentem bonitatem committuntur, aptissimum: si au-

Prima conclusio.

Ratio cōclusionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si autem non esset corporeus ignis, neq; vehementiorem haberet cruciandi vim, neque significantius terrendi nomen: quod esset religioni Christianæ quoddam deceptionis genus. ¶ Solet illud Lucæ.16. de diuite epulone in huius confirmationem sententiæ accumulari. Quia crucior in hac flamma. At verò Augustinus.21.de ciui.Dei capit.10. efficaciam loci huius infirmat. Nam vbi ait ille miser. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aqua, vt refrigeret linguam meam, neque lingua eius neque digitus Lazari poterant vsurpari pro corporalibus membris: quoniam neque epulo in inferno, neq; lazarus in limbo corpus habebant. Quare & flãma videtur spiritualiter intelligenda: veluti & aqua. Vnde libr.8. citato super Genes. Illum, inquit, diuitem in ardore pœnarum, & illũm pauperem in refrigerio gaudiorum intelligendum non dubito: sed quomodo intelligenda sit illa flamma inferni, ille sinus Abrahæ, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis &c, vix fortasse à mansuetè quærentibus, à contentiosè autem certantibus nunquam inuenitur. Veruntamen salua Augustini autoritate dici posset quòd cũ Christus ad normam intelligẽdi nostram, parabolam admetiretur, ambos induxit acsi in corporibus illic essent. Et ideo non mediocre argumentũ inde sumitur, quòd vera sit illic flamma, eademque adeò terribilis, vt distillantem aquę gutulã ille miser pro refrigerio duceret. Quare Gregorius.4 libr. Dialogorum. atque alij hoc loco idem confirmant. ¶ Accedit & illud Sapientiæ. 11. per ea quæ peccat quis per hæc & torquetur. Peccant enim homines per res sensibiles: igne ergo torquentur sensibili. ¶ Ad hæc & verbum Christi Matthæi quinto. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui dixerit Racha reus erit concilio, qui autem dixerit fatue reus erit gehennæ ignis plurimum momenti affert ad probandum corporeum illic esse ignem: quę grauissimum est supplicium. ¶ Ad hæc tandem accedit autoritas Augustini, qui licet ante ambiguè fuerit de hac re locutus, tamen loco nunc proximè citato de ciuitate Dei affirmãtius asserit esse ignem corporeum: quo etiã nunc & dæmones & humani spiritus cruciãtur. Cuius sententiam Gregorius.4. dialogorum amplectitur cap.29. dicens. Ob id quod Christus dicturus est. Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, docemur in corporeos dæmones corporeo igni cruciari, atque adeò nihil esse mirum si & animæ antequam accipiant corpora possint corporea sentire tormenta. Hæc ille. Postremum denique argumẽtum sumitur ex purgatorio de quo primæ ad Corinthios. 3. ait Paulus, quòd si quis superædificat ligna fœnum stipulam &c. saluabitur quasi per ignẽ. Vnde eodem libro. 21. Augustinus capit.26. sic colligit. Si hoc temporis interuallo, donec dies resurrectionis adueniat, spiritus iusti defunctorum ignem dicũtur perpeti purgatorium, quem non sentiant illi, qui nõ habuerunt tales mores & amores in huius corporis vita, vt eorũ ligna & fœnum & stipula cõsummatur? ¶ Quòd si quis scisciteẽ an ille ignis eiusdem sit speciei cum nostro, quanuis hoc nequeat per sacros testes fieri certum, subiungitur tamen secunda conclusio. Ignis ille eiusdem speciei est cum isto quem videmus: quanuis materia sit fortè diuersa. Aqua enim (vt.1. Topicorum ait Philosophus) omni aquæ est idem specie: & eadem ratione ignis omni igni. Quãdoquidem nomen ignis specificum est, vnde consequitur, vt qui non est ignis eiusdem speciei cum elemento, non sit verè ignis. Igitur cum ille inferni verè sit ignis (si quidem sic in euangelio vocatur) colligitur, vt sit eiusdem speciei cum isto quem nos experimur. ¶ Est tamen notandum, quòd ignis potest esse vel in materia propria, quemadmodum est in elemento, vel in materia aliena, quemadmodum in nostros vsus venit: & illa ratione potest differre ignis ab igne materialiter, vt ignis carbo differt ab igne flamma. Quanuis in carbone non est verus ignis, sed plurimus calor propter densitatem materiæ, vt de ferro supra diximus. Pari modo ignis ille inferni differt à nostro, & illa ratione supra citatus Augustinus dicit se nescire cuiusmodi est, id est, in qua materia. Nam quanuis in Apocalypsi dicatur ardere sulphure, illud tamen sulphur fortasse non est eiusdem speciei cum eo quod est apud nos. Est enim incorruptibilis materia, & ingũrabilis à solo Deo creata: quo etiam ille ignis à nostro differt. Noster enim ligno aut aere, atque alijs alimentis nutritur, quæ ab ipso deuorantur. Et ideo Gregorius. 15. libr. Moralium super illud Iob.20. Deuorabit eũ ignis, qui non succenditur. Ignis inquit corporeus, vt esse valeat, corporeis indiget fomentis: nec valet nisi succẽsus esset, & nisi re fotus, subsistere. At contra gehennæ ignis, cum sit corporeus &in

De diuite epulone.

De purgatorio.

Secunda cõclusio.

Ignis in propria vel aliena materia.

August. ad ciuitas.

& in semetipsos reprobos corporaliter exurat, neque studio humano succenditur, neque lignis nutritur: sed datus semel durat in extingibilis. ¶ Tertia conclusio. Locus ille inferni gehenna ignis dicitur, quasi ignis fornax, quod in Apocalyp. vocatur stagnum ignis ardentis sulphure. Et fuit nomẽ, quod vt Hieronymus super Matthæum capit.10. ait, in veteribus libris non inuenitur, sed primum à Saluatore nostro est positum. Est enim gehenna, quasi vallis filiorum Hennon. Iacebat nanque propè Hierosolymorũ muros, vbi (vt.4. Regum.23. legit) filij Hennon, Idolo Moloch filios suos & filias igne sacrificabant. Et ideo Christus nomen gehennæ ad inferni fornacem transtulit, eo quod vallis illa cadaueribus combustis plena, inferni imaginem referebat. ¶ Quarta conclusio. Ignis ille est æternus, hoc est perpetuo crucians, vnde nulla est redemptio. Hæc conclusio non eo constituitur, quòd sit catholicis dubia, sed quòd hæretici olim illam negabant. Nempe Origianistæ quos Augu. post Epiphanium lib. de hæreti. ca. 43. refert. Aiebant enim ignem illum etiã inferni quo iniqui torquentur, purgationem esse ipsorum, quemadmodum nos de purgatorio iustorũ loquimur, atque adeò diabolum & angelos eius post longissima tempora purgatos, atque liberatos regno Dei luciq; restitui: & rursus post longissima tempora omnes, qui liberati sunt, ad hæc mala denuo labi & reuerti: & has vices alternantes beatitudinũ & miseriarum rationalis creaturæ semper fuisse, semperque fore. Quannis vt distinct.45. q.2. artic.2. mõstrabamus, nõ est verosimile Origenem in illa opinione mansisse etiam si illi Origianistæ ab eodem Adamãtio Origene, vt ait inibi Augustinus nuncupati fuerint. ¶ Illam autem vanissimam absurditatem à Philosophis, & potissimè à Platonicis didicerunt, contra quos idem Diuus Pater libr. 21. de ciuit. Dei disputat cap.13. & 17. Non enim sibi persuadere poterant æquissimum Deũ irreuocabilibus supplicijs quospiam, quamtumuis sceleratos punire. Quare alij dicebant in die iudicij prolata damnatorũ sententia precibus sanctorum Dei viscera commouenda, vt eis ignoscat. ¶ Sunt autem huiusmodi fabulæ sub pietatis cortice impientissimæ. Vbi enim Christus se dicturum refert, Ite in ignem æternum, confirmatissimã sententiam, atque adeò irreuocabilem designat. Neque solum dicitur: æternus quia in æternum permanet, sed quia quemcunque semel susceperit in æternum tenet, perpetuoque cruciat. Et ideo subditur. Et ibunt hi in supplicium æternũ, iusti autem in vitam æternã. Vt quemadmodum vita æterna: veluti Deus ipse, in cuius conspectu consistit, æternum perpetuumque gaudium habet, ita & iniquorum supplicium nullam habere valeat redemptionẽ. ¶ Accedit & illud Matthæi.9. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Id quod & Ioãnis.5. Christus quoque explicuit, dicens. Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij. ¶ Adde quod homines in perpetuo circulo cõstitue re, vt per vices defuncti, nunc in summa sint miseria, deinde à miseria ad fœlicitatem trãslati, inde rursus ad eandem relabantur miseriã, manifesta vesania est. Sunt enim aiæ perpetuæ creatæ, nõ ob id, vt perpetua vicissitudine mutabiles sint: sed vt sempiterno Deo in hac vita seruiẽtes, beata requie cum ipso, eademq; perinde perpetua perfruant. Quod si ab infinita illa immutabiliq; Dei bonitate desciuerint, perpetuis supplicijs addicantur. ¶ Ad primum igitur argumentum respõdetur Damascenum non negasse simpliciter ignem illum esse corporeum quantũ ad substantiam: sed esse materialem quantũ ad similitudinẽ effectũ ignis, qui apud nos est, tũ q̃ animas nũc nõ materialiter cruciat, quippe quæ nõ sunt caloris receptiuæ, tum quod neq; corpora sic oino comburet, vt cõburendo corrũpat, sicut ignis apud nos facit. ¶ Ad illud Augustini respondetur q̃ licet aliquando fuerit ambiguus, tandem tamẽ dixit esse corporeum ignem. Præsertim q̃ etiam illic dicens loca pœnalia esse corporalibus similia, ignem etiam corporeum insinuauit nostro non prorsum dissimilem. ¶ Ad tertium deniq; respõdetur quòd cùm ignis ille suapte natura sit instrumentum diuinæ iustitię, & instrumentũ non agat, nisi vt à principali agente mouetur, ignis ille non prorsus, vt naturalis agit in omnes æqualiter, sed vt iustitia postulat. Præsertim quod vt ibidem ait Grego. etiam in naturalibus est simile. Non enim omnes qui solis radios suscipiunt æqualiter calescunt, sed secundum cuiusque dispositionem. Nam actus agentium, vt ait Philo. sunt secundum dispositionem patientis.

Tertia conclusio.

Gehenna.

Quarta cõclusio.

Hominũ vesania.

Solutio primi argum.

Solutio secũdi argumẽ.

Solutio tertij argumẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS. II.

Vtrùm animæ separatæ igne illo inferni corporeo torqueantur.

SI ignis inferni corporeus est, cũ anima sit incorporea, meritò quæritur vtrùm à corpore separata ab illo igne quidpiam patiatur. Et arguitur à parte negatiua illo Aug. citato verbo. 11. super Gen. vbi ait, ꝙ aïæ non ad corporalia loca sed ad aliqua pœnalia corporalibus similiã deferuntur. Et rationem ibidem subdit, quòd agens debet esse nobilius patiente: corpus autem non est tam nobile quam spiritus. ¶ Secundò arguitur. Quemadmodum Boetius in libro de duabus naturis, imò & Aristote. in libris de generatione ait, illa solum agere in se inuicem & à se inuicem pati possunt, quę cõmunicãt in materia: corporeus autem ignis & anima illam non participant: ergo nequit anima ab illo pati. ¶ Tertiò. Quicquid recipitur ad modum recipientis recipitur: anima est spiritus: ergo nihil nisi spirituale recipit, quòd corporeus ignis producere nõ potest. ¶ In contrarium est, quòd eadem est de animabus ratio, quæ de dæmonibus: dæmones autem ab illo igne patiunt à quo sunt passura dãnatorũ corpora: iuxta illud Matth. 25. Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius: ergo & animæ patiuntur ab illo.

Partis negatiuæ argumẽtum primum.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem duabus cõclusionibus respondetur. Prima. Animæ separatæ neq; ab igne inferni quidpiam corporale recipiunt neque illum sensu aliquo percipiunt. Prior pars per se nota est: quoniam subiectum indiuisibile corpoream qualitatem quæ diuisibilis est, recipere nequit. Secunda etiam probatur, quoniã in anima separata nullæ sunt sensitiuæ potentiæ atque adeò nec sensationes vllæ. Sentire enim quanuis sit animę tanquam principij in quo est agendi virtus non tamen tanquam subiecti quod sentit, sed totius coniuncti. Intelligere enim & velle, quia sunt actiones per se non pendentes ab organo corporali, sunt quidem in anima separata: sentire autẽ fit mediante organo corporali, & ideo sunt totius subiecti: corrupto autem subiecto necesse est corrumpi potentiã quæ ipsius est propria: igitur in anima separata non manent sensitiuæ potentiæ nisi tanũ in radice. Perseuerat enim in ipsa eadẽ efficacia influendi easdem potentias resumpto corpore. Quare huiusmodi potentiæ nõ sunt propriæ passiones animæ sicut intellectus, sed potentia illas influendi est eius propria passio. Si autem in anima separata non sunt potẽtiæ, multo minus esse possunt sensationes. Imò verò quanuis potentiæ sensitiuæ remanerent in anima separata, tamen quia sensoria organa non habet, scilicet, neque exteriora, quibus species rerum colligere valeat ad videndum audiendum tangendum, &c. neque verò interiora potentiæ imaginatiuæ aut æstimatiuæ, ad eas species seruandas, quas in via acquisierat, nullas posset sensationes, aut internas, aut externas elicere. ¶ Circumfertur libellus quidã de spiritu & anima, qui Augustino inscribitur, vbi habetur quòd anima recedens à corpore secum trahit sensum, scilicet imaginationem, & quòd ex imaginatiõe illa & concupiscibilitate afficitur aïa beata ad lætitiã, & damnata ad tristitiam. Sed libellus ille apocriphus est, neque Augustiniana autoritate dignus. Vbi verò in libro de ecclesiasticis dogmatibus scriptum est, solum hominem habere animam substantiuam, quæ exuta corpore viuit & sensus suos atque ingenia viuaciter tenet, nomen sensus pro parte intellectiua vsurpatur.

Primæ conclusio.

Libellus de spiritu & anima.

¶ Hac igitur prima conclusione præfixa nõ est intellectu facilè quemadmodum anima separata, cùm purus spiritus sit, ab igne corporeo patiatur. Etenim qui dicerent cruciatus illos esse imaginationes in phãtasia iam exclusi sunt, quia tales potentiæ sensitiuæ organa non habent. Item quia illæ imaginationes deberent esse per species, quas in hac vita receperunt, atque adeò per illas non dicerentur ab igne pati. ¶ Et ideo quidam dixerunt solũ per intellectualẽ visum illius ignis pati, nempe tristari. Ait enim Grego. 4. Dialog. cap. 29. quòd anima ignem eo ipso patitur, quòd videt, & quia cremari se aspicit, crematur. ¶ Hoc autem non sufficit: nam obiectum visus sola ratione qua videtur, non tristitia, sed lętitia afficit. Necesse ergo est, vt cõtristet, sub ratione desconuenientis, & nocui cerni: atque adeò quòd præterquàm per visum aliter noceat. ¶ Alij ergo dixerũt, quod sola apprehensio qua anima apprehendit ignem, vt sibi nocentem sufficit ad nocumentum & tristitiã, vt in eis impleatur, quòd ibi trepidaueruntvbi non erat timor. Cui alludere videtur secũdum membrum verbi Gregorij.

Modus primus quo anima pati creditur.

Secundus modus.

Tertius modus.

gorij. Quia anima cremari se conspicit crematur. At verò opinio hæc multis nominibus deficit Primo scilicet, quia tunc passio illa non esset secũdum rei veritatem, sed duntaxat secundum apparẽtiam. Et quanuis secundum Augusti. 12. super Genesim ad literam, possit quispiam ex aliqua falsa imaginatione tristari, non tamen per illam tristitiam verè patitur à re ipsa, sed à sola imaginatione. Quare isto modo non dicerentur animæ pati ab igne, sed à sua falsa opiniõe. Imò qui hoc modo opinãtur plus à veritate passionis recedunt, quàm illi qui per imaginarias visiones dicerent animas pati. Nam illi aiunt esse veras imagines quas anima ex hac vita defert, isti verò neque veras imagines cõfitentur, sed falsas existimationes. Præterea cum animæ separatæ & præsertim dæmones, acumine viuacis ingenij polleant, non est credibile eo vsque falli posse, vt ignis eis nocere appareret, si nõ verè noceret. ¶ Quartus dicendi modus fuit concedentium verè animam separatam ab igne pati. Nam Gregorius post citata verba subdit. Quod res corporea incorpoream exurit, dum ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahit. Vnde colligit, quòd incendium anima non solum videndo, sed etiam experiendo patitur. Quo autem modum exponant, subditur, corporeum illum ignem bifariam posse considerari. Vno scilicet modo quatenũ res quædam est corporea. Et isto modo nequit in animam quidpiam agere: sed alio modo cõsideratur quatenus est instrumentum vindicis iustitiæ Dei, quę exigit, vt anima, quę peccando se rebus corporalibus subiecit, eisdem pœnam patiendo subdatur. Et quia instrumentum agit in virtute principalis agentis, nihil mirum si ea ratione ignis ille possit realiter agere in animam, calorem scilicet in eã proferendo. Quemadmodũ Deus per aquã Baptismi infundit gratiam. ¶ Veruntamen neque iste modus rationi consonus est. Quoniam instrumentum nequit virtute principalis agẽtis moueri nisi per propriam actionem, quæ sibi natiua est. Nequit enim artifex lanea serra vti, sed ferrea, vel alia quæ apta sit ad serrandum. Et ideo Deus nequit creatura vti tanquam instrumento ad creandum: quia creatura nequit actionem circa nihilum exercere. Sed in baptismo quia aqua realem actionẽ habet circa hominem, illa Deus actione vtitur, vt instrumento ad ipsum sanctificandum: quãuis per gratiam, quæ in anima recipitur. Igitur cum ignis corporeus nequeat actionem realem exercere in anima, producendo calorem, quia neque anima est capax ipsius recipiẽdi, sit vt idem ignis, neque tanquam diuinum instrumentum valeat animam illo reali calore afficere. ¶ Modus ergo quem ex Augustino & Gregorio schola Theologorũ colligit est quod anima separata cruciatur ab illo igne inferni per hoc quòd illic ab illo detinetur. Non potest autem ab illo detineri, nisi anima ei quodammodo vniatur. Per hoc enim quòd anima vnitur viuenti corpori ab ipso afficitur. Nam ex sensibili gaudio & dolore anima etiam lætatur atque tristatur. Vnde vt Sapientiæ. 9. legitur. Corpus quòd corrumpitur aggrauat animam. Anima verò corpori bifariã vnitur. Vno modo vt forma materiæ, vt ex ambobus fiat vnum viuẽs: quo pacto neque dęmon neque humanus spiritus corporeo igni valet vniri. Secundo verò modo vnitur ei vt mouens mobili, & locatum loco, eo pacto quo spiritus loco definiri potest. Definitur enim spiritus loco ea ratione qua omnis spiritus creatus res finita est, qua vtique de causa sic est in isto loco, vt simul alibi per naturam esse nequeat. At verò quãuis loco definiatur, non tamen per naturam ab ipso ligari potest & teneri, quo minus valeat, dum libuerit, inde exire: quia spũs non pendet à loco. Veruntamẽ anima dum corpus informat non solum à corpore definitur, verùm ei alligatur & tenetur, ita vt nequeat dũ voluerit illud exuere, nisi per mortem. Habet ergo teterrimus ille ignis hoc virtute Dei, cuius est instrumentum, vt perinde velut ergastulum animas teneat & coerceat, quanuis ab eis non informetur: veluti corpus tenet animã qua animatur. Et hoc omnes satis existimant, vt ab illo igne cruciari dicantur. Idque inter alios Caietanus in quodam animarum sermone edisserit. Ait quippe animas illic cũ dæmonibus libertate priuari, & quasi cathenis igneis coerceri, quod suæ naturali dignitati maximè derogat. Dedignantur, nempe, quòd cùm sint ipsæ corporibus superiores, vsquè adeò sint horrendo illi corpori diroque igni subditæ. ¶ At verò profectò nequit mihi satis persuasum esse, quod vt anima verè crucietur ab igne satis sit ipso veluti carcere & compedibus ac manicis detineri. Et ideo statuitur secunda conclusio. Animæ perinde ac dæmones à corporeo igne inferni nõ solum, veluti in ergastulo

Quarta opinio.

Ingrediatio

Opinio cum munis.

Caietanus.

Sentẽtia auctoris.

Secunda cõclusio.

Universidad de Deusto Biblioteca

gastulo & vinculis detinentur, verum & illa tristitia afflictantur, eiusdemque prorsus rationis, ac si corpora quibus essent vnita concremarentur. ¶Enimuerò quòd ab illo igne detineantur (vt communis habet opinio) certissimum est: quia illic tam animæ quam dæmones velut in carcere detrusæ sunt. Quare infernus per metaphoram portis & ferreis vectibus prædicatur occlusus: vt est in Psalmo.106. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit: quia contriuit portas æreas & vectes ferreos confregit. ¶Vnde Augustinus. 11. de ciuitate Dei capit.10. Sicut anima inquit iungitur corpori, dans ei vitam, & ex illa coniunctione vehementer concipit amorem ad corpus, sic ligatur igni, vt accipiens ab eo pœnam, & ex illa coniunctione concipit horrorem. Et lib. 21. capit.10. idem repetit. Et Gregorius libro Dialog. cap.29. (quod & Iulianus Toletanæ vrbis Archiepiscopus vsurpauit). Si viuentis inquit hominis incorporeus spiritus detinetur in corpore, cur non post mortem etiam corporeo igni teneatur? Ad cuius confirmationem adducit illud euangelij de epulone, qui cruciabatur in flamma. ¶At verò ita hoc verum est, vt tamen sufficere non videatur, vt anima peculiariter ab igne cruciari dicatur. Nam vt tantum esset carcer & vincula, non plus ignis cōferret, quam aqua vel aer. Imò solus Dei iussus sufficeret, vt dæmones & animas illic teneret. Ignis autem peculiariter tanquam crudelius diriusque affligens dæmonibus paratus fuit: ergo alio peculiari modo illos affligit. Quocirca nec satis est respondere, quòd detinentur animæ in igne propterea, quòd postea sit cruciaturus corpora. Nam & dæmones cruciat, quorum corpora non torquebit. Et epulo apud Lucam, Non solum ait, quia teneor in hac flamma: sed quia crucior: quasi eius incendium experiens, quòd aquæ gutula sedari cupiebat.

August.

¶Item animæ resumptis corporibus acriùs affligentur quàm per modum detentionis propter sensualem dolorem ignis, qui erit in corpore: ergo & nùnc eadem torquentur afflictione: quoniam pœna ignis tunc nō crescet in aīa. ¶Crediderim ergo si mea quidpiā valet coniectura, quòd quemadmodum anima dum corpus, quod in hac vita viuificat, exuritur, peculiarem afflictionem & tristitiam patitur, aliam scilicet, quàm si tormentum alius generis corpus pateretur, puta si suffocaretur aqua, vel pateretur febrim, ita in inferno exuta corpore, eandem tristitiam & afflictionem sentit quam passura est dum corpus, quod resumpserit, sensualem dolorem patietur. Atque hāc vim habet ille ignis tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ in dæmones atque animas: nempe, quòd afflictionem quam in anima mediante dolore corporis resumpti effecturus est, faciat absq; illo dolore. Et hoc est, quod ait Augustinus loco citato, quòd quanuis miris tamen veris modis spiritus affligitur ab illo igne, recipiēs ab illo pœnam, nō dando illi vitam. Et quòd ait Gregorius scilicet, quòd res corporea incorpoream exurit: dum ex igni visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: & quòd incendium anima non solum videndo, sed experiendo patitur. Experiri enim incendium est perinde pati ac si corpus eius comboreretur. Imò hoc est quòd significat euangelicus epulo petens aquæ gutulam quæ ardorē flammæ ei mitigaret.

Sententia autoris.

¶Ad primum igitur argumentum respondetur illic Augustinū sub dubio fuisse locutum, sed libro de ciuitate Dei. 21. capit. 10. planè confessus est incorporeos spiritus ab igne corporeo pati. Nam quāuis anima nobilior sit illo igne, quatenus corpus: est tamen ipse est potentior in quantum instrumentum diuinæ iustitiæ. ¶Ad secundum verò respondetur, quod Philosophi loquuntur de actione, quæ ad patientis corruptionem pergit. Hæc enim materiam communem agentis & patientis requirit: diuersa tamen est qua anima patitur ab igne. ¶Ad tertium denique superius responsum est. Et concessum quod passio animæ à corpore recipitur ad modum ipsius animæ sine receptione caloris: est enim nihil aliud quam tentio & tristitia.

Solutio primi argum.

Solutio secūdi argumē.

Solutio tertij argumē.

ARTICVLVS. III.

Vtrùm damnatorum corpora absque vllo vitio incorruptibilia, sed tamen passibilia resurgent?

POST animarū meditationem damnatorum quæritur de eorum corporibus, vtrùm sine vllo vitio incorruptibilia, sed tamen passibilia resurgent. Et arguitur à parte negatiua. Illud quòd in pœnam peccati inflictum est, auferri, nisi remisso peccato non debet: omnes autem corporum deformitates in pœnam peccati inductæ sunt:

Partiuncula argumentum pri mum.

ctæ sunt: quoniam vel originalis culpæ vel actualis effectus sunt: damnati verò moriuntur in peccatis suis: ergo & corpora cum suis defectibus resurgent. ¶Secundò arguitur, quòd non erūt incorruptibilia. Omne enim compositum ex contrarijs est corruptibile, nisi dote impassibilitatis seruetur: corpora autem damnatorum erunt ex contrarijs cōposita, omnibusque gloriæ dotibus destituta: ergo erunt corruptibilia. ¶Tertiò arguitur, quòd non erunt passibilia. Omnis enim passio, vt in Topicis ait Philosophus aliquid aufert à substantia passi: omne autem finitum, vt primo Physicorū habetur, per ablationem finiti tandem consumitur: ergo si essent passibilia, essent & corruptibilia. ¶In contrarium est, q.1. ad Corinth. 15. ait Paul⁹. Mortui resurgēt incorrupti. Vbi glossa ait, q̄ resurgent omnes sine diminutione membrorum etiam peccatores. Qui tamen non immutabunt per gloriam impassibilitatis: & nihilominus, vt Apocalypsis. 9. legitur quærent mortem & non inuenient.

Secundū argumentū.

Tertium argumentū.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶Ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. De defectibus nanq; corporum distinct. 44. plura diximus: & ideo in hunc locum pauca reseruauimus. Atqui Augustinus in Enchiridio capit. 92. decidere quæstionem recusauit, vtrùm damnati resurgēt cum defectibus corporum, quos in hoc seculo habuerant. Durandus verò distinct. 44. quæstiōe. 2. ait quòd resurgent cum illis vitijs cum quibus orti vel defuncti fuerint, scilicet si mutili nati fuerunt, aut postea sunt mutulati. Quoniam resuscitatio corporum per modum retributionis est futura: damnati verò nulla sunt fœlicitatis retributione digni. Item facienda est per gratiam Christi: & tamen damnati non sunt eius gratiæ capaces: imò omnia eis ad miseriæ cumulum cessura sunt: ergo cum suis defectibus resurgent. ¶Contra hanc autem opinionem statuitur prima conclusio, quam eadem distinctione D. Thom. affirmat. Corpora damnatorum absque vllo vitio naturæ resurgent. Sunt enim huiusmodi vitia in triplici differentia. Quidam siquidē nascuntur trunci aut etiā monstra, vt cæci, muti, aut alijs membris orbi, aut gibosi, aut pygmei, &c. Alij sunt defectus, qui illis viuentibus casu aliquo acciderūt, vt membrorum amputationes. Sed alij sunt ex distemperamento humorum venientes: vt lepra morbi, &c. Et absque omnibus istis resurgent. Primo quia mortuorum resuscitatio duplici virtute Christi facienda est: scilicet, sanantis naturam, & largientis gratiam. Adam enim duplicem mortē incurrit: nempe, animę & corporis: & vtranq; nobis Christus restituit. In restituenda autem corporali morte nullam habuit peccati rationem. Et ideo tanquam naturæ autor illam integre reparabit, quam integrā assumpsit: & in hoc etiam damnatos sibi cōfigurabit. Qua idcirco ratione corpora damnatorum resuscitabit incorruptibilia & in legitima ætate. Eademque perinde ratione absque vllo vitio: nam hoc totum exigit perfecta restauratio naturæ. Illa verò quæ ad remissionē culpæ, quæ fit per gratiam, consequuntur, solis est prædestinatis donaturus. ¶Adiecimus autē loco citato rationem egregiam quæ est Sancti Thomæ. Enimuerò nisi culpa obstaret, vniuersi absque vllo vitio resurgerēt: & ideo si corpora modo damnatorum vitiosa deberēt resurgere, hoc esset in pœnam culpæ. Pœnam verò æquus iudex culpæ debet admeti ri: sunt autem inter miseros damnatos, qui minoribus delictis irretiti peiores corporum deformitates habuere, grauioresque infirmitates fuerunt perpessi. Absonum ergo ab æquitate esset, vt cum illis omnibus resurgerent: tunc enim resurgentium supplicia non commissis culpis in hac vita, sed toleratis pœnis responderent. ¶Præterea neque rationi est consonum, vt qui monstrifica corpora habuerunt sic resurgant. Deniq; consequēs fieret, vt deberent cū omnibus febrib⁹, morbis lepris & doloribus resurgere, quibus fuerant viuentes subiecti, quod re vera non est verosimile. Accedit ad confirmationem conclusionis verbū Pauli. 1. ad Corinth. 15. Mortui, scilicet omnes, resurgēt incorrupti, id est, in corporib⁹ nec mutiliratis nec vitiosis, sed integris & perpetuis. ¶Ad argumentum ergo Durandi iam respondimus, quòd licet resuscitatio corporum sit propter retributionem facienda, tamen eorum vitia esse non debent retributio culpæ, imò propterea integra resurgēt, vt integra patiantur. Quare integritas illa nō ad eorum fœlicitatem, sed potius in fœlicitatem, ceu incorruptibilitas, pertinebit. Neq; erit effectus gratiæ gratum facientis, sed gratis datæ toti naturæ. Resurgēt autem cum illis defectibus, qui ex principijs naturæ oriuntur. Resurgent inquam grauia, ponderosa, passibilia tarde mobilia &c.

Prima conclusio.

¶Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd ærumnæ & miseriæ huius seculi ex ori-

Solutio primi argum.

Universidad de Deusto Biblioteca

ex originali culpa cõtractæ & quęcunq; aliq ob actualia peccata adlibitæ, omnes sunt tẽporales cumipsa vita transeũtes: & ideo quãuis culpæ non sint à Deo remissæ, non debẽt illæ manere, sed aliæ secundũ forum futuræ vitæ, quæ sint perpetuę. ¶Quod si arguas iustis nihil deerit quod ad eorũ fœlicitatẽ pertineat, ergo nec damnati: quidpiã quod eorũ miseriam posit augere: integritas aũt corporum & vitiositatis ablatio quoddã erit miseriæ leuamen. Rñdetur non esse parem rationem. Bonum enim põt esse integrũ & perfectum: & ideo iustis quicquid ad eorũ perfectionem confert, accumulabitur: malum autem nequit esse per oẽs defectus omnino purum: alioqui (vt ait Philoso. 4. Eth.) seipsum perimeret & ideo damnatis aliqua boni naturalis consistentia fiet reliqua.

Obiectio.

Secunda cõclusio. ¶Secunda cõclusio. Corpora damnatorũ resurgent incorruptibilia. Conclusio est de fide (vt artic. 1. dicebamus. Quoniam sicut beati (vt Matth. 25. legitur) mittendi sunt cũ suis corporibus in vitã æternam, ita & dãnati in ignem æternũ. Ratio ergo conclusionis est partim naturalis partim supranaturalis. Naturalis quidem, cessatio notus cœlestis: non ꝙ cessatio illa sit naturalis: nam (vt dist. 48. q. 2. art. 2. monstrauimus) naturaliter cessare non pñt, quare supranaturaliter quiescent, sed ꝙ cessante illo motu, naturali consecutione generationes & corruptiones rerũ cessabunt, vt eod. arti. contra quosdam disputando cõfirmabamus. Sed tñ prẽter illã causam erit & alia supranaturalis: nẽpe perfecta animæ informatio, per quam corpori dabit esse incorruptibile, vt D. Tho. 4. lib. cõtra gentes ca. 89. asserit. Similiter enim malis, vt bonis, hoc aĩa tribuet. Quanuis in damnatis (vt supra diximus) nõ habeat rationẽ doãs incorruptibilitatis: quia illud nõ deriuatur ex beatitudine & fœlicitate animæ: sed est effectus iustitiæ distributiuæ, vt vltio malorũ sit perpetua. In statu enim naturæ integræ qualitates contrariæ humani corporis per Dei gratiam tenerentur, ne possent corpus corrumpere: sed in inferno per illam id fiet perfectam animationẽ. ¶Dubium aũt est vtrùm aliquod specimen dotis subtilitatis habebũt ad penetrandũ per viscera terræ, qñ cadent in infernũ rñdetur nihil dãnatos per modũ dotis habituros. Quare tunc terra ipsa aperietur, vt miseros deglutiat, nisi Deus per aliud miraculum illum effecerit transitũ. Agilitate autem opus non habebunt, tum quod suo pondere cadent, tum quòd dæmonum impetu rapientur.

De subtilitate.

Tertia conclusio. ¶Tertia conclusio. Corpora damnatorum non erunt per materialẽ motum, sed tantũ per animalem sensationem & quodãmodo spiritualẽ passibilia. Prior pars eadem probatur ratione, qua præcedens conclusio. Causa enim tam corruptibilitatis q̃ impassibilitatis potissima est iustitia Dei, per supplicia perpetua inimicos suos æquissima vltiõe cruciantis. Vtitur tamen ad id causis secundis: tum extrinseca: nempe, cessatione cœlestis motus: tum etiam intrinseca ipsius corporis. Igitur corpora illa eisdem causis quibus sunt incorruptibilia per materialem motũ & receptionem alterãtis qualitatis. Cessante inquã motu cœli & anima per perfectã informationem corpori dominãte, corpus, vt est incorruptibile, ita impassibile. Nam receptio caloris, aut frigoris, & cuiuslibet id genus qualitatis corporis corruptionẽ molitur, alteriusque subinde generationis: ergo corpora quę non sunt corruptibilia, non sunt illo modo passibilia. ¶Secundo id ipsum probatur. Si corpora illa eiusmodi materiales qualitates contrarias realiter susciperent, intenderent, & remitterentur, & ideo qñ corpora calefieri inciperent, dolorem non sentirent: & si, vt multi opinantur transirent ad niuiũ frigora, illo temperamẽto recrearentur: & tñ pœnæ illæ, nec sunt intẽsibiles nec remissibiles. ¶Tertiò. Supplicium illud nõ ad corruptionem, sed ad afflictionẽ institutum est: potest aũt ignis ille virtute diuina absq; vllius materialis accidentis impressione per sensus hoĩes torquere: ergo sic vsu veniet. ¶Secunda conclusionis pars explanatur. In hac mortali vita specierum sensibilium aliquæ producunt sine materia & motu spiritualiter, vt visibiles, & aliæ cum motu vt audibiles, atq; aliæ cum materialibus alterationibus, vt tangibiles: in corporibus aũt incorruptibilibus producent omnes, sicuti visibiles, sine impressione materialis qualitatis: vt de corporib⁹ beatorũ supra definitũ est: similiter ergo atrox ille ac teterrimus ignis miseros in corporib⁹ cruciabit, vt Caietanus in allegato sermone probe ait. Ingeret inquam per sensoria organa tactus species sensibiles caloris vsq; ad venas, medullas, & iũcturas, ac deniq; vsq; ad viscera, vbi vehementior fiat doloris sensus, sine aliqua materialis caloris impressiõe. Tametsi id non secundum æqualem conatum & furorem, sed quantum cuiusq; culpa commeruit.

Ratio.

Ratio.

Probatio secunda partis.

meruit. Et ideo corpora illa non erunt passibilia passione materiali corruptiua, sed animali sensitiua.

Solutio secũdi argumẽ. ¶Secundum igitur argumentum iam solutum est. Cõtrariæ enim qualitates in mixto nequeunt illud, nisi per motũ cœli corrumpere, & tunc ille cessabit: quod Philosophi ignorarunt. Præterquã ꝙ anima (vt dictum est) in corpus dominabitur, dans illi esse perpetuum. ¶Quod si redarguas. Mors est miseriarum summa: quia vita est omnium naturalium bonorum fundamentũ: damnati sunt in summa miseria: ergo mors non est illis subtrahẽda. Rñdetur ad maiorem, ꝙ quãuis simpliciter loquẽdo, esse, sit naturalium bonorum summũ, ac subinde mors sit summum malorũ: tamen secundũ accidens aliquod, in ea consideratũ, potius est solamen: nempe qñ vnicum est remedium, vt homo à perpetuitate pœnarũ liberetur. Vnde Philosophus. 9. Eth. licet esse cõstituat maximè delectabile, quia illud omnia appetunt: exponit se tamen, ꝙ non loquatur de vita mala, & corrupta & meroribus plena. Obidq; mori damnatis potius esset solatium: & ideo ad pœnarum cumulum eis accedit, ꝙ mori nõ possunt: si mors accipiatur pro fine: nam si accipiatur pro sensu doloris, quo morientes torquentur, perpetuo moriuntur. ¶Vnde Christus Matth. 10. (ꝙ meditate, vt alibi diximus contemplandũ est). Nolite, inquit, timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nõ possunt occidere. Nam si possent corpus sempertorquendo nunq occidere, multo essent plus extimescendi. Si tyrannus inquam dum hoĩem excruciare adornat, posset illi vitam seruare, vt semper ferreis vnguib⁹ carperet, exenteraret, dilaniaret, assaret, & iterum atq; iterũ in tormenta deuocaret, ille vehementissimè timẽdus esset: sed tamen quia quo dirius torquere incipit, citius mors quẽ torquet è suis manibus eripit, minus timendus est. In inferno ergo hoc est omniũ horribilius, ꝙ nec mors valet pœnis finem imponere. ¶Ad tertium respondetur, ꝙ Philosophus loquitur de passione per quam patiẽs mutatur à sua naturali dispositiõe: illa enim tandem illud consumit. Sed tamen in corporibus damnatorũ locum hæc passio non habebit. ¶Quocirca ignis ille non agit actione vniuoca volendo assimilare sibi passum, hoc est corpus in ignem conuertere: sed est actio æquiuoca. Quemadmodũ enim sol in ista inferiora non intendit producere soles, sed alia mixta: ita ille ignis non intendit corpus in ignẽ resoluere, sed dolorib⁹ cruciare. ¶Quod si redarguas. Dolor solet tandem animalia necare. Conceditur sed tamẽ id accidit, quia à sensibili passione mutatur corpus materiali motu eius temperamentũ dissoluente, ꝙ illic non accidit. ¶Augustinus lib. 21. de ciuita. Dei. aduersus huius rei incredulos nonnulla ex natura rerũ accersit exempla Aethna emĩ Siciliæ mons semper ardet, sed nunq̃ consumitur: & Salamandra in ignibus viuit, & vermes quidam in aqua dum bullit: qui foris extracti illico moriuntur. Sed hæc sic sunt exẽpla, vt tamen non omnino sint similia. Ignis enim Aethnę sulphure, quod continenter ignitur, perpetuo nutritur: & Salamãdra nõ potest in igne perpetuo viuere: quia animal est corruptibile. Vnde Galenus lib. De simplici medicina nullum, inquit, corpus est, quod ab igne non consummatur quanuis in paruo tempore ab illo nõ lædatur. Præterea Salamandra non dolet in igne, imò recreatur, veluti in aqua piscis. Sed argumentũ est. Vt qui animali virtutẽ dedit, qua in igne viueret, neq; ab illo læderetur, nec dolorẽ sentiret, potuit & ignem & corpora facere, quæ ab illo semper cruciarentur: absumerentur verò nunquam.

Solutio tertij argumẽ.

Nolite timere eos, &c.

Dolor non interficit.

Exempla.

Galenus.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrùm damnati sola pœna ignis punientur.

QVoniam de igne solum hactenus dictum est, quæritur vtrùm alijs præterea pœnarum modis damnati plectantur. Apparet enim non alijs plecti: quãdoquidem Matth. 25. de solo ęterno igne habeatur mentio. ¶Secundò arguitur. Vermis qui illos dicitur torquere, videtur fore corporalis, iuxta illud Iudith. 16. Dabit ignem & vermes in carnes eorum. Et eccl. esiasti. 7. Vindicta carnis impij ignis & vermis. Et tamẽ non apparet quomodo posit corporeus illic vermis viuere. ¶Tertiò fletus & stridor dentiũ, cuius mentio Lucæ. 13. habetur, non videtur quomodo illic fieri posit. Quoniam lachrima per corporis resolutionem exprimũtur quæ illic locum non habent. ¶Quartò & tenebrę exteriores, quæ Matth. 22. Memorantur, nequeunt satis intelligi corporales. Ait quippe libro. 9. Moralium Gregor. super illud Iob. 10. Et sempiternus terror inhabitat.

Primum argumentũ.

Secundũ argumentũ.

Tertium argumentũ.

Quartũ argumentũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quanuis illic ignis ad consolationem non luceat, tamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet: nam sequaces, quos secum traxerunt de mundo reprobi, flamma illustrante, visuri sunt. ¶ In contrarium est illud Psalm. Ignis sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. Et Iob. 13. Transibunt ab aquis niuiũ ad calorem nimium.

Nihil in inferno lætũ. ¶ In hunc articulum cuncta sunt conferenda quæ ad damnatorum tormenta congeruntur. Est enim in primis animaduertendũ nihil calamitosis illis accidere posse, quod, quanuis suopte genere sit delectabile, eos valeat delectare. Sed omnia erunt eis potius tristitia & merore plena. Atqui eorũ pœnæ in duo genera diuiduntur, quę sunt pœna damni & pœna sensus. Patiẽtur autem resumptis corporibus secundum omnes potẽtias, nempe, secundum intellectum, voluntatem, irascibilem, concupiscibilem, denique secũdum omnes sensus. Hæc autẽ eo ordine, quo beatitudinis bona in beatis sunt, possunt in ipsis considerari.

Prima conclusio. ¶ Ad quæstionem ergo quinque conclusionibus respondetur. Prima. Quemadmodum in beatis primum omnium bonorum, quinetiam omnia continens, est visio intellectus, qua Deum habẽt præsentem, ita & primum malorum in dãnatis est pœna damni, nempe carentia eiusdem visionis, & diuinæ præsentiæ: hoc enim malorum pœnæ summum est. Quia proxima essentialisq; pœna est quę culpæ debetur: nimirum quam inimici Dei eum offendendo merentur, nempe exilium à regno cœlesti, quemadmodum iustis, ceu Dei filijs debetur eius hæreditas. Et quemadmodum supra de visione diximus, quòd illa ex qua Dei amor & gaudium subsequitur, absque alio bono sufficeret ad beãdum hominem, ita & hæc carentia satis esset ad summam miseriam ad quam & odium eiusdem Dei & summus mœror cõsequuntur, quanuis alia mereantur tormenta. Etenim quo pacto, qui Deum possidet cuncta bona possidet, ita qui Deo caret, omni bono priuatur: quod summa miseria est. Vnde Chrisostomus super Matthæum Homil. 23. Duæ pœnæ sunt, ignis gehennæ & casus gloriæ. Nouimus autem quia multi solam gehennã abhorrẽt: ego autem casum illius glorię multo amariorem gehenna esse aio. Tolerabilis est gehenna, & ille ignis: sed si decem mille gehennas ponas nihil tale est quàm ab illa beata vita excidere. Hæc ille. Profectò animus contemplari exhorret quid sit Deo carere, ab ipsoque odio haberi, eumque vicissim odisse, idque in perpetuum absque vlla spe in eius gratiam redeundi. ¶ Quæri autem hic solet vtrùm pœna hæc damni sit in omnibus æqualis, cuius consueta responsio est affirmatiua. Quoniam priuatio nec magis (vt aiũt) recipit nec minus, & carere Deo priuatio est, sicuti orbari visu. At verò quanuis priuatio in se quando pura est, maior minorve esse nequeat, vt summæ tenebræ & summa cæcitas, tamen in ratione causæ augeri potest, vt magis minusue torqueat. Crediderim ergo cum Abulẽsi super Matth. 25. quæst. 640. quod eos qui ob grauiora crimina in maiori sunt inimicitia Dei, relegatio illa ab eius à regno, ac perinde Dei ipsius carentia acrius torqueat. Vehementius etenim indignantur, qui à maiori hoste in exilium mittuntur, patriaque & suis bonis expoliantur, quàm qui ab hoste, qui non est eis tam inimicus, priuationem illam patiũtur. Quare carentia ipsa diuini conspectus quæ est carentia omnium bonorum, quatenus peioris causæ effectus est, & causa maioris tormenti: potest esse maior in vno ac perinde in alio minor. ¶ Pœna autem sensus est quęcunque sensibilis læsio & quæcunque tristitia, & afflictio voluntatis, quæ ex apprehensione rei nocuæ, vel intellectuali, vel sensuali ꝓficiscit. Quapropter, & in anima separata est etiam sine corporeo sensu pœna sensus.

Vtrum pœna damni sit æqualis.

Carẽtia maior & minor.

Secunda cõclusio. ¶ Secunda conclusio. Quemadmodum in beatis ex visione Dei subsequitur confirmatissimus ipsius amor, quem iustus habuit in via, vnde summa colligitur delectatio: ita secunda damnatorum pœna est obstinatum odium quod habent Dei, quo velut hostem eum perpetuo prosequũtur. Atqui hæc pœna in ratione mali peior est quam carentia diuinę visionis: nam est pœna simul & culpa. Quare summam bonitatem odisse aliquid supra priuationem addit, quæ est summo bono carere. ¶ Affectus nanque voluntatis ex apprehensione obiecti variatur. Deus autem bifariam apprehendi potest. Vno modo in se sicuti est: quemadmodum à beatis cognoscitur. Et ideo cum sit fons totius bonitatis nemini potest sic apprehensus nõ placere. Sed aliter apprehenditur in suis effectibus, quemadmodũ apprehenditur à beatis in effectu iustitiæ: nempe, quia relegati à regno perpetuis cruciatibus in exilio torquẽtur. Atq; isto pacto obstinatissimo eũ odio habent

Secunda dãnatorũ pœna.

Ratio cõclusionis.

Obiectio. habent. ¶ Quod si arguas. Illi sunt effectus iustitiæ: iustitia verò nequit rationẽ vllam mali voluntati offerre: ergo nequit illa ratione Deus odio haberi. Respondetur, quod iustitia in se ipsa visa non habet nisi rationem boni: ob idque beati de hoc etiam Deum diligunt, quod in reprobos animaduertit. Sed tamen damnati, quia non apprehendunt illam, nisi in suo effectu, non cognoscũt eam sub ratione boni, sed sub ratione cruciantis, quod eis est malum: non solum qua ratione cruciantur, sed quia à suo hoste plectuntur. ¶ At fortasse aliquis nunquid illud odiũ sit maius quam habuerint in via. Respondetur, non esse maius, idest intensius: quia vbi ceciderit lignum, illic erit: hoc est in statu & affectu apud Deum quo homo decedit perpetuo manebit: sed tamẽ erit peius propter obstinationis statum, atque adeò acrius cruciãs. Quemadmodum amor in beatis nõ erit maior quã in via, sed tamen perfectior, quia confirmatior & maiori gaudio afficiens: propter præsentiam rei amatæ. ¶ Hinc fit odium illud nec crescere nec minui. Quare verbum Psalmi. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, aut intelligit in hac vita: aut si extendatur ad dãnatos, tũc, ascendit, idẽ est, quod stat semper in alto: quod eius ingenium est.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio. Neque odium illud, nec vllum damnatorum opus demeritorium est vllius nouæ pœnæ essentialis. De damnatis enim atque beatis duo distinguuntur tempora: scilicet ante & post diem iudicij. Atqui quod post diem illum nullum fit, aut in beatis meritum, aut in damnatis futurum demeritum, vnapimis omnium confessio est. Quoniam meritum & demeritũ ad aliquod subsequens nouum præmium, aut supplicũ refertur: quod tamẽ post diem illam neutiquã esse potest: quippe quæ omnium sit bonorũ malorumq; consummatio, perpetuo duratura. Quare tunc & bona beatorũ voluntas nõ meritum, sed premium erit: & damnatorum mala non demeritũ, sed supplicium. Et hoc erit eis consummatio malorũ, sicut & beatis cõsummatio bonorum, quod extra statum sunt merendi, aut dimerendi, quanuis sorte diuersa. Illic enim duæ ciuitates (vt ait Augu.) Dei & dæmonis consummabuntur. ¶ Et eadem ratione respondetur si quis hoc modo arguat. Peruersus appetitus qui ex voluntate arbitrij processit, etiã si factus sit necessarius, non excusatur quin sit demeritorius, vt patet de ebrio, qui sua se culpa vino immersit, quem tertio Ethi. ait Philoso. duplici pœna plectendum, si in ebrietate peccet: odium autem damnatorum processit ex voluntate in hac vita: ergo non excusat à demerito. Respondetur, inquam, non ideo malam damnatorum voluntatem à demerito excusari, quod libertatem amisit: sed quia ad summũ malorũ peruenit, & extra viã facta est. Quare totum demeritum illius est quod in termino huius vitæ fuit cõsummatũ. ¶ Ante diem verò iudicij possumus aliquod meritũ & demeritum in beatis atq; damnatis cõfiteri: potissimum in angelis bonis quibus nostra custodia demandata est, quiq; & nobis inuigilant, vt nos à malis eripiant & in bonis promoueant, de qua sedula vigilantia gaudium accidentale in die iudicij eis augebitur, dum frugem conspexerint, quam Deo conquisiuerũt. Idem erit de fœlicibus animabus, quæ suis nos orationibus & patrocinio iuuant. Et simili ratione dęmones possunt modo demereri, qui homines seducere & suis laqueis irretire procurant, quærentes quos deuorent. Quare serpenti qui Euam decepit, accessio fiet accidẽtalis mœroris in die iudicij, cum viderit quanta inde fuerint damna subsecuta. ¶ Ecce ergo duas easdemq; potissimas dãnatorũ pœnas quarũ prior intellectus est, nempe carẽtia diuinæ visionis: posterior verò odiũ Dei in volũtate. Quarũ vtraq; per se cruciat. Illa scilicet ꝓpter expoliationẽ regni: & hæc ꝓpter iram. ¶ Quod si arguas. Carentia non torquet nisi propter appetitum rei, cuius est priuatio: damnati autem non cupiunt videre Deum: quippe quem, vt hostem odisse nõ cessant: ergo propter illam carentiã non cruciantur. Respondetur quod licet visionẽ Dei ex eius amore non appetant, tamen quia cognoscunt bonũ esse, & voluptatis causa propter amorem sui ipsorum dolent, quod ab illis abdicati sint voluptatibus. Odiũ verò cruciat per iram, quam gignit: nempe, cupidinẽ vindictæ de Deo: nam quia nequeũt de ipso vlciści & vindictam capere, frementes discruciantur. ¶ Tertiam pœnam tertia mentis potentia patiuntur: nempe eorũ memoria, quę in hac vita gesserint, seu bona, seu mala. Memoria inquam bonorũ virtutis eos affligit: eo quod perseuerantia non eos perduxit ad præmium, sed illo frustrati sunt. Preterea memoria eorũ quæ in hac vita possiderunt caduca bona, qualia sunt facultates, ampla nomina & honoris tituli, miseros pudore suffundit: vtpote ꝓ qui in tanto fuerint pretio

Ante diẽ iudicij.

Tertia pœna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habiti, ad tantã fuerint ignominiã deiecti. Et super hæc oĩa criminũ suorũ scelerumq; memoria cõscientias eorum exurit & corrodit.

De damnatorum pœnitentia. ¶Sed arguat quis forsun sic cõtra. Memoria peccatorũ cruciare non põt, nisi propter pœnitentiã: damnatos verò suorũ criminũ pœnitere nõ põt: nam, vt ait Bern. In canticis dãnatus semper vult iniquitatẽ, quã fecit. ¶De hoc ergo statuitur quarta cõclusio. Damnati pœnitentiã, q̃uis non fructuosam, sterilem tũ & cruciantẽ habent. Erratorũ enim pœnitere bifariã accidet, scilicet per se, & per accidens: per se quidẽ q̃n quis peccatũ, tanq̃ Dei offensam detestat: per accidens verò, q̃n non ipsum, sed eius abominat effectũ: nempe, suppliciũ. Priori ergo modo pœnitentiã in dãnatis locũ non habet: q̃n in mala volũtate, qua hinc demigrarũt, perpetua obstinatione perdurant. Atq; hoc modo ait Bernar, Iniquitatem semper velle. Et Damasc. ait hoc esse hominibus mortẽ, quod angelis casum: qa sicvt angeli per casum, ita & hoĩes per mortẽ obstinantur. Posteriori verò modo pœnitentiam agunt perpetuã: iuxta illud sapienti. 5. Intra se pœnitentiã agentes. Et. 9. Ethic. ait Philo. quod pœnitudine replent praui, prauitatis em voluptas trãsiens tristitiã ingenerat, conscientiã vulnerãs. ¶Quinta cõclusio. Pœnitẽtia hæc damnatorũ est vermis, eorũ conscientiam perpetuo remordens & corrodens. De quo Esaiæ. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis nõ extinguet. Quod Christus Marci. 9. etiã astruxit. De hoc em verme dubiũ antiquitus fuit, esset ne pusillũ animal, carnẽ, vt tinea, terebrãs. Propterea quod apud Iudith, & in Ecclesiastico, Vermis carnis nominat. Nihilominus nõ sunt credẽdi corporales vermes in damnatorũ esse corporibus: nã post diẽ iudicij cessante motu cœli nulla erit vita superstes animaliũ, præterq̃ hoĩm. Præterea vermes ex corporis corruptione scaturiunt: corpora verò damnatorũ non erũt corruptibilia. Accedit quod modo in aĩabus nõ sunt aĩativermes: ergo non est cur post creent. Remorsus ergo cõscientiæ: qui ex peccatorũ putredine fit reliquus, vermis noĩe censet. Vnde Aug. 20. de ciui. ca. 2. In pœnis, inquit, malorũ & inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis ab alijs aliter atq; aliter est expositus. Alij quippe vtrũq; ad corpus: alij vtrũq; ad aĩam retulerũt: alij ꝓprie ad corpus ignem: vermẽ verò tropice ad aĩam: quod credibile esse videt. Quod si obijcias post modũ lib. 21. ca. 9. dixisse vtrũq; ad corpus pertinere: quia & ignis & vermis pœna, inquit, carnis erit. Rndet id dixisse, nõ quod vermis ille sit aĩa, sed quod per cruciatũ aĩæ in conscientia corpus etiã macerat. ¶Post tormẽta, quibus per tres mẽtis potẽtias dãnati præmunt, quarto etiã torquent per potentiã irascibilẽ. Primũ quidẽ metu futurorũ: q̃n quæ patiunt supplicia perpetua esse noscũt. Deinde & rabida iracundia qua in Deũ exardent. Vellent em eũ si possent, de cœlo deturbare: quod quia impossibile videt, dirè torquent. Et eadẽ ira dæmones ad impugnãdos hoĩes concitant, quos diuino imperio subducant. ¶Præterea quinto & cõcupiscentia, suapte natura voluptatis auida, igne maximè lęditur. Sed præterea singuli sensuũ suas patiunt cruces. Tactus inquã truci doloris sensu incendiũ ignis patitur. ¶Circa hoc aũt dubitat vtrũ non solum pœnas ignis verũ & cõtrarias frigoris experiant. Et dubitãdi ratio nulla est pręter autoritatẽ illã Iob. c. 24. Ad nimiũ calorem trãseat ab aquis niuiũ. Illo em dũtaxat loco mouent, quia arbitrati sunt, vicissitudine illic caloris & frigoris torqueri miseros. ¶At verò profectò hoc nec facilè creditu est, nec assertu necessariũ: saltem quod sit frigus niuiũ, vt cõtraria opinio inde colligit, aut frigus aquę quod quidẽ ante nos super. 25. c. Matthæi asseruit Abulẽ. q. 558. Et primũ argm est, quod cũ Christus diuersis locis Euangelij vniuersa inferni tormẽta recẽsuerit, nempe ignẽ, fletũ stridorẽ dentiũ, & tenebras, de frigore nulli bi meminit. Imò verò Zacha. 9. Vbi de infero nõ extat vaticiniũ sic legit. Tu aũt in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Quasi diceret, sed purus ignis. Quin verò Luc. 16. vbi epulo ille gutullam aquæ deposcebat, qua linguã refrigeraret, documentũ prębuit, merũ ignẽ absq; vllo frigore illic ardere. ¶Mox ex rõne loci arguitur. Ignis & niues eodẽ loco esse non põt: si verò loco distent, non est intellectu facilè quomodo, aut quib' interpollatis tẽporibus transmittant dãnati ab vno in alterũ locum aut quomodo ignis niuibus subintrantibus loco cedat, aut frigori in quacunq; sit materia, siue aqua sit, siue alia quacũq;. ¶Præterea si verũ est, quod supra probabilissimũ existimabamus, nẽpe, quod dãnati nõ sunt loco semoti, sed veluti in aceruo cõgesti, nõ est possibile loca omnes mutare: nec apparet q̃o deuexare eos per vices valeat aqua & ignis. ¶Sed potissimũ argumentũ est, q̃ Christus in ignẽ æternũ illos missurus est: ignis autem æternus

Quarta pœna.

Quinta pœna.

Sensuũ cruciatus.

Vtrum sint illic nimium frigora.

Quinta conclusio de vermi.

Remorsus conscientiæ.

Tertia rõ.

Potissima ratio.

æternus est, qui iugiter & perpetuo absque vlla interpellatione torquet: calor verò & frigus nõ possunt simul torquere, etiam si per spirituales species id faciant: q̃n sensatio caloris & sensatio frigoris mutuo se expellunt: nulla ergo erit illic frigoris afflictio. ¶Iam verò tandem arguitur. Si vicissitudo illa illic locum haberet, maximè ad augendam doloris vehementiam: sed illa satis est magna per solum ignem, & augeri põt quantum æquitas iustitiæ poposcerit: ergo officium frigoris superuacaneum est: atq; adeò illic ei non datur locus. ¶Igitur ad autoritatẽ Iob respõdetur, nõ intelligi de vicissitudine quæ sit in inferno. Imò profectò, vt meam ignorãtiam sub aliorum censura cõfitear, miror quomodo ex illo locò talis fuerit collecta snia. Obiurgat enim illic Iob adulterum, dicens. Oculus adulteri obseruat caliginem, & inter eius qualitates ait. Leuis est super faciem aquę, & maledicens ei subdit. Maledicta sit pars eius in terra, Ad nimiũ calorem transeat ab aquis niuium, & vsq; ad inferos peccatũ illius. Vbi Greg. nihil de alternatione inferni meminit, sed iniquitatem adulteri frigiditatis nomine intellexit, à qua solet ad calorem superbię cõscendere. Aut si hoc magis placet turpes huius seculi voluptates, quia refrigeria existimãtur, & veluti nix liquefiũt, niuium frigori cõparauit: à quibus imprecatur adultero, vt ad nimium infernicalorem trãseat: quia vix solent concubinati ad cor redire, & ideo explicatius sub &c. Et vsq; ad inferos peccatum illius. Nõ ergo intellexit, quod postea futurus esset à calore ignis ad frigus niuiũ regressus: sed ęp esset à niuibus huius seculi ad calorem inferni perpetuus ingressus. Quibus verò libuerit opinionem cõem sustinere frigora niuium: non debẽt tam ad literam intelligere, quia ridiculum esset; illic niues comminisci: sed quia terra ipsa, præsertim in centro frigidissima est. Superesset eis tũ tunc labor explicandi quomodo, aut per vices alternẽtur frigus & calor, aut simul sentiri valeant.

Aliaratio.

Interpretatio loci apud Iob.

Quinta conclusio.

¶Quinta cõclusio. In damnatis erit fletus & stridor dentiũ, vt patet Lucæ. 13. Et Matth. 8. & 13. & 25. In fletu nanq; duo est cõsiderare, scilicet, & fumi ascendentis ad cerebram resolutionem in lachrimas. Et pręterea perturbationem cõmotionemq; capitis & oculorum, qui sanguinolentã monstrantur. Lachrimarum autem resolutio illic locum non habet: quia corpora erunt incorruptibilia: & tamẽ si resoluerentur in lachrimas tandem cõsumerentur. Est tũ secunda pars fletus in capite & oculis conturbatis. Ille autẽ effectus est ingentissimi doloris quem patiũtur ab igne, ac perinde considerationis tam multarũ calamitatũ, quibus se videt perstringi. Etenim quod lachrimę illæ fiant ex sulphuris fumo, vana opinio est: q̃n fumus nõ exhalatur nisi ex resolutione materiæ quæ igne consummitur. At verò illic nec sulphur nec materia alia in fumum resoluitur. ¶Stridorem autẽ dentium in miseris corporib' assumptis per motum etiam realem concedere nulla ratio vetat. Nam stridor solum dentium motum & strepitum significat, qui absque vlla corruptione fieri potest. Qui aiunt illic esse frigus dicunt quasi gelatos dentibus stridere. Sed certè (vt dictum est) nescio quomodo igneus dolor id permittat. Stridor ergo ille potest esse volũtarius & necessarius. Voluntarius quidem potest oriri ex iracũdię rabie, qua aduersus Deum & suam familiam infremunt: vel ob illam seram pœnitentiam delictorum, quæ illos illuc coniecit & ex bonorum memoria quæ amiserunt. Necessarius verò dentium stridor, ex rigore potest doloris nasci quem patiuntur ab igne. ¶Reliquis pręterea sensibus suos cruciatus iniquo animo perferũt. Nẽpe auditus luctuosos illos clamores & miserorũ lamenta, quibus sibi maledicunt, & aduersus diuinam iustitiam reclamant. ¶Odoratu verò pessimo odore sulphuris, quem absq; eius resolutiõe per spũales species (vt supra expositum est) emittere põt cruciãtur. Imò quemadmodũ beatorum corpora odore flagrare diximus: ita & misera, fœtorem expirare credendum est. ¶Et quemadmodum de sapori dulcedine diximus in beatis: ita conijcitur damnatorũ gustum corrupto humore, vel intrinseco, vel extrinseco infectum iri. ¶Sed & visus qui omnium est præstantissimus, tenebris obducetur: nam etsi ignis in sua substantia res sit luminosa, tamen ratione materiæ esse potest tenebrosus. Id autem illic primum ratione sulphuris accidet: & præterea ratione loci, vbi nec inclusus non habet iustam raritatem.

De auditu.

Odoratus.

Gustus.

Visus.

Tenebræ.

¶At verò neque omnimodæ sunt tenebræ, quales essent in cẽtro terræ, si nulli illic ignis arderet. Sed conijcitur esse lumen quoddam ambiguũ quo possint se miseri mutuo conspectare: idque ad maiorem tristitiam cum suas calamitates inuicem cõspiciant: nam & hoc solatio destituti sunt quod esse solet miseris dum accidit socios habere pœnarum, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

articu. sequenti dicturi sumus. Torquentur verò prælertim dum eos intuentur, quos vel criminũ complices habuerunt, vel sua contagione contaminarunt. Tunc enim maiori suffunduntur pudore. Coniectari ergo de illa tenebrosa luce possumus, aut sub lucidis tenebris, ad modum illarum, quas somniantes in semiuigilia patiuntur, dum videre sibi videntur, maligne tamen illos cũ quibus colloquunt. Vnde Gregorius quãuis super illud Euangelicum, Mittite eum in tenebras exteriores, dixisset quod si ignis ille lucem haberet, nequaquam in tenebras exteriores mitti dicerentur, tamen loco citato libro Moralium, vt explicaret verbum illud, sempitẽ:nus horror inhabitat, adiecit quod quanuis ignis ille ad consolationem non luceat, tamen, vt magis torqueat, lucet.

Tenebræ exteriores. ¶Cur autem dicantur tenebræ exteriores, Abulensis super capitulum. 25. Matthæi quæstione. 557. ait allusionem esse ad ergastula, quæ erant Hierosolymis. Erat enim, inquit, vnum internum in carcere, quod pusculum habebat lucis: sed aliud foris sub dio extra carcerem multo maioris horroris plenum: ad cuius similitudinem Christus appellauit infernum tenebras exteriores. Sed hæc tamen interpretatio non habet ita multum autoritatis. Et ideo vel dicuntur tenebræ exteriores respectu internæ gloriæ, quæ est intra cœlum, vbi summa lux fulget, vel respectu internarum tenebrarum, quæ sunt in anima. Quemadmodum super Psalmum. 6. interpretatur Augustinus, dicens, quod in hac vita peccatores tenebras interiores, hoc est, mentis cæcitatem patiuntur per absentiam diuinæ gratiæ, quæ est lux animæ: sed tamen quandiu hic viuunt, luce solis externa, quantum ad corpora fruuntur. In inferno autem externas quoque corporum tenebras patientur, quas per internas delictorum meruerunt.

Solutio primi argum. ¶Ad primum igitur argumentum respondetur in sententia contra damnatos lata ob id duntaxat mentionem ignis haberi, quod reliquæ omnes pœnæ in ipso virtualiter cõtinẽtur. ¶Sed arguitur contra. Igni eodẽ, quo torquentur damnati (vt supra dictũ est) purgantur electi: isti autẽ non feruntur nisi merum ignem pati, ergo nec damnati alia patiuntur tormenta. Negatur consequentia: quoniam cum ignis ille non agat ex mera natura ignis, sed diuina virtute: & iustis in purgatorio non infligatur pœna præcipuè

De illis qui sunt in purga.

ad affligendum per modum vltionis, sed ad purgandum, non plectuntur nisi sola pœna ignis, qui ad id muneris idoneus est. ¶Ad secundum de verme iam responsum est, nomen vermis per metaphoram dici de remorsu cõscientiæ. ¶Et pariter dilutum est tertiũ argumẽtum, vbi explicatum est, qualis illic sit fletus & stridor dentiũ. Et similiter quartum vbi conditionem exposuimus illarum tenebrarum, quæ dicuntur exteriores.

Solutio secũdi argumẽ.

ARTICVLVS. V.

Vtrùm damnati, aut bona intellectus notitia, aut bona voluntate vti valeant.

POST hæc quæ dicta sunt operæ pretium est explorare vtrùm dãnati vel bona intellectus notitia, vel bona voluntate vti valeant. Et arguitur à parte negatiua. Scientiarum contemplationi annexa est delectatio: damnati lætari non possunt: ergo nec scientijs, aut cognitionibus vti, quas in hoc seculo habuerunt. ¶Secundò. Si possent intellectus contemplatione vti, possent nonnunquam de Deo cogitare, quandoquidem eum odio habere nequeunt de quo non cogitant: cogitatio autem Dei non potest non esse lætifica: ergo non possunt de illo cogitare. ¶Tertiò arguitur, de voluntate, quod non omnis sit in eis mala. Ait quippe Dionysius capite. 4. De diui. nomi. quod dæmones bonum & optimum concupiscunt: scilicet esse, viuere & intelligere: homines autem non sunt peioris conditionis, quã dæmones: ergo ipsi possunt rectè bona illa velle atq; adeò bonam voluntatem habere. ¶Quartò. Beati possunt velle, vt illi qui in hoc seculo superstites sunt, ab illa dãnatione liberentur, vt de Epulone diuite Lucæ. 16. legitur, Qui optabat fratres suos admoneri ne in illum locum tormentorum venirent: illa autem est bona voluntas: ergo bonam possunt habere voluntatem. ¶Quintò. Damnati recta ratione possunt velle potius non esse, quam in illis miserijs perpetuo esse. Iuxta illud Ecclesiastici. 41. O mors quã bonum est iudicium tuum homini indigenti: ergo possunt aliquid bene velle. ¶In contrarium autem est, quod recordari rerum possunt quarum scientiam in hac vita conquisiuerunt: iuxta illud Lucæ. 16. Recordare quia recepisti bona &c. Obstinata tamen voluntas

Partis negatiuæ argumẽtũ primum.

Secundũ argumẽtũ.

Tertium argumẽtũ.

Quartũ argumẽtũ.

Quintũ argumẽtũ.

Pars affirmatiua.

luntas in malum, qualis est in damnatis, nequit vnquam esse bona.

Prima conclusio. ¶Ad quæstionem quinque conclusionibus respondetur. Prima. Damnati vtuntur eorum memoria & cognitione quæ in hac vita cognouerunt. Hæc enim conclusio articulo præcedenti monstrata est: quoniam naturales potentiæ integræ in illis erunt, atque adeò præteritorum memoria. Illa tamen cognitio nullatenus eis erit læta, sed mœroris causa: nam de peccatis sterilem pœnitẽtiam agent, & de bonis quæ fecerunt dolorem cõcipient, quod eorum fructu fuerint frustrati. Et si quas habuerunt scientias acquisitas naturalium rerum, quanuis ex obiecto earum contemplatio sit iocunda, tamen eos ideo contristabit, quòd illas scientias ad perfectionem non perduxerunt. ¶Apparet autem contra hoc argumentum duplex. Primum, quod in hac vita experimur, corpus, dum nimium affligitur, contemplationem cohibere. Præterea diuturnum tempus obliuionis causam existere: cum ergo damnati tum vehementissimæ afflictioni subdantur, tum etiam & tempori diuturno, videntur scientiarum non posse recordari. Respondetur autem quod in hac vita, eo quod anima corpori corruptibili coniungitur, corruptione eius & afflictione à suis actionibus præpeditur: damnatis verò corpus non erit corruptibile: & ideo corporis afflictio nõ obstabit animæ in illis actionibus quæ eius tristitiam & mœrorẽ augẽt. Tempus aũt nõ est obliuionis causa per se, sed rõne cœlestis motus, cuius est mensura: illic aũt motus ille cessabit. ¶Secũda conclusio. Dãnati de Deo nonnunq; in suis affectibus cogitabũt. Dupliciter enim Deũ contemplamur, vno modo secundũ se, idest secundũ id quod ei est proprium, nempe quatenus est totius bonitatis fons & principiũ: atq; hæc contẽplatio lætifica est, quã ideo perditi illi non habẽt. Considerant tñ ipsum secundo modo, videlicet in suis affectibus, quatenus vindex malorũ est, quod illis est odij & afflictionis causa. Et qui Christiani fuere cõsiderabunt trinitatis atq; humanitatis Christi mysteria: nam & dæmones credunt & contremiscũt. Sed hæc etiã cõtemplatio dolorẽ eis & remorsum cõscientiẽ augebit: eò quòd fides eos ob suã culpã ad visionem nõ euexit. ¶Et per hæc duo priora argumenta soluta restant. Tertia conclusio. Neutiq; damnatorũ deliberata voluntas esse põt bona, idest, bonũ elicere actũ & laudabilem. Duplex em̃ est volũtas, scilicet naturalis & deliberata. Naturalis volũtas, vt dist. præcedenti diximus, est inclinatio & pondus naturæ ante actum elicitũ, quæ quidẽ inclinatio nõ est effectus ipsius creaturæ, sed est à Deo tanq; ab autore naturæ impressa. Quocirca eũ in dãnatis naturalia maneant integra, illa etiã permanet inclinatio bona ad esse & viuere: quin verò ad beatitudinẽ, vt supra dictum est: volũtas aũt deliberata est actus elicitus à volũtate præuia cognitiõe. Atq; hæc nullatenus in dãnatis esse potest bona. Et ratio est, quod omnẽ deliberatũ actum ex illa obstinatione in malũ, & obdurato odio in Deũ eliciunt, tanq; auersi ab vltimo fine in quem oĩs volũtas formaliter vel virtualiter vt sit bona refert. Quapropter etsi velle possint aliquid quod rõne obiecti est bonũ, non tñ illud bene volũt, sed peruerse referẽdo in malũ finẽ. ¶Vtile ad tertiũ argm̃ rñdetur, q̃ Diony. loquit de cõcupiscentia, quæ est naturalis inclinatio ad esse & viuere & intelligere. Sed tñ eandẽ inclinationẽ per libertatẽ corrumpũt in actu quẽ peruerse eliciũt. ¶Et per hoc etiã rñdebitur si quis redarguat. Dãnati nequeũt malũ sub rõne mali velle, vt ait Diony. & Aristo. quia rõ mali non est obiectũ volũtatis: ergo volũt illud sub rõne boni, saltẽ apparẽtis: volũtas aũt quæ refert in bonũ sub rõne boni videt esse bona. Rñdetur inquã non satis esse apparentiã boni, vt volũtas sit bona, q̃ ob eius malitiã, id quod est malũ, apparet ei bonũ. ¶Sed arguit præterea: plurimi damnatorum habitus virtutũ politicarũ in hac vita cõpararunt, quos credibile est in illis aĩabus perseuerare: ergo poterũt illic habere actus inde elicitos, qui sint boni. Rñdetur, q̃ habitus infusi in dãnatis nõ permanẽt, neq; vero fides m̃ortua, vtpote quæ est donũ Dei. De acquisitis aũt politicis virtutib̃ res est ambigua. Dicere em̃ possumus quod eum animã ad vitam politicã perficiãt, & illa vita illic nõ permaneat, sit vt neq; illæ virtutes persistãt. At verò quãuis persistere ibi aliquãdiu crederent, erunt tñ ociosæ: q̃m propter obstinatã iniquitatẽ, nequibũt in vsum exire. ¶Quarta cõclusio. Damnati nequeũt suis propinquis & necessarijs, quos in hac vita reliquerũt, bonũ aliquod optare: atque adeò nec tanq; eorum bonum, salutem eorum cupere, ne damnentur. Et ratio est quod veluti beati in charitate Dei, ac subinde omnium proximorũ firmati sunt, ita & damnati, quoniã in odio Dei sunt obstinati, similiter circa omnes tam existen-

Obiectio.

Secunda cõclusio.

Tertia conclusio.

Solutio tertij argumẽ.

Aliud argumentũ.

Habitus dãnatorum.

Quarta conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

existentes in hac vita mortali, quàm defunctos, siue beatos siue damnatos indurato odio affecti sunt.

Solu. quarti de epulone. ¶ Ad quartum igitur argumentum de illo, epulone primo modo responderi potest, ꝙ fortasse Christus verbo illius miseri contendentis suos admonere fratres, ne in illũ locũ irent, nihil aliud significare voluit, quàm truces acerbissimosque cruciatus inferni. Secundo respondetur, quòd illo verbo significatur inclinatio naturalis, quam vnusquisque erga suos habet: quæ suapte natura tanquam diuinitus naturæ impressa, bona est. Sed tamen actus elicitus epulonis, quia nullatenus fuit in Deum relatus, vitiosus fuit. Sed tertio responderi solet: quòd quanuis damnati nemini optare possint, vel precari salutem, plus tamen illam alienis quàm suis inuident: & illa ratione epulo admonendos curabat fratres suos. ¶ Sed rogas numquid saltim erga illos quos iniquè in hac vita dilexerunt amicitiam illam seruabunt per quam illis possunt bene precari. Respondetur secundum Aristotelem. 9. Ethicorum eiusmodi amicitias super bono in honesto conciliatas facilè rescindi. ¶ Hoc tamen supremum est hic argumentum, quòd damnati nõ sunt existimandi suorum suppliciorum crementum cupere. Quò autem plures habuerint suæ damnationis socios, eo plus augebitur illis accidentale supplicium: ergo non concupiscunt plures illuc detrudere. Respondetur, quòd quanuis sciant ex numeri augmẽto damnatorum accumulandam sibi tristitiam, adeò tamẽ sunt odio subiecti, vt illam mallint pœnam, quàm nostram salutem: præsertim dæmones. Vnde illa glossa Esaiæ. 14. super illo verbo, Omnes principes terræ surrexerunt de solijs suis, quæ ait solatium esse malorum socios habere pœnarum, non est perinde, vt de hac vita, de inferno intelligenda. Illic enim dicitur solatium, quia sic explent sua mala desideria, quibus in nos sunt affecti. Nihilominus nulla per hoc fit eis tristitiæ remissio: imò augetur, veluti in angelis gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente.

¶ De vltimo autẽ argumento, nempe, vtrùm melius esset damnatis non esse quàm in illis tormentis esse, disputari solet. Imò sunt qui contendant, nullatenus posse illis esse optabilius annihilari, quàm illic esse perpetuo. Quoniam nihil nisi sub ratione boni, saltim apparentis potest concupisci: in eo autem quod est simpliciter non esse, nulla potest apparere ratio boni: ergo illud non potest rectè cõcupisci, imò nec nolitũ esse. Probatur minor, quoniã non esse est malorum maximum, atque adeò neque habet vllum apparentis bonitatis fundamentum. Accedit auctoritas Augustini libro. 3. de libe. cap. 7. & 8. dicentis. Considera quantũ bonum est esse, quod & beati & miseri volunt: maius enim est esse & esse miserum, quàm omnino non esse. Imò in eius confirmationem sic ibi arguit. Præelectio (id est vnum alteri præponere) supponit electionem, nempe, quod vtrunq; sit elegibile, sed, non esse, non est eligibile: quia cum nihil sit, non habet vel apparentiam boni. ¶ His tamen non obstantibus adhibetur quinta conclusio. Non esse melius est, quàm in perpetua miseria esse. Atque adeò recta ratione, si ex parte obiecti perpendatur, est appetibile. Esse quippe bifariam consideratur. Vno modo per se absolutè: & sic non est eligibile: quia nec vllam habet rationem boni nec in illo apparere potest: quoniam est mera priuatio: imò merum nihil. Alio verò modo potest cõsiderari tanquam remedium, per quod homo à miseria eripiatur: & sic, non esse, accipit illam rationem boni, nempe carere illa miseria. Nam (vt. 5. Physicorum, ait Philosophus) carere malo, quoddam bonum est. Et sic potest etiam recta ratione optari. ¶ Est tamen notandum discrimen inter non esse simpliciter per annihilationem, & non esse in hac seculari vita per mortem. Enimuerò non esse, hoc est mori, licet nemo possit rectè sic velle, vt ipse sibi mortem conscisceat & se interimat potest tamen sub conditione illud velle fieri à Deo, si ei videbitur expedire. Quemadmodum dicebat Paul^s. Cupio dissolui & esse cum Christo. Neque verò illa solum causa: nempe fruendi Deo mors optabilis est: verum tanquam medium, vt homo à miseria huius vitæ liberetur: videlicet à periculis peccandi, dum maxima homini impendunt. Imò & ab alijs ingruentibus malis, & incommodis quæ hominem vehementer perturbãt: qualia sunt morbus acerbus, grandis infamia & honoris iactura, iuxta illud citatum Ecclesiastici. 41. O mors quàm bonum est iudicium tuum indigenti. Quanuis sic istorum causa licet quandoque mortem sub conditiõe, si Deo placuerit, optare, vt tũ frequentius timendũ sit ne vel ex desperatione, vel ex pusillanimitate eiusmodi desiderium procedat, quod tũc esset iniquũ. Qui tamẽ illa prædicta ratione recta mortẽ desiderant, non cupiunt simpliciter nõ esse, sed in aliam traduci vitam ab eiusmodi calamitatibus liberam. Conclusio verò nostra non solum hoc asserit, verùm quod dãnatis optabile recta ratione sit in nihilũ redigi aut natos non fuisse quã in illis perpetuo tormẽtis absq; vlla liberationis spe viuere. Nã profectò adeò illa sunt vrgentia & horrẽda, vt liberari ab illis, etiã per annihilationẽ eligibile sit. Et quicunq; hoc secum perpẽdat: ita sentiet. Et confirmatur loco illo Apoca. 9. In diebus illis desiderabunt hoĩes mori: & fugiet mors ab eis. Et Matth. 26. De proditore Iuda bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Ecquis enim, quãuis euangeliũ hoc nõ diceret, non potius eligeret nõ fuisse natũ, quam sic fuisse mortuũ? Et Hiero. super illud Ieremiæ. 20. Maledicta dies in qua nat^r suum. Melius, inquit, est non esse, q̃ male esse. ¶ Vnde ad argumentũ proximè factũ rñdetur, solũ probare quod, nõ esse, quatenus est essendi priuatio, nõ est eligibile: sed quatenus est miseriæ liberatio. Sicut pharmacũ non est per se volitũ, sed quia causat sanitatẽ. Atq; id ipsum docet loco citato Aug. Nẽpe, quod esse, adeò per se bonũ est, vt etiam miseri illud cupiant. Loquitur tũ de miseria huius vitę, quę non solet esse tanta, quin hoĩes malint eã pati, quam non esse, & præcipuè arguit contra eos, qui se erẽcant. Sed illud esse, quod tanti facit Aug. vt ab omnibus appetat, nõ est intelligendũ de esse malo & corrupto (vt. 9. Ethic. ait Philo.) sed de bene esse & bona vita. ¶ Ac per hoc solutũ restat quintũ argumentum principale. Concedimus eñ rectè posse dãnatos velle non esse, sed tũ illa volitio vitiosa est, ꝓpter obstinatã adhæsionẽ ad vltimũ finẽ, inquẽ esset, saltim in virtute, referenda.

Solu. quarti de epulone. — *Interrogatio.* — *Quinta conclusio.* — *Solutio argumenti.* — *Nõ esse simpliciter.* — *Solu. quinti argumẽti.*

ARTICVLVS. VI.

Vtrùm & damnati beatorum gloriam videant & beati ipsorum miseriam.

ANdem quęritur de mutua inter se beatorũ damnatorũque notitia. Vtrùm scilicet se mutuo videant. Et arguitur à parte affirmatiua. Multò maiori interuallo distant à damnatis beati, q̃ ea quæ apud nos aguntur, sed damnati nec nos nec nostra vident, ergo neq; vident beatorũ gloriam. Mediam propositionem affirmat Gregorius. 12. Mora. super illud Iob. Siue fuerint nobiles filij eius &c. Dicẽs, ꝓ sicut ij qui adhuc viui sunt, mortuorũ animæ quo loco habeãtur ignorant, ita mortui, qui carnaliter vixerunt, vitam in carne positorũ, qualiter post eos disponatur, ignorant. ¶ Secundò arguit, ꝓ nec beati videant damnatorũ miseriam: si mili argumento maiori distantia damnati à beatis absunt, q̃ nos viatores, sed beati non omnia quæ apud nos geruntur vident: ergo nec quæ patiuntur dãnati. Mediam propositionem affirmat glossa super illud Isaiæ. 43. Abraham nesciuit vos, dicens. Nesciũt mortui, etiam sancti, quid faciant viui, etiam eorum filij. ¶ In contrarium autẽ de damnatis adducit illud de epulone, qui vidit Lazarum in sinu Abrahæ. Et de beatis Esaiæ vltimo. Egredientur & videbunt cadauera eorũ, qui præuaricati sunt in me. Vbi ait glossa, quòd egredientur beati ad videndũ damnatos intelligentia vel visione manifesta.

Primum argumentũ. — *In contrarium.* — *Decisio articuli.*

¶ Ad quæstionem tribus conclusionibus rñdetur. At de primo membro vtrùm damnati beatorum gloriam videãt: aliquid certum est, atq; alia sunt sub iudice. Ex sacra eñ scriptura constat, ꝓ damnati nonnunquã videbunt beatos. Habetur enim Sapien. 5. Quod stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerint: illi autem nequam videntes turbabuntur timore horribili, & mirabunturin subitatione insperatæ salutis. Itẽ fides catholica est, ꝓ in die iudicij (vt habet Matth. 25.) Cum venerit filius hominis, congregabunt̃ ante eum omnes gentes. Et tunc damnati Christum atque beatos videbunt: iuxta illud Ioan. 19. Videbunt in quem trãsfixerunt. Et in illa die satis verificabitur illud citatum Sapien. 5. Atq; illud vicissim psalmi. Lætabitur iustus cùm viderit vindictã peccatorũ. At verò, ꝓ obtrusi in inferno inde visuri sunt existentes in cœlo nullibi in sacra scriptura affirmatur. Et in primis nunc animæ non possunt corporeis oculis illos videre: q̃a oculos nõ habent. Quod aũt per mentis intelligentiam beatas animas videant, nulla est repugnantia: quia animæ separatæ possunt alias animas separatas, sicuti & angelos intueri. Veruntamẽ cum sint finitæ limitatęq; potentiæ, pfectò naturaliter non pũt à tanta distãtia mẽtis aciem protendere. Imò quãuis fœlices illas animas cernerent, nequirent earum gloriam videre: quippe quæ superna turalis est. Et ideo nemo illam nouit nisi qui possidet

Universidad de Deusto Biblioteca

possidet, iuxta illud Apoc.2. Vincenti dabo manna absconditũ, & nomen nouum: quod nemo scit nisi, qui accipit. Et Paulus, Oculus nõ vidit neq; auris audiuit, quæ præparasti diligẽtibus te. Sunt aũt qui dicãt. Deum dãnatis sanctorũ gloriã reuelare, vt acrius contorqueanť, quod illam amiserint. Sed profectò, quod aliqua supernaturalis reuelatio fiat dãnatis, nescio an sit absq; maiori probabilitate asserendũ. Aug. ergo quem Magist. sentẽdist. præsenti citat, fuit qui huic opinioni ansam obtulit. Affirmãs enim damnatorũ animas in tenebris esse exterioribus, nihil videntes eorũ quæ in gloria sunt beatorũ: opponit de illo diuite Luc. 16. Qui eleuãs oculos vidit Abraham & in sinu eius Lazarũ. Et rñdet, illud ante iudiciũ factũ legit. Sed post iudiciũ, inquit, in profundiorib⁹ tenebris erũt impij vbi nullã Dei lucem videbũt. Cui subscribẽs Greg. Hom. 40. super Lucã. Infideles, inquit, in imo positi ante diẽ iudicij fideles super se in requie attendunt, quorũ gaudia post cõtẽplari nõ poterũt. ¶ Ob autoritatẽ ergo horum sanctorũ patrũ solet affirmari cõclusio quã hic nos sub hoc tenore statuimus primã. Dãnati, si seclusa reuelatione loquamur q̃uis de inferno intuitiue nõ videant sanctorũ gloriã, imò fortè nec sanctos ipsos singulariter: eatenus tã eorũ fœlicitatẽ videre censeant, vt in genere & in confuso intelligant esse maximã: quod ad eorũ afflictionẽ & intimũ dolorẽ satis est. Priorem partẽ satis credimus probasse. Quia nec naturaliter illuc videdo attingere pũt, nec reuelatione digni sunt; neq; ad eorũ tormentũ est necessaria. ¶ Secũda verò pars probat: quia dæmones & Christiani bene norũt, licet nõ intuitiue, quãta sit illa gloria. Et qui in lumine naturali obiecunt, videntes illuc vbi ipsi tenent, non occludi nisi illos qui corruptis moribus Deũ offenderunt ex magnitudine tormentorũ quæ sciunt sibi tãquã in exilio à regno cœlesti exclusis, per iustitiã Dei distributiuã infligi, intelligũt quanta gloriæ claritate, & gaudiorum magnitudine, & honorũ amplitudine eos remunerer, qui eius regno & præsentia potiunť. Imò q̃uis nõ aliud intelligerent, q̃ Deo esse præsentes, satis esset ad reliqua cõsiciẽda. ¶ Illud aũt de epulone diuite nõ vsq; adeò mouet ad ꝓbandũ quod beatos videãt. Primũ quod parabolã non est necesse ad literã in omnibus esleverã. Secũdò quod Abrahã tunc & Lazarus nondũ tunc erant beati: sed existebãt in limbo, vbi poterãt ab epulone videri. Quare non subsequit, vt possint eos videre qui sunt in cœlo. Ac demũ poterat illud per singulãre priuilegium contingere. ¶ Discrimen autẽ quod Aug. ponit inter ante & post diẽ iudicij, profectò vix intelligit, nisi diuina admittatur in dãnatis reuelatio. Nam tenebr⁹ non erunt tunc spũalis cæcitatis maiores in inferno. Idemq; ignis erit q̃uis auctus per accessionẽ ignis cõflagrationis. Quare si modo non impedit, quin damnatorũ animæ beatas videant, nescio quomodo impediat ne postea beatos videãt. Nisi dicam⁹ (quia aliter Aug. & Greg. defendi non videnť) q̃ post diẽ iudicij solum in dãnatis durabit memoria eiusdẽ diei in qua vniuersam beatorũ gloriam videbunt: quæ quidẽ memoria sufficiet ad eorũ tormentũ. Sed quia ante illum diem necesse est, vt etiam contemplatiõe illius gloriæ torqueanť, nunc habẽt aiæ miseræ aliquã illius gl̃iæ reuelationẽ, quæ deinde, tanq̃ nõ necessaria cessabit. ¶ Quod si arguas. Id quod sanctis in hac vita tanq̃ singulare priuilegiũ cõceditur nõ est affirmandũ cõcedi dãnatis: Paulo verò, vt 2. ad Corin. 12. legitur tanq̃ admirabile priuilegiũ indultũ est, vt archana verba audiret quæ non licebat homini loqui: ergo hoc non est de dãnatis credendũ. Respondetur, latissimũ esse discrimen. Quoniã Paulus ad illam gloriam raptus est, vt spes eius perpetuo possidendi roboraret: imò vt illo priuilegio tanquam initio futuri premij donaret. Damnatis verò reuelat, vt anxãs cruciẽtur. ¶ Ad primũ igitur argm̃ respondet, ꝙ quanquã nos minus à beatis q̃ damnati distemus: nõ tã ad eorũ cruciatũ tanti refert scire quæ nos agim⁹, quã sanctorũ gloriã. Vnde super Psal. 108. Aug. historiã epulonis enarrãs, qui suorũ fratrum curã habere videbat, ait quod licet dãnati curam viuorum habeant, vtpote quos neq; in locis pœnarum, neq; in requie beatorũ vident: non tã consequẽs est eos scire quæ circa charos suos agunť hic, vel læta, vel tristia. ¶ Secunda cõclusio. Beati damnatorũ pœnas videt, quia nihil eis negandum est, quod ad eorũ fœlicitatẽ spectat: conducit aũt eis, vt cruces damnatorũ intueantur; tum, vt plus gaudeãt inde esse exemptos: tũ vt cumulatiores grãs Deo referant. Possunt aũt illas nõ solũ in verbo, verũ & in ꝓprio genere cõspicere. Nõ tã opus est, vt semper sint illas intuẽtes, sed sufficit, vt q̃ũ voluerint, illo recreent solatio. Cõclusio probat ex illo citato Esaiæ vlti. cũ glossa. Egredienť videre &c. ¶ Ad secundum igitur argumentum respondetur,

Prima conclusio.

Deepulone.

Augu. & Greg. exponuntur.

Solatio primi argum.

August.

Secunda cõclusio.

Solu. arg.

detur, quòd glossa illa sic intelligitur, quod quantum est ex natura rei mortui nõ sciunt ea quæ apud nos fiunt. Secus autem beati ratione sui status. Vnde Gregorius. 12. libro Mora. super illud Iob. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, nescient &c. Qui intus (inq. ait) habent Dei claritatem, nullo modo credendum est, quod sit foris aliquid, quod ignorent. Scilicet ad suum pertinens statum. ¶ Tertia conclusio. Beati damnatorum miseriam videntes ad misericordiam non cõmouentur: imò lætantur. Prior pars probatur: quoniam misereri quandam participationẽ miseriæ designat, quæ in beatis esse non potest. Ad cuius planiorem intellectum notandum quod misericordia duo dicit: nimirum passionem: compatitur enim ille quem alterius miseret. Et hæc in beatis esse nequit: sicut neque in Deo. Sed prætererea dicit electionem voluntatis ad tollẽdam alterius miseriam. Et isto modo tam Deus quam beati miserentur nostri, dum hic viuimus, quia potest nostra miseria subleuari. Illa verò damnatorum minimẽ. Et ideo aut modo neutro Deus aut beati ipsorũ misereri possunt. ¶ Secunda verò pars conclusionis sic probatur. Damnatorum supplicia bifariam considerantur. Vno modo per se inquantum rationem habent mali, nempe damni. Et isto modo lętari de illis est indicium odij. Quare sub hac ratione non delectant beatos: sed per accidens ratione adiuncti: videlicet, quatenus sunt vindicta diuinæ iustitiæ, iuxta illud Psalmi. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, qui nos ad illam perducat lætitiam sempiternam.

Tertia conclusio.

Secunda pars.

OPVS ergo, quod Dei nutu auspicatus sum, eius tandem ductu absolutum est. Hunc meus mihi præsagit animus laborum futurum meorum postremum. Vitam in chartulis prælegendis, exarandis, interlineandis, reuisendisq; & lambendis penè insumpsi. Exilitatem ingenij mei pauperiemq; prodidi, quare neque ignorantiam excuso. Fidem autẽ Domini mei Iesu CHRISTI, testis ipse esto, quanta cum fide, synceritate & candore seruare, elucidare, protegere, tutari, & pro meo exiguo talento magnificare, vbique semperq; curauerim: cuius (vt secundum insipientiam meam ad Dei laudem loquar) nonnullum in Concilio Tridentino testimonium perhibui. Igitur qui animum meum Deo meo probatũ esse confido, diffidere nõ possum, quin, si cubi hallucinatus in aliquod offendiculum impegerim, misericordiam sim consecuturus, quia ignorans feci. Sãcta orthodoxaq; eius ecclesia errata mea, etsi oportuerit, me ipsum castigare dignetur. Optauerim equidem si quæ dixerim quibus castigatione vel retractatiõe opus esset, vt cuncta mihi modo memorię occurrerent, quæ meo proprio obelisco cõfoderem. Collimare nanq; & ad iustam normam tam multa exigere, quàm esse in meis operibus credo limatu polituque necessaria, non est possibile. Quæ verò mihi occurrunt, hæc pauca sunt, quæ si prælo sunt iterum mandanda, corrigãtur. ¶ Præter illa quæ in Dialecticam & Philosophiam Aristotelis edidi commentaria, minutioraque alia, in causa pauperum, & de Iuramento & id genus reliqua, quinque maiora volumina in publicũ euulgaui: nempe, in epistolã ad Romanos: mox De natura & gratia ad sanctum Concilium Tridentinum tres libros: De ratione tegendi & detegendi secretum tres itidem: De iustitia & iure decem: atque opus hoc in Quartum Sententiarũ, in duos Tomos diuisum.

¶ Super epistolam ad Romanos capite. 9. in illa percontatione. Vtrum reprobationis sit vlla in nobis causa, partem tutatus sum affirmatiuam propter autoritatẽ Augustini ad Sixtum dicentis. Quærimus meritum indurationis, & inuenimus. Merito nanque peccati vniuersa massa damnata est. Vnde colligitur permissionem, qua Deus Adam primum permisit, ac subinde nos delinquere sinit, non esse per se effectum reprobationis, sed per accidens, per se verò nostræ pratiæ voluntatis, diuinis inspirationibus resistentium, iuxta illud Oseæ. 13. Perditio tua Israel. At verò quanuis sententia hæc probabilis satis sit, tamen fortasse cõtraria nonnullis erit probabilior: nempe, quòd reprobatiõis nulla sit causa, quemadmodum nulla est prædestinatiõis: sed quòd permissio peccati Adam ac perinde nostrorum sit reprobationis effectus. Quanuis nõ eodem modo, quo eius auxilia sunt effectus prædestinationis. Et nescio si calamum iterum quæstioni admouerem, an mentem mutarem, vt in hanc sententiam irem. Veruntamen illa asserta opinio (vt sub ecclesiæ sapientiumque censura id dixerim) adeò nõ censetur errori tribuenda: vt sit Augustino germana, & Diuo Thomæ super eundem. 9. cap. Pauli, ac subinde sit aliorum probabilis opinio.

¶ In libro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In libro.9. De iustitia & iure. quæst.2.art.2. illam disputauimus quæstionem insignem, vtrùm sacrificium altaris pro pluribus oblatum perinde singulis ad satisfactionē prosit, acsi duntaxat offerretur pro vno. Vbi reliqua pro meo captu verè cōclusisse arbitror: præterq̄ q̄ in responsione cuiusdam celebris argumēti, quod nomine Sylueſtri intulim⁹, non satis rem explicuimus. Fuerat nanq; nostra cōclusio, satisfactionē sacrificij, perinde atq; gratiam sacramēti sub certo gradu esse taxatam. Et obiectum argumentū erat. Quo plures sunt offerentes sacrificiū, eo id ipsum fit auctius: ergo nullus per consortium aliorum suo defraudatur fructu: alias consultius esset illi sacrificio interesse, cui pauciores assisterent. Cui vtiq; argumento respondēdum fuisset, omnes sacrificio assistētes idem sacrificium offerre. Et ideo neminē propter aliorum consortium aliqua parte suæ satisfactionis fraudari. Atque illa rōne quo plures sunt offerentes, auctius fit sacrificium. Et ideo in primo Tomo huius quarti dist.13.quæst.2.articu.1.eandem repetentes quæstionem: hoc & reliqua ad ipsam pertinentia luculentius enucleauimus.

¶In relectione de ratiōe tegendi & detegendi secretum nihil modo animaduertendum meminimus. ¶Sed libro primo cap.15. inter confirmandā sententiam de libero arbitrio quartum adiecimus argumentū, q̄ si in adultorum iustificatione assensione nostra & libero arbitrio non opus esset, nō redderetur causa proxima cur vnus conuerteretur, & nō alius. Suprema em̄ & remota causa, prædestinatio quidem est. Vnde Augusti. Quare hunc trahat, & illum non trahat noli dubitare, si non vis errare. Sed tamen causa præterea reddenda est proxima, per quā ꝯ destinauerit vnūquemlibet in regnum recipere. Hæc ibi, Ad maiorē tñ explicationē addat: quę sit ad iustificationem materialis dispositio. Vbi, causa per quā, nō dicit causam prædestinationis, sed dispositio ad primā gratiā iustificationis, quę est effectus eius: quę ideo dispositio est itidē effectus eiusdem prædestinatiōis. Etenim sicut in paruulis baptismus est causa cur vnus saluatur, & non baptizari est causa cur non saluatur, pariter in adulto qui per actum interiorem ante sacramētum conuertitur, cum Deus paratissimus sit quēcunq; conuertere, prēsentissimaq; misericordia ex duobus vtrunque aspiret, cur iste conuertatur & non ille reddinō potest causa, nisi, quia vnus prēbet assensum, alter verò minimè. ¶Quidā verò hoc taxare voluerūt, dicentes, quòd nimium tribuerim libero arbitrio in iustificationis causa. Et tamen salua semper Catholicæ ecclesiæ censura, arbitror necessario sic dicendum. Assensus enim liberi arbitrij non est causa præueniens motionem Dei, sed effectus eiusdem motiōis, idem præuenientis liberum arbitrium. Est enim pulsatio & aspiratio Dei ad corda nostra, similis aeri in fenestram clausam aspiranti. Sed quia non aperit nobis eadem corda ex necessitate, sed nobis libere consentiētibus, quanuis causa prior efficiens, quæ nos conuertit, sit eius spiratio & motio præueniens, tamen dispositio materialis (quæ hoc modo dici pōt causa) est assensio nostra. Sicuti causa efficiens præueniēs cur fenestra aperitur est aer intrans, sed causa materialis cur aer intrat, est quia fenestra aperitur. Et est exemplum ad propositum necessarium, ex Philosophia accersitum: quæ ideo philosophia nō deberet in Theologia nihili fieri. Hæc ergo Theologia non asserit assensum nostrum, vt est à libero arbitrio, meritū gratiæ (hic enim fuit Pelagianus error). Sed vt procedit ab auxilio speciali, est sicut dispositio materialis naturā præcedens primam gratiam: & vt subsequens eandem gratiam est meritum de condigno gloriæ. Vnde quanuis Deus apud Ezechielem dicat. Auferam ab eis cor lapideum & dabo eis cor carneum: nihilominus Psalmista ait. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Primum quia ipse aperit: secundum, quia non nisi nobis consentientibus aperit. Et ideo postquam dixit Christus Ioannis. 16. Nemo potest venire ad me nisi pater qui me misit, traxerit eum, subiunxit. Qui audit & discit, venit ad me. Quasi in nostra potestate sit trahenti assentire, aut dissentire. Vnde Augustin⁹, post quam dixit. Quare hunc trahat, illum non trahat noli dubitare, subiunxit. Si non es tractus, ora vt traharis: insinuans, quòd etsi assensus noster non sit causa prædestinationis, sit tamen aliquo modo materialis causa iustificationis. Et hæc est doctrina Sancti Thomæ. Imò videtur sententia Oseæ capit.13. Perditio tua Israel, ex me tantum auxilium tuum. Vbi docemur causam iustificationis in Deum referri: est enim hic aut ille iustus quia Deus illū iustificauit: sed causa cur homo non iustificatur referenda est in ipsum hominē. Ob id enim Iudas nō est iusti-

est iustificatus, quia inspirationibus diuinis non assensit: iustificatio enim non est prædestinatio, quæ nullam habet causam, sed eius effectus, quæ in nobis habet materialem dispositionem. Eadem rōne causa cur Magdalena fuit ad maiorem gratiam etiam primā conuersa quàm alius tepidus pœnitens, licèt efficiens fuerit motio ipsa diuina, tamen dispositio materialis fuit feruentior eius motus auxilio diuino præuentus, quod riuulus lachrimarum eius testatus est. Hæc autē sub sequenti capitulo.16. & lib.2. cap.3. & .4. & primo tomo huius operis distinct.14. quæst.2. arti.5. & dist.17. quæst.2. latius exposita sunt ¶Libro.2. eiusdem operis capit.11. in impressione Veneta illa mihi visa fuit probabilis sententia inquam citra pertinaciā descendi, quod in lege naturę homo per cognitionem naturalem, qua Deum esse nosset, & remuneratorem, adhibito auxilio speciali Dei, voluntatem conuertētis potuisset saluari. Id tamen postea in impressiōe Parisiensi, ac deinde in Salmantina retractaui: & latius in primo Tomo huius quarti dist.1. quæst.2. arti.3. sanè necessarium existimans neminem vnquam absque supernaturali reuelatiōe fidei in gratiam Dei potuisse reconciliari. ¶In eodem lib.2. cap.6. propè finē dixi. Quo quisq; gradu credit, eodem & confidit. Dicendū tamen fuisset, & sic est calculis recudendum. Quo quisq; gradu credit, fide per charitatē viua. Sic enim illico capit.7. illud expressi dicens. Si solum fidei ingenium spectes (scilicet nisi nostra volūtate impediatur) quo fuerit ipsa maior: maiorem ingenerat charitatem. Et lib.3. capi.13. sic multo explicatius. Fiducia, licet à fide incipiat oriri, nō tamen firmatur nisi ex charitate & rebus gestis.

¶In primo Tomo huius quarti dist.1. q.1. articu.1. circa finem dixi. Quod sacramēta causa nostræ salutis existant ad necessariā confessionē fidei & religionis minimè pertinet sed sub disputatione cadit. Nolui negare esse de fide, quòd per sacramenta nostra iustificemur: sed quod modus quo sacramēta sunt causa gratiæ, scilicet, aut tanquam instrumēta concurrentia in genere causæ efficientis, aut solum tanq̄ signa, nō est expressum in sacra scriptura. Quare vt quæst.3. arti.1. retulimus omnes ferè Theologi præter Sanctum Thomam opinati sunt non esse causam, sed solum certa signa. Nihilominus ibidē monstrauimus esse verè causam. Alioqui nō differrent à modo quo circuncisio erat signum gratiæ. Idque præsertim ex Concilio Florentino, & Tridentino confirmauimus. Et ideo ille noster locus sic est corrigēdus. Quod autem sacramenta causæ eiusdē salutis nostræ existant, priuilegium sacramentorum nouæ legis est. Vt duæ lineæ intermediæ deleātur. Eadem dist.q.2. artic.1. circa medium sic scriptum reliqui. Nobis adeò fuit Christus noster mirifice beneficus, vt sacramēta institueret, per quæ, si modo à nobis digne suscipiantur, nō quidem peteremus, sed certo certius consequeremur &c. gratiam. In quibusdam paucis deest, si modo à nobis digne suscipiātur. Addatur. ¶Eadem quęstione arti.3. dixi. Passio Christi fuit causa salutis, tam antiquorum quam nostræ: non solum finalis, verum meritoria & efficiens. Quod planè ait Sanctus Tho, 3. par. q.49. artic.1. Imò sic necessarium est dicere. Quoniam per passionem redemit vniuersum humanum genus: redemptio autem fit per gratiam: & redimere dicit efficere. Item quia passio Christi, etiā præuisa, fuit instrumentū diuinitatis efficiētis gratiā. Et ideo passio in genere causæ efficientis cōcurrit ad illā: concurrebatq; præuisa. Vnde ad Roma.3. Paulus ait Christū fuisse propitiatorē in sanguine ipsius ꝓpter remissionem præcedentium delictorum. Videtur autem huic contrarium, quod eadem distinct. postea quæst.3. art.6. dixi, videlicet, quod antiquis applicabatur passio per fidem: & ideo non applicabatur nisi in genere causæ finalis per actum internum, & ideo sacramenta vetera: non erant eiusdem passionis instrumenta, vt nostra. Nulla tamen est contradictio, quod passio fuerit causa efficiens instrumentalis gratiæ antiquorū: fidei autem & sacramētorum non nisi finalis. Et hoc ait Diuus Thomas quæst. citata in solutione ad primum. Et quæst.62. arti.6. Et ideo quia nō erat antiquitus exhibita non cōcurrebat effectiuē per sacramenta acsi sua essent instrumenta sicut concurrit per nostra sacramēta. Et ideo in prædicto arti.6. cōsulto ait D. Th. Illud quod non est in rerum natura nō mouet secundum vsum exteriorum rerum. Insinuās q̄ passio licet non applicaretur per fidem & sacramēta nisi in genere causæ finalis: erat nihilominus causa efficiens gratiæ. ¶Eodem ipso arti.3. in solutione secundi: vbi ait S. Tho. quod post peccatū & ante Christum secundum rationem fidei semper vnus & idē status permansit: quia iustificabantur hoīes per fidē futuri Christi aduentus. Adiecio ego.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ci ego. Per vnã fidem. Vbi vnã non excludit opera subsequentia: scilicet spem & charitatem: sed significat eandem fuisse fidẽ Christi semper necessariã sine qua nulla opera legis sufficiebant ad salutẽ. Et sicubi (quod nõ memini) dixerim. Per nulla opera vllius legis hoïes saluari, sed per solã fidem: sola, non excludit motũ spei & charitatis, sed opera naturalia. Hoc em̃ idiomate locuti sunt sæpè sancti: vt D. Tho. 1. ad Timoth. 1. Ait quippe, In operibus non est spes iustificatiõis: sed in sola fide: iuxta verbũ Pauli ad Rom. 3. Arbitramur hoïem iustificari ex fide & nõ ex operibus. Quare in Conci. Floren. verbum, Sola fides, non fuit simpliciter condemnatũ, sed cũ moderamine. Si quis dixerit sola fide impiũ iustificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiã consequẽdam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, eũ suæ voluntatis motu prẽparari, atq; disponi, anathema sit. Sessi. 6. Can. 9. Nunc autẽ propter temporũ calamitatẽ verbum in suspicionem venit. Et ideo melius est in similibus locis dicere. Per nulla opera legis hoïem iustificari nisi per fidẽ aut per solã viuã fidẽ quæ per charitatẽ operat. ¶ Eodem modo corrigendũ verbum est quod eadẽ dist. q. 3. arti. 5. circa finẽ dixi. Virtus Christi simpliciter ficuti & Christus ipse, formaliter copulat nobis per fidem: quod intellexi per fidem concurrentẽ in genere causę formalis. Iuxta illud Pauli ad Ephes. 3. per fidem habitat Christus in nobis. Sed tñ ad explicandũ apostolicum sensum dicendũ est. Per viuam fidẽ quæ per charitatẽ operatur. ¶ Quod autẽ dist. 5. art. 2. Dixi: nimirũ, quod qui ignorantia inuincibili euangelij (si qui sunt) laborãt, sine fide explicita per solã implicitam, quemadmodum gratiã, ita gloriam obtinere possunt, solam, non excludit spem & charitatem: sed necessitatem explicitæ fidei.

¶ Quasdam præterea annotatiões in Ferum super Ioannẽ edidi: virum profectò alias piũ, disertum, & doctum. Sed quia ipse in prima impressione confessus est multa ab hæreticis, quæ sibi catholica videbantur, collegisse, loca nonnulla, non mihi tantum, verum alijs doctis & pijs visa sunt, in quibus esset lector admonendus. Solus zelus fidei (coram Deo loquor) nescio an secundum scientiam, me cõpulit: honore, vt par erat, religiosi viri seruato, & præcipuè religiosissimi eius ordinis: qui mihi semper fuit reuerẽdus. Quidam tamen bonus pater constituit canos meos nescio quibus atris floribus respergere. Ego verò, vt os mihi libentius obstruerem, oculos etiam claudere constitui, ne apologiam cernerem: idque non solum, ne meam potius, quam publicam causam defendere iudicarer, verum ne bos lõgo iam iugo decaluatus, cũ eleganti vitulo corrixari videretur. Si aliqua in ipso sunt (vt fertur) adnotatu digna, illi quibus ex officio incumbit, viderint: ne quę semel sata sunt, contẽtione, vt fieri solet, coalescãt. Nã illa quæ in me maledicta cõgessit, facilè condono. In multis enim delinquimus omnes, & indigemus gratia Dei. Sed si hanc mihi veniam religiosus pater dederit, caueat deinceps precor tam amarulenta in quempiam iactare conuitia. Phrasis enim illa tum religionẽ denigrat, tum & vim eneruat persuadendi.

¶ Rudimenta præterea fidei in breui cartula vulgari idiomate simplicissimoq; stilo conscripsi. Hanc apud Cõpostellam prẽlo commissam impostores quidam hæretici cõmacularunt, calculis nomine meo imprimẽtes, quod sacratissima Deipara virgo non esset tanquã adiutrix & aduocata nostra implorranda. Cuius contrariũ ego in proxima præcedenti pagina secundum Catholicã fidem admonueram. Sed ille calcographus, ob aliã id genus imposturam, patibulo fuit suspensus. Si in cuiuspiam manus illa cartula inciderit, meminerit blasphemiam illam falso mihi inscriptam.

¶ Complura alia manu scripta nomine meo circumferuntur, quæ dum publicitus prælegebam, auditores in suis alueolis excipiebãt. Præterea commentarios in Matthæum bona ex parte scripsi: nulli tamẽ istorum operum postremam manum adhibui. Et ideo si postquam me Deus ab hac luce euocauerit quispiam eiusmodi volumina euulgauerit, protestor non fore mea. Quia nec collimata sunt, nec polita: & multis scaturiunt mendis: multa deniq; continent examine & censura & castigatione digna.

Finis secundi Tomi, F. D. Soto, In Quartum Librum Sententiarum.

Errata quæ dum excuderetur opus hoc in aliquibus duntaxat exemplaribus effluxere, quæ sic restitues.

¶ Ex Tomo primo.

¶ Pagina. 650. columna. 2. linea. 17. à princip. præter humanos actus, superfluit.
Pagina. 834. col. 2. lin. 6. à princip. fractum iri, lege frangendum esse.
Pagina. 521. colũ. 2. lin. ab imo. 10. sic lege, non sunt sacramento contraria: quia prohibẽt neminem ab eius perceptione, dicẽte Augustino, &c.
Pagina. 117. columna. 2. linea. 3. & 4. vesa, lege vesci.
Pagina. 850. col. 1. linea. 13. ab imo, Solutio insulare, lege, Sollicitè insudare.

¶ Ex Tomo secundo.

¶ Pagina. 54. col. 1. lin. ab imo. 9. cessaria, lege Cessarij.
Pagina. 145. colum. 2. linea. 1. extrinseca. lege intrinseca.
Pagina. 275. col. 2. linea. 9. impedimentorum.
Pag. 299. colũ. 1. lin. 24. At verò, lege, Ait verò.
Pag. 253. col. 1. lin. 16: à princi. sic repone. Tùm consensus vt sit liber, tùm finis matrimonij, vt coniuges sint generare potẽtes, &c.
Pag. 561. col. 2. lin. 19. à prin. vitium, lege vitrũ.
Pagina. 618. col. 1. lin. à fin. 14. dispensationis, lege desponsationis.

SALMANTICAE,
Excudebat Andreas à Portonarijs, Sacræ Catholicæ Maiest. Typographus.
M. D. L X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX COPIOSISSIMUS rerum maximè notabilium, quæ in hisce duobus Tomis Cõmentariorum in Quartũ librum Sententiarum continentur, ordine Alphabetico digestus.

Cui, in gratiam Canonistarum, addidimus indicem locorum Iuris Canonici, quæ in hoc opere peculiariter aut declarantur aut emendantur.

SALMANTICAE.
Excudebat Andreas à Portonarijs S. C. M. Typographus
M. D. LX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobus Boffæus, Lectori S. D.

QVOD facere ſolent qui indices hodie in optimos quoſq; authores emittũt, vt omnes, quas cõgerunt, ſentẽtias, ſub dubio aut interrogatione relinquant, contrarium mihi in hoc opere faciendum exiſtimaui. Nam ita indicare, vt nihil certi proferas, quid, obſecro, aliud eſt, quàm ingenti rerum indicãdarum mole paginas implere, & lectorem graui inueſtigandæ rei moleſtia remorari? Viam itaque magis compendioſam ingreſſus, quæ fuſiſſimè in vtramque partem diſputantur breui concluſione complector, quam affirmatiuè profero, niſi fortè res ipſa ita tractetur, vt in compendium reduci non poſsit, aut breuitas orationis aliud ſuadeat. Ea, vt arbitror, ratione candide lector, & quærendi tædio: & legendi labore non mediocriter ſubleuaberis. Tanta enim breuitate ſummarum rerum myſteria author hic complectitur, tã lucida diſputatione ingentem ſcribentium Theologorum caliginem, diſcutit, tantarum denique rerum mole turget, vt niſi eo veluti filo emerſiſſem, & tibi tenebras obfudiſſem, & ſcribendi finem nunquam feciſſem. Valè.

SVMMA BREVIS QVINQVAGINta diſtinctionum quæſtionum & articulorũ, quibus hoc totum opus perficitur.

Aduerte candide Lector, T. ſignificare Tomum, a columnam primam b. columnam ſecundam.

DISTINCTIO prima de ſacramẽtis in genere, Quæſtiones ſex continet to. 1. pag. 7. a.

QVAESTIO prima de definitione ſacramenti & eius partibus. cuius ſunt articul. octo.

Primus, vtrùm ſacramentum ſit in genere ſigni. 1. tom. 10. a

Secundus, vtrùm omne ſignum rei ſacræ ſit ſacramentum. 1. tom. 15. b

Tertiùs, vtrùm ſacramentum ſit ſignum vnius rei tantum. 1. to. 20. b

Quartus, vtrùm ſacramentum ſit ſemper aliqua res ſenſibilis. tom. 1. 22. colũ. 2.

Quintus, vtrùm requirantur determinatæ res ad ſacramenta. 1. to. 28. b

Sextus, vtrùm in ſignificatione ſacramentorum requirantur verba. 1. to. 26. b

Septimus, vtrum requirantur determinata verba in ſacramentis. 1. to. 30. a

Octauus, vtrùm liceat aliquid addere verbis, in quibus cõſiſtit forma ſacramentorũ. 1. to. 33. a

QVAESTIO ſecunda de ſacramentorum neceſſitate & inſtitutionis cauſa et tẽpore cuius ſunt art. quatuor.

Primus, vtrùm ſacramenta ſunt neceſſaria ad humanam ſalutem. 1. to. 39. a

Secunda, vtrùm ante peccatum fuerint homini neceſsaria ſacramẽta. 1. to. 41. b

Tertius, vtrùm poſt peccatum ante Chriſtũ ſacramenta debuerint eſſe. 1. to. 45 b

Quartus, vtrùm poſt Chriſtum debuerint eſſe aliqua ſacramẽta. 1. to. 53. b

QVAESTIO tertia de præcipuo effectu ſacramentorũ, qui eſt gratia cuius ſunt articuli ſex.

Primus, vtrùm ſacramenta ſint cauſa gratiæ. 1. tom. 54. b

Secundus, vtrùm gratia ſacramẽtis addat ſupra gratiã virtutũ & donorũ. 1. t. 66. a.

Tertius, vtrùm ſacramẽta nouæ legis contineant gratiam. 1. t. 69. b

Quartus, vtrùm in ſacramentis ſit aliqua virtus effectrix gratiæ. 1. t. 71. a

Quintus, vtrum ſacramẽta nouæ legis habeãt virtutẽ à paſsione Chriſti. 1. t. 73. b

Sextus, vtrũ ſacramẽta veteris legis eſsent cauſa gratiæ. 1. t. 77. b

QVAESTIO quarta de Charactere, continet articulos ſex.

Primus, vtrũ ſacramentũ imprimat aliquẽ characterem in anima. 1. t. 79. a

Secundus, vtrum character ſit ſpiritualis poteſtas. 1. tom. 83. b

Tertius, vtrum character ſacramentalis ſit character Chriſti. 1. to. 90. a

Quartus, vtrum character ſit in potentijs animæ. 1. tom. 92. a

Quintus, vtrum character inſit animæ indelebiliter. 1. to. 95. a

Sextus, vtrum per oĩa ſacramenta nouæ legis imprimatur character. 1. t. 96. b

QVAESTIO quinta de ſacramentorũ miniſtris articulis perficitur decem.

Primus, vtrùm ſolus Deus operetur interius ad effectũ ſacramenti. 1. to. 98. a

Secundus, vtrum ſacramenta ſint ſolũ ex inſtitutione diuina. 1. to. 102. b

Tertius, vtrum Chriſtus inquantum homo poteſtatem habuerit operandi interiorẽ effectum ſacramenti. 1. tom. 106. a

Quartus, vtrum Chriſtus poteſtatem ſuam, quam habuit in ſacramẽtis potuerit miniſtris cõmunicare. 1. t. 108. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quintus, vtrũ per malos ministros sacramẽta conferri possint. 1. to. 113. b
Sextus, vtrùm male ministrantes sacramẽta peccent. 1. to. 118. a
Septimus, vtrùm angeli possint sacramenta ministrare. 1. to. 128. a
Octauus, vtrũ intentio ministri requiratur ad perfectionẽ sacramenti. 1. t. 130. a
Nonus, vtrum fides ministri sit de necessitate sacramenti. 1. to. 136. b
Decimus, vtrũ intẽtio recta ministri requiratur ad perfectionẽ sacramẽti. 1. t. 138.
QVAESTIO sexta articulos habet. 4
Primus, vtrũ debeant esse septem sacramenta ecclesiæ. 1. to. 139. a
Secũdus, vtrũ sacramẽta secũdũ ordinẽ prædictum in priori parte præcedẽtis articuli cõuenienter ordinentur. 1. t. 143. b
Tertius, vtrum sacramentũ eucharistiæ sit potissimũ inter sacramẽta. 1. to. 145. b
Quartus, vtrùm oĩa sacramenta sint de necessitate salutis. 1. tom. 147. a

DIstinctio secũda de circũcisione & baptismo Ioan. quæstiones postulat duas. 1. to. 148. a
QVAESTIO prima de circuncisione articulis exornatur quatuor.
Primus, vtrũ circũcisio fuerit præparatoria & figuratiua baptismi. 1. to. 150. b
Secundus, vtrùm circuncisio fuerit conuenienter instituta. 1. to. 152. b
Tertius, vtrum ritus circuncisionis fuerit conueniens. 1. to. 158. a
Quartus, vtrum circuncisio conferret ad gratiam iustificantem. 1. to. 161. b
QVAESTIO secunda de baptismo Ioannis articulos postulat quatuor.
Primus, vtrum fuerit conueniens baptismũ Ioannis ante baptismũ Christi diuinitus institui. 1. to. 174. b
Secundus, vtrum in baptismo Ioannis gratia daretur. 1. to. 178. b
Tertius, vtrum conueniens fuerit, vt Christus inter alios baptismo Ioannis fuerit baptizatus. 1. tom. 180. b
Quartus, vtrum baptizati baptismo Ioannis deberent postea baptismo Christi baptizari. 1. tom. 182. b

DIstinctio tertia de baptismi definitione & eius partibus quæstionem vnicam continet. 184. b
QVAESTIO vnica de baptismi substantia et partibus art. cõplectitur duodecim
Primus, vtrũ baptismus sit ipa ablutio. 186
Secundus, vtrum baptimus fuerit institutus post Christi passionem. 191. a
Tertius, vtrum aqua sit propria materia baptismi. 1. to. 198. b
Quartus, vtrum ad baptismum requiratur aqua simplex. 1. to. 200. b
Quintus, vtrum hæc sit conueniens forma baptismi, primo tom. 203. a
Sextus, vtrum nomine Christi possit dari baptismus, primo to. 212. a
Septimus, vtrum immersio in aqua sit de necessitate baptismi, primo to. 219. a
Octauus, vtrum trina mersio sit de necessitate baptismi. primo to. 222. a
Nonus, vtrũ baptismus possit iterari, 226. a
Decimus, vtrum ritus, quo ecclesia in baptizando vtitur, sit cõueniens. 1. to. 233. b
Vndecimus, vtrùm conuenienter describantur tria baptismata. 1. to. 236. b
Duodecimus, vtrùm baptismus sanguinis sit omnium potissimus, primo. to. 242. b

DIstinctio quarta de ministris baptismi, quæstione etiã vnica contenta est. 1. to. 244. a
QVAESTIO vnica de ministris baptismi articulos adsciscit quinque.
Primus, vtrùm ad officium presbyterorum pertineat baptizare, primo to. 245. a
Secũdus, vtrũ laicus possit baptizare. 1. 247
Tertius, vtrũ nõ baptizatus possit sacramentum baptismi conferre. 1. to. 249. b
Quartus, vtrum plures possint vnum baptizare, primo tom. 251. b
Quintus, vtrũ in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatũ leuet de sacro fonte, 257.

DIstinctio quinta de suscipientibus baptismum vnica quęstione perficitur. 1. to. 260. a
QVAESTIO vnica de suscipiẽtibus baptismum articulis cõtenta est duodecim.
Primus, vtrùm omnes teneantur ad susceptionem baptismi. 1. to. 262. a
Secundus, vtrùm sine baptismo aliquis possit saluari, primo to. 268. a
Tertius, vtrum sit baptismus differendus, primo to. 280. a
Quartus, vtrum peccatores sint baptizandi, primo to. 283. b
Quintus, vtrum peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda. 290
Sextus, vtrum peccatores ad baptismum accedentes teneantur peccata sua confiteri, primo to. 291. b
Septimus, vtrum ex parte baptizandi requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi primo to. 292. b
Octauus, vtrum fides requiratur ex parte baptizati, primos to. 297. a
Nonus, vtrũ pueri sint baptizãdi. 1. t. 298.
Decimus, vtrum pueri Iudæorum vel aliorum iufidelium sint inuitis parentibus baptizandi, primo to. 302. b
Vndecimus, vtrum pueri in maternis vteris positi sint baptizandi. 1. to. 315. a
Duodecimus, vtrum furiosi & amentes debeant baptizari, primo to. 317. b

DIstinctio sexta de effectibus baptismi deq; eius catechismis et exorcismis in duabus quæstionibus cõsistit. 1. to. 319. b
QVAESTIO prima, de effectibus baptismi articulos vult octo.
Primus, vtrũ per baptismũ tollãtur oĩa peccata quo ad culpã & pænã. 1. t. 320. b
Secundus, vtrum per baptismum deleantur pænalitates huius vitæ. 1. to. 324. b
Tertius, vtrũ per baptismũ nõ solũ infundãtur gratia et virtutes: verũ aliqui virtũ actus illi peculiariter attribuãt. 327.
Quartus vtrum pueri in baptismo cõsequãtur gratiam & virtutes. 1. t. 330. a
Quintus vtrũ effectus baptismi sit apertio ianuæ cælestis. 1. t. 331. b
Sextus, vtrùm baptismus habeat in omnibus æqualem effectum. 1. t. 332. b
Septimus, vtrum fictio impediat effectum baptismi. 1. to. 337. a
Octauus, vtrũ fictione recedẽte baptismus suum effectũ consequatur. 1. t. 340. b
QVAESTIO de catechismis & exorcismis baptismi, articulos poscit quatuor.
Primus, vtrùm catechismus debeat præcedere baptismum. 1. tom. 345. a
Secundus, vtrùm exorcismus debeat præcedere baptismum. 1 to. 346. a
Tertius, vtrum ea quæ aguntur in exorcismo aliquid efficiant. 1. to. 348. a
Quartus, vtrum catechizare & exorcizare sit sacerdotis officium. 350. b

DIstinctio. 7. de sacramẽto cõfirmãtionis vnicã habet. 1. to. 351. a
QVAESTIO vnica de sacramẽto confirmationis articulorum est duodecim.
Primus, vtrùm confirmatio sit sacramentum. 1. to. 352. a
Secundus, vtrum Chrisma sit cõueniens materia huius sacramẽti. 1. to. 355. a
Tertius, vtrũ sit de necessitate huius sacramẽti, vt chrisma sit ab episcopo consecratum. 1. t. 358. a
Quartus, vtrùm forma qua ecclesia vtitur sit conueniens. 1. to. 360. b
Quintus, vtrum sacramentũ cõfirmationis imprimat characterem. 1. to. 362. a
Sextus, vtrũ character cõfirmationis characterẽ baptismi præsupponat. 1. to. 363. b
Septimus, vtrũ per sacramentũ cõfirmatiõis cõferatur gra gratũ faciens. 1. to. 364. b
Octauus, vtrum, hoc sacramentum sit omnibus exhibendum. 1. tom. 366. a
Nonus, vtrũ hoc sacramẽtũ sit homini cõferendum in fronte. 1. to. 370. a
Decimus, vtrùm ille qui confirmatur debeat teneri

Universidad de Deusto
Biblioteca

teneri ab illo. primo tom. 370. b
Vndecimus, vtrùm solus episcopus hoc sacramentum cõferre possit. 1. to. 371. b
Duodecimus, vtrùm ritus huius sacramenti sit conueniens. 1. to. 376. b

DIstinctio octaua de sacramẽto eucharistiæ secũdum se, vnica etiã quæstiõe cõficitur. 1. to. 377.
QVAESTIO vnica de sacramento Eucharistiæ secundũ se, arti. exornatur sex
Primus, vtrum eucharistia sit sacramentum. 1. tom. 378. b
Secũdus, vtrũ hoc sacramentũ sit vnum an plura. 1. tom. 381. b
Tertius, vtrum Eucharistia sit de necessitate salutis. 1. tom. 383. a
Quartus, vtrũ cõuenienter hoc sacramentũ pluribus nominibus nominetur. 1. 385. b
Quintus, vtrum institutio huius sacramẽti fuerit conueniens. 1. tom. 387. a
Sextus, vtrũ agnus paschalis fuerit pcipua figura huius sacramẽti. 1. to. 388. b

DIstinctio nona de materia huius sacramẽti deque eius cõuersione in corpus & sanguinẽ christi quæstionibus illustratur duabus. 1. tom. 390. a
QVAESTIO prima de materia eucharistiæ in sex articulis versatur.
Primus, vtrùm materia huius sacramenti sit panis & vinum. 1. to. 392. a
Secũdus, vtrũ requiratur determinata quantitas panis & vini ad materiam huius sacramenti. 1. to. 394. a
Tertius, vtrũ requiratur ad materiã huius sacramẽti q̃ sit panis triticeus. 1. t. 397. b
Quartus, vtrum hoc sacramentũ debeat cõfici ex pane azimo. 1. to. 402. a
Quintus, vtrũ vinum vitis sit propria materia huius sacramenti. 1. to. 411. a.
Sextus, vtrũ aqua sit vino permiscenda quæ in ipsum conuertatur. 1. to. 413. a
QVAESTIO secunda, de cõuersione panis & vini in corpus et sanguinẽ Christi articulos continet octo.
Primus, vtrũ in hoc sacramento sit corpus Christi secundũ veritatẽ. 1. to. 416. b
Secũdus, vtrùm in hoc sacramẽto remaneat substantia panis et vini post consecrationem. 425. a
Tertius, vtrùm substãtia panis vel vini post consecrationem huius sacramenti annihiletur. 1. to. 431. a
Quartus, vtrùm panis possit cõuerti in corpus Christi. 1. 432. a.
Quintus, vtrũ in hoc sacramẽto remaneant accidentia panis & vini. 1. to. 442. a
Sextus, vtrũ facta cõsecratiõe remaneat in hoc sacramẽto substantialis panis. 444. a
Septimus vtrùm ista conuersio fiat in instãti. primo tom. 445. b
Octauus, vtrum hæc sit falsa, ex pane fit corpus Christi. 1. tom. 448. a

DIstinctio decima de mõ quo & Christus & accidentia existunt in sacramento quæstionũ est duarum. 1. t. 450. b
QVAESTIO prima de mõ quo Christus existit in hoc sacramẽto art. octo tractat
Primus, vtrum Christus cõtineatur sub hoc sacramento. 1. to. 431. b
Secũdus, vtrũ totus Christus cõtineatur sub vtraq; specie huius sacramenti. 1. t. 455.
Tertius, vtrũ sit totus Christus sub qualibet parte specierũ panis & vini. 1. t. 457. b
Quartus, vtrũ tota quãtitas dimẽsiua corporis Christi sit in hoc sacramẽto. 1. t. 460
Quintus, vtrum corpus Christi sit in hoc sacramẽto sicut in loco. 1. tom. 464. a
Sextus, vtrùm corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento. 1. to. 468. a
Septimus, vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramẽto possit videri ab aliquo oculo saltem glorificato. 1. to. 471. b
Octauus, vtrum quando in hoc sacramento apparet miraculose caro vel puer sit ibi corpus Christi. 1. to. 474. b
QVAESTIO secũda de accidẽtib° remanẽtibus in hoc sacramẽto, art. gerit octo.
Primus, vtrũ accidentia remaneãt sine subiecto in hoc sacramento. 1. t. 476. b
Secundus, vtrùm in hoc sacramẽto quantitas dimensiua panis & vini sit aliorum accidentium subiectum. 1. t. 478. b
Tertius, vtrum species sacramẽtales possint immutare aliquod extrinsecũ. 1. t. 482.
Quartus, vtrum species sacramẽtales possint corrumpi. 1. to. 483. a
Quintus, vtrùm ex speciebus consecratis aliquid possit generari. 1. t. 484.
Sextus, vtrum species sacramentales possint nutrire. 1. to. 487. b
Septimus, vtrùm species sacramentales frangãtur. 1. to. 488. a
Octauus vtrùm, aliquis liquor possit vino consecrato cõmisceri. 1. to. 489. a

DIstinctio vndecima de forma & effectibus sacramẽti, duplici quæstione cõficitur. 1. t. 492. b
QVAESTIO prima, de forma huius sacramenti articulos requirit sex.
Primus, vtrùm forma sacramenti eucharistiæ, sit Hoc est corpus meũ, &c. Hic est calix sanguinis mei. 1. to. 493. b
Secundus, vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis panis, Hoc est corpus meũ primo idm. 495. b
Tertius, vtrũ hæc sit conueniens forma cõsecrationis vini, hic est calix sanguinis mei. &c 1. to. 499. a
Quartus vtrum, in prædictis formarum verbis insit aliqua virtus creata cõsecrationis effectiua. 1. to. 504. b
Quintus, vtrùm prædictæ formarũ loquutiones sint veræ. 1. to. 506. a
Sextus, vtrùm forma cõsecrationis panis cõsequatur suum effectũ antequã perficiatur forma cõsecrationis vini. 1. t. 513. a
QVAESTIO secũda de effectibus huius sacramenti, articulos efflagitat octo.
Primus, vtrùm per hoc sacramentum conferatur gratia. 1. to. 514. a
Secundus, vtrùm effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ. 1. t. 518. a
Tertius, vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. 1. to. 516. a
Quartus, vtrùm per hoc sacramentũ remittantur peccata venialia. 1. to. 520. b
Quintus, vtrum per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur. 1. t. 522. a
Sextus, vtrũ per hoc sacramẽtũ præseruetur homo à peccatis futuris. 1. t. 524. b
Septimus, vtrũ hoc sacramẽtum prosit alijs, quàm sumentibus. 1 to. 525. b
Octauus, vtrũ per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramẽti. 1 t. 527

DIstinctio duodecima de vsu & sumptione huius sacramenti, qõnes cupit duas. 1. to. 530. a
QVAESTIO prima de vsu & sumptione huius sacramenti in communi articulis illustratur duodecim.
Primus, vtrũ distingui debeãt duo modi mãducandi corpus Christi. 1. to. 532. a
Secũdus vtrũ solius hominis sit hoc sacramẽtum spiritualiter sumere. 1. 533. b
Tertius, vtrùm solus homo iustus possit Christum sacramẽtaliter mãducare. 1. t. 534.
Quartus, vtrũ peccator sacramentaliter sumens corpus Christi peccet. 1. t. 537. a
Quintus, vtrũ accedere ad hoc sacramentũ cũ cõscientia peccati mortalis sit grauissimum omniũ peccatorũ. 1. to. 544. b
Sextus, vtrũ sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti. 1. t. 549. a
Septimus vtrum nocturna pollutio aliquem impediat à sumptione huius sacramenti. primo tom. 554. b
Octauus, vtrũ cibus vel potus præassumpt° impediat sumptionẽ hui° sacramẽti. 560
Nonus, vtrũ nõ habẽtes vsum rõnis debeant accipere hoc sacramẽtũ. 1. to. 563. b
Decimus, vtrùm liceat quotidie hoc sacramentum suscipere. 1. to. 567. a
Vndecimus, vtrùm liceat omnino à communione cessare. 1. tom. 571. a
Duodecimus, vtrùm liceat corpus Christi sumere sine sanguine. t. 1. 575. a
QVAESTIO secũda, de mõ quo Christus vsus est hoc sacramẽto art. fert quatuor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primus, vtrùm Christus sumpserit suum corpus & sanguinem. 1.to. 580.a
Secundus, vtrum Christus dederit Iudæis corpus suum. 1.to. 581.b
Tertius, vtrũ Christus sumpserit et discipulis suis dederit corpus impaßibile. 1.t. 584.
Quartus, vtrũ si hoc sacramentũ tẽpore paßionis fuisset seruatũ, ibi Christus moreretur. 1.to. 585.a

DIstinctio decimatertia, De ministro huius sacramẽti, & de rõne, qua est sacrificium quæstiones habet duas. 1.to. 585.a

QVAESTIO prima de ministro huius sacramenti articulos amplexatur decem.
Primus, vtrùm consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotis. 1.to. 587.a
Secũdus, vtrũ plures sacerdotes poßint vnã simul eãdẽq; hostiã cõsecrare. 1.t. 489.b
Tertius vtrum dispẽsatio huius sacramenti pertineat solũ ad sacerdotem. 1.t. 592.a
Quartus vtrùm sacerdos consecrans teneatur sumere hoc sacramẽtum. 1.t. 594. b
Quintus. vtrum malus sacerdos eucharistiã consecrare poßit. 1.to. 595.b
Sextus vtrũ missa mali sacerdotis minus valeat, quàm missa sacerdotis boni. 1.t. 497
Septimus, vtrũ hæretici scismatici et excõicati poßint cõsecrare. 1.to. 599.b
Octauus, vtrùm sacerdos degradatus poßit hoc sacramentum confitevi. 1.to. 601.a
Nonus, vtrùm liceat ab excõicatis vel hæreticis seu peccatoribus cõionem recipere et eorũ mißam audire. 1.t. 602.b
Decimus, vtrũ liceat sacerdoti oĩno à consecratione eucharistiæ cessare. 1.t. 604.a
QVAESTIO secunda articulos optat sex
Primus, vtrùm in hoc sacramento Christus immoletur. 1.to. 606.a
Secũdus, vtrũ cõuenienter sit determinatũ tẽpus celebrationis. 1.to. 615.a
Tertius, vtrũ oporteat hoc sacramentũ celebrari in domo & vasis sacris. 1.t. 619.b
Quartus, vtrum conuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc sacramentum dicũtur. primo tomo. 626.a
Quintus, vtrũ ea quæ in celebratione huius sacramenti aguntur sint conuenientia. 1.tom. 636.b
Sextus, vtrũ poßit sufficienter occurri defectibus circa celebrationẽ huius sacramẽti occurrentibus, statuta ecclesiæ seruando. 1.t. 642.b

DIstinctio decimaquarta de pænitentia secundum se duplici quæstione tractatur. 1.t. 645.b

QVAESTIO prĩa de sacramẽto pœnitẽtiæ qua rõne est sacramẽtũ, art. habet. 10.
Primus, vtrum pœnitentia sit sacramentum primo to. 646.b
Secũdus vtrũ peccata sint propria materia huius sacramenti. 1.to. 652.a
Tertius, vtrũ hæc sit forma huius sacramẽti, Ego te absolvo. 1.to. 654.a
Quartus, vtrũ manuum impositio sacerdotis requiratur ad hoc sacramẽtũ. 1. 659.
Quintus, vtrum hoc sacramentũ sit de neceßitate salutis. 1.to. 660.b
Sextus, vtrùm pœnitentia sit secunda tabula post naufragium. 1. 663.a
Septimus vtrùm hoc sacramentũ fuerit conuenienter in noua lege instituũ. 1.t. 664
Octauus, vtrum pœnitentia debeat durare vsque ad finẽ vitæ. 1.to. 667.a
Nonus, vtrum pœnitentia poßit esse continua. 1.tom. 667.b
Decimus, vtrùm sacramentum pœnitentiæ debeat iterari. 1.tom. 669.a
QVAESTIO secũda de sacramẽto pœnitẽtiæ secũdũ quod est virt° art. sex habet
Primus, vtrũ pñia sit virtus. 1.t. 672.b
Secũdus, vtrũ pœnitentia sit specialis virtus primo tom. 677.b
Tertius, vtrum virtus pœnitentiæ sit pars iustitiæ. 1.tom. 682.a
Quartus, vtrùm voluntas sit propriũ obiectum pœnitentiæ. 1.to. 686.a
Quintus, vtrũ initium pœnitentiæ sit ex timore. 1.tom. 687.b
Sextus, vtrùm pñia sit prĩa virtutũ. 694. b

Distin

DIstinctio decimaquinta de effectu pęnitentiæ, quæstiones offert duas. 698.a.

QVAESTIO prima de effectu pœnitẽtiæ quantum ad remißionem mortalium, articulis discutitur sex.
Primus, vtrum per pœnitentiam omnia peccata remoueantur. 1.to. 699.b.
Secundus vtrum sine pœnitentia peccatũ remitti poßit. 1.to. 705. b.
Tertius, vtrum poßit per pœnitentiã vnum peccatum sine alio remitti. 1.t. 714. b.
Quartus, vtrum remissa culpa per pœnitentiã remaneat reatus pœnæ. 1.to. 716. b.
Quintus, vtrum remissa culpa mortali tollãtur omnes reliquiæ peccati. 1.to. 719. b.
Sextus vtrum remißio culpæ sit effectus pœnitentiæ. 1.to. 721.a.
QVAESTIO secunda per quatuor articulos tractatur.
Primus, vtrum peccatum veniale poßit remitti sine pœnitentia. 1.to. 723.b
Secundus, vtrum ad remißionẽ venialiũ requiratur gratiæ infusio. 1.to. 728.a.
Terti°, vtrũ peccata venialia remittantur per aquã bñdictã et alia sacramẽtalia. 730.b
Quartus vtrùm veniale peccatum poßit remitti sine mortali. 1.to. 832. b.

DIstinctio decimasexta de reditu peccatorũ & recuperatione virtutum, Quęstionibus duabus examinatur. 1.to. 735.a.

QVAESTIO prima articulos tenet. 4.
Primus vtrum peccata remissa redeant per sequens peccatum. 1.t. 736.b.
Secundus, vtrũ peccata remissa redeant per ingratitudinẽ, quæ specialiter est secũdũ odiũ fraternũ, apostasiã à fide contemptũ cõfessionis, & dolorem de pœnitentia habita. 1.to. 740.b.
Tertius, vtrum per ingratitudinẽ peccati sequentis cõsurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorũ priùs dimissorũ. 742.a.
Quart° vtrũ ingratitudo rõne cuius peccata dimissa redeũt, sit speciale peccatũ. 643.
QVAESTIO secũda de recuperatiõe virtutũ post pœnitẽtiã articulis declaratur sex.
Primus, vtrum per pœnitentiam virtutes restituantur. 1.to. 744.b.
Secundus, vtrum post pœnitẽtiam resurgat homo in æquali virtute. 1.to. 745. b.
Tertius, vtrum per pœnitentiã restituatur homo in pristinã dignitatem. 1.t. 752.b.
Quartus, vtrum opera virtutum in charitate facta poßint mortificari. 1.t. 754.b.
Quintus vtrum opera per peccatũ mortificata per pœnitentiã reuiuiscant. 1.t. 755.b
Sextus, vtrũ per pœnitentiam subsequẽtem opera etiam mortua viuificentur. 757.a

DIstinctio decimaseptima duabus qõnibus clara fit. 759.a.

QVAESTIO prima de partibus pœnitentiæ in genere articulis enodatur quatuor.
Primus, vtrum pœnitentiæ debeant partes aßignari. 1.to. 760.a.
Secundus, vtrum conuenienter aßignẽtur partes pœnitentiæ contritio confeßio & satisfactio. 1.to. 760.b.
Tertius, vtrum prædicta tria sint partes integrales pœnitentiæ. 1.to. 763.b.
Quartus, vtrũ conuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiã ante baptismum & pœnitentiam mortalium, & pœnitentiã venialium. 1.to. 764.b.
QVAESTIO secunda de prima parte pœnitentiæ, quæ est contritio articulos monstrat sex.
Primus, vtrum contritio sit dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi & satisfaciendi. 1.to. 765. b.
Secundus, vtrum contritio tm̃ sit de peccatis præteritis actualibus proprijs. 769.a.
Tertius, vtrum de singulis mortalibus culpis requiratur singularis contritio. 770.a.
Quartus, vtrũ cõtritio dolor esse debeat maximus qui esse potest per naturã. 772. b.
Quintus, vtrũ attritio sic à contritione differat, vt fieri nequeat contritio. 778.b.

a 5 Sextus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sextus, vtrum vllum extet contritionis diuinum præceptum. 1. to. 782. a.

DIstinctio decimaoctaua, de cõfessione, q̃stiones quatuor tradit. 1. to. 787. b.

QVÆSTIO prima de necessitate confessionis articulis elucet quinque.

Primus, vtrum sacramentalis confessio fuerit à Christo instituta tanquam ad salutem necessaria. 1. to. 790. a.

Secundus, vtrum necessitas confessionis fuerit de iure naturali aut scripto ante euangelium. 1. to. 801. a.

Tertius vtrum omnibus hominibus & de omnibus peccatis confessio sit necessaria. 1. to. 802. b.

Quartus, vtrum statim homo vt peccat confiteri teneatur, an verò solũ semel in anno, aut etiã in articulo mortis. 1. t. 806. a

Quintus, vtrum in præceptum confessionis cadat dispensatio. 1. to. 810.

QVÆSTIO secũda de quidditate et qualitatibus cõfessionis articulos ostẽdit sex.

Primus vtrũ sacramentalis cõfessio sit sacramẽtalis peccatorũ accusatio ad indulgentiã virtute clauiũ ecclesiæ obtinẽdã. 811.

Secundus, vtrum sexdecim cõditiones quæ confessioni assignari à partibus solẽt sint congruentes. 1. to. 813. a

Tertius, vtrum cõfessio debeat esse integra sic vt oĩa peccata pœnitẽs cõfiteatur. 814.

Quartus, vtrum singula peccata quoad numerum cum omnibus suis circunstantijs sint fideliter confitenda. 1. to. 817. a.

Quintus, vtrum necessarium sit omnia peccata eidem confiteri. 1. to. 826. a.

Sextus vtrum confessio debeat esse secreta. 1. to. 837. a.

QVÆSTIO tertia de effectibus & defectibus confessionis articulis elucidatur tribus.

Primus vtrum confessio liberet à morte peccati. 1. to. 841. a.

Secundus, vtrum confessio possit esse informis. 1. to. 843. a.

Tertius vtrũ informis cõfessio eatenꝰ sit valida, vt nõ sit necessario iterãda. 846. b.

QVÆSTIO quarta de ministris sacramẽti pœnitentiæ articulos poscit sex.

Primus vtrum necessarius minister sacramenti pœnitentiæ sit sacerdos, cui soli cõfiteri licet. 1. to. 852. a.

Secundus vtrum sit necessarium proprio cõfiteri sacerdoti. 1. to. 856 a.

Tertius vtrum licitum sit alteri quã proprio sacerdoti ex priuilegio vel mandato superioris confiteri. 1. to. 862. b.

Quartus vtrũ in articulo mortis possit quisque per quencũq; sacerdotẽ à quibuscũq; peccatis & censuris absolui. 1. to. 869. a.

Quintus, vtrum sacerdos in quolibet casu sigillũ teneatur seruare cõfessionis. 872. a.

Sextus vtrũ peccatũ quod sacerdos in cõfessione nouit, possit vel delicẽtia pœnitẽtis, vel si alia via illud nouit, prodere. 881. a

DIstinctio decimanona de satisfactione & de purgatorio quęstiones tres affert. 1. to. 883. a.

QVÆSTIO Prima de quidditate & necessitate satisfactionis articulis illustratur quinque.

Primus vtrum satisfactio sit virtus iustitiæ 1. to. 885. b.

Secundus vtrum satisfacere deo sit homini possibile. 1. to. 888. a.

Tertius, vtrũ satisfactio sit ante ingressum gloriæ necessaria. 1. to. 891. a.

Quartus vtrum possit homo pro vno peccato sine alio satisfacere. 1. to. 894. a.

Quintus vtrum satisfactio in peccato facta adueniente charitate effectũ suum sortiatur remissionis pœnæ. 1. to. 897. b.

QVÆSTIO secũda de ijs per quæ fieri debeat satisfactio, articulos possidet sex.

Primus vtrum satisfactionẽ per opera pœnalia fieri oporteat. 1. to. 902. a.

Secũdus vtrũ flagella, quibus à deo in hac vita punimur sint satisfactoria. 904. a.

Tertius vtrum conuenienter tria enumerẽtur satisfactoria opera. 1. to. 906. b.

Quartus

Quartus, vtrum vnus possit pro alio satisfacere. 1. to. 908. b.

Quintus, vtrum aliqua pœnitẽtia debeat publicari vel solemnizari. 1. to. 911. a.

Sextus, vtrũ in extremo vitæ articulo possit quis verã agere pœnitentiã. 1. to. 913. b.

QVÆSTIO tertia de purgatorio articulos optat tres.

Primus, vtrum purgatorium sit post hanc vitam. 1. to. 915. b.

Secundus, vtrum pœna purgatorij excedat omnem pœnam temporalem huius vitæ. 1. to. 919. b.

Tertius, vtrum pœna existentium in purgatorio adeo sit illis voluntaria, vt sit etiam meritoria 1. to. 923. b.

DIstinctio vigesima de clauibus q̃ones duas desiderat. 1. t. 925.

QVÆSTIO prima de clauium assertione articulis fulcitur quinq;.

Primus, vtrum claues sint in ecclesia. 927.

Primus, vtrum clauium potestatem Christꝰ apostolis contulerit. Ioa. 20. accipite Spiritum sanctum &c. 1. to. 932. b.

Tertius, vtrum claues in solis sacerdotibus euangelicis existant. 1. to. 935. b.

Quartus vtrũ potestas iurisdictionis in vtroque foro fuerit sic collata ecclesiæ, vt in toto corpore immediatè resideat, an verò in prælatis eius. 1. to. 939. b.

Quintus, vtrum quilibet sacerdos possit vti claue in quemlibet. 1. to. 945. a.

QVÆSTIO secunda de virtute & effectu clauiũ articulis examinatur tribus.

Primus vtrùm effectus clauium se extendat ad remissionem peccati, quo ad culpam et pœnam. 1. to. 947. a.

Secũdus, vtrũ sacerdos virtute clauium possit pœnitentem ad pœnas ligare. 952. a.

Tertius, vtrum sacerdos secundũ propriũ arbitriũ ligare possit & soluere. 1. t. 956. a.

DIstinctio vigesima prima de indulgentijs, Quæstionibus duabus illustratur. 1. to. 959.

QVÆSTIO prima de indulgentiarum potestate & eius subiecto articulos profert quatuor.

Primus, vtrũ potestatis clauium quæ est in ecclesia sit quippiam de satisfactoria pœna relaxare. 1. to. 961. a.

Secundus, vtrum indulgentias conferre sit pœnas pro peccatis soluere, an verò ab illis absoluere. 1. to. 963. b.

Tertius, vtrùm indulgentiarum vsus sit in ecclesia à tempore apostolorum antiquus 1. to. 967. b.

Quartus, vtrũ solus Papa & reliqui prælati possint indulgentias cõferre. 1. t. 969. b.

QVÆSTIO secunda de valore indulgẽtiarum articulis disputatur quatuor.

Primus, vtrum indulgentiæ tãtum valeãt, quantum sonant. 1. to. 973. a.

Secundus, vtrum ad valorem indulgentiarum requiratur iusta & pia causa illas conferendi. 1. to. 977. b.

Tertius, vtrum indulgentiæ illis etiã valeant qui sunt in peccato mortali. 1. to. 983. b.

Quartus, vtrum compositiones, quæ bullis cruciatæ appenduntur sint licitæ. 988. a

DIstinctio vigesima secunda de excõmunicatione tribus quæstionibus distinguitur. 1. t. 990. a

QVÆSTIO prima de autoritate & causis excommunicandi articulis cõtexitur quatuor.

Primus vtrum in ecclesia sit excommunicãdi facultas. 1. t. 992. b.

Secundus, vtrùm pro quocunq; peccato etiã temporali damno iustè possit homo excõmunicari. 1. to. 1000. b.

Tertius, vtrum excommunicatio iniustè lata nullius sit effectus. 1. to. 1007.

Quartus vtrum liceat cũ excõicato in externis corporalibusq; actionibus communicare. 1. to. 1010.

QVÆSTIO secunda de ijs qui excommunicare possunt & absoluere, ac de ijs qui sunt excommunicandi, articulos profert tres.

Primus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primus vtrum quilibet sacerdos possit excō municare. 1.to.1018.a.
Secūdus vtrum possit quispiam se ipsum vel superiorē aut æqualē excōicare.1020.b.
Tertius vtrum quilibet sacerdos possit suum parrochianū, quacunq; excommunicatione absoluere.1.to.1023.b.
QVAESTIO tertia de interdicto et cessatione à diuinis articulis nectitur duob⁹.
Primus vtrum interdictum sit expediens cēsura.1.to.1029.b.
Secundus vtrum cessatio à diuinis sit licita. 1.to.1035.a.

DIstinctio vigesimatertia, de sacramento extremæ vnctionis, quæstiones vult duas.1036.b.

QVAESTIO prima de substantia sacramēti extremæ vnctionis, & eius effectu & partibus, articulorū est quatuor.
Primus vtrum extrema vnctio sit sacramētum.1.to.2038.b.
Secūdus vtrum effectus extremæ vnctionis sit peccatorum remissio & sanitas corporalis.1.to.1042.b.
Tertius vtrum materia huius sacramenti sit oleū simplex ab episcopo cōsecratū.1047
Quartus vtrum forma huius sacramēti per verbū deprecatiuū sit cōgruens.1050.a
QVAESTIO secunda, de ministrantibus et suscipiētibus sacramentū extremæ vnctionis articulos constituit tres.
Primus vtrum solis & omnibus sacerdotibus hoc sacramentū administrare competat.1.to.1052.a.
Secundus, vtrum hoc sacramentum sanis, furiosis, & pueris sit exhibendū.1053.b
Tertius, vtrum hoc sacramēto non totū corpus, sed certæ partes sint vngēdæ.1056.

SECVNDVS
Tomus.

DISTINCTIO vigesimaquarta quæstiones cōtinet duas.2.to.5.a.

QVAESTIO prima de substantia sacramenti ordinis, & eius qualitatibus articulis elucidatur quatuor.
Primus, vtrū ordo in ecclesia esse debeat.8.a
Secundus vtrum in hoc sacramēto materia & forma congruè designentur.2.t.10.b
Tertius, vtrum conuenienter sint in ecclesia septem ordines.2.to.13.b.
Quartus, vtrum omnes ordines sint verè sacramenta, quæ gratiam cōferant, & characterē imprimant.2.to.19.a.
QVAESTIO secunda de ijs quæ sunt ordinib⁹ annexa, articulis clauditur quinq;.
Primus vtrū clerici omnes ordinati debeant coronæ tonsura insigniri.2.to.26.b.
Secundus vtrum supra sacerdotalem ordinē altior sit episcopalis potestas.2.to.29.b.
Tertius vtrū episcopatus sit ordo.2.to.33.b.
Quartus, vtrū supra episcopos sit aliquis superior ordo in ecclesia.2.to.35.b.
Quintus vtrum in culmine omnium ordinū sit iure diuino vnus summ⁹ pōtifex.38.

DIstinctio vigesimaquinta de ordinātibus, & ordinatis & eorū exēptione.2.t.42.b. Quæstiones acquirit duas.

QVAESTIO prima, de ordinantibus & ordinādis cuius sunt articuli quatuor.
Primus, vtrum oīs solusq; episcopus sit huius sacramenti minister.2.to.44.b.
Secundus vtrum fœmineus sexus sacramenti ordinis sit capax.2.to.48.a.
Tertius, vtrum præter defectum vsus rationis sint alij, qui ordinibus suscipiendis obstent.2.to.53.a.
Quartus vtrum ad ordinum susceptionem morū honestas, & sciētia requirat.58.b.
QVAESTIO secūda, de potestate ecclesiastica & exemptione clericorum articulos tradit duos.
Primus, vtrum potestas ecclesiastica sit hac ratione suprema: vt cunctis ab ea tanquā eius delegata pendeat.2.to.63.a.
Secundus vtrum clerici sint à potestate ciuili exempti.2.to.72.a.

Distin-

DIstinctio vigesimasexta, de sacramenti coniugij institutione & veritate quæstionibus contexta est duabus.2.to.75.b.

QVAESTIO prima, de sacramento coniugij quatenus est in officium articulos poscit tres.
Primus, vtrum matrimonium sit hominibus naturale.2.to.77.b.
Secūdus, vtrum matrimoniū semper fuerit maneatq; adhuc sub præcepto.2.t.80.a.
Tertius, vtrum vsus matrimonij hoc est maritalis complexus sit licitus atq; adeo esse possit meritorius.2.to.83.b.
QVAESTIO secunda de matrimonio secundum rationem sacramenti articulis texitur quatuor.
Primus, vtrum matrimonium sit sacramentum nouæ legis. 2.to.86.b.
Secūdus, vtrū matrimonium fuerit in noua lege in sacramentum institutū.2.t.89.a
Tertius, vtrum matrimonium gratiam cōferat.2.to.90.b.
Quartus, vtrum commistio sexuum per copulā sit de essentia & integritate matrimonij.2.to.96.b.

DIstinctio vigesima septima, de matrimonij essentia deq; spōsalibus & bigamia, quæstiones adepta est tres. to.2.99.a.

QVAESTIO prima, de matrimonij definitione et causa articulos tenet quatuor.
Primus, vtrum definitio qua matrimonium describi solet sit idonea.2.to.101.a.
Secundus, vtrum consensus mutuus sit sufficiens causa matrimonij.2.to.103.b.
Tertius, vtrum consensus matrimonialis sufficiat internus, an verò requiratur vt sit exteris verbis expressus.2.to.107.a.
Quartus, vtrum matrimonio consummato liceat vtriq; coniugum altero inuito ad religionem transire.2.to.114.a.
QVAESTIO secunda de sponsalibus articulos claudit quinq;.
Primus, vtrum sponsalia conuenienter dicātur futurarum nuptiarū promissio.122.
Secundus, vtrum septēnium tēpus sit contrahendis sponsalibus necessarium.125.a.
Tertius, vtrum sponsalia iureiurādo per verba de futuro cōfirmata vim habeant matrimonij.2.to.126.b.
Quartus vtrum carnalis copula post spōsalia de futuro matrimonium perficiat.2.to. 128.a.
Quintus vtrum sponsalia legitimè valeant aliquibus modis dirimi.2.to.130.a.
QVAESTIO tertia de bigamia articulos aduocat tres.
Primus, vtrum per bigamiam irregularitas contrahatur.2.to.132.b.
Secūdus, vtrum per baptismum bigamia soluatur.2.to.135.b.
Tertius, vtrum cum bigamo dispensare liceat.2.to.136.a.

DIstinctio vigesimaoctaua de clandestino matrimonio vnica quæstione contenta est.2.t.137.

QVAESTIO vnica de clandestino mātrimonio articulos accipit duos.
Primus, vtrum clandestinum matrimoniū sit validum.2.to.138.b.
Secundus, vtrum clandestinum matrimonium nonnunquā sit licitum.2.t.141.a

DIstinctio vigesimanona de cōsensu coacto, & de conditionato quæstionibus duabus discutitur.2.to.146.a.

QVAESTIO prima de consensu coacto articulos exhibet quatuor.
Primus, vtrum consensus aliquis esse possit coactus.2.to.148.b
Secundus, vtrum metus aliquis possit in virū constantē cadere, qui eū excuset.150.
Tertius, vtrum consensus extortus per metū cadentē in constantem virum sufficiat ad matrimonium.2.to.152.b.
Quartus vtrū vel princeps subditū vel pater filiū possit ad matrimoniū cogere.161.a

Quæstio

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO secunda de consensu conditionato articulis distinguitur tribus.
Primus, vtrũ consensus conditionatus sit ad matrimoniũ per se sufficiens.2.t.163.b.
Secundus, vtrùm conditio impossibilis matrimonium tollat.2.to.169.b.
Tertius, vtrùm omnis & sola turpis cõditio, quæ cõtraria est matrimonio ipsum tollat honesta verò semper obliget.2.to.172.a

DIstinctio trigesima de errore, deque nuptijs beatissimę virginis quæstionibus duabus ornata est.2.to.177.a.

QVAESTIO prima de errore per articulos duos extenditur.
Primus, vtrum error matrimonium impediat.2.to.178.b.
Secundus, vtrùm matrimoniũ ob turpẽ causam contractum sit ligitimum.181.a.
QVAESTIO secunda de virginitate & matrimonio beatæ virginis articulis duobus explicatur.
Primus vtrùm condecens fuerit Dei matrẽ virginem emisso voto perpetuo permansisse.2.to.182.a.
Secundus, vtrum virginem Dei matrem nuptam simul esse decuerit.2.to.185.a.

DIstinctio trigesimaprima, De bonis matrimonium excusantibus, Quæstione vnica concluditur.2.to.187.b.

QVAESTIO vnica de bonis matrimoniũ excusantibus articulos præbet quatuor.
Primus, vtrum matrimonium debeat per aliqua bona excusari. 2.to.189.a.
Secundus, vtrum tria sint tantum matrimonium excusantia bona.2.to.191.a.
Tertius, vtrum absq; istis bonis coniugalis vsus voluptatis causa sit licitus. 2.to.194.b.
Quartus, vtrum, liceat coniugibus ad vitãdam fornicationem debitum exigere. 2.to.197.a.

DIstinctio trigesimasecunda de mutua coniugum fide in reddendo debito, Quæstionẽ vnicã arripit.2.to.201.b.

QVAESTIO vnica de mutua coniugum fide reddendi sibi inuicem debitum articulos poscit tres.
Primus, vtrum alteruter coniugũ teneatur alteri debitum reddere.2.to.201.b.
Secũdus, vtrũ in petitione & solutione debiti æquũ sit ius vtriq; coniugũ. 204.a.
Tertius, vtrum causa voti aut orationis aut temporis sacri possit coniux debitum negare alteri.2.to.206.a.

DIstinctio trigesimatertia, de Polygamia & repudio quæstionibus duabus instruitur. 209.a.

QVAESTIO prima, de vxoribus plurib⁹ vnius viri articulos trahit tres.
Primus, vtrum habere plures vxores sit iuri naturæ contrarium.2.to.211.b.
Secundus, vtrum plures simul habere vxores aliquando licuerit. 2.to.214.a.
Tertius, vtrum licuerit vnquã eidem mulieri pluribus simul viris nubere.220.a.
QVAESTIO secunda, de libello repudij articulos dat tres.
Primus, vtrũ perpetuitas & inseparabilitas vinculi matrimonij ita sit de iure naturæ, vt nullã admittat dispẽsationẽ. 221.
Secundus, vtrum aliquando fuerit repudiũ vxoris licitum.2.to.224.a.
Tertiꝰ, vtrũ dato libello repudij tã vxori quã viro liceret ad scãdas nuptias trãsire.292.

DIstinctio trigesimaquarta, de quatuor prioribus impedimẽtis matrimonij quæstione vnica discussa est.2.to.230.b.

QVAESTIO vnica de impedimentis matrimonij ex defectu naturæ articulos habet quatuor.
Primus, vtrum aliqua sint matrimonij impedimenta.2.to.232.a.
Secũdus, vtrum frigiditas matrimonium contrahendum impediat, & cõtractum dirimat.2.to.234.b.
Tertius, vtrum maleficium sit matrimonij impediens, dirimensq; impedimentum. 2.to.239.b.
Quartus, vtrum furia impedimentũ sit matrimonium dirimens. 2.to.243.b.

DIstinctio trigesimaquinta, quæstione vnica terminatur. 2.to.244.b.

QVAESTIO vnica de cõiugio seruorum & puerorum articulis finitur quinq;.
Primus, vtrum inter seruos possit absq; licẽtia dominorum matrimonium contrahi. 2.to.245.b.
Secundus, vtrum seruitutis conditio aliquo saltem modo matrimonium impediat.2.to.247.b.
Tertius, vtrum seruitus matrimonio superuenire possit.2.to.250.b.
Quartus, vtrum filij debeant cõditionem patris sequi, an potius ventris.2.to.251.a.
Quintus, vtrũ ætas legitima cõtrahendi matrimonium rectè in viro statuta sit quarto decimo anno, & in fœmina duodecimo.2.to.252.a.

DIstinctio trigesimasexta, de impedimento criminis, quo tori fit diuortium, Quæstionẽ vnicã assumit.2.to.255.a.

QVAESTIO vnica, de diuortio, quod fit fornicationis causa articulos complexa est sex.
Primus, vtrũ propter fornicationẽ licitum sit viro vxorem dimittere.2.to.256.b.
Secundus, vtrũ vir teneatur ex pcepto vxorem fornicantẽ dimittere. 2.to.260.b.
Tertius, vtrum maritus proprio iudicio non expectato ecclesiastico possit vxorẽ adulteram dimittere.2.to.263.a.
Quartus, vtrum vir & vxor in causa diuortij pari iure gaudeant.2.to.265.a.
Quintu, vtrum celebrato diuortio viro ius relinquatur aliud ineundi matrimoniũ. 2.to.266.b.
Sextus, vtrum post celebratũ diuortium locum habeat reconciliatio.2.to.270.b.

DIstinctio trigesimaseptima, de alijs criminibus quæ sunt matrimonij impedimẽta quæstione vnica tractata est.2.to.272.b.

QVAESTIO vnica, de alijs criminibus quæ sunt matrimonij impedimenta articulos obtinet quinq;.
Primus, vtrum sint aliqua crimina, quæ matrimonium contrahendũ impẽdiant contractũ verò non dirimant.2.to.273.b.
Secundus, vtrum incestus, quo quis cognouit vxoris consanguineam sit impedimẽtum dirimens matrimoniũ.2.to.275.b.
Tertius, vtrũ vxoricidium sit in aliquo euẽtu licitum.2.to.278.b.
Quartus, vtrũ vxoricidiũ sit impedimẽtum matrimoniũ ipsum dirimẽs.2.to.281.a.
Quintus, vtrum ligamen sit impedimentum matrimonium dirimens.2.to.283.a.

DIstinctio trigesimaoctaua, De impedimentis ordinis & voti qõnes sibi adciscit duas.2.t.285.b

QVAESTIO prima de impedimento ordinis articulos petit duos.
Primus, vtrum ordo matrimonium impediat.2.to.288.a.
Secũdus, vtrum matrimonio ordo sacer superuenire possit,2.to.290.b.
QVAESTIO secunda de impedimẽto voti articulis tractatur duobus.
Primus, vtrũ votum simplex sit matrimonij impedimentũ ipsum dirimẽs.2.t.294.a.
Secũdus, vtrũ votũ solẽne sit impedimẽtum matrimoniũ cõtractũ dirimẽs.2.t.288.b

DIstinctio trigesimanona de cultus disparitate quęstione vnica terminata est.2.to.302.b.

QVAESTIO vnica articulos oñdit ĩtuor.
Primus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primus, Vtrùm inter infideles legitimũ possit matrimonium contrahi. 2. to. 304. a.
Secundus, Vtrùm fidelibus modò liceat cum infidelibus iure coniugia. 2. to. 307. a.
Tertius, Vtrùm coniux ad fidem conuersus possit cum coniuge eandem fidem renuẽte commanere. 2. to. 311. a.
Quartus, Vtrum fidelis ab vxore infideli discedens possit aliam ducere. 2. to. 316. a.

DIstinctio quadragesima de cognatione carnali quæstione vnica connectitur. 322. b.

QVAESTIO vnica de cognatione carnali articulos flagitat quinque.
Primus, Vtrum definitio consanguinitatis constitui solita rei definitæ competat. 2. to. 324. b.
Secundus, Vtrum consanguinitas per lineas & gradus commodè distinguatur. 2. to. 327. b.
Tertius, Vtrum gradus quispiam consanguinitatis in linea recta, iure naturali matrimonium impediat. 2. to. 330. a.
Quartus Vtrum aliquis gradus consanguinitatis in linea transuersali impediat iure naturæ matrimonium. 2. to. 337. a.
Quintus, Vtrum gradus cõsanguinitatis matrimonia prohibẽtes potuerit ecclesia vsque ad quartum taxare. 2. to. 343. a.

DIstinctio quadragesima prima de affinitate quæstione vnica confecta est. 2. to. 347. a.

QVAESTIO vnica de affinitate & eius annexis articulis ornata est quinq;.
Primus, Vtrum ex matrimonio affinitas aliqua contrahatur. 2. to. 349. a.
Secundus, Vtrum affinitas vel aliquod matrimonij impedimentum post sponsalia contrahatur. 2 to. 352. b.
Tertius, Vtrum affinitas matrimonium impediat. 2. to. 355. b.
Quartus Vtrum qui extra verum matrimonium nascuntur sint filij illegitimi. 3. to. 360. b.
Quintus, Vtrum omne coniugium quod inter consanguineos & affines cõtractum est, sit per diuortium dirimendum. 2. to. 364. b.

DIstinctio quadragesima secunda de cognatione spirituali & de legali & de secundis nuptijs Quæstiones gestat tres. 2. tomo. 368. b.

QVAESTIO prima de cognatione spirituali articulis tribus insignita patet.
Primus, Vtrũ spiritualis cognatio sit matrimonij impedimentum. 2. to. 370. b.
Secundus, Vtrum per solum baptismum spiritualis cognatio contrahitur. 2. tomo. 373. a.
Tertius, Vtrum cognatio spiritualis duntaxat inter baptizantem & baptizatũ cõtrahatur. 2. to. 376. a.
QVAESTIO secunda, de cognatione legali articulos duos profert.
Primus, Vtrum adoptio sit iure appositè definita. 2. to. 380. a.
Secundus, Vtrum legalis cognatio matrimonium impediat. 2. to. 382. a.
QVAESTIO tertia de secundis nuptijs articulo vnico contenta est.
Primus Vtrum secũdæ nuptiæ sint licitæ. 2. to. 383. b.

DIstinctio quadragesima tertia, de resurrectione carnis quęstionibus duabus cõstat. 2. to. 385. a.

QVAESTIO prima, de resurrectione carnis & eius causis per articulos quatuor deducitur.
Primus, Vtrum animam esse immortalem ratione sit naturali cognitũ. 2. t. 387. a.
Secundus, Vtrum corporum resurrectio sit futura. 2. to. 394. b.
Tertius, Vtrũ resurrectio sit naturalis. 2. to. 400. b.
Quartus Vtrum diuina Christi resurrectio nostræ

nostræ sit resurrectionis causa. 406. a.
QVAESTIO secũda de resurrectionis tẽpore & mõ articulos adipiscitur quinq;.
Primus, Vtrum tempus resurrectionis sit finis mundi. 2. to. 412. b.
Secũdus, Vtrũ dies et hora resurrectionis sit hoĩbus vel angelis cognoscibilis. 417. b.
Tertius, Vtrum resurrectio futura sit in instanti eodemq; nocturno. 2. to. 421. a.
Quartus, Vtrum vniuersi mortales sint resurrecturi. 2. to. 426. b.
Quintus, Vtrũ oẽs mortui resoluẽtur in cineres, antequam in iudiciũ exurgãt. 431. b

DIstinctio quadragesima quarta de termino & qualitate & quãtitate resurgentiũ quæstione vnica elucidata est. 2. to. 435. a.

QVAESTIO vnica, de modo & conditione resurgentium articulos habet. 5.
Primus, Vtrũ idẽ prorsus homo in eodẽq; corpore, quo vixerat, sit resurrectur°. 436.
Secundus, Vtrum omne quod est de veritate humanæ naturæ resurget. 2. to. 442. a.
Tertius, Vtrum cũcta prorsus hominis membra ac perinde humores debeant homini resurgenti restitui. 2. to. 447. a.
Quartus, Vtrum omnes in ætate iuuenili resurgent. 2 to. 451. a.
Quintus Vtrum omnes in sexu virili cũ animali resurgent. 2. to. 453. b.

DIstinctio quadragesima quinta de receptaculis animarũ & suffragijs defunctorum, sanctorũq; orationibus in quæstiones tres definit. 2. to. 457. a.

QVAESTIO prima de receptaculis animarum post mortem articulos producit quatuor.
Primus, Vtrum animabus post mortẽ receptacula sint assignanda. 2. to. 459.
Secundus Vtrũ purgatoriũ, limbus patrum & puerorum loco cum inferno conueniat. 2. to. 465.
Tertius Vtrum statim post mortem quorumcunq; animæ in istorũ aliquem locorum deducantur. 2. to. 469. b.
Quartus, Vtrum animæ ex prædictis receptaculis aliquãdo egredi valeant. 475. a.
QVAESTIO secunda de suffragijs defunctorum ex quatuor articulis emanat.
Primus, Vtrum suffragia à viuis impensa defunctis prosint. 2. to. 478. b.
Secũdus, Vtrũ suffragia pro defunctis oblata quibuscunq; defunctis prodesse valeant. 2. to. 483. b.
Tertius, Vtrum solo sacrificio altaris & orationibus & eleemosynis iuuentur defunctorum animæ 2. to. 490. a.
Quartus, Vtrum suffragia quæ pro singulari defuncto fiũt, plus ei, quàm alijs prosint, aut plusquã si in genere pro pluribus fierent. 2. to. 494. b.
QVAESTIO tertia de orandis sanctis in duos articulos surgit.
Primus, Vtrum sancti sint à nobis orandi. 2. to. 496.
Secundus, Vtrũ sanctorũ preces, quas pro nobis deo fundũt semper exaudiãtur. 2. to. 501. a.

DIstinctio quadragesima sexta, de Antichristo & iudicij signis qõnibus cõponitur duab°. 503. a

QVAESTIO prima de signis quæ sunt iudiciũ antecessura ex duobus conflatur articulis.
Primus, Vtrũ expediẽs sit vt aduentũ Chri ad iudiciũ Antichrijsus antecedat. 504.
Secundus, Vtrum Antichristus futurus sit omniũ malorum caput. 2. to. 508. a.
QVAESTIO secunda de signis iudicium antecessuris, duobus articulis constat.
Primus, Vtrum iudicio finali aliqua sint signa antecessura. 2. to. 510. b.
Secũdus, Vtrũ sol & luna circa iudiciũ secũdùm rei veritatem cõtenebrescent et virtutes cœlorum mouebuntur. 2. t. 514. a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIstinctio quadragesimaseptima de finali iudicio potitur qõnibus duabus.2.to.517.a. &.b.

QVAESTIO prima de iudicantibus & iudicandis articulorum est quatuor.

Primus, vtrum iudicium finale sit futurum 2.to.516.a.

Secundus, vtrum Christo sint alij assessuri iudices.2.to.521.b.

Tertius, vtrum mortales vniuersi debeant in iudicio comparere, vt iudicentur. 2.to.527.a.

Quartus, vtrum iudicium in valle Iosaphat sit futurum.2.to.529.a.

QVAESTIO secunda de forma iudicij articulis sex conspicua est.

Primus, vtrum Christus in forma humana gloriosa iudicabit.2.to.530.b.

Secũdus, vtrum diuinitas Christi ab iniquis tunc sit conspicienda.2.to. 534.

Tertius, vtrum tunc vnusquisque tam electorum quam reproborum, vniuersa bona & mala tam propria, quæ fecit, quam aliena videbit. 536.b.

Quartus, vtrum iudicium illud scilicet, tam disceptatio, quam sententiæ prolatio sit vocaliter, an non nisi mẽtaliter repræsentanda.2.to.539.b.

Quintus, vtrum electi & reprobi sunt ad dextram & ad sinistram Christi separandi 2.to.541.a.

Sextus vtrum generale iudicium per sententiã iudicis concluditur.543.b.

DIstinctio quadragesimaoctaua de purgatione & innouatione mundi quęstionibus duabus cõpacta est.547.2.

QVAESTIO prima, de igne conflagrationis & eius effectibus articulos continet quatuor.

Primus vtrum aliqua sit futura mundi purgatio per ignem.2.to.648.b.

Secundus, vtrum ignis ille ante iudicium veniet.2.to.552.a.

Tertius, vtrum ignis ille & cœlos & omnia elementa perpurgabit. secundo to. 553.a.

Quartus, vtrum ignis ille inuoluet reprobos in infernum.2.to.555.b.

QVAESTIO secunda de mundi innouatione articulis insignita est quatuor.

Primus, vtrum mundus sit innouandus. 2.to.556.b.

Secundus, vtrum motus cœlestium orbium per illam innouationem sit cessaturus. 2.to.557.b.

Tertius vtrum astris corporibusque cœlestibus lux in illa innouatione sit augenda. 2.to.559.a.

Quartus, vtrum elementa per aliquod claritatis augmentum sint innouanda. 2.to. 561.a.

DIstinctio quadragesima nona de statu beatorũ exposcit quæstiones quinque.2.to.563.a.

QVAESTIO prima, in quo beatitudo cõsistat 2.tom.565.a. articulis fulcitur. quatuor.

Primus, vtrum beatitudo in aliqua re corporea aut sensibili cõsistat. 2.to.565.b.

Secundus, vtrum beatitudo consistit in aliqua operatione.2.tom.569.a.

Tertius, vtrum beatitudo sit potius intellectus quam voluntatis operatio. 2.tom. 571.b.

Quartus, vtrum fruitio sit actus appetitiuæ potentiæ.2.to.579.a.

QVAESTIO secunda de adeptione beatitudinis articulis fulget quatuor.

Primus, vtrum omnis homo appetat beatitudinem.2.to.583.b.

Secundus vtrum homo naturalibus viribus posit beatitudinem consequi. 2. tom. 590.a.

Tertius, vtrũ essentia Dei ab intellectu creato per aliquã creatã similitudinẽ valeat videri.2.to.596.a.

Quar-

Quartus, vtrum intellectus creatus ad videndum Dei essentiam, aliquo creato lumine supranaturali indigeat. 2. tom. 599.b.

QVAESTIO tertia de visione articulos monstrat quatuor.

Primus, vtrum videntes Deum per essentiam ipsum comprehendant. secundo to. 606.a.

Secundus, vtrum videntium Dei essentiam vnus alio perfectius videat. 2.to. 608.b.

Tertius, vtrum videntes Deum omnia in ipso videant eademque simul. 2.tom. 612.b.

Quartus, vtrum visio Dei per essentiam omnia eminenter, & in virtute contineat quæ ad beatitudinem pertinent.2. tom. 621.b.

QVAESTIO quarta de dotibus gloriæ articulos trahit octo.

Primus, vtrum aliquæ sint in beatis dotes. 2.to.627.b.

Secundus, vtrum Christo vel angelis dotes competant an vero solis hominibus. 2. tom.630.a.

Tertius, vtrum tres sint tantum animæ dotes scilicet visio, delectatio & fruitio. 2. to.632.a.

Quartus, vtrum corporibus gloriosis sint futuræ dotes quatuor.2.to.634.b.

Quintus, vtrum impassibilitas inter dotes corporis gloriosi sit connumeranda. 2. to.635.b.

Sextus, vtrum subtilitas sit inter dotes corporis gloriosi connumeranda. 2.tom. 643.a.

Septimus, vtrum corpus gloriosum dotem habebit agilitatis.2.to.649.a.

Octauus, vtrum in corporibus beatorũ erit claritas.2.to.651.b.

QVAESTIO quinta, de aureolis articulos adducit duos.

Primus, vtrum aureolæ sint in beatis futuræ à fructibus distinctæ.2.to. 655.a.

Secundus, vtrum tantum sint tres aureolæ. 2.tom.662.

DIstinctio quinquagesima, de statu & pœnis damnatorum, Quæstione vnica perspicua est. 2.tom.667.

QVAESTIO vnica, de statu & pœnis damnatorum articulis sex perficitur.

Primus, vtrum ignis inferni sit corporeus. 2.to.668.b.

Secundus, vtrum animæ separatæ igne illo inferni corporeo torqueantur. secundo tom. 672.a.

Tertius, vtrum damnatorum corpora absq; vllo vitio incorruptibilia, sed tamen passibilia resurgent.2.to.674.b.

Quartus, vtrum damnati sola pœna ignis punientur.2.tom.677.b.

Quintus, vtrum damnati, aut bona intellectus notitia, aut bona voluntate vti valeant.2.to.682.b.

Sextus, vtrum & damnati beatorum gloriam videant & beatipsorum miseriã, 2.tom.685.a.

Finis Indicis, Distinctionum, Quæstionum & Articulorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LOCA IVRIS CANONICI in hoc opere peculiariter aut declarata aut emendata.

CAN lites.dist.3.1.to.354.a
Can.nullus & can.præter. 32.distinct.1.to.123.a.
Can.Engelthrudam.3.q.4 1.to.994.a.
Can.quidam.5.q.1.1.t.1003.
Can.hi qui de baptis.1.to.115.b.
Can.considerat.21.de pœnit. dist.5.1. to.955.a.
Can.multiplex.de pœnit.dist.1.1.to.798.b.
Can pœnitet.de pœniten.dist.1.1.to.834.b.
Can.is qui in infirmitate.26.quæst. 7.1 tom. 828. a.
Can.missas.& Can.qui die solenni de consecra.distinct.1.1.to 614.a.
Can.aquam.de consecr.dist.3.1.to.142.a.
Can.quæsitum.13.q 2.1.to.574.b.
Can.tua.de sent.excommu.1.to.1026.b.
Can.non sonat.1.q.1. 1.to.115.b.
Can.à quodam de consecr. distin.4.1. to.211. b. 218 .a.
Can.Achatius.el.1.24.q.1.1.to.1027.b.
Can.multi sunt.de consecr.dist.4. 1.t. 223.a.
Can.sufficit de consec.dist.1.1.to.67.b.
Can.peruenit.de cons.dist.2.1.to. 592.a.
Can. si per neghgentiam. de consecr. distin. 2.1.to 645 .a.
Can.inter bonos.de consec.dist.4.1.to.334.b.
Can. quod quidam §.opponitur. 1. quæst.1. 1.to. 602. a.
Can.omnis.de pœn.dist.1.1.to.857.b.
Can.sanctum est.de consecr.dist.4.1.t.871.b
Can placuit.de pœnit.dist.6. & ibi eius glo. corrigitur.1.to.862.a.
Can.qui non bene.de consec.dist.2.1.to.645.
Can.omni tempore de consec.dist.4.& can. præsbyter. 95.dist.1.to 373.a.
Can.cui est illata.11.q.3.cuius. glos. refellitur. 1.to.1009.b.
Can.omnes fideles. de consec.1.to.369.b.
Can.firmiter.de summa trinit. & fid. catho. 1.to.608.b.
Can.præsbyteri.de consecr. distinct. 4. 1.to. 235. b.
Can.dictones de consecra. distinct.4.quem fallo citat Caietanus tãquam pelagij cùm sit Gelasij.1.to.246.a.
Can.nec quenquam de consecra.distinct. 4. 1.to.220. a.
Can.cœpit.24.q.1.1.to.604. a.
Can.perlectis.dist.25.1.to.587.a.
Can.nulli.de cons.dist.4.1. to. 566.b.
Can.super quibus.30.q.3.1.to.247.b.
Can.si qui sint.81.dist.1.to.123.a.
Can.necesse.de conse.dist.1.1. to.618.b.
Can.tabernaculum.de consecra. distinct.1.1. to.620.b.
Can.de præsbyterorum.17.q.4.1.to.993.b.
Can.manifestum.1.q.1.1.to.137. b.
Can.Romanus.de consec.dist.4.249.b.
Can.si qui.de consecrat. distinctio.4.1. tom. 566. a.
Can.lachrimæ de pœn.dist.1.1.t.799. b.
Can.nouissimæ de cons.dist.5.1.to. 376.b.
Can.quod quidam. de pœnitent. distinct.1. 1.to.849. b.
Can.retulerunt.de cons.dist.4.1.to.32.b.
Can.si quis per ebrietatem.de consec. distin. 4.1.to.535.b.
Can.canonica.11.q.3.1.to.1026.b.
Can.ex autoritate.16.q.1.1.to. 864. b.
Can.peruenit.95.dist.1.to.374. b.
Can qui perfectionem.1.q.1.1.to.115.b.
Can.aliter.30. quæst.5.2.to.139.b. &.140.b.in fin.&.1.to.1019. a.
Can.si quis suadente.17.q.4.limitatur septẽmodis.1.to.1029.
Can.duo mala.13.dist.2.to.144.b.&.145.a.
Can.inter cætera.22.q.4.2.to.159.a.
Can.origo.32.q.4.2.to.196. b.
Can.vir cum propria.33.q.4.2.to.196.
Can.animæ defunctorum.13.q.2.1.to.987.a.
Can.quod proposuisti.32.q.7.2.to.219. a.
Can.cum excommunicato. 11. quæst.3.1. to. 994 & 1015.b.
Can.sententia pastoris.11.quæst. 3.1. to.1007. & sequent.
Can.insuper ad euitanda scandala 1.to. 1010. & sequent.
Can.si per sortiarias.31.q.1.2.to. 242.b.
Can. vxor à viro.32. quæst. 6. 2. to. 266. b.& 268.&

268.& sequent.
Can.extra ordinaria.35.quæst.2. emendatur. 2.to.276. a.
Can. qui dormierit & Can. concubuisti. 32. q.7.2.to.277. a.
Can.nullus & Can. illud.31.q.1.2.to.281. b.
Can quoniam.31. dist.2.to.292.b.& seq.
Canones plures à Græcis deprauatos vide.2. to.293.
Can.Nicena.31.dist.2.to.293.b.
Can.si quis habuerit. 28.q.2. 2.to.317.b. 318.a.
Can.olim.dist.95.2.to.32. b.& 33. a.
Can.quicunque studet.& can.si quis episcopus,1.quæst.1.ibid.
Can.duo sunt.96.dist.2.to.63.
Can.quicunque litem.11.q.1.abrogatus.2.to. 72.a.& 63.a.
Can.cùm initiatur.27.q.2.2. to.97. b.
Can.non est dubium.27.q.2.2.to.98.a.
Can.cùm societas.27.q.2.2.to.98.a.&.119.a.
Can.sufficiat solus.27.q.2.2.to.108. a.
Can.statutum.27.q.2.emendatur.2.to. 120.a.
Can.si quis diuinis.30.q.5.2.to.127.a.
Can. acutius.26. distinct. &.28. quæstio. 3. 2. to.136.a.
Can. vnius vxoris.26.dist.& can. oportet.28. q.3.2.to.136.a.& seq.
Can.tribus de conse.dist.2.2.to.562.b.
Can.si infidelis.28.q.2.2.to.318.b.
Can.super quibus.30.q.3.2. to.379. a.
Can.primo gradu.35.q.5.2.t.327.
Can.extra ordinaria.35.q.5.2.to.353.b.
Can.ad sedem.35.q.5.2.to.329.a.
Can.omnes.30.q.1.2.to.374. a.
Can.peruenit.30.q.1.2.to.373.b.
Can.adulterij.32.q.7.2. to.364.b.
Cap.super eo.de test.2.to. 368.
Cap.consanguinitas.35.q.6 2.to.367.a.
Cap.quod tua.qui mat.accus.poss.2.to.367.a
Cap.ad audientiam.de sponsa.2.to.354.b.
Cap.vnicum de cognat. legali.2.to. 383. a.
Cap.literas.de restit. spoliato. secundo tomo 342.a. &. 343.
Cap.lator.& cap.tenor. de sentent. & re iud. 2.to.366.b.
Cap.Martinus.de cognat.spir.lib.6.secundo to.377.b:
Cap.1.ex.de cogn.spir.2.to.379.b.
Cap.venerabilis. qui fil. sint. legit. secundo tom.363.b.
Cap.super eo.de testi.2.tom.367.a.
Cap.iuuenis de sponsi.315.b.
Cap,vt animarum.de constit.lib.6. secundo to.142.b.
in fine &.1.to.1005.
Cap. cùm inhibitio.de clandest. de sponsi. 2. to.143.a.&.162.a.
Cap.1.de his quæ vi met. caus.fiunt. secundo to.156.b.
Cap.verum.de iureiurando.2.to. 159.b.
Cap.Alma mater.de senten.excommu.in.6. 1.to.1032.b.& sequen.
Cap.super eo.de condi. appos.2.to. 167. a.
Cap.fin.de condit.appos.2. to.170.a. per totum artic.3.circa conditionem vide verum intellectum.2.to.176.b.
Cap.cùm ex eo.& eius glossa primo. to.970. & sequenti.
Cap.quoniam. de coniugio leprosorum.2. tomo.203.
Cap.peruenit.eodem. tit. ibid.
Cap.gaudemus.de diuortijs. 2. tomo. 217. & seq. vide casum.pag.307. b. &.315. & duas conclus.316.b.& sequẽ.2.to.
Cap. si quem. de sentent. excommunicat. 1. tomo.1001.a.
Cap.sacris.de ijs quæ vi met.caus. fiunt.1.to. 1016. & sequen.
Cap.quod sedem.de frigid.& male. secundo tom.236.b.
Cap.literæ.de frig.& malef.2.to.2 50. b.
Cap. ex literis. de diuort. secundo .to. 271.b. & 272.a.
Cap.quanta.de consuetud.1.to.272.& seq.
Cap.qui præsbyterum de pœni.& remiss. & canonum aliorum vsus vigebat duntaxat in foro pœnitentiæ.2.to.275. b.
Cap. laudabilem. de conuers. infid. secundò tomo.281.a.
Cap.in præsentia.de sponsi.2.to. 284.a.
Cap.vnicũ.de voto in.6.2.t.295. b.
Cap.rursus.de voto. ibid.
Cap. cùm ad monasteriũ. de statu monach. 2.to.300.a.& sequen.
Cap.veniens.de præsbyt.non baptizat.2.to. 310.cuius glossa damnatur.
Cap.sicut.de Iudæ.1.to.314. b.
Cap.sufficiat.27.q.2.1.to.24.a.
Cap.ad liberandam. de iudæis.1.to. 968.b.
Cap.ex literis.de conuers.infid.1. to.311.b.
Cap. in quadam. de celebratione missarum. 1.tomo.74.b.
Cap.conquæsti. de sent. excom.1.to.1026.
Cap.quæsitum. cap. decus de pœnitent. remis.1.to.917.a.
Cap.quorundam.dist.23.1.tom.257.a.
Cap.si concubinæ. de sentent. excommuni. 1.tomo.1027.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.ex literarum.de apostatis.1.to.231.b.
Cap.maiores.de baptismo.1.to. 295.b.
Cap. si canonici. de offic. ordin.lib.6. primo to.1036.a.
Cap.final.de præscrip.2.to.71.b.
Cap.siquis.de vita & honest.cleri.2.to.28.b.
Cap.cùm contingat.de ætat.& qual.2. t.29.a
Cap.episcopus.de præben.2.to.62.a. b.
Cap.quanquam de censib.lib. 6.2.to.75.a.
Cap.cùm locum.de sponf.2.to.154.a.
Cap.veniens.de præsby. non bap.2.to. 96.a.
Cap.final.de conuerf.infid.2.to.101. b.
Cap.tuæ fraternitati de sponsalibus.2. tomo 107.b.&.108.
Cap.Dominas.de secund.nup.2. to.112.
Cap.veniens.de conuerf.coniug.2.to.121. b.
Cap.ex literis de sponf.2.to.127.b.
Cap.requisisti.eod.tit. ibid.
Cap.super eo.de bigam.lib.6.2.to.137.a.
Cap.is.qui fidem.de sponf.2.to.129.b.
Cap.commissum.de sponf.2.to.130. b.
Clemen.ne in agro.de statu monach. primo tomo.805.
Clement.grauis.1.to.1034.b.
Glossa cap.per tuas. de condit.appo. secũdo to.165.b.
Glof.cap.quod autem.de pœniten. & remif. 1.to.973.b.
Glofs.cap.ad eius.dist.5.2.to.205.b.
Glofs.cap.à nobis.in.2.de sent. excommuni. 1.to.1005.b.
Glofs.cap.qui præsbyterum.de pœnitent.& remiss.2.to.274.b.
Glofs.can.aliter.distin.31.2.to.290.a.
Glof.cap.rursus.qui cleri.vel vouen.2. to.296 a.&.302.a.in solu.ad primum.
Glofs.can.si quis post votum.27.q.1.2.t297.b
Glof.can.omnes.22.dist.2.to. 70. b.
Glof.cap.quanquam.de censib.lib.6.secundo tomo.73.b.
Glof.cap.de sponsatam.27.q.2.2. to.120. a.
Glofs.cap.Agathosa.27.q.2.2.to.121. b.
Glof.cap. vnici de bigamis.lib.6.2.to. 137.a.
Glof.cap.quod autem de pœnit.& remissio. 1.to.973.b.
Glof.can.sicut de consecr. distinct. 2. reprobatur.1.to.412.a.
Glof.ridicula.in capit. pastoralis.de sacram. non iter.1.to. 356.a.
Glof.in can. qui recedunt.26. q.6. reijcitur.1. to.564.a.
Glof.cap.ex parte de celebrat. mis.quam sit friuola.1.to.562.b.
Glof.erronea Hugonis.can.quod à patribus dist.75.1.to.563.
Glo.erronea in can.tribus.de consecr.distin. 4.1.to.562.
Glo.in calce cap.maiores.de baptism. & eius effect.1.to.293.a.
Glofs.can.detrahe.1.q.1.1.to.224.a.
Glo. Ioannis Teutonici manifestus error in can.Petrus. dist.1.1. to.
Glofs.in cap.pastoralis. §.præterea. de offic. ordin.1.to.871.b.
Glo.error in can.accidens.50.d.1.to. 602.a.
Glofs.in clem.dudum.1.to. 865.b.
Glo.in can.solet. de conf.dist.4.1.to.393.a.
Glof.Bernardi.in can. vtriusq; in verbo alieno de pœn.dist.reprobata.1.to.864.b.
Glof.in can.super quibus.30.q.3.2.to.379.b.
Glof.can.1.30.q.1.2.to.379.a.
Titulus.de frig.&.malef.2.to.235.a.
Titulus.de conuerf.infid.2.to.312.a.
Titulus.de vita & honest.2.to.59. 60.

INDEX COPIOSISsimus rerum maximè notabilium, quæ in hisce duobus Commentariorum tomis continentur ordine Alphabetico Digestus.

A. denotat primam columnam. B. secundam.

A.

ABBATES possunt iure administrare minores ordines.2.t.47
Abbates an possint bigamia dispensare. 2. to.137.a.
Abbates & monachi peccant forsan mortaliter si susceptores sint in baptismate. 1. to.259. b.
Abbatissæ non habent iurisdictionem ordinariam.1.to.942. b.
Abbatissæ nequeunt moniales benedicere nec ipsarum confessiones audire nec prædicare.2.to.49.b.
Abbatissæ vel priorissæ non habent spiritualem potestatem ad statuẽdum præceptũ. 1.to.943.b.
¶Abraham quando actum credendi habuit iam erat in gratia, quam reputari illi ad iustitiam fuit reputari ad meritum de condigno.1.to.170. b.
Abraham quomodo Agar repudiauerit. 2. tomo.216.
Abrahã absq; expressa reuelatione & dispensatione Dei nõ potuit cum sorore contrahere.2.to.341. a.
Abrahæ filij immolatio an fuerit per dispensationem.2.to.222.b.
Abrahæ vera vxor fuit Agar.2. to.215.a.
Abrahæ bigamiæ mysterium enarratur. 2. tomo.215.a.
¶Absentis cõiugis mortui quæ certitudo requiratur, vt coniux possit secundò nubere.2.to.284.per tot.
Absentẽ nullatenus absoluere licet.1.t.882. b
Absentia coniugis quantuncunq; longa, etiã si mortuus credatur non efficit firmum secũdum matrimonium, sed illo aduentãte secundũ est dirimendum 2.to.283. & seq.
¶Absolutio à peccatis in mortis articulo à quouis sacerdote fieri potest iure positiuo 1. tomo.869.a.
Absolutio quæ fit per sacramentum & quæ fit per indulgẽtias in quo differant.1.t.967.
Absolutio à censuris potest per literas obtineri.1.to. 840.
Absolui potest in octo casibus quis ab excõmunicatione Papæ reseruata per suum parochum.1.to. 1029.a.
¶Abusus loquendi eorum, qui dicũt, parcat mihi Deus & beata virgo. 2.to 590.a.
¶Accidentis ratio est per naturam suam esse in alio.478.a.vide Eucharistia.
Accidentia relinquuntur in sacramento altaris sine subiecto videlicet sine substantia. 1.tomo.476.b.
Accidentia quæ remanẽt in eucharistia sunt sicut in subiecto in quãtitate dimẽsiua panis vel vini remanente.1.to. 478.b.
Accidentia etiam quarti prædicabilis manẽt in eucharistia sine subiecto. 1. tomo. 442. 477.478.
Accidentia non subsistunt in eucharistia per naturam suam.1.to 478.a.
Accidentia alia à quantitate potest Deus seruare in eucharistia sine quantitate.1.t.481.
Accidentium panis & vini eædem habentur notitiæ intuitiuæ ante consecrationem & post, non tamen iudicatiuæ in Christianis 1.to.442. 443.
¶Accedere ad eucharistiam cum cõscientia peccati mortalis, quod genus peccati sit.1. to.546.b.547 a.
¶Acolyti sine acoluthi significatio.2.to.17.a.
Acolyti officium.ibidem.
¶Actus coniugalis potest esse apud Deũ meritorius gratiæ.2.to.85.a.
Actus coniugalis licitus est.2. to.84.b.
Actus coniugalis obedientiæ & iustitiæ ac religionis

Universidad de Deusto Biblioteca

ligionis virtus.2.to.85.a.
Actui cõiugali peccatum accidere potest tripliciter.2.to.85.b.
Actus coniugalis non tollit rationis ordinem sicut fornicatoris & ideo alter non est peccatum sicut alius.2.to.86.a.
In actu coniugali nimia fruitio coniugibus vitanda.2.to. 86.a.
Actus bifariam excusatur.2.to.189.b.
Actus pœnitendi non est ei necessarius qui sic est peccatorũ oblitus vt facta diligẽtin dagine nequeat vllius reminisci.1.t.708.b.
Actus charitatis quantuncunq; egregius nullus valet ad salutẽ existẽti in peccato mortali, præter martyrium.1.to.707.b.
Actus pœnitentię à timore seruili procedit sicut à primo motu nostri affectus ad hoc ordinato.1.to.688.a.
¶Accusatio illegitimi matrimonij corã quo fieri debeat & quibus iuribus.1.to. 366.a.
Accusator & testis quis esse possit in causa matrimoniali.2.to.368.a.
Accusare matrimonium quæ personæ possint.2.to.366.b.
¶Adam cùm scientias omnes infusas haberet vtrum vtebatur phantasmate. 1. to.42.
Adam in quà ætate creatus sit 2. to. 452.a.
¶Adoptatio & filiatio legalis habẽt se vt causa & effectus.2 to.381.a.
Adoptio duplex perfecta & imperfecta.2.tomo.381 a.
Adoptio quid secundum iurisconsultos & theologos.2 to.380.b.
Adoptio quare inuenta.2.to.380.a.
Adoptare quæ personæ possint.2.to.381.b.
¶Adorare & suscipere sacramentum non idẽ sunt.1.to.517.a.
¶Aduentus Christi duplex.2.t7. 418 b.
¶Adultera dotem amittit deferendam marito eam publica authoritate occidenti.2.to. 280.b.vide in verbo vxoricidium.
Adultera an possit debitum à viro exigere.2. tomo.264.b.
Adulteræ pœna apud quasdam nationes.2. to.279.b.in fine.
Adulteram qui petijt ad diuortium in foro ecclesiæ, nequit ad necẽ postea ob id in seculari foro petere.2.to. 280.b.
Adulteram Hispani non necessaria morte cõdemnant.ibidem.
Adulteram occidens an peccet.2.to.280.a.
Adulteram occidendam cur Hispani tradãt marito.2.to.280. a.b.
Adulteram testibus conuictã potest vir publica authoritate occidere.2.to.279. b.
Adulteram an possit maritus propria authoritate occidere.2.to.278.b.Et an excusetur à pœna homicidij.2.to.279.a.
Adulteram vxorẽ num propria authoritate, non expectata ecclesiæ possit maritus deserere.2.to.263.b.& sequen.
Adulteram retinens, an in eius crimen consentire videatur.2.to.2.to.262. b.
Adulteram pertinacem nec resipiscẽtem an debeat maritus deserere. 2.to.261.b
Adulteram emendatam consilium est ne vir per diuortium deserat.2.to. 261.a.
Adulterij causa licitũ est diuortium petere.2. to.257.a. vide verbum diuortium.
Adulterij crimen est mixti fori, vbi discrimẽ fori assignatur.2.to. 280.b.
¶Aetas idonea suscipiendi sacramentum eucharistiæ.1.to. 567.a.
Aetas sponsalibus necessaria.2.to. 125.a.
Aetas ordinandorum de iure antiquo & de nouiori quæ sit.2.to 52.a.
Aetas matrimonio apta, quæ nam secundũ philosophos sit.2.to 252.b.
Aetas immatura matrimonio plurima secũ fert incommoda.2.to.252. b.
Aetas ad matrimonium secundum canones & leges exacta.2. to.253.a.
Aetas ad matrimoniũ requisita, an suppleri possit malitia, & an prudẽtia.2.to.253.b.
Aetatis defectus non solum est impedimentum propter impotẽtiam coẽundi sed propter defectum vsus rationis.2. to 254.b.
Aetatis defectus impedit & dirimit matrimonium.2.to.253.b.
Aetate minori fœmina cur maturior sit viro quàm vir fœminæ.2 to.255.b.
¶Affinitas triplex, spiritualis contrahitur in baptismo impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractũ.1.t.258.
Affinitas spiritualis contrahitur si non baptizatus baptizet, non tamen si baptizatum de fonte leuet.1.to.259.a.
Affinitas spiritualis cõtrahitur etiã si suscipiẽs puerũ in baptismo sit hæreticus ibid.
Affinitas contrahit in baptismo priuato, qui fit in necessitate nõ in publico cathecismo quiin ecclesia fit.1.to.260.vide.baptismus.
Affinitas triplex spiritualis impediens matrimonium contrahendum & dirimens contractum contrahitur in confirmatione.1. to.371.a.vide confirmatio.
Affinitas sponsalibus superueniẽs ea dirimit. 2.to.132.a.&168.b.

Affini-

Affinitas quæ propriè dicatur, secundo tomo.349.b
Affinitas aliqua an contrahatur, secundo tomo.349.a
Affinitas non contrahitur per coitum nefarium, secũdo tom. 353.b
Affinitas quoto gradu prohibita, secundo tom.356.a
Affinitas non contrahitur per osculum & impudicos tactus, imò nec per seminis effusionem extra legitimum vas, secundo tomo.353.b
Affinitas omnis vsque ad quartum gradum impedimentum est matrimonium contrahendum impediens & contractum dirimens.2.to.356.a
Affinitas per illicitum concubitum contrahitur dummodo in vase legitimo copula consumetur.2.tom.353.a
Affinitas vel aliquod matrimonij impedimẽtum vtrum post sponsalia contrahatur, secundo tom.352.b
Affinitas vna an aliam trahat, secundo tomo.350.a
Affinitatis gradus an sit aliquis iure naturæ vetitus.2.tom.356.b
Affinitatis perpetuũ est vinculum, secundo tom.352.b
Affinitatem cum patre an contrahat qui filium Iudęi vel gentilis de fonte leuauit, secundo tom.379.a
¶Agar vera vxor Abrahæ.2.tom.215.a
Agar cum suo Ismaële domo propelli iussa est secundo tom.216.a
Agar quomodo repudiata.2.to.226.a
¶Agni paschalis esus propriè erat sacramentum.1.tom.133.a
¶Alexander.vj.pontifex vtrùm commiserit dominium occidentalium insularum regibus Catholicis.1.tom.309.a
¶Alimentorum vsus nõ erit post resurrectionem.2.tom.455.a
¶Alba qua induitur sacerdos sacra facturus quid significet.1.tom.617.a.627.a
¶Alchimicę aquę & ex herbarum succis expressæ, æquiuocè dicuntur aquę, primo tomo.203.
¶Altare vnde dicatur.1.tom.621.b
Altare quid designet ibidem.621.b
Altare necesse est consecretur eucharistiæ sacrificio celebrando ibidem.624.
¶Amentem à natiuitate baptizari posse & corpus Christi in necessitate recipere posse ait gloss. in capit.recedunt.26. quæst.6. primo tom.564.a
Amentibus & furiosis per interualla an sit administrãdum sacramentum.1. to. 564.a
Amicitiæ duo genera.2.tom.350.a
Amictus qui imponitur capiti sacerdotis velum significat, quo Iudæi faciem Christi velabant dicentes, Prophetiza nobis &c. primo tom.627.a
Amor & delectatio non est in omnibus beatis æqualis.2.to.611.b
Amor in patria non est liber.2.to.625.a
¶Anabaptistæ quare baptizatos in infantia putent rebaptizandos.1.tom.302.b
¶Anastasius veram intentionem habuit baptizandi licet ioco id fecerit.1.to.133.a
¶Ancillam si ducat ingenuus credens liberam, si tamen dicat, quod eam duceret si esset ancilla, minimè tenet.2.to.249.a
Ancillam herus si ingenuo loceat, tunc & libertate donare, censetur, & matrimoniũ legitimum est.2.tom.249.a
Ancillam si ducat vxorem herus matrimonium stabile est ibidem.b
Ancillam si quis ignorãs duxerit an ea post ea secreto à domino manumissa conualescat matrimonium.2.to.249.a
Ancillam si quis ducat libertate in tempus donatam, an valeat matrimonium.secundo tom.249.b
Ancillam ingenuus duxit post conditionis conscius. matrimonium confirmare cupit, an tunc eadem ipsa cõsentire debeat. 250.a
¶Angariare quid.1.tom.410.a
¶Angelus via ordinaria sacramẽta ministrare non potest.1.tom.128.b
Angelus non potest eucharistiam spiritualiter sumere: quia re ipsa sumere non potest.2.tom.534.a
Angelus quo pacto Deum comprehendat, secundo tom.607.b
Angelus & anima in quo differant, secundo tomo.393.b
Angeli vtrũ diem iudicij nouerint.1.to.421.a
Angeli animas in cælũ euehunt.2.t.471.b
Angeli neque boni neq; mali sententia christi iudicabuntur, quantum ad suppliciũ vel præmium, essentiale.2.to.527.b
Angeli nõ organizabunt corpus hominis in resurrectione.2.tom.423.a
Angeli possunt à Christo virtutem accipere ministrandi sacramẽta.1.to.128.b
Angelorum bonorum & malorum officia in die iudicij, secundo to.411. b. & .412.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelorum ruinas per hominũ assumptionem reparandas esse, quomodo intelligẽdum sit.1.tom.335.b
¶Anima Christi ex vi consecrationis solum est in eucharistia, qua ratione dat esse corporeum.1.tom.453.b.454.b
Anima Christi videt in verbo omnia quæ Deus videt scientia visionis, secundo tomo.620.b
Anima separata à corpore eandem naturam & affectionem ad corpus retinet, non è contra corpus ad animam, secundo tomo.433.b
Anima an indigeat organo corporeo, secundo tom.389.b
Anima fœlix, quæ in paradyso inhabitarit, nulla vnquam in hanc vitã reuocata fuit, secundo tom.477.a
Anima separata à corpore vtrùm moueatur localiter.1.tom.470.a
Anima nostra & brutorum quibus differentijs distinguuntur.2.tom.390.a
Animam esse immortalem an sit ratione naturali cognitum.2.tom.387.a
Animam non esse corruptibilem quibus rationibus probetur.2.tom.390.a
Animam esse immortalem firmissima eadẽque certissima confessio est Christianæ fidei, 2.tom.388.a
Animam per se subsistere quibus rationibus vænandum sit.2.tom.389.b
Animam esse immortalem dubitarũt aliqui propter malè intellectum Aristotelem, secundo tom.391.b
Animæ puerorum sine baptismo obeuntiũ deportantur à dæmonibus in limbum, secundo tom.472.a
Animæ Beatorum secũdum beatitudinis positam legem nequeunt è suis receptaculis exire nunquam reuersurę.2.to.475.a
Animæ defunctorum non quidem necessitate, eò quod in sua receptacula conferre se ipsæ nequeant, sed alijs de causis deferuntur vel ab angelis vel à dæmonibus.2.tom.471.a.b
Animæ defunctorum secundum permissionem aut dispensationem è suis receptaculis ad nos possunt reuerti. 2.to.475.b
Animæ defunctorum in sinu Abrahæ expectant resurrectionem corporũ.2.to.468.b
Animæ nunquam ab inferno aut limbo ita egrediũtur, vt nõ sint reuersurę.2.to.475.a
Animæ iudicium mentale.2. tomo.471.b.
Animę quæ sunt in purgatorio solent apparẽdo suffragia sibi fieri deposcere.2.t.476.
Animæ quæ in inferno detinentur vtrũ aliquando exeant.2.tom.476.b
Animæ separatę qualiter ab igne inferni pati dicuntur.2.672.a
Animæ iustorum illico in cœlũ euolant, secundo tom.471.b
Animæ damnatorum an fungantur officio dæmonum ad tentandos homines, secundo tom.476.b
Animæ nonnunquam alibi quàm in purgatorio purgantur.1.tom.919.b
Animarum quinque fuerunt ab orbe condito receptacula.2.tom.459.b
Animarum status duplex. ibidem.
Animas à purgatorio eripi tãgendo benedictũ calculũ, vel recitando Aue Maria aut Pater noster, deberet populo dissuaderi.1.tom.981.
Aias dãnatorũ post aliquot secula purgatas regno dei perfruituras putabat Origenes secundo tom.671.a
Animas defunctorũ falsò existimat vulgus in purgatorio detineri quo vsq; debitorũ restitutio hic fiat.2.tom.490.b
¶Annihilatum nõ potest idem numero iteratò creari secundum D. Thomã primo tom.486.a
¶Annus probatiõis an abbreuiari debeat ingredienti religionem post matrimonium, ratum, secundo tom.120.a
Annus integer probationis expectandus est manenti in seculo, nec interim potest alij matrimonio iungi.2.tom.120.a
Ann° inceptus an sufficiat ad spõsalia, secũdo tom.126.
Annus inceptus an sufficiat ad matrimoniũ secundo tom.253.b
¶Antichristus quare permittetur persequi familiam Christi.2.tom.507.a
Antichristus quanto tempore persequetur ecclesiam.2.tom.510.a
Antichristus vera miracula non edet, secundo tom.510.a
Antichristus aduentum Christi præcessurus est.2.tom.504.b
Antichristus quare sit dictus.2.tomo.504.b
Antichristus pessimus omnium futurus est mortalium, 2.tom.509.a
Antichristus per Michaelem extinguetur, secundo tom.510.a
Antichristi natiuitas & mores, secundo tomo.508.b.&.509.b
¶Antiochus cum subuersionẽ Hierosolymorum

morum moliretur, quare veniam non obtinuerit.1.tom.702.b
¶Appetit° duplex, vnus naturalis: alius liber secundo tom.584.a
¶Applicatio sacrificiorum vnius ad alterũ valet de condigno similiter ieiuniorum & aliorum operum.1.tom.971.b
¶Apostata à fide siue clericus siue laicus irregularis est.2.tom.56.b
¶Apostoli creati sunt à Christo episcopi.2.to.32.a.&.1.tom.93.b
Apostoli etiam post cõfirmationem habuerunt habitum pœnitentiæ.1.tomo.694.b
Apostoli an solum per manuum impositionem confirmarint.1.tom.353. b
Apostoli post latum præceptum baptismi tenebantur Euangelico sacramento baptizari.1.tom.270.b
Apostolos baptizatos fuisse baptismo Christi pro certo tenendum est, primo to.271.a
Apostolos resuscitasse gentiles qui in inferno damnati erant, quomodo intelligendum sit.2.tom.487.b
¶Aqua quæ fluxit de latere christi pendẽtis in cruce naturalis fuit, primo to.202.b
Aqua benedicta virtute operis valet contra dæmonum insidias, & ad venialium remissionem.1.tom.142.349.b
Aqua benedicta non est sacramentum, primo to.142.b
Aqua & quodlibet aliud elementum habere potest qualitates secũdas non quidem natiuas, sed peregrinas, primo to.202.a
Aqua benedicta & alia sacramentalia delẽt venialia peccata siue displicentia actuali ex opere operato virtute clauium.1. tomo.725.b.732.a
Aqua in ea quantitate est miscenda vino ad conficiendum sacramentum eucharistiæ qua facile possit in vinum cõuerti. primo tomo.416.a
Aqua est species atoma: quare non possunt duæ aquæ specie differre. primo to.201.b
Aqua an sit de necessitate sacramenti eucharistiæ.1.tom.413.b.& seq.
Aqua deficiẽte an sit paruulus iam iam moriturus in puteum aut proximum fluminẽ proijciendus, ne moriatur nõ baptizatus, primo to.224.b.&.225.a
Aqua qualicunque transmutatione transmutatur dummodo non soluatur species aquæ potest fieri baptismus, primo tomo.200.b
Aquæ sumptio impedit eucharistię susceptionem.1.tom.562.a
Aquæ mistio cum vino non est de necessitate sacramenti eucharistiæ, sed de necessitate præcepti, primo tomo.413. vsque.415
Aquam exire de corpore Christi iam mortui miraculum fuit.1.tom.202.b
¶Archiepiscop° idẽ qui & metropolitanus, secũdo tom.36.a
¶Argumentum nullum desumi potest ex veteri lege, nisi quatenus natiuam vim naturalis iuris habet, secũdo to.331.b
¶Aristot. libro.2. de Gene. capit.3. clarissimè dicit animam extrinsecus aduenire & esse diuinam.2.tom.393.b
Aristotelem cognouisse anima esse immortalem doctissimè comprobatur, secundo tom.391.b
¶Aranea in calicem consecratum incidens extrahitur & comburitur & species sumũtur.1.tom.643.b
¶Arbor affinitatis noua excogitata ab authore.2.tom.351.a.b
¶Articulus mortis quis dicatur, primo tomo.870.b
¶Astra corporaque cœlestia incremento lucis in mundi innouatione decorabuntur, secundo tom.559.b
¶Attritio existimata contritio sufficiens dispositio est ad suscipienda omnia sacramẽta, primo tom.539.
Attritio cognita solum sufficit ad baptismũ sufficiendum.1.tom.539.b
Attritio existimata contritio est sufficiens dispositio ad sumendam eucharistiam: & cõfirmationem, primo tomo.539.541. & sequent. &.565.
Attritio cognita non sufficit ibidem.
Attritio duplex.1.tom.781.b
Attritio an sit à contritione differat vt fieri nequeat contritio.1.tom.778.b
Attritio sine sacramento non sufficit quanuis contrarium dicat Caietanus, primo tomo.781.a
Attritum fieri contritum per sacramentum non est certum secundum fidem. ibidem.
¶Auditus etiam in corpore glorificato habebit vsum fœlicissimum.2.to.641.b
¶Auerroes quàm delirè & phrenetice Aristotelem interpretetur loquentem de intellectu agente, & possibili.2.to.392.a.b
¶Augmentum meriti etiam minimum plurisest æstimandum, quàm liberatio à maxima pœna purgatorij.1.to.977.b
¶Aureola quid. 2.tom.655.a.&.656.a

Aureo

Universidad de Deusto Biblioteca

Aureola virginitatis an sit concedenda sacratissimę virgini.2.tom.661.b
Aureola non est principaliter in corpore, sed in mente, quanuis per quandam redundantiam refulgeat in corpore, secundo tomo.666.b
Aureola non competit Christo domino, secundo tom.665. Item nec angelis.666.a
Aureola doctorum quibus debeatur, secundo tom. 664. b
Aureola Martyrum cæteris anteferenda est secundo tom.665.a
Aureolam virginitatis an valeant promereri frigidi & eunuchi, ceteriq; ad generandũ impotẽtes.2.to.661.a
Ad aureolam virginitatis requiritur propositum perpetuo virginitatis seruandę, secũdo tom.660.b
Aureolæ tantum sunt tres, scilicet virginitatis, martyrij, & doctrinæ, secundo tomo. 659.b
Aureolæ an sint ab essentiali beatitudine distinctę.2.to.656.a
Aureolæ vtrùm futuræ sint in beatis à fructibus distinctæ.2.tom.655.a
Aureolæ subiectum quod, secundo tomo. 656. b
Author suorum operum catalogum recensens quædam animaduertit & castigat.2. tomo.687.& sequen.
Auxilium speciale necessarium est ad infusionem primam gratiæ ex parte peccatoris: vel vt conuertatur peccator, primo tom.691.per totam &. 692.contra Scotum & alios.
¶ Azimi quo die fiebãt apud Iudęos: vbi pulcherrima disputatio de die quo Christus pascha celebrauit.1.tom.407.b

B

BALNEARI cum parẽtibus nefas erat filijs apud Romanos.2.tomo.333.a
Balsamum non est necessariò adhibendum in materia cõfirmationis necessitate sacramenti, sed necessitate præcepti, primo tomo. 356. a
Balsamum ex Christi institutione miscendum est vnguento in materia confirmationis, primo tom.357.a
¶ Bannum quid, secundo tom.138.b
Banna vnde originem traxerint, secundo tom.140.a
Banna an exigantur ante sponsaliorum contractum.2.to.142.a
Banna non sunt iussa iure cõmuni sub excõmunicationis pœna, ibidem.b
Bannorum ritus dissimulãdus esset nec absque illis contrahentes excommunicandi.2.tom.142.b
Bannorum omissio non est mortalis, secundo tom.144.b
¶ Baptisma triplex in peccati remediũ, primo tom.237.a
Baptisma verum quantam requirat aquam. 1.tom.221.a
Baptismus collatus in nomine genitoris & geniti & procedentis ab vtroque an valeat.1.tom.210.b
Vtrùm etiam valeat in nomine christi & in nomine trinitatis, primo tomo.212. vsq; ad 218.
Baptismatũ trium assertio & à sanctis celebratur & à sacris literis fundamentum habet.primo tom.237.b
Baptismus aquæ solus inter baptismata est propriè baptismus, primo tom.239.b
Baptismus flaminis præstat simpliciter baptismo aquæ vtriq; tamen præstat baptismus sanguinis.1.to.243.244.a
Baptismus flaminis & sanguinis quare sic dicantur & quid sint.1.tom.238.239
Baptismus flaminis & sanguinis quo modo suppleant vicem baptismi aquæ, primo tom.241.269.b
Baptismus aquę solus inter baptismata est simpliciter in præcepto & simpliciter necessarius ad originalis remissionem, primo tom.240.
Baptismus flaminis & sanguinis non sufficiunt simpliciter ad salutem neque excusant ab obligatione baptismi aquę.1.tom. 240.265.b.269.a.329.a
Baptismus sanguinis & flaminis quomodo differant.1.tom.242.a
Baptismus de iure diuino non est repetẽdus 1.tom.227.b. & sequenti.
Baptismus in cõsilio fuit vsq; ad christi passionẽ: inde tamẽ in præcepto.1. t.195.267. a
Baptismus valet si infans inuitis parẽtibus in fidelibus baptizetur.1.tom.371.a
Baptismus solus repræsentat passionẽ Christi.1.tom.228.a.290.b
Baptismus geminandus est super mõstrum, quod est duo supposita.1. tom.231.b
Baptismus sub conditione est licitus quoties adhibita diligentia non possumus assequi sit ne infans baptizatus necne, primo tomo.230.b

Baptismus minuit in hac vita concupiscentiam & auferet pœnalitates in resurrectione.1.tom.325.326.
Baptismus flaminis suapte natura totã pœnam remittit.1.tom.244.a
Baptismus necessarius est & necessitate finis & necessitate præcepti. primo.tomo.262. vsque.265.
Baptismus solennis quando in primitiua ecclesia celebrabatur, baptizatos statim cõfirmabat Episcopus.1.to.236.a
Baptismus est in genere actionis vel passionis.1.to.15.b.189.b
Baptismus multis nominibus nuncupatur à sanctis.1.tom.187.b
Baptismus per antonomasiam est & dicitur sacramentum fidei, ibidem.
Baptismus supponit solùm pro ablutione passiua connotando, quod fiat sub tali forma, primo tomo.16.b.188.vsq;.190.
Baptismus Ioannis à Ioanne Deo inspirante institutus est rite antecessurus Christi baptismum.1.tom.175.176.
Baptismus Ioannis non fuit sacramentum etiam ad eum modum, quo legis veteris sacramentum.1.tom.177.b
Baptismus Ioannis non fuit in præcepto populo Iudæorum.1.tom.177.a
Baptismus Ioannis erat dispositio remota & quodammodo extrinseca baptismi Christi.1.tom.179.
Baptismus Ioannis non conferebat gratiã, to.1. 178.per tot.
Baptismus institutus fuit cum Christus baptizatus fuit in Iordane.1.tom. 192.b
Baptismus in nomine Christi tantum, nunc temporis non est validus, primo to.213.a
Baptismus quantum circuncisioni præcellat.1.tom.191 b
Baptismus Ioannis partim fuit à Deo partim ab ipso Ioanne.1.tom.175.b
Baptismus imprimit characterem quem circuncisio non imprimebat.1.tom.162.b
Baptismus in adultis vsque ad certum tempus differri potest.1.to.280.a
Baptismus in pueris differri non debet, primo tom.280.a
Baptismus sub illa forma collatus à pluribus nos te baptizamus, non videtur esse sacramentum.1.tom.252.a
Baptismus verus est etiam si cum periculo mortis paruulus in flumen mergitur & emergitur.275.b
Baptismus est sacramentorum iantua.secundo tom.305.a
Baptismus an posit fieri per modum aspersionis.1.tom.219 a
Baptismus Ioannis non excusabat baptizatos à baptismo Christi suscipiendo, primo tom.183.184.b
Baptismus non erat repetendus in quadam muliere Lusitana, quæ conuersa fuit in virum.1.tom.135.b
Baptismi definitiones, primo tomo.187. & sequenti.
Baptismi forma in nomine patris re instituta est à Christo, quando ipse in Iordane baptizatus est, primo to.194.213.a
Baptismi aqua dicitur à sanctis patribus Christi sanguine rubricata.primo tomo. 200.b
Baptismi præceptum habetur Ioãnis tertio. Matthæi.28. Marc.vltim.primo tom.265. & sequent.
Baptismi institutio & vsus pręcesserũt Christi passionem.1.to.192.& seq.
Baptismi suscipiendi tempus præfinire potuit ecclesia cunctis baptismi notitiam habentibus.1.to.282.b
Baptismi forma & ablutio debent esse simul non mathematico sed humano more, primo tom.224.a
Baptismi sacramentum nemo simpliciter inuitus suscipit: tamen conditionaliter inuitus etiam metu mortis, primo tomo. 293.b
Baptismi proprius effectus est apertio regni cœlorum.1.tom.331.b.332.
Baptismi gratia par est in omnibus paruulis: in adultis dispar, iuxta variam cuiusque dispositionem, primò tomo. 333. & 336.
Baptismi proprius effectus est condonatio omnis culpæ, & omnis pœnæ, primo tomo.321.& infra.331.
Baptismi Christi pręceptum habebant Apostoli, quo baptizati sunt viuente Christo. 1.tom.270.b.271.
Baptismi præceptum simul cum iure naturæ obligat patres, suos baptizare filios.1. tomo.281.a
Baptismi ritus & ceremoniæ explicantur.1. tom.254.& infra.
In baptismi forma necesse est, vt conferatur sacramentum, quod explicetur actus, qui exercetur à ministro cum inuocatione trinitatis.1.tom.204.b

In ba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

In baptiſmi forma nõ poteſt exprimi actus niſi ſimul,& perſona recipiens explicetur, primo tomo.208.a.b
Baptiſmi forma qua vtuntur Græci ſit ne legitima, & an liceat noſtris illa vti, & grę cis noſtra.1.tom.205.& ſequent.
In baptiſmi forma quid ſignificet dictio in nomine.1.tom.209.
Baptiſmi duplex materia: aqua ſcilicet & ablutio.1.tom.188.
Baptiſmi materiam congruentiſsimam inſtituit Chriſtus aquam,primo tomo.199. & ſequent.
Baptiſmi materia eſſe poteſt aqua , in quam reſoluuntur nix & grando,gelu,& nõ nix ipſa vel grãdo.1.tom.202.a
Baptiſmi materia non ſunt ſudor lachrimæ, vrina,ſeruiſia, ptiſana ,aquæ Alchimicæ. vel ex pane aut herbis expreſſæ,primo to mo.202.b.203.a
Baptiſmi miniſtri ex officio ſunt ſacerdotes 1.to.246.b
Baptiſmi vtendi neceſsitas inducta fuit hominibus poſt paſsionem & reſurrectionẽ, primo tom.191.a
Baptiſmi duo tempora.1.tom.234.b
Baptiſmi tempus ab eccleſia conſtitutum expectantes ſi repentina morte occupentur, in ſuo deſiderio ſaluãtur.1.tom.280. b
Baptiſmi delatio quando nõ ſit facienda in adultis.1.tom.280.b
Baptiſmi integritas tollitur deficiẽte aliquo ad plenam inuocationẽ trinitatis, primo tom.212.b
Baptiſmum congruè præcedit catechiſmus & exorciſmus.1.tom.135.&.146.a. vide exorciſmus.
Baptiſmum ſuſcipere tenetur adultus quiſque vbi primum rationis vſum attigerit, primo tom.281.a.b
Baptiſmum qui non aſſumpſerunt, non ligantur eccleſiæ præceptis.2.to.661.b
Baptiſmum verum ſuſcipit peccator impœnitens ſi cum intentione eccleſiæ baptizetur.1.tom.284.b.289.a
Ad baptiſmum nõ licet quenquam cogere, primo tom.304.b
Per baptiſmum ſatisfactio Chriſti reputatur plenaria noſtra.1.tom.291.a
Baptiſmum Ioannis ſuſcipientes quomodo confitebantur peccata.1.tom.179.b
Baptiſmum fierit bina aut trina merſione accidentarium eſt, & non neceſſarium, primo tom.222.a
Baptiſmo peculiari ratione tribuitur quod illuminat intellectum & fœcundat affectũ, primo tom.329.b
Baptiſmo flaminis & ſanguinis baptizatus fuit Chriſtus.1.tom.239.b
Baptiſmo flaminis non ſunt baptizati ſancti innocentes:ſed baptiſmo ſanguinis, prio tom.239.a
Sine baptiſmo in re vel in voto nemo poteſt ſalutem aſſequi.1.to.268.& ſeq.
Baptiſmo Ioannis quare voluerit Chriſtus baptizari.1.tom.181.
Baptiſmo Ioannis baptizari aliquos ante Chriſtum,alios poſt Chriſtum congruũ fuit.1.tom.181.b.182.
Baptiſmo Chriſti baptizata eſt virgo Maria, primo tom.272.a
Baptiſmo Chriſti baptizatus eſt Ioannes baptiſta.1.to.271.b
Sine baptiſmo aquæ affirmare eſſe aliquod remedium quod pueris ſufficiat ad ſalutem error eſt: temerè autem dictum,quòd ſuppleatur in illis effectus baptiſmi, primo tom.272.vſq;273.
In baptiſmo ſolenni ſacerdotes ſeruare tenentur ritum matricis eccleſiæ non Metropolitanæ,aut Romanæ,primo to.222.b
Abſque baptiſmo nullius ſacramenti eſt homo capax.2.tom.25.b
Baptizo, verbo Græco conuenientius vtitur eccleſia in forma baptiſmi, quam latino verbo,abluo.1.to.32. a
Baptizare ſe nemo poteſt.1.to.208.b
Baptizare poteſt non baptizatus,primo tomo.249.a
Baptizare ſolenniter nemo alius, quã plebanus poteſt, in ſua parecia, niſi ex priuilegio vel plebani facultate.1.to.246 a
Baptizare licet puerum iam iam moriturũ recuſantibus parentibus infidelibus, non tamen multum pugnantibus primo tom. 315.a
Baptizare ſimul plures quãdo liceat,& qua forma tunc vtendum ſit.1.tom.256.b
Baptizare poſſe mutum nutibus error eſt,1. tom.256.b
Baptizare puerum cum intentione ei nocẽdi in vita temporali aut alio ſiniſtro propoſito licet ſit peccatum graue non tamẽ tollit veritatẽ ſacramenti.1.tom.225.a
Baptizari poſſunt infidelium filij abſque parentum conſenſu ſi ab illis conueniri nõ poſsint.1.tom.312.b.313.a
Baptizari poſſunt inuitis parentibus infidelium

delium filij ratione iam vtentes,primo tomo.313.a
Baptizari an poſsit pars pueri exciſa ex vtero materno.primo to.316.a
Baptizari nemo debet inuitus,primo tomo 293.b
Baptizabant Apoſtoli ante paſsionem ſub hac forma, in nomine Chriſti. primo tomo.194.a
Baptizauerunt ſemper Apoſtoli poſt Chriſti paſsionem,in nomine patris &c.niſi q̃ forſitan addebant dictioni,filij, Ieſu Chriſti.1.tom.216.b
¶ Quod ſi quando baptizatunt in nomine Chriſti, id factum eſt ſpeciali reuelatione.primo to.216.b.& 217.
Baptizans vel baptizatus bis,eſt irregularis, ſecundo tom.56.b
Baptizans proprium filium, quando debitum petere,& aliud inire coniugium impediatur.2.tom.275.a
Baptizans domi citra neceſsitatem caſtigatur.1.tom.250.b
Si baptizantes ſint ſimul plures: illę baptizat ſolum,qui prius formam profert, reliqui vero tanquam ſacrilegi ſunt rebaptizatores.1.tom.252.a
Baptizandi ſunt furioſi quidam alij vero minimè baptizandi ſunt. primo tomo .318. 319.b
Baptizandi nõ ſunt pueri ſi dubitatur an aqua ſit vera. Quod ſi baptizetur ſub conditione ſunt baptizandi, primo tomo. 203.a
Baptizandi non ſunt ob ſcrupulum aliquẽ, adulti è Chriſtianis inter Chriſtianos nati primo tom.231.a
Baptizandi non ſunt infidelium filij antequam vſum rationis habeant parentibus inuitis, aut tutoribus, ſi vtroque parente ſint orbati.1.to.310. & infra.
Baptizandi ſunt pueri vt moris eſt octauo die.1.tom.235.a.281.a
In baptizando adultero per ſe requiritur voluntas, primo tomo.294. vſque ad paginam.296.
In baptizando peccatore adulto, requiritur pœnitentia virtus, non autem penitentia ſacramentum,primo tomo.284.b.& infra 291.&.292.
In baptizandis adultis in inſulis vbi noua plantatur eccleſia, conſilium eſſet vt ſeruaretur tempus quod in primitiua eccleſia.1.tom.235.a
¶ Imò oppoſitum eſſet peccatum mortale, primo tom.283.a
Baptizati quotquot fuerunt baptiſmo Ioannis, erant poſtea baptizandi baptiſmo Chriſti.1.to.183. a
Baptizati infantes poſt modum ſunt ad fidem compellẽdi.1.to.302.b
Baptizatus non maneret, ſi quis ita aſpergeretur, vt aqua nullam corporis partem tangeret, ſed veſtes tãtum, primo to.221.b
Baptizatus inuitus recipit characterem, non tamen gratiam.1.to.293.b.
Baptizatus de ſacro fonte ab aliquo quaſi in inſtructionem & tutelam ſuſcipiendus eſt primo tomo.257. b
Baptizatis pueris domi in eccleſia ſunt adhibendi, catechiſmi, & exorciſmi,primo tomo.231.a
In baptizato requiritur recta fides ad ſuſcipiendam gratiamba ptiſmi ,non characterem.1.tom.297.298.
Baptizatos chriſmare in fronte nulla ratione licet presbyteris.1.tom.236.a
¶Beatiſſima virgo Maria vide in verbo Maria.
¶Beatus nõ eſt qui habet quidquid vult,vt vulgus exiſtimat.2.to.590.a
Beati vniuerſi vident in verbo omnes quidditates rerũ naturaliũ nõ tamẽ rerũ ſupernaturalium,vt opinabatur Durandus ſecundo to.618.b.
Beati vident creaturas viſione matutina & veſpertina , quid.2.to.616 b.
Beati vniuerſi vident omnia quę ſunt formaliter in Deo.2.to.614.b.
Beati nõ ſunt miniſtri ſacramẽtorũ licet poteſtatem miniſtrandi ſacramenta habeãt incelo.1.to.323.b.
Beati non omnes equali beatitudine fruentur.2.to.609.a.b.
Beati an poſſint videre eſſentiam dei non videndo perſonam.2.to.613.b.
Beati vidẽt in verbo quãũ ad rerũ exiſtẽtias quotquot adſuum cuiusque ſtatum pertinent.2.to.620.b.
Beati in corporibus glorificatis mouebũtur locali motu.2.to. 650.a.
Beati an pedibus gradiẽtur an vero alio motu mouebuntur.2.to.650.a.
Beati etiã habitibus penitentię in ſignificãtur.
Beati damnatorum miſeriam & pœnas vident.2.tom.685.a.b
1.to.694.b.
Beatorum viſiones per quid variabuntur vt ſunt

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt aliæ alijs perfectiores, secundo tomo 610.a
Beatitudo in genere cognita necessitatem infert voluntati quantum ad specificationem, non tamen quantum ad exercitiũ. 2.to.587.a
Beatitudo perfecta & suprema naturalibus viribꝰ acquiri nõ potest.2.to.593.b &.590.a
Beatitudo non consistit in operatione hominis, quæ in hac vita caduca haberi potest. secundo tom.571.a
Beatitudo vtrùm sit potius intellectus quam voluntatis operatio.2.t.571.b
Beatitudo perfecta semel acquisita amitti nõ potest.2.tom.593.a
Beatitudo in nulla re corporea consistit.2.tomo.566.b
Beatitudo practica & speculatiua.secundo tom.582.b
Beatitudo quid & in quo distinguatur à felicitate & vltimo fine.2.tom.566.a
Beatitudo est intellectus cognitio per se sufficiens.2.to.582. b
Beatitudo est actio immanens.2.to.570.a
Beatitudo post resurrectionem erit intensiue maior.2.to.627.a
Beatitudinem in visione consistere & in fruitione adeo non sunt diuersa vt sint idem, secundo tom.582.a
Beatitudinem sub generali ratiõe omnis homo suapte natura appetit non solum naturali inclinatione, sed etiam actu elicito. 2 tom.586.a
Beatitudinem in particulari cognitã, nemo naturaliter potest appetere actu elicito, nisi supernaturalis cognitione præsupposita.2.tom.589.a
¶Benedictio ecclesiæ an sit forma matrimonij.2.tom.89.a
Benedictio aquæ baptismalis nõ est de essentia baptismi. 1.tom.358.b
Benedictio nuptialis solum est de solennitate, non autem de forma necessaria. secundo tom.94.a.95.b
Benedictiones nuptiales ecclesiæ per cõsummationem matrimonij præuenire an sit peccatum.2.to.143.b
Benedicere in deo est benefacere.2.to.544.b
¶Bigamus quicunque irregularis est, secundo tom.135.b.in principio.
Bigamus quis dicatur.2.to.132.b
Bigamus primus in lege naturæ fuit Lamech, qui duabus vxoribus vsus est, secũdo tom.214.b
Bigamus contrahens cum duabus successiuè irregularis est, & huiusmodi irregularitas, an sit de iure diuino.2.to.133.b
Bigamus an sit qui duo matrimonia inualida consummauit.2. to.134.b
Bigamus fit ducens vnam de iure & alteram de facto.2.to.134.a
Bigamus est qui ab altero cognitam ducit vxorem.2.to.134.b
Bigamus non est qui virginem à se constupratam duxit.2.to.135. a
Bigamus fit qui adulteram vxorem scienter post adulterium cognoscit, secundo tom. 133.b.& .135. b
Bigamus est qui post solenne castitatis votum matrimonium de facto contraxit, secundo.tom.135.b.& 133.b
Bigami clericali priuilegio non fruuntur, secundo tom.29.a
Bigami septem modis fiunt.2.to.133.a
Bigamia significationi sacramenti contraria est.2.tom.55.b
Bigamia duobus matrimonijs cõsummatis contrahitur.2.tom.133.a
Bigamia in omni lege fuit ibidem.
Bigamiæ duplex genus ibidem.
Bigamiæ irregularitas non tollitur per baptismum.2 to.136.
Bigamiæ Abrahæ mysterium explicatur, secundo tom.215.a
Bigamia ante baptismum contracta obstat sacramento ordinis, suscipiendo. secundo tom.136.per tot.art.
¶Blasphemia grauius peccatum est genere suo quam homicidium primo tomo. 548.a
¶Bonum triplex.2.tom.192.a.&,566.b
Bonum matrimonij sicut & eius finis triplex 2.tom.211.b
Bonum nullum est, quod non præmietur, an verificetur in damnatis, primo tomo. 755.a.b
Bonum solum an sit obiectum voluntatis, secundo tom.587.a
Bona excusantia matrimonium tria tantum sunt.2.tom.191.b
Bona matrimonij duplicia.2.tom.191.b
Bona huius seculi quare certis limitibus & lineis distincta sint.2. to.621.a
Bona animi in tribus vitæ generibus collocabant sapientes.2.to.592.b
¶Brutæ animantes secundum Aristot.& Plinium etiam maternum congressum exhorrent.2. tom.334.a

Brutæ

Brutæ animantes, quia cognitione finis carent non sunt animæ capaces.2.to.326.b.
¶Bucella quam Christus Iudæ porrexit, fuit vino intincta.1.to.583.b.
¶Bulla cœnæ Dominicæ quos casus comp. chendat.1.to.1028.a.b.
Bulla cœnæ Dominicæ cessat cum ipso Papa.ibidem.
Bulla cœnæ Dominicæ non admodum antiqua.1.to.1027.a.
Bulla cruciatæ quem intelligat per Idoneũ.1. tomo.867.b.
Bulla cruciatæ an requirit, vt suscipiens sit in gratia.1.to.985.a.
Bulla cruciatæ dat licentiam eligendi cõfessorem.1.to.867.b.
Bullæ cruciatæ antiquitas & origo.1.to.268. b.&.985.

C.

CAelum quiescens præstantius erit post consummationem seculi, quàm mouens se. 2.to. 559.a.
Cæli conflagrationem mundi non perpetientur.2.to.555.b.
Cæli non sunt diuisibiles. 2.to.645.b.
¶Cæna Domini vtrùm facta fuerit quartadecima luna, an verò tertia decima. 1.tom. 402.b.403.& seq.
¶Cadaueris forma fuit in Christo defuncto. 1.to.454.contrà quam alij existimant.
Cadauera quare hodie non crementur.2.to. 492.a.
¶Calix quando primum eleuari cæpit discoopertus.1.to.642.a.
Calicis eleuatio in missa non ad modum antiqua est.ibid.
¶Calendarij error in assignatione diei conceptionis Christi.2.to.426.a.
¶Capitulum Cathedralis ecclesiæ sede vacãte non potest indulgentias cõcedere. 1.tomo.971.a.
¶Cardinales quare sic dicti.2.to.37.a.
Cardinalium antiquitas. ibidem.
Cardinalium ordo non censetur iure diuino institutus tãquam à presbyteris & episcopis distinctus: sed pontificum iure inuentus ostenditur.2.to.37.a.
¶Carere vsu ratiõis quis dicitur duplici modo.1.to.563.b.
¶Carthusianorum institutio, vt nocte etiam citra culpam polluti ad gradus altaris nõ accedãt plus affert pudoris religiosis quã reuerentiæ sacramento.1.to.589.b.
¶Casus cœnæ Dominicæ.1.to.833.a.
Casus reseruati quando sint tam confitendi quam absoluendi.1.to.830.a.
Casus quos possit reseruare superior.ibid. b.
¶Castrati nunquid matrimonium contrahere possint.2.to.238.b.
¶Castitatis voto an teneatur infans ante vsum rationis ordinibus sacris initiatus.2. tomo.51.a.
¶Cataphrygæ hæretici mulieres ad sacros ordines admittebant.2.to.49.b.
¶Catechismus & catechumenus quid sint.1. tomo.345.
Catechismus præcedere debet baptismum. 1.to.345.
Catechumenus defunctus ante baptismum an ingrediatur viam salutis.1.to.270.a.
Catechizationis forma ab Apostolis ad nos vsque deriuata.1.to.345.b.
¶Catharina filia Fernandi & Elisabet regum Hispaniæ duobus fratribus regibus Angliæ nupsit.2.to.338.a.
¶Catholicus vir an teneatur vxorem reconciliatam ecclesiæ in suam domum recipere & an ea inuita possit religionem ingredi.2.to.321.b.
¶Celebrans ante completam legitimam ętatem.2.to.75.a.
Celebrare in locis non consecratis vel benedictis vtrũ sit peccatũ mortale.1.to.622. b.
Celebrare bis in die quãdo liceat. 1.to.617.b.
Celebrare vtrùm liceat in ecclesijs violatis .1.to.623.a.
Celebrare extra ecclesiam si contẽptus absit nũquam est peccatum mortale.1.to.623.a.
¶Ceremoniæ legales quæ & quot sint.1.tomo.19.b.
Ceremoniæ quæ baptismũ exornant in tria diuiduntur.1.to.345.a.
Ceremoniæ missæ an congruenter sint institutæ.1.to.636.b.
¶Certitudo moralis quænam sit.2.to. 111. a.
Certitudo moralis requiritur mortis coniugis vt secundum matrimoniũ valeat.2. tomo.284.a.b.
¶Cessatio à diuinis est ministrorum prohibitio ne sacra faciant.1.to.1030. b.
Cessatio an sit licita.1.to.103.a
Cessatio potest tollie etiam citra iussum Põtificis partibus concordantibus.1.to.1036.a.
¶Charitas perfecta dupliciter dicitur. 1. tomo.921.a.

c Chara-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Character in quo sit tanquam in subiecto. 1.to.92.& seq.
Character in quo prædicamẽto & specie collocetur.1.to.85.vsque.89.
Character non est nouum inuentum Theologorum.1.to.80.a.229.a.
Character non est primarius effectus sacramenti.1.to.93.a.
Character quam consequẽtiam habeat cum fide & gratia.1.to.88.b.
Character idem per diuersos respectus dicitur potestates.1.to.931.b.
Character cõfirmatiõis necessario presupponit characterẽ baptismi, ita vt si qs baptizatus cõfirmaret nihil reciperet.1.to.363.b.
Character an sit res distincta ab anima. 1.tomo.931.b.
Character est res & sacramentum.1.to.186.b.
Character quare in matrimonio non imprimatur.2.to.193.a.
Character est omninò indelebilis.1.to.95. 96.
Character quomodo intelligatur esse dispositio ad gratiam.1.to.93.a.
Character significat signum distinctiuũ mẽbrorũ Christi ab infidelibus. 1.to. 81.b.
Character sacerdotalis nõ est necessarius ad conferendas indulgentias.1.to.971.a.
Character sacramenti ordinis eo momento imprimitur, quo infunditur gratia, & eo infunditur gratia quo character imprimitur.2.to.20.a.b.
Character sacerdotalis imprimitur ante manuum impositionem.2.to.20.b.
Character superioris ordinis inferiores non præsupponit.2.to.26.a.
Character nouus non imprimitur in consecratione episcopi, sed extẽditur sacerdotalis.2.to.35.a.
Characteris definitio assignatur & examinatur.1.to.84.b.
Characterem nõ imprimebat circuncisio.1. to.162.b.
Characterem tria tantùm sacramenta imprimunt.1.to.82.a.
Charactere assimilamur Christi sacerdotio. 1.to.90.91.
De charactere tenuissimam opinionem habuit Scotus.1.to.79.b.
¶Christus in cœna ministrauit Iudæ eucharistiam, vt ex Euãgelio colligitur.1.to. 582.b.
Christus post cœnam Eucharistiam sumpsit & ministrauit, vt priùs impleret figuram quàm veritatem institueret.1.to.561.a.
Christus nullum sibi præmiũ essentiale meruit gratiæ.s.gloriæ:cuius anima cumulatissima debebatur rõne vniõis. 1.to.964.a.
Christus nobis essentiale præmium promeruit:sibi verò quia redẽptor orbis, fuit accidentale,nempe vt in nomine eius omne genu flectatur.1.to.964.a.
Christus in sumptione eucharistiæ sensit spiritualem gustum & dulcedinẽ. 1. to.581.b.
Christus an fuerit rex temporalis.2.to. 65.b. & 67.vbi latissima disputatio.
Christus nunquid rex iure paterno extiterit 2.to.67.a.
Christus monarcha totius vniuersi. 2.tomo 67.b.
Christus non tradidit Luc.22.præceptum eõmunicãdi sub vtraq; specie, imò verò nec exemplum.1.to.578.6.
Christus quare claues reliqueritin ecclesia.1. to.929.a.
Christus potestatem autoritatis quã habuit in quantum Deus nemini communicare potuit, sicut nec suã essentiam.1.to.109.a.
Christus an priùs fregerit panem quàm consecrauerit.1.to.496.b.
Christus in quantũ hõ operatur in sacramẽtis interiores effectus meritorie & efficienter.1.to.106.b.
Christus instituit prelatos per quos suam regeret ecclesiam.1.to.940.b.
Christus nulla lege ad circũcisionẽ tenebat 1.to.161.b.
Christus priùs ,ppriũ corpus sumpsit quàm discipulis sumendum daret.1.to.580.a.
Christus postquàm resurrexit verè comedit 2.to.456.a.
Christus etiã quatenus hõ constitutus est à deo iudex viuorũ & mortuorũ.2.to.522.a.
Christus quare primus resurrexit.2. to. 414. a.&.408.b.
Christus ad iudicium venturus est in forma humana.2.to.531.a.
Christus etiã in quantum homo nouit diem iudicij.2.to.421.b.
Christum baptizari baptismo Ioannis quare conueniens fuerit.1.to.580.b.
Christum in forma sedẽtis credibile est iudicaturum.2.to.541.b.
Christiani oẽs filij dei adoptiui sunt.2.to.380.
¶Chrisma confici posse à simplici sacerdote ex episcopi commissione rationi consonũ est.1.to.360.a.
Chrisma conficere edocuit Christus in cœna 1.to.354.a.& 357.a.
Chrisma confirmationis necesse est cõsecretur ab episcopo.1.to.358.b.
Chrisma confirmationis quot rebus cõstare debeat.1.to.355.& seq.
Chrismatis nomen quid significet.1.to.355.b.
Chrismatis nomen græcum conuenienter ecclesia latina vsurpauit.1.to.32.
Chrismatis cõsecratio est de iure diuino:quo tamen iure nulla est præscripta consecrationis forma.1.to.359.b.
Chrismate vtebantur apostoli dũ confirmabant.1.to.357. b.
Chrismatio necesse est fiat in forma crucis.1. to.361.b.
An sit necesse vt fiat in fronte.1. to.370. a.
¶Cibus & potus ex institutione ecclesiæ impediunt sumptionẽ sacramenti triplici de causa.1.to.569.a.
¶Cineres quare dicuntur reliquiæ cadauerũ 2.to.431.b.
Cineres cuiusq; particulæ corporis an ad eãdem redibunt.2.to.446.b.
Cinerum nomine intelligitur quicquid sit illud in qd corpus fuerit resolutũ.2.to.422.
Cineribus cadauerum nulla superest inclinatio animæ resumendæ.2.to.433.a.
¶Circũcisio per traditionem habebatur ante legem scriptam.1.to.154.a.
Circuncisio fuit in præcepto Iudeis vsq; ad Christi Passionẽ, post ne in consilio quidem.1.to.195.
Circuncisio secunda à Iosue facta quid significet, & quare petrino cultello facta sit. 1. to.165.
Circũcisio instituta est in remediũ originalis peccati, quãmuis fœminis applicari non posit.1.to.157.b.158.a.
Circũcisio quo tẽpore instituta fuerit. 1.to.153.
Circũcisio soli populo iudæorum est præcepta, licet vniuersis gentibus in remediũ sit data.1.to.156.a.
Circuncisio licet ante octauũ diẽ non fieret, tã pueri in fide parentum saluabãtur, qd nõ idẽ est de baptismo. 1.to.73.††.b.
Circuncisio fuit preparatoria figura baptismi.1.to.160.b.
Circuncisio conueniẽter fuit instituta in Abraham.1.to.153.a.
Circuncisio non imprimebat characterẽ. 2. to.83.b.162.b.
Circuncisionis definitiones.1.to.148.b.
Circuncisionis ritus conuenientes esse explicatur.1.to.158.vsq;.160.
Circuncisionis præcepti Gen.17. edictum explicatur.1.to.154.155.a.
Circuncisionis præceptum quadam ratione dici potest legis naturæ: commodiùs aũt dicitur legis script.r.1.to.155.a.
Circuncisionis mysteria.1.to. 152.
Circũcisionis instituendæ necessitas.1. to.151.
Circuncisionem licebat differre per totã vitã,si puero circuncidendo periculũ mortis imminet.1.to.161.a.
In circuncisionẽ applicante nullus fidei habitus requirebatur, sed actus quo circuncisum offerret Deo.1.to.167.
Ante circuncisionem non requirebatur aliquod signum sensibile,quo fieret fidei ,protestatio in remissionem originalẽ.1.to.169. & seq.
In circuncisiõe cõferebatur grãtia quoad omnes effectus,non tamen virtute circuncisionis,neq; tã copiosa quàm in baptismo. 1.to.162.vsq;.166.
In circuncisione etiam actualia peccata condonabantur adultis.1.to.166.
Circuncisus adultus cum attritione iustificabãtur.166.
Circuncisis non patebat aditus regni cælorum quia tota natura manebat in debito. 1.to.163.b.
Circuncidere nemo poterat in lege veteri Ethnicorum filios ante rationis vsum inuitis parentibus.1.to.313.b.
Circuncidi tenebantur sanctificati in vtero matris.1.to.161.b.
Circuncidi tenebantur iudæorum pueri quibus applicatum fuerat remediũ legis naturæ si superstites euasissent.1.to.161.
Circuncidi voluit Christus multis de causis, quamuis non teneretur.1.to.161. b.
Circuncidi non tenebatur inuitus quisquã qui ex semine Abrahæ non descenderet,siue seruus,siue liber.1.to.156.a.
¶Circunstantiæ quæ tollant rationem culpæ,vel quæ de mortali faciũt venniale:sunt necessario confitendæ.1.to.810.a.
Circunstantiæ mutant speciem.1.to.822.a.
¶Clandestinũ matrimonii. Vide matrimonium.
¶Claritas nõ erit æqualis in omnibus beatis corporibus.2.to.65.b.
¶Claues sunt discernẽdi scientia & potentia iudicandi.1.to.928.b.
Claues quare sunt in ecclesia.1.to.929.
Clauium effectus est remissio culpæ & pœnæ.1.to.947.vsque.951.
Clauium potestas in solis sacerdotibus euangelicis posita est.1.to.937.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clauium triplex munus.1.to.628.a.
Clauium potestas ex quo loco scripturæ colligatur.1.to.933.a.
¶Clerici non sunt exempti circa bona, quæ per negociationem acquirunt.2.to.75.a.
Clerici in sacris de facto nuptias paciscentes excommunicantur & beneficijs priuantur.2.to.290.a.
Clerici & ecclesiæ ministri quare à re vxoria debeant esse alienissimi.2.to.288.b.
Clerici etymologia.2.to.28.a.
Clerici eo ipso quod corona insigniunt non censentur patrimonia aut temporalia bona à se abdicare.2.to.29.a.
Clerici neq; iure diuino neq; humano sunt omnino à legibus ciuilibus exempti.2.tomo.74.a.
Clerici vendentes frumentũ contra pragmaticam.2.to.74.a.
Clerici primæ tonsurę cõiugati perdunt oĩa priuilegia clericalia prẽter duo.1.to.1033.a.
Clerici Græci, Vide Græci.
Clericos quare Cęsareos appellauerit V Vitclef.2.to.27.a.
Clericos negare esse exemptos à potestate ciuili error condemnatus in concilio Constantiensi.2.to.72.b.
Clericos papa potuit ab exactiõibus & foro secularium principum meritò liberare.2.to.77.b.
Clericorum exemptio propter eorum crimina remissius à prælatis punita frequẽtius violatur.2.to.75.a.
Clericorum res & bona an sint iure diuino à potestate ciuili libera.2.to.73.b.
¶Clodouæo Francorum Regi cum baptizaretur neque esset copia Chrismatis columba rostro illud aduolãdo attulit.1.to.129.a
¶Coactio simpliciter dicta in rebus duntaxat inanimis est, & in membris animatorum. Atque ibi, Vide an sit in appetitu rationali vel sensitiuo.2.to.149.a.
Coactionis duplex genus.2.to.189.a.
¶Cogere ad fidem vel ad baptismum neminem licet.1.to.304.b.
Cogere nequit pater filium ad nuptias, inducere tamen potest.2.to.161.b.
Cogere potest respublica opificibus destituta eos q sibi necessarij videbunt.2.to.83.a.
Cogi nũ possint aliquo casu sacerdotes, aut monachi vel moniales ad matrimonium propter sponsalia iurata.2.to.127.b.
Cogi an quæ posit vt consentiat matrimonio.2.to.153.a.
¶Cognatio legalis triplex.2.to.382.b.
Cognatio spiritualis solum post legem euangelicam viguit.2.to.371.b.
Cognatio spũalis matrimonium contrahendum dirimit non aũt cõtractũ. 2.to.371.b.
Cognatio spiritualis an oriatur ex illicito coitu.2.to.378.a.
Cognatio spiritualis quid.2.to.371.a.
Cognatio spiritualis dũtaxat per duo sacramenta baptismi & cõfirmationes contrahitur.2.to.373.b.
Cognatio spiritualis solum est ex statuto ecclesiæ.2.to.371.a.
Cognatio spiritualis quam quis cõtraxit nõ per actum propriũ sed per alienũ minimè in eius vxorem transfunditur.2.to.377.b.
Cognatio legalis, quod impedimentum sit matrimonij.2.to.381.&.383.a.
Cognatio spiritualis an dũtaxat inter baptizantem & baptizatum contrahatur.2.tomo.376.a.
Cognatio spiritualis non cõtrahitur per procuratorem.2.to.375.b.
Cognatio superius nomen est quam cõsanguinitas.2.to.314.b.
¶Coitus nefarius non parit affinitatem.2.tomo.353.b.
¶Communio sub vtraq; specie nõ est adeò prohibita secularibus quin possit indulgeri illustribus viris.1.to.576.b.
Communio in quib° casibus sit licita absq; confessione.1.to.545.b.
Communicans papa cũ excõicato non peccat, cæteri verò peccant.1.to.1016.a.
Communicare cum excõicatis in quibus casibus sit licitum.2.to.1015.b.
Communicare cũ excõicato an liceat metu mortis graue dubium.1.to.1016.&.1017.
Compaternitas quibus modis contrahitur. 2.to.377. Vide cognatio spiritualis.
Compositio debitorum per pontificẽ qualiter sit facienda.1.to.989.a.b.
¶Comprehensionis nomen quot modis accipitur.2.to.605.b.
¶Conatus ad copulam citra seminationem non consummat matrimoniũ.2.to.114.b.
¶Concilium non esse supra papam ostenditur.1.to.949.a.
Concilium repræsentare vniuersalem ecclesiam quomodo intelligatur.1.to.945.a.
¶Concubitus cõiugalis solius voluptatis grã non est mortale aut veniale.2.to.195.
Concubitus semper fuit illicitus sicut & fornicatio.2.to.215.b.

¶Concu

Concubinarij possunt se mortuos coniugibus mutuò copulare.2.to.381.b.
¶Concupiscentia ipsa in baptizatis quantũ ad substantiam nec diminuitur nec debilitatur.1.to.326.b.
Concupiscentia post baptismum non habet prorsus rationem peccati aut reatum culpæ.1.to.326.a.
Concupiscentia carnis quæ est in vno iusto an sit peccatum.1.to.322.b.
¶Condensatio absq; motu qualiter fieri possit in resurrectione corporum. 2.to.425.a.
¶Conditio turpis habetur pro non adiecta. 2.to.170.b.
Conditio impossibilis duplex.2.to.177.a.
Conditio omnis matrimonio contraria ipsum tollit.2.to.172.b.
Conditio honesta de futuro suspendit contractum.2.to.173.b.
Conditio si es pulchra, si mecum concubueris quid operetur.2.to.175.a.b.
Conditio impossibilis pro non adiecta habetur.2.to.170.a.
Conditio si Papa dispensauerit, si patri placuerit quid efficiat.2.to.165.a.&.167.a.
Conditio de futuro adiecta verbis de præsenti, an impleta conciliet matrimoniũ absq; nouo consensu.2.to.165.b..66.b.
Conditionum varia genera.2.to.164.b.
Conditionatus consensus an sufficiat ad matrimonium.2.to.163.b.
Conditionatus consensus copula subsequẽte redditur purus.2.to.174.b.
¶Confessio vt est pars sacramẽti potest esse informis.1.to.844.a.
Confessio vt est actus virtutis nõ potest esse informis.1.to.843.b.
Confessio quid sit & quot conditiões illius. 1.to.814.
Confessio integra an requiratur, vt eidẽ fiat sacerdoti de omnibus.1.to.816. vsq;. 837.
Confessio in articulo mortis apud quemlibet sacerdotem catholicum fieri potest in re pontificio.869.
Confessio informis quot casibus sit iteranda.847.vsque.852.
Confessio sacramentalis non fuit in lege veteri.1.to.180.a.
Confessio quæ fit sacerdoti non habenti iurisdictionẽ vel intentionem absoluẽdi est inualida, atque adeò iteranda.1.to. 847.a.
Confessio cùm diuiditur vtrùm sit vnicum sacramentum, quod ex duabus partibus constat, & vnica cõferatur grã. 1.to. 833.b.
Confessio quam faciebant suscipiẽtes baptismum Ioannis an esset vocalis. 1.to.180.a.
Confessio vbi abest peccatum mortale non est in præcepto iuris diuini aut positiui.1. tomo.145.a.
Confessio multis locis iuris diuini fundatur. 1.to.794.&.795.
Confessio quam non subsequitur absolutio licet possit vtiliter fieri, neutiquam tamen est valida ad complendum præceptum.1. to.848.b.
Confessio quanuis non esset iussa diuino iure, an posset ecclesia de ea sancire præceptum humanum.1.to.797.a.
Confessio an debeat confirmationem præcedere.1.to.368.a.
Confessio sacramẽtalis an necessario debeat præcedere sumptionem eucharistię, an verò sit satis domi conscientiam examinare.1.to.543.b.
Confessio an fieri possit per nutum, nũtium literas, interpretem.1.to.839.a.
Confessio cum absolutione non solùm à culpa, verùm & à pœna liberat tam æterna, quam temporali.1.to.842.b.
Confessio de iure diuino est necessaria in articulo mortis.1.to.807.a.
Confessionis præceptum quo tempore obliget.1.to.806.
Confessionis materia non sunt peccata ante baptismum commissa.1.to.292.a.
Confessionis minister proprius sacerdos est aut cui ille commiserit.1.to.857.
Confessionis integritas ex numero mortaliũ, & circũstantiarũ pensat. 817. vsq;.826.
Confessionis secretum ex parte sacerdotis quatenus seruandũ sit.872.vsque.882. Vide, Sigillum confessionis.
Confessionis cõditiones sexdecim. 1.to.813.a.
Confessionem esse secretam non est de necessitate sacramenti.1.to.857.b.
Confessionem sacramentalem esse ab orbe redempto ad salutẽ necessariam fuit semper catholica veritas.1.to.798.a.
Confiteri non potest qui nullius actualis culpæ conscius est.1.to.653.b.
Confiteri non tenetur peccator iure ecclesiastico nisi semel in anno.1.to.806.a.
Confiteri laico in nullo prorsus euẽtu licet. 1.to.854.a.
Confessarij munus.1.to.823.b.
Confessarij an teneantur interrogare pœnitentes.1.to.823.b. (1.to.868.a.
Confessarij quas qualitates habere debeant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confessarij regum nunq̃ deberent corã eis de peccatis reipub.prædicare.1.to.875.b.
Confessus semel in anno si postea recordetur alicuius peccati obliti,an posit differre eius confessionem in sequentem annũ. 1.to.809.a.
¶Confirmatio characterem imprimit. 1.tomo.362.b.
Confirmatio gratiam confert copiosiorem quam cætera sacramenta exceptis eucharistia,& ordine forsan sacerdotali.1.t.364.
Cõfirmatio efficit Christianos publicos milites fidei.1.to.365.a.
Confirmatio quando dicatur contemni.1. tomo.370.a.
Confirmatio pueris ante rationis vsum exhibita sacramentum est.1.to.367.b.
Confirmatio non est necessaria ad salutem necessitate finis.7.to.354.b.
Confirmatio nõ est in præcepto diuino,aut pontificio.1.to.368.b.
Confirmationis forma,consigno te.&c.vsq; ad concilium Florentinum literis expressa non habetur.1.to.361.a.
In confirmatiõis materia adhibendũ est balsamũ vnguẽto ex præcepto Christi nõ ex necessitate sacramẽti.1.to.356.& seq.
Confirmationis gratia differt à baptismali & eam perficit.1.to.146.b.
Confirmationis characterem necessario debet præcedere baptismus.1.to.363.b.
Confirmationis sacramentũ instituit Christus nõ exhibendo,sed promittẽdo in cœna plenitudinẽ spiritus sancti.1.to.354.a.
Confirmationis minister est Episcopus vel ex commissiõe solius Papæ simplex sacerdos.1.to.371.& seq.
Confirmationis sacramentum exhibẽdum est omnibus & solis baptizatis.1.tom.366.
Confirmationis votum includitur in voto baptismi.1.to.364.a.
Confirmationis sacramentũ non esse à Christo institutum error est dicere.ibid.
Confirmatiõis sacramentũ iterantes nõ ideo sunt irregulares.1.to.362.b.363.a.
Confirmationem necessario debet præcedere contritio in habente peccatum mortale,non tamen confessio.1.to.368.a.
Confirmandi non sunt pueri ante septimũ annum.1.to.367.b.
Confirmandi an sint muti,surdi,amentes. 1. tomo.368.b.
Confirmandi necessario ab alio teneri debent,quasi in pugna spirituali erudiendi. 1.to.370.b.
Non confirmatus an posit ordinibus initiari.2.to.26.a.
Confirmati olim visibiliter spiritum sanctũ suscipiebant,ita vt linguis etiam loquerentur.1.to.365.a.
Confirmatis solis sunt conferenda reliqua sacramenta præter baptismum alioquin pctm̃ est licet nõ mortale.1.to.364.a.368.a
Confirmantes iam confirmatum cuius pœnæ sunt rei.1.to.362.b.
¶Conlux manens in seculo totum annum probationis expectare debet.2.to.120.a.
Coniux etiam ante copulam non potest religionem non approbatam altero inuito profiteri.2.to.120.a.
Coniugis congressus an arceat à sumptione eucharistiæ.1.to.558.a.
Coniugi relicto ante copulam nõ fit iniuria propter religionis statum.2.to.115.a.
Coniuges si incipiunt dubitare an matrimonium ab eis cõtractum sit validum, quid agendum.2.to.112.a.
Coniugum potest alter altero inuito religionem ingredi ante copulam.2.to.115.a.
Coniugiũ non meretur palmã sicut virginitas quomodo intelligendum.2.to.86.b.
Coniugatus quibus modis posit eligi in episcopum.2.to.119.b.
Coningatus de facto aliam ducens nequit cum ea post obitum legitimæ vxoris contrahere.2.to.282.b.
Coniugatus si inuita vel ignorante vxore ordinetur in hæresis suspicionẽ incidit.2.to. 58.a.&. ab ordinibus suspendit.2. to. 291.
¶Consanguinitas quid.2.to.324.b.
Consanguinitas per lineas & gradus quomodo distinguatur.2.to.326.b.
Cõsanguinitatis noua arbor excogitata ab autore.327.b.
Consanguinitatis definitio an sit legitimè constituta examinatur.2.to.324.b.
¶Consensus formalis vel interpretatiuus nõ requiritur ad susceptionẽ ordinũ. 2.t.51.b.
Consensus mutuus de præsenti est causa efficiens: nempe forma & materia sacramẽti matrimonij.2.to.88.
Consensus formalis in carnalem copulã nõ est ad essentiam matrimonij necessarius. 2.to.97.b.&.106.b.
Consensus interni etiã de præsenti non sufficiunt nisi exterius per verba itidẽ de pãti vel nutus exprimantur.2.to.107.b.
Consensus tacitus qũ sponsis pãtibus & nõ dissentientibus alij pro ipsis respondent matrimonium efficit.2.to.109.a.

Consensus vtriusq; contrahentis an simul tẽpore concurrere debeant.2.to.109.a.
Consensus de pãti in duo matrimonia citra copulã an cõstituat quẽ bigamũ. 2.t.133.a.
Consensus coactus quando matrimonium inualidum reddat.2.to.153.a.b.
Cõsensus si absit nulla verba quoad Deum matrimonium conciliant.2.to.154.a.
Consensus coactus an omnes contractus iure naturæ eneruet.2.to.154.b.
Consensus in matrimonium & in copulam sed vterque metu mortis extortus an efficiat matrimonium.2.to.160.a.
Consensus de pãti sub cõditione depãti an perficiat matrimonium.2.to.165.a.
Consensus nouus requirit post dispensationẽ Papæ in gradu prohibito.2.to.167.b.
Cõsensus in interiori iudicio nunq̃ per copu præsumitur.2.to.128.b. Vide copula.
Consentire an posit alter in matrimonium post longũ temporis lapsum. 2.to. 109. b.
Consentire simulans an teneatur alteri verè cõsentienti fidem seruare.2.to.113.a.
Consensisse dum alter vel vterq; negat quid agendum.2.to.110.b.
¶Consecrare sine ara consecrata nisi de summi pontificis licentia peccatum mortale est.1.to.624.a.
Consecrare iterum quãdo caro aut sanguis in eucharistia apparet consilium est non præceptum.1.to.595.b.
Consecrare sanguinem qui intenderet per illa tantum verba. Hic est calix sanguinis mei,conficeret quidem sacramentũ, peccaret tamen mortaliter.1.to.500.a.
Consecrare chrisma an posit simplex sacerdos ex commissione episcopi.1.to.360.a.
Consecratio non perficitur nisi tota prolata forma eucharistiæ.1.to.477.b.
¶Consummare matrimoniũ ante bnd̃ictionem ecclesiæ an sit peccatum. 2. to.143.b.
¶Consuetudo ministrãdi paruulis eucharistiã iure optimo explosa est.1.to.166.b.
¶Constans qui dicatur & quomodo differt à pertinaci.2.to.150.b.
Constantinus q̃ per baptismũ fuerit à lepra mundatus, non vsq; adeò authenticũ est, vt asserit Caietanus.1.to.336.b.
¶Conuersio panis & vini in eucharistia instantanea est.1.to.446.& seq.
Conuersio hęc significãti vocabulo trãs substantiatio dicitur.1.to.444.a.&.433.a.
Conuersio panis & vini est causa præsentiæ corporis & sanguinis in eucharistia. 1.tomo.429.b.
Conuersio in hoc ordinatur vt corpus Christi contineatur sicuti panis sub speciebus seclusa inhærentia specierum. 1. to. 438.a.
Conuersio in eucharistia tria continet. 1.tomo.495.a.
¶Contritio per se & suapte natura requiritur singulorum mortalium singularis & specialis.1.to.770.
Contritio est maximus dolor nõ intensiue, sed appretiatiue.1.to.773.a.b.
Contritio specialis singulorum dicitur haberi quando pro peccatis singulis tẽpore & loco oblatis dolet homo.1.to.771.a.
Contritio nõ potest esse per se nimia sed ex adiuncto dolore sensus.1.to.774.a.
Contritio non est de originali peccato, sed de actuali.1.to.803.&.804.
Contritio legitima cõfessionis votũ suo tempore faciendæ debet claudere.1. to.657.b.
Contritio tanto maior esse debet appretiatiuè quanto maior est culpa.1.tomo.775.a. Vide dolor.
Contritio si sit legitima delet peccata anteq̃ fiat singulorum indagatio.1.to.715.b.
Contritio põt esse tanta, & feruor vt vnico actu tollatur tota pœna.1.to.719.a.
Contritio definitur cuius subiectum est voluntas.1.to.766.b.
Contritio generalis peccatorum quatenus sunt Dei offensa sufficit,quando non datur tempus vel commoditas. 1.to.771.a.
Contritio multis modis differt ab attritiõe. 1.to.779.b.
Contritio non requirit determinatã intensionem, nec tempus definitum cõtra Adrianum & Scotum.1.to.776.&.777.
Contritio in sacra scriptura qua significatione accipiatur.1.to.767.a.
Contritio quæ est pars sacramenti pœnitentiæ necessaria est de omnib̃ peccatis mortalibus.1.to.769.a.
Contritio peccatorum in genere necessaria immemori.1.to.708.b.
Contritio non est detestatio actualis vel virtualis.1.to.768.b.
Contritio interior sine vocali confessione quare non sat sit.1.to.793.b.
Contritio nunq̃ dicit virtualis.1.to.772.b.
Contritio malè definita ab illo qui summã confessorum lingua Hispana tractauit.1. tomo.771.b.

Universidad de Deusto Biblioteca

Contritio vera an verò attritio sola requiratur à peccatore accedente ad baptismum. 1.to.337.&.338.
Contritionis causa est confessio & absolutio peccatorum.1.to.652.a.
¶Continētia ordinibus sacris annexa est & super ea dispensare nō pōt papa.2.t.289.a.
¶Copula coniugalis est de perfectione secū da matrimonij.2.to.97.a.
Copula carnalis licet non sit de essentia matrimonij,potentia tamen cocundi de eius essentia est.2.to.236.b.
Copula carnalis post sponsalia de futuro,in foro conscientiæ non est sufficiens causa matrimonij.2.to.128.b.
Copula interpretatiuus cōsensus est perficiēdi qd p spōsalia fuerat inceptū.2.t.128.b.
Copula præcedens sponsalia non efficit ea matrimonium.2.to.129.a.
Copula præcedens benedictiones ecclesiæ an sit peccatum.2.to.143.b.
Copula subsequens conditionales cōtractus eos reddit puros.2.to.174.a.
¶Corona optimum & clericis dignum insigne.2.to.27.a.
Corona clericalis quomodo debeat attondi.2.to.27.a.
Corona clericalis res antiqua.ibid.b.
Corona clericali plures in Hispania insigniū tur,quo liberius delinquant.2.to.28.b.
Corona quare Leuitæ non decorabantur. 2. tomo.29.a.
Coronam nisi aperuerint, qui clericali priuilegio potiuntur excōicantur.2.to.28.b.
Coronam an teneantur aperire cōiugati clerici.ibidem.
Coronæ clericalis priuilegio non gaudēt bigami.2.to.29.a.
Coronæ clericalis & monachalis discrimen. 2.to.29.a.
Coronæ attonsio quid designet.2.to.27.b.
¶Corpus Christi in eucharistia per nullā potentiā videri pōt oculo corporali multiplicatis speciebus à corpore ipso.1.to.472.a.
Corpus Christi in eucharistia videtur oculis ipsius christi per species quas per se ipsum multiplicat.1.to.474.a.
Corpus Christi in eucharistia videtur à dæmonibus, non intuitiuè, sed abstractiu è per coactam fidem.1.to.474.b.
Corpus & sanguinē Chri cōtineri sub speciebus panis & vini fides est ad credēdū inter q̄tuordecim proposita.1.to.416.vsq;.424.
Corpus & sanguis Christi incipiūt esse in eucharistia per conuersionē totius substātiæ panis & vini in totā substātiā corporis & sanguinis nulla facta annihilatione aut rē solutione.1.to.431.vsq;.444.b.445.a.
Corpus Chri etiā cū ab indigno eucharistia sumitur descendit ad stomachū & ad ventrem si digestio specierum per morbū in stomacho facta non fit.1.to.535.b.
Corpus Christi in eucharistia nō habet suū propriū motū,sed mouet localiter per accidens ad motū specierū. 1.to.468.& seq.
Corpus Christi in eucharistia est sacramentaliter non circunscriptiuè aut definitiuè. 1.to.464.465.
Corpus Chri non pōt in eucharistia alterari vel augeri etiam per accidens.1.to.470.
Corpus Chri quo modo est i eucharistia,nō potest ab vllo intellectu creato etiā ipsius chri per naturam cognosci.1.t.473.474.a.
Corpus Chri per accidēs & sacramētaliter diuiditur ad diuisionē specierū. 1.to.488.b.
Corpus Christi aut sanguis per se non frangitur:ac perinde totum est sub quacunq; particula diuisa.ibid.
Corpus quod Christus in specie sacramenti dabat non erat impassibile.1.to.584.a.
Corpus quō accipiat cūdicit,corpus esse sub spēbus panis ex vi sacramenti. 1.to. 452.b.
Corpus Christi in sacramento non est per se ipsum in loco.1.to.464.a.
Corpus idē quod corruptū est cōtra Durandum ex ij sdē cineribus resurget.t.2.439.a.
Corpus gloriosus non mouebitur in instanti sed subito.2.to.650.b.
Corpora beata vtrū à corpore nō beato naturaliter videri possint.2.to.652.b.
Corpora electorum cum omnibus suis mēbris resurgent.2.to.447.b.
Corpora quæ cum Christo resurrexerunt, an glorificata resurrexerunt.2.to.416.a.
Corpora gloriosa qua virtute se se mutuo penetrabunt.2.to.647.b.
Corpora oīa humana priusquā resurgāt,vsque ad elemēta resoluentur.2.to.432.a.
Corpora obesa,crassa,macilenta &c. qualia fmt resurrectura.2.to.444.b.
Vide in dictione,Resurgere.
Corpora beata duo poterunt in eodē loco subsistere, licet philosophiæ naturali repugnet.2.to.646.a.
Corpora beata quibus dotibus exornabuntur.2.to.655.a.
Corpora damnatorum absque vllo vitio naturæ resurgent.2.to.675.a.

Corpora

Corpora damnatorum an donabuntur dote subtilitatis.2.to.676.a.
Corpore vitiati suscipiēdis ordinibus inepti sunt.2.to.54.a.
¶Corruptio an possit fieri in speciebus sacramentalibus.1.to.484.a.
Corruptio rei bifariam accidit.2.to.390.a.
Corruptum an possit per naturam idem numero redire.2.to.402.a.
¶Creare adeò proprium Dei est,vt hoc nulli creaturæ nec tanquā creatoris instrumēto possit impartiri.1.to.58.b.
¶Credere euangelio Christi nihil aliud est quàm habere fidem explicitam de Christo.1.to.274.b.
¶Custodia hostiæ in die cœnæ in monumētis vnde fluxerit.1.to.617.a.
¶Cyprianus Carthaginensis episcopus, vt ait Augustinus,Donatistarum errore cōmaculatus vsq; ad mortē perstitit.1.t.115.a.
Cyprianus etiam illo errore fuit intinctus quod hæretici non possent sacramēta cōferre.1.to.137.b.

D.

AEmones quare nonnūquam in hominem potestatē exercere permittantur.2.to.243.a.
Dæmones morientibus hominibus astant.1.to.923.a.
Dæmones habēt virtutem animam aut corpus mouendi localiter,aut aliqua qualitate afficiendi.1.to.349.a.&.2.to.240.a.
Dæmones quare nunquam formam ouium induant.2.to.543.a.
Dæmonum maleficia quibus modis fiant. 2.to.240.b.
Dæmonū fallacia circa maleficos. 2.t.241.a.
¶Dalmatica quid significet.1.to.628.b.
¶Damnati an cum omnibus membris suis resurgent.2.to.449.a.
Damnati aliqui vtrūm resuscitati postea in cœlum euolauerint.2.to.487.b.
Damnati videbunt dotes gloriæ humanitatis Christi nempe claritatem & reliquas. 2.to.535.a.
Damnati quibus pœnis torquebuntur.2.to. 678.&.679.
Damnati pœnitentiā nō fructuosam sed sterilem & cruciantē habent.2.to.680.a.
Dānati an experiant sensum frigoris. ibi. b.
Damnati vtrum gloriam beatorum videāt. 2.to.685.a.
Vide plura in verbo, Corpora, & in verbo, Animæ.
¶Dauid an fuerit verus pater Thamar.2.tomo.339.b.
¶Debitum à coniuge petere pridie quā accedendum sit ad eucharistiam irreuerentia est non tamen mortalis.1.to. 558.a.559.b.&.2.to.268.a.
Debitum petere non potest qui vt affinitatem cum coniuge contraheret propriam prolem baptizauit.2.to.275.a.
Debitum ab vxore petere nō pōt reddere tū tenet incestuosus.2.to.276.b. Vide incestuosus.
Debitum reddere nō tū exigere pōt dubius de morte prioris coniugis.2.to.284.b.
Debitum petere non potest reddere tamen potest,qui post votum simplex castitatis matrimonium contraxit.2.to.297.b.
Debitum denegare potest vir vxori in adulterio deprehensæ.2.to.263.b.
Idem potest vxor viro adultero.2. to. 266.a.
Melius tamen est ne deneget.2.to.261.b.
Debitum an possit vir denegare vxori propter solā adulterij suspicionem.2.t.264.a.
Debitum petere an possit adultera à viro innocenti.2.to.264.b.
Debitum exigere siue reddere in loco sacro mortale est.2.to.208.a.
Debitum an teneatur reddere coniux furiosi insano & furioso.2.to.244.a.
Quid etiam an Leproso?2.to.203.
Debitum reddere tenetur alteruter coniugū de necessitate præcepti.2.to.201.
Debiti petendi & reddendi an par sit vtriq; coniugum ius.2.to.204.
Debitum petere aut reddere an liceat menstruatæ.2.to.206.a.
Debitū negare an liceat causa voti aut orationis aut temporis sacri.2.to.206.a.
Debitum reddere non tenetur coniux intra duos menses post nuptias.2.to.206.b.
Debitum reddere an teneat cōiux qui dubitat an matrimonium sit validū.2.to.11.
¶Detestatio malefictorū virtutis actus est. 1.to.674.a.
Debitorū cōpositionē facere pōt pontifex, quæ incertis dominis debētur.1.to.988.b.
¶Decimæ & oblationes in veteri lege habebantur loco sacramentorum.1.to.142.b.
¶Denarius diurnus.2.to.609.b.
¶Deus per legem iubet & per sacramēta iustuat.1.to.41.b.
Deus liberè agit,non tamē temerè.1.to.39.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus pōt quancunq; rem in alterā conuertere, non tamen in se ipsum. 1.to. 441.a.b.
Deus an posit idem corpus in duobus locis ponere.1.to.465.& seq.
Deus nunquam humanum genus sine remedio destituit.1.to.170.a.
Deus quemadmodum conuertit panem in corpus an sic posit quodlibet aliud corpus conuertere.1.to.440.b.
Deus solus tanq̄ principale agens internum sacramenti effectum operatur.1.to.98.a.
Deus pōt in hoc seculo ex priuilegio singulari visionē sui dilectis impartiri.2.t.604.b
Deus in ratione specici vnitur intellectibus beatis ad producendum eius visionem.2. tomo.599.c.
Deus videri potest totus sed non totaliter. 2.to.608.a.
Deus sine lumine gloriæ videri nequit. 2.tomo.602.a.
Deus corporalibus oculis videri nequit. 2.tomo.591.a.
Deus se ipsum comprehendit.2.to.606.b.
Deus simpliciter est incomprehēsibilis.2.tomo.606.b.
¶Deuotia an debeat præcedere augmētum gratiæ.1.tom.529.b.
¶Dextra & sinistra in iudicio quæ sit. 2. tomo.541.a.
Dextra Dei duo significat.2.to.532.a.
¶Diaconatus & subdiaconat⁹ ordines sunt partiales cum sacerdotio in vnum coeuntes sacramentum.1.to.142.a.
Diaconus corpus Christi dispensare pōt vrgente necessitate si absit sacerdos, aut si sacerdos non posit ex illius licentia.1. tomo.594.a.
Idem potest ex concessione Papæ. ibidem.
Diaconus ex officio sanguinem dispensat.1. to.593.b.594.a.
Diaconus in pētō solēniter officiū exercens non peccat mortaliter.2.to.25.a.61.a.
Diacones vnde dicti.1.to.246.a.
Diaconi & subdiaconi ex commissione episcopi in primitiua ecclesia baptizabāt solenniter.1.to.246.b.
Diaconū & subdiaconū solenniter ministrātes in peccato mortali probabilius est nō peccare mortaliter q̄ oppositū.1.to. 110.b.
¶Dies computandi ratio tum in veteri tum in noua lege.1.to.406.a.b.
Dies iudicij omni puræ creaturæ tā per causas naturales quā secundū viam Dei ordinariam occulta est.2.to.417.b.
Dies conceptionis Christi.2.to.426.a.
Dies Danielis & Apocalypsis de die iudicij explicantur.2.to.421.a.
Diem iudicij qui prænunciauerunt nō sunt audiendi.2.to.420.a.
Diem iudicij nosse an expedierit ecclesiæ.2. to.419.a.
¶Dilectionis Dei talem actum, Volo Deo in omnib⁹ placere, potest quis habere ex puris naturalibus.1.to.780.a.
¶Dispensatio in aliquibus tenet, quāuis nō sit causa, & peccet dispensans: in alijs verò non.1.to.982.a.b.
Dispēsatio in gradu ꝓhibito nō firmat mrīmonium absq; nouo cōsensu. 2.to.167.b.
Dispensatio votorum nisi legitima de causa fiat non tenet, 1.to.982.b.
Dispensatio nulla ecclesiæ locum habet super voto solenni religionis.2.to.300.a.
Dispensationis pontificis præsumenda est legitima causa, quando non est manifestus error.1.to.981.b.
Dispensatum fuit cum hebræis super furto, vt Aegyptiorū vasa surriperēt.2.to. 222.b.
Item super vxorum multitudine.2.to.226.b. in fine.
Dispensare non potest ecclesia in præcepto confessionis, quantum ad substantiā præcepti.1.to.810.a.b.
Dispensare an posit Papa super gradus in Leuitico prohibitos.2.to.342.a.
Dispēsare pōt ēps in omnibus in quibus papa, nisi expresse sit cohibitus.2.to.118.b.
Dispensare in quot casibus soleat episcop⁹. 2.to.209.a.137.a.141.
Dispensari an posit cū sacerdote occidētali vt nuptias contrahat.2.tom.289.& seq.
¶Displicere dupliciter sumitur.1.to. 668.a.
Dispositio ad suscipiendum sacramentū in Christiano qualis requiratur.1.to.538.b.
Dispositiōes, quas peccati reliquias vocant, nihil prohibet remanere remissa culpa.1. tomo.719.b.
¶Diuinitas non est in eucharistia ex vi sacramenti.1.to.455.a.
Diuinitas Christi ab iniquis an sit conspicienda in die iudicij.2.to.534.a.b.
¶Diuitis Epulonis historia narrat.2.t.670.a.
¶Diuortium quoad thorum quibus ex causis fieri posit.2.to.321.b.
Diuortium & repudium quid.2.to.224.b.
Diuortium vnde dictum, & quotuplex.2.tomo.257.a.263.b.
Diuortium nō autem repudiū pontificum iure permissum est.2.to.225.a.
Diuortium ex iure diuino & naturali ortū habet.2.to.257.b.
Diuortium fornicatiōis causa in quibus casibus maritus nequit petere.2.to.258.a.
Diuortiū peti pōt ꝓpter fornicationē spūalem: nēpe hæresim apostasiā.&c.2.t.260.b
Diuortiū an concedatur propter alia crimina, quàm fornicationis.2.to.260.b.
Diuortiū petere ab vxore fornicaria in quatuor tenetur maritus.2.to.262.
Diuortium fieri priuata autoritate non potest.2.to.264.
Diuortium petere an pariter posit vxor sicut vir.2.to.265.& seq.
Per diuortium an matrimonium quoad vinculum dirimatur.2.to.267.a.
Post diuortium si fornicetur vir an posit cōpelli redire ad vxorem.2.to.271.b.& seq.
Diuortio faciendo an satis sit nefandum crimen probare.2.to.257.b.
Diuortio celebrato vtrū posit vir aliud inire matrimonium.2.to.266.b.& seq.vbi elegans disputatio.
¶Dolor maior esse debet de peccato ꝓprio minus graui, quam de alieno magis graui.1.to.776.b.
Dolor maior esse debet de peccato proprio, quàm de passione Christi.ibid.
Dolor idem in eodē appetitu sensitiuo vtrū habitum generet sicut detestatio illū generat in voluntate.1.to.687.a.
Dolor in sēnsu dupliciter gignit.1.to.773.b.
Dolor cōtritiōis qualis esse debeat.1.t.773.a.
Dolorem lamentabilem pœnitentibus excitare salubertimū est consiliū. 1.to.774.a.
¶Donatio facta Syluestro Papæ à Constantino Cæsare verè donatio fuit, non tamen restitutio.2.to.69.a.
Dormientes an sint baptizandi imminēte periculo.1.to.318.b.
Dotes quæ futuræ sint in corporibus gloriosis.2.to.634.b.
Dotes non nisi in gloria dantur. 2.to. 618.b.
Dotes non erāt ante orbem redemptum.2. to.629.a.
Dotes vtrum Christo vel angelis cōpetant, an verò solis hominibus.2.to.630.a.b.
Dotes an sint habitus.2.to.633.b.
Dotes animæ qua ratione à beatitudine distinguntur.2.to.634.a.
Dotes animæ quot à doctoribus assignentur.2.to.632.b.
Dotium fideiussores ex parte viri dari non possunt.2.to.222.b.
Dotium obligationē nō soluit copula subsequens conditionalia sponsalia.2.to.174.a.
¶Dubium quando quid dicatur.2.to.111.a.
Dubium duplex speculatiuum & practicū. 2.to.113.a.

E.

Ecclesia quibus de causis violetur.1.to.623.a.
Ecclesia cōsecrata si violetur, reconciliatur per solum episcopum: benedicta verò per simplicem sacerdotem.1.to.623.
In ecclesia violata violatione publica non licet absque graui necessitate celebrare. 1. tomo.623.
Ecclesia tempus præscripsit implendi præcepti diuini de sumptione eucharistiæ. 1.tomo.573.b.
Ecclesiæ dedicandæ sunt celebrando eucharistiæ sacrificio.1.to.620.vsque.622.a.
Ecclesiæ soli Deo non sanctis dicantur.1.tomo.621.a.
Ecclesiæ non necessariò sunt consecrādæ eucharistiæ sacrificio celebrādo, sed satis est vt benedicantur.1.to.622.b.
Ecclesiæ & altaria per consecrationē habent virtutem instrumentalem, vt Deus nr̄am deuotionem excitet.1.to.624.b.
Ecclesia licet habeat in potentia iurisdictionem in vniuersum orbem si fidem susceperit, actu tamen vim coactiuam exercere non potest.1.to.303.b.
Extra ecclesiam Catholicam & Apostolicam non esse salutem nec remissionē peccatorum quomodo intelligat.1.to. 278.b.
Ecclesia in hoc die sufficit benedici, nec requiritur consecratio.1.to.622.b.
Effectus sacramenti & sacrificij quantū differant.1.to.523.b.
¶Elementa qualiter innouabunt.2.to.561.a.
¶Eleemosina quandoq; gratior esse potest Deo & acceptior in satisfactionē pro defunctis, quàm longa missarum multiplicatio.2.to.491.b.
Eleemosinæ pro missa à pluribus recipi non possunt in ordine D.Dominici.1.to.613.b.
¶Elias & Enoch in paradiso terrestri reseruantur ad prædicandum euangelium in vniuerso orbe.2.to.505.b.
Elias & Enoch in resurrectione non morientur cum cæteris.2.to.431.a.

¶Emanuel

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Emanuel Rex Portugallię duas sorores duxit.2.to.338.a.
¶Energumeni qui dicãtur.1.to.346.b.
¶Episcopatus non est sacramẽtum.1. tomo. 142.a.&.2.to.34.a.
Episcopus vnde dictus.2.to.32.b.
Episcopi & presbyteri olim promiscuè vocabantur.2.to.32.b.
Episcopus & sacerdos in quo differant.2.tomo.30.b.
Episcopus nequit consecrari antequam sit sacerdos.2.to.34.a.
Episcopus licet characterem non suscipiat, suscipit tamen indelebilem potestatem sacramenta administrandi.2.to.46.a.
Episcopus excommunicatus irregularis degradatus, sacramentum ordinis verè confert.2.to.46.b.
Episcopus dispensat cũ illegitimè natis quo ad minores ordines.2.to.53.b.
Episcopus indignos ordinans peccat mortaliter.2.to.62.b.
Episcopus cum quibus dispensare possit.2.to.137.141.&.275.a.
Episcopus si in peccato mortali conferat indulgentias, an illæ suo frustrentur fructu. 1.to.973.a.
Episcopi & prælati tenentur curare, quòd quotidie missa cõuentualiter dicantur in ecclesijs collegiatis & religiosorum conuẽtibus.1.to.616.b.
Episcopi olim ieiuni cõfirmabãt.1.to. 376.b.
Episcopi qualiter intelligendi sint per alios baptizare.1.to.246.b.
Episcopos esse omnes promiscuè sacerdotes gannieba t lutherus.2.to.30.a.
Episcoporum nouem indumenta propria atque ibi eorum significatio.2.to.37.b.
¶Erasmus de fide iocatur.1.to .997 .
Erasmus errauit asserens tempore Hieronymi non fuisse præceptum pœnitentiæ.1. tomo.800.b.
Erasmus Anabaptistis fauet.1.to.115.2.b.
Erasmus asserit verba hæc, hoc est corpus meum esse potius verba porrigẽtis quàm consecrãtis.1.to.395.b.
Erasmus in dubium reuocauit an matrimonium sit sacramentum.2.to.88.b.
¶Error pauperum de Lugduno.1.tom.116.a.
Error qui contingit in intentione an vitiet sacramentum.1.tom.135.b.
Error & conditio in quo differãt. 1.to.175.a.
Error personæ impedit matrimonium.2.tomo.179.a.
Error quando impedit sacramentum. 2.to. 179.&.180.
¶Essentia Dei vtrũ ab intellectu creato per aliquam creatã similitudinem videri possit.2.to.596.a.
¶Essenorum collegium ante Christi aduentum morem nostrorum anaconitarũ seruabat.2.to.184.b.
¶Eunuchi qui sani se castrauerunt fiunt irregulares.2.to.54.b.
Eunuchi an possint matrimonium inire.2. tomo.238.b.
¶Euangelistarum nomine qui comprehendantur.1.to.121.a.
Euangelium an debeat etiam per vim infidelibus promulgari.1.to.305.&.306.
Euangelij promulgandi vbiq; terrarum ius est cuicunque Christiano, tam diuinum, quàm naturale.1.to.304.a.
¶Eucharistia non est sumenda quotidie ab ijs qui quotidie peccant, rursus pœnitent etiam si sint sacerdotes.1.to.569.b.
Eucharistia omnium sacramentorum consummatio & finis.1.to.97.a.
Eucharistia est sacramẽtum corporis & sanguinis Christi quo vita spiritualis nutrit. 1.to.377.a.b.
Eucharistia conferebatur infantulis mox à baptismo etiam ante confirmationem: adultis aũt post cõfirmationẽ, nisi abesset ep̃us qui confirmaret.1.to.144.b.
Eucharistia efficit attritum, qui se existimat contritũ re ipsa cõtritum etiã ñ actualem deuotionem non habeat.1.tom.516.b.543.
Eucharistia si porrigatur infantibus an conferat illis gratiam.1.to.567.a.
Eucharistia in varijs nominibus compellat. 1.to.385.b.
Eucharistia quandoque conferre potest primam gratiam.1.to.542.
Eucharistia causa per se est adeptionis gloriæ.1.to.518.b.
Eucharistia hoc sibi propriũ vendicat, vt spiritualẽ vitam perpetuã efficiat. 1.to. 525.a.
Eucharistia cõsumi debet à sacerdote nõ cremari sicut sacrificia legis veteris.1.to.595.a
In Eucharistia & sub singulis speciebus & in singulis partibus specierũ totus Christus est.1.to.452.a.
In Eucharistia sub spẽbus panis est ex vi cõsecratiõis corpus Chri, siue viuũ siue mortuũ, ꝑ altera parte cõpositi connotando formam à qua recipit esse corporeum.1. tomo.452.vsque.455.

Eucharistia

Eucharistia non modo sacramentum sed & sacrificium est Christianis vnicum.1. tomo.606.& seq.
Eucharistia non est vltro offerenda peccatori occulto non petenti.1.to. 551.a.
Eucharistia an ministranda sit peccatori publico in vno loco, petenti tamen illam in alio loco.1.to.550.b.
In Eucharistia species panis & vini sunt sacramentùm tantùm, gratia res tantùm, corpus & sanguis res & sacramentum.1. to.380.
Eucharistia quando deneganda sit quando porrigenda peccatori occulto.1.tomo.551. b.& seq.
Eucharistia non habet per se remittere peccata mortalia.1.to.521.a.
Eucharistia & baptismus habẽt ex sua natura propriè vt venialia condonent. 1.to.521.
Eucharistia non est ministranda amentibus à natiuitate.1.to.564.a.
Eucharistia est de necessitate salutis, scilicet vt homo per gratiam fiat membrum vnũ ecclesiæ.1.to.383.a.
Eucharistia directè nullam habet vim remittendi pœnam: sed solùm ex concomitantia.1.to.522.a.
Eucharistia operatur peccatorum remissionem dupliciter.1.to.519.b.
Eucharistia an legitimè denegetur dãnatis ad mortẽ apud Hispanos. 1. tomo.574.b.
Eucharistia publicis excommunicatis non est ministranda etiã si constet in foro conscientiæ esse in gratia: idem indicium est de occultis.1.to.552.b.
In Eucharistia Christum sumet sacramentaliter nõ baptizatus si intendat sumere qd̃ ecclesia confert, non tamen illi proderit tanquàm sacramentum.1.to.536.
Eucharistiæ sacrificij effectum consequuntur offerentes per modum meriti, per modum satisfactionis, & per modum impetrationis.1.tomo.397.b.599.610.b.& seq.
Eucharistiæ effectus non confertur ei qui adorat sacramentum, aut votum habet illius suscipiendi, sed solum re ipsa suscipiẽti.1.to.65.a.517.a.533.
Excharistiæ sumptionem iure diuino præcedat necesse est confessio in eo qui peccauit mortaliter, si confessarius legitimus adsit.1.to.544.&.545.
Eucharistiæ sacramẽtum initio nascentis ecclesiæ & Latini & Græci in azimo conficiebant.1.to.406.b.407.a.
Eucharistiæ sacrificium quare quotidie iteretur.1.to.608.a.615.b.
Eucharistiæ fructus quibus sit applicandus. 1.to.616. Vide Missa.
Eucharistiæ sumptio aliquando veniale peccatum est.1.to.539.a.
Eucharistiæ materia non terminat̃ in quantitate penes magnitudinem, vel paruitatem.1.to.396.
In Eucharistiæ materia conuenientius vtuntur Latini azimis quàm Græci fermentato.1.to.402.
Eucharistiæ cõionem sub vtraq; specie sanctissimè interdixit ecclesia populo. 1.to. 576.b.& seq.
Eucharistiæ sacramẽtum Christus confecit in azimis.1.to.405.&.407.a.
Eucharistiæ manducationes spirituales quatuor.1.to.533.b.
Eucharistiæ materia est omnis panis triticeus & solus ille. 1.to.398.vsque.401.
Eucharistiæ sacrificiũ constat oblatione consecratione sumptione corporis & sanguinis Christi.1.to.609.610.a.
In Eucharistiæ formis verba accipiuntur recitatiuè quasi à Christo dicta: at significatiuè tamen in persona ipsius Christi non sacerdotis. 1.to.507.b.
Eucharistiæ effectum quoad spiritualem actualem dulcedinem impediunt peccata venialia in actu non tamẽ quoad augmentum gratiæ.1.to.538.539.
Eucharistiæ formis inest virtus creata ad cõuersionem faciendam.1.to.505.
Eucharistiæ sacramentum tunc confert gratiam cùm primùm comestum est, nõ post autem nec ante.1. to.516.a.
Eucharistiæ sacrificium offerri non põt pro infidelibus & pro excõicatis.1.to.527.a.
Eucharistiæ sacramẽtum est vnum propriè & simpliciter.1.to.143.a.
Eucharistiæ sumptio sub mortis articulum est necessaria, si secundum ecclesiæ ritus sumi valeat.1.to.563.a.
Eucharistiæ sumptio sub vtraque specie nõ est contra ius diuinũ: quinimò antiqua ecclesiæ consuetudine probari videtur.1.tomo.575.&.576.
Eucharistiæ materia est omne & solum vinũ vitis.1.to.411.
Eucharistiæ effect̃ est de necessitate salutis; percipitur tñ per votum.1.to.383.a.
Eucharistiæ reliquias quas post lotionem reperit sacerdos sumere debet nisi sint notabi-

Universidad de Deusto Biblioteca

notabilis quantitatis.1.to.563.b.
Eucharistiæ effectus non redit sublata fictione.1.to.516.b.529.a.
Eucharistiæ materia esse potest mustum ab vuis expressum.1.to.42.a.
Eucharistiæ materia cõsecranda præsens esse debet sacerdoti.1.to.396.a.
Eucharistiæ Sacramentum per se non est necessarium in re, sed in voto tantùm.2.to 383.b.384.a.
Eucharistiæ sumptio gratiam non confert. 1.to.142.a.
Eucharistiæ sacrificium quantumcunq; multiplicentur ij pro quibus offertur ex institutione ecclesiæ non habet in singulis minorem effectum.1.to.612.b.613.a.
Eucharistiæ, qua ratione est sacramentũ effectus differt ab effectu Eucharistiæ qua ratione est sacrificium.1.to.523.b.
Eucharistiæ sacrificium prodest ijs omnibus pro quibus offertur: si tamen in gratia sint, etiam si actu deuotionem non habeant.1.to.526.b.527.a.
Eucharistiæ materia sunt panis & vinum. 1. to.392.& seq.
Eucharistiæ sacrificij effectus an augeatur ad augmentum deuotionis ipsius offerentis.523.611.612.b.
Eucharistiæ sacramentum tribus de causis appellatur panis.1.to.428.
Eucharistiæ effectus sunt sex. 1. tomo. 514. a.
Eucharistiæ sacrificium non prodest æqualiter omnibus habentibus æqualem deuotionem: sed illis amplius pro quibus singulariter offertur.1.to.526.a.
Eucharistiæ Sacramentum in azimo conficere peccatũ est Græcis, & Latinis in fermentato.1.to.410.
Eucharistiæ sacrificium Missæ dicitur. 1. to. 609.b.
Per Eucharistiæ sacrificiũ plenissima põt fieri remissio omnium peccatorũ, quæ quo ad culpam condonata sunt.1.to. 612.a.
Eucharistiæ sacrificium offerentes sunt in triplici differentia.1.to.610.
Eucharistiæ sacrificium effectum habet virtute operis operantis & operati. 1. tomo 610.a.514.a.
Per Eucharistiæ frequentationẽ quanta gratia sacerdotibus accrescat. 1.to.530.a.
Eucharistiæ valor, quanto in plures distribuitur ex sacerdotis intentione tantò singulis euenit.1.to.613. Vide missa.
Eucharistiæ sacramentum in eo qui cum cõscientia peccati mortalis recipit, quid operetur.1.to.519.b.
Eucharistiam non sumere in mortis articulo non est peccatum mortale illi qui in sanitate hoc Sacramentum frequentasset neque conscius sibi esset peccati alicuius.1. to.174.
Eucharistiam in primitiua Ecclesia quotidie sumebant fideles, deinde singulis dominicis diebus, posteà ter in anno, tandẽ semel in Paschate.1.to.568.b.569.a.
Eucharistiam variæ præcesserunt in statu naturæ integræ & legis veteris figuræ.1.to. 388.b.& seq.
Eucharistiam sumere potest quis ante mortalis peccati confessionem in quatuor casibus.1.to.545.546.a.
Eucharistiam ritè suscipiens gratiam recipit etiam si minister nõ habeat intentionem conferendi sacramentum.1.to.100.a.
Ad Eucharistiam accedere semel in hebdomade debent seculares homines probitate insignes.1.to.570.a.
Ad Eucharistiam accedentes non decet vt confiteantur peccata quorum fuerant obliti, sacerdoti iamiã in altari existenti.ibid.
Eucharistiam in peccato mortali sumens, si sumendo non peccet semper suscipit primam gratiam.1.to.542. b.
Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis sumens sacrilegium committit. 1. to. 537.& seq.559.a.
Eucharistiam negare damnatis ad mortem. quod in Hispania fit, non probatur ab autore.1.to.574.b.
Eucharistiam sumere in mortis articulo nõ est fortassis præceptum diuinum sed tantùm semel in vita.1. to.563.a.imò est diuinum præceptum ex Apostolorum traditione descendens.1.to.574.a.neque tantùm semel in vita obligat ibidem.573.b.
Eucharistiam ministrare debet quilibet sacerdos peccatori occultò publicè petenti.1.to.552.a.
Eucharistiam non potest angelus spiritualiter sumere: quia in re sumere non potest. 1.to.534.
Eucharistiam sumere sine conscientia veniali consilium est: quamuis sumere cum illorum conscientia forsan nec veniale sit. 1.to.538.b.
Eucharistiam sumpsit Christus, non aliud Sacramentum, vt eius nobis excellentiã commendaret.1.to.667.a.

Eucha-

Eucharistiam sumere cum conscientia peccati mortalis grauius peccatũ est genere suo, quàm quodcunq; cõtra creaturas cõmissum.1.to.547.548.b.
Eucharistiam quotidie sumens non statim peccat mortaliter, nisi in peccato mortali communicet.1.to.569.b.
Eucharistiã p se manducandi in re duo sunt tantùm modi.1.to.532.b.
¶Excellentiæ potestas quatuor rebus continetur.1.to.109.
Excellentiæ potestatẽ quoad singula membra quomodo potuerit Christus communicare.1.to.109.& seq.
Excellentiæ potestatem temerariũ est affirmare, quòd Christus cõmunicauerit.1.to. 111.b.113.a.
¶Excommunicatio quare dicatur minor & à quibus priuet.1.to.999.a.
Excommunicatio à quo bono priuet, cũ bonum sit triplex.1.to.997.
Excommunicatio quæ errorẽ non habet nisi intentionem pessimã ferentis illã valida est: quando autem sit vel non sit valida, vide.1.to.1007.&.1008.
Excõmunicatio maior incurritur per omne sacrilegium.1.to.1024.b. Vide alia per quę incurritur.
Excõmunicatio quando non incurritur propter ignorantiam, quotuplex sit ignorantia, & quæ excusat.1.to.1005.
Excommunicatio non potest ferri pro peccato præterito, quod monitio nulla præcesit.1.to.1003.a.
Excommunicatio minor semper est à iure.1. to.1024.b.
Excommunicatio priuationẽ dicit à cætu fidelium & communibus bonis spiritualibus orationibus & suffragijs.1. to. 994.b. 995.a.
Excommunicatio minor potest sine peccato mortali ferri.1.to.1001.a.
Excommunicatio an sit ex iure diuino.1.to. 996.b.
Excommunicatio maior non potest ferri nisi pro peccato mortali.1.to.1000.b.
Excommunicatio & sententia lata à iudice excommunicato est valida si nescitur esse excommunicatus.1.to.1020.a.
Excommunicatio nõ transit in tertiam personam.1.to.1012.b.
Excommunicatio & anathema quid sit & vnde dicatur.1.to.994.
Excommunicatio in quibus casibus non tenet.1.to.1004.a.b.
Excommunicationis minoris explicatio. 1. to.1023.b.
Excommunicationis, absolutionis reseruatę Papæ vide plurimos casus.1.to.1027. 1028.
Excommunicationis error si sententiam nõ annullat habet excommunicatio suũ effectũ si annullet, non.1.to.1007. b.
Excommunicationis abusum, & quot modis cõtingat excommunicatũ exteriùs esse immunem in conscientia.1.tom.1004.a.
Excommunicationis sententia in vniuersitatem vel collegium nullatenus potest pronuntiari.1.to.1022. b.
Excommunicationi nõ sufficit mortale peccatum, nisi sit peccatum inobedientiæ cõtra ecclesiam: inobedientiæ verò non censetur peccatum nisi admonitio præcesserit, vel ab homine vel à iure.1.to.1010. b.
Excommunicationem minorẽ soluere potest quicunq; potest à mortalibus peccatis absoluere.1.to.1024.b.
Excommunicationẽ trina debet præcedere monitio, vel vna cũ interuallis.1.to.1002.b.
Excommunicationem non incurrit percutiens clericũ in casibus septẽ.1.to. 119. a.
Ab excommunicatione lata ab homine põt absoluere iudex qui illã tulit.1.to.1025. põt & superior ibid.
Excommunicatus sacerdos celebrans peccat mortaliter, firq; irregularis.1.to.1013. a.
Excommunicatus minori excommunicatione nõ peccat si requisitus conferat sacramenta.1.to.1024.a.
Excõmunicatus potest audire conciones, nõ tamen potest concionari.1. to. 1014.a.
Excommunicatus non est apud deũ nec ecclesiæ priuatus suffragijs, qui sibi est conscius non fecisse peccatũ pro quo excommunicatio fertur, & si iudicetur esse exterius. 1.to.1001.b.1009.a.
Excommunicatus an possit absolui à peccatis priùs quàm ab excõmunicatione.1. tomo.999.a.b.
Excommunicatus quando dicatur traditus Sathanæ.1.to.996.a.
Excommunicatus etiam iniustè debet humiliter obedire.1.to.1007.b.
Excõmunicatus potest absolui in absentia & inuitus.1.to.1029.b.
Excõmunicatus maiori excõicatione priuatus est sub mortali peccato tã actiua q̃ passiua electione.1.to.1015.a.
Excommunicatus à iure cuiuscunque generis

Universidad de Deusto
Biblioteca

neris potest absolui à parochiali sacerdote nisi specialiter sit reseruata, vel episcopo vel Papæ.1.to.1025.b.
Excommunicatus potest iterum excommunicari grauiori cẽsura, etiam propter idem crimen.1.to.1022.b.
Excõmunicatus qui antequàm absoluatur conteritur verè, an tunc gaudeat ecclesiæ beneficijs.1.to.998.b.
Excommunicatus ab vno episcopo an possit absolui ab alia satisfacta pte.1.to.1025.b.
Excommunicatus plutibus excommunicationibus, potest ab vna absolui sine alijs. 1.to.1029.b.
Excommunicatus nõ est irregularis, sed tũc fit irregularis quando excommunicatus celebrat.1.to.1013.a.&.2.to.48.a.
Excommunicatus propter omissionem bannorum per bullam cruciatæ potest absolui.2.to.143.a.
Excommunicato nullatenus potest conferri sacramentum pœnitentiæ: quia absolutio esset nulla.1.to.1012.a.
Excommunicato impensa sacramenta sint ne irrita an vera, graue dubium. 1.to.999. a.b.&.1000.a.
Excommunicato intrante ecclesiam dimitti debet incepta missa quoad expellatur: si expelli non potest:omnino dimittatur si nondum sit consecratio facta.1.to.1014.a.
Excommunicati quibus priuentur.1.to.1013. &.1014.
Excommunicatorum fuerunt figura leprosi in veteri lege.1.to.997.a.
Excommunicatis communicare, vide communicare.
Excommunicatis nõ est prohibitus ingressus ecclesiæ ad orandum.1.to.1014.a.
Pro excommunicatis an liceat orare, quibus & vbi liceat.1.to.998.a.b.
Cum excommunicatis quãuis possimus cõmunicare non tamen possumus illis sacramenta conferre.1.to.1012.a.
Excommunicatos non tenemur euitare, nisi propter notoriam percussionem clerici vel nominatim sint excommunicati. 1.to mo.1010.b.
Excommunicatos nominatim tenemur in quatuor casibus euitare sub mortali, & alia vide, in quibus non mortaliter peccabimus communicando.1.to.603.a. &.1013.b.
Excommunicandi autoritas collata fuit Petro in illis verbis Matthei.19. sit tibi quasi Ethnicus.1.to.995.b.
Excommunicandi autoritatem non habent parochiales nec simplices sacerdotes. 1. to mo.1019.b.
Excommunicandi potestas est in episcopis ex officio & in omnibus prælatis, non in alijs potestque ita excommunicare subditum episcopus, vt in tota ecclesia sit excõmunicatus.1.to.1018.b.
Excommunicãdi potestas vnde dicatur gladius.1.to.997.a.
Excommunicat ecclesia, Dei exempla.1.tomo.995.b.
Excommunicauit Paulus incestuosum. 1.ad Corinth.5.1.to.996.a.
Excommunicare non potest suspensus vel excommunicatus maiori excommunicatione.1.to.1020.a.
Excommunicare an possit episcopus Salmãtinus subditum existentem in altera diocesi.1.to.1019.a.
Excõmunicare nemo potest se ipsum æqualem vel superiorem.1.to.1020.b.
Excommunicari potest Papa à concilio.1.tomo.1021.b.
Excommunicari non potest defunctus, qui tamen decedit è vita excõmunicatus, sic manet defunctus.1.to.1023.b.
¶Exequiarum ritus.2.to.493.a.
¶Existentia corporis & sanguinis Christi in Eucharistia effectus est consecrationis nõ sacramenti.1.to.515.a.
Existentia corporis Christi in Eucharistia videri potest ab intellectu beati. 1.to. 773.a.
¶Exorcistæ officium.2.to.18.a.
Exorcismus quid sit.1.to.346.b.
Exorcismus res est à primis ecclesiæ temporibus instituta.ibidem.
Exorcismi conuenienter præcedunt baptismum.1.to.346. Vide Baptismus.
Exorcismi efficiunt quod significant, multò aliter quàm sacramenta.1.to.348.a.
Exorcismi baptismales semper cohibent dæmones, ne sacramenti fructum impediãt, nisi recipientis nequitia obstet.1.to.349.b.
Exorcismi non semper sunt efficaces ad expellendos dæmones ab obsessis corporibus.ibidem.
Exorcismi & sacramenta distinguũtur sicut meritum de congruo & de cõdigno. ibid.
Exorcismorum & catechumenorũ ordo. 1. to.347.
Exorcizare & catechizare quorum sit munus proprium.1.to.350.
Extrema vnctio, Vide vnctio extrema.

Fœmina

F.

FAelicitas in quibus rebus posita fuerit à philosophis. 1. to. 48.b.&.2.to.567.&.568.
Fælicitas contemplatiua & actiua.2.to.571.a.
Fælicitas & fortuna circa idem esse quomodo intelligantur.2.to.567.b.
Fœmina, Vide Mulier.
¶Fictio quando impediat effectum sacramẽti.1.to.337.a.
Fictio quid sit.1.to.337.a.
Fictionis duo genera.1.to.337.a.
¶Fides quæ supernaturale donũ est semper fuit ad salutem necessaria.1.to.47.b.
Fides Christi implicita semper fuit necessaria ad iustificationem.1.to.47.a.
Fides antiquorum & nostra eadẽ est ex parte obiecti.1.to.53.b.
Fides nostra multo maioris est virtutis, quã antiquorum.1.to.273.††.b.
Fides explicita Christi necessaria est tempore legis Euangelicæ ad salutem & in præcepto.1.to.274.b.
Fides mortua est nonnulla præparatio ad gratiam & aliquale fundamentum ad salutem.1.to.289.b.
Fides matrimonij pro qua re accipiatur.2.tomo.192.b.
Fides & proles matrimonij bifariam consideratur.2.to.193.a.
Fides data adulteræ quando matrimonium dirimat.2.to.282.
Fides explicita quæ dicatur.1.to.279.b.
Fides explicita an sit necessaria, vt quis in gratia Dei constituatur.1.to.276.a.
Fides aliena non valet ad salutem spiritualẽ: ad corporalem verò valet.1.to.335.a.
Fides recta in eo qui baptizatur necessaria est ad consequendum vltimum baptismi effectum.1.to.297.a.
Fides quando requiratur ad validitatem sacramenti.1.to.136.b.
Fides in lege naturæ vtrũ applicabatur per aliquod signum extrinsecus necessarium ad modum sacramenti.1.to.168.a.
Fidei explicitæ obligatio ante sufficientem euangelij promulgationem incepit. 1.tomo.279.a.
Per fidem solam implicitã nemo hodie iam in Deum conuertitur.1.to.280.a.
Ad fidem cogere neminem licet.1.to. 304.b. & sequenti.
Fidem protestari quid.1.to.43.b.
Sine fide explicita propter inuincibile ignorantiam multi excusantur ac proinde gloriam obtinent.1.to.275.& seq.
In fide promulganda quæ considerari debeant.1.to.304.b.
Fidelis cum ab infideli matrimonio discedit, non homo sed Deus illud dissoluit.2. tomo.318.a.
Fidelis sumens eucharistiam ex odio Dei in vilipendium graius peccaret quam in fidelis qui eam sumeret.1.to.549.a.
Fideles omnes deputantur ad gloriam signaculo gratiæ.1.to.90.b.
Fideles omnes per aliqua sacramenta aliquo spirituali charactere insignãtur.1.t. 79.a.
¶Figurata dicendi loquutio ex accommodatione vsus retinet in sacramentis legitimum sensum.1.to.36.b.
Figura in veteri lege quæ fuerint sacramenti eucharistiæ.1.to.388.b.
¶Filij illegitimi vtriusque generis siue naturales siue spurij & nothi, honoribus publicis & parentum honoribus priuantur.2. tomo.361.a.
Filij extra verum matrimonium nati an dicendi sint illegitimi.2.to.360.b.
Filij presbyterorũ peculiaribus legibus Hispanorum acrius ab hæreditate paterna repelluntur.2.to.361.b.
Filij à parentibus tria suscipiunt beneficia.2. tomo.79.a.
Filij an cogi possint à patre vt matrimoniũ contrahant.2.to.161.b.
Filij contrahentes matrimonium inuitis parentibus, quibus pœnis subijciuntur.2.tomo.161.a.
Filij an debeant conditionem patris sequi, an potius matris.2.to.251.a.
Filij infidelium altero parentum ad fidem conuerso vtrum sequi debeant, num infidelitatis tenacem.2.to.314.a.
Filij quibus modis fiant legitimi. 2.to.363. b. &.364.a.
Filiorum quadruplex genus.2.to.361.a.
Filiorum illegitimorum species.2.to.361.b.
¶Finis siue turpis, siue honestus adiũgatur, matrimonium tenet.2.to.181.a.
Finis matrimonij quotuplex. 2.to.181.b. & 215.b.211.b.
¶Flagella Iob.1.to.905.a.
Flagella naturalia vnde proueniant.ibid.a.
Flagella si æquo animo acceptentur sunt patienti satisfactoria.1.to.904.b.

d ¶Flu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Fluxum seminis an sic liceat desyderare, vt naturaliter accidat.1.to.557.a.
¶Forma absolutionis ab excommunicatione non est certa, sed potest variari & quomodo.1.to.1029.a.
Forma eucharistiæ.1.to.494.b.
Forma consecrationis quæ.1.to.497.b.
Forma qua nos vtimur in cõficiendo eucharistiæ sacramento vsus est Christus in Cœna.1.to.495.& seq.
Forma eucharistiæ quatenus est vera causa conuersionis.1.to.512.b.
Forma eucharistiæ in genere causæ efficientis prius natura est vera quàm fiat cõuersio contra in genere causæ obiectiuæ.1.tomo.513.a.
Forma altera fortitur suum effectum sine altera: esset tamen sacrilegium prius consecrare sanguinem quam corpus. 1.to.513.b.
Forma sacramenti pœnitentiæ.1.tomo.36.a. &.654.b.
Forma baptismi Græcorum.1.to.205.b.
Forma sacramẽti matrimonij non est de iure diuino, nisi quatenus consensus coniugatus exprimit.1.to.38.a.
Forma substantialis panis non manet in sacramento.1.to.444.b.
Forma sacramenti pœnitentiæ an sit adeò necessaria, vt nõ liceat loco illius alteram æquipalentem substituere.1.to.658.b.
Forma sacramenti ordinis potiùs characterem, quam gratiam designat.2.to.11.b.
Forma sacramẽti matrimonij sunt verba ipsa contrahentium.2.to.88.b.&.94.a.
Forma absoluendi ab excommunicatione.1. to.1029.a.
Formæ sacramentorum an sint de iure diuino.1.to.30.b.
¶Fornicator quare ad ordines admittatur cum natus ex fornicatione abigatur.2.tomo.54.a.
Fornicatio an sufficiat ad educandas proles. 2.to.79.b.
Fornicatio est contra ius naturæ.2.to.215.b.
Fornicatio Abrahæ cum Agar.2.to.215.a.
Fornicationis causa licitum virum ab vxore diuertere.2.to.257.127.a vide in verbo, Diuortium.
Fornicationis nomen propriè non nisi carnali turpitudini conuenit.2.to.312.b.
¶Fractio specierum subiectatur in quantitate dimensiua sicut & alia accidentia.1.tomo.488.b.
¶Frater in infidelitate contrahens cum soro re, si ad fidem conuertantur, non sunt separandi.2.to.338.a.
Fraterna connubia an olim fuerint vetita.2. tomo.338.
¶Frigiditas & maleficium quare impediunt matrimonium.2.to.243.b.
Frigiditas quomodo probari possit post triẽnium elapsum.2.to.236.a.
Frigiditas matrimonium dirimit.2.to.114.b.
Nisi coniuges cohabitare consenserint.2.tomo.236.a.
Frigiditatis nomine quid intelligatur. 2.tomo.235.a.
Frigidi sunt qui seminare nequeunt quãuis claustrum rumpant.2.to.114.b.
Frigidi soluto matrimonio aliud inire nequeunt.2.to.236.b.
Frigidi vel impediti iudicati si secundas nuptias consummasse reperiantur ad priores sunt reuocandi.2.to.236.b.243.a.
Frigidi natura erga omnes fœminas frigent: maleficiati verò non.2.to.240.a.
¶Fructus etsi virtuti continentiæ peculiaris tribuatur, omni tamẽ virtuti cõgruit.1. tomo.657.b.
Fructus quotuplex reperiatur.2.to.657.a.
Fructus tres tribus virtutis gradibus consignati.2.to.658.a.
¶Fruitio duplex: vna in re, altera in spe.2.to. 582.b.
Fruitio apud Doctores sacros quid propriè sit.2.to.581.b.
Fruitio si accipiatur effectiuè pro actione, per quam captatur voluptas & delectatio non est actus elicitus voluntatis, sed intellectus.2.to.580.b.
¶Funebris pompa vt pullatę vestes & lamentationes & planctus immoderati nihil defuncto prodest.2.to.491.b.
¶Cum furioso an liceat coniugisano concũbere.2.to.244.a.
Furiosi & amentes perinde baptizari possunt in fide ecclesiæ, vt pueri ante vsum rationis.1.to.318.a.
Furiosi per lucida interualla baptizari possunt in amentia dum timetur periculum. 1.to.318.a.
Furiosos duos an liceat ad carnalem cõgressum committere.2.to.244.a.
Furia an sit impedimentum matrimonium dirimens.2.to.243.b.
Furia si matrimonio antecessit dirimit, si autem successit, minimè.2.to.243.b.
Furię duplex genus ibid.

¶Furtum

¶Furtum omne in ecclesia factum an sit sacrilegium.1.to.1026.

G.

Gaudium & lætitia in quo differant.2.to.580.a.
¶Gehenna vnde dicta.2.tomo. 464.b.
¶Generationũ causa post diem indicij cessabit.2.to.558.a.
¶Germanorum pernicies vnde orta fuerit. 1.to.588.b.
¶Gloria quot modis accipiatur. 2.to.262.a.
¶Glossatores Decretorum quoties in ius diuinum se se immergunt, non possunt nõ multis erroribus intricti inde se se emergere.1.to.800.a.
¶Gradus consanguinitatis qualiter computari debeat.2.to.429.b.
Gradus cõsanguinitatis quid sit.2.to.317.a.
Gradus eiusdem ad se ipsum esse nõ potest. 2.to.327.a.
Gradus primus in linea tranuersa in primo ortu dispensationem accepit.2.to.345.a.
Gradus primus tam in linea recta, quã transuersali adeò iure naturæ est prohibitus, vt etiam inter infideles nullum sit.2.to.360.a
Gradus secundus consanguinitatis nullo iure sic prohibitus est, quin Papa super eo dispensare possit.2.to.342.a.
Gradus quartus hodie solum cõsanguineos à nexu coniugali cohibet.2.to.346.a.
Gradus affinitatis ad normam graduũ consanguinitatis exigendi sunt. 2.to.351.b.& 356.b.
Gradus consanguinitatis an potuerit ecclesia taxare vsque ad quartum gradum. 2. tomo.343.a.
Graduum prohibitio Leuitici.18.an duret etiam modo.2.to.31.a.
¶Gratia donum est hominibus gratis impensum absque meritis.1.to.12.a.
Gratia generali nomine diuiditur in auxilium speciale & gratiam gratum facientẽ. 1.to.68.
Gratia tota deperdita an per baptismum restituatur.1.to.751.a.
Gratia non est proprium principium operãdi, sed essendi spiritualiter.1.to.66.b.
Gratia eadem præcise confertur sacerdotibus sub vtraque specie, quæ populo sub altera.1.to.579.
Gratia non operatur per se, sed per virtutes sicut anima per potentias.1.to.678.a.
Gratia augef sine augmento charitatis sumpta in genere gratiæ.1.to.719.a.
Gratia confertur resurgenti per pœnitentiã ratione meritorum mortificatorum, præter eam, quæ confertur ratione contritionis.1.to.749.a.b.&.448.b.
Gratia gratum faciens confertur in sacramẽto confirmationis.1.to.364.b.
Gratia & virtutis actus per baptismum infunduntur.1.to.317.b.& seq.
Gratia sacramẽtalis accipitur pro gratia gratum faciente connotando Dei auxilium ad effectum specialem sacramenti.1.1.68.a
Gratia sacramentalis addit supra gratiã virtutum & donorum.1.to.66.2
Gratia aliter conferebatur in circuncisione, quam in baptismo.1.to.161.
Gratia solius euangelicæ legis perfecta est.1. to.173.174.
Gratia continetur in sacramento nouę legis tanquam in signo & in causa instrumentali.1.to.70.a.
Gratia est arra gloriæ.2.to.619.a.
Gratia gratum faciens confertur in sacramẽto ordinis & matrimonij.2.tomo.20.a.91. b.&.92.b.
Gratiæ nomen raro in veteri testamento reperitur.1.to.174.a.
Gratiæ gratum facientes omnes sunt eiusdẽ speciei quatenus faciunt hominem gratum.2.to.366.a.
Gratiæ infusio ad remissionem venialium non requiritur.1.to.728.b.
Gratiæ infusionem quid appellet D. Thomas.1.to.729.a.
Gratiæ infusio quomodocunq; fiat an per se sola absque actu charitatis suscipientis remittat ve. alia omnia.1.to.73.a.
Gratiæ infusio an possit fieri recipienti sacramentum precibus ministri, aut astantium.1.to.334.a.
Gratiam alteri conferre quinque modis accidit.1.to.11.b.
Gratum esse quempiam Deo quid sit. 1.tomo.61.a.
¶Græci si in azimo conficerent perinde peccarent ac nos si in fermentato conficeremus.1.to.416.a.b.
Græci dicentes Ioannem corrigere alios Euangelistas, quomodo fallantur.1.tomo. 407.b.
Græci in fermentato consecrantes qua ratione defendi possint.1.to.401.b.

Universidad de Deusto Biblioteca

Græci post susceptos sacros ordines nemin ē nuptias conciliare permittunt.secūdo tomo.289.b.
Græci non habent ordinibus votum castitatis annexum.ibid.
Græci canones suę opinioni aduersos depraauarunt.2.to.293.a.
¶Guardiani Diui Francisci quam potestatē habeant.1.to.944.a.
¶Gustus an vsum habebit in corpore beato.2.to.643.a.

H.

HAEreticus mentaliter tantùm non est excommunicatus.1.to.1027.1.b.&.1022.a.
Hæreticus vtrū baptizato characterem imprimat.1.t.81.a.
Hæreticam resipiscentem si ecclesiæ reconcilietur vtrùm catholicus teneatur reconciliatam in suam domum & thorum recipere.2.to.32.a.
Hæretici,scismatici,& præcisi an possint cōsecrare.1.to.600.2.b.
Hæretici qui negauerint confirmationis sacramentum.1.352.b.
Hæretici qui negauerint purgatorium post hanc vitam.1.to.916.b.
Hæretici qui primùm negauerunt confessionis necessitatem.1.to.790.b.
Hæretici in baptismum blasphemi.1.tomo.259.a.
Hæretici quid de indulgentijs dixerint.1.tomo.962.a.
Hæretici qui seruant formam ecclesiæ sacramentum quidem conferunt, non tamen gratiam.1.to.137.b.
Hæresis dicentium fidem in baptismo esse satis ad salutem.1.to.289.a.
Hæresis pertinax quæ.1.to.1027.b.
Hæresis VVitcleff,& & Armachani asserentium vitæ integritatem & ministrorū sanctitatem esse de essentia sacramenti ordinis.1.to.69.a.
Hæresis Tartianorū & Encratitarum circa vsum coniugij.2.to.84.a.
Hæresis Armenorum asserentium, quod si primi parentes non peccassent, nūquam ad generandum coissent. secundo tomo.84.a.
Hæresis lutheri negantis matrimonium esse sacramentum.2.to.87.a.b.
Hæreses variæ negantium veram existentiā corporis Christi in sacramento altaris.1.tomo.417.a.b.& seq.
¶Hermaphroditus in sexum fœmineum inclinans ordinum incapax est.secundo tomo.48.a.
¶Hispani licet egrè proferant.m. in fine dictionis non propterea vitiatur forma verborū in cōsecratione eucharistiæ.1.t.37.2.
¶Homo nequit in hac vita suam supremam fœlicitatem consequi.2.to.592.a.
Homines cur mas & fœmina seorsum conditi.2.to.79.a.
¶Honestas publica quid.2.to.354.a.
Honestas publica vtrùm ex quocunq; sponsaliorum genere,quomodocunque illa cōponantur,oriatur.2.to.354.b.
Honestatis publicæ,quæ ex sponsalibus oritur,nullus iam,aut vix vllus est vsus. 2.tomo.360.b.
¶Honor duplex.2.to.626.b.
¶Hora dici qua futurum sit iudiciū an certa dari possit.2.to.425.a.
Horas canonicas qui teneantur recitare.2.tomo.23.b.&.24.a.
¶Humores omnes & humiditates quæ ad vitæ etiam mortalis necessitatem & integritatem spectant, erunt in resurgētibus. 2.to.450.a.
¶Hostia nulli suspecto de crimine dari debet ad eius examinationem.2.to.554.b.
In hostia ante Christi passionem consecrata maneret in triduo idē corpus sicuti manebat in sepulchro.1.to.453.b.454.a.
In hostia consecrata in triduo esset ex vi cōsecrationis forma cadaueris cui in die resurrectionis succederet anima si seruaretur hostia.1.to.454.b.
In hostia consecrata sanguis est per concomitantiam in sanguine corpus nisi in triduo fieret consecratio.1.to.456.&.457.
Hostia cōsecrata si deglutiretur à bruto, nō propterea desineret substantia corporis Christi sub speciebus quandiu illæ maneant.1.to.53.6.b.
Hostiæ diuisio in missa quid significet.1.tomo.640.b.
Hostiam non consecratam an liceat porrigere volenti peccatori communicare.1.tomo.553.b.&.554.a.
Hostiam non consecratam sumere aut per simulationem celebrare grauius peccatū est,quam eucharistiam indignè sumere.1.to.554.a.

Iacob

I.

IAcob contraxit cū Lia per consensum nouum in ipsam. 2.tomo.180.b.
¶In ieiunio seruando.requisito ad sumptionem Eucharistię, standum est consuetudini patriæ receptæ decreto ecclesiæ, vt sciatur quodnam sit initium diei.2.to.562.b.
¶Ignorantia excusans à peccato excusat ab excommunicatione.1.to.1027.b.
Ignorantia inuincibilis & inculpata quātis non sufficiat delere peccata præterita, facit tamen hominē securum, vt dignè possit accedere ad sacramentum.1.to.541.b.
Ignorantia facti quando excuset ab irregularitate.1.to.232.b.
Ignorantia vincibilis excusat à censuris particularium prælatorum.2.to.142.b.
Ignorantia crassa & supina quæ dicatur.2.tomo.143.
Ignorantiæ nomine quid intelligatur. 2.tomo.248.b.
¶Immolatiō quid sit.2.tomo,609.b.
¶Impassibilitas vtrùm inter dotes corporis gloriosi sit connumeranda.2.to.635.b.
Impassibilitas solis beatis est propria.2.tomo.636.a.
Impassibilitas an sit qualitas.2.to.637.b.
Impassibilitatis dos secundum se considerata nullatenus maior est in beata Virgine quam in infimo beato.2.to.939.b.
¶Impotentia cōeundi duplex.2.to.235.a.
Impotentia naturalis triplex.ibid.
Impotentia coeundi quomodo post triennium probari possit.2.to.236.a.
Impotentia coeundi superueniens matrimonio rato an ipsum dirimat.2.to.236.a.
Impotentia perpetua vel temporalis quæ dicatur.2.to.237.a.
¶Impedimentū quando sic temporale quādo,verò perpetuum.2.to.237.a.
Impedimentum fœminæ arctæ si sit mediocrè matrimonium non dirimit. secundo tomo. 237.a.
Impedimentum quod per magicam amoueri potest,an dirimat.2.to.237.b.
Impedimentum dirimens nō est fœtor oris. 2.to.238.a.
Impedimentum maleficij, Vide,Maleficiū.
Impedimentum seruitutis. Vide,Seruum.
Impedimenta sex matrimonium impedientia.2.to.274.&.275.b.&.232.
Impedimenta matrimonij alia necessaria alia voluntaria.2.to.248.b.
Impedimēta matrimonij ecclesia potuit statuere.2.to.232.b.
Impedimenta quare peculiarius matrimonio quam alijs sacramentis adscribantur. 2.to.234.a.
¶Incæstus quid & vnde.2.to.276.a.
Incæstus cum consanguinea vxoris quando impediat & quando dirimat matrimonium.2.to.274.b.
Incæstus cum cognata vxoris mortuæ non impedit contrahendum.ibid.
Incæstus occultus non impedit matrimonij contractum.2.to.275.a.
Incæstus cum propria consanguinea an debiti exactionem impediat.2.to.278.a.
Incæstuosus impeditur ne matrimoniū vxore mortua inire possit.2.t.274.b.&.276.b.
¶Incubi dæmones possunt semen aliunde euectū in matricem immittere. 2.t. 456.a.
¶Incomprehēsibile perfecto modo est proprium attributum Dei.1.to.607.a.
¶Indulgentia duplititer sumitur. 1.to.961.b.
Indulgentia ecclesiastica est relaxatio pœnæ peccato debitæ, quæ extra sacramentum fit.1.to.961.b.
Indulgentia plenaria & plenissima quid sit. 1.to.976.b.
Indulgentia plenissima debet raro & grauissimis de causis fieri.1.to.976.b.
Indulgentia cum causa pia tantū valet quantum sonat.1.to.974.a.
Indulgentiæ nihil prosunt existentibus in peccato mortali.1.to.984.a.
Indulgentiæ an prosint suscipienti diploma in peccato mortali,quanuis postea cōuertatur.2.to.985.a.&.b.
Indulgentiæ conferuntur mortuis per modum suffragij: viuis autem subditis per iurisdictionem clauium.1.to.966.a.
Indulgentiæ qualiter magis aut minus nobis applicentur.1.to.966.b.
Indulgentiæ qualiter dicuntur tantū valent quantum sonant.1.to.983.b.
Indulgentiæ vt valeant prærequirunt autoritatem dantis, charitatem recipientis & piam causam.1.to.979.a.
Indulgentiæ debent habere causam proportionatam,vt maiores dentur vel minores. 1.to.979.b.
Indulgentiæ quadragintadierum non æqualiter prosunt omnibus in purgatorio existentibus.1.to.975.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indulgentiæ intelliguntur absolutè etiam & non iniunctis pœnitētijs, nisi oppositum sit in ipsa forma.1.to.975.b.
Indulgentiæ sine proportionabili causa nō valent quantum sonant.1.to.981.a.
Indulgentiæ centum aut mille annorū nunquam conceduntur à papa.1.to.975.a.
Indulgentiarum cōcessio est vera absolutio & remissio pœnæ, quæ fit virtute passionis Christi & sanctorum.1.to.966.a.
Indulgentiarum grandium frequentia offuscat autoritatem ecclesiæ.1.to.981.b.
Indulgentiarum causas discernendo potest errare illas largiens.1.to.981.a.b.
Indulgentiarum valor quantus sit vide plures opiniones.1.to.973.&.974.
Indulgētiarū quadragena quid sit.1.t.975.b.
Indulgentiarum dies vel anni intelliguntur de diebus iniunctis vel iniungendis in hoc seculo pro peccatis & de pœnis purgatorij illis respondentibus.1.to.974.b.
Indulgentiarum dies & anni sumpti sunt ex antiquo iure, quo septem anni pro quolibet mortali peccato iniungebātur: & pro grauissimis decem & plures.1.to.974.b.
Indulgentiarum distributio non pertinet ad iustitiam distributiuam: sed est opus misericordiæ.1.to.964.b.
Indulgentiarum largitio an nō sit aliud quā applicatio thesauri vt fit solutio pœnę: an vero sit vera absolutio.1.to.964. a.
Indulgentiarum largitio est solutio respectu Christi & sanctorum, qui soluerunt pro illo, qui suscipit indulgentias.1.to.964.b.
Indulgentiarū cōcessio nō ita est mera absolutio, quin solutio interueniat.1.to. 966.b.
Indulgentiarum collatio & satisfactio quam quis facit pro alio differunt.1.to.967.b.
Indulgentiarum nomen in ecclesiasticis scripturas ante quadringentos annos relatū legimus.1.to.968.b.
Indulgentiarū nomē qñ cęperit & vñ diplomata Cruciatę nomē sumpserint. 1.t. 968.
Indulgentiarū nomē quis nō sit antiquius, res tñ est à tēpore Apostolorū. 1.to.969.a.
Indulgentiarum assertio est de iure diuino, negatio autem hæresis.969.b.
Indulgentiarum vsus duplici de causa cæpit frequentari.1.to.969.a.
Indulgentiarum odium fuit principium hæresum Lutheri.1.to.962.a.
Indulgentiarum quæstores deridenda nonnunquam prædicant.975.b.
Indulgētijs nō abstulit cām S.Tho. 1.t.980a.
Indulgentias consequit quicunq; in gra existēs facit quod præcipit pōtifex.1.t.986.a.
Indulgentias ecclesia militans non pōt concedere defunctis nisi tantum per modum suffragij.1.to.986.b.
Indulgentias conferre est actus iurisdictiōis, & ideo nō potest, nisi erga subditos exerceri.1.to.966.a.
Indulgentias conferendi habēt autoritatem epiſcopi ex iure diuino, parochialis autem non.1.to.970.
Indulgentias cōferendi autoritatē habēt epi subiecti tantū summo pontifici.1. t.971.a.
Ad indulgentias cōferendas non requiritur character sacerdotalis, sed pōt eas largiri electus in episcopū anteq ordinet.1.t.971.a
Indulgentias conferens tanquā pars Reipu. eodem potest beneficio frui.1.to.972.b.
Indulgentias pias ecclesiæ fraudes dixit esse Lutherus.1.to.973.b.
Indulgētias suscipere nō dicit per se imperfectionē sed perfectionē religionis. 1.t.977.a
Indulgentias nullas recipere an esset consilium.1.to.977.b.
Indulgentias pontificis pro multis an Deus semper acceptas habeat.2.to.493.b.
¶Infidelis ad fidem conuersus an posit cū pertinaci vna manere.2.to.311.
Infidelis qui in sua cæcitate primam vxorem repudiauerat, ad fidem conuersus ipsam etiam resipiscētem tenetur admittere relictis ijs quæ post repudiū duxerat.2.t.316.a
Infideles propter iniquitates suas an liceat persequi & delere.1.to.303.b.
Infideles vtrūm ad fidem cogi debeant.1.to. 304.305.306.
Infideles an liceat armis subijcere vt postea facilius ad fidem conuertantur.1.to.308.a.
Infideles quo iudicio iudicādi sint.2.t.537.b.
Infideles qui in gradibus ab ecclesia prohibitis contraxerunt, post cōuersionem an debeant separari.2.to.315.b.
Infidelium proles si alter conuertatur ad fidem quem sequi debeat.2.to.314.a.
Infidelium conuersio multiplex.2.to.311.a.
¶Infantes vide, Paruuli.
¶Infernus damnatorum sedes quo loco sit constitutus nondum est tanta certitudine compertum.2.to.462.b.& seq.
Infernus & inferi idem.2.to.466.b.
Infernus quare dicatur gehenna.2.to.671.a.
Infernus adorans eucharistiam in peccato mortali: quia suscipere non valet peccat morraliter.1.to.653.b.

¶Ignis

¶Ignis solus nullis adiuuātibus ministris animas in purgatorio castigat.1.to.923.a.
Ignis quo mundus expurgabitur an sit futurus eiusdem speciei cum elementari & nostro.2.to.551.a.&.670.b.
Ignis conflagrationis mundi faciem mundi iudicis antecedet.2.to.552.a.
Ignis purgatorius iudicij non pertinget ad elementum ignis in suo proprio loco existens.2.to.555.a.
Neque cœlestes orbes perpurgabit.2.t.553. b
Ignis lata sententia iudicij protinus damnatos corripiet & conuolutos in infernum obtrudet.2.to.555.b.
Ignis inferni corporeus est ab initio mundi creatus.2.to.669.b.
¶Ingratitudo peccantis quandoque est speciale peccatum: quandoq; autem circunstantia.1.to.743.a.
Ingratitudo quæ faciat redire priora remissa.1.to.741.a.
¶Innocentiæ triplex genus.1.to.741.b.
Innocentes omnes occisi pro Christo ab Herode martyres fuere.1.to.240.b.&.2. tom. 663.a. vide Martyrium.
¶Insulani Occidentales quo iure capi potuerint à regibus Catholicis.1.to.309.b.
¶Insufflare non est legendum in manualibus, in quibus exorcismi modus traditur sed exsufflare.1.to.347.a.
¶Intentio habitualis non sufficit ad sacramentum.1.to.134.a.
Intentio ex parte baptizandi an sit necessaria.1.to.292.b.
Intentio actualis functioni sacramēti adesse non requiritur.1.to.134.b.
Intentio ministri peruersa an impediat validitatem sacramenti.1.to.338.a.
Intentio ministri ad essentiā sacramenti pertinet de iure diuino.1.to.130.a.
Intentio ministri qualis esse debeat vt sacramentum conficiat.1.to.131.a.b.
Intentio ministri esse debet actus mentis interior.1.to.132.& seq.
Intentio ministri si desit suppleri nō potest in infantibus defectus sacramēti, bene tamen in adultis, vt infundatur gratia, non vt imprimatur character.1.t.133.b.&.134.a.
Intentio faciendi quod facit ecclesia Christi, quomodo in sacramētorum ministro requiratur.1.to.131.b.&.135.a.
Intentio virtualis requiritur & sufficit in ministro, vt sacramentum conficiat.1.to.134. &.135.
Intentio recta ministri an requiratur in sacramentis.1.to.138.a.b.
Intentio locosa ministri in sacramēto interdum peior est, quam quæcunque alia peruersa.1.to.138.b.
Intentio erronea ministri quando tollat sacramentum; quando non.1.t.135. b. &.136. a.&.208.b.
¶Intellectus est animæ potentia eademque inseparabilis.2.to.392.b.
Intellectus possibilis nullatenus est separatus.2.to.393.a.
Intellectus agens & possibilis, potentia est animæ.2.to.392.a.
Intellectus beatus ad Dei visionem concurrit.2.to.596.b.
Intellectus fœlicium ciuium nullus videt in Deo distinctè omnia quæ in ipso eminētēr continentur.2.to.617.a.
Intellectus quod sit actus præstantior q̄ voluntas quibus probetur argumentis.2.tomo.577.a.
Intellectus per lumē naturale nequit nisi lumine gloriæ eleuetur, Deum videre. 2. tomo.600.b.
Intelligere simul plura non posse, quomodo accipiendum sit.2.to.610.a.
¶Interdictum ecclesiasticum est prohibitio à sacris.1.to.1030.a.
Interdictum canonicum quid.ibid.b.
Interdictum à iudice decretum potest ab eodem suspendi relaxari & tolli in toto & in parte.1.to.1031.a.
Interdictum à iure manente causa nec suspēdi nec tolli potest per summum pontificem.1.to.1031.b.
Interdictum legitimè positum res est ecclesiæ gubernaculo necessaria.1.to.1030.b.
Interdictum duplex, scilicet, loci & personarum.1.to.1031.a.
Interdicti tempore tenētur audire sacra qui sunt priuilegiati.1.to.1033.a.
Interdicti effectus sunt diuinis non interesse certa sacramenta non suscipere in loco sacro non sepeliri.1.to.1030.b.
Interdicti tempore quæ sacramenta possint administrari & quibus & quæ officia celebrari.1.to. 1033.a.
Interdicto in aliquibus locis Hispaniæ sæpe tota ciuitas obnubilat minima de causa, quod non esset ferendum.1.to.103.a.
Interdicere idem est quod prohibere. primo tomo.1029.b.
Interdicere quæ personæ possint.1.to.1031.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interdicturus debet præmonere excommunicatum monitione canonica in scriptis. 1.to.1032.a.
¶Interdicendus non est populus pro causa pecuniaria.1.to.1032.a.b.
¶Interpres an teneatur sigillum confessionis seruare,quid etiam de eo qui casu confessionem alterius audiuit.1.to.876.a.
¶Intestina vtrum vacua resurgent.2.t.450.a.
¶Ioannes Baptista. Vide baptismũ Ioannis.
Ioannes Baptista confinium fuit prædicationis legis veteris & nouæ,non tantum cessationis vnius & oblationis alterius. 1. tomo.196.a.
Ioannes Baptista tantum increpabat Herodem quod cum vxore viuẽtis fratris adulteraretur.2.to.359.a.
Ioannes Baptista etiam alios post Christum baptizauit.1.to.181.b.
Ioannes Baptista vtrum resurrexit cũ Christo.2.to.416.a.
Ioannes Euangelista verè mortuus fuit nec resurrexisse constat.2.to.416.b.
¶Ioseph & beatissima virgo Maria veri coniuges fuerunt.2.to.97.b.
¶Irregularitas duplex.1.tomo.1030.b.&.2. tomo.48.b.
Irregularitas est indignitas secundum canones, nequis possit ad ecclesiasticos ordines promoueri,vel si promotus fuerit nequeat in eis ministrare.1.to.1030.a.
Irregularitas quæ ob significationem decernitur sine culpa contrahitur non tamen quæ in pœnam culpæ.1.to.232.b.
Irregularitas omnis an tolli possit per absolutionem autoritate bullæ cruciatæ impẽsam.1.to.1030.b.
Irregularitas quid & vnde.2.to.48.a.
Irregularitas non incurritur propter celebrationem in ecclesia violata, sed solum quãdo est à iudice interdicta.1.to.623.b.
Irregularitas etiam secretò & citra peccatũ committitur.1.to.753.b.
Irregularitas omni. aboletur per professionem religionis quantum ad ordinum susceptionem præter illam quæ vel ex homicidio voluntario vel ex bigamia contrahitur.2.to.53.b.
Irregularitas non est pœna iniquitatis.2.tomo.54.a.
Irregularitatis & incapacitatis discrimen.2. tomo.48.b.
Irregularitatem nõ contrahit qui fœtum in vtero nondum animatum extinguit, nec qui venena sterilitatis propinat.2.to.55.b.
Irregularitatem non incurrunt iterantes sacramenta,præter baptismum.1.to.362.b.
Irregularitatem quæ personæ incurrunt.2. tomo.56.&.57.
Irregularis fit contrahens cum corrupta.2. to.135. Quid autem si ducat corruptam à se prius.ibidem.
Irregularis est omnis bigamus.2.to.135.
Irregularis episcopus verum sacramentum ordinis confert. 2.t.46.b.
Irregularis non est excommunicatus,nisi in excommunicatione celebret.2.to.48.a.
Irregularis quare sit illegitimè natꝰ.2.t.48.b
Irregularis est tam qui sibi quam qui alteri membrum amputat.2.to.56.a.
Irregularis est non tãtum qui occidit vel mutilauit,sed etiam qui fuit causa.ibidem.
Irregulares sunt omnes ministri iustitiæ etiã notarij.2.to.56.a.
¶Iubilæi annus quid & vnde.1.to.976.b.
¶Iudas suscepit à Christo eucharistiã in cœna.1.to.582.b.
¶Iudæi non sunt serui sicut mancipia principum,sed sub tributo illis seruiunt. 1.tom. 314.a.b.
Iudæi non tenentur alio præcepto ad fidem quam reliqui homines.1.to.314.a.
Iudæi eadem nocte Iouis qua Christus agni cœnam fecerunt,videlicet quartadecima luna.1.to.404.a.
¶Iudex non debet procedere ad inquisitionem rei,quam solùm sciuit per viam confessionis.1.to.880.b.
Iudex ordinarius & iudex arbiter qui dicuntur,& in quo differunt.1.to.792.a.
Iudicium futurum multi hæretici negabãt. 2.to.519.b.
Iudicium finale an sit peragendum sonora voce.2.to.409.b.&.539.b.
Iudicium duplex discussionis & condemnationis.2.to.400.a.
Iudicium nunc est mundi Ioan. 12. quomodo intelligatur.2.to.521.b.
Iudicium generale per sententiã iudicis concludetur.2.to.544.b.
Iudicium generale tam ex parte iudicãtium quam iudicandorum ad homines duntaxat directè pertinebit.2.to.528.b.
Iudicium generale celebrabitur in Valle Iosaphat,quæ iacet ad pedem montis Oliueti.2.to.529.b.
Iudicij extremi ordinem graphicè depinxit Daniel.2.to.533.b.

Iudicij nomen qualiter accipiatur. secundo tomo.519.a.
Iudicio discussionis nequeviniuersi iusti neque omnes iniqui iudicabuntur. secundo tomo.527.a.
In iudicio libri aperientur,quibus causarum merita legantur.2.to.536.a.
In iudicio vniuersi mortales nemine excepto comparebunt.2.to.526.b.
Iudicare multis modis accipitur. 2.to. 522.b.
Iudicandi munus quibus dabitur in die iudicij.2.to.525.b.
Iudicanti Christo qui sint assessuri. secundo to.522.b.
¶Iurisdictio in sacerdote an sit de iure diuido.1.to.945.b.
¶Ius naturæ multiplex.2.to.213.&.312.b.
Ius naturæ & instinctus in quo differunt.2. tomo.212.b.
Iuris naturæ tres sunt gradus.2.to.357.b.
¶Iuramentum omnis est controuersię finis. 2.to.127.
Iuramentum in sponsalibus quo animo apponatur.2.to.131.a.
Iurans spõsalia metu mortis an teneatur iuramentum adimplere.2.to.158.b.
¶Iusti qui à culpa & pœna in hoc seculo absoluti sunt absque transitu per purgatorium in cœlum recipiuntur.1.to.918.b.
¶Iustificationis duplex terminus.2.t.407.b
Iustificatus nunquam fuit peccator citra sacramentum aut contritionem.2.to.26.a.

L.

Abam quare duas filias Iacob desponsauerit.2.to.217.b.
¶Laicus an possit absoluere à censuris in articulo mortis.1. to.871.a.
Laicus vtrùm possit tangere hostiam. 1.tomo.593.a.
Laicus citra necessitatem baptizans an peccat mortaliter.1.to.250.a.
Laico sacramentaliter absoluenti quæ pœna imponenda.1.to.855.a.
Laicos & præsertim fœminas tangere vasa aut vestes sacras,an sit sacrilegium.primo mo.625.a.
¶Lamech primus bigamus fuit qui in lege naturæ duabus vxoribus vsus est.2.tomo 214.b.
¶Lectoris officium.2.to.17.b.
¶Lepra sponsalia dirimit non tamen matrimonium.2.to.203.a.
¶Lex simul atque edicitur obligat vniuersos licet illi ad quorum notitiam non peruenerit excusentur.1.to.198.b.
¶Lex naturæ non ideo sic dicta est,quia nullum contineret præceptum supernaturale.1.to.51.b.
Lex vetus quando cessauerit, quando obligauerit noua.1 to.194.& seq.
Lex euangelica quot quantisque rebus præstet Mosaycæ.1.to.172.&.173.
Lex vetus solũ perseuerat quantum ad moralia.2.to.337.b.
Lex vetus per Christum antiquata est.2.tomo.331.b.
Lex Leuitici nunquam coniugium leuiri cũ vxoris fratris defuncti sine liberis.2.tomo.359.a.
Lex Leuitici non erat omnino indispensabilis.2.to.358.b.
Legis antiquæ patres comparantur ijs qui ob læsæ maiestatis crimen iussi essent expectare Regis filium,qui illis veniam à patre impetraret.1.to.174.
Legis naturæ tẽpore viguit in omni repub. in qua fides erat, originalis culpæ cognitio.1.to.168.a.
In lege naturæ nullum fuit sacramentum.1. tomo.168.& seq.
In lege naturæ poterat iustus quisque alienum filium inuitis parẽtibus infidelibus Deo offerre,vt illi applicaret fidem.1. tomo.312.
Leges cõnubiales an possint statui per principes seculares.2.to.344.a.
Leges tantum subditos ligant non autẽ ad extraneos extenduntur.1.to.39.a.
Leges tres distinguntur, naturæ scripta & euangelica.1.to.51.a.
Leges fidei noxias potest Papa abrogare.2. tomo.71.b.
Leges matrimonio adhibitæ iuregẽtium & ciuili.2.to.90.a.
Leges punientes filios contrahentes clandestinum matrimonium sunt iustæ. secũdo tomo.162.b.
Leges & dispensationes futura respiciunt non præterita.2.to.167.b.
¶Legitima ætas,vide Ætas.
Legitimandi sex modi à iuribus statuti.2.tomo.363.b.
¶Libertas ad matrimonium iure diuino fundatur.2.to.163.a.
¶Libellus repudij,vide Repudium.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Liber de vera & falsa pœnitentia an sit D. Augustini.1.to.915.a.
Liber de spiritu, falso attributus Augustino. 2.to.672.b.
Liber vitæ quis.2.to.536.b.
Libri qui in die iudicij aperientur qui sint.2. tomo.536.b.
¶Limbus puerorum.2.to.460.a.
Limbus patrum supremus erat inter subterranea receptacula.2.to.466.b.
¶Ligamen an sit impedimentum matrimonium dirimens.2.to.283.
¶Lingua materna Theologiam scribere, vt aliqui nostra ętate fecerunt, reprobat autor.1.to.711.b.
¶Linea consanguinitatis quæ sit & quotuplex.2.to.326.b.327.b.
¶Liquor mistus vino consecrato an mutet substantiam sacramenti.1.to.489.a.b.
¶Lites inter Christianos quare magis execrabiles sint, quã inter cęteros homines.1. tomo.386.b.
¶Loth cum filiabus congressus.2.to.214.b.
¶Lumen gloriæ duplex.2.to.601.b.
¶Lusitana quædam versa in virum.1.t.135.b.
¶Lutherus quia negauit satisfactionem in pœnitentia, negauit ieiunia, purgatorium &c.1.to.718.a.
Lutherus quid senserit de sacramento pœnitentiæ & eius partibus.1.to.761.a.
Lutherus non prorsus denegauit veritatem sacramenti.1.to.560.b.
Lutherus sola fide nullo autem sacramento hominem iustificari asseruit.1.to.56.b.
Lutherus quã absurdè existimet nos à Deo cogi ad peccandum.1.to.700.b.
Lutherus quam iniquè asseruerit omnes homines esse sacerdotes aptos conficiendo sacramento.1.to.587.b.
Lutherus adeò fuit Pelagio in asserenda originali macula cõtrarius, vt diceret neutiq; per baptismum radicitus deleri.1.to.321.b.
Lutheri verba execranda in Eucharistiæ figuram.1.to.389.a.
¶Luxuriæ septem species.2.to.364.b.

M.

Maleficium an dirimat matrimonium.2.to.239.& seq.
Maleficium quare peccato cessante ipsum nõ cesset.2. tom. 243.a.
Maleficij & frigiditatis discrimen.2.t.242.a.
Maleficio legitimè comprobato vterq; coniux liberè potest aliud inire coniugium.2. tomo.242.a.
Maleficio dimouendo quæ nã possint medicamina admoueri.2.to.240.b.& seq.
Maleficia dæmonũ non desunt qui negent. 2.to.239.b.
Maleficia an sint perpetua.2.to.240.a.
Maleficia pluribus modis ex parte dęmonũ aut magicorum fiunt.2.to.240.b.
Maleficia an liceat per alia maleficia dissoluere.2.to.241.b.
Maleficia cur crebrius circa matrimonium quàm circa quosuis alios concubitus vagos accidere soleant.2.to.243.a.
Maleficiati si habiles ad primas nuptias post secundas reperiantur, an sint ad illas reuocandi.2.to.242.
Maleficum prece vel pretio rogare licet, vt ligaturas dissoluat.2.to.242.a.
¶Malitia supplet ętatem matrimonio requisitam.2.to.253.& seq.
¶Mala quædam sunt quæ dicuntur prohibita quia mala: alia verò sunt mala quia prohibita.2.to.245.b.&.152.a.
¶Manducatio sacramentalis duplex. 1. tomo.581.b.
Manducatio spiritualis quadruplex. 1. tomo.533.b.
Manducare spiritualiter solis hominibus cõuenit.2.to.534.a.
Manducare indignè quid sit.2.to.537.b.
Manducare & deglutire potest brutum sacramentum non tamen sacramentaliter. 1.to.536.b.
Manducari potest corpus Christi spiritualiter & sacramentaliter à peccatoribus.2.tomo.535.a.
¶Manuum impositio à veteri lege mutuata.1.to.659.b.
Manuum impositio non requiritur ad sacramentum pœnitentiæ sicut neque in baptismo.1.to.659.a.
Manuum impositio non est pars sacramenti ordinis neque verò de eius essentia. 2.tomo.20.b.
¶Maria virgo ante contractum matrimonium, non emisit absolutum virginitatis votum.2.to.107.a.
Maria virgo an confiteretur Ioanni Baptistæ. 1.tomo.653.b.
Maria virgo an fuerit baptizata.1.t.272.a.
Maria virgo an sit adscribenda martyrũ catalogo.2.to.662.b.

Maria

Maria virgo an sit in cœlum corpore euecta.2.to.416.b.
Maria virgo an habuerit laureolam virginitatis.2.to.661.b.
Maria virgo tanto plura videt in verbo, quãto maiori lumine gloriæ perfunditur.2.to 1.to.620.b.
¶Marcus Euãgelista sibi pollicẽ abscidit, ne vlli ecclesiæ præficeretur.2.to.54.b.
¶Martyr tenetur confiteri si adsit copia cõfessoris.1.to.662.b.
Martyr vt quis dicatur quæ requirantur.2. to.663.a.b.
Martyres sunt omnes infantes pro Christo occisi, fortassis existentes etiam in maternis vteris.1.to.240.b.241.
Martyres fuere ante legem euangelicam.2. tomo.664.a.
Martyres an sint dicendi qui se se inter emerunt metu violandæ pudicitiæ, vt de beata Apollonia fertur.2.to.664.b.
Martyrium qualiter deleat peccata sine pœnitentia.1.to.727.b.
Martyrium nõ est sacramentũ, neq; confert gratiã ex opere operato. 1.to.143.b 242.a.
Ad Martyrium quid requiratur.1.to.241. Vide Baptismus sanguinis.
Martyrium sufficit sine pœnitentia ad salutem, quando eius subita oblatio impedit actum pœnitendi, secus non. 1.to.708.b.
Martyrium in quo differt à baptismo flaminis.1.to.242.a.
Martyriũ an suppleat vicẽ baptismi.1.t.240.
Martyriũ omnem remittit culpã.2.to.241.b.
Martyrij tria genera.2.to.663.a.
Martyrij meritum non consistit in passione mortis quatenus ab alio infertur, sed quatenus per vltroneam virtutis patientiam suscipitur.2.to.662.b.
¶Materfamilias vnica dũtaxat erat etiã qũ Ethnici plurib⁹ vtebant vxorib⁹.1.t.215.b.
¶Matthatias.1.Macha.2. an potuerit in fidelium filios circuncidere.1.to.313.b.
¶Materia sacramenti pœnitentiæ.1.t. 652.b.
Materia baptismi duplex.1.to.188.a.
Materia & forma in sacramento quid significet.1.to.27.a.
Materia sacramenti Eucharistiæ non potuit esse caro.1.to.394.a.b.
Materia consecranda an debeat esse pręsens necessario.2.to.394.b.
Materia sacramenti ordinis.2.to.11.a.
Materia sacramenti ordinis an debeat tangere suscipiẽtem.ibid.b.
Materia sacramenti ordinis nõ apparet esse de eius essentia.2.to.13.a.
Materia diaconi quæ sit Euangeliorum codex.2.to.17.a.
Materia matrimonij sunt verba contrahentium.2.to.88.b. Vide matrimonium.
Materiæ sacramẽtorũ diuersa ratio.2.to.11.a.
Materiam applicandi in sacramentis diuersa ratio.2.to.12.a.
¶Matrimonium quid.2.to.97.&.101.103.
Matrimonium vnde dictum.2.t.101.b.
Matrimonium constat ex materia & forma ipsis signis explicãtibus cõsensum.1.t.29.
Matrimonium quatenus sacramẽtum non est necessarium simpliciter.2.to.147.b.
Matrimonium institutum est in remedium concupiscentiæ: cùm tamen in aliorũ peccatorum remedium nullum sit institutũ sacramentum.1.to.141.b.
Matrimonium in peccato contrahere non ideo peccatum est, quia contrahentes sint ministri.1.to.128.a.
Matrimoniũ solũ inter sacramẽta nõ confertur si error sit personæ.1.to.136.a.208.a.
Matrimoniũ est dignissimum sacramentorum ratione significationis.1.to.147.a.
Matrimonium nullum resultat nisi verba de futuro præcesserint, quanuis vtrq; mente intrinsecus in matrimonio consentiente se se thoro commisceant.2.to.29.a.
Matrimonium quod post in fide Christi cõtrahitur soluit matrimoniũ quod prius in infidelitate cõtractũ erat. 2.t.318.b. & seq.
Matrimoniũ semel legitimè initũ nunq; diritur quoad vinculũ nisi christianũ aut religionis gratia.2.t.371.b.&.52.b.
Matrimonium nullatenus soluitur per hęresim aut apostasiam.2.to.320.
Matrimoniũ omne quod cũ impedimẽto dirimẽte cõtractũ est dissolui debet.2.t.365.a
Matrimoniũ inter patrẽ & filiã vtrũ fit adeò iuri naturæ repugnãs vt nullã ob causam super eo dispensari possit.2.t.334.b.& seq.
Matrimonium illegitimũ accusationi obnoxium est, quanuis per ignorantiam & bonam fidem retineatur.2.to.365.b.
Matrimonium quibus iuribus aut defenditur aut accusatur.2.to.366.b.
Matrimonium iure naturæ prohibitum inter auum & nepotem.2.to.336.a.
Matrimonium duplex ratum & consummatum.2.to.98.b.&.114.b.
Matrimonium & naturæ officium est & fidei sacramentum.2.to.78.a.

Matrimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matrimonium quando dicatur consummatum.2.to.114.b
Matrimonium an sit à natura inditum. 2.tomo.78.b.&.79.a.
Matrimonium quo pacto sit naturale per duas conclusiones explicatur.2.to.78.b.
Matrimonium ante peccatum institutũ fuit in officium post verò in remedium.2.to.80.b.&.89.b.
Matrimonium statim post peccatum cæpit prodesse in remedium.2.to.81.b.
Matrimonium cur etiam nunc maneat sub præcepto.2.to.81.b.
Matrimonium an fuerit sub præcepto tempore legis Mosaycæ.2.to.183.b.&.184.a.
Matrimonium esse sacramẽtum multis probatur.2.to.87.&.88.
Matrimonium non propter caduca bona iuendum est,sed propter virtutem,quæ amicitiæ coniugatis custos est.2.to.90.a.
Matrimonium sicut cætera ecclesiæ sacramenta gratiam confert.2.to.91.b.
Matrimonium an sit sacramentum quando non administratur per ministrũ ecclesiæ. 2.tomo.93.b.
Matrimonium inter absentes per procuratorem vel per literas an sit sacramentum. 2.to.95.b.
Matrimonium infidelium an sit sacramentum.2.to.96.a.
Matrimonium baptizati cum non baptizata an sit sacramentum.2.to.96.b.
Matrimonium verum & perfectum fuit inter Ioseph & beatissimam virginem.2.to.97.b.173.b.&.186.a.
Matrimonium pro qua re supponat.2.tomo.101.a.
Matrimonium non dicitur consummatum ex copula præcedenti sponsalia 3.t.119.a.
Matrimonium an mutuo consensu possit distrahi.2.to.102.b.
Matrimonium quare potius sic quam patrimonium dictum.2.to.103.a.
Matrimonium ratum per ingressum religionis dirimitur.2.to.115.a.
Matrimonium consummare ante benedictiões ecclesiæ an sit peccatum.2.t.143.b.
Matrimonium inter infideles metu contractum iure diuino est inualidum.2.t.154.b.
Matrimonium ingratum minus malum est, quam mors.2.to.158.b.
Matrimonium in gradu prohibito sub cõditione,si Papa dispensauerit, post dispensationem nouo eget consensu.2.to.167.a.
Matrimonium sub conditione impossibili contractum,præsumitur tale acsi nulla cõditio esset adhibita.2.to.170.a.
Matrimonium spadonum, castratorum & Eunuchorum an sit stabile.2.to.238.b.
Matrimonium contrahere an possint vetuli. 2.to.239.a.
Matrimonium post votum simplex contractum firmum est.2.to.298.a.
An verò sit peccatũ illud cõsummare?ibid.b
Matrimonium non dirimitur per fœtorem & graueolentiam oris.2.to.238.a.
Matrimonium Iudæorũ cum pluribus vxoribus dirimitur si ad fidem conuertantur. 2.to.218.a.
Matrimonium clandestinum bifariam contingit.2.to.138.b.
Matrimonium clandestinum & minus solenne in quo differant.2.to.139.a.
Matrimonium clandestinum iure optimo ab ecclesia vetitum est.ibidem.
Matrimonium clandestinum legibus ciuilibus reprobatum.2.to.140.a.
Matrimonium clandestinum si modo per verba de præsenti fiat validum est.ibidẽ.
Matrimonium clandestinũ inire an sit peccatum.2.to.141.a.
Matrimonium clandestinum in quibus casibus licitè contrahatur.ibidem.b.
Matrimonium clandestinum contrahentes quam pœnam incurrant.2.to.143.a.
Matrimonium clandestinum noua ecclesiæ prohibitione & decisione indiget. 2.tom. 139.a.&.140.b.
Matrimonium infidelium dirimitur altero ad fidem Catholicam conuerso.2.t.118.a.
Matrimonium inter infideles rectè contrahitur constatque quatenus concupiscentiæ remedium.2.to.304.b.
Matrimonium infidelium diuersarum sectarum an fuerit licitum.2.to.306.a.
Et quid de matrimonio Israelitici populi cũ septem illis gentibus prohibito.ibidem.
Matrimonium infidelium diuersarum sectarum an potuerint ipsorum principes inire 2.to.307.
Matrimoniũ inter fideles & infideles gratiæ sacrilegium est & iure positiuo prorsus nullum.2.to.308.a.& seq.
Matrimonium cum hæretico & apostata contractum validum est.2.to.311.a.
Matrimonium inter infideles legitimè contractum per conuersionem ad fidem non dirimitur.2.to.311.b.

Matri-

Matrimonium an sit prohibitum iure naturali vel diuino inter infideles & fideles.2. tomo.308.a.
Matrimonium inter Leuirum & fratriam & inter sororem vxoris & sororium non est ita iure naturali prohibitum quin sub eo cadat dispensatio.2.to.357.a.
Matrimonij consortium quare inter homines indissolubile.2.to.79.b.&.304.b.
Matrimonij ratio aliqua quocunque tempore cognita.2.to.80.a.
Matrimonij institutio triplex.2.tomo.80.b. &.304.a.
Matrimonij sacramentum an à Deo immediatè & quibus verbis fuerit institutum. 2.to.81.a.
Matrimonij præceptum an fuerit naturale. 2.to.81.a.
Matrimonij præceptum consilio castitatis non aduersatur.2.to.83.a.
Matrimonij vsum hæretici plures negarunt esse licitum.2.to.84.a.
Matrimonij vsus potest esse apud Deũ meritorius gratiæ.2.to.85.a.
Matrimonij fœdus lege naturæ indissolubile.2.to.89.b.122.a.
Matrimonij sacramẽtum qua ratione est sacramentum in noua lege à Christo institutum est.2.to.90.a.
Matrimonij gratia sacramentalis triplici cõcupiscentiæ medetur.2.to.92.b.
Matrimonij gratia quando infundatur.ibidem.
Matrimonij duplex integritas & profectio. 2.to.97.a.
Matrimonij duplex significatio. 2.to.98. b. &.133.a.
Matrimonij contractus nunquam per negationem vim obtinet.2.to.176.a.
Matrimonij forma non alia est à Christo instituta,quàm quæ in lege naturæ esset satis.1.to.30.a.
Matrimonij formam variare dummodo cõsensus exprimatur nõ est peccatum. 1.tomo.88.a.
Matrimonij ministri sunt contrahentes ipsi, qui sibi ipsi inuicem gratiam conferunt. 1.to.99.b.
Matrimonio illud obstat quod eius fini repugnat.2.to.330.b.
Matrimonio raro propter professionem religionis soluto, liberum est coniugi relicto quam voluerit sibi in matrimonium sociare.2.to.26.a.
Matrimonio num Deus aliquos aliquando sociauerit citra ipsorum consensum.1. to. 104.a.
Matrimonia inter parentes vtrùm fuissent prohibita natura stante integra. 2.tomo. mo.334.b.
¶Mediationis nomen si in proprio significatu vsurpetur,solus Christus est mediator Dei & hominum.2.to.500.a.b.
¶Melchisedech sacrificium forsitan fuit sacramentum.1.to.53.a.
¶Mendacium quodcunque in confessione an sit peccatum mortale.1.to.818.b.
¶Menstruatæ accedere vetitum fuit in lege veteri duplici de causa.2.to.205.a.
¶Metaphoras profanas valde cauere debẽt sacrarum literarum expositores.1.to.26.a.
¶Metanæa Hesiodi.1.to.769.b.
¶Metus mortis à rege Christiano incussus quatenus excusat.1.to.1017.a.
Metus quid.2.to.150.a.
Metus cadens in constãtem virum quis. ibidem.b.
Metus cadens inconstantem virum excusat à culpa.2.to.151.b.
Metus vt cadere in constantem virum dicatur,ex duobus perpenditur.2.to.151.b.
Metus leuis non excusat à culpa.ibidem.
Metus leuis consensum non infirmat. 2. tomo.153.b.
Metu mortis peccatum veniale committens vel iciunium aut diem festum violans nõ desinit esse constans.2.to.151.b.
Metus excommunicationis an censeatur iustus.2.to.152.b.
Metus vnde oriri debeat, vt cẽseatur iustus. 2.to.157.a.b.
Metus ab extrinseco non impedit nec vitiat matrimonium.ibid.b.
Metus cadens in constantur virum, alio fine illatus non impedit matrimonium.ibidem.
Metu mortis compulsus sponsalia iurare an teneatur iuramentum seruare. 2.to.158.b.
Metu coactus matrimonium consummare, an censeatur verè contrahere.2.to.358.b.
¶Metropolitanus idem qui Archiepiscop⁹. 2.to.36.a.
¶Meritum in charitate fundatur.primo tomo.964.b.
Meritum nullum est operantis in peccato.1. to.899.a.Vide,Opera.
Meritum vnius alteri prodest: quia sumus vnius corporis membra.1.to.995.a.

Meritum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Meritum est causa præmij.1.to.64.a.
Meritum de condigno duplex.1.to.110.
Meritum de congruo quid sit.primo tomo. 611.b.
Meritum de condigno & meritum de congruo quantum differant.1.to. 334. b. &.2. tomo.480.a.
Meritum de condigno solùm apud Deum dicitur suo gradu iustitia. primo tomo. 170.b.
Meriti tres gradus.1.to.734.b.
Meruit Christus per quemlibet actum redẽptionem nostram quantum ad sufficientiam: sed omnes simul obtulit tanquam plenam satisfactionem.1.to.76.a.
¶Meretrix nõ debet sigillatim omnes suas turpitudines confessori recensere, sed satis est dicat decies aut centies.1. to. 772. b.
Meretrices ad eucharistiam compellere licet sit receptum apud aliquas nationes, non est tamen tutum.ibid.
¶Mersio nõ est de necessitate baptismi peccat tamen qui illam prætermittit.1.to.219. b.222. Vide Baptismus.
Mersio trina an sit faciẽda cũ periculo mortis illius qui baptizatur.1.to.224.b.
Mersio subsequens continuò prolationem formæ baptismi,pars est sacramenti. 1.to. 219.& sequen.
¶Mergere quas sit necesse corporis partes ad ablutionem baptismi.1.to.221.a.
Qui dum mergit dicit,aspergo, aut contra, peccat & baptismus ille sub conditiõe debet iterari.1.to.220.b.
¶Mimi cuiusdam apud Augustinum inepta facetia reprehensa.2.to.586.b.
¶Misericordiæ solum mẽtio quare facta sit in sententia quam proferet Christus in die iudicij.2.to.546.a.
¶Minister debet habere intentionẽ per quã id intendat facere, quod per formam significatur.1.to.30.a.
Minister si per mutationem verborum intẽdat alium ritum inducere, qui non sit ab ecclesia receptus non videtur sacramentũ perficere.1.to.33.a.
Minister quomodo est instrumentum sacramenti.1.to.98.b.
Minister nequam si ab ecclesia toleratur, licet ab illo sacramenta suscipere.1.to.112.a.
Minister malus sacramenti bifariam intelligitur.1.to.114.a.
Minister gratiam confert.1.to.99.a.
Minister qui nefariam intensionem sacramentis adiungit grauissimum scelus committit,idq; duplex.1.to.138.b.
Ministri ecclesiæ possunt sacramenta cõferre etiam si sint mali.1.to.113.b.
Ministri præcisi si in extrema necessitate baptizent,an peccent.1.to.127.b.
Ministri an necessariò habere debeant intentionem quam habet ecclesia Romana.1. tomo.131.b.
Ministri an requiratur interior intentio, an verò sufficiat exterior verborũ prolatio. 1.tomo.132.a.
Ministri matrimonij sunt ipsi contrahẽtes. 1.to.99.b.
Ministri intentio si desit an Christus supplebit in pueris defectum.1.to.133.b.
Ministri intentio vide in verbo,Intentio.
Ministri probitas in moribus non ad essentiam sed ad decentiam pertinet sacramenti.1.to.114.a.
Et quomodo hoc intelligatur.ibid.119.a.
Ministri nequam actioni in sacramẽto quomodo cooperetur Christus.1.to.118.a.
Ministri qui dicantur tollerati, qui excommunicati.1.to.125.b.126.a.&.603.a.
Ministrum ad internum sacramenti effectũ concurrere negare hæreticum est. primo tomo.99.a.
Ministrum improbum non paratum neque offerentem sacramentum nemini licet ad id inducere.1.to.123.b.
Ministrorum qui malè sacramenta conferunt,quinque gradus.1.to.113.b.& seq.
Ministris sacramẽtorũ simul cum potestate ministrandi gratiam curat Deus infundere.1.to.117.b.
Ministros sacramentorum toleratos ab ecclesia quando etiam non paratos ad conferenda sacramenta, inducere: quando solum à paratis suscipere liceat.1.to.123.& sequenti.
Et quando hoc ipsum in præcisis.1.to.124. & sequenti.
Ministerium sacramentale ab angelis perfici potest,& ratum haberi debet.primo tomo.118.b.
Quanuis ad solos homines ministrare sacramenta pertineat.ibid.a.
Ministrare in mortali peccato sacramenta, peccatum est genere suo mortale. primo tomo. 118.
quando grauius,quando leuius, quando etiam ex imperfectione actus, veniale. 1. to.120.b.

Missa pro pluribus oblata an tantum valeat singulis acsi pro vno quolibet illorum solum offerretur.1.to.522.b.&.611.b.
Missa boni sacerdotis simpliciter melior est quàm mali.1.to.698.b.
Missa sacerdotis præcisi & orationes, quas ibi fundit, possint neijs pro quibus offert.1. to.601.b.602.
Pro vna missa non sunt plures pitanciæ recipiendæ.1.to.613.b.
Missa improbi sacerdotis quantum ad sacra meritum non minus valet quàm probi.1. tomo.597.a.
Missa triplex in natali Domini quid significet.1.to.617.a.
Missa solennis vt celebretur sex sunt requisita.1.to.615.a.
Missa certis precibus constat,quarum institutio aptissima demonstratur.1.to. 628.b. vsque ad.636.
Missa celebrari debet ab aurora vsq; ad meridiem.1.to.619.a.
Missæ sacrificium ter in anno conficere tenentur sacerdotes.1.to.605.b.
Missæ quæ à malo peragitur sacerdote valor.1.to.599.611.
Missæ valor non variatur propter numerũ aut sanctitatem iustorum maiorẽ aut minorem.1.to.599.b.
Missæ canon ab Apostolis ad nos peruenit. 1.to.633.b.
In missæ sacramento vtrùm sit sacrificium solum ipsum sacramentum an verò orationes.1.to.597.b.
Missæ triplex effectus.1.to.599.a.b.
Missæ partes præcipuæ.1.to.629.a.
Missam totam quis dicatur audire, & quæ attentio requiratur in audienda missa.1. tomo.614.
Missam propriam dici festi non est necesse audire.1.to.614.b.
Missam dicere tenetur parochus,quoties populus audire in alijs diebus pro ratione stipendij.1.to.616.a.
Missam dicuntur instituisse Petrus Iacobus. Basilius Cæsariensis, eo quòd vnusquisq; in sua ecclesia solennem missæ celebrationem instituerit.1.to.629.a.
Missam ab alio ceptã an teneatur sacerdos perficere.1.to.643.
Missam non debet solus sacerdos celebrare, nisi sit vrgens necessitas ex dispensatione.1.to.641.b.
Missam priuatam dicere in die Parasceue est peccatum mortale. primo tomo. 617. b. 618.a.
Missam absque vasis & vestibus sacris sine ara lapidea,linteolis lineis lumine dicere mortale est.Quod excusari potest si absit contemptus.1.to.626.a.628.b.
Missam audiendi domi priuilegio quatenus vti liceat.1.tom.623.a.
Missam non licet dicere super mare aut flumen.1.to.623.a.
Missam dicere paulò antè vel post meridiẽ si adsit legitima causa non est mortale.1. tomo.619.a.
Missam celebrare non persolutis matutinis horis non est mortale.ibid.
Missam audire in diebus festis vtrum sit præceptum sub reatu mortali. primo tomo. 613.b.
In missa non sunt plures dicendæ orationes quam instituerit ecclesia.1.tomo.628.b.& sequenti.
In missa ceremoniæ quomodo fieri debeãt. 1.to.637.
In missa defectibus euenientibus quomodo occurrendum sit. primo tomo. 642. b. & sequenti.
A missa audienda quæ personæ excusantur. 1.to.615.a.
Missas plures quam duas nunquam licet dicere nisi in die natalis Domini. primo tomo.618.a.
¶Mixta omnia in die iudicij purgabuntur sed omnia igne consumentur. 2.to. 555.a. & latius.561.b.
¶Monachi choro addicti quare coronę tonsura insigniantur.2.to.28.a.
Monachi laici seu conuersi cur in modũ coronæ non tondeantur.ibid.
Monachi nam quo casu cogi possint matrimonium inire.2.to.83.a.
¶Monstrum an debeat gemino baptismo intingi.1.to.231.b.
¶Mortui quare aliquando viuis appareant. 2.to.476.a.
Morientur vniuersi qui in die iudicij superstites fuerint vt cum cæteris resurgant. 2. to.417.a.
¶Mos sumendi eucharistiam in die Cœnæ post seculares epulas,vnde ortum habuerit,& quando abrogatus fuerit. primo tomo.561.
Mos ecclesiæ vt à ieiunis Eucharistia sumatur à Christo deriuatus est. primo tomo. 560.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mos tradendi eucharistiam infantibus tempore diui Dionysij in aliquot ecclesijs viguit.1.to.565.b.
¶Mosayca præcepta an obligent.secũdo tomo.33.b.
¶Motus instrumenti duplex.1.to.73.a.
Motus tripliciter potest esse naturalis.2.tomo.404.b.
Motus cœli in mundi innouatione cessabit. 2.to.557.b.
¶Mulier baptizare non debet si adsit copia viri.1.to.248.a.
Nisi forte sit peritior baptizandi quàm vir. ibidem.b.
Mulier an sit capax spiritualis potestatis. 1. tom.942.b.
Mulier ante partum moritura, aut iure ad mortem damnata, non est incidenda, vt baptizetur filius.1.to.316.a.
Mulier quædam reperta fuit Papa.2.to.9.a.
Mulier non dicitur irregularis sed incapax. 2.to.48.a.
Mulier si ordinem sumere præsumeret, nullus esset.2.to.49.a.
Mulieri nunquam licuit etiam per dispensationem pluribus viris simul nubere.2.to. 220.& seq.
¶Mundus non expurgabit per aquas quẽadmodum tempore Noe.2.to.530.b.
Mundus quo die conditus.2.to.426.a.
Mundus in die iudicij innouabitur vt perpetuo maneat innouatus.2.to.556.b.
¶Mundi innouatio non erit solùm purificatio, sed nobilitatio tam in perspicuitate elementorum, quam in lucis incremento. 2.to.557.a.
¶Mutatio verborum an vitiet sacramentũ. 1.to.207.a.b.
¶Mutilatio membri & m tila.or. 2.tomo. 54.&.55.
¶Mustum rectè consecrari potest. 1. tomo. 411.b.
¶Mysterium incarnatiõis Christi quare diabolo cælatum.2.to.187.a.
Mysteria circuncisionis.1.to.152.2.b.

N.

Necessitas vrgens requiritur, vt quis eucharistiam possit sumere sine confessione mortalium, eo quod nõ habeat copiam confessoris. 1.to.545. b.
Necessitas implendi præceptum ecclesiæ etiam citra articulum mortis an faciat ius inducendi peccatorem non paratum, vt administret sacramenta.1.to.124.a.
Necessarium aliquid esse dupliciter intelligitur.1.to.262.b.39.b.148.a.
¶Nero virum duxit in matrimonium.2.tomo.102.b.
¶Nisi manducaueritis carnem &c. quomodo intelligatur.1.to.573.a.
Nisi potest facere sensum conditionalem.2. to.176.a.
¶Noe cogere potuit filios suos & nepotes ad matrimonium.2.to.83.a.
¶Notitia tam intellectiua quã sensitiua panis & vini vtrum maneat post consecrationem.1.to.442.b.
Notitia & species in quo differant. 2. tomo. 598.b.
¶Notoriũ crimẽ quod dici possit. 1.to.549. b.& sequen.
¶Nominis voce quid intelligatur in baptismo.1.to.209.a.
¶Nouatiani & Cataphrigæ secũdas nuptias condemnabant.2.to.383.b.
¶Nubes in qua vẽturus est Christus an erit naturalis.2.to.533.a.
¶Numerus tricesimus sexagesimus centesimus quid apud sacros autores denotat.2. tomo.653.b.
Numerus peccatorum est de necessitate confessionis, vt scilicet singula quisque consideratur.1.to.817.b.
Numerandi ratio per digitos, quid indicabat.2.to.658.b.
¶Nuptiæ sunt verum sacramentum conferens gratiam.2.to.384.b.
Nuptiæ secundæ vtrùm sint licitæ. 2.tomo. 384.a.b.
Nuptiæ iure naturæ inter fratres erant vetitæ.2.to.339.a.
Nuptiæ in quibus gradibus vetitæ erant in veterilege.2.to.330.b.
Nuptiæ vnde dictæ.2.to.101.b.
Nuptias quare sua præsentia honestauerit Christus.2.to.90.a.
Nuptiarum solemnitas quo tempore interdicta.2.to.208.b.
Nuptiarum solẽnitas & benedictio fieri potest die beatissimę virginis assumptię tempore interdicti.1.to.103.a.
Nuptijs contrahendis meritò potuit ecclesia certos præscribere gradus.2.to.343.b.

¶Oblatio

O

Oblatio Melchisedech, an fuerit sacramentum.1.tom.20.a
Oblatio an debeat fieri expresso nomine an verosatis sit in genere offerre.1.t.326.a
Oblatio quanuis ex sui quantitate sufficiat prosatisfactione totius pœnæ: tamen in re non habet efficaciam, nisi pro ratione deuotionis & feruoris, tam offerentis quã illorũ, pro quibus offertur.1.522.b
¶Occultum duobus modis quid dicitur, secundo tom.261.a
¶Odoris sensus erit perfectissimus in corpore beato.2.tom.642.b
¶Officium Theologorum est ecclesiæ dogmata in sacris eloquijs fundare.1.t.80.b
Officium Diaconi, subdiaconi acolyti ostiarij, lectoris exorcistæ.2.to.16.17.18.
¶Offerentes sacrificium sunt in triplici gradu.1.tom.610.a
Offerentium numerus non minuit valorem sacrificij.1.tom.612.b
¶Oleum cõsecratum an sit de essentia sacramenti vnctionis.1.to.1048.b
Oleum vnctionis ex commissione Papæ an possit consecrari à presbytero.1.to.1049.b
¶Omnis homo naturaliter scire desiderat, quomodo intelligendum sit.2.to.577.a
Omnes creaturę signa sunt sacrarum rerum primo tom.16.a
Omnes qui in die iudicij reperiẽtur viui morientur, vt cum cæteris resurgant, secundo tom.427.& sequent.
Omnes tam probi, quàm reprobi qui superstites in vita reperiẽtur & qui mortui fuerint eodem temporis momento resurgẽt, secundo tom.430.a
¶Originale peccatum radicitus tollitur per baptismum.1.tom.321.& sequent.
Originali culpa remissa an censeantur remissa actualia.1.tom.323.a
¶Ordo quatuor librorum magistri sententiarũ, primo tom.10.b
Ordo Diui Thomæ in summa.ibidẽ.
Ordo Diui Thomæ imitandus.1.to.11.a
Ordo exorcismorum & catechismorum.1.tomo.447.a
Ordo Ecclesiasticus an expediat, vt sit in ecclesia.2.tom.8.2.9.a
Ordo quid sit.ibidẽ.b.&.5.a
Ordo gradibus ministrorum per antonomasiam accommodatur, ibidẽ.
Ordo ecclesiasticus est sacramentum, secundo tom.10.a
Ordo duplex sacer & non sacer.2.to.24. a
Ordo Cardinalium an sit de iure diuino.2.tomo.36.b. vide in verbo, Cardinales.
Ordo sacer matrimonium non dissoluit, secundo tom.119.b
Ordo sacer nũ matrimonio superuenire possit.2.tom.290.b.& sequent.
Ordo sacer non diuino sed positiuo iure matrimonium dirimit.2.tom.30.b.
Ordinis sacramentũ non est vnquàm collatum ab Apostolis per solam manuũ impositionem.1.tom.358.a
Ordinis sacerdotalis origo.2.to.10.a
Ordinis materia & forma.2.tom.11.a
Ordinis sacramẽtum non præsupponit characterem confirmationis.2.to.26.a
Ordinis sacramentum hæreticus quicũque verè conferre potest.2.tom.45. b
Ordini suscipiendo ætatem legitimam præuenire peccatum est mortale.2.to.52.b
Ordines quatuor minores non sunt sacramenta.2.tom.23.b.47. a. neque characterem imprimunt, nec gratiam infundunt, neque impediunt matrimonium. 2. tom. 288.& sequẽ. nequead horarum recitationem tenentur.2.tom.23.b.29.b
Ordines minores quare non iterabiles, secũdo tom.24.a
Ordines minores simplex sacerdos potest ex commissione papæ, non autem episcopi conferre, non item maiores.2.to.47.a
Ordines maiores quare dicantur sacri, secũdo tom.14.a.&.289.a
Ordines per simoniam collati verum sunt sacramentum.2.tom.46.b
Ordines suscipere potest coniugatus post diuortium.2.to.11.12.a.&.270.b
Ordines duos vno die suscipiens fit irregularis.2.tom.57.b
Ad ordines sacros non est admittendus qui patrimonio caret.2.ton..62.a
Ordinum septenarius numerus congruentissimus.2.tom.14.b.contra Vuitcleff duos tantum ordines à Christo institutos asserentem, ibid.&.15.a
Ordinum singuli an sint sacramenta.2. tom. 18.a.&.22.a
Ordinum tres gradus.2.tom.22.a
Ordinum impedimentũ non semper est irregularitas.2.to.48.a
Ordinum sacrorum susceptio vtrum matrimonium in infidelitate contractum dirimat

Universidad de Deusto
Biblioteca

mat.2.tom.320.a
Ordinib⁹ suscipiēdis aptus est hermaphroditus in quo virilis sexus prēualet.2.to.49. b
Ordinibus suscipiendis morū integritas non est de essentia, est tū de precepto.2.to.59. a
Ordinibus sacris in peccato initiari peccatū est.2.tom.60.&.61.
Ordinari quę psonę possint.2.t.26.2.50.a.51.b
Ordinatus ante vsum rationis aut per metū an teneatur voto castitatis.2.to.51.a.b. & an maneat suspensus ab exequutione ordinum ibidem.
Ordinatus ab episcopo excōicato est irregularis.2.tom.57.a
Ordinatus ab alio episcopo citra licentiam proprij est suspensus.2.tom.57.a
Ordinatus extra tempora est suspensus, secūdo.tom.58.a
Ordinandorum ætas iure antiquo & nouo præfinita quæ.2.tom.52.
Ordinandorum qualis scientia & prudentia requiratur.2.tom.61 a
Ordinantis indignos delictum quod sit, secundo tom.62.b
¶Operam rei illicitæ dare quomodo quis dicatur.2.tom.56.a
Opera per q̄ satisfactio fieri debet debent esse pænalia.1.to.902.b
Opera oīa satisfactoria ad hęc tria reducuntur, quæ sunt ieiunium, oratio, & eleemosyna.1.tom.907.a
Opera omnia Christi fuerunt infinite meritoria & satisfactoria.1.tom.75.b
Opera mortificata quæ dicantur à Sancto Thom.1.tom.758.a
Opera nostra bona quæ ex gratia procedūt bifariā sunt apud deū preciosa.2.to.479.b
Opera omnia reproborum in eorū conscientia oībus in die iudicij pa[illegible]ent[illegible].to.537.a
Opera omnia iustorum tam sibi quam alijs vniuersis propalabuntur.2.tom.537.b
Opera in peccato facta an minuant inferni cruciatum.1.to[illegible]900.b
Opera omnia meritoria generali ratiōe sunt satisfactoria.1.tom.901.a
Opera pænalia pe[illegible] antonomasiam dicūtur satisfactoria.1.to[illegible]902.b
Opera peccatoris nullius sunt meriti ne temporalis quidem.1.to.899.a.b.&.733.b
Ope[illegible] in charitate facta mortificari dicūtur per sequēs mortale peccatum.1.to.754. b
Opera bona quare dicantur per peccatum mortificata, non mortua, & an premientur si quis in peccato decedat.1.to.755.a.b.
Opera mortificata per pœnitentiam reuiuiscunt.1.tom.756.a
Opera bona non pereunt, quāuis facienti illa non remunerentur ibidem.
Opera secundum se bona in peccato facta q̄ nō possunt viuificari, hęc dicunt mortua.1.tom.757.b
Operum examinatio quæ ad conuincendū improbos & premiandum sententiam iudicij antecedet.mentaliter duntaxat persicietur.2.tom.540.a
Operum tria genera in lege veteri, iudicialia ceremonialia.1.tom.163.a
Operatio sensitiua siue sit potentiæ apprehensiuæ, siue appetitiuæ non potest dici in beatis corporibus esse beatitudo, secundo tom.570.b
¶Orare pro damnatis est peccatū.2.t.485.b.
Orare sanctos tanquā patronos nostros, qui apud deum nobis suffragentur, religio est Christiana.2.tom.497.b
Orare pro excommunicato an possit sacerdos in memēto & in oratiōibus cōmuni.1.tom.998. &.1013.b
Orandus qūo solus Deus.2.tom.497.b
Orandi sic sunt sancti, vt tamen non in ipsis sed in dei misericordia vnici salutis nostræ authoris confidendum nobis sit, secūdo tom.500.a
Orandi non sunt existentes in purgatorio, secundo tom.500.b
Orandum non est pro excōicato.1.to.996. b
Orationes sanctorum qui heretici negauerint.2.tom.497.b
Orationes sanctorum suapte ratiōe semper exaudiuntur sed ex parte nostra sępe euenit, vt non ex[illegible]udiantur.2.to.501.a
¶Oseas cui deus fo[illegible]icaria vti vxore iuſ[illegible]it à crimine excusatur.2.tom.216.a.&.222.b

P

Palingeniasis priscorum philosophorum.2.to.401.b
¶Panis incoctus non est legitima materia eucharistiæ primo tom.401.b
Panis qui aqua artificiali cōmassatur non materia eucharistiæ.1.tom.415.b
Panis triticeus est propria & necessaria materia sacramēti eucharistiæ.1.to.399.a
Panis azimus an necessario requiratur in eucharistia conficienda.1.tom.402.b
Panem sine vino aut contra nonlicet consecrare.

crare.394.a.563.a
¶Ex pane fit corpus an sit propositio falsa, primo tom.448.a
Papa potest esse hæreticus.1.to.1021.b.1022. a.
Papa an potuerit concedere priuilegium religiosis audiendi confessiones secularium primo tom.863.a.b
Papa dispensare non potest vt quis non confiteatur.1.tom.810. b
Papa solus & reliqui prælati an soli possint indulgentias conferre.1.to.969.& sequē.
Papa an possit filios spurios, quātum ad successiones legitimare.2.to.364.a
Papa potest dispensare super omnibus gradibus affinitatis, excepto primo.2.t.360.b
Papa an possit dispēsare super vllum casum leuitici.2.tom.358.b
Papa vicem gerit Christi in terris, quē ideo ecclesia tollere non potest.2.to. 41.a
Papa an debeat esse episcopus Romæ.2.t. 41
Papa an sit dominus totius orbis in temporalibus.2.to.65.b.67.b.& seq.
Papa potest leges ciuiles fidei noxias abrogare.2.tom.71.b
Papa an possit mutare sedem ab vrbe Romana.2.tom.41
Papa an possit dispēsare sup voto solenni castitatis aut religionis.2.tom.300.a
Papam habere vtrumque gladium quomodo sit intelligendum.2.to.70. b
¶Parabola serui suffocantis conseruū exponitur pulcherrimè.1.tom.740.a
¶Parasceue quid.1.tom.408.b
¶Paroeci qui curam habent animarū quando obligantur sacrum facere.616.b
¶Paruuli ante duodecimum annum nō tenentur eucharistiam sumere.1.tom.574. b
Paruuli ante vsum rationis an sint confirmandi.1.tom.367.a.b
Paruuli dum baptizantur in voto ecclesiæ suscipiunt eucharistiam.1.to.383.b
Paruuli ante vsum rationis si baptismi copia non sit, an ingrediantur viam salutis, primo tom.272.a
Paruuli qua ætate censentur vsum rationis attingere, quo possint inuitis parentibus baptizari.1.to.32.a
Paruuli in maternis vteris positi nequaquā sunt baptizandi.1.tom.315.a
Paruuli absque baptismo mortui resurgent quidem: sed non euigilabunt.2.to.400.a
Paruuli in limbo vtrum post mundi innouationem educendi sint in superficiē terræ.2.tom.561.a
Paruulis tēpore Dionysij eucharistia administrabatur.1.tom.565.b
Paruulis ad salutem sufficere signum crucis cum inuocatione trinitatis si desit baptismus asserit Caiet.quod tamen citra errorem defendi non potest.1.to.272.a.b
Paruulis iudæorū periclitātibus ante octauū diem circuncisionis applicari poterat remedium legis naturæ non tamen sanis.1.tom.169.
In paruulis dum baptizantur quomodo reperiatur fides & intentio.1.to.300. & seq.
Paruulis si sacerdos offerret eucharistiam an esset sacramentū cōferens gratiā.1.to.567.
Paruulos proijcere in flumen absq; intentione & arte leuandi nō potest dici baptismus.1.tom.225.a
¶Pascha fieri quid sit in euangelio.1.t.405.b
¶Passio Christi fuit causa efficiens gratiæ q̄ in veteri lege collata est.1.to.46.a. sed oppositum colligitur.1.tom.78.a
Passio Christi multo aliter fuit meritoria q̄ sanctorum.1.tom.13.a
Passio Christi non potuit esse antequā esset exhibita causa efficiens gratię.1.to.194.a
Passio Christi triplicem nobis vtilitatem cōtulit.1.tom.499.b
Passionis nomen dupliciter accipitur, secundo tom.636.
Passioni Christi specialiter attribuit nostra redemptio, etiam si per alia opera nobis meruerit.1.tom.76.a
¶Patriarchæ in primitiua ecclesia quatuor extitere, hodie verò plures sunt.2.to.36.a
Patriacharum honore quatuor olim ecclesię insignitæ, & quæ nam illæ fuerint. ibi.
Patriachæ quare pluribus vxoribus vti fuerint.2.tom.216.a
¶Pati non nunquā est perfici.1.to.86.b
¶Patientia eorum qui purgātur in purgatorio non potest esse causa accumulandæ gratiæ.1.tom.924.a
¶Pater an teneatur alere filium spurium, secundo tom.362.b
Pater an possit cogere filios ad matrimoniū. secundo tom.161.b
¶Paulus non potuit dei essentiam videre nisi lumine glorię perfusus.2.to.604.b
Paulus non intellexit sua ætate futurum diē iudicij contra quam multi opinati sunt. secundo tom.429.a
Pauli locus.1.Corinth.11.declaratur primo tomo..561.a.b
¶Paupertas duplex.2.to.533.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paupertatis dignitas.1.to.524.a
Peccatum mortale sequens non facit redire peccata prius abolita ex parte conuersionis ad bonum creatum, bene tamē quo ad auersionem à Deo.1.tom.736.b
Peccatum sequens non necessario affert tantum reatum, quantum fuerat peccatorū dimissorum, sed potest esse minor & maior.1.tom.743.a.742.b
Peccatum in spiritum sanctum quid sit quidque peccatum ad mortem.1.to.703.&.547
Per peccatum læsit homo amicitiam dei atque iustitiam: quare quānis per pœnitentiam amicitiā recuperet deber soluere pœnas rationei iustitiæ.1.tom.717.b
Peccatū veniale nullo modo dimittitur quādo eius adest complacentia.1.to.726.b
Peccatum veniale non pellitur per actū charitatis quantuncūque fervidum nisi sit sibi contrarius.1.to.726. b
Peccatum mortale atque veniale separant à deo: illud quidem perfectē hoc imperfectē vtrumque autē per pœnitentiam remittitur.1.tom.723.b
Peccatum veniale remittitur per displicentiā virtualem quæ requiritur, nō tamē sufficit hęc ad mortalis remissionem.1.to.724.a
Peccatum mortale consequitur reatus pœnæ ęternæ ex parte auersionis à deo, primo tom.716.b
Peccatum veniale non remittitur existenti in peccato mortali.1.tom.732.b
Peccatum genere suo gravius est peccatum contra Christum in specie propria viuentem, quām contra ipsum latentem in eucharistia.1.tom.547.b
Peccatum irremissibile nullum.1.to.702.a
Peccatum nullum remitti potest nisi per Christum & meritum passionis eius.1.to.738. b
Peccatum actuale mortale culpam sine pœnitentia remitti impossibile est.1.to.705.b
Peccatum dupliciter occurrit memoriæ speculatiuē & practicē.1.to.786.b
Peccatum omne per baptismū tollitur, primo tom.321.a
Peccatum nullum est, quod per veram pœnitentiam remitti non possit.1.to.700.a
Peccatum vnum non potest per pœnitentiā remitti sine alio.1.tom. 714.b
Peccatum minui committere an liceat ad euitandum maius.1.tom.144.b
Peccata venialia an impediant effectum sacramenti eucharistiæ.1.tom.327.a.b
Peccata venialia necessario confiteri non tenetur homo.1.tom.803.b
Peccata dæmonum hominūque damnatorum per nullam pœnitentiam deleri possunt.1.tom.700.a
Peccata omnia quæ post baptismum commissa sunt & in memoria habentur cum omnibus suis circunstantijs sunt de necessitate confessionis.1.to.805.b
Peccata non tolluntur per actum mētis, sed voluntatis.1.tom.949.a
Peccata venialia remittuntur quandocūque de nouo gratia infundit.1.to.718.b.& seq.
Peccata venialia non sunt obices gratiæ, primo tom.327.b
Peccata dimittere in deo non est nolle punire, sed peccatorem in gratiam reuocare.1.tom.715.a
Peccata venialia qualiter dimittantur per sacramentalia, vide lucidam disputationem primo tom.731.a.b
Peccata præterita speciali quadam ratione facit redire ingratitudo quatuor generū peccatorum.1.tom.741.a
Peccata venialia an remittantur in purgatorio quo ad culpam.1.to.730.a. &.925.a
Peccata venialia vtrum remittantur per orationes, eleemosynas & ieiunia.1.tom.727.
Peccatorum præcedentium macula atque reatus quatenus ex ipsis procedebat per peccatum sequens nullatenus potest redire: bene tamen aliter.1.tom.737.a.b
Peccator non statim tenetur agere pœnitentiam nisi tempore necessitatis.1.t.785.a
Peccator qui sumit in peccato eucharistiam quantum sacrilegium cōmittat.1.to.537. a
Peccator permanens in peccato si cum intētione ecclesiæ baptizetur verum suscipit sacramentum & characterem, sine gratia. primo tom.284.b
Peccatori publico in alio loco petendi sacramentum an sit ministrandum per scientē sacerdotē.1.tom.550.b
Peccatores in eucharistia Christum sacramentaliter manducant.1.tom.535.a
Peccatores publici qui dici debeant. primo tom.549.b
Peccatoribus manifestis sacra cōmunio concedi non debet.1.to.549.a
Non est tamen deneganda post pœnitentiam & ecclesiæ reconciliationem.ibidem
Peccare mortaliter potest homo ante septennium.1.tom.126.a
Pœnitentia est sacramentum nouæ legis, primo tom 647.a

Pœnitentia publica quatenus iusta sit. primo tom.911.
Pœnitentia in mortis articulo difficilis, primo tom.914.a.b
Pœnitentia consequitur maiorem vel minorem gratiam, secundum quod motus liberi arbitrij est intēsior vel remissior, primo tom.745.b
In pœnitentia est aliquid quod est sacramentum tantum, res & sacramentum res sacramenti.1.tom.651.b
Pœnitentia includit in se quinq;.1.t.674.a
Pœnitētia quatenus virtus est peccatū actuale mortale dimitti non potest nec ab ipso deo.1.tom.705.b.&.724.a
Pœnitentia est specialis virtus.1.to.677.b
Pœnitentia nō claudit in sua essentia aliquā sensualem pasionem vel affectionem, primo tom.686.b
Pœnitentia est specialis virtus: quia respicit peccatum quatenus est offensa sub ratione emendabilis propter dei amicitiam.1. tom.681.b
Pœnitentia expellit actiuē omnia peccata, primo tom.680.b
In pœnitentia non consideratur iustum simpliciter: sed secundum quid.1.to.682. b
Pœnitentia quo ad actus, quibus deo operāti cooperamur, consistit in sex motibus. 1.tom.687.
Pœnitentia ab vno sacerdote imposita an posit mutari per alium.1.tom.958.b
Pœnitentia an posit esse post hanc vitam. 1.tom.787.
Pœnitentia interior debet durare vsq; ad finem vitę, exterior verō minimē.1.to.667.a
Pœnitentia cōtinua esse debet in habitu nō autem in actu ibidē.b
Pœnitentia si accipiatur pro passione non est in voluntate sed in concupiscibili, primo tom.686.a
Pœnitentia publica duplex.1.to.911.b
Pœnitentia dilata vsque ad extremum mortis articulum presertim in illis qui vitam perditē egerunt nō est tuta nisi dū homo egregie cōpunctus apparet.1.to.914. b
Pœnitentia expressa actualis & diligens nō requiritur ad remissionē venialiū.1.to.724
Pœnitentia virtū non solūm quantū ad detestationem peccati sit formaliter necessaria: verum quantū ad propositum emendandi vitam.1.tom.710.b
Pœnitentia pluries est iterabilis quamuis cōtra plures hereticis enserint. 1.tom. 669.a
Pœnitentia in quo differat à cæteris sacramentis.1.tom.650.a
Pœnitentia perfectior exigitur ad remissionem mortalis culpæ.1.tom.724.a
Pœnitentia an sit prima virtutum, primo tomo.694.&.695.
Pœnitentia est virtus de iure naturæ.1.t.675.a
Pœnitentia an posit dici dolor cūm nō sit in sensu.1.tom.766.b
Pœnitentia est solius peccati proprij.1.t.770
Pœnitentia est secunda tabula post naufragium.1.tom.663.a
Pœnitentia nomen latinum est.1.to.673.a
Pœnitentia an sit virtus vel actus virtutis, primo tom.673.a
Pœnitentia solennis quando matrimonium impediat.1.tom.275.a
Pœnitentię sacramenti formæ nō est necesse addere, a peccatis tuis.1.to.159.a
Pœnitentiæ sacramento non est conuenient manuum impositio.1.tom.659.a.b
Pœnitentiæ sacramētum non est absolutio peccatoris contra Scotum.1.tom.648.a. b
Pœnitentiæ sacramentū nō est cōfessio & absolutio contra Durādum.1.to.649.a
Pœnitentiæ sacramentū accipitur pro actibus pœnitentis cōnotādo formā.1.to.649
Pœnitentiæ materia differt ab aliorū sacramentorum materia, quod hęc est supernaturalis.1.tom.650.a
Pœnitentiæ sacramenti materia proxima actus pœnitentis sunt.1.tom.651.b
Remota vero materia sunt peccata per pœnitentiam remouenda ibidē.
Pœnitentiæ forma, ego te absoluo conuenientissima est.1.tom.654.b
Pœnitentiæ sacramētum maiorem gradum gratiæ tribuit quā baptismus.1.tom.751.a
Pœnitētiam esse remedium peccatorum tripliciter intelligitur.1.tom.666.a
Per pœnitentiam quocunque temporis articulo homo habeat iudiciū sānum potest conuerti.1.tom.914.a
Pœnitentiā non possunt habere dānati quæ illis, psit ad remissionē peccatorū.1.t. 700.
Ad pœnitentiam veram requirit propositū cauendi in futurū formaliter.1.to.710.b
Per pœnitētiam simul cum culpa remittitur reatus pœnę æternæ: potest tamen manere aliqua pęna temporalis.1.tom. 717.a
Per pœnitentiam impossibile est vnum peccatum sine alio remitti.1.to.717.b
Pœnitens an teneatur acceptare iniunctam pœnitentiam.1.tom.953

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœnitentes serò se dubię aleæ exponunt, primo tom.914.b
Pœnitentibus nondum perfectis salubre cõsilium est tristitiã & lachrimas excitare.1. tom.686.b
Pœnitentibus satisfacere paratis iniungendę sunt dignæ pœnitentiæ in satisfactionẽ 763.a
Pœnitere quid significet.1.tom.673.a
Pœnitere perpetuo actu impossibile est, primo tom.667.b
Pœnitere nõ statim constringitur homo cũ sentit se culpę reum.1.tom.784.b
Pœnitentiæ pręceptum constat diuino iure, primo tom.795.796.
Pœnitentiæ sacramentum metaphoricè dicitur secunda tabula.1.tom.663.a
Pœnitentiæ sacramentum conuenienter in noua lege fuit institutum.1.tom.664.b
Pœnitentiæ sacramentum quãdo à Christo institutum.1.tom.791.a
Pœnitentiæ sacramentum est necessariũ ex suppositione, hoc est illis qui post baptismum mortaliter peccauerunt.1.to.660.b
Pœnitentiæ virtus præcipitur de iure diuino 1.tom.673.b
Pœnitentię sacramentum constat ex duab* partibus essentialibus, rebus & verbis, primo tom.760.b
Pœnitentiæ partes integrales sunt contritio confessio, & satisfactio.1.to.763.b
Pœnitentiæ actus procedit à timore seruili sicut à primo motu nostri affectus ad hoc ordinato: procedit etiam à timore filiali, primo tom.688.a
Pœnitentiæ habitus immediatè à deo infunditur nobis dispositiuè tantùm cooperantibus per aliquos actus.1.to.687.b
Pœnitentiæ serę impedimenta.1.tom.914.& incommoda.915.a
Pœnitentię iniunctæ si in peccato fiant nunquam per gratiam viuificabũtur.1.t.898.b
Pœnitentię publicæ abusus sublatus à Leone can.quãuis.de pœnitẽ.dist.1.1.to. 838. b
Pœnitentię publicę qualis hodie sit vsus, primo tom.912.b
Pœnitentię publicæ relaxatio fuit nostrarũ indulgentiarum figura.1.tom.969.b
Pœnitentię sacramentum cõcurrit ad remissionem culpę tanquã instrumentalis: gratia verò tanquam causa magis principalis.1.tom.711.a
Pœnitentię iniungendę optimus modus, primo tom.957.a
Pœnitentię solennis ceremonie.1.to.911.b
In pœnitentię sacramẽto si quis diceret absoluit te, vel, absoluat te Christus, vere absolueret licet peccaret.1.tom.206.a
Pœna damni an sit eadem in omnibus damnatis.1.tom.738.b
Pœna tripliciter remitti potest.1.to.965. b
Pœna quam patiuntur existentes in purgatorio an sit maxima earum quę fit in hoc seculo.1.tom.921.b
Pœna contrahentium clandestinas nuptias, 2.tom.143.a.& 162.
Pœna legis .49. Tauri non habet locum in masculis.2.tom.163.a
¶Pelagiani licet originis labem in parvulis non agnoscerent, nihilominus tamen eos baptizabant.1.tom.264.a
¶Periculum mortis inducit necessitatem cõfessionis.1.tom.807.b
¶Permutatio verborum in sacramento fit quinque modis.1.tom.24.a
¶Pertinax quis dicatur & in quo differat à constanti 2.tom.150.b
¶Persarum mos fuit, vt ait August. vt mortuo patre filius nouercam duceret, secundo tom.36e.a
¶Petri nomen & dignitas enarratur.1.to.39.
¶Pignus & arra in quo differant.1.to.81.a
¶Platonici quid senserint de corporum resurrectione.2.tom.393.a.b
¶Plinius scribit Trajano Christianis morem fuisse conueniendi ad capiendum cibum promiscuum & innoxium.1.to.561.b
¶Pollutio quãuis enormis non impedit de necessitate post legitimam pęnitentiam sumptionem eucharistię.1.to 559.a
Pollutio etiam secluso peccato impedit ex congruitate sumptionem eucharistię infra diem, ibidẽ.b.&.555.a.b
Pollutio in somnis procedens ex causa libera quæ fuit peccatum, est peccatum. primo tom.556.a
Pollutio nocturna quanto tempore arceat à communione.1.tom.559.b
In pollutione accedente sine culpa an liceat complacere.1.tom.557.a
Pollutum sua culpa irreuerentia esset culpabilis etiam post pęnitentiã accedere eadem die ad eucharistiam.1.to 559.b
¶Polygamia post latam legem euangelicam illicita, secundo to.315.b. Vide in verbo vxores.
¶Pontifex an solus esse debeat.1.tom.41. b. vide in verbo Papa.

¶Portę

¶Portæ inferni quæ dicadtur.1.to.465.a
¶Postliminium quid.1.tom.510.b
¶Potentię animalis vitę in resurrectione erunt absolutissimę: & perfectissimę, secundo tom.455.a
¶Potestas clauiũ gratiæ effectrix nulla fuit ante orbem redemptum, aut in lege naturę aut in lege scripta.1.tom.936.b
Potestas clauium in quibus locis euangelij tradita sit ecclesiæ.1.tom.913.a
Potestas clauium se extendit etiam ad remittendam pœnã temporalem.1.tom.950.b
Potestas clauium nihil aliud quàm sacerdotalis character.1.to.931.b
Potestas clauium an fuerit commissa tanquã perpetuo in ecclesia duratura.1.to.934.b
Potestas ecclesiastica an sit ita suprema vt ciuilis ab ea tanquam delegata pendeat, secundo tom.63.a.b
Potestas humana à diuina deriuata est, secũdo tom.68.b
Potestas pontificis maximi non est merè tẽporalis.1.tom.70.a
Potestas iurisdictionis non residet immediatè in toto corpore ecclesię sed in prelatis. primo tom.940.b
Potestas remittendi non est sacramentis alligata.1.tom.961.b
Potestas clauium sacramentalis in solis sacerdotibus existit.1.to.937.b
Potestas spiritualis duplex.1.tom.918.a
Potestas iure diuino conuenit ecclesiæ. prio tom.940.b
Potestatem clauium esse circa regem primũ in anglia orta fuit hæresis.1.tom.936. a. & secundo tom.64.b
Potestatem & imperium populus in principem transtulit.2.tom.68.b
Potestas ecclesiasticæ sunt supranaturales, primo tom.936.b
¶Pręceptum pontificiũ audiendi missam diebus festis est diuino iure fundatum, primo tom.613.b.614.a
Pręceptum pœnitentiæ non statim obligat vt quis conteratur.784.b
Præceptum spirituale abbatissę nõ possunt ponere.1.tom.943.b
Præceptum scriptum nullum fuit ante legẽ Moysi.1.tom.51.a
Præceptum confessionis obligat tantum fideles qui peccãt.1.tom.803.a.b
Pręceptum confitendi est de iure diuino, determinatio verò temporis est de iure humano.1.tom.797.b
Præceptum diuinum in ordine habendi fuit ante Abraham.1.tom.50.b
Præceptum diuinum fidei spei & charitatis inspiratum fuit Adę atq; in illo toti orbi, primo tom.51.
Præceptum eleemosynæ affirmatiuum est. 2.tom.81.b
Præceptum matrimonij an etiam nunc maneat.2.tom.81.b
Pręceptum diuinum est de sumenda eucharistia Luc.22.& Ioan.6.à Christo edictum, 1.tom.571.b vsque.573.
Præceptum eucharistiæ quando obliget.1. tom.573.b
Præcepta prohibitoria Leuitici an apud nos rigorem retineant.2.tom.331.a.b
Et an sint omnia iuris naturæ. ibid.332. b
¶Prædicare an conueniat omnibus & solis sacerdotibus.1.tom.121.a
Prædicare in peccato mortali vtrùm sit mortale.1.tom.120.b
Prædicandi actus ex officio conuenit episcopis, ex priuilegio religiosis, cõmitti etiam potest diaconibus.1.tom.247.a
Prædicatores non mysticè explicent profanas fabulas.1.tom.26.a
Prędicationem euangelicam si quis nolens cohiberet, iure possemus armis subigere.1. tom.304.& sequẽt.
Ad Elię prædicationem vtrùm sit conuertendus vniuersus orbis.2.tom.506.a
¶Preces mali sacerdotis quam vim habeãt, primo tom.602.a
Preces quę in sacramento funduntur nomine ecclesię funduntur, quę licet minister gratus non sit semper exauditur.1.to.101.b
¶Prægnans coniugali officio vtens an peccet.2.tom.197.a
¶Prelatus religionis postquã facta sunt sacrificia non potest ea applicare.1.to.972.a.
Prelatus qui ad inquisitionẽ processerat contra religiosum, cui* peccata in scriptis fortè repererat, castigatus fuit.1.tom.880.b
Prelati nomine qui intelligantur. 1.to.1019.b
Prelati religionum non simpliciter sunt ecclesię prælati, & quãuis possunt sacrificia subditorum applicare cui voluerint non tamen possunt indulgentias conferre, primo tom.971.b
Prælati dum ab eis petitur facultas absoluendi à reseruatis, tenentur ad sigillũ, primo tom.876.b
¶Præmium accidentale & essentiale quod dicatur.2.tom.656.a

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Præscriptio vim habet in iure percipiendi decimas, quãuis spirituale quid habeant annexum. 2. tom. 365. b
¶Presbyterorum nostrorum figura præcessit Aaron 2. tom. 33. b
Presbyteri vide sacerdotes.
¶Priuilegium confitendi alij quam parecianos. 1. tom. 863. a
¶Principes qui patroni ecclesiæ dicantur, secundo tom. 73. a
¶Promulgatio Euangelij quibus modis fieri debeat. 1. tom. 305. a. b
¶Pronomen, hoc, & hic, in cõsecratione panis & vini quid demõstret. 1. to. 507. a
¶Procurare matrimonium pro alio contrahente illud verè sacramentum est, secundo tom. 109. & 110.
¶Protestari fidem tripliciter contingit, primo tom. 43. b
¶Pubertas quę dicatur. 2. to. 353. b
Puerperij tempore an liceat debitum vel petere vel reddere. 2. tom. 206.
¶Purgatorium superesse post hanc vitam secundũ fidem statuitur. 1. to. 915, vsq; 919.
Purgatorius locus vbi situs sit. 1. to. 919. a
Purgatorius ignis qualiter agat in animas. 1. tom. 921. b
Purgatorius ignis idem qui inferni. 1. to. 919. a
Purgatorius locus & limbus puerorum non dum satis inter doctores cõstat quo ordine dispositi sunt. 2. tom. 467. a
Purgatorij pœna an remittatur per pœnitẽtiam arbitrio sacerdotis iniunctam. 1. t. 957
Purgatorij pœna quanta sit & quantum duret. 1. to. 919. Vide indulgentia.
Purgatorij pœna voluntaria simpliciter nõ est nec meritoria. 1. to. 924. a.
Purgatorium an omnes post hanc vitam ingredientur. 1. to. 916. a. b.
In purgatorio existẽtes sunt certissimi de salute sua. 1. to. 920. a.
In purgatorio quanto tempore quis esse possit. 1. to. 923. b.
In purgatorio duplex pœna. 1. to. 610. a.
Pythagorici aiebãt in centro terræ elementũ ignis conclusum, quem Iouis custodiã appellabant. 2. to. 464. a. b.

Q

Vantitas non est tam intrinsecè diuisibilis quàm anima indiuisibilis. 1. to. 462. a.
Quantitas res alia est à re quanta. 1. to. 479. b. 480. a.
Quantitas est subiectum in eucharistia, quod reliquorum accidentium non esse acquisito de nouo. 1. to. 480. 481.
Quãtitas panis & vini in sacramento eucharistiæ an debeat esse determinata. 1. tomo. 394. a. b.
Quantitas tota dimensiua corporis Christi an sit in sacramento eucharistiæ. 1. tomo. 460. a. b.
Quantitatis duplex officium. 1. to. 461. a.
Quantitati panis & vini non solũ per se subsistere in consecratione tribuitur: verùm etiam, vt sit primum subiectum reliquarum formarum accidentalium & substantialium. 1. tom. 485. b
Ex quantitate sacramenti eucharistię fit generatio: quia ex illa producitur materia in quam inducitur forma. 1. to. 486.
¶Qualitas quomodo definiat à philosopho, secundo tom. 103. a. in fine.
Qualitates primæ vtrum restituentur corporibus resurgentium. 2. tom. 455. b
¶Quies delectatio & gaudium in quo differant. 2. tom. 379. b
¶Quinta essentia locum nõ habet in elemẽtis. 2. tom. 644. b
Quinta essentia an detur in corporibus gloriosis. 2. tom. 636. b
¶Quotidie ad sacramentum accedere an sit laude dignius quam abstinere. 1. to. 569. b.

R

RABBI Moyses negabat mundum factum propter hominem. 2. tom. 559. b
¶Raptor matrimonio sibi associare potest raptam. 2. to. 160.
Raptus alienę sponsæ matrimonium contrahendum impedit. 2. to. 275. a
¶Rationes duę sacramenti & sacrificij quomodo distinguãtur in eucharistia. primo tom. 609. a
Rationis vsu carentibus an sit denegandum sacramentum. 1. to. 568. a
¶Reatus pœnę, an remaneat remissa culpa per pœnitentiã. 1. to. 716. & sequen.
¶Rebaptizatio nõ est sacramentũ. 2. to. 227. b
Rebaptizari sub conditione vtrum liceat eũ qui iam certissimè baptizatus est, primo tom. 230. a
Rebaptizari dupliciter cõtingit. 1. to. 227. a
Rebaptizans an excusetur ab irregularitatis pœna ignorãtia iuris. 2. tom. 232. & 233. a

Rebatizan-

Rebaptizantis & rebaptizati pœna. 1. to. 232.
Rebaptizatum excusat ignorantia facti inculpabilis. 1. to. 232. b.
Licet contra sentiat S. Antoninus. ibid.
¶Receptacula animarum vtrùm in vnica cõtineantur cauerna. 2. to. 467. b.
Receptacula animarum quare numero quinario terminantur. 2. to. 460. b.
Receptaculorũ animarũ distinctio. 2. t. 467.
¶Reconciliatam vxorem an teneatur vir catholicus in suam domum & thorum recipere. 2. to. 311. a.
Reconciliare vxorem per diuortium dimissam semper potest vir si emendata fuerit. 2. to. 271. a.
Si verò incorrigibilis est non licet. ibid. b.
Reconciliari cum Deo potest quilibet peccator quotiescunq; voluerit. 1. to. 671. b.
¶Recogitare annos apud Esaiam. 38. capit. quid sit. 1. to. 771. b.
¶Regnum cœlorum vim patitur quomodo intelligendum sit. 1. to. 679. b.
Regni cœlorum possessio quæ. 2. to. 545. a.
¶Reges catholici quomodo acceperint dominium insularum occidentaliũ. 1. to. 309.
¶Religiosi confessarij esse possunt. 1. to. 867.
Religiosi cessationem seruare tenentur sub pœna excommunicationis. 1. to. 1036. a.
Religionis Christianæ præstantia. 2. to. 39. b.
Religionem an possit profiteri sponsa vi oppressa ab sponso. 2. to. 120. a.
Religionem profiteri non potest alter coniugum altero inuito ante copulam. 2. t. 115. a.
¶Reliquiæ post potionem inuentæ consumi debent. 1. to. 563. b.
¶Remedium contra concupiscentiam duplex. 2. to. 98. b.
¶Remissio culpæ an infusio gratiæ, motus liberi arbitrij, an gratia prius sit vel posterius, quæ actiuè se habeant formaliter seu materialiter. 1. to. 722. a. b.
Remissio culpæ, pœnitẽtiæ effectus est principaliter quidem quatenus est sacramentum, sed etiam propriè quatenus est virtus. 1. to. 721. a.
Remissio culpæ licet pœnam damni semper tollat non tamen semper totum reatum temporalis pœnæ condonat. 1. to. 891. b.
Remissionis venialium causa triplex. 1. tomo 730. b.
Ad venialium remissionem non requiritur gratiæ infusio, sed sufficit motus eius & & charitatis. 1. to. 728. b.
Ad remissionem culpæ concurrit pœnitentiæ sacramentum instrumentaliter: gratia verò principalior causa. 1. to. 721. a.
Ad remissionem mortalis requiritur vt homo actualiter detestetur peccatum commissum, & adhibeat diligentiam singula memorari, vt singula detestetur, primo tomo 724. a.
Remissa culpa an sit necessaria satisfactio. 1. tomo. 717. a. b.
Remissæ culpæ crebra cogitatio an sit laudabilis. 1. to. 668. a.
Remitti peccatum quid sit. 1. to. 712. a. & sequenti.
¶Reprobi non videbunt deitatem in seipsa in die iudicij. 2. to. 534. b.
Reprobi à bonis localiter disgregabuntur in die iudicij. 2. to. 541. b.
Reprobi vtrum cum integritate membrorũ resurgent. 2. to. 448. b.
¶Repudium est contra ius naturæ. 2. t. 222. a.
Repudium & diuortium quid. 2. to. 224. b.
Repudium nulli gentium licitum fuit sub lege naturæ. 2. to. 224. b.
Repudium ex parte vtriusque coniugis Imperatorum leges concedunt. 2. to. 225. a.
Repudium an fuerit Iudæis licitum. 2. tomo. 225. & sequen.
Repudium Moyses tanquam minus malum fieri permisit impune. 2. to. 227. & 229. a.
Repudium gẽtilium quas ob causas fiebat. 2. to. 227. b.
Repudium sola fornicationis causa semper fuit licitum, non autem alias. 2. to. 230. a.
Repudij Iudæorum & Romanorum forma. 2. tomo. 228. a.
Repudij libello dato an liceret tam vxori, q̃ viro aliud inire connubium. 2. tom. 229. b. & sequen.
Repudiare vxorem etiam apud Romanos vitio dabatur. 2. to. 225. a.
¶Requies præstantior est motu. 2. to. 559. a.
¶Restitutio quantum differat à satisfactiõe. 1. to. 886. b. & 2. to. 230. a.
¶Resurrectio Christi fuit futuraque est causa resurrectionis nostræ. 2. t. 407. & 408. a.
Resurrectio an sit futura in instanti. secũdo to. 422. a. b.
Resurrectio finalis nequit rationibus naturalibus probari, imò nec persuaderi. secũdo to. 401. a. 405. a.
Resurrectio corporum celebranda est summo diluculo dum aurora clarere incipiet sole existente in oriente, & luna in occidẽte. 2. to. 425. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resurrectio futura vtrùm sit aliquo pacto naturalis.2.to.401.a.&.402.b.
Resurrectio Christi an fuerit causa resurrectionis damnatorum.2.to.408.b.
Resurrectio corporũ quàm variè à variis prodita fuerit, tùm philosophis, tũ hæreticis, 2.to.395.a.b.
Resurrectio respectu principii actiui est supernaturalis.2.to.404.b.
Resurrectio non est simpliciter naturalis sed secundum quid.2.to.404.b.
Resurrectio omnium in quibus locis fieri debeat.2.to.433.b.
Resurrectio electorũ fiet cũ ossibus membris quæ ad integritatem naturæ spectant.2.to.447.a.
Resurrectionem necessariò futuram quibus rationibus demonstrandum.2.to.396.a.b. & sequentibus.
Resurrectionem carnis futuram nos fides catholica docet. ibid.a.
Resurrectiones duas Papias Ioannis discipulus commentus est: cuius errore intinctus fuit Lactantius.2.to.417.a.
Resurgere quid sit.2.to.437.b.
Resurget quidquid est de veritate humanæ naturæ, tam in corpore quàm in anima. 2.to.442.a.b.&.444.b.
Resurgent homines in vtroq; sexu. 2. tomo. 454.a.
Resurgent omnes in ætate iuuenili, etiam si senes mortui fuerint.2.to.451.a.
Resurrexit nullus cum Christo ratione sanctitatis.2.to.414.b.
Resurgemus omnes in eo loco in quo mortui fuerimus.2.to.433.a.
Qui resurrexerunt cum Christo an iterum mortui sint.2.to.415.a.
Qui resurrexeruut cũ Christo tam in limbo.2.to.414.b.
Resurrecturus in vitam est idem homo qui per mortem cecidit 2.to.437.b.
Resurgens à peccato, semper ad maiorẽ gratiam resurgit, quàm sit quantitas contritionis ratione meritorum mortificatorũ. 2.to.749.b.
Resurgentes in corporibus gloriosis vtrum possint vti hac animali vita, comedere scilicet & bibere.2.to.456.a.
Resurgentes recipient eundem vultum colorem & effigiem & quantitatem quam viuentes retinebant.2.to.452.&.453.b.
¶Res vt sit definibilis quinque requiruntur. 1.tomo.16.a.
¶Respublica ciuilis spirituali subseruit.2.tomo.70.a.
Respublica opificibus destituta eos cogere potest quos sibi necessarios videt. 2.tomo 83.a.
Respublica Socratis de habendis vxoribus communibus merito ab Aristotele reprehendiata.2.to.80.
¶Reuelatio quam Christus fecit Ioanni de proditione Iudæ necessaria fuit. 1.tomo. 584.a.
¶Roma an sit necessaria sedes pontificis maximi.2.to.41.
Romana sedes, Vide Sedes.

S.

Sacerdos cui occultus peccator innotescit an debeat hostiã porrigere.1.to.549.b.
Sacerdos proprius qui. primo tomo.856.b.
Sacerdos quod ante confessionem nouit potest legitimè reuelare.1.to. ibid.
Sacerdos si non est absolutus pœnitens an possit in aliquo casu interrogatus respondere.2.to.875.b.
Sacerdos degradatus an possit consecrare.1. tomo.601.a.
Sacerdos concubinarius nõ tenetur missam prosequi.1.to.643.a.
Sacerdos bifariam ligat pœnitentem ad pœnam.2.to.952.b.
Sacerdos tanquam minister & instrumentum Dei dum absoluit peccata dimittit. 1.to.947.b.
Sacerdos nũquam nisi ieiunus celebrare potest.1.to.618.a.
Sacerdos sic potest pœnitẽtem ad aliquam pœnitentiam obligare, vt nisi manifestus error appareat, teneatur eam acceptare ac subinde implere sub mortali. primo tomo.953.b.
Sacerdos quicunque tenetur confessionem celare, & quicunque sigillum reserarit sacrilegus est.1.to.872.b.
Sacerdos in pœnitentijs iniungendis quid aduertere debeat.1.to.956.&.957.
Sacerdos post prandium propter necessitatem infirmi an possit consecrare, sine vestibus & missa & an possit porrigere panem fermentatum? Maioris dicit, quod potest: error tamen est. primo tomo. 563.

Sacerdos est iudex ordinarius & non arbiter in sacramento pœnitentiæ. primo tomo.792.
Sacerdos non potest pro suo arbitrio pœnam imponere.1.to.956.a.b.
Sacerdos non potest pœnam ab alio sacerdote iniunctam mutare pœnitenti. primo tomo.959.a.
Sacerdos absque iurisdictione nõ potest absoluere.1.to.945.
Sacerdos est necessarius minister confessionis.1.to.852.
Sacerdos quiuis Catholicus in articulo mortis quenuis potest absoluere non diuino iure, sed pontificio.1.to.869.
Sacerdos non baptizatus absoluere non potest pœnitentem, nec conficere. secundo to.25.b.
Sacerdos per saltum promotus omnium ordinum functionem exercere potest. secũdo.to.26.a.
Sacerdos virtute clauium & absoluere & ligare potest.1.to.951.b.
Sacerdos solus minister est eucharistiæ.1.to. 587.&.seq.
Sacerdos qui in altari meminit se non esse ieiunum, aut excommunicatum, aut in mortali, an teneatur missam prosequi. 1. tomo.643.b.
Sacerdos qui aquam pro vino infudit calici debet post aquæ etiam sumptionem vinum consecrare & sumere. ibidem.
Sacerdos qui eucharistiam conficit sumere tenetur vtramque speciem. 1.to.563.a.580. b.594.b.609.b.
Sacerdos venenum in calice deprehendens post consecrationem tenetur iterum consecrare.1.to.595.b.
Sacerdoti non licet per totam vitam à consecratione cessare.1.to.604.b.
Sacerdotes qui semel baptizatũ etiam sub conditione baptizant sunt sacrilegi & irregulares.1.to.230.a.
Sacerdotes plures tripliciter concurrere possunt ad vnius hostiæ consecrationem. primo to.590.a.&.589.
Sacerdotes si plures eandem hostiam consecrent, habeat tamen quisque suam per se intentionem, qui primo formam absoluit, solus ille consecrat.1.to.591.b.
Sacerdotes in primitiua ecclesia quando sacris initiabãtur recitabant canonem cum verbis consecrationis sine intentione consecrandi.1.to.590.b.
Sacerdotes noui simul cum Episcopo consecrantes debent paulò morosius, quam Episcopus verba consecrationis proferre.1. tomo.591.b.
Sacerdotes soli possunt iure diuino corpus Christi in Eucharistia dispensare. primo tomo.593.a.
Sacerdotes ethnicorum cum de templis vbi oracula accipiebant exibant quare musitantes ori digitum admouebant. primo 1.to.12.a.
Sacerdotes quo tempore obligãtur celebrare.1.to.605.a.
Sacerdotes etiam si non sunt iusti, sed peccatores possunt eucharistiam consecrare.1. tomo.595.b.
Sacerdotes illi maximè errant, qui arbitrantur satis esse in genere offerre pro illis quibus magis tenentur.1.to.526.a.
Sacerdotes legis naturæ, veteris & nostræ in quo differant. primo tomo.939.a.&.2.tomo.25.a,
Sacerdotes an aliquo casu cogi possint vxores ducere.2.to.83.a.
Sacerdotum potestas. Vide Claues.
Sacerdotium veteris legis non erat spirituale.1.to.83.b.&.49.b.
¶Sacramentum quid.1.to.17.b.vbi eius definitio discutitur.18.b.
Sacramentum vtrum sit in genere signi.1.tomo.11.a.
Sacramentum vnde dictum ibidem.
Sacramentum variè accipitur in sacra pagina.1.to.11.b.
Sacramentum in quo prædicamento reponatur.1.to.12.a.
Sacramentum non est merum ens rationis, sed in rebus verè realibus consistit. primo tomo 7.a.
Sacramentum nullum institutum est in lege naturæ.1.to.103.a.
Sacramentum petere non licet ab eo, quem noui inde in libidinem incitandum. 1.tomo.123.a.b.
Sacramentum vniuoce dicitur de sacramẽtis.1.to.14.a.b.
Sacramentũ signum practicum dicitur non quia efficit quod significat: sed quia significat rem sanctificantem. primo tomo.16.a.
Sacramentum rectè definitur, sacræ rei signum.1.to.18.a.
Sacramentum non vnius tantum rei signũ est.1.to.20.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacramentum potissimum significat gratiã quæ nos sanctificat formaliter.1.to.21.b.
Sacramentum est signum sensibile. 1.t.22.b.
Sacramentum nouæ legis res determinatas requirit ex diuina institutiõne. primo tomo.25.a.b.
Sacramentum nouæ legis quatenus verba requirit.1.to.26.b.
Sacramentum in remissionem actualium peccatorum nullum fuit in lege veteri. 1. tomo.49.b.
Sacramentum suscipere ab eo non licet qui nominatim rx communicatus est.1.t.115.b
Sacramentum rectè perficitur per duo nõmina eandem significationem habentia. 1.to.36.b.
Sacramentum eucharistiæ est inter omnia sacramenta potissimum.1.to.145.b.
Sacramentum percipere licet à quocunque per simplicem excommunicationem præciso.1.to.124.b.
Sacramenti internum effectum tanq; principale agens Deus operatur.1.to.98.a.
Sacramenti effectus non datur melior per meliorem ministrum.1.to.101.b.& seq.
Sacramenti effectus nusquam suppletur vbi sacramentum vel quidpiam eius essentiæ deest.1.to.133.a.
Sacramenti nomẽ tripliciter vsurpatur.1.to. 11.a.& 2.to.305.a.
Sacramenti nomine vt theologi vtuntur vsi sunt Hieronymus Augusti. Lactantius.1. tomo.12.b.
Sacramenti effectus non impetratur oratione ecclesiæ, aut ministri, sed ex merito passionis Christi.1.to.101.b.
Sacramenta imaginem rei gerunt, quam significant.1.to.13.b.
Sacramẽta sunt remedia & medicamina cõtra peccati morbum.1.to.14.a.
Sacramenta ob id dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum, diuina virtus secretius operatur salutem.1.to.14.b.
Sacramenta sunt signa practica.1.to.16.a.
Sacramenta an fuerint ante legem scriptam. 1.to.17.b.
Sacramenta non habẽt aliam virtutem gratiæ effectiuam præter motum actualẽ diuinæ virtutis.1.to.72.a.
Sacramenta ecclesiæ specialiter habent virtutem ex passione Christi.1.to.74.a.
Sacramenta quare ex latere Christi dormiẽtis in cruce dicantur effluxisse.1.to.75.a.
Sacramenta tantò plus gratiæ cõferunt quãto plura fuerunt opera quæ pro nobis Christus obtulit.1.to.76.b.
Sacramenta nouæ legis ante passionẽ Christi plenariã suam virtutẽ non habebãt.ibid.
Sacramenta quæ imprimant characterem. Vide Character.
Sacramenta tripliciter pertinent ad diuinũ cultum.1.to.97.a.
Sacramenta nouę legis à solo Deo tanquam à primario autore potuerunt institui.1.tomo.103.b.
Sacramenta quædam negare à Christo instituta hæreticum est, quædam autem temerarium tantum.1.to.104.&.105.
Sacramenta quędam sunt simpliciter necessaria, quædam secundum quid: alia singulis hominibus, alia vniuersitati fidelium.1. to.147.a.b.&.354.b.
Sacramenta omnia non remittere venialia probabilius est quam oppositum.1.t.521. a.b.&.530.a.
Sacramenta nouæ legis causam esse gratiæ dogma fidei catholicæ est.1.tom.56.&57.
Sacramenta esse causam gratiæ quibus modis probent theologi.1.to.58.& seq.
Sacramenta nouæ legis gratiam continent tanquam causa per se instrumentalis.1.tomo.70.a.163.
Sacramenta veteris legis gratiæ causa non erant.1.to.77.b.
Sacramenta in statu naturæ integræ nullatenus essent necessaria. 1.to. 41.&.42. Necessaria verò semper fuerunt in statu naturæ lapsæ.1.to.45.b.
Sacramẽta nouæ legis ex opere operato gratiam conferre quomodo sit accipiẽdum. 1.tomo.55.b.
Sacramenta gratiam conferre an sit de fide. 1.tomo.56.a.
Sacramenta tribus perficiuntur, materia verbis & persona ministri.1.to.34.b.
Sacramenta antiqua non tam commemorativa præteritorum erant, quam futurorũ prognostica.1.to.22.a.
Sacramenta sunt ecclesiæ fundamentum. 1. tomo.105.a.
Sacramenta quomodo intelliguntur gratiã conferre.1.to.61.a.
Sacramenta quędam institui necesse fuit ante aduentum Christi.1.to.45.b.
Sacramenta noua oportuit esse in lege Christi.1.to.53.a.
Sacramenta omnia an sint de necessitate salutis.1.to.147.a.b.

Sacramenta

Sacramẽta quinq; certũ est à Christo fuisse instituta.1.to.164.a.
Sacramenta nulla sunt in cœlo.1.t.54.a
Sacramenta quãdo propter dubium sint iteranda.1.to.37.a.
Sacramenta omnia institutione diuina verb. habent eatenus determinata vt planè effectum gratiæ talis sacramenti repræsentent.1.to.30.b.
Sacramenta confirmationis & extremæ vnctionis fuisse ore Christi propriè instituta negare, non vsque adeo constat hæreticũ esse.1.to.104.b.
Sacramentorum numerus licet ex sacra scriptura non tanta euidentia colligi possit abundè tamen authoritate ecclesiæ constabilis est.1.to.104.a.
Sacramentorum formæ triplices.1. t.30. b.
Sacramentorum virtus nihil aliud est quam motus quem recipiunt.1.to.72.a.
Sacramẽtorum defectus num Deus suppleat quantum ad vltimos effectus.2.t.25. b.
Sacramentorum necessitas ex triplici causa ostenditur.1.to.39.&.40.
Sacramẽtorum veteris legis causa finalis fuit passio Christi: sed ipsius gratiæ eadem passio fuit causa efficiens.1.to.46.a.
Sacramentorum instituendorum scopus. 1. to.13.b.
Sacramentorum virtus à diuinitate Christi per humanitatem deriuata est.1.t.74.a.
Sacramentorum septenarius numerus optimè distinctus colligitur.1.to.139.140. &.141.
Sacramentorum ordo.144.
In sacramentis nouæ legis oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis.1. to. 25. a.
Sacramentalis gratia addit supra gratiam donorum & virtutum quoddam diuinum auxilium ad consequendum sacramenti finem.1.to.66.a.
Sacramentalis formæ variatio quatenus tollat vel non impediat effectum sacramenti. 1.to.40.vsque.38.
Sacramentalia an habeant virtutem remittẽdi venialia.1.to.732.a.in princip.
¶ Sacrificiũ & sacramentum in quo differãt. 1.to.609 a.
Sacrificium iniusti ministri quantum valeat 1.to.611.a.
Sacrificium missę est omnium suffragiorum princeps, & quod potissime suo genere prodest.2.to.491.a.
Sacrificia aliqua & oblationes in particulari, vt decimæ & primitiæ in statu naturæ fuerunt ab vnaquaq; bene instituta repub. instinctu naturali posita.1.to.51.b.
Sacrificia & oblationes in lege naturæ nun gratiam conferebant virtute operis operati.1.to.52.b.
Sacrificia Abel & Cain non fuerunt ex institutione diuina in particulari.1.t.52.b.
Sacrificiorum veterum tria genera.1.t.607.a.
¶ Sagarellorum hæresis dicentium quod ecclesia consecrata nõ plus valet ad orandũ quam stabulum porcorum.1.to. 620. a.
¶ Salomon an licite potuerit cũ alienigenis prohibitis contrahere.2.to.306.
¶ Saluari quasi per ignem quomodo intelligatur.1.to.289. b.
¶ Sanguis & reliqui humores sunt de integritate corporis.1.to.457.a.
Sanguis Christi quare seculari populo non propinetur.1.to.575. b.
Sanguinis cõicatio vnde considerata consanguinitatis nomen non obtinet.2.t.326. b.
¶ Sancti vtrum pro ijs orent qui sunt in purgatorio.2.to.503.a.videorare.
In sanctos sic affecti esse debemus, vt in dominum Christum præ cunctis debeamus esse deuotam.2.to.500.b.
Sara consobrina fuit Abrahæ.2. to.341. a.
Sara an fuerit soror & coniux Abrahæ.2. to. 340.a.
¶ Satanam deligatum à deo per mille annos quid sit.2.to.417. a.
¶ Satisfactio quid sit.2.to.885.b.
Satisfactio tripliciter accipitur.1.to.887.a.
Satisfactio in diuersis vtrum pensetur solum ad æqualitatem deuotionis.1.to. 523.a.
Satisfactio propterea quod sit redditio debiti an minuat rationem meriti.1.to.887.b.
Satisfactio an sit ante ingressum gloriæ necessaria.1.to.891.a.b.
Satisfactio quæ fit per eucharistiam qualis & quam egregia.1.to.514.a.
Satisfactio est opus iustitiæ, qua parte pœnitentia iustitia dicitur.1.to. 886.a.
Satisfactio hominis in Christo iustificati habet peculiarem dignitatis gradũ.1.t. 890.a
Satisfactio pro pœna fieri non potest nisi remissa culpa.1.to.854.b.
Satisfactio nulla est nisi qui satisfacere nititur sit in gratia dei.1.to.895.a.
Satisfactio pro pœna non est de condigno. 1. to.896.a.
Satisfactio in inferno nulla esse potest nec p venialiquidem.1.to.897.a.

Satisfactio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Satisfactio non est pœnitentia sed pœnitentiæ fructus.1.to. 676. a.
Satisfactio viui pro mortuo an valeat de condigno id est, de iustitia & lege.1.t. 987. 2.b.
Satisfactio quæ fit in peccato mortali nunq̃ per aduentum charitatis obtinebit valorẽ veræ satisfactionis.1.to.898.a.
Satisfactio debet fieri per opera bona & pœnalia.1.to.901.a.
Satisfactio fit communi quodam modo per opera meritoria.902.a.
Satisfactio licet posit fieri per opera aliàs debita, tamen non debet ordinario more imponi, vt per talia fiat.1.t.903.
Satisfactio fit per flagella diuina patienter accepta.1.to.904. b.
Satisfactio vnius pro altero an sit de condigno, & non solum de congruo.1.t.910. b.
Satisfacere potest quis pro alio.1.to.908.b.& 2.to.479.b.
Satisfacere posibile est homini remissa culpa pro pœna debita.1.to. 889.b.
Satisfacere pro vno peccato nõ potest homo quin satisfaciat pro omnibus.1.t. 896.a.
¶Scribere peccata ne memoria excidant an sit vtile.1.to.826.a.
¶Scholares tenentur confiteri curato eius paræciæ in qua habent domicilium.1.t. 860.
¶Scotus licet non verbis re tamen negauit sacramenta esse causam gratiæ.1.t.59.a.
¶Sedere à dextris dei quid significet.2.t.532.a
Sedes Christi in iudicio quę.2.to.541. b.
Sedes Romana tãto tempore durabit quanto duratura est fides euangelica.2. t.506.b.
¶Seminatio extra vas quod sit peccatum.2. to.199.b.
¶Sensus omnes vtrum habebũt omnes suos vsus in corporibus gloriosis.2.t. 640.b.
Sẽsationes in corporibus beatificatis quibus modis fiant. ibid.a.
Sensationes an erunt in anima separata à corpore.2.to. 672.b.
Sensationes quas habet Christus in cœlo habet in sacramẽto per cõcomitantiã.1.t.471.
Per sensationes vtrum corpora gloriosa concipient noua rerum iudicia.2.t.643.a.
¶Sententia illa, Venite benedicti, & Ite maledicti an sit vocaliter pronuntianda.2. to. 540.a.
Sententia ecclesiæ an sit necessaria ad dissoluendum matrimonium cum ancilla ignoranter contractum.2.to.249.b.
¶Sepultura opus est misericordiæ.2.t.492.b.
Sepulturæ officium viuis & defunctis vtile. 2. to. 492. a.
¶Serpens æneus non fuit suspensus colendæ religionis gratia, & ideo non fuit sacramentum.1.to.19. b.
¶Seruus vide ancilla.
Seruus si ordinetur sacramentum suscipit ordinum tamen vsu caret.2.to.54. b. & 55.a.
Seruus non est heri in his quæ sunt naturalia 2.to.247.a.
Seruus de consensu heri contrahens cum ancilla potest eo inuito cum illa habitare.2.t. 247.a.
Seruus coniugatus in quibus teneatur hero seruire. ibidem.
Seruus inuito domino non potest religionẽ profiteri: potest tamen votũ castitatis simplex emittere.2.to.247. b.
Serui an posint inter se matrimonium contrahere absque licentia dominorum.2. to. 245.b.
Seruum coniugatum an posit herus vendere.2.to.247.a.b.
Serui Christianorum infideles an possunt cogi ad baptismum.2.to.311.b.
Seruitus duplex naturalis & legalis. 2. t.246.
Seruitus an sit contra naturam.2.t. 250.a.
Seruitus an matrimonio superuenire posit. 2.to.250. b.
Seruitus quãdo matrimonium impediat vel non.2.to.247.249.a.250.a.
Seruitutis impedimentum non est necessariũ sed voluntariũ.248.b. vide impedimẽtũ
¶Sigillum confessionis etiam venialia comprehendit.1.to.874. b.
Sigillum confessionis ob nullum casum reserare licet.1.to.873.b.
Sigillum confessionis potest sacerdos de licẽtia pœnitentis reuelare.1.t. 881.a.
Sigillum confessionis vnius an posit reserari in alia.1.to.879. b.
Sigillum confessionis non solum comprehẽdit personam pœnitẽtis verum & alia quęcunq; illic explicita quibus posset fama lędi.1.to.874.b.
Sigillum confessionis nunquam occurrit nisi vbi confessio est sacramentalis.1. t.876.a
Sigillum confessionis est de iure diuino.1. to. 873.a.
Sigillum cõfessionis in quibus casibus liceat reserare.1.to.877.b.
¶Signũ Christi ad iudicium aduentanus.2. to.409.a.
Signa quin decim diẽ iudicij antecessura refert diuus Hieronymus.2.to.513. a.

Signa

Signa quænam sint diem iudicij antecessura 2.to.511.a.b.
Signa præcedent diem iudicij non solum in astris, verum in elementis, vt in aere in mari & in terra.2.to.515.a.
Signa profana non sunt exponenda mystice.1.to.26.a.
¶Siligo quid & an sit apta materia sacramẽti.1.to.400. a.
¶Sinus Abrahæ est quicunq; locus quo animæ compurgatæ requiescunt qui ideo paradisus cælestis est.1.to.468.a.
Sinus Abrahæ secundum Tertulianum locus est non cœlestis, sublimior tamen inferis interim refrigerium animarum iustorũ 2.to.472.b.
Sinus Abrahæ vnde dictus. ibid. &. 919.b.
Species sacramentales instrumenta sunt conferendi gratiam.1.to.579.b.
Species sacramentales in eucharistia naturaliter agunt & patiuntur.1.t.482.& seq.
Species sacramentales in eucharistia corrumpuntur, quemadmodum corrumperẽtur ad corruptionem subiecti.1.t.484.
Species sacramentales in eucharistia nutriũt 1.to. 487.b.
Species panis & vini manent in eucharistia, etiam si caro ibi appareat, saltem secũdum id quod principale est in eis.1.t. 476. a.
Species sacramenti, quandiu durant, durant & sacramenta.1.to.555.b.
¶Sub speciebus panis, caro simul & sanguis sumitur.1.to.578.a.
¶Spelta & far non sunt species tritici nec idonea eucharistiæ, quamuis senserit Albertus 1.to.400.a.
¶Spiritus sanctus non secundum se sed secũdum sua dona dicitur gratia.1.t.22.a.
¶Sponsus quare sic dictus.2. t.112.a.
Sponsi nõ coguntur ab ecclesia propter spõsalia iurata, ad matrimonium.2.to.127. b.
Sponso in hæresim lapso dirimuntur sponsalia.2.to.131.a.
Sponsa vi ab spõso oppressa an eo inuito possit religionem profiteri.2.t.110.a.
Sponsa sponsum admittens putans eum velle matrimoniũ consummare excusatur à peccato.2.to.144.a.
Sponsalia quid.2.to. 112.a.
Sponsalia vnde dicta. ibid.
Sponsalia de futuro an alia via quàm per carnalem copulam sine expresso cõsensu de præsenti censeatur in matrimonium transire.2.to.130.a.
Sponsalia quot modis dirimuntur.2. to. 130.b 131.a. & seq.
Sponsalia iurans si velit postea religionẽ ingredi, an teneatur prius cõtrahere.2. t.130.
Sponsalia de futuro transfuga sunt in matrimonium de præsenti per superuenientem carnalem copulam.2.to. 108.b.
Sponsalia neutiquam sufficiunt ad matrimonium nisi nouus de præsenti consensus accesserit.2.to.123.b.
Sponsalia non sunt de essentia matrimonij. 2.to.124.a.
Sponsalia possunt inter absentes per procuratores vel per literas fieri.2.t.124. a.
Sponsalia ante septennium non sunt valida 2.to.125.a.
Sponsalia de futuro iureiurãdo formata vim nõ habent matrimonij de presenti.2.t.127.
Sponsalia de futuro cõtrahens cum duabus & cum secunda fallaciter congressus & cũ qua cogi debeat matrimoniũ inire.2.t.129.
Sponsalia quot modis contrahantur.2.t.114. b.& sequenti.
Sponsalibus de futuro si accedat copula ecclesia cogit ad matrimonium.2.t.106.a.
¶Spurius non tenetur in conscientia hæreditatem filio legitimo restituere.2.t.362.b
¶Sol & luna circa diem iudicij re vera obscurabuntur.2.to.514.a.b.
In solis quiete tempore Iosue vtrum omnes orbes quieuerint.2.to.558.b.
¶Soni quales sint futuri in die iudicij.2.t.411.
¶Status noster quantũ præstantior sit quam fuisset in statu naturæ integræ.1.t.317.a.
Status tẽporis in homine triplex.2.t.125.b.253.
Status religionis perfectior est longè quam status nuptialis.2.t.299.b.
¶Stipes affinitatis sunt maritus & vxor.2.to. 349.b
Stipes consanguinitatis quis.2.t.325. b.
¶Stola quid.1.to.627. b.
¶Stoici negabant vllã in hominem sapiẽtem cadere passionem.1.to.675.b.
¶Stuprum an sit circũstantia simpliciter distans à fornicatione.1.to.812.b.
¶Subdiaconus ad horarum canonicarum recitationem tenetur.2.to.13.b.
Subdiaconi officium.2.to.16. vide diaconus.
¶Substãtia panis & vini in sacramento altaris non remanet post consecrationem.1.t. 415.a.b.411.a.b.
Substãtia tota panis cõuertitur in hoc sacramẽto in totã substantiã corporis Christi.1.t. 431.b. vide corpus Christi & eucharistia.

¶Subti-

Universidad de Deusto Biblioteca

Subtilitas in corpore glorioso duplex.2.to. 643.b.
Subtilitas an sit inter dotes corporis gloriosi connumeranda.2.to.643.a.
Subtilitas & impassibilitas in quo differant. 2.to.644.b.
Subtilitatis dos in beatis corporibus an occupabit locum.2.to.648.a.
Subtilitatis dotes.ibid.b.
Suffragium aut satisfactorium opus nemo potest suo nomine præstare quod sit apud Deum meritorium nisi sit in gratia & amicitia Dei.2.to. 481.b.
¶ Suffragiũ pro multis oblatum nulli eorũ tantum prodest, quantum si pro illo solo offerretur.2.to.496.a.
Suffragia mortuorũ quàm antiqua fuerint in ecclesia.2.to.489.a.
Suffragia an damnatis prosint variæ opiniones.2 to.484.&.485.
Suffragia quæ quis pro altero offert vtrum sibi ipsi qui offert prosint.2.to.482. b.
Suffragia quæ dicantur.2.to.480. b.
Suffragia viuentium non prosunt pueris in limbo.2.to.488.a.
Suffragia viuorum non solum viuis prosunt si pro illis offerãtur:verum etiam mortuis. 2.to.480.b.
Suffragia peculiariter oblata pro singulari defuncto licet ratiõe charitatis in qua fundantur pro sint quibuscunq; in ea existentibus nihilominus simpliciter plus prosunt illi pro quo offeruntur.2.to.495.a.
Suffragia quæ defunctus fieri iussit, si tot tanta; sint, vt pœnæ purgatorij persoluendæ sufficiant, an postmodum mora & retardatio ea persoluendi defunctum remoretur ne tam cito pœnas euadat.2. t.495.b
Suffragia nostra nihil prosunt beatis animabus.2.to.488.a.
Suffragia quæ vel ecclesia vel alius offert pro aliquo viuente, non prosunt nisi is quoq; pro quo offeruntur sit in gratia.2.t. 481.a.
Suffragia & preces damnatorum Deus solet exaudire, nõ quidem ob eorum dignitatẽ & meritũ, sed si iusta petant.2.to.483.b.
Suffragia peccatorũ per vitiosum ministrũ exhibita nihil valoris amittunt, qui ex opere operato prouenit.2.to. 481. a.
Suffragia particularia illa magis sunt singularia et plus adiuuantia quæ ipse defunctus fieri iussit.2.to.495.b.
Suffragijs ecclesiæ fruuntur peccatores.1. to. 995.b.
Suffragiorum tria genera.2.to.490.b.
¶ Summa confessorum malè definitionem contritionis assignauit.2.to.72. b.
¶ Supputandi gradus affinitatis in ecclesia qualis vsus.2.to.329.b.
¶ Supranaturalia à nobis intelligi non possunt.2.to.591.b.
¶ Surdi muti & amentes ausint idonei sacramento confirmationis.1.to. 368.b.
¶ Susceptor non est de essentia confirmationis.1.to.371.a.
Susceptor quid teneatur filium spiritualem docere.1.to.158.a.
Susceptor esse iure prohibetur, qui non est baptizatus, non tamen hæreticus.1.to.159. a.&.2.to.376. b.
Susceptor esse potest filij pater naturalis in extrema necessitate, neque vllum inde matrimonio contracto oritur impedimentum, impeditur tamen contrahendum.1.t. 256.a.260.a.
Susceptor an sit de essentia baptismi.ibid.
Susceptoris munus.1.to.176. b.
Susceptoris vices supplet mater ecclesia quãdo ille non adest.1.to.260.a.
Susceptores plures an contrahant cognationem.1.to.375.a.

T.

TACTVS sensus in beatis corporibus erit vsui poterunt enim se mutuo tangere.2.to. 642. b.
Teleta Teletorũ cur appelletur mysterium eucharistiæ.1.t.385.
¶ Tempus necessitatis confessionis.1.t.808.a
Tempus præcepti contritionis quod.1. to. 785.b.
Temporibus sacris an liceat debitum petere 1.to.207.b.
¶ Tenebrarum tria genera.2.to.466.b.
¶ Testes in accusando matrimonio necessario adhiberi debent: quia coniugum assertione non debet matrimonium dirimi.2. to.367. b.
¶ Testamentum quod nõ valeat nisi quinq; testibus confirmatum an sit contra euangelium.2.to.71.b.
¶ Timor inferni est bonus & incipientibus plurimum conferens.1.to. 688.b.
Timor seruilis comparatur setæ sutoris.1 to. 689.a.
Timor dei præuenientis semper est necessarius ad pœnitentiam.1.to.690. b.

¶ Tonsu-

¶ Tonsura clericorũ non est de essentia sacramenti ordinis.2.to.18.b.
Tonsura prima an sit propriè ordo.2.to.29.a. vide in verbo corona.
Tonsura prima an possit à parœciano conferri.2.to.47.a.
¶ Tra..an° ab inferis in vitã resuscitatus precibus D. Gregorij in cœlũ euolauit.2.t. 487.
¶ Transiub stantiationis nomen à tẽpore Innocentij receptũ est:res autem significata antiqua est, & ex euãgelio collecta.1.t. 433.
¶ Tristitia moderata de peccatis est actus virtutis contra Stoicos & senecam.1. to. 675. b.&.687.a.
Tristitiæ vel doloris sententia non est signum in pœnitentiæ, quanuis vt plurimũ pullulet ex detestatione peccatorum.1. t. 686.b
¶ Tristari quia alij peccant nõ est effectus pœnitentiæ.1.to.770.a.
¶ Tubam canere in die iudicij quid sit.2. to. 409.b.
¶ Turpitudo duplex vna pœnæ altera culpe.2.to.86.a.
Turpitudo coniugalis officij non est culpæ sed pœnæ.2.to.86.a.

V.

VAS pro interfectionis instrumẽto sumitur:eò qd Gentiles vasa venenum mortiferum propinabant.1.to.70.b.
¶ Velaminis nuptiarum ratio optima.2.to.101.b.
¶ Venenum si deprehẽsum sit in calice post consecrationem, non tenetur sacerdos sumere.1.to.595.b.
¶ Verecundia sola non potest esse causa accedendi ad eucharistiam sine præuia confessione mortalium.1.to.546. b.
Verba sacerdotis in pœnitentia non sunt minoris efficaciæ quam in cæteris sacramentis.1.to.660.b.
Verba dũ à sacerdote proferũtur significatiuè sumũtur & non tm materialiter.1.t.506.
Verba an sint necessaria in significatione sacramentorum.1.to.26. b.
Verba tantũ illa hic est calix sanguinis mei spectant ad essentiam formæ consecrationis calicis, quæ deinde sequuntur vsq; peccatorum, ad integritatem solum.1.to.500. & sequent.
Verba non sunt necessaria etiam in valentibus loqui, sed sufficiunt nutus.1.t.108.b.
Verba nulla citra interiorem consensum matrimonium quo ad Deũ perficiũt.2. t.154.a
Verba consensum exterius exprimentia an sint de essentia matrimonij.2. to.108. b.
Verborum determinata forma multò magis requiritur in sacramentis nouæ legis quàm determinatus rerum vsus.1.t. 30.a.
Verborum transpositio an vitiet formam sacramenti.1.to.38.b.
In verbis formalibus sacramenti eucharistiæ est quædã virtus creata ad eius conuersionẽ faciendam instrumentalis tã.1.t.504.b.
¶ Veruli & decrepiti senes an iure possint matrimonio coniungi.2.to.239. a.
¶ Vestimenta sacerdotum veteris & nouæ legis.1.to.616.b.&.617. b.
Vestes episcoporum & sacerdotum, quidq; earum vtrã quæq; significet.2.to. 37.b.
Vestes pontificis maximi antiquæ legis.2. t. 38.a.b.
¶ Videre Deum sicuti est quid.2.t. 607. b.
Videre non satis est ad comprehensionem. 2.to.607.b.
Videre aliquid in verbo quid sit.2.t.613.a.
¶ Visio beata suapte natura est perpetua.2. to.622.b.
Visio quæcunq; beata est noti simplicissima cademq; apprehensiua.2.to. 619. b.
Visio beata in sua natura & essentiali virtute includit voluntatis rectitudinem quæ est ad beatitudinem necessaria.2.t. 624.a.
Visio beata siue animæ Christi siue alius cuiusliber non repræsentat per modum habitus, sed per modum actus.2.to. 619.a.
Visio beata eminenter continet perpetuum & honestissimũ gaudium, & fruitionem. 2.to.625.b.
Visio beata nulli subditur contrario.2.tomo 625. b.
Visio post resurrectionem non erit intensior 2 to.627.a.
¶ Visiones in beatis an sint omnes eiusdem speciei.2.to.611.a.
¶ Vigiliæ Paschatis & Pentecostes erant tempora præfinita pro solenni tãtum celebratione capituli cum hymnis & alijs ceremonijs.1.to. 188. a.
¶ Vinum nuptiarum coniugalem lætitiam significat.2.to.79.b.&.90.a.
Vinum vitis solum est materia idonea eucharistiæ.1.to.411.a.
Vinum vbi nõ est copia nullatenus corpus est consecrandum.2.to.519.b.
¶ Violentia quid.2.to.148.b.

Violen-

Universidad de Deusto Biblioteca

Violentiæ duplex genus.2.to.149.a.
Violentia cõditionata in sola volũtate & brutorum appetitu reperiri potest. 2.t. 149.b.
¶Violatio ecclesiæ nisi legitimè cõstiterit nõ est à celebratione abstinendum.2.t. 208.b
¶Vipera & aliæ serpentes partu non disrumpuntur contra opinionem Plinij & Dioscoridis.2.to.78.b.
¶Vir & vxor æquali iure gaudẽt æqualitate non quantitatis,sed proportionis.2.t.204.
Vir potest quæcunque vota vxoris irritare. 2.to.207. a.
Vir an posit vxore inuita & relicta militare ibidem.b.
Vir potest inuita vxore se in seruum vẽdere vxor vero non item.2.t.250.a. & seq.
Vir si fornicetur post diuortium an posit cõpelli ad vxorem redire?2.to.271.b.Quid in conscientia?2.to.272.a.
¶Virginitas quid.2.to.660.b.
Virginitas post sufficientem hominum propagationem semper fuit matrimonio præstantior.2.to.184.a.
Virginitatis aureola sortè non donantur in cœlo nisi qui voto illam confirmarunt. 1. to.754.vide aureola.
Virginitati tempore legis Mosaicæ an præferretur coniugium.2.to.183.b.
In virginitate tria considerandа.2.t.660.b.
¶Virgo quæ moreretur in proposito nubẽdi,fortasse non esset virgo.1.to.754.a.
Virgo Maria an in cœlũ corpore euecta fuerit.2.to. 416. b. vide plura in verbo Maria virgo.
Virgines prudentes & imprudentes.2.t.542.
¶Virtus quæ & quomodo sit vna alijs prior similiter an sit actus vel habitus.1. t. 695.a.
Virtus infusa duplex.a. to.695. b.
Virtus salutifera à diuinitate Christi per eius humanitatem in sacramenta.1.to.74.a.
Virtutes omnes restituuntur per pœnitentiam.a.to.744. b.
Virtutes cœlorum commouendas in die iudicij quomodo intelligendum. 1.t.515. b.
Virtutum duo genera.1.to.328. b.
¶Vita Christi & singulæ eius actiones ab instanti suæ conceptionis fuerunt nobis meritoriæ.1.to.75.b.
Vitæ æternæ nomine quid intelligatur in sacra scriptura.2.to.574. a.
¶Viui possunt defunctis suffragari triplici-ter.1.to.986.b.
Viui qui tempore iudicij probi reperientur non tantum tormentum in conflagratione sustinebunt sicut mali.2.t.552. b.
Vinos,in die iudicij rapi obuiã Christo quomodo intelligendum sit.2.t.429.a.b.
¶Vnctio triplex.1.to.1039.a. &.2.to.630.b.
Vnctio extrema sacramentum est à Christo Domino institutum.1.to.1039.&.1041.b.
Vnctio extrema pueris & amentibus nõ est conferenda.1055.b.
Vnctio extrema potest iterari. 1057.a.
Vnctio extrema nullum characterem imprimit.1047.a.
Vnctio in renibus posset optimè excusari: quare in religionibus non est in vsu.1. to. 1057. a.
Vnctio in baptizato an sit necessaria.1.t.235.
Vnctio extrema quomodo intelligatur esse dispositio ad eucharistiam.1.t.146.a.
Vnctionis extremæ effectus non est remissio peccati mortalis.1.to.1045.a.
Vnctionis extremæ effectus est per gratiam auferre peccatorum reliquias. 1044.b.
Secundarius autem effectus est sanitas corporalis.1045.b.
Vnctionis extremæ materia est oleum simplex oliuarum benedictum ab episcopo de necessitate sacramenti.1.t.1048.& seq.
Vnctionis extremæ forma conuenienter per modum deprecationis profertur. 1.t.1050. &.1051.
Vnctionis minister de necessitate sacramenti est sacerdos.1052.b.
Vnctionis extremæ sacramentum potest cõferre religiosus in extrema necessitate. ibi.
Vnctionis extremæ capaces sunt infirmi de quorum vita timetur:alioqui nõ est sacramentum.1. to.1054.a. b.
Vnctione extrema sunt vngẽda organa quinque sensuum de necessitate sacramenti. 1. to.1056.b.
Vngere frontem baptizati nullatenus presbytero licet.1.to.235.a.
Vnguentum descendens in barbam Aaron interpretari potest de sacramento Chrismatis.1.to.353. a.
¶Vnum tripliciter dici.1.to.381. b.
¶Vniuersitas an posit quem de fonte leuare.2.to.376.a.
Vniuersitas an posit excommunicari. 1. to. 1022. b.
¶Vocis iudicij virtus.2.to.410. b.
Voces aliquæ an sint futuræ in die iudicij. 2. to.409.a.
¶Vocalis sermo an sit futurus in beatificato corpore.2.to. 642. a.

¶Vomi-

¶Vomitus hostiæ consecratæ asseruãdus est tanquàm verum sacramentum.1.to.535. b.
¶Votum verbis nõ indiget sicut matrimonium.2.to.13.b.
Votum metu emissum an sit validũ. 2. t.156.
Votum virginitatis à beatissima virgine ortum habuit.2.to.185.a.
Votum non reddendi debitum coniux emittere nequit altero inuito.2. to.206.b.& seq.
Votum simplex castitatis potest seruus inuito domino emittere.2.to.247.b.
Votum castitatis semper fuit à lata euãgelica lege ordinibus sacris annexum 2.to.292. a.
Votum solenne à simplici quomodo differat 2.to.295.a.&.299.a.
Votum bifariam fit solenne.2. to.295.b.
Votum præcisè non contrahendi matrimoniũ,non est votum castitatis, neq; per simplicem fornicationem, violatur.2.t.296.a.
Post votum simplex si matrimonium contrahatur,reatum est. 2. to.296. a. licet graue peccatũ est.2.to. 275. Quis verò dispenset.277. & quid remedij adhibendũ.297.a.
Votum quid.2.to.294. & seq.
Votum quotuplex.2.to.295.a.
Votum expressum confessionis non est necessarium ad salutem vsq; ad tempus quo alligatur præcepto confitendi.1.t. 661.a.b.
Votum solenne à neophytis susceptum vtrũ habeat vim dirimendi matrimonium antiquum ac si nouũ ipse pacisceretur.2.t. 319.
Votum an posit per indulgentias remitti.1. to.982.b.
Votum confitendi pro tempore est necessarium quotiescunq; est necessaria contritio.1.to. 807.a.
Votum baptismi sufficit ad salutẽ.1.t.268. b.
Votum & desyderium eucharistiæ non sufficit ad conferendam gratiam eius sacramẽtalem.1.to.517.a.
Voto castitatis obstricti num aliquo casu coniugi possint matrimonia inire.2.t. 83.a. b.
Vouere continentiam coniuges quibus modis possint.2.to.121.a.
Vouere castitatem an posit vxor dimissa sine licentia coniugis.2.to.171.b.
¶Vsus rõnis in quibus sit necessarius.2 t. 50.
Vsus matrimonij quot modis accidere possit vt sit peccatum. 2.to. 85.b. & latissimè. 199.b.& sequenti.
Vsus coniugalis potest esse apud Deum meritorius gratiæ.2.to.85.a.
Vsus sacramentorum duplex.1. to. 667. a.
Vsum mrimonij illicitũ qui dixerint.2 t.84.a
¶Vvaldẽsis nobilissimus antiquitatum scrutator.1.to. 80.a.
Vvaldenses secundũ Gu[illelmum] Carmelitam non cõsecrabant in forma Christi.1.t.494.
¶Vxor ,pp̃ter quid ducenda.2.t.79 b.& seq.
Vxor an posit diuortium petere sicut ipse vir.2.to.265.a.
Vxor an sit restituẽda viro vitæ restituto an vero per mortem naturalem coniugiũ dissoluatur quo ad vinculum.2.t.120. b.
Vxorem fratris an quis posit ducere. 2. to. 356.& seq.vide plura in verbo matrimoniũ
Vxorem prostituens non potest ab ea diuortium petere.2.t.259.b.
Vxorem interficere an liceat viro in aliquo casu.2.to.278.b.&
Vxorem adulteram non licet viro priuata autoritate quantumuis in flagranti delicto deprehensam.2. to.278. b.
Si tamen occiderit nullum est decretum publicum suplicium.2.t. 279.a.
Vxore quatenus licitum sit vti.2.to.199.a.
Vxore vti sanitatis gr̃a an sit peccatum ibid.
Vxores plures nulli vnquàm habere licuit, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum 2.to.217.a.
Vxores plures ducens in famis est & de hæresi suspectus.2.to.219.a.
Vxorum pluralitas an sit contra finem matrimonij.2.to.213.a.an licita fuerit ante legẽ euangelicam.2.to.214.b.
Vxoribus pluribus qui apud Ethnicos vtebantur,vnicam illarum habebãt, quæ esset materfamilias.2.to.215. b.
Vxoricidiũ quot modis matrimoniũ impediat,aut cõtractũ dirimat.2.t.181.& 182.a.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca